

INDC

SACRORUM CONCILLIORUM

NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,
IN QUA PRÆTER EA, QUÆ
PHIL. LABBEUS, ET GABR. COSSARTIUS,
Et novissime NICOLAUS COLETI in lucem edidere,

EA OMNIA INSUPER IN SUIS LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ,
JOANNES DOMINICUS MANSI
ARCHIEPISCOPUS LUCENSIS EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA
AB EODEM OPTIME MERITO PRÆSULE,
POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE
EM.^{MC} CARDINALI DOMINICO PASSIONEO
SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS CURATA,
Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata,
Ad MS. Codices Vaticanos, Lucenses, aliosque recensita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUÆAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.


TOMUS VICESIMUS QUARTUS.

Ab anno MCCLXIX. usque ad ann. MCCXCIX.



VENETIIS MDCCLXXX.
APUD ANTONIUM ZATTA.
SUPERIORUM PERMISSU, AC EXCELL. SENATUS PRIVILEGIO.

Editio sterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliothopolo, Via dicta Bernard Palissy 4, Parisiis MDCCCIII



S Y L L A B U S

EORUM, QUÆ TOMO XXIV. CONTINENTUR.

Quæ hoc Indice notata sunt, huic nostræ Editioni noviter accessere.

ANNO
CHRISTI

1269	Andegavense Concilium.	pag. 1
	Senonense.	3
	Anglicanum Concilium.	7
	Canturense Conc.	9
1270.	Ravennense.	11
	Compendiense.	13
	Avenionense.	15
1271	Quintinopolitanum.	17
	Radinge in Anglia Concilium.	19
	<i>Electio Thealdi archidiaconi Leodiensis in summum Pontificem Gregorium X.</i>	21
1271	VITA GREGORII PAPÆ X.	
	25.	
	<i>Epistola ejusdem unica ad episcopum Leodiensem.</i>	27
	Anglicana Concilia duo.	31
1273	Redonense concilium.	33
1274	Constantinopolitanum.	35
	LUGDUNENSE II. OECUMENICUM	
	37.	
	<i>Epistola Gregorii X. qua convocat ad concilium</i>	
	<i>39.</i>	
	<i>Ejusdem alia tres epistola.</i>	41 e seq
	<i>Michacis Palæologi imp. ad Gregorium X. epistola.</i>	51
	<i>Epistola Gregorii Encyclica ad omnes Prælatos</i>	55.
	<i>Ejusdem Encyclica ad Reges, Principes, & Civitates.</i>	58
	<i>Ejusdem Epistola ad Armenia Regem.</i>	59
	<i>Epistola Gregorii X. ad Græcorum Imperatorem.</i>	60
	<i>Epistola Gregorii X. ad Raymondum Turrianum vicelle Aquitanensem.</i>	61
	<i>Brevis nota eorum, qua in II. Lugdunensi concilio generali acta sunt.</i>	62
	<i>Littera Michacis Palæologi imp. Græcorum ad Gregorium X. Gr. Lat.</i>	67
	<i>Ejusdem sacramentum.</i>	73
	<i>Littera prælatorum Græcia.</i>	74
	<i>Epistola quatuor Gregorii papa X.</i>	78
	<i>Constitutiones a Gregorio X. in concilio Lugdunensi sancite.</i>	81
	<i>De actis Concilii Lugdunensis excerpta e variis auctoribus per Binium.</i>	102
	<i>Littera Palæologi Imperatoris Græcorum.</i>	104
	Ad Lugdunense II. Oecumenicum Concilium.	107
	<i>Epistola Gregorii Papa X. Michacis Palæologi.</i>	ibid.
	<i>Extractiones de Libro.</i>	109
1274	Saltzburgense concilium.	135
	<i>Præmonitio in Canones.</i>	145
1275	Arelatense.	147
	Apud Perthum in Scotia Concilium.	153.

ANNO
CHRISTI

1276	VITA INNOCENTII PAPÆ V.	
	153	
1276	VITA HADRIANI PAPÆ V.	
	155.	
	<i>Dunelmensis Synodus.</i>	155
	<i>Salmuriense Concilium.</i>	159
	<i>Bituricense Conc.</i>	165
1276	VITA JOANNIS PAPÆ XIX.	
	181.	
	<i>Epistola Joannis XIX. ad Eduardum regem Anglia.</i>	ibid.
1277	Compendiense Concilium.	183
	Constantinopolitanum.	ibid.
	Constantinopolitanum alterum.	189
	<i>Rudolphus I.</i>	190
	VITA NICOLAI PAPÆ III.	
	191.	
	Trevirensis Concilium.	191
	Londinense Concilium.	205
	Windesoriense in Anglia Concilium.	209.
	Weddelense in Dania Concilium.	ibid.
1278	Aurelianense Concilium.	210
	Langesienfe.	211
1279	Aufcense.	217
	Londinense Concilium	217
	Apud Pontem Audomari.	219
	Appendix ad dictum Concilium.	227
	Avenionense.	231
	Alia ejusdem Concilii Statuta	243
	Biterrense	245
	Constitutiones Latini.	246
	Notæ P. Francisci Antonii Zachariæ.	
	<i>ibid.</i>	
	Redingenfe.	257
	<i>Ordinationes Joannis Cantuariensis archiepiscopi in domibus religiosis.</i>	264
	Ad Redingenfe in Anglia Concilium.	267.
	<i>Pontefractensis Synodus.</i>	269
	Budense concilium	269
	Andegavense.	307
	Tarraconense.	309
	Monasteriense Concilium.	311
	<i>Diœcesana Tridentina Synodus.</i>	321
	<i>Uratilaviensis Synodus.</i>	327
	<i>Conseranensis Synodus.</i>	329
	Senonense Concilium.	333
	Apud Perthum Concilium Generale.	335.

Se.

Senonensis Provinciae Concilium.	337
Statuta Joannis Perckani.	339
1260 Coloniensis synodus.	343
Lambethense Concilium.	363
Biterrense.	ibid.
Bituricense.	365
Constantinopolitanum Gr. Lat.	ibid.
Noviomenſe.	373
Ravennense.	375
Santonensis synodus.	377
Pictavenſis.	381

1281 VITA MARTINI PAPÆ II.
vulgo IV. 387

Ejusdem epistola V.	ibid.
Saltzburgense Concilium.	395
Lambethense.	403
Ad Lambethense Concilium.	421
Provinciae Cantuariensis Concilium.	423.
Litteræ Joannis archiepiscopi Cantuariensis ad Eduardum Angliæ Regem	423
Statutum archiepiscopi Cantuariensis.	427
Aquilejense Concilium.	427
Note C. V. Paris de Rubis.	429
1282. Avenionense concilium.	437
De Conciliis Græcorum.	445
Londinense concilium.	459
Santonensis synodus.	365
Turonense concilium.	467
Ad Turonense Concilium.	473
Processus habitus a Martino II. contra Petrum regem Aragonum.	475
Tarraconense Concilium.	489
In superiores Constitutiones Joannes Dominicus Manſi.	493
Constantinopolitanum Concilium Schismaticorum.	ibid.
Constantinopolitane Synodi Acta.	ibid.
Constantinopolitanum Concilium Libalum.	501
1284 Apud S. Hippolitum Synodus.	503
Ad Synodum S. Hippoliti in Austria.	517
Parisiense Concilium.	519
Paraviensis.	519
Præmonitio in Concilium Nemaufense.	ibid.
Nemaufensis synodus.	521
Hic dicitur codex Labbei, cetera suppleuntur ex cod. Carnataulensium.	565
Pictavenſis.	567
Melitanum Concilium.	569
1285 Regiense concilium.	575
Antelmi Nota.	585

1285 VITA HONORII IV. PAPÆ
593.

Lancienſe concilium.	595
Constantinopolitanum Gr. L.	ibid.
1286 Ordinationes archiepiscopi Lugdun. & episcopi Eduenſis, profectibus suis vacantibus,	607

1286 Maticonense Concilium.	611
Ravennate.	615
Bituricense.	625
Additio ad dictum concilium.	642
Addenda dicto concilio.	643
Ejusdem concilii statuta contra exemptos.	644
Heretica quadam opiniones.	647
Provinciae Burdegalenſis Viſitatio.	647.
Statuta synodalia Magdeburgensis Provinciae.	765
Heretica opiniones per Joannem archiepiscopi Cantuariensis declarata & damnata.	
Sedes vacat per annum.	
1287 Articuli observandi per rectores, &c. Cantuar. diocesis.	781
Exoniensis synodus.	783
Remenſe concilium	847
Herbipolense.	849
Ad Herbipolense Concilium.	867
Mediolanense.	867
Ejusdem Concilii Decreta.	ibid.
In Synodum Mediolanenſem.	869
Constitutiones Cælestini Legati in Lombardia.	881
Ad Constitutiones Domini Cælestini Legati in Lombardia.	885
Statuta Synodalia Joannis Episcopi Leodiensis.	885
Modificationes præcedentium statutorum.	941
VVurceburgi Nationale Concilium.	943
1288 VITA NICOLAI PAPÆ IV. 945	
Salzburgense Concilium.	945
Additio ad hoc Concilium.	950
Inſulanum concilium.	951
Statuta synodalia.	963
1289 Ciceſtrenſis Synodus.	1055
Viennense in Gallia concilium.	1063
1290 Ebredunense.	ibid.
Nugaroliense.	1065
Parisiense.	1071
Uratislaviensis synodus.	ibid.
Apud Nobiliacum.	1073
1291 Saltzburgense	1075
Ad Saltzburgense Concilium.	1077
Londinense	1079
Mediolanense Concilium.	1079
Sedes vacans.	
Aſchaffenburgenſe concilium.	1082
Bremenſe.	1093
Ciceſtrenſis synodus.	1097
Ultrajectina Synodus.	1101
Strigoniensis Synodus.	1103
Genueſe Concilium.	1103
Terraconense concilium.	1105
Spalatinum Concilium.	1113
1293 Pataviensis.	1113
Apud S. Hippolytum.	1115
1294 VI.	

S Y L L A B U S.

VII

ANNO
CHRISTI

1294 VITA CÆLESTINI PAPÆ V.
1116

Apud Aureliacum concilium. 1118
Salmuriente Concilium. 1122
Statuta Synodalia Trajectensis diœce-
sis. 1126

1294 VITA BONIFACII PAPÆ VIII.
1131

Ejusdem epistola II. 1133
Roberti archiepiscopi Cantuar. epist. ad Bonifa-
cium VIII. 1140
Alia Edwardi regis Angliæ ad eundem. 1142
Saltzburgenſe Concilium. 1143
Strigoniensis Synodus. 1144
Constitutio Gilberti Episcopi Ciceſtreſis. 1145
1295 Statuta Roberti de Winchels, archiepisc. Can-
tuar. 1146
1296 Gradense concilium. 1163

ANNO
CHRISTI

Torcellana synodus. 1163
1297 Londinense concilium. 1171
Ad Londinense Concilium. 1177
Responsio prelatorum & cleri Cantuariensis &c.
1179.
Trajectensis synodus. 1181
Constantinopolitanum Concilium. 1183
Lugdunense fictitium. 3
1298 Santonenſis synodus. 1185
Herbipolenſis Synodus. 1187
1299 Rotomagenſe concilium. 1203
Statutum Gerbardi Archiepiscopi Moguntini. 1207
Gerbardi Archiepiscopi Moguntini. 1208
Biterrenſe. 1213
Decreta hujus concilii. 1215
Anſanum Concilium. 1217
Constantinopolitanum Concilium. 1231



NOI

viii
NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova:

A Vendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del *P.D. Filippo Rosa Lanzani* inquisitor Generale del Santo Offizio di *Venezia* nel libro intitolato: *Sacrorum Conciliorum &c. Auctore P. Philippo Labbeo Soc. Jesu, curante Nicolao Coleti, & Joanne Dominico Mansi &c.* Non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza ad *Antonio Zatta* Stampator di *Venezia* che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di *Venezia*, e di *Padova*.

Data li 20 Dicembre. 1767.

- (Sebastian Zustinian Riform.
- (Alvise Valareffo Riform.
- (Francesco Morosini 2. Cav. Proc. Riform.

Registrato in Libro a Carte 335. al Num. 2304

Davidde Marchesini Segr.

CON



— ANNO CHRISTI 1169. —
CONCILLIUM
 — ANNO CHRISTI 1169. —
ANDEGAVENSE.

EX EDITIONE JOANNIS MAANI, ET EX CODICE MS.

Incipiunt statuta provincialis concilii facta Andegavis, die Martis post quindenam nativitatis B. Joannis Baptistæ anno Domini MCCLXIX.

CANONES.

I. De prohibentibus donationes & legata ecclesiis fieri a suis subditis.



QUIA intelleximus, quod quidam domini temporales, & eorum allocati, inhiheri faciunt subditis suis pro suæ libito voluntatis, in grave præjudicium ecclesiæ & periculum animarum, ne iidem subditi de rebus, quas tenent ab iisdem, elemosynæ, legati, aut donationis, vel alterius licitæ alienationis titulo, transferant aliquid in ecclesias, vel alia pia loca: id præsentis auctoritate concilii de cetero fieri prohibemus: statuentes, ut nisi per locorum ordinarios sufficienter moniti, attentata super hoc revocare, aut ab hujusmodi præsumptione cessare noluerint,

Aad revocandum & desistendum per ipsorum ordinarios censura ecclesiastica compellantur.

II. Ut persona ecclesiastica non sint advocati in curia seculari.

Item, quia juxta legitimas sanctiones turpe est clericis, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium: hujusmodi auctoritate concilii, prohibemus, ne clerici beneficiati, vel in sacris ordinibus constituti, in causis forensibus coram sæcularibus iudicibus se venales exponant, aut patrocinium cuiquam publice præstare præsumant: ipsiisque monemus præsentis auctoritate concilii, ut ab hujusmodi præsumptione desistant: statuentes, ut si qui de cetero hujusmodi statuti fuerint transgressores, per locorum episcopos canonice compescantur: præcedentium conciliorum statutis in suo robore duraturis. In cujus rei testimonium, &c. Datum ut supra.

ANNO
CHRISTI
1169.

ANNO
CHRISTI
1169.

CONCILIUM SENONENSE

Edidit Lud. Bail. ex codice censuali episcopatus Parisiensis.

Statuta in concilio Senonensi, quod celebravit archiepiscopus Senonensis die sabbati ante festum SS. Simonis & Judæ, anno Domini MCCLXIX.

TITULI CAPITULORUM.

1. Contra clericos qui focarias tenent.
2. Ne ecclesiastici contractibus usurariis subscribant: & contra usuras.
3. Ut usurarii communione & sepultura careant.
4. Ut servetur canon, Omnis utriusque sexus.
5. Ne clerici clericos trahant ad publica iudicia.
6. De abusibus privilegiorum.

CAPITULA.

I. Contra clericos qui focarias tenent.

Cum legatorum sedis apostolicæ statuta edita in provincia eis commissa, perpetuo sunt servanda, & bonæ memoriæ quondam apostolicæ sedis Gallo legatus in Francia contra sacerdotes & clericos concubinarios statutum fecit in his verbis: Excommunicamus omnes sacerdotes & clericos quoscunque, qui post legitimam admonitionem, focarias, vel alias mulieres de quibus mala suspicio possit suboriri, in domibus propriis vel alibi, unde populus vel ecclesia scandalizetur, duxerunt retinendas, nisi sint clerici, qui sunt in minoribus constituti ordinibus, quos legitime contraxisse probatur. Qui tamen cum vigore ecclesiastica beneficia retinere non debent: ac ex huiusmodi salubri statuto rarus aut nullus fructus pervenit, quia forte statutum huiusmodi ad multorum notitiam non pervenit, cum multi sacerdotes & clerici in propriarum periculum animarum, plurimorum scandalum, perniciosum exemplum, vituperium ministerii nostri, & ad dispendium ecclesiasticæ dignitatis, tenent focarias, vel alias mulieres suspectas, in domibus propriis vel alibi, unde populus vel ecclesia scandalizetur: præcipimus, & in virtute districtæ obedientiæ mandamus, ut omnes prælati, sive majores, sive minores, subditos suos sacerdotes & clericos tenentes in domibus suis, vel alibi mulieres huiusmodi, si sint

A. supra a1
Ann. 1169.

per hoc publice diffamati, auctoritate statuti prædicti in synodis & capitulis, presentibus moneant competenter, ut ab insolentiis huiusmodi perniciosis & detestabilibus respiciant. Quod si competenter moniti non fecerint, auctoritate statuti huius, excommunicati, publice denunciarentur, ac exigente eorum rebellionem, eorum beneficia saisentur. Caveant prælati quicumque, ne in faciendis his monitionibus sint tepidi vel remissi, si canonicam ultionem velint effugere ac infamiam: ne scrupulo societatis non careat, qui manifesto facinori, cum possit, desinit obviare.

II. Ne ecclesiastici contractibus usurariis subscribant: & contra usuras.

Quia subscripti sigilli appositio in multis juris articulis consentum & probationem inducit: prohibemus ne qua persona ecclesiastica litteras vel instrumenta super contractibus usurariis, vel de usura suspectis, sigillare vel sigillari præsumat. Ex hoc enim quidam laici credentes, vel constringentes contractus huiusmodi per ecclesiam approbari, peccant securius, nec verecundantur dare publice pecuniam suam ad usuram. Ex qualitate auctoritatis, negotii, & personæ creditoris contractus usurarios reputamus; videlicet si creditor consuevit sœnerare: prohibentes, ne quis in domibus, vel in locis, aut terris ecclesiarum, Lombardos vel alios advenas qui vulgariter dicuntur, usurarios manifestos, recipere præsumat: cum receptores huiusmodi approbare videantur usuram, quam utriusque testamenti pagina detestatur. Qui contra fecerint, a superiori suo, monitione competenti præmissa, per censuram ecclesiasticam compellantur.

III. Ut usurarii communione & sepultura careant.

Item quia parum est esse iura, nisi sint qui ea regant & observent & faciant observari: constitutionem concilii contra usurarios editam, qua cavetur, ne usurarii manifesti ad communionem ad-

Later. III.
c. 25.

ANNO CHRISTI 1199.

ANNO CHRISTI 1199.

admittantur altaris, nec Christianam, si in peccato decesserint, accipiant sepulturam, & quod oblationem ipsorum nullus recipiat, firmiter præcipimus observari. Qui contra fecerint, præter poenam constitutionis ejusdem, sui superioris arbitrio puniantur. Si vero exempti sive privilegiati contra constitutionem eandem fecerint: episcopi loci illius contra eos, quantum de jure poterit, procedere non omittant. Et si propter hoc ipse, vel alius ad quem pertinet, item, seu molestiam, aut calumniam patiat: expensis communibus, quæ fiunt de contubernatione communi, per duos, videlicet unum de capitulo cathedralis ecclesiæ, & unum abbatem ejusdem diocesis fide dignum, imponenda & exigenda super illos, quos, ad hoc deputaverint, defendatur. Durabit autem præsens statutum usque ad sequens concilium: & tunc melius videbitur quis fructus ex hoc poterit provenire, & de hoc computabitur in concilio subsequenti.

IV. Ut servetur canon, omnis utriusque sexus.

Later. IV. c. 21.

Item statutum concilii, generalis de viventibus arcendis ab ingressu ecclesiæ, & morientibus qui Christiana debent sepultura carere, nisi saltem semel in anno omnia peccata sua fideliter confessi fuerint proprio sacerdoti, & ad minus in Pascha susceperint reverenter Eucharistiæ sacramentum, nisi forte de proprio sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ab ejus perceptione ad tempus abstinendum duxerint, observetur firmiter, & frequenter in ecclesiis publicetur. Caveant sacerdotes, ne ad communionem altaris aliquem admittant, nisi sibi, vel alii idoneo de sua licentia omnia peccata sua sit confessus.

V. Ne clerici clericos trahant ad publica judicia.

In fac. mentum ipsi vide quod hinc dicitur.

Quamvis hoc grave nimis & Divini plenum animadversione iudicii, quod aliqui laici falcem in messem Domini sacrilegis ausibus ingerentes perionas ecclesiasticas suis subjiciendo iudiciis in periculum fidei, ecclesiasticam moluntur subjicere libertatem: hoc tamen attentius zelum commovet ultionis, quod iidem laici, sui fermentum erroris dicuntur in clero aliquoties invenire; dum clerici clericis, in eo quod est gravius, religiosi, non solum sed interdum voluntarii, spretis ecclesiasticis tribuni-

Concil. General. Tom. XXIV.

Corr. est quod

Alibus, ad publica judicia educantur. Hinc volentes juxta sacrorum instituta canonum nos salubriter contra morbum hujusmodi remedia invenire, ad instar felicitis recordationis Innocentii papæ prædecessoris nostri statuendum duximus, ac etiam inhibendum, ut tam prælati, sive regulares sint sive, & sæculares, quam alii clerici regni Franciæ, alii alios in contemptum publici beneficii, quod toti clericorum collegio ita inviolabiliter institutum est, ut eis privatis aliquorum pactis, vel contentibus nequeat derogari, suo relicto iudice ad publica trahere judicia non præsumant. Alioquin præsumptores hujusmodi causam perdant, habendi a communione nihilo minus alieni: & tam episcopi, quam alii, in criminali negotio, si relicto ecclesiastico iudicio publicis iudiciis expurgare voluerint, suum locum amittant, etiam si pro ipsa ecclesia profiteatur. In civili vero perdant quod si locum suum maluerint obtinere. Quo circa fraternitati vestræ ad instar prædecessoris ejusdem in virtute obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus & inhibitionem hujusmodi in vestris provincialibus conciliis & episcopalibus synodis per dioceses publicetur, & faciatis solemniter publicari, ubi & quando videbitis expedire. Si quos vero vobis lege diocesis subjectos, seu & exemptos (contra quos, quantum ad hunc articulum pertinet, vobis, tanquam delegatis a nobis, committimus auctoritate præsentium vices nostras) circa prædicta manifeste culpabiles invenietis: excommunicatos expresse denunciatis, & faciatis auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam publice nunciari: quos absolvi absque speciali mandato sedis apostolicæ prohibemus, si secus actum fuerit irritum nunciantes. Ipsos nihilo minus alias animadversione castigando canonica, si fuerit opportunum: contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita, compescendo. Non obstante si aliquibus eorum ab apostolice sede sit indultum, quod excommunicari aut interdicti per apostolicas litteras, neque vel suspendi, quæ de indulto hujusmodi ejusque tenore de verbo ad verbum plene & expresse non fecerint mentionem, seu constitutione de duobus dictis edita in concilio generali.

Al. iud. de p.

VI. De abusibus privilegiorum.

Licet regularis ordinis professores, illi præsertim, quos majoris libertatis aposto-

Fragmen- tum epistolæ ultimus pon- tificis

Apostolica sedes privilegiis honoravit, at-
tollere congruis favoribus, & ipsorum
illibata omnino servare privilegia inten-
damus: sic tamen suis juribus volumus
manere contentos, quod ipsorum privi-
legiorum limites observantes, jura non
occupent vel impediunt aliorum. Sane
intelligimus, quod Templarii, & alii
religiosi privilegio exemptionis gauden-
tes, de regno Franciæ hospites suos qui
dati ordinum eorum seu oblato dicun-
tur, vel qui aliquem censum, etiam mo-
dicum, eis solvunt, per se ac conser-
vatores a sede apostolica deputatos, pri-
vilegiorum prætextu defendunt, ne,
cum delinquant, a suis ordinariis ec-
clesiasticis, sicut alii laici pro furtis vi-
delicet, adulteriis, & aliis criminibus,
quorum ad ordinarios ipsos spectare no-
scitur correctio, puniantur. Capellas
autem & oratoria sine consensu & au-
thoritate diœcesanorum construunt, nec
& interdicti & suspensionis sen-
tentias, quas ordinarii proferunt in lo-
ca & personas sibi subjecta, damnabi-
liter contemnentes, faciunt in locis eis-
dem, capellis, & oratoriis, Divina re-
verente justitia, celebrari: quanquam
quod hæc ipsis liceant, apostolicum pri-
vilegium aut indulgentiam non osten-
dant. Causas quoque suorum hominum
assumentes, illos quos propriis homini-
bus injuriari asserunt; super hujusmodi
injuriis, licet sint iidem homines libe-
ri, conveniunt, & in causam nomine
suo trahunt. Iidem etiam exempti, &
alii quamplures religiosi, pro cunctis
* peccatis cunctas pœnas statuunt in-
stigendas: ex quo interdum evenit, ut
dum tales pœnæ delinquentibus insti-
guntur, eorum peccata, quæ occulta fue-
rant, veniant in notitiam aliorum. Vo-
lentes itaque talium præsumptionibus,
congruis, prout nostræ incumbit solici-

* f. certis
pec. certat
pœnas

tudini, remediis obviare: apostolica
authoritate, de consilio fratrum nostro-
rum statuimus, quod si hospites vel ho-
mines, qui dati dicuntur vel oblato, vel
qui præfatis exemptis aliquem solvunt
censum, si non se omnino iisdem exem-
ptis reddiderint, sicut in proprietatibus
suis omnimodo duxerunt remanendum,
propter hæc ab episcoporum suorum
sententia nullatenus eximantur, sed po-
testatem in eos ipsi episcopi, sicut in
alios suos parochianos, eximant*, cum
pro suis excessibus fuerint corrigendi:
nec ob hoc, exemptorum ipsorum con-
servatores quicquam contra episcopos
valeant attentare. Oratoria vero vel
capellas in locis non exemptis, sine
diœcesanorum locorum licentia, iidem
exempti construere non præsumant: nec
in sic constructis, neque in locis non
exemptis, cum ab ordinariis fuerint
interdicta, celebrent vel faciant cele-
brari Divina. Quod si talia præsum-
serint, per locorum ipsorum ordinarios
compescantur: & si quas propter hoc
exemptorum ipsorum conservatores sen-
tentias in contrarium protulerint, illas
penitus revocamus. Prohibemus autem,
ne in locis exemptis hæc ipsi exempti
facere audeant, nisi super his licentiam
sedis apostolicæ habeant, vel ipsius pri-
vilegium speciale. Causas quoque si-
ve lites proprias suorum liberorum homi-
num, quæ videlicet ad ipsos tantum
homines* iidem exempti suo nomine
sive ut actores, sive ut defensores, ve-
luti suas aliquatenus non assumant,
etiamsi sint ipsi dicti homines censua-
les: cum id nequaquam licitum sit iis-
dem. Pro peccato vero incognito & oc-
culto cuncta* pœna nullatenus statua-
tur: ex quo, si per eum satisfiat, quo-
dammodo peccatum ipsum percipi va-
leat vel adduci.

* f. exot.
ceant

* de sp.
Baut.

* certis

ANGLICANUM CONCILIUM

DE VIGESIMA AB ECCLESIASTICIS VIRIS SOLVENDA REGI.

Circa mensem januarium, vel februarium anni 1269. stil. vet. nov. 1270.

Ex Reg. Wig. fol. 16. A.

An. 1269.
Ex Willk.
Conc. Brit.
t. II. pag. 17.

Quantumcumque gravitati fuerimus his die-
bus, cupientes tamen honestis desiderii
domini regis, & liberorum suorum, pro viri-
bus acquiescere ad tam pium propositum suum
persequendum; nos episcopi, qui præfatis su-
mus, quantum in nobis est, parati sumus
gratanter subvenire de vicesima terrarum no-
strarum & tenementorum feodalium, quæ te-
nemus in dominico, & etiam nativorum no-

strorum seu rusticorum sex. taxationem per
nos bona fide faciendam, absque ulla taxatio-
ne per aliquem alium faciendam. Ita quod hu-
jusmodi subsidium assignetur domino regi, vel
primogenito suo, qui primo in terram S. tran-
siretaverit, in subsidium ipsius terræ, & non
aliud convertendum, & pœnas nos remaneat
depositum, quousque unus eorum iter arripue-
rit. Ita etiam quod nativi seu rustici nostri
nul-

9 nullatenus onerentur ulterius in tallagio laico-
rum. Et ne fiat nobis vel successoribus vel ec-
clesiis nostris in posterum præjudicium occasio-
ne hujusmodi concessionis, petimus literas do-
mini regis super hoc patentes.

ANNO
CHRISTI
1169.

Ad hoc ipsum concilium utcumque pertinent
qua hic subjungo Capita, quæ Wilkins ex eo-
dem, unde Concilium eruit, MS. codice pro-
duxit.

Capitula quadam ad libertatem ecclesiasti-
cam spectantia.

Contra oblationem dudum factam per
episcopos de vicehama.

Cum sine concurrente consensu contrahen-
tium nulla ex contractu, vel quasi obligatio
oriatur ab offerentibus, non volenti etiam jam
mutato proposito utrobique nihil penitus peti
potest.


Item, verba illa parati sumus eis gratan-
ter subvenire, &c. quæ nec promissionem, nec
pollicitationem, sed vix oblationem solam no-
tant, nec obligant, nec liberant offerentem.

Item, oblationi prædictæ inest necessario hæc
juris conditio: si apostolica auctoritas interce-
dat: qua omnia perjurio & anathemate inficit
contrahentes, citra quam non potest dies præ-
stationis cedere nec venire.

Item, licet promissionis oblatio vim habe-
ret, ipsius tamen conceptæ in diem arripiendi
itineris versus terram S. dies non venit, circa
quem nihil penitus peti potest.

Ad considerandum prælatos. Ibid.

Ut vitium conspirationis nemini imponatur,
poterit colligatio fieri ad observationem eorum,



CANTUARIENSE CONCILIUM

Prælatorum & cleri totius provincie in causa decime Regi Angliæ solvenda,

Anno 1269. habitum.

Ex Willk.
Conc. Brit.
t. II. p. 19.

9 **C**oram vobis, venerandi patres & episcopi
provinciæ Cantuar. abbates, priores, re-
tores, & vicarii pro subsidio a domino rege
Angliæ petito, congregati, gravamine per re-
gios exactores nobis illata ante oculos cordis
revolventes, & præteritas oppressiones de futu-
ris metuentes, eadem gravamina & oppressio-
nes, ut ad regiam notitiam eveniant in primis
patentes in scriptis, subsequenter ad peti-
ta, secundum quod nobis æquum fuerit vi-
sum, & juri consonum, intendimus respondere.

Gravata præteritis temporibus extitit ecclesia
Anglicana primo, per quadragesimam, trigesi-
mam, vigesimam, decimam quintam, decimam
ante tempus guerræ domino regi a clero col-
latam. Secundo per deprædationes tempore
guerræ factas. Tertio per dominum legatum
nuper in Angliam. Quarto intolerabiliter per de-
cimam triennalem domino regi concessam, tam
in capitibus, quam in membris.

Gravati sunt etiam tam archiepiscopi, quam
episcopi, abbates & priores, per hoc quod eo-
rum maneria, & cætera eorum temporalia per
laicos sunt taxata, contra formam juris cano-
nici. Constat enim, quod aut indebite mane-

10 **A** quæ sedes apostolica in privilegiis libertatum
præcipit observari: saltem quoad ea capitula
quæ contingunt ecclesiæ libertates, salvis obe-
dientia & reverentia dictæ sedis, & fidelita-
te debita domino regi, & suis dominis feo-
dorum.

Ad excitandam devotionem exemptorum.

Ne prælatis fiat injuria, dum exemptis gra-
tia exhibetur, videtur expediens, quod alius
quam diocesanus non ordinet religiosos vel sæ-
culares clericos exemptorum. Idemque fiat in
ministracione & distributione olei, & chrisma-
tis consecrati, ut exinde suo diocetano devo-
tiores existant.

Ad defensionem ecclesiæ.

Ad defensionem ecclesiæ Anglicanæ non mi-
nus utiles, quam necessarii videntur procurato-
res communitatis totius cleri in curia Roma-
na continue moraturi; & in curia regia at-
tornati, quibus de communj substantia cleri
necessaria ministrantur. Et si forte liberet duos
episcopos ad defensionem hujusmodi deputate,
omnium connotatio rarior esse possit.

Ad correctionem excessuum clericorum.

11 **C** Ad correctionem clericorum impugnantium
ecclesiæ libertates, coram loci officiali, publico
tabellione & duobus testibus, caute extorquean-
tur confessiones eorum, & subsequenter contra
eos in modum notorii procedatur.

Dria eorum sunt taxata per laicos, aut indebite
decimæ ab eis sunt exactæ, quia dominus pa-
pa solummodo de proventibus, & redditibus ec-
clesiasticis domino regi decimam concessit, &
non de laico tenemento, ut apparet in littera
concessionis sedis apostolicæ in literis & aliis
ostensa. Si vero dicta maneria inter proventus
& redditus ecclesiasticos debeant connumerari,
tunc indebite per laicos sunt taxata; quia lai-
cis disponendi de rebus ecclesiasticis nulla est
attributa facultas. Et alio vero modo archie-
piscopi, episcopi, abbates, & priores sunt gra-
vati, quia non solummodo de fructibus prædio-
rum & nutrimentis animalium & aliis consue-
tis decimas domino regi dare sunt compulsi,
sed etiam de suis redditibus annuis & perqui-
sitis qualitercumque in curiis eorundem &
aliis comoditatibus omnibus, de quibus domi-
nus rex & cæteri magnates Angliæ decimas
Deo dare non consueverunt.

Gravati sunt ecclesiarum rectores, & vica-
rii intolerabiliter, & modo hædenus inaudito.
Ecclesiæ etiam eorum, quæ taxatæ fuerunt per
episcopum Norwycensem ad decem marcas,
decima ad tunc domino regi pro suo voto cru-

CANTUARIENSE CONCILIUM.

ANNO CHRISTI 1169.

ANNO CHRISTI 1169.

11
 eis consimili concessa, modo sunt taxatæ ad AN
 XXVI. marcas & sic supra & infra, secundum qualitates & quantitates ecclesiarum.
 Compellebantur etiam pro duobus annis similiter decimas exsolvere &, quod auditu, est horridum, cum dominus rex decimam de gratia sedis apostolicæ eidem concessam humiliter & devote, & cum gratiarum actione, secundum statuta Lateranensis concilii deberet recipere; exactores regii gratiam in ingratitude & in novum genus excoitationis convertentes, si rectores & cæteri viri ecclesiastici propter paupertatem, vel alio modo primo die solutionis pecuniam paratam non habent, didi exactores quatuor denarios non solum de qualibet marca, quæ fuerat domino regi nomine decimæ de gratia solvenda, sed etiam de singulis maris ad rectores & viros ecclesiasticos pertinentibus juxta ultimam taxationem quatuor denarios extorserunt, quod antea sub nube Dei nunquam fuit auditum, quod aliquis pro re sua propria pecuniam alii solvere compelleretur aut usuram, cum uniusquisque suæ rei moderator debeat esse & arbiter.

* s. e. sub casu.

Gravantur arbiter etiam alio modo per magistrum Sevitiium, qui semper sedens Londonis non solum a locis collegiatis per Angliam, sed etiam a rectoribus procuraciones niitur extorquere, quamquam eadem procuraciones, præterquam in casu, numquam debeantur, nisi personaliter visitanti: minus attendens, quam deberet, scilicet, quod numerus procuracionum numerum dierum nullatenus debet excedere; quod si a rectoribus posset procuraciones exigere, numerus procuracionum numerum dierum in tantum excederet, quod importabilem thesaurum ab Anglicis extorqueret. Gravantur etiam per subsidium exhereditatis concessum.

Hæc omnia proponimus, ut per onera supradicta his temporibus deterioris conditionis mansisset sacerdotium videatur, quam sub Pharaone fuerat, qui legis divinæ notitiam non habuit. Ille quidem omnibus aliis servitutibus subiectis sacerdotes & possessiones eorum in prima libertate dimisit; & de publico eis anno-

nam ministravit. His vero temporibus regii exactores tot onera & exactiones ecclesiis, & ecclesiasticis viris imponunt, ut eis, quod Jeremias, deplorat, competere videatur *principes provinciarum*, scilicet sacrosancta ecclesia, *facta est sub tributo* his diebus.

Propter prædictas exactiones & gravamina vix sunt aliqui, qui habent, unde sibi, aut suis necessariis personis valeant circa vitæ necessaria subvenire; & inde a nobis petito subsidio ad præiens adquiescere non possumus, nec etiam de jure debemus, quam licet voluntas nostra, patres reveiendi, & contentus clericorum in concedendo concurrerent, tamen ne libertatis ecclesiasticæ violetur immunitas, concedendi talia subsidia, Romano pontifice prius non consulto, jus canonicum, ad cuius observationem, venerabiles patres domini episcopi, specialiter vos tenemini, vobis, & nobis adimit facultatem; in quocumque, qui potestatem habere videntur, viros ecclesiasticos ad subsidia conferenda compellentes excommunicationis sententia in Laterano Concilio promulgata.

Et ne vos, domini episcopi, vel quisque alius præmissis rationibus prætermisissis contra nos aliquid statuatis, seu attemptetis, sedem apostolicam in scriptis, & ad sedis Cant. appellamus, nos & bona nostra protectioni sedis apostolicæ & sedis Cant. supponentes.

Appellamus etiam, ut supra, ne nomine auri dominæ reginæ aliquid a nobis extorqueatur.

Dat. & act. in Capella novi templi Londoniæ prox. ante festum S. Lucæ evang. anno Domini 1169. in præsentia dominorum Lincoln. Norwyc: Bathon: Exon: Sarum: Wygorn: Hereford: Menev: Convent: & offic. Cant.

Procuratorum Coventr. Linc. Norwyc. Helyens. Rossens. Cant. London. Cicestr. Winton. Sar. Bathon. Exon. Landav. Menev. Hereford. Wigorn. Ebor. Dunelm. Carl. abbatum, priorum, rectorum, & vicariorum eorundem diocesum.

ANNO CHRISTI 1170.

ANNO CHRISTI 1170.

CONCILIUM RAVENNENSE

Adversus Cæsenatis episcopatus invasores, Philippo archiepiscopo præside, anno Dom. MCCLXX. iv. Kal. Maii.

ANNO MCCLXX. (inquit Hieronym. *Ravennensis historia lib. vi.*) Ravennæ provinciale Concilium habitum est; dieque D. Vitalis festo, cum in sacrarium ædis D. Vitalis convenissent, Michael Comaciensis, Gratia Sallinas, Henuerardus Cæsenas, Rodolphus Forolivianus, Ravalidus Foropompilianus, Sinibaldus Forocornelianus, episcopi, & Drudo Ravennatis ecclesiæ præpositus, Philippique archiepiscopi vicarius; inspectantibus atque assentientibus, Aldebrandino archidiacono, sacerdotumque choro; cum Ravennates etiam ad celebrandam Divi tutelaris memoriam frequentes concurrissent: ut consuleretur ecclesiarum damnis, diris devoverunt omnes, qui con-

tra Henuerardum episcopum Cæsenatem, ejusque episcopatum, armati, inermesque movissent, cum illique consilia, aut copias conjunxissent: neque possent absolvi, nisi satisfecissent. Quod si qua respublica idem tentasset, illi jam sacris esset interdiktum. Adscribuntur huic decreto testes, Placidus D. Vitalis, Beneventus D. Laurentii, Jacobinus D. Mariz in monte Cæsenati, abbates, atque item alii. Statim etiam episcopi sibi invicem, alter alteri partes quas suas detulerunt, polliciti, quam execrationis sententiam in bonorum ecclesiæ suæ raptos ex eis unus tulisset, reliquos ratam habituros, divulgaturosque ac servaturos.

CON-

CONCILIIUM COMPENDIENSE

Ex R. P. Jac. Sirmondi MS. nunc primum editum.

Concilium provinciale ecclesie Remensis celebratum Compendii a R. patre D. Joanne de Courtenay archiepiscopo Remensi, anno MCCLXX.

Universis presentes litteras inspecturis, Joannes de Courtenay permissione Divina Remensis archiepiscopus: Milo de Bazochiis Sueffoniensis, Garo de Campania Laudunensis, Warmundus de Boisseria Noviomensis, Raynaldus de Nantolio Belvacensis, Bernadus Ambianensis, I. Tornaccensis, & Robertus Silvanensensis, eadem permissione episcopi, Remensis ecclesie suffraganei: in concilio celebrato apud Compendium, cum procuratoribus aliorum suffraganeorum ejusdem provincie absentium, & cathedralium ecclesiarum, congregati, salutem in Domino. Noveritis nos anno Domini MCCLXX. die Lunæ ante Ascensionem Domini statuisse & ordinasse ea, quæ sequuntur in concilio supradicto.

STATUTA CONCILII.

Adversus eos, qui bona ecclesiastica capiunt, vel saisunt.

Nonnunquam ballivi, præpositi, & ceteri laici temporalem jurisdictionem habentes, homines, animalia & alia bona prælatorum & ecclesiarum, & hominum eorundem, per se, vel ministeriales suos, pro suæ voluntatis arbitrio nequiter capiunt vel saisunt: nec capta vel saisita volunt restituere requisiti, sed damna injuriis cumulando, gravant & lædunt enormiter ecclesias, non restituendo, nec reddendo, donec sibi, cum maxima prælatorum & ecclesiarum jactura, & aliqua pecunie summa, expensarum prætextu, fuerit satisfactum, per tale concussionis dispendium iniquum perverſi lucri compendium prosequentes; dum homines captos & animalia sic adducta non reddunt, donec ipsis pro eorum pastu interdum plurimum refundatur.

Præterea ut res ecclesiarum ab eis injuriose saisitæ & captæ, ad dominos aut damnosæ aut inutiles reddantur: eas in captione vel saisina sic affligere, sic afficere, sic onerare superflue sumptibus occasione custodiæ, vel aliter pro eorum libito faciendo, sic suis & aliorum abusus dissipari & deteriorari procurant, ut in restitutione non reddi, sed redimi videantur.

Plerumque contingit, quod domini

seculares, ballivi, præpositi, & alii justitiiarii, seu ministeriales eorum, res, homines, vel animalia prælatorum & ecclesiarum, seu subditorum eidem, saisunt, capiunt, & arrestant & detinent, seu capi, saisiri, arrestari, & detineri faciunt pro suæ libito voluntatis, ad jurisdictionis ecclesiasticæ præjudicium & gravamen. Et hæc ipsi interdum faciunt, vel fieri procurant a talibus, & per tales, qui non repetantur in diocesi, in quibus hæc faciunt vel fieri mandant, seu in quibus auctoritate ipsorum talia perpetrantur. Propter quod diocessani episcopi in quorum territorio res & bona prædicta, saisita & arrestata sunt & detenta, in prædictos dominos seculares ballivos, præpositos, justitiiarios, seu ministeriales ipsorum, extra territorium suum, & jurisdictionem, censuram ecclesiasticam non exercent.

Ut igitur ecclesiasticis indemnitatebus consulatur, & malignantium perverſitatibus obvietur: ordinamus atque statuimus, quod tales invalores, raptores, & captores rerum, seu bonorum ecclesiasticorum, dummodo excessus sint notorii & manifesti, vel de his aliter legitime constet, canonica monitione præmissa, nisi plane & libere restituerint, & debite satisfecerint, per ordinarium diocessanum anathematis gladio feriatur; & non sibi dicti raptores, seu invafores celeri restitutione provideant, in eos sententia districtius aggravetur; in participantes & consentientes, auxiliium & consilium præbentes, excommunicationis sententiam promulgando, ac etiam a Divinis cessando, ubi res & bona detinebuntur ecclesie, vel ubi dicti malefici residentes fuerint vel præsententes, ulterius ad interdicti generalis ponendi sententias procedendo, si secundum arbitrium episcopi contumacium pertinacitas hoc exegerit, vel enormitas facinoris perpetrati: & unius episcopi latus super his sententias ceteri requisiti ab eo publicare teneantur, & facere in suis diocessibus, quantum ad jurisdictionem suam pertinet, observari (si quidem, ut dictum est, ipsos maleficos in alterius diocesi comminatos excessus constet notorie perpetrasse

Joannes

Corr. diocessibus.

Corr. nisi

se

ANNO
CHRISTI
1170.

edd. de-
beant.

SEDES
VACAT. **CONCIL. AVENIONENSE.**

IMPERIUM VACAT.
S. LUDOV. R. FR. 16

ANNO
CHRISTI
1170.

se) vel alias legitime, cum ratione de-
li&li, forum ejus in cujus deliquerint
diocesi fortiantur. Statuimus ordinan-
tes, quod taliter notorie delinquentes
moneri & citari *, ubicumque valeant
inveniri. Contra illos autem, quos non
notorie, sed legitime constiterit deliquis-
se, non autoritate concilii, sed ordi-
naria procedatur.

Et si monitus, vel citatus, contumax
fuerit, aut parere vel emendare nolue-
rit, ab ipso episcopo, in cujus deliquit
diocesi, volumus quod possit in ipsum
seu eos exerceri. Ita quod si idem epi-
scopus in ipsos malefactores notorios
animadvertens, alium ordinarium suf-
fraganeum Remensis metropolis requi-
sierit, vel processum suum ei insinuare
curaverit: requisitus episcopus senten-
tias publicet, & legitime aggravet se-

Acundum quod expedientius fieri pote-
rit; ac sic alter alterius onera portet,
& mutuum consilium & auxilium sibi
præbendo, ab oppressionibus & injuriis
hujusmodi, ecclesias unanimi præsidio
tueantur.

Salvis nihilominus iis, quæ super præ-
dictis & aliis articulis per sedem apo-
stolicam, ac per venerabiles patres ec-
clesiæ Gallicanæ, ac in aliis conciliis
provincialibus Remensis provinciæ, or-
dinata sunt & statuta: quæ præcipimus
& statuimus observari, & a suffraga-
neis, si eis videatur expediens, in eor-
um synodis publicari. In cujus reite-
stimonium & munimen sigilla nostra
præsentibus duximus apponenda. Da-
tum & actum anno & die supra-
dictis.



CONCILIUM AVENIONENSE

Anno MCCLXX. Id. Jul.

Nunc primum prodit ex MS. Eminentiss. Card. Cbiffi.

Concilium I. per dominum B *. Ma-
leferrati, quondam archiepiscopum
Arelatensem, celebratum.

Bertran-
dum.

CAPITULA.

I. Ut alienationes bonorum ecclesiasticorum
revocentur.

TITULI CAPITULORUM.

1. Ut alienationes bonorum ecclesiasticorum revo-
centur.
2. Ut pecunia legata, ad arbitrium executorum
dividatur in causas pias.
3. Ut archiepiscopus & suffraganei se invicem
juvent in sententiis servandis & publi-
candis.
4. Ut qui habent personatus, & beneficia curata,
presbyteri fiant intra annum.
5. Ut expensa facta in legatos apostolicos, sol-
vantur de contributione ecclesiarum.
6. Ut personatibus assignentur certi redditus.
7. Ut religiosi & clerici non quarant defensionem
secularem contra episcopos.
8. De clerico, qui episcopum, prapostum, &c.
graviter laeserit.

Alienationes factas de possessionibus
ecclesiarum sine diocesanorum con-
sensu, rectores, seu priores earumdem
ecclesiarum, sive sint alienatores, seu
eorum successores, studeant celeriter
revocare, quatenus processerint de fa-
cto: alioquin per diocesanos locorum,
tam dicti rectores seu priores, quam
abbates, seu alii, ad quos spectant illæ
ecclesiæ, ad id monitione præmissa,
per censuras ecclesiasticas compell-
lantur.

II. Ut pecunia legata, ad arbitrium execu-
torum dividatur in causas pias.

PRÆFATIO.

Anno Domini MCCLXX. Idibus Iulii, ve-
nerabiles patres domini B *. Dei gratia
archiepiscopus Arelatensis. R. Cavallicentis. G.
Carpentoratensis. Zoen Avenionensis. N. Va-
sionensis. P. Auriacensis. I. Tricastinus, epi-
scopi Arelatensis ecclesiæ suffraganei, atque
multi alii prælati ejusdem provinciæ, apud Ave-
nionem in provinciali concilio congregati, hæc
subscripta capitula in eodem concilio promul-
gata servari per totam eandem provinciam
mandaverunt: licet eadem non sint statuta,
sed in forma pronunciata fuerint statutorum.

Bertran-
dus.

Cum autem testator legat certam pe-
cuniæ quantitatem vel res alias pro to-
restis suis distribuendis arbitrio gadi-
atorum seu executorum testamenti sui;
nec extant certæ personæ, quibus, seu
inter quas, pecunia, seu res sic legata
distribuantur: statuimus, quod pecunia
seu res prædictæ, per ipsos executores,
de concilio tamen & assensu prælato-
rum, ne fraus aliqua per ipsos gadi-
atores valeat procurari, in pias causas
dividantur. Et nisi testator tempus præ-
fixe-

ANNO
CHRISTI
1170.

fixerit ad hujusmodi persolvenda, dicti A
executores, per diœcesanos locorum, VI. *Ut personatibus assignentur certi red-*
ea infra annum solvere per centuras ec-
clesiasticas compellantur.

III. *Ut archiepiscopus & suffraganei se in-*
vicem juvenc in sententiis servan-
dis & publicandis

Item statuimus, quod dictus archie-
piscopus & ejus suffraganei, mutuum
sibi ad invicem auxilium in sententiis
servandis & publicandis præstent, cum
per illum, qui ipsas sententias tulit, B
fuerint requisiti.

IV. *Ut qui habent personatus, & beneficia*
curata, presbyteri sunt intra annum.

Item statuimus quod illi, qui habent
personatus etiam sine cura, seu benefi-
cia curam animarum habentia, compellantur per diœcesanos per subtractionem
beneficiorum infra annum in pres-
byteros promoveri, nisi rationalem causam
ostenderent, quare infra annum
non possent, vel deberent: vel nisi sint
archidiaconi, quibus sufficit, quod sint
diaconi, & quod in diaconatu ministrent.

V. *Ut expensa facta in legatos apostolicos,*
solvantur de contributione ecclesiarum.

Item statuimus, quod si episcopus,
vel aliquis rector alicujus ecclesie, de
diœcesis expensas necessarias fecerit in
legatis & nunciis sedis Apostolicæ, expensæ
illæ solvantur de communi contribu-
tione ecclesiarum totius diœcesis: D
& istæ expensæ semel in anno in una
synodo colligantur.

VI. *Ut personatibus assignentur certi red-*
ditus.

Item statuimus, quod episcopi & capitula assignent, & deputent clericis in
personatibus seu dignitatibus suæ ecclesie
constitutis, qui carent redditibus, certos
redditus juxta facultates suas, &
qualitatem dignitatis, sine magno præ-
judicio aliorum quod videtur posse fieri,
ibi præsertim, ubi communia bona habentur.

VII. *Ut religiosi & clerici non quarant de-*
fensionem sæcularem contra episcopos.

Item statuimus, quod si religiosi vel
clerici sæculares se in quidagio, seu de-
fensione sæculari posuerint contra epi-
scopos & prælatos suos, nisi canonica
admonitione præmissa illi quidagio seu
defensioni penitus renunciaverint, per
diœcesanum excommunicentur: alias
per subtractionem beneficii, si quod
habent, si hæc contempserint, pun-
tiantur.

VIII. *De clerico qui episcopum, præpositum,*
&c. graviter laeserit.

Item statuimus, quod si quis clericus
episcopum, præpositum, seu alium in
personatu, dignitate, seu canonica ali-
cujus ecclesie constitutum, factis vel
verbis graviter dehonestaverit: non ad-
mittatur ulterius ad aliquod beneficium
illius ecclesie, nisi passo injuriam satis-
fecerit de injuria, seu offensa.

ANNO
CHRISTI
1171.

CONCILIUM APUD S. QUINTINUM

ANNO
CHRISTI
1171.

Ab episcopis Remensis provincie, vacante sede Remensi, celebratum, anno MCCLXXI.

Concilii hujus quidquid superest, suppeditat
Cl. Hemerius in *augusta Veromandorum*
illustrata, cujus hæc verba sunt. Eodem (anno
MCCLXXI.) Milo Suetionensis antistes,
vacante sede Remensi, concilium provinciale,
pro usu jamdiu in eadem metropoli recepto,
indixerat Sanquintini. Celebrationem tamen
ejus canonici Remenses interrubarunt: veteranes
inconsultis iis, nec largitis habendæ synodi
facultatem, quemquam interesse suffraganeorum.
Prohibitio publicata, Milonis institutum
aliquandiu retardavit. Sed illo tandem composito
dissidio, habitum illud est in eadem urbe
apud Dominicanos: qui locus consuetus est.
Concil. General. Tom. XXIV.

Eodem synodorum: Eoque cum alia præclara,
tum in primis de sacrarum personarum & ecclesiarum
privilegiis, &c. constituta, quæ sequuntur.

I. *Ut prelati mutua non contrahant.*

Indemnitatibus ecclesiarum, prout ad
nostrum spectat officium, providere volentes:
statuimus, ut abbates, & alii inferiores
prelati ecclesiarum, per literas suas mutua non
contrahant, nisi
B pro

ANNO
CHRISTI
1177.

pro suis & ecclesiarum suarum negotiis procurandis. Qui vero contra hoc fecerint, ipso facto noverint se suspensos.

II. De eo, qui aliquem ab ecclesia abstraxerit.

De violatoribus ecclesiarum statutum, ut si quis ab ecclesia aliquem abstraxerit, ab ingressu ecclesiarum per annum noverit se suspensum.

III. De eo, qui aliquem in ecclesia interfecerit.

Si quis in ecclesia aliquem interfecerit, quamdiu vixerit, ipso facto, ingressu ecclesiarum sit privatus, nisi cum ipso per provinciale concilium fuerit dispensatum: salvis aliis poenis, quae contra tales in canonicis constitutionibus continentur.

IV. Ut prioratus debito monachorum numero non defraudentur.

Si cultum domus Domini creatione novorum ministrorum amplificaverunt reges veteris testamenti: nos novi testamenti pontifices, sustinere non debemus in ecclesia Dei diminui numerum servitorum. Sane pro certo didicimus, quod quidam abbates prioratuum suorum adeo exhauriunt facultates, quod iidem prioratus debito monachorum numero defraudantur. Cum ergo haec non debeamus sub dissimulatione petranlire: statuimus, ut visitationis officium exercentes inquirent inter alia, quotus debet esse numerus servitorum: & si diminutus fuerit, abbati denun-

cient, ut infra mentem suppleat numerum diminutum, secundum quod possunt facultates eorum sufficere. Si vero facere noluerint, per satisfactionem bonorum, vel alio modo, secundum quod praelati expedire viderint, compellantur. Praecipimus autem, ut hoc statutum sine acceptione personarum observetur.

Hemerius idem pag. 278. iterum describit preteritum illum canonem ex codice Sueslonensi, in quo conciliorum Remensis provinciae canones. Tum subiungit: Item ex eodem concilio.

V. Ut saeculares magistratus non cogant clericos ad debita Judaeis persolvenda.

Sacras constitutiones legentibus satis liquet, quod nullam habeant de rebus ecclesiasticis disponendi laici aliquo modo potestatem. Verum nobis multorum quaestio patefecit, quod in tantum quorundam principum saecularium processit temeritas, ut si Judaei conquerantur de aliqua ecclesiastica persona, quod eis sit debitis obligata, statim irrequisito loci praelato, non convictos, nec confessos, per captionem bonorum eorundem nituntur compellere ad ea debita persolvenda. Cum igitur istud manifeste sit contra omnia jura tam canonica quam civilia, & etiam a ratione discordet, ut injuria Crucifixi, melioris conditionis sint quam Christiani: praecipimus, ut praelati quando in eorum jurisdictione tale quid acciderit, in delinquentes hujusmodi poenam canonicam vigilanter exercere non relaxent, donec non solum de damnis, sed de injuria, satisfecerint competenter.

* f. ut iniuriam cruc.

APUD RADINGES IN ANGLIA CONCILIUM

Anno 1271. habitum.

Es Wbart Ang. Sac. vol. 1. p. 498.

An. 1271.
F. 101 ap.
Wilkins
Conc. Brit.
t. II. pag. 247.

Item feria II. quadragesimae convocatio episcoporum apud Radinges ad tractandum de jurisdictione Cant. ecclesiarum; utrum ipsi episcopi deberent obedire capitulo Cant. an non. Et factis interlocutoriis appellatum est a monachis Cant. ad sedem apostolicam, ne aliquid attemptetur in praedictum ecclesiarum suarum. Item convocatio abbatum ex priorum nigri ordinis apud Oxenford post clausum pascha, ubi praesidentes fuerunt de Evesham & de Winchecombe abbates. Ex monachi Wigorn. annalibus eccles. Wigorn.

ELECTIO THEALDI ARCHIDIACONI

Leodiensis in summum pontificem Gregorium X. Kal. Septemb.
ann. MCCLXXI.

G. COSSARTII ADMONITIO.

Annos jam duos, menses novem, dies duos, sedes Romana vacaverat: habiti a cardinalibus fuerant multi de creando pontifice conventus: sed propter factiones, quibus scilicet erat sacrum collegium, evenit nullo. Tandem an. MCCLXXI. Kal. Septembris, compromisso facto, sex cardinalibus potestas facta pontificis eligendi. Ad ipsa primus edidit Luc. Waddingus Franciscanus, assualium ordinis sui auctor Vaticano codice Ms. formularum Marini Ebulensis, auctoris corvi, dignissimus commentator. Descripserunt autem illa ex Vaticano codice Ms. formularum Marini Ebulensis, auctoris corvi, Galli hominis, qui ex thesaurario Saruberionii in Anglia, & ecclesie Romanæ vicecancellario, factus est demum a Clemente IV. archiepiscopus Capuanus. Opus ejus, ex quo hæc acta descripta sunt, continet formulas literarum & instrumentorum cancellarum apostolicæ.

I.

Compromissum, quo sex cardinalibus potestas datur pontificis eligendi.

In nomine sanctæ & individue Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

A Nno Incarnationis Dominicæ MCCLXXI. mense Septembris, die prima mensis ejusdem, nos miseratione Divina Odo Tusulanus B episcopus, Simon tituli S. Martini, Ancherius tit. S. Praxedis, Guillelmus tit. S. Marci, Guido tit. S. Laurentii in Lucina, Simon tit. S. Cæcilie, Ambaldus Basilicæ duodecim Apostolorum, presbyteri; Richardus S. Angeli, Octavianus S. Mariæ in via lata, Joannes S. Nicolai in carcere Tulliano, Othobonus S. Hadriani, Jacobus S. Mariæ in Colmedin, Gottifridus S. Georgii ad velum aureum, Ulbertus S. Eustachii, & Mattheus S. Mariæ in porticu diaconi, cardinales: Apostolica sede per obitum fel. rec. domini Clementis papæ IV. vacante, in communi consistorio, solito more convenimus, de electione summi pontificis tractaturi. Cumque omnes & singuli consentiremus per viam procedere compromissi, nos prædicti O. Tusulanus episcopus, A. tit. S. Praxedis, G. tit. S. Marci, S. tit. sanctæ Cæcilie, A. Basilicæ duodecim Apostolorum, presbyteri: O. S. Adriani, G. S. Georgii ad velum aureum, V. sancti Eustachii, & M. S. Mariæ in porticu diaconi, cardinales; venerabili patre domino Joanne Portuensi episcopo tunc absente a dicto consistorio, & infra paschale palatium in sua camera constituto, requisito & expresse consentiente: in venerabiles patres præfatos dominos S. tit. S. Martini, G. tit. S. Laurentii in Lucina, presbyteros, R. S. Angeli, Octavianum S. Mariæ in via lata, Joannem S. Nicolai in carcere Tull. & Jac. S. Mariæ in Colmedin diaconos, cardinales, consentimus, & eos compromissarios eligentes, ipsis volentibus & expresse consentientibus, ac compromissum hujusmodi & formam acceptantibus infra scriptam, contulimus concordati voto, & unanimi consensu omnes & singuli potestatem providendi sacrosanctæ Romanæ & universali ecclesie de pastore in forma subscripta. Videlicet quod quinque ex eisdem sex compromissariis de sex- to ex ipsis sex, vel omnes ipsi sex de aliquo alio de collegio dictorum cardinalium, seu etiam extra ipsum collegium, in pontificem & pastorem ipsius ecclesie concorditer providerent: ad hæc faciendâ ipsis præfata prima die Septem-
B
C
D
E
B 2 con

* Corr. pas-
chale.

Abris & sequenti concessis. Dicti vero compromissarii singuli singulariter, & omnes communiter consentientes, ut præmittitur, hujusmodi compromisso, ipsum & potestatem in præscripta forma concessam eisdem benigne ac humiliter susceperunt. Actum Viterbij in dicto consistorio, anno, mense, & die prædictis. Ego O. Tusulanus episc. in prædictos compromissarios consensit, eos elegi, & ipsis pro me potestatem contuli providendi sacrosanctæ Romanæ ecclesie & universali de pastore in forma præscripta. Et sic scribant singuli qui compromiserunt. Ut autem huic compromisso fides plenior habeatur, ipsum sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri.

II.

Instrumentum electionis factæ per compromissarios.

In nomine sanctæ & individue Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

A Nno Incarnationis Dominicæ MCCLXXI. mense Septembris, die prima mensis ejusdem, nos miseratione Divina S. tit. S. Martini, Guido, tit. S. Laurentii in Lucina, presbyteri; Richardus S. Angeli, Octavianus S. Mariæ in via lata, Joannes S. Nicolai in carcere Tulliano, & Jacobus S. Mariæ in Colmedin, diaconi, cardinales, compromissarii electi a reverendo collegio dominorum cardinalium, data nobis potestate providendi sacrosanctæ ac universali ecclesie vacanti per obitum fel. rec. domini Clementis papæ IV. de pastore, in forma subscripta in compromissum ipsum consentimus; & illud ac potestatem nobis concessam recepimus reverenter. Forma vero dictorum compromissi, ac potestatis nobis concessæ hæc est: In nomine sanctæ & individue, &c. ut supra. Nos itaque præfati compromissarii, hujusmodi compromisso & potestate susceptis, habito in conclavi diligenti, prout negotii exigebat arduitas, & perpento tractatu; ac consideratis circumstantiis universis, quæ necessitate ipsius ecclesie, ac totius orbis inspeçta, nos secundum Deum movere poterant & debebant: ad honorem domini nostri Jesu Christi, & gloriosissime Virginis Mariæ matris suæ, beatorum apostolorum Petri & Pauli, omnium sanctorum, ac ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesie, dicta prima die Septembris, ex collata nobis potestate juxta formam nobis traditam procedentes, convenimus, &

ANNO
CHRISTI
1174

concorditer consensus, vice nostra & ejusdem A collegii, in venerabilem patrem nostrum dominum Thealdum Placentinum, archidiaconum Leodiensem seu in ecclesia Leodiensi, ipsum in Romanum pontificem nominantes ac assumptes: & prefato domino Simoni nos reliqui quinque compromissarii dedimus potestatem, ut eundem dominum Thealdum vice sua & nostra, nec non & totius prefati collegii, eligeret in ipsius Romanæ ac universalis ecclesie pontificem & pastorem. Et nos prefatus Simon ipsum c. vestigio elegimus per hæc verba: Ego Simon tit. S. Martini presbyter cardinalis, ad honorem domini nostri Jesu Christi, beatissimæ matris ejus, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli, & omnium sanctorum, nec non & B sacrosanctæ Romanæ ecclesie memoratæ, eligo venerabilem patrem dominum Thealdum Placentinum, archidiaconum Leodiensem, seu in ecclesia Leodiensi, in Romanum pontificem & pastorem. Actum Viterbii in dicto consistorio, anno, mense, & die prædictis.

Ego Simon tit. S. Martini presb. cardinalis, in venerab. patrem dictum dominum Thealdum conveni, consensi, ac ipsum in Rom. pontificem nominavi, & assumpti ac eligi mandavi in forma præscripta.

In eundem modum alii compromissarii.

Ut autem huic processui fides plenior haberetur, ipsum sigillorum nostrorum munimine fecimus communiti.

I I I.

Assensus ceterorum cardinalium, electionem ratam habentium.

In nomine sanctæ & indivisæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

ANNO Incarnationis Dominicæ MCCLXXI. &c. Repetitur hic compromissum, superius jam editum, usque ad hæc verba: benigne & humiliter susceperunt. Deinde. Porro nos prefati compromissarii, hujusmodi compromisso & potestate susceptis, habito in conclavi diligenti, prout negotii, &c. ut in instrumento proxime edito electionis per compromissarios facta usque ad hæc verba: eligo venerabilem patrem dominum Thealdum Placentinum, archidiaconum Leodiensem, seu in ecclesia Leodiensi, in Romanum pontificem & pastorem. Sequitur.

Sane iis peractis, incontinenti omnibus cardinalibus vocatis, & convenientibus in consistorio memorato, nos prædicti compromissarii consensus nostros & electionem prædictam publicavimus, & publicando ipsos consensum & electionem iteravimus in communi. Nos autem prædicti omnes & singuli episcopi & presbyteri & diaconi cardinales, in eodem consistorio congregati, processum & electionem hujusmodi ratificantes, acceptantes, & etiam in ipsum venerabilem patrem dictum dominum T. consentientes expresse, ipsum licet absentem recepimus & recipimus in Romanum pontificem & pastorem. Ceterum venerabilem patrem dominum H. Ostiensem episcopum, post hæc ad idem consistorium convocantes, communicavimus ei omnia supradicta: qui ea omnia & singula gratanter acceptans, memoratum dominum Thealdum in Romanum pontificem & pastorem humiliter & devote recepit.

I V.

Cardinalium epistola ad Thealdum electum Romanum pontificem.

Sanctissimo Patri & domino reverendo, domino Thealdo archidiacono in ecclesia Leodiensi, Divina providentia, in Romanum & summum electo pontificem; miseratione Divina episcopi, presbyteri, & diaconi, sacrosancta Rom. ecclesie cardinales pedum oscula beatorum.

Sempiterno splendens lumine, ac ineffabili præditus majestate Patris æterni Filii, dominus Jesus Christus, qui cuncta disponente virtute mirabili, prout sibi placet sanctissimæ majestati, circa sanctam Romanam & universalem ecclesiam ita sibi continuat benignitatis affectum, & roborat protectionis auxilium: quod nullo unquam turbine vexationis evertitur, nec propter alicujus persecutionis vel adversitatis instantiam naufragatur; quinimmo gloriosa incrementa fulcipit, & tanquam stella matutina per mundi climata resurgit, prout multis liquet indicis, & patet clarissimis argumentis. Nam licet jam dicta ecclesia post habitum a superno rege de morte triumphum, & ipsius regressum ad gloriam cœlestis patriæ, sui fulgore luminis perenniter illustratæ, fuerit pro diversitate temporum, personarum illarum destituta præsidii, quas ad ejus regimen constituto providerat omnium conditoris: ipsa tamen ecclesia per successivam substitutionem Romanorum pontificum, favente supernæ virtutis auxilio, felicitis habuit perseverantiæ firmamentum. Et quidem diebus istis circa dictam ecclesiam hoc ipsum virtuti altissimi dignanter placuit operari: quia pie recordationis domino Clemente papa IV. dudum de hac luce finibili ad insubilem evocato (sicut de Redemptoris nostri confidimus pietate,) ac ipsius corpore tumulato; nos, Missarum solemnibus, sicut moris est, ad honorem sancti Spiritus devotissime celebratis, in unum convenimus ad habendum de summi pontificis substitutione tractatum. Quo frequenter habito, & circa tanti profunditatem negotii, cui simile in humanis actibus non cernitur inveniri, diffusis temporis spatio interjecto, ac desideris eligentium, permittente Domino, in diversa divisis: tandem, Divina propitiante clementia, vota nostra in venerabilem personam vestram unanimiter & concorditer dirigentes, vos per compromissi viam elegimus in Romanum summum pontificem, consueto laudis Divinæ cantico, fidelium assistente multitudine, decantato: ducti credulitate firmissima, quod cum in vobis ab annis tenneris laudabilis conversationis & virtutis resulerint ornamenta, & odor famæ vestræ gratissimus hinc inde per loca plurima sit diffusus; ille benedictus in sæcula, qui vos dignanter in suum assumpsit vicarium, & in Christiani populi patrem & dominum gratiosum, de vestris sanctis dabit provenire meritis, quod in statum prosperum & jucundum resurgat ecclesia generalis: etiam quod fidei catholicæ gloria ubique votiva suscipiet incrementa; necnon quod terræ sanctæ negotium facilem & felicem sortietur effectum; maxime, cum sit verisimile, quod Redemptoris nostri benignitas vos ad terram ipsam voluit illa de causa personaliter pervenire, ut occulata fide visus ejus angustiis, & tri-

ANNO
CHRISTI
1174

ANNO
CHRISTI
1171.

& tribulationibus intellectis, de illo sibi procuratis provideri subsidio, ex quo proveniat acquisitionis perfectæ gaudium, a longis retroactis temporibus laudabiliter expectatum. Quid ad ista, vir virtutis eximia? vir in oculis Dei & hominum gloriose?

Venerabiles, ac providos, & discretos viros, latentes præsentium, nostros quidem speciales nuncios, cum decreto electionis canonicæ de vobis concorditer celebratæ ad præsentiam vestram duximus destinandos: suppliciter precum petentes instantia, & per Dei misericordiam obsecrantes, quatenus in virtute illius, qui super pennas ventorum ambulat, & in momento cuncta perficit, prout suæ sanctissimæ voluntatis existit cessantibus quibuscumque diffugiis, vos accingatis ad iter adeundi sedem apostolicam, sub anxietate multa spiritus constitutam, quousque de clementissimâ virtute Altissimi sibi proveniat vestram desiderabilem faciem intueri; qua visa, stillabunt cœli dulcedinem, & colles fluent lactis & mellis ineffabilem ubertatem. Quinimmo ad pedum vestrorum oscula non solum concurreret multitudo fidelium numerosa, sed ante vos etiam curvabitur altitudo principum, & personarum sublimitas inclinetur. Nec mirum, quia sicut pie confidimus, & devote speramus, vobis habentibus Deum solum præ oculis, & amplectentibus jugiter vitæ studium innocentis; vitiatorum in malevolis extirpatione præmissa, & plantatione virtutum in benevolis subsecuta; benignitas vestra lætificabit Dei populum in exhibitione justitiæ, ac etiam in condignis gratiis opportuno tempore liberaliter conferendis: miseranda multipudine pauperum ob illam causam

A habitura de vobis affluentiam gaudiorum, quæ ipsorum nomen erit coram vobis amabile, ac eorum animas consolari in vestris existet affectibus speciale. Vobis autem, pater orphanorum & iudex clementissime viduarum, sufficiat istam brevem audivisse particulam de profectibus innumeris, qui proventuri sunt universitati fidelium per vestræ ministerium sanctitatis, illius favente clementia, qui manne cœlestis edulio suum satiavit miraculose populum; & de quinque panibus ac duobus piscibus, quinque millia personarum, duodecim cophinis in augmentum suæ gloriæ superantibus de fragmentis. Illis etenim nostræ devotionis eloquiis cum affectu paterno clementer auditis, virtute Paracliti festinate nos vestros videre fratres & filios, & consolari corda gementium, quibus in visione vestri vultus angelici quasi dabitur visisse delicias paradisi. Reliqua super iis votiva nobis & Christiano populo infundat præcordiis Spiritus ille paraclitus, qui discipulorum corda languentium sicut plenissime consolatus.

ANNO
CHRISTI
1171.

NOTA GABR. COSSARTII.

Ex his actis falsi convincuntur, & Meyerus, qui Gregorii electionem ab ejusdem consecratione minime distinguens, eam ad annum consequentem differt. & Binius, apud quem in Gregorii vita max. leges eum decimo septimo Septembris electum esse: & chronica Francicana, in quibus legitur compromississe cardinales omnes in S. Bonaventuram, eoque potentiam sacris sui ipsius renunciandi, ac illum singulari exemplo, dignitatem summam alteri contulisse: & S. Antoninus, qui Placentium episcopum prius fuisse asserit; & Ricordanus ac Joannes Villanus qui cardinalem, & in Syriæ sedis apostolicæ legatum fuisse narrant; & Nangius, alique, qui Theobaldum nuncupant; & Longinus Polonicus historicus scriptor, qui Simbaldum appellat. & Gesnerus, qui in bibliotheca sua Laudensem archidiaconum vocat.



V I T A

G R E G O R I I P A P Æ X.

Gregorius decimus, Theobaldi nomine antea vocatus, e vicecomitibus Placentiæ & archidiacono Leodiensi, vitæ sanctissimæ homo, cum in Asia contra infideles cum exercitu Christianorum pugnaret, post interregnum duorum annorum, novemque mensium, Viterbiensium & sancti Bonaventuræ hortatu, ab omnibus prope cardinalibus electus est Viterbii decimo septimo Septembris anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, tempore Rudolphi primi imperatoris. Rogatu Caroli regis maritimo itinere in Apuliam profectus, regisque comitatu Caperanam usque stipatus, terrestri itinere Viterbium concessit: inde cum cardinalibus Romam devenit, ubi vigesimo septimo Martii coronatus & consecratus est. Rebus ecclesiæ pacatis, in præsentia Gallorum regis, inter Venetos, & Genuenses quinque annos induciarum pepigit. Exinde Lugduni congregavit concilium, in quo, Palæologo Græcorum imperatore per legatos præsentem, Græca & Latina ecclesiæ decimatertia vice unitæ fuerunt. Florentinam interdicto punivit, quod Gibellinos eo per se remissos ejecissent. Absoluto concilio in Italiam regrediens, obviam factus est regi Castellæ. Quo graviter conquerente, quod in electione imperatoris, Rudolpho fuisset posthabitus, auditis tamen pontificis opti-

mis rationibus pacatum reddidit. Aretium delatus, cum propter interdictionem Florentinam declinare studeret, in morbum incidit, & post quatuor annos, totidemque menses, & decem dies, ab electionis tempore elapsos, mortuus est Aretii in Tuscia quarto Idus Januarii, anno millesimo ducentesimo septuagesimo sexto: sepultus est ibidem in cathedrali ecclesia. In concilio jam dicto, inter alia decreta, auctore Onuphrio, hoc unum adinvenit, ut mortuo pontifice, cardinales in conclavibus sub firma custodia recluderentur: ad evitanda pericula, quæ ex diuturniori electionis dilatione oriri possent. Hujus tempore emerferunt ex Italia flagellantes hæretici, incerto auctore: qui per Germaniam & Galliam vagantes, semetipsos flagellabant, & inter ceteros errores, hos prædicabant: Neminem salvari posse, nisi in sanguine de proprio suo corpore per flagella excusso baptizaretur. Aquam benedictam nihil efficacitæ habere. Plures vide apud Sanderum libro septimo de visibili monarchia. Quo & qualli habitu usi fuerint, Stero in suis annalibus anno millesimo ducentesimo sexagesimo describit his verbis: Ab umbilico sursum corpora denudantes, quadam veste partem corporis inferiorem usque ad talos rectam habebant; & ne quis eorum agnosceretur, cooperto capite &

* Kal. Septemb. Vid. pag. 26. in Not.
* Meminisse Binius de buerat Rudolphum post annos duas imperare cepisse.
* Caperanam dicere voluit.

facie incedebant. Procedebant etiam bini, terni, tamquam clerici, vexillo prævio, vel cruce, flagellis temetipsos bis in die per triginta tres dies, & deinde in memoriam temporis humanitatis Domini nostri Jesu Christi super terram apparentis tamdiu cruciantes, quousque ad quasdam cantilenas, quas de passione ac morte Domini didicerant, duobus, vel tribus præcinentibus circa ecclesiam, vel in ecclesia compleverunt, nunc, in terram corruentes, nunc ad caelum nuda brachia erigentes non obstante luto, vel nive, frigore vel calore. Miserabiles itaque gestus ipsorum, & dira verbera multos ad lacrymas & ad suscipiendam eandem penitentiam provocabant. Sed quia origo ejusdem penitentiae, nec a sede Romana, nec ab aliqua persona auctorabili fulciebatur: a quibusdam episcopis & domino Henrico duce Bavarie coepit haberi contemptus, unde tepescere in brevi coepit, sicut rex immoderate concepta. Hac Stereo. Vide infra historiam concilii Lugdunensis II.

EPISTOLA

GREGORII PAPÆ X.

AD HENRICUM LEODIENSEM

Episcopum.

** Scripta. * Eum in concilio Lugdunensi propter incontinentiam denunciatum & convictum, antequam episcopatu privaret, hortatur ad penitentiam.*

DEbet unusquisque, cui Dominicus grex committitur, & cura imminet animarum, super gregem ipsum vigilas adversus nequitias spirituales observare. Nam vigilas salutare esse nullus sane mentis ignorat: quia revera plus vigilare, plus vivere est. Quid est tam morti simile, quam dormientis aspectus? aut quid tam vita plenum, quam forma seu condicio vigilantis? Indulgendum quidem somno est, ut quis corpus reparet, non solvat; ut vires revocet, non enervet. Quænam ars, quod opus, officium, seu p. tellas, quæ non vitæ lucubratione proficiat, & queratur?

Natura enim vigilando calles transit invios, & nocturno vestigio ad lucrosi portus votivam pervenit mansionem: pastor sibi totum denegat dormiendi tempus, ne qua lupis, suffragante somno, grassandi in gregem occasio præbeatur: viator etiam solers, astus, per nodis semitas, solis prævenit, & ædum diei providentius deputat mansioni: miles quoque in castris supervenientes impetus nocturnos solita pernoctatione propellit: at rex in prociñctu pervigil, callidi hostis præcavet insidias & evitat.

Si itaque tantæ exiguntur vigilæ, ubi de temporalibus agitur & caducis: evidenter apparet, quod sollicitudinis oculus claudinon debet, ubi fructus ipsarum perquiritur animarum. Tenetur ergo quilibet pro gregis custodia summo opere vigilare prælatus; sed lumbis præcinctus; tota enim in præcingendis lumbis cura mandatur, totum in constringendis ipsis a Dei Filio statuitur jus præcepti; addito tamen lucernarum solatio, sine quo nec noctis aperitur obcuritas, nec venientis diei clarescit aspectus. Sed cur lumbos potissime nominat? cur tanta jubentis auctoritas lumborum signanter

efficit mentionem? Hoc profecto accidit, quia in lumbis est tota pene humani lapsus & humanæ fragilitatis occasio. Propter quod principaliter ipse Dei Filius lumbos præcingi jubet baltheo castitatis, totumque carnis pendulum, fluidum, retolatum constringi mandatur ligatura virtutis: ut carne succincta, liberior ad Deum ipsi prælato pro subditis sit accessus. Nam tunc, non carnis corruptela, non mole corporis prægravatus, inter Deum & subditos eodem, seipsum, iusta etymologiam nominis, pontem faciat. Offert namque ipsi Deo tamquam mediator legitimus populi preces & vota; & per ipsum tamquam pontem medium, benedictio eius reportatur & gratia. Ingratis enim improperat Divinæ bonitatis beneficia, contentibus potentie severitatem insinuat, utriusque tamen studet indignantis placare fervorem: nunc hominum infirmitatem, nunc Divinæ præcedens magnitudinem pietatis. Constringenda ergo est ipsa caro continentie cingulo: ne estuta vitii, ac toto peccatorum gravata pondere, cælestibus ipse prælatus pro te, ac subditis insulere minus possit. Sed nec quidem carnis impetus retinere, parvulos ad petram elidere, & quod majus est, conscientiam mundam habere, non sufficit in pastore: immo ultra id oportet, ut lucernas in manibus habeat; tum ex eo, quod lucernæ temper in testimonium innocentie tempore nocturno portantur; tum

etiam, quia sicut vitii amicae sunt tenebræ, ita lucernæ temper sunt criminum inimicæ. Nec tamen illud satis est in prælato, nisi ipse desiderat lucernas ardentes: quia etsi lucere est vanum, ardere parum, ex his tamen duobus conficitur quid validum & perfectum. Nam quid lucernæ ardentes, nisi exempla in ipso prælato vitæ sanctitate præclara? quæ dum formæ operum, misericordie oleo, ac caritatis inflammantur ardore, ipsum prælatum talem exhibent & ostendunt, quod dici potest merito forma gregis, ac populi sui salus.

Dolere itaque merito, & gemere debes & potes, & nos vice tua, cum te sincere diligamus, non amaricari non possumus: ex eo quod si vera sunt, quæ de te dicuntur, non tamquam pastor, sed idolum nihil obtines de præmissis, quia gregis tui profectibus non invigilas, nec intendis. Zona continentie non inhaeret lumbis tuis: nec exempla vitæ, sed mortis, transmittis ad subditos, quos tyrannice prosequeris; non complecteris caritate. Quæ vero publice de tua dicuntur persona, etsi non omnia, aliqua tamen tuis pro tua salute aspectibus volumus tenore præsentium præsentari: ut saltem rubore perlutus, spiritum juxta desiderium nostrum emendationis assumas, reddasque te talem, quod nobis de tua correctione gaudentibus, plorandi te mortuum, culpaque prostratum de cetero necessitas non incumbat.

Accepimus namque, non sine multa mentis amaritudine, quod tu, episcopali gravitate proflus abjecta, simoniae, incontinentie, aliisque variis & diversis criminibus irretitus, voluptatibus & desideris carnis te totaliter deputas: ita quod tam ante promotionem tuam, quam etiam post, quamplures filios & filias procreasti. Qui etiam in operibus mortis gloriam tuam ponens, & quandam abbatissam ordinis sancti Benedicti tibi publice constituens concubinam: dum sederes in quodam convivio, coram omnibus, qui tunc aderant impudenter confessor fuisti, te infra viginti duos menses quatuordecim filios

Luc. 10.
De penitentia dist. 1.
cap. Quarta.
Qua.

2

Q

filios suscepisse: quorum aliquibus in minori A
constitutis etate beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine cura contulisti, & ab aliis procurati conferri: aliis etiam filiis tuis utriusque sexus, quos matrimonialiter nobilibus & potentibus procurasti conjungi bona tui episcopatus mobilia & immobilia assignando.

Ad majorem quoque tuæ damnationis cumulum, in quodam manerio tuo, quod parcius vulgariter nuncupatur, quandam monialem B
monasterii sanctarum virginum ejusdem ordinis diu tenens, alias mulieres eidem moniali associare curasti: & cum ad locum illum accedis, reliquis exterius illis, quos tecum ducis, solus ingrederis ad easdem. Præterea cum in cenobio quarundam monialium diocesis tuæ, abbatissæ regimine destituto, electio abbatissæ canonice celebrata fuisset: tu hujusmodi electione cassata, quandam puellam natam nobilis viri comitis de cujus filio quandam filiam tuam in uxorem tradideras, in abbatissam ibidem præficere præsumpsisti: quæ postmodum ex te sibi incestuose concipiens nuper peperisse dicitur, in totius scandalum regionis. Ad hæc cum quadam alia monialis, quam sollicitaveras, tuæ prudenter non acquiesceret voluntati, quidam clericus frater ipsius monialis, te promittente sibi, quod de beneficio provideres eidem, monialem prædicam, cui mendaciter suggererat, quod ipsam C
ad quandam villam duceret causa vitendi consanguineos, quos habebat in ea, ad quoddam manerium tuum fraudulenter adduxit, quæ jam ex te dicitur concepisse. Sicque nominatus clericus præbendam in ecclesia Leodiensi ex collatione tua extitit assecutus. Insuper autem tres filios, quos genuisti de prædicta moniali sanctarum virginum fecisti recipi in ecclesia tuæ diocesis in clericis & in fratres. Duas similiter filias ex eadem moniali suscipiens, earum alteram A. filio ejusdem comitis tradidisti in uxorem, cui possessiones emptas de bonis ecclesiasticis pro mille quingentis marchis argenti diceris contulisse.

Porro cum pro ecclesiæ debitis, quibus episcopatum tuum obligatum dicebas, vicissimam ecclesiasticorum reddituum ecclesiarum tuæ civitatis & diocesis tibi obtinuisse ab apostolica sede concedi: tu ipsa vicissima non contentus, in qualibet ecclesia tuæ civitatis & diocesis, fructus dimidiæ præbendæ, prætextu terrarum ecclesiæ Leodiensis, quas obligatas mendaciter asserebas, percipis annuatim. Et tam prædicam vicissimam, quam eisdem proventus congregas, ut ex eis prædictos tuos filios locupletes: prout ex eo patet, quod quadam vice dum ægrotares, palam asseruisti id dumtaxat cordi tuo esse molestius, quod male de negotio tuorum cogitaveras puerorum.

Illud etiam non duximus omittendum, quod si aliqui super provisionibus suis de beneficiis ad tuam collationem spectantibus apostolicas litteras impetrant: tu ipsos ut hujusmodi litteris aequaliter non permittis: & si contra fecerint, eos personaliter capi, & carcerali facis custodiae mancipari, in gravem apostolicæ sedis injuriam & contemptum. Et quod ita sit, manifeste convincitur ex eo, quod dilectum filium A. clericum, natum nobilis viri comitis de turpiter eijci fecisti de ipsa ecclesia Leodiensi; resignare compellens eundem quemdam archidiaconatum, qui sibi in ea-

dem ecclesia ex ejusdem sedis gratia compete-
tebat.

Ad hæc tu libertatem & immunitatem ecclesiasticam, quantum in te est, evacuare contendens, sæculares ac etiam religiosos, clericos atque laicos, indebitis exactionibus aggravas. Et si forte aliqui personarum suarum periculum vitare volentes, ad ecclesiam contugiant: ipsos puniendos facis extrahi exinde violenter, in derogationem ecclesiastici juris, quod super hoc in illis partibus laudabiliter observatur. Jura quoque ecclesiarum adversus nobiles, qui ea sæpius occupant, non defendis: & in exercenda temporali justitia, prout ad te pertinet, omnino negligens & remissus existens, B
fures, homicidas, & malefactores alios, deprehensos, pro commissis excessibus puniri, dummodo tibi ab eis persolvatur pecunia, animadversione debita non permittis.

Quid plura? Horas canonicas, maxime cum eas nescias, & illiteratus exillas, in animæ tuæ periculum prætermittens, laicalibus & interdum purpureis vestibus te indus, zonis argenteis & deauratis uteris, ita quod te non prælatum, sed potius militem repræsentas.

Ha Deus! si hæc vera sunt, immo quia sine aliqua dubitatione pro veris habentur: quid faciet populus Leodiensis tibi commissus, quem non salutis pabulo reficis, sed inheis perniciosis exemplis? Grex iste Leodiensis quomodo inveniet pascua, quæ tu pastor ignoras? quomodo dirigitur per viam, quam tu dux ejus non tenes? aut quomodo a contagione curabitur, qua tu, ejus medicus es infectus? Non enim mandat aliquid ab immundo: immo qui sordes vult alienas diluere, mundas manus debet habere. Ha Deus! si populus iste indigeat gratia Dei, quomodo eam, quam tu non abes, sibi poteris precibus impetrare? Nam peccato-
res non exaudit Deus: & dum reus ad intercedendum mittitur, ad deteriora irati iudicis animus provocatur. Ha Deus! Cur tu sic es tam prodigus, & salutis oblitus, quod oblationis interioris hominis auribus divinæ comminationis tonitruum non attendis? Clamat enim quæ non mentitur scriptura. Et quid clamat? Quod exiguo debetur misericordia, sed potentes potenter tormenta patientur, & grave iudicium imminet his, qui præsumunt. Nam si manus hominis evaseris, ipsius tamen Dei pro tantis excessibus manus effugere non valebis. O quam terribilis est in iudicio ipse Deus: nam furor est zelus ipsius. In die vindictæ non parces, non acquiescet cuiusquam precibus, non verebitur vultum potentis, & in muneribus non flectetur.

Tu vero qui gregem ipsum sic pereundo perimis, si inest tibi tanquam homini aliquid rationis, si qua scintilla Divini timoris imminet cordi tuo; si devotionem aliquam ad nos habes: ingredere saltem nunc in cubiculum mentis tuæ, & diligenter attende defectus, quos circa officium pateris pastorale, ac maculas quibus respergeris, tamquam vitiorum tentina. Tunc, si tuam salutem non negligis, sed velis salubriter ab hujusmodi labe curari, & tam leverum declinare iudicium animarum: quasi unigeniti fac tibi planctum, lamentatrices advoca, ut super mortuum & abjectum, lamentum doloris assumant, & terram pro te lacrymis irrigantes, tibi veniam impetrent, antequam tartarus rapiat, & exterioribus tenebris in-

involvaris. Festina converti ad Deum, noli tardare, ne, si in mora fueris, iam non sit locus remedio, ex quo vitia fuerint in mores conversa. Non enim longe sunt lamentatrices hominum: sed inveniuntur Leodii scilicet mulieres, & viri religiosi, qui profundis gemitibus sua & aliorum sæpe peccata deplorant, quorum, si velis, suffragis poteris utiliter adjuvari.

Nec te quidem oblectatio deinceps peccati seducat, quia æternum est, quod cruciat, etsi sit momentaneum, quod in ipso peccato delectat. Nec te florida juvenus decipiat, longum tibi ad penitendum spatium temporis promissura: quia res Deus humanas ira celeri citatas turbine versat, ut nemo quantumcumque juvenis jam sibi possit crastinum polliceri.

Protinus itaque tuæ provisorius saluti, advoca medicum animæ tuæ languoribus congruentem, cujus salubri consilio sic commissa stetitibus diluas, quod ea ulterius non committas. Orationi quoque insistere, vacare jejunio, & misericordiarum operibus studeas inservire: quia si horum munimine vallatus perliteris, diaboli jacula, mundi machinas, & carnis dementes impetus, tamquam bellator Dominicus, non poteris formidare. Nam jejunio cogitur caro servire spiritui, oratione tentator fugatur, & fluentis misericordiarum in persona proximi ipse Deus te asserit visitari. Circa divinum quoque ac pontificale officium, sic te sedulum & devotum exhibeas: quod licet tuæ servitutis sit debitum, eo tamen ipsi Deo fiat acceptius, quo & devotius fuerit perfolutum. Denique renoveris spiritu mentis tuæ, ut veteri homine, qui ambulaverat juxta desideria carnis suæ, prorsus deposito, novum induas hominem, qui

creatus est in justitia & sanctitate: ut per hoc tam subditi tui, quam etiam alii, conversationem tuam bonam videntes, glorificent ipsum Deum: & ex fragrantia bonorum operum has eis odor vitæ in vitam, quibus prius fueras odor in mortem, exigentibus culpis tuis.

Quod autem ad præsens sic scribimus, officium nostrum, cum Deus nos licet indignos speculatorem domus Israël deputarit, hoc requirit: quia si tibi non denunciaverimus, ut a via tua mala avertaris, & vivas, sanguis tuus est de nostris, testante scriptura, manibus requirendus. Sed profecto nos ad id non tantum ipsum inducit officium, immo & caritatis sinceritas, quam ad tuam personam & ecclesiam tibi commissam specialiter habemus: quæ nos circa salutem tuam, & honorem dictæ ecclesiæ sic sollicitos efficit & attentos, quod tunc quiescere seu silere non possumus, ubi tibi & ejusdem ecclesiæ ex præmissis casum, seu periculum conspicimus imminere. Tu ergo in mansuetudine spiritus, quod tuam potest salvare animam, reverenter suscipias verbum nostrum paternum, exauditione quidem dignum: sicque diligenter illud impleas, quod nobis desiderantibus tuam salutem, ad gaudium, tibi que secundum utrumque hominem cedere possit ad profectum.

NOTA GABR. COSSARTII.

Indicat Binus in argumento epistolæ, scriptam a pontifice fuisse ad Henricum jam in concilio convocatum, necdum depositum. Atque constat ex autore ipsius vite Joanne Hoc semio, ejusdem Leodiensis ecclesiæ canonico, & ferme equali, Henricum Ludovicum esse profectum ad concilium, ubi que depositum a Gregorio fuisse. Quod ipsum mox legas in actis concilii.

ANNO
CHRISTI
1271.
1272.
1273.
1274.

ANNO
CHRISTI
1271.
1272.
1273.
1274.

GREGORIUS PAPA X.

SEDIT AB ANNO MCCLXXI. USQUE AD ANNUM MCCLXXVI.

ANGLICANA CONCILIA DUO

Aliud apud Eyam in Norwicensis diocesis, alterum vero Londini,

Anno 1272. habita.

An. 1272.
Aberc. Wil-
kinst. II. p.
10. Ex
Wharton.
Ancl. Sap.
Vol. I. p. 399.

Aberc. Mandi
suppl. t. 1.
p. 1.

POSTQUAM Bartholomæus de Cotton in D convocavit totum clerum suæ dioceseos apud Eyam in crastino decollationis S. Johannis Baptistæ pro præmissis, & de eorum consilio omnes prædictos malefactores in genere, aliquos etiam nominatim excommunicavit, & denunciavit excommunicatos, monitione in forma juris præcedente; civitatem que Norwicensis ecclesiastico subposuit interdicto, & in E prolatione ejusdem sententiæ dies clarissima verita est quasi in noctem, & quoddam tintinnabulum in campanili eodem tempore fractum cecidit.

Hoc anno concilium provinciale die S. Lucæ Octob. XVIII. Londini celebratum fuisse asserunt annales Eversden. Quid autem in co actum sit, haud declarant.

CONCILIUM REDONENSE,

Celebratum die Lunæ post Ascensionem Domini anno MCCLXXIII.

Ex editione Joannis Maani, & duobus MSS.

TITULI CAPITULORUM.

1. Ne quis in episcopum, abbatem, abbatissam, manus injiciat violentas, vel in domos eorum ignem mittat: nec rectorem ecclesie, vel personam ecclesiasticam occidat.
2. Ut de bonis ecclesie fiat hospitalitas: & quomodo ecclesie parochiales danda ad firmam.
3. Ne prioratus bonis omnibus denudentur.
4. De occupantibus & invadentibus bona ecclesiastica.
5. Declaratio, qua sint bona ecclesiastica.
6. Ut episcopus in sua diocesi absolvens excommunicatos possit, in casibus, in quibus præsens concilium excommunicat.
7. Ut superiora concilia observentur.

A alieni. Et qui tales præsentaverit scienter, sit illa vice præsentatione privatus: & qui eum scienter receperit, vel instituerit, vel institui mandaverit, persequens provinciale concilium canonicè puniatur: prædicto tamen clerico totaliter ex prædicta causa expulso, vel amoto, quem vinculo excommunicationis constringimus, si per violentiam illud beneficium præsumpserit retinere.

B II. Ut de bonis ecclesie fiat hospitalitas: & quomodo ecclesie parochiales danda ad firmam.

PRÆFATIO.

AD honorem Dei, & utilitatem provincie Turonenſis, cui auctore Domino præſidemus, necnon & reformationem eorum, quæ in vſitatione dictæ provincie invenimus corrigenda: vocatis venerabilibus fratribus ſuffraganeis noſtris, capitulis, abbatibus, & aliis, qui fuerant evocandi, concilium provinciale apud Redones die Lunæ poſt Aſcenſionem Domini duximus celebrandum: in quo de ipſorum episcoporum, abbatum, & aliorum ad hoc vocatorum conſilio, ordinavimus & promulgavimus capitula, quæ ſequuntur.

CAPITULA.

- I. Ne quis in episcopum, abbatem, abbatissam manus injiciat violentas, vel in domos eorum ignem mittat: nec rectorem ecclesie, vel personam ecclesiasticam occidat.

Si quis in hoc genus sacrilegii inciderit, ut in episcopum, abbatem, vel abbatissam, manus injecerit, vel in domos eorum ignem immiserit, vel sacerdotem, vel rectorem ecclesie, vel personam ecclesiasticam voluntarie occiderit, vel mutilaverit: si clericus fuerit, omni beneficio ecclesiastico, tam obtento, quam obtinendo, ipſo facto, sine spe restitutionis sit privatus, & anathematis periculo innodatus. Si vero laicus prædicta attentaverit, vel aliquid de prædictis: ejus liberi, & quilibet ſucceſſor, uſque in gradum tertium, a ſuſceptione etiam primæ tonſuræ, & omnium ordinum, ac quolibet beneficio ecclesiastico, habeantur per totam Turonenſem provinciam penitus

Concil. General. Tom. XXIV.

Verum quia quicquid habent clerici, pauperum est, & domus eorum omnibus debent esse communes: perquam indecens videretur, si de bonis ecclesiasticis Christi pauperibus hospitalitas negaretur. Idcirco statuimus, quod nulla parochialis ecclesia concedatur ad firmam; nisi, juxta diocessani loci arbitrium, firmario tanta portio relinquatur, quod Christi pauperibus valeat concedens hospitalitas exhiberi. Et ad id rectores ecclesiarum per episcopos proprios compellantur.

III. Ne prioratus bonis omnibus denudentur.

Ex cupiditate, quæ radix omnium malorum est, procedit, quod abbates, vel priores, vel administratores, de loco ad locum transferentes, vel translati, prioratus, & alias administrationes vacantes, cessione, morte, vel mutatione abbatum, priorum, vel administratorum, bonis in eisdem inventis denudent. Super quo alias in concilio edito apud Castrum Gonterii, per recolendæ memoriæ Vincentium prædecessorem nostrum, provida fuit deliberatione statutum, ne iidem abbates, seu priores, aut administratores, prioratus hujusmodi seu loca, vacationis tempore, adeo denudare præsumant bonis in eisdem inventis, quin prioribus & monachis in eisdem morantibus usque ad tempora collectarum sufficiens provisio remaneret: & si contra facerent, ad diocessani arbitrium punirentur. Sed quia parum aut nihil utilitatis adhuc ex hoc evenisse comperimus:

C

nos

ANNO
CHRISTI
1571.

nos statutum prædictum, sicut in præcedenti prædicto concilio plenius scriptum est innovantes, adjicimus, quod si abbates, priores, aut alii administratores, hujus statuti concilii fuerint transgressores: præsentis autoritate concilii ipso facto noverint se suspensos.

V. De occupatis & invadentibus bona ecclesiastica.

Sane cum in prædicto Castri Gonterii concilio fuerit ordinatum ut barones, ac milites, ballivi, potestates, personæque aliz seculares, si post monitiones & inhibitiones legitimas, generaliter per locorum ordinarios, vel de ipsorum mandato, eis factas, ecclesias, prioratus, domos, aut possessiones, vel alias res ecclesiasticas indebitè occupaverint, seu invaserint, aut in religioforum domibus posuerint comestores, ipso facto sint excommunicationis vinculo innodati nos statutum hujusmodi, præsentis autoritate concilii innovamus; adjicientes, ut loca ad quæ deferentur bona taliter occupata, & in quibus etiam detinebuntur, supponat diocesanus, prout & quando vel quando videbitur expedire, ecclesiastico interdico.

V. Declaratio, qua sint bona ecclesiastica.

Bona autem ecclesiastica intelligimus in hoc casu, non solum propria clericorum, verum etiam deposita, commodata, & ab eis conducta, & precario concessa, & quorum habent ecclesiasticæ personæ possessionem, aut detentionem quancumque, & quæ in ipsorum servitio capiuntur: necnon si ecclesiasticarum personarum occasione, & in ipsorum præjudicium, & contemptum, eorum homines, & bona eorumdem hominum qui sub jurisdictione temporali consistunt ecclesiæ, capiantur, aut etiam invadantur, hac appellatione vo-

lunt contineri. Et quia facientes & consentientes per pœna contringit: receptatores & delensores invalorum, raptorum, & malefactorum hujusmodi, de quibus supra fecimus mentionem, eisdem pœnis, quibus & ipsos malefactores, eo ipso quod eisdem receptaverint, aut descenderint, volumus & præcipimus excommunicationis sententiæ subjacere: ut quos per facinus coinquinat & æquat, utroque pœna similis comitetur.

VI. Ut episcopus in sua diœcesi absolvere excommunicatos possit, in casibus in quibus præsens concilium excommunicat.

In omnibus autem casibus, in quibus excommunicationis & suspensionis sententias in præsentis concilio duximus promulgandas, cuilibet episcopo in sua civitate & diœcesi absolvendi excommunicatos hujusmodi, & suspensos, post satisfactionem congruam in forma ecclesiæ, autoritate præsentis concilii libertatem concedimus potestatem.

VII. Ut superiora concilia observentur.

Concilia vero omnia & singula celebrata per prædecessores nostros cum suffraganeorum consensu hætenus renovamus, & præsentis approbatione concilii confirmamus. In cuius rei, &c.

Actum apud Redones, die Lunæ post Ascensionem Domini, anno ejusdem MCCLXXIII.

NOTA GABR. COSSARTII S. J.

Adscribunt MSS. quidam annum MCCLXXIII. quos secuti Bohellus, Spondanus, & Synonymos conciliorum auctor, hos ipsos canones decennio toto vetustiores faciunt. Quo fit etiam, ut hujus præsentem concilium dicant fuisse Vincentium de Pilenis, qui tum Turonensem provinciam moderabatur. Quos profecto dedocere debuit hujus concilii canon III. si eum legerunt, in quo Turonensis archiepiscopus decessorem suum vocat Vincentium. Præerat ergo huic concilio Vincentii successor Joannes de Monteforello, qui anno MCCLXX. electus est archiepiscopus. Quamobrem alii sunt præferendi codices. qui anno MCCLXXIII. hoc concilium assignant: neque superesse locus ullus dubio potest.

ANNO
CHRISTI
1571.
Ex Raynaldi
Annal. ad
an. 1571. B.
25.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM,

IN QUO AGITATA,

Et decreta est unio Ecclesiæ Græcæ cum Latina.

Hujus Concilii meminit Pachymeres auctor Schismaticus in Historia Michaelis Palæologi lib. 5. referens exarxisse inter Græcos controversiam, cum ad Ecclesiarum conjunctionem redintegrandam synodus coacta esset; adeo ut cum Palæologus Imperator gravissimis sententiis ad eam eos pelliceret, Cartophylax Joan-

enes Veccus suam de Latinis sententiam jussu depromere, annuente Patriarcha Josepho, impudenter has voces protulerit: *Aliqui dicuntur hæretici, & sunt: alii nec sunt, nec dicuntur: bi dicuntur & non sunt; & rursus alii sunt quidem, sed non dicuntur: in borum numero collaudandi Latini, qui hæretici non dicuntur, sed ma-*

ANNO
CHRISTI
1571.

ANNO CHRISTI 1179.

ANNO CHRISTI 1179.

nificis hancibus sunt inquinati. Quam quidem A supremum illius in omnes ecclesias imperium agnoscendum mutuo consensisse. Interfuere huic Concilio 36. Metropolitae ex Asia & Europa cum suis suffraganeis.



CONCILIUM LUGDUNENSE II. GENERALE A GREGORIO PAPA DECIMO CELEBRATUM. HISTORIA EJUSDEM CONCILII.

* Nicephorus Gregorius libro 6. hist. Georgius Pachymeres lib. 5. Joannes Villanus lib. 6. cap. 71.

* Numerus in libro contra Gregorius.

* In epistola encyclica ad patriarchas Orientis.

* Epistola & c. & Leo Orientis chron. Calistinus lib. 7. cap. 89.

* Vincencius Belvacensis lib. 39. cap. 65.

* Martinus Polonus Joannes Villanus lib. 7. cap. 40. & 44. Guillelmus de Nançis in vita Philippi regis. Gregorius Pachymeres lib. 5. historia.

MICHAEL Palaeologus, Constantinopolitana urbe capta, Baldano imperatore, qui postremus ex Latinis Constantinopoli regnavit, expulso, Graeciae adeptus est principatum. Quare magnum erat periculum, ne Graeci omnes ad pristinos redirent errores. Nam Michaele patriarcha Constantinopolitano, & Leone Acridano episcopo auctoribus, Constantino Monomacho imperante, Graeci a Romanae ecclesiae obedientia omnino defece- rant: ac Latinorum ritum, Missae sacrificium in azymo peragendi, sabbati jejunium, ac ple- rasque alias Romanae ecclesiae consuetudines damnare auti erant. Negabant praeterea, Spi- ritum sanctum a Filio procedere, ac Latinos anathematis vinculo devinctos esse affirmabant, propterea quod particulam illam (Filioque) Constantinopolitano symbolo addidissent. Hos errores multo ante Photius Romanae eccle- siae hostis accerrimus promulgaverat, quem pos- teriores secuti sunt Graeci.

Non detulerunt Romani pontifices officio suo ac muneri, ut eos ad veritatis tramitem reducerent. Praesertim in primis hoc Leo nonus. Qui legatis ac litteris Michaelem Constantinopolitanum, Leonem Acridanum, ut resipiscerent, admonuit. Atque id facere re- cuscitantes, a pontificis legatis anathemate per- cussi sunt. Idem effecere, qui Leonem secuti sunt Romani pontifices. Tandem Balduini opera, qui primus ex Latinis Constantino- politanus imperator fuit, Graeci ad ecclesiae Romanae obedientiam reverterunt: sed Latinis paulatim ex Graecia pulsus, paulatim quoque Graeci ad vetus schisma revertuntur.

Cum autem post duorum annorum apostoli- cae sedis interregnum, Gregorius decimus, qui in exercitu Christianorum adversus Sarace- nos in Syria commorabatur, pontifex esset ele- ctus: protinus legatos ad Michaelem Palaeolo- gum destinavit, ut eum ad catholicam fidem reduceret. Sciens praeterea Gregorius, in ma- gno discrimine res Christianorum in Syria ver- sari, praedecessorum pontificum vestigiis inha- erens, generale concilium convocavit: in quo de subsidio Christianis mittendo in Syria degen- tibus ageretur. Rem etiam arduam judicavit, ac dignam, de qua in concilio ageretur, de Graecis nimirum ad catholicae ac Romanae ec- clesiae fidem communionemque traducendis. Ac- cessit huc tertia causa, quae priores pontifices

ferre ad indicenda concilia permoverat: ut sci- licet Christianorum mores ad pristinam eccle- siasticam disciplinam informarentur, & modus aliquis praeriberetur ad celerem Romani pon- tificis electionem faciendam. Multa enim ma- la ex longa Romanae ecclesiae vacatione acci- dere solebant.

Scriptis igitur omnibus episcopis biennio an- te concilii celebrationem, ut ad concilium Lug- duni convenirent. Scripsit regibus atque prin- cipibus, ut ipsi quoque oratores ad synodum mitterent. Viros praeterea & sanctitate & do- ctina praestantissimos evocavit. In his fuere sanctus Thomas Aquinas, qui dum ad con- cilium profectus, ex hac vita ad Dominum migravit: ac sanctus Bonaventura, quem Lug- duni pontifex cardinalem episcopum Albanen- sem creavit. Convenerunt igitur ad indictum diem Lugduni, praeter Constantinopolitanum & Antiochenum patriarcham, episcopi quingenti, abbates & inferiores praelati permulti. Ad- fuit quoque Jacobus Aragonae rex, aliorum vero regum ac principum oratores complures.

Quocirca prima sessio celebrata fuit septima die Maii anno Domini MCCLXXIV., in qua pontifex tres illas causas, cur concilium con- vocasset, exposuit. Peracta secunda sessione, pontifex, cardinales, & episcopi, decimas om- nium ecclesiasticorum reddituum pro subsidio bel- li Hierosolymitani collatos se esse promite- runt. Post tertiam sessionem, ad concilium im- peratoris Graecorum legati advenerunt, atque honorificentissime a summo pontifice & a sy- nodo universa sunt excepti: & in solemnibus Mis- sa, quam pontifex celebravit, symbolum est cum additione illa (Filioque) ter Graece de- cantatum. In quarta vero sessione, lectis im- peratoris & Graecorum episcoporum litteris, & in quibus catholicam fidem profitebantur, & Romanae ecclesiae primatum agnoscebant: eo- rum legati summo pontifici obedientiam exhibuerunt, & magna cum pontificis ac totius concilii laetitia publice eamdem professi sunt fidem.

Addunt Graeci scriptores Georgius Pachyme- res, & Nicephorus Gregoras Graecos ad communionem Romanae ecclesiae admissos fuisse cum tribus conditionibus. Prima fuit, ut a Graecis summi Romani pontificis in Sacris Mis- sarum mysteriis mentio fieret. Secunda, ut Graecis omnibus liceret ad Sedem apostolicam

* Marthaus Vvestmonasteriensis in anno 1179. Villanus li. 9. cap. 118.

* Martinus Polonus Guillelmus de Nançis loco citato.

* Quae sequuntur ex actis concilii excerpta sunt.

* Marth. Vvestmonasteriensis ubi supra.

* Lib. 5. hist. in principio.

ANNO
CHRISTI
1174.ANNO
CHRIST
1174.

appellare. Tertia, ut summo Romano pontifici principatus in omnibus deferatur.

Accesserunt etiam Tartarorum oratores ad concilium pro pace cum Christianis incunda, ex quibus unus Christianam fidem amplectus, a Petro episcopo Ostiensi baptizatus est. Interim sanctus Bonaventura summo cum pontifici ac patrum omnium dolore ab humana ad cœlestem vitam profectus est. Demum cohortatus est Gregorius episcopus universos ad sancte pieque vivendum, & ad gregibus sibi commissis invigilandum: cum ex malorum paſſorum moribus reliqui omnes Christiani, a majorum disciplina degenerantes, in graviora vitia prolabi soliti sint. In hoc concilio decrevit pontifex, Græcis etiam ipsis consentientibus, Spiritum sanctum, ut a Patre, ita a Filio, tanquam ab uno principio æternaliter procedere. Complures præterea edidit constitutiones, quarum præcipua illa fuit, in qua modus & locus summi Romani pontificis eligendi statuitur. Eas omnes Guilielmus Durantes commentariis illustravit, ac deinde Bonifacius octavus summus pontifex in suam canonum collectionem retulit.

EPISTOLA

GREGORII PAPÆ X.

Qua convocat ad concilium post duos annos celebrandum.

Gregorius episcopus, &c. venerabilibus fratribus, patriarcha Hierosolymitano, & episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, præpositis, & aliis ecclesiarum prælatis per Hierosolymitanam provinciam constitutis, salutem & apostolicam benedictionem.

Salvator noster, in cujus ditione cuncta sunt posita, civitatem Jerusalem videns & prævidens ruituram, flevisse describitur super eam. Et nos itaque, qui civitatis veri David (religionis videlicet Christianæ, circa cujus regimen, non in sufficientia nostræ debilitatis, sicut nec debemus, innititur, sed de sola superabundantia virtutis Divinæ speramus) non solum scissuras, juxta prophetæ vaticinium, multiplicatas apertæ videmus, sed & ruinæ magnæ periculum in subtractione populi Græcorum, qui a sedis apostolicæ devotione ac obedientia se subtraxit, in occupatione maxima & vastatione valida terræ sanctæ, in subversione morum, quæ universaliter in clero graviter obrepisse videtur, & populo, jam non tam cernimus, quam palpamus, num possumus non lugere? num comprimere lacrymas? continere suspiria? vel cohibere singultus? Profecto cum tanta sublit plangendi ratio, plantum declinare non possumus. Sed necesse est jam foras exeat, ab olim, dum etiam nos minor status haberet, tanto altius radicans introrsum tantoque diuturnitate factus acerbior, quanto facultate vetante diutius non est efficaciter exire permissus. Exeat igitur, exeat ad fratres & filios: ut scientes incommodum, ipsi quoque prudentius æstimantes cooperationis remedio efficacius pro viribus relevent, & plantum pie compassionis officio dulcius consolentur. Quis ergo dabit capiti nostro aquam, aut oculis nostris fontem lacrymarum, ut sic populi nostræ

humilitati commissi spiritualiter & temporaliter interfectos diebus & noctibus lugeamus, quod culparum sordes, quibus iram meruisse creditur, diluamus? Lugendum siquidem occurrit, quod per subtractionem prædictam, a sedis ejusdem unitate subtractos, & in devio positos, grandis culpæ mors afficit: quod sanctæ universalis (corpus) ecclesiæ membra, tam nobilia, eadem gravis admodum & dispendiosa subtractio, tanto tempore mutilavit. Lugendum & iterum, ac amare dolendum, quod sicut in partibus transmarinis non tantum audivimus, sed & oculis nostris vidimus, & manus nostræ contrectaverunt, (proh dolor!) detestabilis solito blasphematur in gentibus nomen Christi, cum jam non tam verbis, quam rebus ipsis & factis, Christianis insultetur ab infidelibus, & dicatur: Ubi est Deus eorum? Dum funiculus hæreditatis Domini, eadem terra sancta, per nefandissimos Saracenos sic audacter invaditur, sic securâ occupatur audacia, sic vastatur intrepide, sic in eisdem partibus Christianus populus immaniter trucidatur: quasi non sit illius adjutor, nec sit qui misereri possit ipsorum. Lugendum & amplius, pariter & horrendum, quod cum ille paterfamilias diligens, qui horis diei variis operarios suam misit in vineam, ille summus agricola sator bonorum omnium & plantator, agrum mundi hujus diligenter excollens, in eo seminaverit semen bonum: inimicus homo tanta invenitur in ipso superfeminasse vitiorum zizania, & errorum, ut ea desere magis liceat quam narrare: idemque ager quotidie potius ardescere videatur ad ignem, quam abesse inveniri ad messem. Hæc dum ministerio considerationis debita, mentis nostræ presentantur obtutibus, ignis in nostris meditationibus exardescit: & ad tanta discrimina relevanda suspirat affectus, zelus accenditur, & spiritus anxiatur. Ad quod cum nos sufficere non posse sciamus, levamus oculos nostros ad montem, montem quidem Dei, montem uberem montem pinguem, unde opportunum nobis provenire auxilium & humiliter petimus, & devotè speramus. Et quia salubre in his adhiberi remedium, interest generaliter omnium; nos cum fratribus nostris aliisque viris prudentibus, exacto & frequenti tractatu præhabito, prout tantæ necessitatis instantia exigebat, de ipsorum consilio generale concilium, sicut imitatione digna sanctorum patrum consuetudo laudabilis longæque observationis exemplum nos instruit, opportuno tempore decrevimus congregandum: ut in eo, tam circa præmissa, quam circa cetera quæ salutem respiciunt animarum, illa, Deo auspice, communi consilio inveniantur provisio, & ejusdem approbatione concilii roboretur: per cujus salutiferam executionem, virtus Altissimi, eliminatis erroribus, roborata fide, reductis errantibus, redintegrata ejusdem fidei unitate, sedatis discordiis, pace firmata, extirpatis vitiiis, virtutibusque plantatis, correctis excessibus, moribus reformatis, repressis oppressionibus, libertate solidis munimentis instruita, recuperatis deperditis, & ejusdem terræ sanctæ statu prospere reparato, hujusmodi scissuras uniat, ruinas impleat, occupata restituat, vastata restauret, restituta & restaurata conservet, nobisque viam aperiat idem ipse qui novit, & facultatem tribuat ipse qui potest, ut vitiorum errorumque zizaniis ad comburendum fasciculos alligatis, ad triticum in ejus horreum congregandum, sic in præmissis juxta intensum ani-

Mendat
vov. corpus.

mi

ANNO
CHRISTI
1174.ANNO
CHRISTI
1174.

mi nostri desiderium sibi ministrare possimus utiliter, quod idem verus eiusdem universalis sponsus ecclesie ipsam dilectam suam, expeditam rugis, purgatam maculis, munitam virtutum monilibus ac ornatam, unam semper habeat, & formosam, ad sui nominis fidei laudem & gloriam, ad animarum profectum; robor, pacem, & exaltationem populi Christiani. Quia vero profectio tanti propositi tempore indiget, ut deductum maturius ac feliciter, auctore Domino, effectum debitum sortiat, biennium numerandum ab initio instantis Maji ad id duximus deputandum: deputaturi praeterea interim aliquos viros tanto ministerio competentes ad praedicandum in terrae praefatae suffragium salutiferum verbum crucis: per quod corda principum, praetorum, ceterorumque fidelium, inducantur ad subsidium eidem terrae, prout ipsius exposcit extrema necessitas, impendendum. Quocirca universitati vestrae per apostolica scripta praecipiendo mandamus, quatenus omni negligentia relegata, cunctis, prout talis & tanti negotii qualitas exigit, dispositis & paratis, sic medio tempore vos accingatis ad iter, quod Kalendis Maji anni ab Incarnatione domini millesimi ducentesimi septuagesimi quarti, quas vobis & aliis pro termino assignamus, in loco, quem, licet ad praesens subiceamus ex causa, competenti tamen tempore vobis curabimus intimare, nostro vos conspectui praesentetis, ad subventionem necessariam terrae praedictae, solers & operosum interim studium impensuri, prosequendo favorabiliter, & fideliter adjuvando illos, quos ad huiusmodi prosequendum negotium duxerimus deputandos. Volumus autem, quod in vestra provincia ex vobis, fratres episcopi, unus vel duo remaneant, ad ea quae officium episcopale requirunt inibi exercenda: & tam illae, vel illi, quos propterea contigerit remanere, quam alii quos ad idem venire concilium praepeditio forsan canonica prohibebit, capitula insuper ecclesiarum omnium eiusdem provinciae tam cathedralium, quam etiam aliarum, quibus per vos, fratres patriarcha & praefati episcopi, ex parte nostra volumus id mandari, cum in eodem concilio tractanda sint aliqua, quae pertinebunt ad ipsos, ad idem concilium viros idoneos pro se mittant: non obstantibus quibuscumque privilegiis, seu indulgentiis, quibuscumque personis, ordini, vel dignitati, seu collegio, sub quacumque verborum forma vel expressione a praedicta sede concessis, per quae possit effectus huiusmodi mandati nostri quomodolibet impediri, aut eidem in aliquo derogari: circa personarum, & evectionum numerum, moderamine, quod alias statuit Lateranense concilium, taliter observato, ut nemini liceat illud excedere, sed omnibus prout libet ardeat. Nullus pomposus aut inanis gloriae questator, sed quilibet sic verae humilitatis cultor appareat, quod & ecclesiae sibi commissae nequaquam onerosus existat. Interim quoque per vos & alios prudentes viros Deum timentes, & habentes praesens oculis omnia, quae correctionis & reformationis limam exposcunt, inquietantes subtiliter, & conscribentes fideliter, eadem ad ipsius concilii notitiam deferatis. Et nos nihilominus variis modis & viis solers studium & efficacem operam dare proponimus: ut omnia talia in examen eiusdem deducta concilii, correctionem, & directionem recipiant opportunitam. Nullus igitur inobedientiae no-

am, & canonica ultionis acrimoniam, vitare desiderans, fallacium excusationum velamento, se muniat, vel ex impedimentis itinerum, quae Domino prava in directa, & in vias planas sua omnipotentia convertebat aspera, cessaverunt, frivola allegationis munimenta confingat, ut a tam sancti prosecutione operis se subducatur: sed occurrant singuli voluntarii ad id quod & Divina congruit voluntati, & salutem animarum, ac utilitatem respicit singulorum.

Datum Laterani Kalendis Aprilis, pontificatus nostri anno primo.

G. C. Eodem exemplo data sunt ad praetores omnes encyclicum litteris, ut constant ex Gregorii Repetito. Aliis quoque litteris reges omnes ac principes invitavit ad concilium, & maxime Michaelum Palaeologum, Graecorum imperatorem, ad quem has dedit.

GREGORII PP. X. EPISTOLA

AD MICHAHELEM PALAEOLOGUM GRAEC. IMP.

Admonet de indicto generali concilio, eique ut per se vel legatos intersit, hortatur.

Viro magnifico Michaeli Palaologo imperatori Graecorum illustri, gratiam in praesenti, quae perducatur ad gloriam in futuro.

QUI miseratione ineffabili cum venit temporis plenitudo vocavit ab Oriente avem, & virum voluntatis suae de terra longinqua: ipse nos in Orientalibus peregrinantes partibus, ut, licet immeritos, ejus vicarium sua sola dignatione statueret, qui ore prophetico, avis nomine in metaphora praemissa signatur, vocari ad gerendum apostolatus ministerium dignanter potius, quam digne permittens, vota nostra, etiam dum nos minor status haberet, sicut firmiter credimus, & fatemur humiliter, ut pacis direxit semitas, & eadem a nostrae promotionis auspiciis ad illius commoda in omnes pretioso Christi redemptos sanguine, praecipue autem in Christiani nominis titulo insignitos diffundenda pro viribus eo magis accendit, quo salutem animarum, ad quam nos & affectus intentio afficit, & debitum suscepti officii pastoralis astringit, speramus exinde liberius & efficacius Divina concedente clementia provenituram.

Unde quamprimum ad locum, in quo cum fratribus nostris sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinalibus, quorum specialiter consilio ultimo & auxilio communimur, convenire potuimus, nos hibernis maris calcatis fluctibus potentia Divina perduxit: nequaquam torpuidimus otio. Sed non sine gravi amaritudine attendentes praefiguratam in piscatoris Petri reti, quod praesens multitudine piscium rumpebatur, scissuram universalis ecclesiae, quam in suis fidelibus non in fide, pro qua ille, qui pro sua reverentia est in omnibus exauditus, se rogasse testatur, ne deficiat fides ejus, aperte videmus non solum damnose divelli, verum etiam in eorundem scissura, casu, & aversione fidelium periculose divulsam, & ruinis gravibus deformatam: elaborandum summopere fore putavimus, ut illo, qui est lapis angularis, utraque unum faciens, & parietem utrumque connectens, sua immensa pietate donante, salubris exquiratur: & desiderata provilio, per cuius prosecutionem dicente Domino Aquiloni, Da; & Austro, no-

ff. 46.

ff. 43.

ANNO
CHRISTI
1574.ANNO
CHRISTI
1574.

li prohibere: ipsa mater ecclesia suos afferens a filios de longinquo, & filias suas ab extremis terris, scissuris coeuntibus, cadentibus relevatis, avertisque conversis, ruinis impletis, & deformitatibus reformatis, dissidentium multitudine in unitate fidei & vinculo caritatis unita, juxta prophetæ vaticinium, dilatet tentorii sui locum, funes tabernaculorum suorum extendat, & consolidet clavos suos, ad dexteram & levam penetret, semen ejus gentes hereditet, & desertas inhabitet civitates. Hoc est enim quod ab ipso largitore bonorum omnium profundis suspiriis petimus, hoc quod effusus lacrymis postulamus, ut ipse & in cujus unitate fundatur fidei unitas, unitatis ecclesiasticæ fundamentum, dicente Apostolo, *omnis Dominus, una fides*, suam sanctam atque catholicam ecclesiam redintegrando uniat, & puniendo redintegret; in sinu ejus populus universis, Latinis & Græcis, specialiter adunatis in fide integra, spe solida, & caritate sincera.

Eph. 4.

Et quia hæc, si tons misericordiam desiderii nostri benignus annuerit, ad communem cedent utilitatem omnium, communi ad eam delibet avimus consilio insistendum. Ideoque cum eisdem fratribus nostris, multisque aliis prudentia & veritatis amore pollutibus, deliberatione præhabita, propter hæc, & ad providendum utiliter & efficaciter de necessario terræ sanctæ succursu, de generali moram reformatione, quorum deformatio in clero & populo nimis generaliter obrepisse videtur, necnon & propter alia, quæ cunctis Christi fidelibus speramus auctore Domino spiritualiter maxime, ac insuper temporaliter profutura: de didorum fratrum nostrorum consilio, synodum generalem, universis catholicis mundi principibus, & ecclesiarum prælati, ad illam per nostras sub certa forma litteras evocatis, in Kalendis Maji anni ab Incarnatione Domini millesimi ducentissimi septuagesimi quarti, annuente Domino duximus congregandam: Super quo licet ab exordio indicationis hujusmodi ad magnificentiam tuam litteras & nuncios dispoerimus destinare: ipsorum tamen consilium suspendimus missionem, anxii expectantes, ut a te super iis, quæ felicis recordationis Clemens papa prædecessor novissime tuæ celsitudinis scripserat, apostolicis receptis aliquibus, nostros plenius miteremus instructos.

Nobis vero de tuorum apocriphorum expectatione sollicitis, dilectus filius frater Joannes de ordine Minorum a tua serenitate transmissus, bonus de terra longinqua nuncius supervenit, tuas nobis devotione plenas, & lætitiæ causa non vacuas litteras representans: in quibus gaudium de nostro quem sperabas ad tuas partes adventu conceptum, & honorem, & reverentiam nobis, ut patri affectuosissimo, a te ac tuis, velut a dilectis filiis, exhibendos, & subsecutum dolorem ex nostro transitu aliunde reverenter exprimens, inter cetera inferebas non debere diligenter advertere, qualem affectum & zelum, tuum gerit, ut dicebas, imperium ad pacem & unionem populi Christiani: sperans, sicut eadem litteræ continebant, ex hujusmodi nostro adventu distantiam, quam inter pastorem & ovile sathanæ induxit suggestio, dissolvendam. Ac deinde in litteris ipsis edicens, quod idem frater tuo dilectus imperio, ut eorundem litterarum verba sequamur, enarrabit ore tenus reverentiam, quam gerit idem imperium erga summam & apostolicam sedem sa-

crofanctæ Romanæ ecclesiæ matris tuæ; & maximum dolorem, quem habes propter schismata, quæ intra ecclesiam Christi permanent dolosa; & præcordialem affectum, quem observas thalamo cordis tui pro pace ac unione populi Christiani; ac ferventem zelum contra omnes impios crucis vivificæ ac honorabilissimæ inimicos. Demum in calce litterarum ipsarum, ejusdem fratris verbis, tanquam ex ipsius ore prolatis imperii, nos fidem adhibere plenariam potuisti.

Sane tantæ tuæ ad nos devotionis indicia nobis in præmissis exhibita valde nimirum grater accipimus, sed laudabile tuum propositum & affectum ad reparandas ipsius populi Christiani scissuras, ac ipsum in identitate catholicæ fidei & caritatis glutino unendum, nec non & recognitionem reverentiæ debitæ præfatæ sedi apostolicæ, ipsique Romanæ ecclesiæ matri tuæ per fratrem & litteras prædictos expressa, cum tanto majori gaudio acceptamus, quanto id credimus Deo acceptius, populo eidem utilius, ac tuæ & ipsorum salutis, nostrisque proinde affectibus plenius convenire.

Adjicit quoque non modicum ad conceptam ex præmissis cordis nostri lætitiâ, quod hujusmodi laudabilem zelum tuum ad ejusdem populi unionem claræ memoriæ Ludovico regi Francorum illustri, sicut intelleximus, apertius revelasti: & eidem patenter insinuans, quod tu, clerus & populus tuæ ditioni subiecti, desiderantes ad obedientiam ejusdem ecclesiæ Romanæ redire, ipsique in ejusdem fidei professione uniri, ac varias super hoc ad eandem sedem litteras & nuncios destinantes, quorum etiam aliqui in via detenti non pervenerunt ad eandem sedem, frequenter & humiliter ad id vos postulatis admitti, nec adhuc tuæ ac ipsorum fuerat instantiæ satisfactum; apud eundem Regem multiplicatis super hoc litteris & nunciis instituti, petens instanter, ut ipse in tam pio & utili negotio, arbitri partes assumeret, ad ipsius contumacitatem sollicita intenderet pietate; ac insuper ut tuis verbis, prout nobis referuntur, utamur, te velle regem eundem arbitrum in hoc constituere asserens, promittens quidquid idem rex super hoc diceret, te plene ac inviolabiliter servaturum. Et ut plenius circa hoc tuum manifestares affectum, ad jurasse diceris regem eundem per aspersionem sanguinis Jesu Christi, ne assumere onus hujusmodi reculeret; & ne secus faceret, ad summum judicem, ut ipse res in extremo iudicio coram eo de hoc rationem redderet, appellasse. Et licet idem rex prudenter attendens, & humiliter recognoscens, quod suum non erat, tale in eodem negotio, quod specialiter pertinere dignoscitur ad ejusdem sedis examen, officium usurpare, consulte responderit, quod in ipso nequaquam hujusmodi partes assumeret, sed pro ipsius consummatione apud sedem ipsam libenter instaret; ac propterea litteras, & suos ad eandem sedem nuncios destinaret, qui hæc omnia, ipsa tunc sede vacante, coram prædictis nostris fratribus retulerunt, ad quorum etiam pro parte ipsius regis instantiam, bonæ memoriæ Albanensi episcopo tunc in partibus illis ejusdem sedis legato, super hoc plena commissio facta fuit: tamen ipsis rege ac legato humana de hac luce substractis, processus aliquis haberi non potuit per eandem.

Habent hæc itaque multæ jucunditatis causam

ANNO
CHRISTI
1374.ANNO
CHRISTI
1374.
Offe 3.
1. C. 6.

nam & materiam exultationis in Domino re-
præsentant. Si enim prout est de tanto prin-
cipe supponendum, de arcano mentis ori con-
sonæ in veritate procedant: verisimile credi po-
test, quod ille, qui ubi vult spirat, tuum ad
tale tam utilis unionis desiderium animum in-
spiravit.

Quæsumus itaque, spiritum non extinguas,
nec irrita facias, quæ ad eandem tuam matrem
ecclesiam, & ad tantum principem per diver-
sos, ut promittitur, nuncios, & litteras, de
tuis dicuntur labiis processisse. Sed attende po-
tius, & in conspectu attentæ considerationis
expende, quod ille, qui est verum caput cor-
poris mystici, ecclesiasticæ videlicet unitatis,
juxta illud Apostoli, *omnes sumus unum corpus*
in Christo, instante suæ passionis articulo, pro
hac sibi placita unitate legitur dignanter orat-
le: *Volo*, inquit, *pater ut omnes in nobis unum*
sint. Si ergo juxta sacræ scripturæ testimonium,
consilium ejus stabit, & fiet omnis voluntas
ipsius: necesse profecto est, hanc unionem im-
pleri. Festina itaque, tolle moras, & consi-
lute tui fac esse muneris, quod omnino alicujus tu-
torem est temporis. Festina, & considerans
incertam humani temporis brevitate, tantum
bonum non ultra differendo procrastines: ne
forte, cum voluntas adfuerit, ad perficiendum
quod volueris vita desit: sed celeriter viam sa-
lutis & pacis per desiderabilem cordi tuo (ut
tam publice, tam laudabiliter profiteris) unio-
nem Latinorum pariter & Græcorum in unius
professione fidei & caritatis solidæ unitate, tuis
subditis aperi, tuis posteris præpara, & incom-
parabile meritum tibi sollicitæ ac prudente ex
tam utili, tam salubri præparatione præoc-
cupa.

Considera, considera, quam intrepidus,
quam securus in extremo judicio coram tre-
mendo iudice tantis ad ejusdem matris gre-
mium tecum tuo ministerio reductorum stipa-
tus cuneis, aliis tuis ad id concurrentibus me-
ritis apparebis quam gratus advenies, quam gratan-
ter etiam admitteris, quomodo comitiva gratif-
sima ornandus, illorum, quos innumeros, ut
speramus, de tam numerosa multitudine quam
ad illius ovile ipso præstante reduces, tandem
ipse pastor bonus, qui pro eis animam suam po-
suit, in dilecta sua tabernacula introducet, tu
in eandem exultans & jubilans de suo munere
introbis. O te felicem si ad hæc te Dominus
præparavit; si facultatem quæ ad ea tibi data
videtur, cum omni diligentia efficaciter pro-
sequens, & de contingentibus nil omittens,
multis olim ad eandem laborantibus per diver-
sos modos & vias, tu in labores eorum intro-
gens, pervenias solus ad bravium optatum, il-
lorum finem obtineas & inextimabilem glo-
riam, quam specialiter sequi debes, finaliter
assequens.

Ceterum ut sit incepti super iis tractatus
profecutio, Deo adjuvante, facilius & delide-
ratus exitus promptior: felicitis recordationis præ-
decessorum nostrorum Urbani, & ejusdem Cle-
mentis, Romanorum pontificum gesta, circa
instans negotium habita, recensuimus diligen-
ter: & eos, prius de fidei veræ dogmatibus,
quam de concordia inter eosdem Latinos &
Græcos in caritate mutua solidanda, traстан-
dum, evidentibus ad hoc inductis rationibus,
licet aliud continere tua petitio videretur, ele-
gisse comperimus. Nec indigne, cum spiritua-
lem unionem fides initiet, dicente Domino per

prophetam, *sponsabo te mihi in fide*: caritasque
consummet, egregio gentium doctore testante,
quod *qui adheret Deo, unus spiritus est*: unus
profecto cum illo, non tam identitate substan-
tiæ, quam gratiæ participatione ac gloriæ.

Memoratus itaque prædecessor noster Cle-
mens, apocryphis & litteris tuis ad ipsius præ-
sentiam super hujusmodi negotio destinatis, be-
nigne receptis; & tam secrete, quam publice,
prout eis placuit, plene ac patienter auditis;
multisque aliis ejusdem negotii utilitate ac ju-
stitia exigente, peractis, quæ ipsius Clementis
prædecessoris litteræ per eosdem duos apocry-
phos ad te missæ, ad tuam, ut credimus, no-
titiam detulerunt: demum ut hujusmodi con-
junctionis spiritualis initium ordinate procede-
ret, idem prædecessor Clemens, ad utilem &
finalem expeditionem tanti negotii, præmissum
ordinem, quem rationibus probaverat, facto
etiam approbavit. Et ne ultra contingeret idem
negotium per inefficacia verba deduci, manife-
ste in prædictis litteris suis expressit, quid ti-
bi, tuis clero & populo supradictis, faciendum
incumberet, ut reverenter ad ejusdem sacrosan-
tæ Romanæ ecclesiæ sinum, tu & ipsi sano
freti consilio, rediretis, in eisdem litteris veræ
catholicæ fidei professionem, quam eadem Ro-
mana ecclesia firmiter tenet, fideliter docet,
constanter prædicat, & publice proficitur,
quemque a te, tuis clero & populo supra di-
ctis, idem prædecessor noster Clemens exposu-
lans te ac ipsos profiteri, si velletis juxta eius
desiderium redire ad ecclesiæ unitatem; ea
insuper, quæ circa ejusdem ecclesiæ Romanæ
primatum ab ipsis tuis clero & populo accep-
tari, & recipi voluit, plenius explicando.

De ipsa præterea fidei professione dictis tuis
apocryphis copiam faciens, clementer obtulit
eisdem satisfacere, si super ea in aliquo dubi-
tarent: adjecto nihilominus in litteris supra di-
ctis, qualiter provida deliberatione conceperat
aliquos in lege Dei peritos ad tuam præsentiam
destinare, cum quibus tu, iidemque tui clerus
& populus, super præmissis conferre possentis:
& quod si nihilominus aliquid tuum, tuorum-
que animos concuteret, aut turbaret, propter
quod aliquid de contentis in præscriptæ fidei
professione, tu vel ipsi vereremini profiteri:
aliquos de peritioribus eorumdem tuorum cleri
& populi mitteres ad eundem. Quibus se pa-
ratum obtulit, sicut eadem Romana ecclesia
parata semper extitit, & existit, omni polcen-
ti, de ea quæ in ipsa est fide ac spe reddere
rationem.

Quamquam autem hujusmodi suos apocry-
phos, pro eo quod aliqui ex eis qui ad hoc
fuerant de longinquis partibus advocati, & ip-
semet, morte præventi fuerunt, non potuerit
mittere ut concepit: tuam tamen excellentiam per
easdem suas litteras monuit, & variis exhor-
tationibus invitavit instanter, ut sic studeres
habilitare materiam, sic animos tuum tuorum-
que disponere: quod in eorumdem apocrypho-
rum, quos ad te, ut prædicatur, mittere spe-
rabat, adventu, te ac prædictis tuis clero &
populo præscriptam humiliter suscipientibus,
& fideliter profitentibus fidei veritatem, facilis
foret ad reliqua, Divina gratia favens, pro-
gressus. Ad quorum prosecutionem, & specia-
liter ad caritatis vinculum inter eosdem Lati-
nos & Græcos solido fœdere confirmandum,
si post receptionem & professionem ejusdem
fidei, & postquam ad obedientiam ipsius Ro-
ma-

manæ ecclesie tu, ac iidem tui clerus & populus, rediisset, ad locum, de quo eadem Romana expedire videret ecclesia, generale concilium peteres convocari: satis aperte spernit, quod tuum in hoc desiderium adimpleret. Non ad prædictæ discussionem vel novam definitionem fidei, quam tanquam innumeris sacræ pagine auctoritatibus, numerosis sanctorum patrum sententiis, & Romanorum pontificum stabili definitione firmatam, nec ipse voluit, nec nos intendimus, sicut nec decet, nec foret expediens, in dubium, novo ipsam exponendo examini, revocare.

Cujus seriem ad majorem certitudinem, ne forsan ejus copiam casus abstulerit, vel illius memoriam obliteravit oblivio, nec non & illorum quæ circa ejusdem Romanæ ecclesie primatum idem prædecessor Clemens, a te tuis clero & populo supra dictis, acceptari, & recipi voluit, licet eadem per prædictas ipsius prædecessoris Clementis litteras ad tuam notitiam pervenisse credamus, præsentibus duximus, annexendam: quæ talis est. Credo sanctam Trinitatem, &c. *Eadem forma, isdemque verbis, quibus in epistola Michæalis Palæologi ad Gregorium papam, quæ infra extat Græcæ ac Latine, cum aliis litteris in concilio lectis, vel ex concilio datis: ideoque omittenda hic visa est ea professo.*

Nos igitur debita meditatione pensantes, idem negotium tam utiliter, tam propenso consilio, & exacta maturitate dispositum, & electum: ad executionem ipsius ab eisdem prædecessoribus nostris ordinem imitandum potius, quam mutandum, dilectos filios religiosos viros fratres, Hieronymum de Esculo, Raymundum Berengarium, Bonamgratiam de S. Joanne in Perleccio, & Bonaventuram de Mugello, de ordine Minorum, viros quidem pauperes spiritu, sed divites fide, mundi hujus contemptis divitiis, ceterisque abjectis illecebris, post Christum, simul in unum, divitem & pauperem, per suorum, quantum eis ab ipso conceditur, prædiando semitam mandatorum, ipsam veram sapientiam imitantes, decrevimus ad tuam celsitudinem destinandos.

Ideoque magnificentiam tuam monemus, rogamus, & hortamur in Domino unigenito Dei filio Jesu Christo, per suæ crucis mysterium, & immentum redemptionis humanæ beneficium, in caritatis visceribus obsecrantes, quatenus ipsos benigne recipiens, & ad illum respiciens salutis & præcis auctorem, qui operatus est in medio terræ salutem, qui oriens ex alto pacem sibi acceptam, & ab omnibus acceptandam evidenter ostendens, eam in ortu suo angelorum ministerio bonæ voluntatis hominibus nunciavit, & inter homines conversatus verbo docuit, prædicavit exemplo; ut ad ovile Domini redeas, ac ipsos tuos clerum & populum eo concedente reducas: tibi & ipsis quietem tribuas; innumerabilibus periculis animarum, & corporum, rerumque dispendiis, quæ guerrarum induceret, quam avertat Altissimus, horrenda calamitas, prudenter occurras; & de tam pii negotii contumatione in æternum tibi memoriale constituas, hujusmodi salutarem unionem Latinorum & Græcorum, quam tibi votivam admodum evidentibus fateris affatibus, sedulis prosectoribus affectibus; præscriptam Catholicæ fidei puritatem, immo puram & solidam veritatem agnoscas, suscipias corde hu-

amili & sincero, & coram eisdem fratribus apocriphariis nostris profitearis, ore veridico, & fidei; præmissum etiam ejusdem ecclesie Romanæ primatum, ad illius obedientiam spontaneus veniens, recognoscas; ipsum accepies & sponte recipias, prædictoque tuos clerum & populum, ipsam fidem similiter suscipere, profiteri, ac ad obedientiam ipsius ecclesie Romanæ venire, primatum ejus recognoscere, ac acceptare procures.

Præmissis primitus adimpletis, ad memoratam synodum, cui una cum aliis catholicis principibus te decebit, & nos desideramus & petimus, interesse; in loco in quo ipsam congregari contingeret, ut ad ceteraque imminebant, ipsorum & tuo sulci consilio, securus procedamus, vel personaliter venturus, si facultas adfuerit, vel apocripharios, magnæ auctoritatis & prudentiæ viros, tuo missurus nomine, per quos tuum nobis super agendis imbi consilium reveletur. Peracta siquidem hujusmodi utriusque populi, Latinorum scilicet & Græcorum, in prædictis professione fidei, & recognitione primatus, tam sancta, tam desiderabilis unionem: per quam præmissum tuum laudabilem zelum a te verbis & litteris frequenter expositum, factò manifestabis & probabis apertius; per quam nostrum eorumdem fratrum nostrorum aliorumque Latinorum tibi animos attrahere poteris, & in iis quæ agenda supererunt, nostrum & ipsorum favorem, in quibus sine offensa Dei præstari poterit, merito vindicare: ad præmissa solide roboranda commodius, & ad tractatum caritatis inter ipsos Latinos & Græcos, radicibus zizaniorum evulsis, omnibusque discordiis Domino annuente sedatis, inviolabiliter solidandæ, tanto efficacius, tantoque favorabiliter intendemus, quanto liberius tibi de regione dissimilitudinis jam reverso, post productam in spe recuperandæ innocentie stolam primam, post annulum in manu tua ex fidei professione positum descendere poterimus, & sine conscientie læsione rationabilibus acquiescere votis tuis. Sic namque præmissa cordi nostro insident, sic ad ea totis præcordiis aspiramus: ut pro eorum executione, non solum labores impendere, sed etiam superimpendi, modicum reputemus.

Propter quod, licet tam tibi & tuis hæc via salubrior, quam ipsius negotii qualitate sint aptior, cum fidei puritas consensum purum & liberum exigat, & conditionem aliquam non admittat: tamen si peccatis exigentibus populi utriusque nondum datum est desuper, ut ad ea prædicto modo complenda tuos tuorumque animi sint parati; nos non intendentes idem salutare negotium desperatione præcideret, sed saltem manu ditione, quam possumus, promovere, & tolerabimus patienter.

Quod si velis ad eandem sedem, ante prædictam synodum, vel in ipsa synodo, (ut ibi ordine suo prædicta omnia tam circa professionem fidei cum recognitione primatus ejusdem ecclesie Romanæ, quam circa ipsos Latinos & Græcos, dissensionis cujuslibet inter eos sublata materia, in caritate mutua uniendo, plenius & solidius compleantur) tuos apocripharios destinare: ad eadem pro te ac ipsis tuis clero, & populo faciendæ, secure cum potestate plenaria solemnes, prout facti qualitas exigit, mittas apocripharios ad præmissa. Volumus tamen quod prius, tam tu serenitatis tuæ apices, quam omnes, vel saltem patrias-

ANNO
CHRISTI
1174.ANNO
CHRISTI
1174.

triarcha Græcorum, & aliqui alii majores prælati ejusdem imperii, prædictis nostris nunciis (in forma quam destinamus sub bulla nostra per ipsos tibi, cum te ac eisdem tuos clerum & populum, ad hæc procedere velle patuerit, ostendendam) litteras concedatis, de præmissis professione fidei, & recognitione primatus ejusdem ecclesiæ Romanæ, primo apud nos per eisdem solemnes mittendos apocritarios, (Domino viam ad sedandas alias demonstrante,) tuo & tuorum nomine infallibiliter faciendis; & postmodum per te, prælatos omnes, ac tuos clerum & populum prædictos, cum a sede ipsa mandatum fuerit, personaliter iterandis. Nos enim eisdem tuos apocritarios, concessis prædictis tuis apicibus & prælatorum litteris destinandos, recipiemus alacriter, caritative tractabimus, & ad consummationem præmissorum cum omni diligentia, prout Dominus concesserit, procedemus. Et nihilo minus super sedatione discordiarum ipsarum, tam per ipsos apocritarios, quos ad præsens mittimus, quam per alios hinc inde mittendos, poterit interim tractatus haberi, & exquiri diversæ viæ ac modi, qui ad expeditionem faciliorem idem negotium favente Domino præparabunt.

Quia vero cordi nobis est de ipso negotio saltem in eadem synodo providere salubriter, & ideo desideramus, quod dudum ante ipsam ad nos de illorum exitu, felici utinam, perveniat certitudo: celsitudinem tuam affectuose requirimus, & rogamus instanter, ut eisdem fratres apocritarios nostros feliciter & sic celeriter studeas expedire, quod redeuntes cum tuo certo ad præmissa responso, dictum tempus pro ejusdem synodi congregatione præfixum adeo valeant commode prævenire, quod ad ejusdem negotii provisionem ante ipsam synodum possit, ut decet, habilitari materia, sufficientis ad hoc temporis opportunitate concessa.

Scire quidem te volumus, quod si eisdem nostris nunciis, contra hujusmodi nostrum desiderium, retardari contingat: nos de tua responsione incerti, tam utilis negotii prosecutionem, per vias, quas ad animarum salutem Dominus aperire dignabitur, propterea nec omittere intendimus, nec differre. Datum apud Urbem veterem nono Kalend. Novembris, anno I.

EJUSDEM EPISTOLA AD JOSEPHUM
PATRIARCHAM GRÆCORUM.

Vocat eum & alios episcopos ad concilium generale, & ad promovendam Græcorum cum Latinis concordiam hortatur.

Dicte in Christo fratri patriarchæ Græcorum, spiritum gratiæ salutari.

Ex regesto
Vaticano e-
didit Vva-
dingus, ut
& superiores
duas. Har-
dinus.

Multo, sicut nosse te credimus, labore sudatum est, ut inter Latinos & Græcos subductis seminariis antiquæ scissuræ, videret inter eos fidei unitas, consolidaretur inter ipsos unio caritatis. Sed impediente illo, ut credimus, qui primum schisma excitavit in celo, nondum est votis laborantium satisfactum. Nos autem de illius omnipotentia spe concepta, qui concordiam in sublimibus operatur, a labore tam utili non putavimus desistendum: *Cencil. General. Tom. XXIV.*

sed insistendum potius tanto propensius, quanto fructus ex eo, Deo auspice, proventurus, ipsi erit acceptior, mundo utilior, & saluti convenientior animarum. Et ideo cum fratribus nostris deliberatione præhabita, propter hoc, & ad providendum utiliter de succursu terræ sanctæ, necnon & de reformatione morum, qui videntur in clero & populo graviter detorreati, ac aliis, quæ animarum salutem respiciunt, & ad statum orbis pacificum, auctore Domino, redundabunt: concilium de ipsorum fratrum nostrorum consilio indiximus generale in Kalendis Maii anni ab Incarnatione Domini millesimi ducentissimi septuagesimi quarti, annuente Domino, congregandum, universos Catholicos orbis principes & prælatos ad ipsum per nostras sub certa forma litteras advocantes.

Et quia tractatum concordie inter eosdem Latinos & Græcos a felicis recordationis Urbano & Clemente prædecessoribus nostris Romanis pontificibus invenimus laudabiliter ordinatum: ordinem ab ipsis provido approbatum consilio, dignum prosecutione potius, quam immutatione contentes, ad faciliorem expeditionem tractatus ejusdem, & consummationem tam pii negotii, concedente Domino, promptiorem, ipsum deliberavimus protequendum. Ad quod magnifico viro Michaeli Palæologo imperatori Græcorum illustri nuncios & litteras destinamus: per eas, sibi persuasiones varias, qualitati tractatus ipsius aptas & utiles, nec non & alia, quæ ad felicem exitum tam salutaris negotii expedire putavimus, plenius explicando. Quæ cum tibi per easdem litteras innotescenda speremus, consulto præsentibus non duximus repetenda.

Quia vero tuum specialiter in his credimus consilium utile ac auxilium oportunum: fraternitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur in Domino Jesu Christo, per sua immensa beneficia oblectantes, quatenus Divinæ remunerationis obtentu, te non solum cooperatorem, sed & specialem in his constituens promotorem, ad celerem & felicem expeditionem illorum, quæ per easdem litteras paternis affectibus, & piis desideriis postulamus, studio piæ devotionis intendens, sic ad illa celeriter exequenda tam memoratum imperatorem, quam alios, qua potes, inductionis diligentia, exhorteris, & efficacia exhortationis inducas, quatenus negotio hujusmodi tuo suffragio feliciter consummato, in retributione iustorum, ab eo qui nullum bonum sine remuneratione relinquit, cum spe favoris apostolici tibi proinde non immerito acquirendo, mercedem condignam tam utilis cooperationis, immo potius promotionis, securus expectes.

Ceterum quia his Domino præstante peras, te ac alios prælatos Græcorum, prout Eprisca consuetudo suggererit, decebit ei concilio interesse, ut una cum prædictis principibus & prælati, nobis in dirigendis, quæ tibi sunt agenda, tu & ipsi consilio & auxilio assistatis: rogamus, & petimus, ut tu, & illi, quibus per te id denunciari volumus, ad idem concilium, loco, in quo illud congregari contingeret, personaliter veniatis. Nos enim te ac illos benigne recipiemus, & caritative tractabimus, & honore, quo decuerit, prosequemur. Datum ut supra.

D M I.

MICHAELIS PALÆOLOGI IMPERATORIS AD GREGORIUM X. EPISTOLA.

Respondet epistolæ Gregorii.

Sanctissimo & beatissimo domino Gregorio papa veteris Roma, ac universalis ecclesie summo pontifici, & sedis apostolicae successori, reverendissimo patri suo; Michael in Christo Deo fidelis imperator, & moderator Romanorum, Ducas, Angelus, Comnenus, Palæologus, semper Augustus. Suae sanctitatis obediens filius, debitam paternitati tuae reverentiam & orationum petitionum.

Ex eodem scripto Vvadius edidit. Flor.

Multa sunt, sanctissime Domine, quae poscenti spiritualem delectationem conferre homini, & suaderent exultatione & lætitia animæ adionum gratiarum laudem attribueri Deo vero. Sed nobis videtur, quod nunquam aliquid sic lætificare potuit aliquem, sicut nos exhilaravit epistola vestrae apostolicæ sanctitatis, nuper imperio nostro transmissa: quam gavili recepimus, cum in spe eramus ipsam ad nos diutius destinari. Quam etiam multo desiderio legimus, & perlecta lætati fuimus in lectioe ipsius: & sicut ex adipe & pinguedine ipsius delectatione repleti, omni gaudio fuimus recreati.

Primo quidem quia nobis fuit a vobis destinata epistola, quem supremum profiteamur pontificem, utpote apostolicæ sedis successorum & decus, & etiam erga imperium nostrum affectuose dispositum, paternalem obtinere affectum, quem tanquam lucernam lucentem puritate conversationis & vitæ divinitate, super maximam pontificatus sedem, veluti super candelastrum, Deus constituit, ut in omnibus finibus fulgeretis. Cujus opera, iuxta Sirac, sicut Sol in conspectu Domini: & oculi conspicui super vias eius; cuius laudem lingua nostra tota die propterea meditatur.

Secundario vero, quia pacem Christianitatis & plenitudinis unionem, quæ adest secundum Deum, quam nos etiam semper sitimus (novit hoc pacis Deus) desiderare vestram paternitatem ipsa epistola deifice denotabat: quæ nos etiam suadebat, vestram in hac parte agnoscere sanctitatem instantem cohortatricem boni huius, & cooperationem promptissimam & sinceram, & dicere: Ecce vir timens nomen Domini, in cuius ore lex veritatis consistit, & iniquitas in ejus labiis non invenitur: quoniam ambulat in pace directus. Et iuxta magnum Malach. 1. 6. & Luc. 1. 17. Etiam: cor vestituit patris ad filium.

Hujus gratia multo magis exultati in his, ultra quam qui invenit spolia multa, & illud, qui hoc perficit, non cognovimus alium præter Deum: cui iuste & digne ad gratiarum acumen assurgere commuemur, dicentes: magnificetur semper Dominus, quia crexit vos semper magnum pontificem tuorum servorum, pacem optantem, qui suum sanctissimum nomen invocant indefesse.

Et licet antea pergeremus ad viam unionem ferentem, & festinaremus ad hoc negotium ab antiquo; quod communem Christianorum utilitatem exhibet, nunquam sine sollicitudine tanti operis moraremur: nunc tamen, ex quo ad nos vestrae sanctitatis litteræ pervenerunt, multo magis institivimus, & cum ardore ani-

Amæ festinantes, opus susceptum peroptatum: ad Dominum continue aspicientes, illum in-ceptionis nostræ & promptitudinis cooperato-rem obtinere & perfectorem continuum invo-cantes, qui jam vestris sanctissimis & sacratis-simis orationibus exhilarati. Cum ipse Deus clemens, sit cupiens unionem, propitius ad nos inspexit, & orationes nostras benigne in-tendit, super cogitationes nostras ascendens: & secundum suam magnam & ineffabilem mi-fericordiam intellectus nostros direxit, & viam nobis rectam ostendit, per quam bene perfici-etur, & dexteram consummationem accipiet negotium supra dictum, & modico temporis spatio tantum opus Deo acceptum manifesta-bitur: cum ad honorem & gloriam eius exi-stit, acceptum etiam apostolicæ ecclesie & ves-træ etiam sanctitati.

Primitus etiam, sanctissime Domine, dum occuleretur via, quæ ducebat ad pacem, incer-tus erat modus qualiter ipsam tractare dece-ret: & sicut errantes vere oves currebant, & dubiam erat, ut aliquis posset ad finem huius operis pervenire. Deus autem ex quo ostendit principium, nullum impedimentum constituit nec prohibet: sed negotium sic facile de cetero compleri videtur, quod omnis dubitatio & formido procul habetur, quod spes quoque melior animabus plantatur, & nos cum favo-re Divino putamus amodo finem inde attin-gere concupitum. Tali enim modo in spe bo-na existentes, quod etiam sic oportet cum Deo sperare vestram apostolicam sanctitatem.

De hoc vero quod accidit moram nobiscum protrahere fratres, & aliquis finis usque ad ho-diernum diem non apparuit, exinde vestra sanctitas non admiretur, cum licet quid modicum videretur in principio, quæ inter nos & vos differentia modica consistebat: sed ipsius prolixitas in tantam invaluit, & tam magnam dilatavit & fecit, quod nec facile esse, quam-vis hoc putetur ab aliquibus, verum etiam dif-ficilem & onerosam dissolutionem huiusmodi, repræsentat.

Quare omnes dicent: opus est ad hoc tem-poris, & laboris. Temporis quidem, ut con-gregatio fiat pontificum, qui longe exsiliunt; quos necesse est adesse huic communi negotio, & voluntatem & propriam intentionem facien-tem pacem proferre, & nobiscum sentire, quod omnibus expedit: qui prælati non modica pars universitatis consistunt, ut ne forte veterem scissuram suere quærentes, alteram de novo ex imperitia, & non minorem priore aliunde rumpamus. Laboris autem, quia per instan-tiam & perseverantiam fit, & etiam quæ sunt difficilia emendare quis potest. Præter autem ista nihil unquam homo de levibus perficit, non solum tantum negotium, quale hoc exi-stit propositum. Unde si debet illorum aliquid consummari, quæ expediunt, & quæ consum-matum ad omne tempus, quod deinceps erit firmum, forte, & perenne, vallari: necessa-rium est, quod labor sit, & temporis erogatio intercedat.

Sed ne forte propterea vestra sanctitas ag-gravetur, ut aliquas inde cogitationes assumat propter moram fratrum. Duo est ipsis videlicet fr. Raymundus Berengarius, & fr. Bona-ventura de Mugello, electi, ad præsens mit-tuntur ad vestrae præsentiam sanctitatis: aliive-ro apud nos manent. Illi quidem ut announ-cient vestrae sanctitati ea quæ viderunt, & au-die-

dierunt, & quod in vanum minime curre-
runt, nec inaniter laborarunt: sed annuente
Deo præclarus illico eorum labore consequetur
& fructus. Hi autem consummato opere
(cujus dies consummationis non longe est præ-
senti, sed jam animabus nostris splendendam
producit auroram) cum nostris nunciis apo-
stolico vestro culmini, quid confirmatum fue-
rit, intimabunt.

Quantam autem ad hoc negotium Dei ama-
bile festinationem, quantamve sollicitudinem &
antea nostrum intulit imperium, & nunc magis
etiam introducit, non est opus litteris expli-
care: cum hujusmodi opus non duxerimus omit-
tendum. Fratres vero cum sint viri religiosi
& spirituales, pleni honorum fructuum, & ser-
vitores propriæ veritatis, sicut veri discipuli
Christi, & sanctitatis vestræ, bene scimus, quod
nullatenus occultabunt nostram proferre opera-
tionem ad vestram apostolicam sanctitatem.
Ipsi enim eorum oculis diligenter viderunt,
didicerunt, & noverunt certissime, quod cum
David passi sumus assiduum afflictionem, dum
oculis nostris somnum non dedimus, nec pal-
pebris dormitationem; sed noctis vigiliæ nos
occupant, meditantes ea, quæ pacis & unionis
existant. Sol autem oriens in his sedentes nos
conspicit, & occidens hoc nos meditantes di-
mittit. Loquimur cum aliquibus, & hæc sunt
sæpe nostri colloquii: consulimus, & de his
dispensantes continue cogitamus, & cogitantes
intra nos hæc meditatur. Non enim tempus
concessionis a nostro pectore curam istam ex-
pellit, non dispensatio communium rerum,
non moderamina militiæ, non curæ bellorum,
non quæcumque aliquis possit dicere, aut de-
lectationem, aut contrarium ad nos ducentia:
sed aliorum omnium rationem minimi facien-
tes, pro uno tantummodo opere isto cogita-
tiones omnes revolvimus, cum ad alias solici-
tudines, sicut homines corpus habentes, labo-
rantes, fatigantes, & fessi aliquando effecti,
ad unum solum tantummodo Deum nempe
erigentem, & potentes nos facientem, infati-
gati pacifice invenimus, non omnino a no-
stra pristina promptitudine desistentes, sed su-
pereminentem promptitudinem promoventes
amplius peraugemus. Quare argumentamur,
quod nunc Deus magis astitit in medio no-
strum, quem usquam fuit temporibus retro-
actis, uniens & conjungens distantia, secundum
magnam ejus & inscrutabilem voluntatem.

Et de his quidem fratres, si voluerint, ac
de nostro imperio coram vestra sanctitate ve-
ritatis testimonium perhibebunt: propositum au-
tem animæ erga beatitudinem vestram, nec ip-
si narrantes possent sufficienter ostendere, nec
nos propter tanti loci distantiam litteris expli-
care. Propositum autem animæ quantum exi-
sit, nunquam per opera potest manifestari:
quanto magis sermonibus enarrari? Verumta-
men quamvis aliquam modicam imaginationem
magni negotii possit quis a vobis comprehen-
dere: bene novit magnitudo vestra, sanctissime
Domine, quod tam cito unionis perfectæ rel-
plendet bonum, sicut jam in Deo confidimus,
apud quem totius operis est consummatio. Hu-
jus solo nutu omnia possibilia inveniuntur, tunc
& nunc, ex quo & quæ pertinent a vestra
sanctitate, tanquam a speciali patre, a nostro
imperio tribuentur specialem filium nos inve-
nietis sanctæ Dei ecclesiæ, & vestræ apostolicæ
sanctitatis; & benedictiones & orationes ve-
Concil. General. Tom. XXIV.

stræ, & aliter, & quæ ad vestram sanctitatem
pertinent, & ad me tanquam filium immédia-
tum, hæredes effecti suscipiemus, & obedi-
mus vobis, & quod vobis erit placitum facie-
mus, propriamque vestræ sanctitatis intencio-
nem complebimus, quæcumque, & ubicumque
volueris, juxta omne, quod videbitur bonum
Deo. Non enim esset decens, si nos sicut fi-
lii paternitate vestra fruenter, & quæ ab ipsa
paternitate debentur filio, quod nos condignam
obedientiam & reverentiam non ostendissemus,
sicut filii speciales ad patrem. Et propter hoc
parati erimus, & nos parabimus quod Deo
placitum est, & vestræ sanctitati, cum magno
studio percomple, & taliter ut scribimus in
proposito firmiter obtinemus. Postquam consum-
matum erit negotium, dexterum a Deo finem
recipiet. Sed vestrum de cetero opus erit, san-
ctissime Domine, & magis vos ipsos dari huic
adeo amabili & salutari negotio, & festinare
ad consummationem pacis, nullatenus desisten-
tes. In quantum sit vestræ altitudinis magni-
tudo & super omnes cognoscetur: in tantum
oportet præ ceteris festinare, & operam adhi-
bere, ut ad consummationem veniat opus pro-
positum peracceptum.

Hujusmodi autem præsumptuose quodammo-
do scribere moti sumus vestræ apostolicæ san-
ctitati, quia & alias, cum debemus advincem ad
pacem conjungi, existentes jam ad unionis con-
summationem, licet alio modo tunc temporis
ea quæ sunt pacis trahebantur, aliter vero nunc
dispensatur gratia Christi. Consideravimus ali-
quos sequentes proprias voluntates, & injuste
pacis prosecutionem prohibentes, qui jam con-
sensu diutino perfecerunt propositum eorum-
dem, & bonum Christianæ gentis invidentes,
inimicitiam ad commune intentum omnium in-
troduxerunt. Nos tamen omnem curam unio-
nis & concordie apponentes, sic habemus per
omnia, sicut dictum est, & nulla a nobis con-
surgit occasio. Nam quales in verbis nos ostendimus
fore, tales etiam, & serventiores, nos
in operibus invenietis paratos.

Beatitudo autem vestra, sanctissime domine,
non aliter de nobis recogitet, nec aliquam hæ-
sitationem habeat de consummatione negotii
sæpe dicti: sed omnem ambiguitatem & timo-
rem ejicientes ab anima, de consummatione
& perfectione negotii sæpe dicti, quod ad ma-
nus est, sicut jam ad præsens recipiet sanctitas
vestra. Tempus enim, in quo magis convenit
dispensari super Christianorum utilitate com-
muni, non aliud nunc quidem videtur, quam
præsens, ad quod nos quidem, ad unum con-
venientes, cooperatione Spiritus sancti, ubicum-
que voluerimus ambulare, in Deo faciemus vir-
tutem, angulari lapide Christo, qui est capus
ecclesiæ, in quo omnis ædificatio ad templum
sanctum in medio nostrum compaginata concre-
scit, justam exinde promissionem habentes, &
nos in pace indurptibiliter conjungentes, non
duo vel tres existimemus, sed milliana inchoita
& innumerabilia in ipsius nomine congregata.

Contra inimicos autem Domine crucis, di-
vi Amos dictum bene & optime inducitur: *O-*
ccidet Sol in eis in meridie, sic opinantibus ex
angustia cordis, & obumbrabitur super terram
eorum in die inmen, & in meridie velut in
nocte palpabunt; expugnatio erit eis, & tota-
lis destructio: redemptio vero terræ sanctæ &
ultra alienigenæ non transibunt per eam. Ait
Joel magnus: *Egyptus ad destructionem erit*, Joel 31.
D 2

ANNO
CHRISTI
1574.

Idemas ad campum perditionis. Et sic tanquam ignis & flamma novi Israelis domus apparebit. Demus vero Esau tanquam stipula, & consummabuntur, inquit: quoniam venerunt dies vindictæ juxta dictum divi Osee, & dies retributionis eorum. Nos vero tota Christiana gens dicimus, faventibus orationibus vestris, virtutem a Deo accipientes: dilatati erimus, & ad pristinum iterum veniemus. Si distantia enim nostra impiis superbiendi libertatem, concessit: coadunatio utique & in unum congregatio manifestissimum eis interitum præparabit. Illud est tempus illud, quod multi quidem nostrorum spiritualium virorum, & etiam non pauci vestrorum, mentis oculis discernentes, & prophetizantes super hoc, desiderarunt etiam illud corporeis oculis revidere; sed non viderunt. Deus autem in vestris diebus, sanctis vestris orationibus annuens, videre hoc nos dignos concessit, secundum suæ judicium voluntatis: quod non decet omittere apostolicam animam vestram, nec in vanum transire concedere. Incertum enim existit, si tale deinceps tempus eveniet.

Sed hæc quidem, beatissime domine, & propter bonas spes & confidas, quas decet vos de futuro habere, suggerunt vestræ scribere sanctitati, ut ad futurum quod jam per vos debet celebrari consilium, futuram cum Deo ecclesiarum annuncietis confirmationem & restauracionem; & omnes divi viri qui congregari debent ibidem, cum deceat ipsos gaudere super negotio ipso, lætiores fiant, certificati de perfectæ unitatis prædictæ: & etiam quod omnibus certificetur, quod labor, quem sanctissima benignitas vestra ad præsens negotium subrogavit, non vanus factus est, illius gratia qui ad hoc vos inspiravit: illa fiducia, quam ad ipsum habetis; sed ad tempus conducens, reddet fructum, non solum in triginta & sexaginta, sed etiam ad centuplum, juxta vocem Salvatoris in evangeliiis. Residuum sane in cura vestræ sanctitatis existit.

Quid restat? debent in brevi nuncii nostri una cum aliis fratribus, qui penes nos existunt, viam cum Deo accipere, ad vestram sedem altissimam proficiscentes, ut appareant coram vobis cum perfectione operis peroptati. His autem hoc debentibus, sicut summus pontifex & pastor pervigil animarum, ac provisor omnium, provideatis, si placet, & viam qua transire debent nuncii, modis omnibus securam & sine periculo fieri statuatis: ut sine impedimento, nostri nuncii valeant ad vestram sanctissimam præsentiam proficisci. Nam timemus valde, ne ipsis differentibus tanti & talis operis effectum, forte antiquus bellator pacis, motus invidia tanto Divino operi obviare conetur: & ut imperfectum contingat multo tempore remanere, per quosdam iniquos homines desperate periculum operetur. Sed divinitas vestra, sua magna providentia repellat insidias assidui inimici. Quare dictis nunciis, & fratribus, viam præparetis securam, ut exinde verrecundia malignitatis principi fiat, & eorum cogitatione annullata, vestræ providentia sanctitatis, bonum, quod labore est tanto tempore acquisitum, perducatur ad finem: ne propter despectum, antequam confirmetur & radietur, aperte rumpatur. Quemadmodum enim labor potest reedificare, quod destruxit inertia: ita destruit incuria, quod acquisitum est labore. Quapropter divinam vestram & efficacem in ope-

rationibus providentiam ad hæc cogitavimus incitare, quam certi sumus tribuere velle negotio ante dicto: in Deo confidentes, qui pacem super omnia acceptat, & ipsam tribuit animabus diligentium ipsam, & in vestra providentissima & imitativa sanctitate, cujus orationes nobis affectuose concedantur. Amen.

GREGORII X. EPISTOLA

ENCYCÆICA.

Ad omnes Prælatos, qua eis ad generale Concilium celebrandum Lugdunam urbem electam indicit.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Senonen. & Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpositis, & aliis Ecclesiarum Prælati per Senonensem provinciam constitutis salutem & apostolicam benedictionem.

In literis, quas ad universos orbis Principes, & Prælatos super generalis convocacione Concilii destinavimus, locum, in quo idem Concilium convenire deberet, ex causa duximus subricendum: prædiximus tamen in illis, quod locum eundem ipsis Principibus, & Prælati intimare competenti tempore curaremus. Nobis igitur cum fratribus nostris hujus loci electionem deducuntibus in exactæ discussionis examen, occurrebant hinc inde diversa, qui discutientium videbantur iudicium alternare. Nec enim præterit nostræ consideracionis intagionem, quam grave, quam durum est locum sedis Apostolicæ proprium, in quo præcipuorum Apostolorum gloriosus exitus, in quo illorum corpora gloriosa quiescunt, terrarum spatio tam diffuso dimittere, tanto locorum intervallo a peculiari nostro populo Romane urbis abesse; convicinis partibus, quæ Sedi eidem non solum spiritualiter, sed etiam temporaliter subesse noscuntur, commoditatem vicinitatis nostræ subtrahere; quanta ex absentia nostra diversis Italianæ partibus possent imminere discrimina, quantum partium earundem inveterata scissura, pro integrandæ unitatis obtinendo remedio, nostro auxilio indigebat; quantis denique oneribus, quantis laboribus nos & fratres nostros quorum aliquos ætas, quosdam debilitas, nonnullos infirmitas, & omnes ad hæc defuetudo reddit inhabiles, exponimus non sine rerum dispendiis, quæ quasi pro nihilo ducimus; non sine discriminibus corporum, quæ non facile contemnuntur. Hæc, & alia, quæ non posset succinctus sermo percurrere, in partibus illis locum huiusmodi eligendum concludere videbantur. Verum ea, qui in eodem sunt agenda Concilio, contrarium suadebant, & specialiter negotium Terræ Sanctæ, quam dum Creatori omnium cariorem omnibus Scriptura describit, satis aperte indicat carissimam proculdubio a nobis habendam, cum soleat, quod est in superioris conspectu, præstantius in subditorum extirpacione præstare. Adicit insuper beneficiorum consideratio, quæ inibi humano generi de divina superabundantia gratiæ, obvenere. Siquidem Salvator omnium operatus est in medio illius Terræ salutem. Ibi sumpsit corporalis natiuitatis initium. Ibi conversationis humanæ dedit tempora. Ibi post probrosæ passionis op-

ANNO
CHRISTI
1574.Ex Campi
Histor. Placent
tom. 2.
in reg. 2.
11.

ANNO
CHRISTI
1174.ANNO
CHRISTI
1174.

probria, pro redemptione nostra mortem sub-
bit temporalem, & sui pretiosi effusione cruo-
ris vetus piaculum expiavit. Numquid igitur
non contingant redemptorum corda immensa
& innumerabilia beneficia Redemptoris? nun-
quid non accendunt cuiusque præcordia, ut ip-
si pro tot, quæ nobis tribuit, hoc saltem ne-
cessitatis tempore aliquid impendamus? Dum
Crucis hostes Crucifixum habentes ostentui,
cultores ipsius, Christiani nominis professores,
ut Christi cultum delectant, incessanter exter-
minant, & conculcant, ipsos debilitantes viri-
bus, extenuantes opibus, & eorum facies re-
plentes ignominia, ipsosque diversis confusio-
nibus saturantes. Ad vindicandas itaque Redem-
ptoris injurias, ac redimenda ignominiosæ con-
culcationis opprobria in redemptis, nostrum
circa Terram eandem Creatoris conformantes
affectui, ac debita meditatione, quod ejusdem
Terræ subsidium præcipue de Principum, &
Prælatorum pendet auxilio, quos ultra mon-
tes credimus convenire posse commodius, exi-
nanivimus nosmetipsos, & sub spe illius, qui
dat lapsu virtutem, debilitatem nostram con-
tempsumus; sub ipsius fiducia, qui de sua mi-
sericordia nos confortat, quod intendimus in
eo posse sperantes, parvipendimus onera, labo-
res consideratione calcavimus, & ceteris nostris
ac fratrum nostrorum incommoditatibus in eju-
dem considerationis examinatione postpositis,
ut Principum & Prælatorum eorumdem facilius
habere possimus præsentiam, ac Terræ prædi-
ctæ subventionem efficaciter promovere, civita-
tem Lugdunensem, quo inibi Concilium cum
majori commoditate conveniat, de ipsorum fra-
trum consilio duximus eligendam. Quod vobis
tenore præsentium nunciantes, Universitatem
vestram monemus, rogamus, & hortamur in
Domino, Apostolica vobis nihilominus aucto-
ritate mandantes, quatenus in prædicta civita-
te Lugdunensi juxta præscriptam per supradi-
ctas literas nostras formam studeatis omni,
quam inevitabilis necessitas non indicet, excu-
satione postposita, in præfixo per eandem lite-
ras termino comparere, Dat. apud Urbemvete-
rem Idib. Aprilis Pontificatus nostri anno se-
cundo.

In eundem modum.

In Francia.

Capitulo Rhemen.)
Rhotomagen. &) Archiepiscopus.
Turonen.)
In Anglia.	
Eboracen. &) Archiepiscopus.
Cantuarien.)
In Ibernia & Scotia.	
Dublinen.)
Cassellen. &) Archiepiscopus.
Tuanen.)
Armachan.)
In Norvegia.	
Nidrosien. &) Archiepiscopus.
Upsalen.)
In Polonia.	
Gneznen. Archiepiscopo.)
In Hispania.	
Ispalen.)
Compostellan.)
Toletan.) Archiepiscopus.
Tarraconen.)
Electo Bracharen.)

Aquen.)
Arelaten.)
Ebredunen.) Archiepiscopus.
Viennen. &)
Narbonen.)
In Vasconia.	
Auxitan. Archiepiscopo.)
In Sardinia.	
Calaritan.)
Turritan. &) Archiepiscopus.
Aboren.)
In Ungaria.	
Colocen. &) Archiepiscopus.
Arigonien.)
In Alamania.	
Magdeburgen.)
Bremen.)
Treveren.) Archiepiscopus.
Salzburgen.)
Colonien. &)
Moguntin.)
In Lombardia.	
Patriarchæ Graden.)
Mediolanen. &) Archiepiscopus.
Januen.)
In Tuscia.	
Universis Prælati Tusciæ.)
In Campania.	
Universis Prælati Campaniæ.)
In Marchia Anconitana.	
Universis Prælati Marchiæ.)
In Romania.	
Corinthien. Archiepiscopo, &)
Electo Patracen.)
In regno Siciliæ.	
Singulis Archiepiscopi ejusdem regni.)
In Istria sup. marc.	
Jadren. &) Archiepiscopus.
Spalaten.)
In Sclavonia.	
Ragusin. &) Archiepiscopus.
Antibaren.)
In Burgundia.	
Tarantasiën. &) Archiepiscopus.
Bisuntin.)
In eundem modum.	
Abbati Casinen.)
In Ducatu Spoletano.	
Universis Prælati ipsius Ducatus.)

EJUSDEM EPISTOLA ENCYCLICA

Ad Reges, Principes, & Civitates,

Ejusdem tenoris.

Regi Francorum illustri. In literis, quas
ad universos orbis Principes, & Prælatos
super generalis convocatione Concilii destinavi-
mus, locum &c. ut supra usque ad verba duxi-
mus eligendam. Quod tibi tenore præsentium
nunciantes, Serenitatem Regiam rogamus, &
hortamur in illo, qui regibus dat salutem, in
remissionem tibi peccaminum suadentes, ut te
illi gratifices, qui tot gratis te prævenit; la-
borem voluntarium ad tam sancti, tam utilis
negotii promotionem assumens, præfixo per ean-
dem literas termino interim ad hoc opportu-
nitatem captata, in civitate prædicta una cum
aliis Principibus, & Prælati, quorum super hoc
Dominus corda tetigerit tuam velis præsentiam
exhibere. Dat. ut supra.

In

In eundem modum scribitur Regibus, Co-
mitibus, & aliis intrascriptis.

ANNO
CHRISTI
1274

Angliæ)
Scotiæ)
Norvegiæ)
Un. atiz) Regibus.
Boemiæ)
Castellæ)
Aragonum)
Navarræ)

Carnoten.)
Flandren.)
Attrebaten.) Comitibus.
Britanniæ)
Blelen.)
Nivernen.)
Burgundiæ)

Burgundiæ)
Brabantiz) Ducibus.
Saxonia &)
Brunsvic)

Brandeburgen.) Marchionibus.
Mifnen.)
Principi Achazæ.
Galluz)
Arboren. &) Judicibus.
Calaritan.)

EJUSDEM EPISTOLA

AD ARMENIÆ REGEM

*Eum ad Concilium Lugduni celebrandum invitat,
& ut antiquorum Conciliorum exemplaria
secum deferat.*

Gregorius Episcopus servus servorum Dei,
carissimo filio Regi Arme-
niæ illustri salutem & apostolicam benedictio-
nem. Ad laudem divini nominis, & statum
prosperum Christianæ religionis, nec non pro
Terzæ Sanctæ negotio, indiximus generale Con-
cilium, a Kalendis instantis mensis Maji ad
unum annum apud civitatem Lugdunensem,
divina favente clementia celebrandum, ad quod
sicut ceteri reges, Orbis terræ Catholici, per
alias nostras literas invitatis. Quia vero mul-
tipliciter expedit, ut in ejusdem celebratione
Concilii antiquorum Conciliorum copiam ha-
beamus, Celsitudinem Regiam rogamus, &
hortamur attente, quatenus integrum Nicænum
Concilium, & alia Concilia, quæ habere dice-
ris in Armenica litera, cum aliquibus peritis
interpretibus, qui de Armenico transferant in
Latinum: super quo venerabili fratri nos-
tro Catholico similia nostra scripta di-
gimus; Nobis cum ea, qua poteris, celerita-
te transmittas, ut in iis, quæ facienda fuerint
per eadem Concilia salubris haberi possit instru-
ctio, & Nos regalis devotionis promptitudinem
exinde commendare dignis in Domino laudi-
bus merito debeamus. Dat. Urbeveteri V. Kal.
Maji Pontificatus nostri anno secundo.

GREGORII X. EPISTOLA

ad Græcorum imperatorem.

Respondet ejus epistolæ, & ad mittendos quam-
primum apocrifarios hortatur.

*Magnifico viro Michaeli Palæologo illustri impera-
tori, gratiam in presenti, per quam
gloriam obtineat in futuro.*

ANNO
CHRISTI
1274

Litterarum series, quas nobis novissime tua
magnificencia destinavit, cunctis, qui spi-
ritu Dei aguntur, ipsas audientibus, gaudii &
exultationis in Domino materiam subministrat.
Siquidem circa instans unionis Latinorum &
Græcorum desiderata, perutilis, ac Deo accep-
ta negotium, & intentum tuum testatur affe-
ctum, & votivum illius exitum proximum re-
promittit; adjiciens inter cetera, quod cum
qualem te ostendis in verbo, talis & ferventior
inventaris in opere, nullius dubitationis scrupu-
lus in nostro corde remaneat de confirmatio-
ne ac perfectione negotii supradicti. Hæc qui-
dem catholicos rei conscios in jubulum excitant
animos.

Sed multorum circa hoc motus reprimi,
quod, ut verum fateamur, quamplures magnæ
conditionis & status asserunt, unionis prædictæ
tractatum ex Græcorum parte diutius in figmen-
tis verborum & similitudine deductum. Propter
quod & nobis super apocrifariorum nostrorum,
qui ad tuam pervenere præsentiam, deliberan-
tibus missione, id dissuadere frequentius: viam
aliam, quæ se videbatur offerre præ manibus,
potius suadentes. Licet autem illis credulitatis
aures non duxerimus inclinandas, hæc tamen
excellentiæ tuæ ad stimulum quasi sollicitudinis
exponimus: ut attendens, quod ex iis, quæ de
prædictis tuis litteris brevis supra commemora-
vit epilogus, & aliis, quæ patent latius in eis-
dem, te oris tui verbo non solum Deo, sed
& universis audientibus si famam tuam non no-
gigas, ad consummationem prædicti negotii
quasi obligasse videris; ad illam sic solerter in-
tendas, & efficaciter, & in veritate procedas,
quod tuæ promissionis effectu per evidentiam
operis apparente, obstruantur ora inique lo-
quentium, qui celsitudinem tuam libenter for-
te notarent, quasi non in sinceritate debita hoc
tam salubre negotium prosequaris; sed & nunc
post nuncios nostros tanto tempore detentos,
quasi necessitatem dilationis ingesseris, sicut
hactenus ex eadem parte frequenter ingestas as-
serunt, ut per angustias temporis & per inopi-
natos casus, qui per sepe in negotiis tractandis
emergunt, desiderato fructu hoc tam salubre
negotium frustraretur, ne quando nobis super-
gaudeant & insultent ac dicant: ecce quod ve-
rebamur, accidit. Sicut enim vobis prædixi-
mus, solam perditionem temporis nostrorum
missio habuit nunciorum.

Hæc sicut ad tuam instructionem & provisio-
nem de paterna dulcedine procedunt, ita in tuæ
considerationis attentione dulcescant. Sic enim
ad salutem animæ tuæ afficimur, ut & perso-
næ in via hac, quam præmissæ litteræ te am-
bulare deseribunt, zelemus honorem; & desi-
deremus te diligentissimum fore opinionis tuæ
custodem, curam habentem de tuo nomine,
nec

Ex eodem
rege ed:
dit Wadin-
gus. Hard.

ANNO
CHRISTI
1171.ANNO
CHRISTI
1171.

nec famam aliquatenus negligentem. Persta igitur: nostri enim, quod perseverantiae palma debetur. Persta, & quae te praemissae litterae tam solcite incepisse commemorant, & nuntii nostri, qui ad nos rediere, testantur, solitudine continuanda, & quantum facultas permiserit, augmentanda, protequere, ad obtinendum immensum Divinae retributionis praemium, & memoriale inter homines de tam pio, Deo tam amabili, & Christianitati tam votivo, tam utili opere in aeternum: missurus apocryphos, quorum eadem magnitudinis tuae litterae pollicentur adventum cum potestate plenaria; & ad omnia, quae nostrarum missarum ad te per eosdem nuncios litterarum tenor exigit, plene, prout decet, instructos.

De quorum securo conductu, sicut inserta tuis litteris petitio continebat, per viam a celsitudinis tuae nuntiis ad nos propter hoc inter cetera destinatis de speciali mandato tuo, ut dicebant, electam, salubriter duximus providendum. Datum Lugduni ix. Kal. Decembris, pontificatus nostri anno II.

EPISTOLA GREGORII X.

ad Raymundum Turrianum electum Aquilejensem.

Dispensat ne intersit Concilio Lugdunensi.

Gregorius episcopus &c. Raymundo episcopo in patriarcham Aquilejensem electo. Quamvis in instanti concilio generali, quod pro arduis universalis ecclesiae, ac totius christianitatis negotiis mandavimus congregari, tuam, quam in hoc opportunam credimus, libenter praesentiam haberemus; considerantes tamen urgentes necessitates Aquilejensis ecclesiae, nuper tuo commissae regimini, praetextu suae vacationis diutinae imminentes, quae nullatenus negligenda, tuam ab illa omnino hoc tempore dissuadente absentiam, a labore veniendi hac vice ad memoratum concilium tenore praesentium te haberi volumus excusatum, fraternitati tuae mandantes, quatenus ad praetam ecclesiam te personaliter conferens absque mora, reparationi collapsi status eius, promovendisque spiritualiter, & temporaliter suis necessitatibus sic argumentosis intendas, ut gratia, quam obtentu praecipue necessitatis ipsius ecclesiae in hac parte assequeris, a labore huiusmodi relevatus, illi per tuum efficacem exercitum obvenerit fructuosa, idque tibi cedat ad meritorem cumulum apud Deum, & ad uberiores penes nos gratiae incrementum. Dat. Lugduni idibus Febr. Pontificatus nostri anno secundo.

BREVIS NOTA EORUM

quae in secundo concilio Lugdunensi generali acta sunt.

In nomine Domini. Amen.

Anno ejusdem millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, mense Maji, die Lunae septima ejusdem, tertia Indictione, congregato generali concilio per sanctissimum patrem dominum Gregorium decimum, sacrosanctae Romanae ecclesiae summum & universa-

lem pontificem, Lugduni, in majori ecclesia sancti Joannis Lugduentis, injuncto prius per ipsum sanctissimum patrem, quinto die ante sessionem, scilicet secunda ejusdem mensis, omnibus praelatis & capellanis suis jejunio triduo, & sedibus praeparatis in navi ipsius ecclesiae per circuitum: idem dominus papa circa horam Missae descendens de camera sua in ipsam ecclesiam, praeparato sibi faldistorio in choro, conducentibus eum duobus diaconis cardinalibus, ut moris est, dixit Tertiam & Sextam, quia erat dies jejunii. Quibus finitis subdiaconus venit cum sandalibus, & calcavit eum, capellani dicentibus psalmos consuetos circa ipsum: & eo calcato, & lotis manibus

diaconus & subdiaconus more solito induerunt eum omnibus vestimentis pontificalibus albi coloris, quia inter Pascha & Ascensionem erat, & pallio, sicut si esset Missam celebraturus. Et inde praecedente cruce, ascendit pulpitem praeparatum & ornatum, & sedit in faldistorio suo, ministrante sibi pio presbytero, domino Simone tituli sancti Martini, & diacono domino Othobono cardinale, & assistentibus sibi in eodem pulpito ipso domino Othobono sancti Hadriani, & dominis Jacobo sanctae Mariae in Colmedin, sancti Georpii ad Velum aurcum, Huberto sancti Eustachii, Matthaeo sanctae Mariae in Porticu, diaconis cardinalibus; etiam sedente juxta eum domino Jacobo rege

Aragonum, assistentibus etiam sibi quibusdam capellanis superpellicis indutis: sedens idem summus pontifex in faldistorio suo fecit crucem super praelatos & concilium, qui sic sedebant ab opposito, & in eminentibus sedibus praeparatis: In medio navis ejusdem ecclesiae sederunt domini, Pantaleo Constantinopolitanus, & Opizio Antiochia, patriarchae. In sedibus aliis a latere dextro pontificis sederunt domini, Joannes Portuensis, & sanctae Rufinae, Petrus Tusculanus vicedominus Praenestinus, frater Bonaventura Albanensis, frater Petrus Ostiensis & Velletrensis, Bertrandus Sabinenus, episcopi cardinales; a latere vero sinistro, Averus tituli sanctae Praxedis, Guilielmus sancti Marci, Simeon tituli sanctae Caeciliae, presbyteri cardinales. Post hos vero a dextris & sinistris sederunt primates archiepiscopi & episcopi, abbates & priores, & alii ecclesiarum praelati in magna multitudine, non discrepantes de locis, cum per eundem summum pontificem fuerit ordinatum, quod sine praedicio ecclesiarum suarum sederent: stantibus autem inferius fratre Villielmo de Hospitali, & fratre Roberto magistro Templi, & aliquibus fratribus earundem religionum, & nunciis solemnibus Franciae, Alemaniae, Angliae, & Siciliae regum, & aliorum multorum quoque principum, baronum, capitulorum, & ecclesiarum procurator. Capellani cantaverunt antiphonam, *Exaudi nos Domine*: qua finita dominus papa surgens, dixit *Oremus*, Dominus Othobonus flexis genibus, & dominus Jacobus, dixerunt: *Levate*. Et summus pontifex dixit alta voce orationem, sicut habetur in ordinario. Deinde per unum capellanum cantata est litania minor, domino papa & omnibus cardinalibus & praelatis adstantibus genibus flexis, & sine mitra. Qua finita per eundem capellanum, & respondentibus sibi quamplurimis, dominus papa surgens, dixit: *Oremus*. Dominus Jacobus flexis genibus, & dominus Gottifredus, responderunt: *Levate*. Et dominus papa dixit aliam ora-

* *Adde*,
Gottifredo.

* *Patriarchae*
tituli
Latin.

* *Corr. procuratoribus.*

ANNO
CHRISTI
1174.

Luc. 10.

Luc. 13.

Luc. 14.

orationem in tono secundum primam. Post hæc dominus Othobonus, facta reverentia domino papæ, & benedictione petita, ut choris est, cantavit evangelium secundum Matthæum, scilicet: *Designavit Dominus Jesus alios septuaginta duos.* Quo finito dominus papa stans erectus, alta voce incæpit hymnum, scilicet: *Qui creator Spiritus.* Quo cantato per ipsum, & totum concilium, stans sine mitra, cum magna devotione, ipse segit in faldistorio tuo, & omnes prælati in locis suis sederunt: & tunc ipse incæpit sermocinari, proposito themate, scilicet: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare voliscum, antequam patiar, & antequam moriar:* & profecutus est sermonem suum. Quo finito, & paulato aliquantulum, cæpit alloqui concilium, narrando motum & votum animi sui, & causas, propter quas evocaverat concilium, & super quibus, scilicet super subsidio terræ sanctæ, & super unione Græcorum, & super reformatione morum. Qua allocutione completa, surrexit de sede, & indixit aliam sessionem ad aliam diem, Lunæ scilicet: & sic dissoluta est prima sessio. Idem autem papa rediens ad locum, ubi ipse se induerat, exiit se pontificalibus vestimentis, & dixit Nonam.

Eodem anno & mense, die vero veniente decima octava, ejusdem, facta est secunda sessio, in qua omnia facta sunt sicut in prima, excepto quod non fuit indictum jejunium, & pro presbytero servivit dominus Averus, pro diacono dominus Jacobus, & quod aliud evangelium cantatum est, scilicet secundum Lucam: *Vos estis sal terra:* & quod aliz orationes dictæ sunt, sicut in ordinario habetur; & quod dominus papa non fecit sermonem, sed allocutionem tantum super illis, quæ fuerant in prima sessione. Qua allocutione finita, latæ sunt constitutiones pro zelo fidei, & licentia sunt omnes in ista sessione procuratores capitulorum, ac abbates & priores non mitrati, exceptis illis, qui fuerunt nominati ad concilium evocati: licentia sunt omnes alii inferiores prælati mitrati, & indicta est tertia sessio ad diem Lunæ post octavam Pentecostes, quæ erat vigesima octava Maji. Et sic dissoluta est secunda sessio.

Inter primam & secundam sessionem, dominus papa cum cardinalibus advocavit congregatum archiepiscopos, & quemlibet cum uno episcopo & abbate suæ provincie, & divites habuit eos in camera sua, episcopos etiam & abbates, qui immediate sub sunt Romanæ ecclesie: & petiit & obtinuit ab eis omnes decimas reddituum, fructuum, & proventuum ecclesiarum usque ad sex annos continuos, incipiendo a festo Sancti Joannis Baptiste instantis anni Domini millesimi ducentissimi septuagesimi quarti, usque ad sex annos continuos futuros, sicut in constitutione habetur.

Item pendente termino sequentis sessionis, frater Hieronymus & frater Bonaventura de ordine fratrum Minorum, qui missi fuerant nuntii cum duobus fratribus per Romanam ecclesiam ad Græcos, miserunt quoddam litteras domino papæ, de quibus ipse dominus papa multum gavilius est, & fecit vocari omnes prælatos in majori ecclesia Lugdunensi: & ibi omnibus prælatibus existentibus in cappis suis, frater Bonaventura Albanensis episcopus sermocinatus est, proposito themate, quod legitur Baruch: *Exurge Jerusalem, sta in excelsis, & circumspice ad Orientem, & inde collige filios tuos*

ab Oriente usque ad Occidentem: post cujus sermonem lectæ sunt prædictæ litteræ.

Eodem anno, mense vero Junii, die eiusdem septima, in qua omnia facta sunt sicut in prima, excepto quod non fuit indictum jejunium, & quod pro diacono servivit dominus Gausfredus ad velum aureum, & quod cantatum est aliud evangelium, scilicet secundum Matthæum: *Accesserunt ad Jesum discipuli, &c.* & quod aliz orationes dictæ sunt sicut in ordinario continetur, & quod non fuit ibi rex Aragonum, & quod frater Petrus Ostiensis episcopus sermocinatus est, incipienti themate, scilicet: *Leva in circuitu oculos tuos, & vide: Isaia 60.* Et postea lectæ sunt constitutiones, scilicet: Utriusque electionem, Avaritiæ cæcitas, Quam sit ecclesie Perpetuæ sanctionis, Nulli dicere, Si quando contigerit, Quamvis constitutio, Propterandum, Eos qui clericos, Exigit multorum Constitutionem felicis recordationis Innocentii papæ, Præsentem generali. Quibus lectis dominus papa allocutus est concilium, & dedit licentiam omnibus prælatibus quod possent exire Lugdunum, & elongare se usque ad sex leucas. Diem alterius sessionis non præfixit, propter dubium adventum Græcorum: & sic absoluta est tertia sessio. Tamen inter secundam & tertiam sessionem dominus papa vocavit prælatos, sicut inter primam & secundam, & fecit legi coram eis constitutiones prædictas: quæ lectæ sunt.

Eodem vero anno & mense, die vigesima quarta, nuntii imperatoris Græcorum venerunt, quorum nomina sunt in littera missa papæ. Omnes prælati qui erant in concilio cum familiaribus, suis, camerarius cum tota familia papæ, vicecancellarius, & omnes notarii, ac omnis familia cardinalium, exiverunt eis obviam, & eos usque ad palatium domini papæ honorifice conduxerunt: qui ab eodem domino papa stante in aula ejusdem palatii cum omnibus cardinalibus, & multis prælatibus, ad pacis osculum honorifice sunt recepti: & eis representaverunt litteras imperatoris Græcorum bullatas bulla aurea, & alias litteras prælatorum, & dixerunt in præsentia domini papæ, quod veniebant ad omnimodam obedientiam sanctæ Romanæ ecclesie, & ad recognitionem fidei, quam ipsa ecclesia tenet, & primatum ipsius, &c. Et post hoc venerunt ad hospitium sua.

Eodem anno, & mense, die vigesima octava, in festo Apostolorum Petri & Pauli, dominus papa celebravit Missam in majori ecclesia sancti Joannis Lugdunensis, existentibus ibidem omnibus cardinalibus, & prælatibus, qui ad concilium fuerant evocati: lecta est epistola in Latino, & Græco, & cantatum est evangelium per dominum Othobonum in Latino, & quemdam diaconum Græcorum in habitu, in quo Græci solent cantare, in Græco, post eum. Quibus dictis, frater Bonaventura fecit sermonem suum usque ad finem: postea vero cantatum est symbolum, scilicet *Credo in unum Deum*, in Latino, incipientibus dominis cardinalibus, & episcopis, qui sicut cantores, seu primicerii, tenuerunt chorum in cantu, & prosequentibus canonicis ejusdem ecclesie. Post hoc vero immediate prædictus patriarcha, cum omnibus Græcis archiepiscopis de Calabria, & frater V. de Morbecca, de ordine fratrum Prædicatorum, & frater Joannes de Constantinopoli de ordine fra-

ANNO
CHRISTI
1174.

Marth. 6.

Isaia 60.

ANNO
CHRISTI
1174.ANNO
CHRISTI
1174.

fratrum Minorum, penitentiarii domini papæ, qui linguam Græcam noverant, cantaverunt solemniter & alta voce prædictum symbolum: & quando ventum est ad articulum illum, *Qui a Patre, Filioque procedit*; solemniter, & devote ter cantaverunt. Quo symbolo finito, idem patriarcha, archiepiscopi, & logotheta, cum aliis cantaverunt laudes solemnes in lingua Græca domino papæ, & post hæc Missa per ipsum dominum papam, stantibus Græcis prædictis, juxta altare profecta est, & completa.

Eodem anno, mense vero Julii, die tertia ejusdem, dominus papa fecit vocari dominum episcopum Leodiensem ad se, & propositis quibusdam excessibus suis, sibi compulit eum cedere oneri, & honori. Sequenti vero die, nuntii Tartarorum regis repræsentaverunt se domino papæ in camera sua, existentibus ibi omnibus cardinalibus, & multis prælatis, qui ante eum convenerant ad tractandum de negotiis concilii: quibus etiam omnibus familia cardinalium & prælatorum, de mandato domini papæ obviam exiverunt, & eodem die est quarta sessio nunciata ad diem Veneris futuri, scilicet ejusdem mensis, omnibus prælatis per cursores domini papæ. Et eodem die dominus papa fecit vocari dominum Fridericum abbatem sancti Pauli de Urbe, & propositis quibusdam excessibus suis sibi, compulit cedere cum dictæ abbatis.

Eodem anno, & mense, die Veneris, sexta ejusdem, in octava sanctorum apostolorum Petri & Pauli, facta est quarta sessio, existentibus in loco, ubi dominus papa cum diacono cardinali sedebat, prædictis nunciis imperatoris Græcorum a latere dextro post cardinales: in qua omnia facta sunt sicut in prima, excepto quod fuit cantatum per dominum Hubertum evangelium secundum Matthæum, scilicet: *Jussit dominus discipulis suis ascendere naviculas*, quod competebat diei; & Frater Petrus Ostiensis prædicavit, qui domino papæ pro presbytero serviebat, thema scilicet, *Illuminans tu*, &c. post cujus sermonem dominus papa allocutus est concilium, narrans prædictas tres causas vocationis concilii, & dicens qualiter contra opinionem quasi omnium, Græci libere veniebant ad obedientiam Romanæ ecclesiæ, profitendo fidem, & recognoscendo primatum ipsius, nihilque temporale petendo: de quo multum dubitabatur. Dixit etiam, qualiter scripserat imperatori Græcorum, quod si non vellent spontaneè venire ad obedientiam Romanæ ecclesiæ, & fidem ejus, quod mitteret nuncios solemnes ad tractandum super his, quæ petere volebat; & ipse Deo favente omnibus prætermisissis, spontaneè, & libere fidem Romanæ ecclesiæ, & primatum ipsius professus est, & recognovit in summa, quod prædictos nuncios ad profitendum & recognoscendum miserat in sua præsentia, sicut in litteris per prædictum dominum imperatorem sibi missis continebatur expresse. Tunc mandavit legi ipsas litteras, & alias litteras multorum prælatorum: quod fecerat prædictis nunciis, & litteras filii ipsius imperatoris: quæ tres erant bullatæ bulla aurea, translate in litteras Latinas. Quibus lectis, unus de prædictis nunciis, scilicet logotheta, dicens se viva voce a dicto imperatore in mandatis habere, quod posset jurare in animam ipsius, si domino papæ placeret, professus est publice fidem Romanæ ecclesiæ, quæ lecta fuerat in concilio, tenere di-

Concil. General. Tom. XXIV.

atum imperatorem, & imperium, & eam perpetuo servaturos, & nullo tempore recessuros ab ea, ut in forma juramenti plenius continetur. Et sic est finis ipsius sessionis.

Postea vero dominus papa alta voce incepit, *Te Deum laudamus*: quod totum domino papa stante semper erecto, & sine mitra, cum magna devotione, & multis lacrymis, profectum est & completum. Quo completo quidam capellanus dixit versiculum: *Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis*: & responsum est ab assistantibus: *A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem*. Quo dicto, dominus papa dixit: *Dominus vobiscum*: Responsum est: *Et cum Spiritu tuo*. Postea dixit: *Oremus*, sine *Flectamus*

genua: & dixit orationem: *Da ecclesiæ tuæ quasumus omnipotens Deus, ut sancto Spiritu congregata, &c.* sicut in ordinario habetur. Qua finita, sedit in salditorio suo, & allocutus est concilium super tanto gaudio, incipiens: *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum*: *Luc. 11.*

& dictis paucis verbis, præfati patriarcha, & archiepiscopus Græcorum, descenderunt in navim ecclesiæ, & sederunt in sedibus altis, in loco in quo sedebant presbyteri cardinales post eos. Et tunc dominus papa reverenter incepit, *Credo in unum Deum*, in Latino, quod per eum qui sine mitra stabat, & totum concilium profectum est & completum. Quo completo, patriarcha Græcorum incepit similiter, *Credo in unum Deum*, in Græco: quod per eum, & Archiepiscopum Nicosiensem, & alios Græcos qui secum venerant, & alios archiepiscopos, & abbates Græcos de regno Sicilia, profectum est & completum: dicendo publice, & solemniter, *Qui a Patre, Filioque procedit*: cantando eum bis. Quo completo dominus papa allocutus est concilium paucis verbis, & dixit inter alia, qualiter rex Tartarorum miserat nuncios suos cum litteris ad eum, & concilium, qui nuntii stabant ad oppositum domini papæ, ad pedes patriarcharum: & mandavit legi litteras ipsius regis Tartarorum per quemdam capellanum. Quibus lectis dominus papa iterum alloquitur concilium paucis verbis,

& indixit aliam sessionem ad diem Lunæ undecimam ejusdem, & aliam ad diem Martis sequentis, non tamen præcise, quia dixit, si commode posset: in quo dixit se debere finire concilium. Et sic dissoluta est quarta sessio.

Eodem anno, & mense, die sabbati, septima ejusdem, dominus papa ostendit cardinalibus constitutionem, quam fecerat super electione Romani pontificis, per quam orta est dissensio inter eum & cardinales in privato, quæ postmodum venit in publico. Nam dominus papa vocavit prælatos sine cardinalibus, & vocavit cardinales per nationes, & cardinales in consistorio. Omni die conveniebant sine papa, & similiter allocuti sunt aliquos prælatos super constitutione præfata in consistorio: & rogaverunt, quod si dominus papa eorum assensus requireret super ipsa constitutione, quod non darent distinctivum consilium, vel consensum, donec rationes ipsorum audirent & similiter multi ex cardinalibus per nationes vocarunt prælatos in domibus suis, petentes ab eis consilium quid esset super hoc faciendum, & auxilium, si necesse esset, modo prædicto. Et dominus papa similiter vocatis prælatis, ut supra dictum est, & exposita intentione sua, prius injuravit eis in virtute sanctæ obedientiæ sub excommunicationis pœna, quod nemini revelarent il-

E

la

ANNO CHRISTI 1174

ANNO CHRISTI 1174

la que audirent, & viderent, & facerent tunc A
ibi cum eo. Et fecit eos consentire, & assen-
tire illi constitutioni, & mandavit, quod sin-
guli sua sigilla apponerent constitutioni prædi-
ctæ, quod & fecerunt. Nam factæ sunt sche-
dulæ per regna, & provincias, quibus omnes
prælati sua sigilla apposuerunt: propter quod
dilata est sessio ad diem Lunæ decimam sex-
tam ejusdem mensis.

Eodem anno, & mente, die Dominico, de-
cimaquinta ejusdem, hora matutinali obiit clæ-
ræ memoriæ frater Bonaventura Albanensis epi-
scopus, qui fuit homo eminentis scientiæ, & B
eloquentiæ, vir quidem sanctitate præcipuus,
vita, commiseratione, ac moribus excellentis-
simis decoratus, benignus, affabilis, pius, &
misericors, virtutibus plenus, Deo & homini-
bus dilectus, qui sepultus est ipso die Domini-
co in loco fratrum Minorum Lugduni, cujus
exequiis interfuit dominus papa cum omnibus
prælati, qui erant in concilio, & tota curia.
Et frater Petrus Othiensis episcopus celebravit
Missam, & prædicavit proposito themate, sci-
licet: *Doleo super te, frater mi Jonatha*. Mul-
tæ lacrymæ, & gemitus ibi fuerunt: hanc ei
gratiam concesserat Dominus, quod quicum-
que eum videbant, ipsius amore incontinenti
capiebantur ex corde.

Eodem anno, & mente, die decimasexta
eiusdem, facta est quinta sessio, in qua ante-
quam dominus papa intraret ecclesiam, frater
Petrus Othiensis episcopus, præsentibus omnibus
prælati, baptizavit unum ex nunciis Tartaro-
rum cum duobus sociis: quibus dominus papa
fecit fieri vestes de scarlato more Latinorum,
Et postmodum dominus papa intravit eccle-
siam, & facta sunt omnia, sicut in prima, ex-
cepto quod dominus Matthæus sanctæ Mariæ
in Porticu cantavit evangelium secundum Mat-
thæum, scilicet: *Videte, & vigilate, & orate:*
attendite vobis, & universo gregi. Quo finito,
lectæ sunt constitutiones, scilicet: Ubi pericu-
lum. Si forte, Si canonici abolitionis, Sciant
cuncti, Esti pignorationes, Quicumque, Gene-
rali constitutioni, Altercationis antiquæ, decet
domum Dei, Usurarum voraginem, Quamquam
usurarii, Hoc consultissimo, Statutum felicitis
recondationis. Quibus lectis, dominus papa al-
locutus est concilium, dicens quomodo eccle-
sia Dei inextimabile damnum perperla fuerat

pi: & mandavit omnibus prælati, & omnibus
presbyteris per totum mundum, ut quilibet eo-
rum unam Missam deberet cantare pro anima
ipsius, & aliam pro animabus omnium aliorum
qui mortui sunt adveniando, stando, seu re-
deundo ad concilia, sive ad concilium. Et
quia propter baptismum Tartarorum, & lectio-
nem constitutionum, hora tarda videbatur,
continuavit aliam sessionem in crastinum, sci-
licet decimam octavam ejusdem: & sic dissolu-
ta est quinta sessio.

Eodem anno, & mente, die decima septima
eiusdem facta est ultima sessio; in qua incon-
tinenti dominus papa intravit ecclesiam, indu-
tus omnibus pontificalibus vestimentis, ascendit
in pulpitu, & nonnulli alii prælati: lectæ
sunt constitutiones, scilicet, Religionum diver-
sitate, & Cum sacrosancta. Quibus lectis domi-
nus papa allocutus est concilium, narrans præ-
dictas tres causas vocacionis concilii, & quo-
modo negotium terræ sanctæ & Græcorum erat
inceptum & feliciter Domino favente consum-
matum: & inter alia dixit, quod prælati fac-
iebant tuere totum mundum, & quod mira-
batur quod aliqui malæ vitæ & conversationis
non corrigebantur, cum particulares malæ vi-
tæ, & bonæ vitæ, & conversationis venissent ad
ipsum instanter petentes cessionem. Unde mo-
nuit eos, quod ipsi se corrigerent, quia ipsi
correctis non erat necesse condere aliquas con-
stitutiones super reformatione eorum: alioquin
dixit se dure acturum cum ipsis super reforma-
tione morum. Super ordinatione vero paro-
chialium ecclesiarum, ne fraudentur rectorum
suorum præsentia, & viri idonei ponantur in
eis; & super alii, dixit se cito, dante Domi-
no, apponere remedia opportuna: quod utique
in ipso concilio fieri non potuit, propter mul-
torum negotiorum occupationem. Omnibus fi-
nitis, dominus papa dixit, *Oremus, Fleamus
genus, Levate,* & oratione, sicut in ordinario
habetur. Qua finita, data est licentia omni-
bus prælati recedendi: & dominus papa dedit
benedictionem, scilicet, *Sit nomen domini ben-
dictum, &c.* & dominus Othobonus dixit: *Re-
cedamus in pace:* & sic dissolutum est concilium,
regnante Domino nostro Jesu Christo,
qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & re-
gnat in sæcula sæculorum. Amen.

MA. 10.

MIXAΗΛ ΤΟΤ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ

LITTERÆ MICHAELIS PALÆOLOGI IMPERATORIS Græcorum ad Gregorium papam X.

Legit ex Græco univertali Papæ. Harð.

Edidit Waddingus in Annal. Minorum ad An. 1174. & Binus in Collect. Conciliorum. Harð.

Sanctissimo & beatissimo primo & summo E
pontifici apostolica sedis, & venerabili pa-
pa, & communi patri omnium Christiano-
rum, & venerabili patri imperii no-
stri, D. Gregorio, Michael in Christo Deo
fidelis imperator & moderator Romanorum,
Ducas, Angelus Comnenus, Palæologus,
& spiritualis filius magna sanctitatis ve-
stra, convenientem honorem & reverentiam
cum sincera & pura affectione, & oratio-
num postulacionem.

QUONIAM missi sunt a magnitudine vestra
ad imperium meum nuncii Deo placen-

Τῷ ἀγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ, τῷ ἀπώτῳ καὶ
ἀκρω ἀρχιερεὶ τῷ ἀποστολικῷ θρόνῳ, οἰκουμενικῷ
πάτρι, καὶ κοινῷ πατρί πάντων τῶν Χριστιανῶν, καὶ
συνεπιπέτῳ πατρί τῆς βασιλείας μου, κύρῳ Γρη-
γορίῳ, Μικαὴλ ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασι-
λεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ρωμαίων, Κομνηνὸς, Δού-
κας, Ἀγγέλος, ὁ Παλαιολόγος, ὁ γνήσιος
υἱὸς τῆς μετ' αὐτῆς ἀγιοσύνης σου τὴν ἀνηύσαν τι-
μιλὴν καὶ αἰδῶν μετὰ εὐλαστῆς καὶ καθαρᾶς διαδέ-
σεως, καὶ δόξης αἰτήτην.

EΠΕΙ ἀπὸς ἀλλήσαν παρὰ τῆς σῆς μεγαλει-
ότητος ἀπὸς τῆς βασιλείαν μου ἀποκρίσασθε
τήν

ANNO CHRISTI 1174.

ANNO CHRISTI 1174.

της Θεαρτεως τυχως τῆς Μισηρας, δ, π, ἀδελ-
 φός Ιερώνυμῳ ἐν Ἀσκυλο, ὁ ἀδελφός Ραίμο-
 υδῶ Μπριέ καὶ, ὁ ἀδελφός Μπιογαγι-
 ζια ἐν σάχπ Ιωάνη ἐν Περσιζίτω, ὁ ἀδελ-
 φός Μπιοβαβεντορας ἐν Μιτζίλο, ὁ δικομισαν-
 το γράμμα της μεγάλης ἀγιοσύνης, ὡς ἄλλοι
 λους κ, περὶ της ὁμολογίας της πίστεως, ὡς διδά-
 γκαι κ, ὁμολογεί κ, κηρύττει ἡ ἀγία ἐκκλησία της
 Ρώμης, διλαμβάνεται, κ, ἴδει ὡς τούτοις μάλλον
 ἀπέχρησι ἡμᾶς διούτως ποιῆσαι. ἰδὲ τὰ ποι-
 εῖ ἡ βασιλεὺς μω, ἔχει δὲ ὁμολογία της πίστεως,
 ἐπὶ λέξιως ὅπως. πιστεύω τὴν ἀγίαν τετραδα,
 τὸν πατέρα, κ, τὸ υἱόν, κ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον,
 ἕνα θεὸν παντοδύναμον, ὅλων τε ὡς τετραδὶ τὴν
 θεότητα ὁμοῦσά κ, σωματίδιον κ, συμπαντοδύνα-
 μον, ἑνός. διλήματῳ, ἔξουσας, κ, μεγα-
 λειότητῳ, δμωργῶν πάντων τῶν δημιουργημά-
 των, ἀφ' ὧ πάντα, ὡς πάντα, δι' ὧ πάντα πῖ-
 σι τῶ ἁρῶν ὡς τῶ γῆ, ὅρατῳ κ, ἀόρατῳ, τῶ
 σωματικῶ κ, πνευματικῶ. περιουσιαν ἑαυτῶν ὡς τῆ
 τετραδὶ ἀφ' ὧσιν, ἕνα ἀληθινόν, πλήρη, κ, τέ-
 λειον. πιστεύωμιν αὐτὸν τὸν υἱόν τῶ θεοῦ, λέγον τῶ
 θεῷ, αἰδίως ἡγηθέντῳ ἐκ τῶ πατρὸς, ὁμοπαν-
 τοδύναμον, κ, ἴσον κατὰ πάντα τῶ πατρί ὡς τῶ
 θεότητι, χρονικῶς ἡγηθέντῳ ἐκ πνευματῶ ἀ-
 γίου κ, Μαρίας ἡς ἀειπαρθένῳ μετὰ ψυχῆς, λογι-
 κῆς, δύο ἔχοντῳ ἡγήσας, μιαν ἐκ πατρὸς αἰδίον,
 ἀλλῶ ἐκ μητρὸς χρονικῶ. θεῶν ἀληθινόν, κ, ἄν-
 θρωπῶν ἀληθινόν, ἴδιον ὡς ἑαυτῶ φύσει κ, τέλειον
 ὡς υἱόθεν, ὁ φανταστικόν. ἀλλ' ἕνα κ, μόνον
 υἱόν θεοῦ ὡς δυοῖ κ, ἐκ δύο, θεῶν κ, ἀνθρώπων,
 ὡς ἑσιν, ἑνός προσώπων ἐνότητι, ἀπαθῆ ὡς ἀ-
 θανάτων τῆ θεότητι, ἀλλ' ὡς τῶ ἀνθρωπότητι ἐπὶ
 ἡμῶν κ, της ἡμετέρας σωτηρίας παθόντῳ ἀληθῶς
 σαρκὸς παθεῖ, θανόντῳ κ, τυφόντῳ ὡς κατὰ θέν-
 τα ὡς κατωτέρω, κ, τῶ ἔτερι ἡμέρῳ ἀνάσταντῳ ἐκ
 τῶ νεκρῶν ἀληθῶς σαρκὸς ἀνάσσει. μετ' ἡμέ-
 ρας πεσάραχοντῳ μετὰ τῶ ἀνάστασιν σῶν τῶ σαρκί
 ἢ ἀνίστη, κ, ψυχῆ, ἀνελθόντῳ εἰς τὸν ἄρανον, κα-
 θεζόμενον ἐκ δεξιῶν τῶ πατρὸς, κ, κάλιν ἐρχόμε-
 νον κηναὶ ζῶντες κ, κάρως, κ, ἀποδύοντῳ ἑαυτῶ
 κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶ, ἐπὶ ἀγάθῳ ἑσονται, ἐπὶ
 κακά. πιστεύωμιν δὲ κ, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πλή-
 ρη κ, τέλειον θεῶν, ἀληθῆ θεῶν, ἐκ πατρὸς υἱῶ τε
 ἐκπορομομον, ἴσον κ, ὁμοῦσιον κ, συμπαντο-
 δύναμον κ, σωματίδιον κατὰ πάντα τῶ πατρί κ, τῶ
 υἱῶ. πιστεύωμιν ταύτῳ τῶ ἀγίαν τετραδα ὡς τρεῖς
 θεῶς, ἀλλ' ἕνα θεῶν παντοδύναμον, αἰδίον, ἀορα-
 τον, ἀναλλοίωτον. πιστεύωμιν ἀγίαν καθολικὴν
 κ, ἀποστολικὴν μίαν εἶναι ἀληθινὴν ἐκκλησίαν,
 ὡς ἡ διδοτῳ ἀγίου βαπτισμα, κ, ἀληθῆς πασῶν
 ἁμαρτιῶν. πιστεύωμιν δὲ κ, ἀληθῆ ἀνάστα-
 σιν της σαρκὸς, ἡνικῶ φερομῆν, κ, ζῶν ἀίδιον.
 πιστεύωμιν δὲ της νίας κ, της καλαιῆς διαθήκῆς, τῶ
 νομῶ, κ, τῶ ἀποφωτῶν, κ, ἀποστολων, ἕνα ἀρ-
 χηγῶν εἶναι, θεῶν κ, κύριον παντοδύναμον. αὐτῆ
 ἐστὶν ἡ ἀληθῆ: πίστις κ, καθολικῆ, κ, ταύτην ἐπὶ
 τοῖς ἡμετέροις κεφαλαίως κρατῶ κ, κηρύττει ἡ ἡμετέρα
 κ, ἀγία της Ρώμης ἐκκλησία. ἀλλὰ δεῖ τις δια-
 φερῶς πλάσας παρὰ τῶν ἡμῶν ἀγνοίας, παρὰ
 τῶν δὲ ἐκ παλαιῆς ἐσάχθεις, λέγει κ, κηρύττει, τὸς μὲν τὸ βαπτισμα εἰς ἁμαρτίας ὀλιθαι-
 νωντας μὴ ἀναβαπτίζονται, ἀλλὰ δὲ ἀληθῶς μετνοίας τῶ ἰδίῳ δυνατοῖ λαμβάνων συμπάθειαν
 ἁμαρτιῶν. εἰν δὲ οἱ ἀληθῶς μετνοίας, ὡς ἀγάπη ἀποχωρήσωσι ἀπὸ τῶ ἀγίου καρπῶ
 Concil. General. Tom. XXIV.

tis ordinis fratrum Minorum, frater Hieroony-
 mus de Asculo, frater Raymundus Berengari-
 us, frater Bonagratia de sancto Joanne in
 Perciceto, & frater Bonaventura de Mugello;
 & obtulerunt litteras magne sanctitatis vestre
 imperio meo, in quibus inter alia de confes-
 sione fidei, quam docet, & prædicat, & con-
 fitetur sancta Romana ecclesia, continebatur,
 & oportebat in his magis responsonem conve-
 nientem nos facere: ecce hoc facit imperium
 meum. Habet autem professio fidei in didio-
 njbus taliter. Credimus sanctam Trinitatem,
 Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum,
 unum Deum omnipotentem totamque in Trin-
 itate deitatem coessentialem & consubstantia-
 blem, coeternam, & coomnipotentem, unius
 voluntatis, potestatis, & majestatis, creatorem
 omnium creaturarum, a quo omnia, in quo om-
 nia, per quem omnia quæ sunt in celo & in ter-
 ra, visibilia, invisibilia, corporalia, & spiri-
 tualia. Credimus singulam quamque in Trin-
 itate personam, unum verum Deum, plenum
 & perfectum. Credimus ipsum Filium Dei ver-
 bum Dei, æternaliter natum de Patre, con-
 substantialem, coomnipotentem, & æqualem
 per omnia Patris in divinitate, temporaliter na-
 tum de Spiritu sancto, & Maria semper vir-
 gine, cum anima rationali; duas habentem na-
 tivitates, unam ex Patre nativitatem æternam,
 alteram ex matre temporalem: Deum verum
 & hominem verum, proprium in utraque na-
 tura atque perfectum, non adoptivum, nec phan-
 tasticum, sed unum & unicum Filium Dei,
 in duabus & ex duabus naturis, Divina scilicet
 & humana, in unius personæ singularitate
 impassibilem & immortalem divinitate, sed in
 humanitate pro nobis & salute nostrâ passum
 vera carnis passione, mortuum, & sepultum,
 & descendisse ad inferos, ac tertia die relur-
 rexisse a mortuis vera carnis resurrectione: die
 quadragesima post resurrectionem cum carne,
 qua resurrexit, & anima, ascendisse in cælum,
 & sedere ad dexteram Dei Patris, inde ven-
 turum iudicare vivos & mortuos, & redditu-
 rum utpote unicuique secundum opera sua, sive bona
 sive mala. Credimus & Spiritum sanctum
 unum & perfectum verumque Deum ex
 Patre Filioque procedentem, coequallem, & co-
 substantialem, & coomnipotentem, & co-
 æternum per omnia Patri & Filio. Credimus
 hanc sanctam Trinitatem, non tres Deos, sed
 unicum Deum, omnipotentem, æternum, &
 invisibilem, & commutabilem. Credimus san-
 ctam catholicam & apostolicam unam esse ve-
 ram ecclesiam, in qua unum datur sanctum
 baptismum, & vera omnium remissio peccatorum.
 Credimus etiam veram resurrectionem
 hujus carnis, quam nunc gestamus, & vitam
 æternam. Credimus etiam novi & veteris tes-
 tamenti, legis, ac prophetarum, & aposto-
 lorum, unum esse authorem Deum ac Do-
 minum omnipotentem. Hæc est vera fides ca-
 tholica: & hæc in supradictis articulis tenet
 & prædicat sacrosancta Romana ecclesia. Sed
 propter diversos errores, a quibusdam ex igno-
 rantia, & ab aliis ex malitia introductos, di-
 citur & prædicatur, eos, qui post baptismum in
 peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per
 veram penitentiam suorum consequi veniam
 E 2 pec-

ANNO CHRISTI 1174.

ANNO CHRISTI 1174.

peccatorum. Quod si vere penitentes in caritate decesserint, antequam dignis penitentiam fructibus de commissis satisfecerint & omittis: eorum animas pennis purgatoris, seu cathartici, sicut nobis frater Joannes explanavit, post mortem purgari: & ad pœnas hujusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, & elemosynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesiæ instituta. Illorum autem animas, qui post sacrum baptismum susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contritam peccati maculam, vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exuta, prout superius dictum est, sunt purgatæ, mox in cœlum recipi. Illorum autem animas qui in mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. Eadem sacrosancta ecclesia Romana firmiter credit, & firmiter asseverat, quod nihilo minus in die judicii, omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, redditori de propriis factis rationem. Tenet etiam & docet eadem sancta Romana ecclesia, septem esse ecclesiastica sacramenta, unum scilicet baptismum, de quo dictum est supra; aliud est sacramentum confirmationis, quod per manuum impositionem episcopi conferunt, christum renatos; aliud est penitentia, aliud eucharistia, aliud sacramentum ordinis, aliud est matrimonium, aliud extrema unctio, quæ secundum doctrinam beati Jacobi infirmantibus adhibetur. Sacramentum eucharistiæ ex azymo conficit eadem Romana ecclesia, tenens & docens, quod in ipso sacramento panis vere transubstantiatur in corpus, & vinum in sanguinem Domini nostri Jesu Christi. De matrimonio vero tenet, quod nec unus vir plures uxores simul, nec una mulier permittitur habere plures viros. Soluta vero legitimo matrimonio per mortem conjugum alterius, secundas, & tertias deinde nuptias successive licitas esse dicit: si impedimentum canonicum aliud ex causa aliqua non obstat. Ipsa quoque sancta Romana ecclesia summum & plenum primatum & principatum super universam ecclesiam catholicam obtinet; quem se ab ipso Domino in beato Petro apostolorum principe sive vertice, cujus Romanus pontifex est successor, cum potestatis plenitudine recepisse veraciter & humiliter recognoscit. Et sicut præ ceteris tenetur fidei veritatem defendere: sic & si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debent judicio definiri. Ad quam potestatem gravatus quilibet super negotiis ad ecclesiasticum forum pertinentibus appellare: & in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius potestatem judicium recurri: & eidem omnes ecclesiæ sunt subiectæ, ipsarum prælati obedientiam & reverentiam sibi dant. Ad hanc autem sic potestatis plenitudo consistit, quod ecclesiæ ceteras ad sollicitudinis partem admittit: quarum multas, & patriarchales præcipue, diversis privilegiis eadem Romana ecclesia honoravit, sua tamen observata prerogativa, tum in generalibus conciliis, tum in aliquibus aliis semper

μετανοίας πρὸς τὴν πλημμελήθειαν τὸ ἴκανόν ποιῆσαι ἢ τὴν ἀμαρτηθειαν· ταύτων τὰς ψυχὰς ποιναῖς καταδικάζει, ἢ τοιαύτα κριθεῖν, καθὼς ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννης διασάφει, μὴ θανάτου καταδικάζειν. Ἐπεὶ δὲ τὸ τὰς ποινὰς ταύτων ἀνακυφίζειν, ὀφείλει αὐτοῖς τῶν ζώντων πιστῶν ἢ συγκροτήσις, λειτουργῶν λίγων ἱεροπληθίαι, προσελχεῖν καὶ ἰλαρμοσῆσαι, καὶ ἄλλα βουθείας ἔργα τὰ παρὰ τὴν πίστῶν ὑπὲρ ἄλλων πιστῶν γίνεσθαι ἐπιστάσειν, κατὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀποκαταστάσιν. Ἰσχυρὸν δὲ τὰς ψυχὰς μὴ τὸ ἱερὸν ἐπίστιμα λαβεῖν εἰς μηδὲν ἀμαρτίας μὴ μόνον ἐπιδαμότων, κρείσσας τὰς μὴ τὸ ἐφελκῆσαι ἀμαρτίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς οἰκουμενικοῖς συμβούλοις, ἢ μὴ τῶν τῶν ἀπειχθῶν, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, καταδικάζονται, εἰς τὸν οὐρανὸν αἰτίκα παραδίχονται. Ἐπειδὴ δὲ τὰς ψυχὰς τῶν ἐκ θανάτου ἀμαρτημάτων, ἢ μὴ μόνον τῶν ἀποκαταστάσεως ἀποχωρησάντων, παραλίκα εἰς τὸν ἄδην καταδικάζονται, ποινὰς ἀνίσκου τιμωρηθῆσομεθα. ταῦτα ἡ ἁγία ἐκκλησία τῆς Ῥώμης πιστῶν καὶ ἐπίσκοποι βίβαιοι, καὶ ἐπὶ τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως πάντες ἄνθρωποι ἀπὸ τῶν βημάτων τοῦ Χριστοῦ μὴ τὴν ἰδίαν σωματικὴν ὀφείλονται, ἀποδώσαντες πρὸς τὸ οὐκ ἴστων ἀσπίων λόγον. κρατεῖ δὲ ἡ δικαιοσύνη αὐτῆς τῆς Ῥώμης ἐκκλησίας, ἐπὶ τῇ ἐκκλησιαστικῇ μυστηρίᾳ, ἐν τῷ τῷ βαπτισμῷ, πρὸς εἴρηται ἀνω· ἄλλο ἐστὶ μυστήριον βιβαιοῦς, ὃ διὰ τῆς ἐπίσκοπος τῆς χειρῶν οἱ ἐπίσκοποι φέρουσι χεῖρας τὰς ἀναγκυμῶν. ἄλλο ἐστὶν ἡ μετάνοια· ἄλλο ἐστὶν ἡ διακρίσις· ἄλλο μυστήριον τῆς ἱερατικῆς χειροτονίας· ἄλλο ἐστὶ τὸ τὸ γάμος· ἄλλο τὸ ἴστων χεῖρα, ὃ κατὰ τὸ ἰσθμὸν κατὰ τὸ ἁγίου λακίβου τῆς ἀδελφότητος ἀποδοῖται. τὸ ἱερόγραμμα τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἐξ ἀλύτου ἐκπέλει ἡ ποιότης τῆς Ῥώμης ἐκκλησίας, κρατῶσα καὶ διδάσκουσα, ὅτι ἐκ αὐτῆς τῆς ἱεροπληθίας ὁ ἄρτος ἀληθῶς μεταστώσιν εἰς σῶμα, καὶ ὁ οἶνος εἰς αἷμα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. πρὸς τὸ ἴστων δὲ κρατεῖ, ὅτι οὐκ εἰς ἀνὴρ πολλὰς γυναῖκας ὁμῶς, ὡς ἐν μία γυνὴ παραχωρεῖται ἐμὲ ἔχειν πολλὰς γυναῖκας. διαλυθῶντος δὲ τοῦ γάμου αὐτοῦ θανάτου θανάτου ἴστων ὁμοζῶν, δεξιῶν καὶ ἔριτος ἐκ τῶν γάμων ἴστων εἰναι λίσγει, εἰ ἐμποδισμὸς κανονικὸς ἐξ αἰτίας τινὸς ὁ ἀποστασῆται. αὐτῆς ὡσαύτως ἡ ἱερά καὶ ἁγία τῆς Ῥώμης ἐκκλησία ἄρτον καὶ πλῆρον ἀποστασῆται ἄρχοντι ἐπὶ πᾶσαν ἰσθμὸν καὶ ἐκκλησίαν κατέχει· ἡ ἐκ αὐτῆς ἀπὸ αὐτῆς τὸ κυριεῖν ἐκ τῆς μακαρίων Πέτρου ἰσθμὸν τῆς ἀποστόλων ἀρχόντι, ἢ τῆς κορυφῆς, ἢ ὁ τῆς Ῥώμης ἀρχιεπίσκοπος ἐστὶν διάδοχος, μὴ πλήρως ἐκείνης παραδίχεται, ἀλλὰ ὡς ἐπὶ ταπεινῶς ἀναγνωρίζει. καὶ καθὼς παρὰ τὴν ἄλλαν κρατεῖται τῆς πίστῶς ἀληθείαν διακρίνειν. ὡς καὶ ἐάν τις πρὸς τῆς πίστῶς ἀναφύσται συζητήσις, τῇ ταύτης χροῶν κρίσει διαδίχεται. εἰς ταύτην δίδεται καὶ βαρυνόμενος ἴστων ἐκ ἀνάγκης πῶς εἰς τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν ἀνήκουσθαι ἐκκαλεῖν, ἢ ἐκ πάσης τῆς αἰτίας τῆς ἀπὸς δογματικὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀποστασῆται, ἀπὸς ταύτης δίδεται τῆς ἀναξίτητος τῆς χροῶν καὶ ταύτης πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι ὡσαύτως, καὶ τῶν οἱ ἀρχιεπίσκοποι ὡσαύτως καὶ αἰδῶ ταύτην ὀφείλουσι. ἀπὸς ταύτην δὲ ὡς πρὸς ἐκείνης πληροῦς συμβῆναι, ὅτι τὸς ἱεράς ἐκκλησίας, καὶ τὸς πατριάρχικας ἐκείνης, ἐκ διαφόρων ἀπονομῶν αὐτῆς ἢ τῆς Ῥώμης ἐκκλησίας τιμῆται, τὸ ἴδιον πλῶν προσβεῖν, τὸ μὴ ἐκ τῶν οἰκουμηνικῶν συμβούλων, τὸ δὲ ἐκ

24. 6.

ANNO CHRISTI 1274

ANNO CHRISTI 1274

τισιν άλλοις, αὐτῶν ὁμοίως: ἡ ἀνωτέρω γραφεῖσάν τῃ πίστει ἀληθεῖαν, καὶ ὡς πληρεπῆς ἀνιγνωσκαί πῖσῶς ἐπιθεται, ἀληθῆ, ἀγίαν, καθολικὴν καὶ ὀρθόδοξον πίστιν, τῶν ἡμετέρων, καὶ ἀποδοχόμεθα, καὶ καρδίᾳ καὶ σωματικῶς ὁμολογούμεν, ὅτι τῶν ἡμετέρων κρατεῖ καὶ πῖσῶς διδάσκει, καὶ κηρύττει ἡ ἱερά καὶ ἀγία τῆς Ρώμης ἐκκλησία. καὶ ἀδιαφόρως φυλάξει τὴν παύτων ὁμολογίαν, καὶ ἐν αὐτῇ παντὶ καιρῷ ὀρατοῦσαι, καὶ ὅτι τινὶ ποτε κληρῶ ἀπ' αὐτῆς ἀναχωρησάτι τινι τρόπῳ, ἢ παροδῶσαι, ἢ δειχνοῦσαι ὑποχρέμεθα: τῷ, πῶς ὁμοίως τῆς πιαυτικῆς ἀγίας ἐκκλησίας τῆς Ρώμης, καὶ ὡς ἐν τῷ ἀπορηθῆντι εἰρημῶν πειμνεται, ἀπὸς τὴν τῆς πιαυτικῆς ἐκκλησίας ὑπακοὴν αὐτοσφαιρέτως ἐρχόμενοι, ὁμολογούμεν, ὡς ἀναγνωρίσμεν, καὶ ἀποδοχόμεθα, καὶ ἐκστῶς ὑποδοχόμεθα. ὁμολογῶντες δὲ ταῦτα, καὶ ἐγγυητοί, καὶ ἀποδοχόμενοι, καὶ ὀρκισμένοι παραφύλαξαι ὡς ἀπορηθῆναι, ἀξίως ἡμετέροις ἐπιθῆναι, ἵνα ἡμετέροις ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν ἀγίαν σύμβολον, ὡς ἐλέγχετο ἀπὸ τῶν χρισματων καὶ μίχελος τῆς σήμερον. καὶ ἵνα ἐμὲν ἡμετέροις ἐπίσκοποις, οἷς ἐχρῶμεθα καὶ ἀπὸ τῶν χρισματος ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης κατὰ τῆς προσηγορίας ἡμετέρας, ὡς κατὰ τῆς ὁμοίως, ὡς κατὰ τῆς παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης, ὡς κατὰ τῆς διδασχῆς τῆς ἀγίας καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῆς ἀγίων πατρῶν τῶν ἀποδοχθέντων παρὰ τῆς ἀγίων συνόδων τῶν συγκροτηθέντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν διαποτήρων τῆς ἐκκλησίας τῆς Ρώμης. τῶν ἐν ἀβάρει ἐστὶ τῶν μεγάλων ἀγιοσύνης καὶ ἐκ ἀσκήσεως, καὶ ἡμετέροις δύσκαλον διὰ τὸ τῶν λαῶν ἀπειρον πληθος. ἀπὸδοχόμεθα πρὸς τούτους καὶ τῶν παρῶν ἡμετέροις ἀποκερσιαιῶν, ἵνα τῶν δηλωθέντων διὰ τῆς παρῶν ἡμετέρας γραφῆς ὁμολογήσωσι καὶ ἐγγυησὶ δικαίῳ τῆς βασιλείας ἡμετέρας, ὡς ἡμετέροις τῆς σῆς μεγάλης ἀγιοσύνης. τῶν παρῶν γράμμα τῆς ἡμετέρας ἀναγνωρίσμεν, ἀποδοχῆς, καὶ ὑποδοχῆς, καὶ ὁμολογίας, οἰκειοχέρως τῶν ἡμετέρας, διὰ χάριτος, βασιλικῆς ὑπογραφῆς ἐσημενωσάμεθα, καὶ τῶν σφραγισμα τῶν ἡμετέρων κρατεῖ κατὰ τῶν ἀπρωρησάμεθα.

A salva. Suprascripta fidei veritate, (prout plene lecta est & fideliter exposita) veram, sanctam, catholicam & orthodoxam fidem cognoscimus, & acceptamus, & ore ac corde confitemur, quod vere tenet & fideliter docet, & prædicat sancta Romana ecclesia: inviolabiliter observare eandem professionem, & in ea omni tempore perseverare, nec ullo unquam tempore ab ipsa discedere quoquo modo, aut deviare, vel discordare promittimus. Primum quoque ejusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ, sicut in præmissa serie continetur, ad ipsius sanctæ ecclesiæ obedientiam spontaneam venientes, confitemur, & recognoscimus, acceptamus, & sponte suscipimus. Confiteutes vero hæc & approbantes, & acceptantes, & promittentes observare, ut superius dictum est, rogamus magnitudinem vestram, ut ecclesia nostra dicat sanctum symbolum, prout dicebat hoc ante schisma usque in hodiernum diem, & quod permaneamus in ritibus nostris, quibus utemur ante schisma, qui scilicet ritus non sunt contra supradictam fidem, nec contra Divina præcepta, nec contra verus & novum testamentum, nec contra doctrinam sanctorum generalium conciliorum, & SS. patrum receptorum per sancta concilia, quæ celebrata sunt a spirituali dominatione ecclesiæ Romanæ. Hoc igitur non grave est vestræ sanctitati, nec inusitatum, & nobis nunc difficile propter infinitam multitudinem populi. Committimus autem, super his præsentibus nunciis imperii nostri, ut dicta per præsentem litteras nostras constentur & affirmant vice imperii nostri, coram magna sanctitate vestra. Præsentem igitur scriptum de nostra recognitione, susceptione, acceptatione, & professione, & confessione, propria manu nostra Dei gratia imperiali subscriptione signavimus, & sigillum nostræ potentie inferius appendi fecimus.

Subscriptio Imperatoris.

Μιχαὴλ ἐν Χειρῶν τῶν θεῶν πῖσῶς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ρωμαίων, Δούκας, Ἀγγλῶν Κομνηνῶν, ὁ Παλαιολόγος.

SACRAMENTUM IMPERATORIS Grecorum.

Edicta Vvadinge in Anal. Minor. ad an. 1274 & Binlus. Marduinus.

EGO Georgius Acropolis, & magnus logotheta, nuncius domini imperatoris Grecorum Michaelis, Ducæ, Angeli, Comneni, Palæologi, habens ab eodem sufficiens ad infra scripta mandatum, omne schisma prorsus abjuro, & subscriptam fidei unitatem, prout plene lecta est & fideliter exposita, in nomine dicti domini mei, veram, sanctam, catholicam, & orthodoxam fidem esse cognosco: eam accepto, & corde, & ore profiteor; ipsamque, prout eam veraciter tenet, fideliter docet, & prædicat sacrosancta Romana ecclesia, ipsum inviolabiliter servaturum, nec ab ea ullo unquam tempore recessurum, vel quoquo modo discrepaturum vel deviatorum promitto. Primum quoque ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, prout in præmissa serie continetur, ad ipsius Ecclesiæ obedientiam, nomine ipsius & meo, spontaneus veniens, pro ipso & pro me, fateor, recognosco, accepto, ac sponte suscipio: & ipsum omnia præmissa, tam circa fidei veritatem, quam circa ejusdem ecclesiæ

Romanæ primatum; & ipsorum recognitionem, acceptationem, susceptionem, observantiam, ac præsentiam, servaturum, præstito in animam ipsius & meam corporaliter juramento, promitto & confirmo. Sic ipsum Deus adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia, &c.

LITTERÆ PRÆLATORUM GRÆCIÆ.

SANCTISSIMO, reverendissimo, & beatissimo papæ antiquo Romanorum, domino Gregorio, magno pontifici excellentissimæ apostolicæ sedis, & venerabilissimo domino & patri nostræ humanitatis. Nos qui ecclesiasticam complem us ordinationem, vestræ Romanæ sanctissimæ ecclesiæ salutem, spiritualis subjectionis affectionem ubique: metropolita Ephesus præhonoratus exarchus totius Asiæ, cum ea, quæ circa me est, sancta synodo; metropolitanius Heracles in Thracia, & præsul honoratorum, cum ea, quæ circa me est, sancta synodo; metropolita Chalcedonis superhonoratus, cum ea, quæ circa me est, sancta synodo; metropolita Tyanorum, cum ea quæ circa me est,

Corr. per severantiam ex sacramentis Grecorum. quod est in tra.

Ex eodem Vvadinge & Binio Marduinus.

Parte. hu militatis. Marduinus.

leg. Marduinus.

ANNO
CHRISTI
1174.I. Kadus
quis habet
Iconii. H.f. Snyr
me.

Apamie.

est, sancta synodo; episcopus metropolitanus A
Iconii, cum iis, qui circa me sunt, episcopis; metropolitanus Naupacti superhonoratus, cum ea, quæ circa me est, sancta synodo; metropolitanus Heracles Ponti superhonoratus, cum iis, qui circa me sunt episcopis; metropolitanus Conconii, cum iis, qui circa me sunt, episcopis; metropolitanus Carias, cum ea, quæ circa me est, sancta synodo; metropolitanus Beroas superhonoratus, cum ea, quæ circa me est, sancta synodo; metropolitanus Athenarum, & locum Philippopolis supplens, cum iis, qui circa me sunt, episcopis; metropolitanus superhonoratus & exarchus insularum Cycladum, cum his, qui circa me sunt episcopis; metropolitanus Philippenſium, cum iis, qui circa me sunt, episcopis; metropolitanus Sinnicas, cum iis, qui circa me sunt, episcopis; metropolitanus Serrorum cum ea, & C. metropolitani Amaltride, metropolitani Alanie, metropolitani Pruse, metropolitani Madytorum, metropolitani Abydi, metropolitani Christianopoleos, metropolitani Scylybræ, metropolitani Mesembrie, metropolitani Apri, metropolitani Acinii, metropolitani Parii, metropolitani Dydimotichi, metropolitani Anastasiopoleos, archiepiscopus Byzæ, archiepiscopus Cypellorum, archiepiscopus Gatilleris, archiepiscopus Dereæ, archiepiscopus Præconesi, archiepiscopus Lopodii, archiepiscopus Pergami, archiepiscopus Melanii, archiepiscopus Berie: adhuc autem cum nobis pontificibus, & magna synodo & archidiaconus honoratissimus Severibilis cum totali venerabili clero; cum iis autem, & quiclerum complent sanctissimæ ecclesiæ magnæ Dei, videlicet magnus œconomus, protœdicus, logotheta, castriſius, referendarius, qui super iudicia, qui super secreta, qui super sacrum & dona apostolica, qui primicerius patriarchalium notariorum, qui princeps ecclesiarum, qui super petitiones, qui rememoratorii, qui ostiarii, qui patriarchales notarii, qui protopapæ, cum toto presbyterio archidiaconatus ecclesiastici, & qui domestici, cum omnibus psalmistis & lectoribus: non solum nunc, sed prius beatissimæ & sanctissimæ vestræ ecclesiæ magnam faciebamus divisionem integritatis, & ecclesiarum Christi totaliter unitatem dilacerabamus.

Quomodo, qui usque pastoris sumus, non in unum & inter unum aggregamur ovile; nec unum replemus mandatum Christi? sed ea quæ sunt discordiæ; magis, eligimus, & bono pacis amisso, invenire non querimus illud, quod ex bono zelo nobis declarabatur? Nullus autem erat, qui conjungeret omnes in unum, & sufflaret quasi ad unum flamen singulorum concordiam: quam autem secundum Christi desiderium a Deo coronandus sanctus noster imperator totus ad se ipsum, intellectum attendens, ut oportebat, nunc in hac parte Dei gratia præhonorabilibus aliquibus deputavit. Pius ipse in seipso laborabat, quo utique modo non declinaret nec ad remissionem: donec scissuram ecclesiæ ad unam interim compaginaret unitatem. Deinde non deficiebat communicando nobis, quod in voluntate habebat semper. & ostendendo qualiter habet suum propositum animæ. Ut autem ad ipsum venerabiles nuntii vestræ sanctitatis apostolicas litteras & porrexerunt & præsentaverunt, quam vestra beatitudo desiderantium accelerat conjunctionem, totus exurgit promptius. & præmittit quod alienum esset: & quasi in

secunda consideratione omnia negotia sua reputat, proponens ea quæ mandatorum vestrorum sunt, & suarum sollicitudinum & dispositionum. Convocat igitur ad seipsum nostrum universum pontificale collegium, & postmodum alios, quotquot maxime spiritualitati adherent, & circa studium ecclesiasticum exercitium habent unum, & quantus eorum quidem nocturnus & diurnus epus labor in medio est. Qui instat, quasi totaliter pervigil; qui etiam & studiose exercuit, & quasi semper in suscepto opere fuit donec ad unam & eandem multorum attraheret sententiam, longiore quidem & indigno sermone agitatum, si totum processum vestræ magnitudini præsentarem. Quidam tamen nostrum statim convenerunt, & quæ pacis fuerant amplexati sunt: quidam vero magis oblatiores apparuerunt; temporis antiquitatem revolventes in mentem, & opposites alii, quasi de necessitate hoc imponeretur eis. Sed a Deo coronati imperatoris diligentia vici in finem, & habet omnes jam concordēs ad unicam hanc unionem, per quam apostolicæ sedi antiquæ Romæ, ab antiquissimis attributus primatus tribuere assentimus. Hoc scilicet Dei gratia cooperata est, ut habeat ex nobis apostolica magnitudo, nostræ sanctitatis sententiam agnoscere, qualiterque magnifico imperatori nostro simul communicaverimus in sententia: & quæ quidem attenderit & vult libenter, & nos acceptamus: breviter præsentem epistolam annotamus, & ad conspicuam excellentiam vestræ magnitudinis transmittimus. Scitote quid nos volumus: quod pontificalis sedis tota plenitudo, cum toto venerabili clero, & omnibus officariis sacerdotibus, diaconis, & lectoribus sanctissimæ ecclesiæ Dei, convenit in unum, ut attribuat prompte vestræ sanctitati & apostolicæ sedi quod ad honorem pertinet, nec alium primum & summum pontificem ecclesiarum omnium nominaturi. Sed antiquam interuunciorum confessionem agnovimus, quam & patres nostri semper attenderunt toto præterito tempore usque ad tempus hoc. Unde nostrum patriarcham, & subsequentes omnes alios, quotquot convenerunt, ut in unum hæreant, & sedis ponerent concordiam, obsecravimus. Ipse vero cum magna instantia tenet, quod agnosci debet primus: & postea, ut iudicat, non decedit ab ista voluntate: nec adhuc a prima sententia, quam tenet, cum aliqua intentione mutatus est. Unde & pluries nos prælati correximus ipsum, ipse ne quidquam ad præiens acquievit. Nos autem & nobiscum potentissimus imperator injunximus illi a patriarchali sede recedenti, omnino in una forma solitudinis manere, quæ sunt Constantinopoli monasteriorum, donec nuntii ad vestram sanctitatem accedant, & audiant sermonem vestrum; & si magnitudo vestra ita recipiat, deleget certos delegatos cum nostris re-
E
versis legatis. Et nos hunc finem obtinentes, communiter & interim convenientes, attrahimus patriarcham nostrum, ut si recedere ipsum ab intentione contingat, nobisque inclinaverit, & nos reddet benevolos esse, quod præteritis temporibus throno apostolicæ sedis intuper excellens honor attributus est: sic habebimus ipsum pontificem etiam spiritualiter, sicut prius presidentem. Si vero immutabiliter se habeat in sententia, tunc dependebit omnis necessitas, & ipsum dejicere, & patriarchali principatu privare. Nos autem constituemus & promovebimus alium, qui utique consentiat nobiscumque

ANNO
CHRISTI
1174.Huic patriarchæ,
Iosepho no-
men erat.

ANNO
CHRISTI
1174.

ejusdem voluntatis esse, & reddere convenientem primatum summitati sanctitatis vestre. Hoc igitur proponimus, a Deo honorate dominice, nos, quos patriarchalis Constantinopolitane sedis sublimes pontifices, cum omnibus qui circa nos venerabilibus clericis per hoc scriptum nostrum vobis coniungi habemus: qualiter si solum vestra magnitudo, ea quae legationis sunt admittat, non est quod tempus teratur: & nos inclinamus prompte, & magnae vestrae altitudini submittimus, & valde grater ea quae sunt spiritualis subiectionis totius, asserimus, & nihil eorum denegamus quae ante schisma praestabant patres nostri his, qui apostolicam regerant sedem, sed statim & nos attribuimus. Alia quidem signabunt nuntii, & gloriose vestrae sanctitati notificabunt. Finaliter, sicut in spiritualibus potentissimus noster imperator & nos, pontificum collegium episcopis commisimus, sicut ceteri spiritualiter ab imperiali magnificentia mandatum acceperunt, de quibus quaecumque ad saecularis principatus pertinent gubernationem, vestrae sanctitati referantur a Deo coronato nostro imperatore. Confidimus autem quod pacis auctor Deus unitatem, paternam victos clementia, adaperiet, nosque & magistratus grater suscipiet inclinatos, & vestram familiaritatem invocantes & paternitatem.

SACRAMENTUM GRAECORUM.

Ex eodem
VVaddingo
ad an. 1174.
n. 7. & ex
Binio.
Harduino.

Ego N. nuntius habens ab eisdem sufficiens ad infra scripta mandatum, omne schisma prorsus abjuro, & subscriptam fidei veritatem, prout plene lecta est, & fideliter exposita a me, Dei & Domini nostri nomine veram sanctam catholicam fidem esse cognosco, eam accepto, & corde & ore confiteor: ipsamque, prout tenet, & fideliter docet, & praedicat sancta Romana ecclesia, inviolabiliter servaturum, & in ea omni tempore perseveraturum, nec ab ea ullo unquam tempore recessurum, vel quoquo modo deviatorum, nec discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius sacrosanctae Romanae ecclesiae, prout in praemissa serie continetur, ad ipsius ecclesiae obedientiam spontaneus veniens, fateor, recognosco, accepto, & sponte suscipio. Et ipse omnia praemissa tam circa fidei veritatem, quam circa ejusdem ecclesiae Romanae primatum, & episcoporum recognitionem, acceptationem, susceptionem, observantiam, ac perseverantiam, servaturum, praestito corporaliter juramento, promitto & confirmo. Sic Deus ipsi adjuret, & haec sancta evangelia. Scriptorius, sacrista, chartophylax, & magnus scevo-phylax sanctissimi ejus qui in Constantinopoli est patriarchatus, Joannes lector.

G. C. hanc conceptum est verbis, quibus imperatoris ipsius sacramentum, antea editum, ex quo aliquot vocum locum hic supplevimus. Quid vero si descriptum est hoc sacramentum imperatorum, pro episcopali? Nam dicere debuisset episcoporum nuntius, episcoporum nomine: uti dixit Caesarus, in nomine dei domini mei. Quae voces hic corrupte sunt, & in hoc mutatae. Dei & Domini nostri nomine. Neque enim ille hanc fidem Dei nomine acceptabat, aut Dei nomine ac vice promittebat: obedientiam Romanae ecclesiae primatum. Deinde quid aliud sub finem loquuntur haec voces: Sic Deus ipsum adjuret. Quod autem est supra: Et ipse omnia praemissa, &c. illud est, quod in sacramentum imperatoris legitur: Et ipsum omnia praemissa, &c.

EPISTOLAE.

GREGORII PPAE X.

ANNO
CHRISTI
1174.

I.

Carissimo in Christo filio Michaeli Palaeologo imperatori Graecorum illustri salutem & apostolicam benedictionem.

Exultat mater ecclesiae nascentis proles fecunditate jucunda; exultat & jubilat, gaudenter attendens se drachmam deperditam invenisse; immensae laetitiae rore perfunditur, dum ruinas, quas in ea schisma multiplicarat antiquum, impleri per tuum aliorumque reditum ad ipsius ecclesiae unitatem, sine stragis cujusque periculo, solo pacis auctore praevio, intueretur. Exultamus & nos, pastores, prout Domino placuit, vices gerentes in ea. Exultamus procul dubio in illo vero pastore, qui animam suam pro suis ovibus ponere non expavit. Ipsi vitulum laborum exolvimus, de cuius non est dubium munere processisse, ut ovis, quae perierat, sit inventa, & revixerit filius, quem mors animae, mors utique gravior, occuparat. Occurrentes itaque tibi de regione dissimilitudinis redeuntis, collo tuo brachiis paternae affectionis accumbimus & te solidae caritatis osculo praestus osculamur. O utinam tibi, fili, pateret ad plenum, cum quanto in his occurrit tripudio eadem ecclesia nuper in Lugdunensi concilio congregata! O si voces psallentium inibi, Deumque flexis genibus & nudatis capitibus laudantium, praecipue praesentium, in tuis sonuissent auribus, & revelata facie ipsorum oculos deducentes quasi aquarum exitus inspexisses! profecto prudenter adverteres quod erant eorum lacrymae tam excussi doloris indices, quam adeptae laetitiae proditricis: nec minus intelligeres, quam grati tui advenirent nuntii, quam fuerint grater accepti, cum quanto etiam jubilo tua professio acceptata. Exulta igitur & tu, fili, exulta & letare in eo qui est splendor lucis aeternae, Divinae quaedam emanatio claritatis: qui tuum sic animum suo lumine illustravit, ut lumen veritatis intelligens, non solum redires ad illam, sed ad redeundum aliis dux & praevius effici mereris. Exulta & gaude talem ac tantum jam datum laboribus tuis effectum, ut & de tuo ad sinum unitatis ecclesiae reditu indubiatum expectare valeas praemium, & de aliis per te redeuntibus tibi plenioris debeatur retributionis augmentum. Persta ergo, & quod cepisti, sollicito cum omni diligentia & solitudine prosequaris, efficacem pro posse daturus operam, ut nec in aliquibus ejusdem schismatis reliquiis qualescumque superstent. Dei quidem perfecta sunt opera: & tu creatura illius, creatorem tuum in tam placiti consummatione operis pro viribus imitare, ut spei conceptae de praemio res succedat, & praemissum debitum exhibitio regalis exolvat. Super his autem & aliis habitis circa praemissa processibus: praefati tuae celsitudinis nuntii, quorum tibi notior est virtus & probitas, ad te plenius revertuntur instructi: quibus te non dubitamus fidem indubiam adhibere.

Datum Lugduni v. Kalendas Augusti, anno tertio.

ANNO
CHRISTI
1176.

II.

Andronico primo genito carissimi in Christo filii nostri Michaelis Palaeologi imperatoris Graecorum illustri salutem & apostolicam benedictionem.

Ex eodem
VVadingo.
Harduinus.

HAbes, fili, unde Domino Deo tuo in vobis exultationis & confessionis erumpas: exultes in eo, & fatearis humiliter tibi de immenso ipsius dono concessum, vere fidei agnoscere veritatem, illam amplecti piis affectibus, & devotis nobis missis affectibus confiteri. Hæc si corde contrito & humiliato spiritu recognoscens, aceptorum protectione sollicita non desistas; plura tibi salutaribus in hærenti studiis procul dubio ipse bonorum omnium dator adjiciet, perfectæ tandem retributionis præmium largiturus. Ideoque magnitudinem tuam monemus & hortamur in Domino Jesu Christo, quatenus in præmissis, sicut discrete scripsisti, tui genitoris incliti laudabili proposito, nobis per ejus & tuas expresso litteras, constanter adherens, totis viribus satagas ut antiquati schismatis aboleantur omnia reliquia, sitque Latinorum & Graecorum unitas perpetuis temporibus inconcussa.

Datum Lugduni quinto Kalendas Augusti, anno tertio.

III.

Venerabilibus fratribus Episcopis in Thracia Flaccia, Sarden. Lydia, Nicomedia, Nicaea Chalced. Naupacti, Philadelpheia, Thessalonicens. Tyranorum, Hæraclia Ponti, Iconii, Caria, Corfien. Atheniens. Rhodien. Philippen. Smyrnen. Sarrarum, Amastrida, Alama, Prusa, Mastorum, Alydi, Christianopoles, Sibiria, Mesembria, Apri, Achirans, Pigarum, & Parii, Didymotichi; Anastasopoles, Byzia, Cypselorum, Garella, Derci, Præconsi, Lapidia, Pergami, Melensai, & Beria, mesopotias, & dilectis filiis archidiacono & universo clero, œconomo, sacellario, protedico, logotheta, castro, referendario, didascalo, primicerio, ipominisco, ostiariis, & notariis omnibus, necnon decano, archidiacono, diaconis, cantoribus, & lectoribus universis, salutem & apostolicam benedictionem.

Ex eodem
VVadingo.
& Binio.
Harduinus.

Carissimi in Christo filii nostri Palaeologi Graecorum imperatoris illustri & vestros nuncios, & litteras, tanto nimirum recepimus gratius, quanto procul dubio gratiora, & nostris acceptiora desideris retulerunt. Hoc est enim, quod fervor zeli patrum sedis apostolicæ a longis retro temporibus exquirebat: hoc est, ad quod profundis anhelabat suspiriis, & totis conatibus suspirabat: ad hoc noster inardescens animus: ad hoc semper amplius accendebatur affectus, ut videlicet antiquo subducto schismate una esset columba Domini, formosa ejus, perfecta ipsius; una quidem ecclesia Latinorum pariter & Graecorum, unita in eisdem veræ fidei & capitis unitate. His & vestra, ut scripsistis, vota ex intimis concurrebant. Adstitit itaque his diebus, multiplicatis intercessoribus, virtus Christi: qui vere testatur nos nihil posse facere absque ipso. Adstitit benignus sapientis Spiritus, & prædicti principis ac vestros animos misericorditer inspiravit, taleque ac tantum dedit ipsius ac vero

A ministerio desideratis initium: ut ipso ac vobis persistentibus, ut speramus, in identitate proposito, consummationis cleris & perfectæ prosperitas indubie subsecutura speretur. Illi ergo laus, illi gloria, illi actio gratiarum, qui vere lapis angularis parietem utrumque conexuit, & utraque unum fecit. Qui largitor bonorum omnium tantam nobis & vobis largitus est gratiam: ut nos in hæc tempora reservavit, ut diem hunc nobis videre concesserit, quem videntes, sumus in immensum non indigne gavisi, ex immensitate gratiæ menturam lætitiæ metientes. Vos igitur fratres & filios monemus, rogamus, & hortamur in Domino Jesu Christo, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad perfectionem solidam inceptorum totis viribus satagentes, ejusdem schismatis abolere studeatis omnino reliquia, abicientes oves morbidas, ne gregem valeant contaminare Dominicum, aut fidei a vobis noviter agnitæ in vestris cordibus inficere puritatem. In his autem exequendis utilius, & efficacius adimplendis, eidem principi constanter & fideliter adherete, ipsum fulcite consiliis, & auxiliis adjuvate. Decet enim vos prælatos precipue, qui constituti estis in specula, veritatis lumen aliis ostenturi, aberrantes de tenebris errorum educere, devios in viam rectitudinis revocare, ut vobis adimplentibus officii debitum, æterni plenitudine præmii vestrorum laborum ceteris compleatur. Datum ut supra in proxima.

ANNO
CHRISTI
1176.

IV.

Abagba regi Tartarorum illustri gratiam in præfenti, qua perducas ad gloriam in futuro.

Excellentis tuæ litteras, & nuncios latores ipsarum, quorum alterum postmodum fors, ut dicitur, humana subduxit, ad nostram præsentiam venientes, una cum sacro concilio, adventus eorum tempore, in nostra præsentia congregato, in quo sicut per superstitis relationem intelligere poteris, principum & prælatorum multitudo copiosa & veneranda convenit, cum animi lætitiæ & vultus serenitate recepimus; & litteris in communi perlectis, ac nunciis ipsis benigne in omnibus quæ proponere voluerunt auditis, corde contrito & humiliato spiritu exoravimus, & exoramus Altissimum, ut ipse, qui est lux vera, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminans, tibi & tuis sua pietate concedat sic semper in lumine vultus sui lumen veritatis agnoscere, quod in suis beneplacitis ambulantes, ad exaltationem fidei Christianæ, vestramque salutem, indefesso proposito intendaris. Ceterum super iis quæ per nuncios & litteras prædictas tua magnificentia intimavit, ante Christiani exercitus ad transmarinas partes adventus disposuimus ad tuam præsentiam legatos nostros, prout opportunitas permisit, destinare, qui & magnitudini tuæ ad illa plene respondeant, & te nihilo minus ad alia, quæ, si aures illis exauditionis præstiteris, tuam, tuorumque salutem & utilitatem communem respicient, solerter inducant.

Datum Lugduni tertio Idus Martii, anno tertio.

Ex eodem
VVadingo
ad an. 1175
& ex Binio
Hard.

CON-

ANNO
CHRISTI
1174.

CONSTITUTIONES

A GREGORIO PAPA DECIMO

IN CONCILIO LUGDUNENSI :

GENERALI SANCITAE.

Gregorius episcopus servus servorum Dei universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem, &c.

Intra scriptas constitutiones nuper in generali concilio Lugdunensi & post super certis articulis duximus promulgandas, quibus universos uti volumus, & mandamus in iudiciis, & in scholis, ipsasque sub suis titulis inseri, prout exprimitur super eis.

I.

De summa Trinitate, & fide catholica.

Fideli ac devota professione fatemur, quod Spiritus sanctus æternaliter ex Patre, & Filio, non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex uno principio, non duabus spirationibus, sed unica spiratione procedit. Hoc professus est hæcenus, prædicavit, & docuit, hoc firmiter tenet, prædicat, profitetur, & docet sacrosancta Romana ecclesia, mater omnium fidelium, & magistra: hoc habet orthodoxorum patrum atque doctorum Latinorum patrum & Græcorum incommutabilis & vera sententia: Sed quia nonnulli, propter irrefragabilis præmissæ ignorantiam veritatis, in errores varios sunt prolapsi: nos hujusmodi erroribus viam præcludere cupientes, sacro approbante concilio, damnamus & reprobamus omnes qui negare præsumpserint, æternaliter Spiritum sanctum ex Patre & Filio procedere; sive etiam temerario ausu asserere, quod Spiritus sanctus ex Patre, & Filio, tanquam ex duobus principiis, & non tanquam ex uno procedat.

I I.

De electione & electi potestate.

Ubi periculum majus intenditur, ibi procul dubio est plenius consulendum. Quam gravibus autem sit onusta dispendiis, quot & quantis sit plena periculis, ecclesiæ Romanæ proluxa vacatio: exacti temporis consideratio edocet, & considerata prudenter illius di-

scrimina manifestant. Hinc nos evidens evocat ratio, ut dum reformandis etiam minoribus nostra solerter vacat intentio, ea quæ periculosiora sunt nequam absque remedio reformationis accommodatè relinquamus. Ideoque omnia, quæ pro vitanda discordia, in electione Romani pontificis a nostris sunt prædecessoribus, & præcipue a felici recordationis Alexandro papa tertio salubriter instituta, omnino immota in sua firmitate manere censentes, (nihil enim illis detrudere intendimus, sed quod experientia deesse probavit, præsentis constitutione supplere) hoc facio concilio approbante statuimus, ut si eundem pontificem in civitate, in qua cum sua curia residebat, diem claudere contingat extremum, cardinales, qui fuerint in civitate ipsa præsentis, absentes expectare decem diebus tantummodo teneantur. Quibus elapsis, sive absentes venerint, sive non, extunc omnes conveniant in palatio, in quo idem pontifex habitabat, contenti singuli singulis tantummodo servientibus clericis, vel laicis, prout duxerint eligendum. Illis tamen quibus patens necessitas id suggerit indulgeri, duos habere permittimus, ejusdem electionis arbitrio reservato. In eodem autem palatio unum conclave, nullo intermedio pariete, seu alio velamine, omnes habitent in communi. Quod (servato libero ad secretam cameram aditu) ita claudatur undique, ut nullus illuc intrare valeat vel exire; nulli ad eisdem cardinales aditus pateat, vel facultas secreta loquendi cum eis: nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi eos, qui de voluntate omnium cardinalium inibi præsentium, pro iis tantum, quæ ad electionis instantis negotium pertinent, vocarentur. Nulli etiam fas sit, ipsis cardinalibus, vel eorum alicui, nuncium mittere vel scripturam. Qui vero contra fecerit, scripturam mittendo vel nuncium, aut cum aliquo ipsorum secreto loquendo: ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. In conclavi tamen prædicto aliqua fenestra competens dimittatur, per quam eisdem cardinalibus ad victum necessaria commode ministrentur: sed per eam nulli ad ipsos patere possit ingressus. Verum si, quod absit, infra tres dies, postquam, ut prædicitur, conclave prædictum iidem cardinales intraverint, non fuerit ipsi ecclesiæ de-

ANNO
CHRISTI
1174.In concilio
Lateranensi
cap. 1.

¹ Capitulo primo hæc verba præfigo. Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi. Item capitulo 2. capitulo 3. lego. Item in eodem. Sic etiam in capitulo 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. Capitulo 22. Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi. Et sic in capitulo 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

ANNO
CHRISTI
1171.ANNO
CHRISTI
1171.

pastore provisum: per spatium quinque diebus, tam in prandio, quam in cena, uno solo ferculo sint contenti. Quibus provisione non facta decursus, extunc tantummodo panis, vinum, & aqua, ministrentur eisdem, donec eadem provisio subsequatur. Provisionis quoque huiusmodi pendente negotio, dicti cardinales nihil de camera papae recipiant, nec de aliis eidem ecclesiae tempore vacationis obvencientibus undecumque: sed ea omnia ipsa vacatione durante, sub eius, cuius fidei & diligentiae camera eadem est commissa, custodia maneant, per eum dispositioni futuri pontificis reservanda. Qui autem aliquid receperint, teneantur extunc a perceptione quorumlibet reddituum ad ipsos spectantium abstinere, donec de receptis taliter plenariam satisfactionem impendant. Idem quoque cardinales accelerandae provisioni sic vacent attentius, quod se nequam de alio negotio intromittant: nisi forsitan necessitas adeo urgens incidere, quod eos oporteret de terra ipsius ecclesiae deferenda, vel eius parte aliqua providere: vel nisi aliquid tam grande, tam evidens periculum immineret, quod omnibus & singulis cardinalibus praesentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum. Sane si aliquis de praedictis cardinalibus conclave praedictum, ut supra exprimitur, non intraverit; aut intrans, absque manifesta causa infirmitatis exierit: ipso minime requisito, nec in eiusdem electionis negotio ulterius admittendo, per alios ad eligendum substituendum pontificem, libere procedatur. Si vero infirmitate superveniente, idem conclave aliquem ex eis exire contingat: ipsa etiam infirmitate durante poterit, eius suffragio non requisito, ad electionem procedi. Sed si ad alios post sanitatem sibi redditam, seu antea, redire voluerit, vel etiam si alii absentes quos per decem dies diximus expectandos, supervenerint re integra, videlicet antequam eidem ecclesiae sit de pastore provisum: in eodem negotio: in illo statu, in quo ipsum invenerint, admittantur, praemissa, tam de clausura, quam de servientibus cibo ac potu, & reliquis, cum aliis servaturi. Porro si quando Romanum pontificem extra civitatem praedictam, in qua erat cum sua curia residens, contigerit ab hac luce migrare: teneantur cardinales in civitate, in cuius territorio seu districtu idem pontifex obiit, convenire nisi sit forsitan interdicta, vel contra

ecclesiam Romanam in aperta rebellionepersistat. Quo casu in alia viciniori conveniant, quae similiter nec interdicto subiaceat, nec sit, ut praedicitur, aperte rebellis. In hac etiam civitate, tam quoad expectationem absentium, quam quoad habitationem communem, clausuram, & cetera omnia, in domo episcopali, vel alia qualibet eisdem cardinalibus deputanda, eadem observentur, quae superius, obeunte dicto pontifice in ea, in qua cum sua residebat curia, sunt expressa.

Præterea, quia parum est iura condere, nisi sit qui eadem tueatur: adiciendo sancimus, ut dominus, alique rectores, & officiales civitatis illius, in qua Romani pontificis celebranda fuerit electio, autoritate nostra, & eiusdem approbatione concilii, potestate sibi tradita, praemissa omnia & singula plene ac inviolabiliter sine fraude ac dolo aliquo faciant observari: nec cardinales ultra quam praemittitur, ardeare praesumant. Super his autem taliter observandis, statim audito summi pontificis obitu, coram clero & populo civitatis ipsius, ad hoc specialiter convocandis, praesent corporaliter iuramentum. Quod si forte in praemissis, vel circa ea, fraudem commiserint, aut ipsa diligenter non observaverint: cuiuscumque sint praesentis, conditionis, aut status, omni cessante privilegio, eo ipso excommunicationis sint vinculo innodati, & perpetuo sint infames, nec unquam eis potest dignitatis pateant, nec ad aliquod publicum officium admittantur. Ipsos insuper feudis, & bonis, ceterisque, quae ab eadem Romana vel quibuslibet aliis ecclesiis obtinent, ipso facto decrevimus esse privatos: ita quod ad ecclesias ipsas plene ac libere revertantur, administratorum earundem ecclesiarum arbitrio sine contradictione aliqua disponenda. Civitas vero praedicta, non solum sit interdicto supposita, sed & pontificali dignitate privata. Ceterum quia cum arbitrium vel inordinatus captivatus affectus, vel ad certum aliquid obligationis cuiusque necessitas adigit, cessat electio, dum libertas admittitur eligendi: cardinales eisdem obsecrantes per viscera misericordiae Dei nostri, per asperionem sui pretiosi sanguinis obtestamur, ut pensantes attentius quid eis imminet, cum agitur de creatione vicarii Jesu Christi successoris Petri, rectoris universalis ecclesiae, gregis Dominici directoris, omni privatae affectionis inordinatione, deposita, & cuiuslibet pactiois, conventionis, obligationis necessitate, necnon con-

* eius sum-
mum pontif.

ANNO
CHRISTI
1176ANNO
CHRISTI
1176

condicti & intendimenti contemplatione cessantibus, non in se reciprocant considerationis intuitum, vel in suos, non quæ sua sunt querant, non commodis privatis intendant, sed nullo ar-
dante ipsorum in eligendo iudicium, nisi Deo, parvis & liberis mentibus, nuda electionis conscientia utilitatem publicam libere prosequantur omni conatu, & sollicitudine, prout possibilitas patitur, id acturi tantummodo, ut eorum ministerio acceleretur utilis & per-necessaria totius mundi provisio, idoneo celeriter eidem ecclesie sponso da-
to. Qui autem secus egerint, Divinae subjaceant ultioni, eorum culpa, nisi gravi propter hoc peccata penitentia, nullatenus abolenda. Et nos nihilo minus pactiones, conventiones, obligationes, condicta, & intendimenta omnia, sive juramenti, sive cujuslibet alterius fuerint vinculo firmitatis annexa, cassamus, irritamus, & viribus decernimus omnino carere, ut nullus ad illa observanda quomodolibet sit astrictus, nec quisquam ex eorum transgressione notam vereatur fidel non servata, sed non indignæ laudis titulum potius mereatur: cum lex etiam humana reflectur, Deo magis transgressiones hujusmodi, quam juris jurandi observationes, acceptas.

Quia vero fidelibus non est tam de sollicita quantumcumque inventione fidendum, quam de instantia orationis humilis & devotæ sperandum, huic adjicimus sanctioni, ut in omnibus civitatibus, ceterisque locis insignibus, ubi primum de memorati pontificis obitu certitudo claruerit, a clero & populo solemnibus pro eo exequiis celebratis, singulis diebus, donec de ipsius ecclesie provisione indubitatus rumor pertulerit veritatem, humiles preces fundantur ad Dominum, apud eum devotis orationibus insistatur, ut ipse qui concordiam facit insublimibus suis, sic efficiat eorumdem cardinalium corda in eligendo concordia, quod provisio celer, concors, & utilis, prout animarum salus exigit, & totius requirit orbis utilitas, ex ipsorum unanimitate sequatur. Et ne tam salubre presentis sanctionis edictum, ignorantie negligi pretextu contingat: districte precipimus, ut patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, & alii ecclesiarum prelati, ceterique, quibus concessum est proponere verbum Dei, clerum & populum propter hoc specialiter frequentius congregandos in suis sermonibus ad supplicatam precum suffragia, pro celeri & felici exitu tanti negotii frequentanda, solerter hor-

Civil. Genral. Tom. XXIV.

Atentur, & ipsi eadem auctoritate, non solum orationum frequentiam, sed & observantiam, prout circumstantiæ pensandæ susseriat, jejuniorum indicant.

I I I.

Ut circa electiones, postulationes, & provisiones ecclesiasticas, viam malitiis, prout est possibile, præcludamus, nec diutius periculose vacent ecclesie, vel personatum, dignitatum, & aliorum ecclesiasticorum beneficiorum provisio differatur: edicto perpetuo providemus, ut si quando aliqui electionibus, postulationibus, vel provisionibus se opponunt, proponendo aliqua contra electionis, postulationis, seu provisionis formam, aut personas eligentium, vel electi, sive illius, cui provisio erat facienda vel facta, & propter hoc contigerit appellari, appellantes in instrumento publico, seu litteris super appellatione confectis, omnia & singula exprimant, quæ in formam intendunt obijcere, vel personas coram personis authenticis, aut persona, quæ super hoc testimonium perhibeat veritati, corporali præstato juramento, quod credunt ea, quæ sic exprimunt, esse vera, & se posse probare. Alioquin tam opposentes, quam (tempore appellationis interpolatæ, vel postmodum) adherentes eisdem, obijcendi aliqua, quæ non fuerint in hujusmodi litteris vel instrumentis expressa, potestatem sibi noverint interdictam: nisi aliquid postea forsan emerferit, vel super antiquis supervenerit probandi facultas, aut aliqua antiqua in opponentium notitiam de novo pervenerint, quæ appellantes appellationis emissæ tempore verisimiliter ignorare potuerint, & etiam ignorarint. Super hujusmodi autem ignorantia, & superveniente facultate probandi, fidem per proprium præstandum corporaliter faciant juramentum, hoc adjiciendo in juramento eodem, quod ad ea probanda credunt se sufficientes probationes habere. Illa sane quæ felicis recordationis Innocentius papa quartus, contra non plene probantia ea, quæ in formam vel personam obijcerunt, statuit, in suo volumus robore permanere.

I V.

Avaritiæ cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas, aliquorum animos occupantes, eos in illam temeritatem impellunt, ut quæ sibi a jure interdicta noverint, exquisitis fraudibus usurpare

ANNO
CHRISTI
1171

pare conceatur. Nonnulli siquidem ad regimen ecclesiarum electi, quia eis jure prohibere non licet, se, ante confirmationem electionis celebratæ de ipsis, administrationi ecclesiarum, ad quas vocantur, ingerere, ipsam sibi tanquam procuratoribus seu œconomis comitti procurant. Cum itaque non sit malitias hominum indulgendum, nos latius providere volentes, hac generali constitutione sancimus, ut nullus de cetero administrationem dignitatis, ad quam electus est, priusquam celebrata de ipso electio confirmetur, sub œconomato, vel procuratoris nomine, aut alio de novo quæsito colore, in spiritualibus vel temporalibus, per se vel per alium, pro parte vel in totum, gerere vel recipere, aut illis se immiscere præsumat. Omnes illos qui fecerint, jure, si quod eis per electionem quæsitum fuerit, decernentes eo ipso privatos.

V.

Quam sit ecclesiis ipsarum dispensatio vacatio, quam periculosa etiam esse solet animabus; non solum jura restantur, sed etiam magistra rerum efficax experientia manifestat. Cupientes itaque competentibus remediis vacationum diuturnitatibus obviare, hoc perpetuo decreto statuimus: ut si quando fuerit electio in aliqua ecclesia celebrata, electores, electionem ipsam, quam citius commode poterunt, electo presentare, ac petere consentum ipsius, procurent: electus vero illum adhibere infra mensem a tempore presentationis hujusmodi teneatur. Quem si electus ipsi præstare ultra distulerit, jure, si quod ei ex sua electione fuerat acquisitum, extunc se noverit eo ipso privatum: nisi forsan ea sit electæ personæ conditio, ut electioni de se celebratæ, absque superioris sui licentia, ex prohibitione, seu quavis provisione sedis apostolicæ, consentire non possit. Quo casu, idem electus, seu electores ipsius, consentiendi licentiam ab ejus superiore, cum ea celeritate, quam superioris ipsius presentia vel absentia permiserit, petere studeant, & habere. Alioquin, si lapsa tempore, pro ejusdem superioris presentia vel absentia, ut præmittitur, moderando, hujusmodi licentiam eos nequaquam obtinere contingat: electores extunc ad electionem aliam procedendi liberam habeant facultatem. Ceterum quivis electus infra tres menses post consentum electioni de se celebratæ præstitum, confirmationem electio-

nis ipsius petere non omitat. Quod si justo impedimento cessante, infra hujusmodi trimestre tempus omiserit, electio eadem eo ipso viribus vacuetur.

VI.

Perpetuæ sanctionis oraculo declaramus, quod scienter in electionibus nominantes indignum, propter suffragium in scrutinio præstitum, nisi adeo in eo persistierint, quod ex votis eorum communis electio subsequatur, nequaquam eligendi potestate priventur: licet pro eo quod indignum nominando scienter contra conscientias suas agunt, & Divinam vindictam, & apostolicæ ultionis metum, quem qualitas facti suaserit, possint non immerito formidare.

VII.

Nulli licere decernimus, postquam in scrutinio nominaverit aliquem, & electio fuerit subsecuta, vel postquam præstiterit electioni de ipso ab aliis celebratæ consentum, illum super electione ipsa, nisi ex causis postea emergentibus, impugnare: vel nisi ei morum ipsius antea celata de novo pandatur improbitas, seu alicujus alterius latentis vitii, vel defectus, quæ verisimiliter ignorare potuerit, veritas reveletur. De hujusmodi autem ignorantia fidem proprio faciat juramento.

VIII.

Si quando contigerit, duabus electionibus celebratis, partem ingentium duplo majorem numero inveniri: contra electores, qui partem reliquam sic excedunt, ad extenuationem zeli, meriti, vel autoritatis ipsorum, reliquis, vel electo ab eis aliquid opponendi, omnem presentis decreto interdiximus facultatem. Si quid autem opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum redderet ipso jure: id eis non intelligimus interdictum.

IX.

Quamvis constitutio felici recordationis Alexandri papæ quarti prædecessoris nostri, causas electionum episcoporum, seu super electionibus episcoporum exortas, non immerito majoribus causis annumerans, cognitiones ipsarum per appellationes quaslibet devolvi asserat ad apostolicæ sedis examen: nos tamen, & temerariam ap-

ANNO
CHRISTI
1171

ANNO
CHRISTI
1174

pellantium audaciam, & effrenatam
appellationum frequentiam, refrænare
volentes, hac generali constitutione du-
ximus providendum, ut si extra judi-
cium in prædictis electionibus, vel in
aliis de dignitatibus episcopatu majori-
bus celebratis, expressa causa manifeste
frivola, contigerit appellari, per appel-
lationem hujusmodi nequaquam ad se-
dem eandem negotium devolvatur.
Sed cum in electionum earundem ne-
gotiis, in iudicio, vel extra iudicium
appellatur, inscriptis ex causa proba-
bili, quæ probata deberet legitima re-
putari, ad sedem ipsam hujusmodi
negotia deferantur. Ceterum in præ-
missis omnibus casibus liceat partibus
ab hujusmodi appellationibus, nulla
tamen interveniente pravitate, recede-
re: antequam præfatæ sedi fuerint præ-
sentatæ. Inferiores autem iudices, quo-
rum erat ipsarum causarum cognitio,
appellatione cessante, an in hoc pravi-
tas intercesserit ante omnia diligenter
inquirant: & si eam intercessisse repe-
rerint, se de causis ipsis nullatenus in-
troumitant, sed præstent dictis parti-
bus terminum peremptorium compe-
tentem, in quo cum omnibus actis &
monimentis suis apostolico se conspe-
ctui representent.

X.

Si forte inter cetera, quæ obijciuntur
electo, aut postulato, seu alias promo-
vendo ad aliquam dignitatem, eviden-
tem scientiæ vel aliam personæ defe-
ctum opponi contingat: in discussione
objectorum illum statuimus ordinem in-
commutabiliter observandum, ut pro-
movendus super defectu ipso ante om-
nia subjiciatur examini, cujus eventus
examinandis aliis aut dabit initium aut
negabit. Ceterum si præmissi examinis
exitus, hujusmodi oppositiones docuerit
veritate destitui opposentes omnino a
prosecutione causæ, in qua talia obje-
cerunt, excludimus, & perinde puniri
decernimus, ac si penitus in probatione
omnium quæ objecerant defecissent.

X I.

Sciant cuncti, qui clericos vel quas-
libet alias personas ecclesiasticas, ad
quos in aliquibus ecclesiis, monasteriis,
aut aliis piis locis spectat electio, pro
eo quod rogati seu alias inducti, cum
pro quo rogabantur, sive induceban-
tur, eligere noluerunt, vel consangui-
neos eorum, aut ipsas ecclesias, mona-
steria, seu loca cetera, beneficiis, sive

aliis bonis per se vel per alios spolia-
do, seu alias injuste persequendo, gra-
vare præsumperint, se ipso facto ex-
communicationis sententia innodatos.

ANNO
CHRISTI
1174

X I I.

Generali constitutione sancimus, uni-
versos & singulos qui regalia, custo-
diam sive guardiam advocacionis, vel
defensionis titulum in ecclesiis, mona-
steriis, sive quibuslibet aliis piis locis,
de novo usurpare conantes, bona ec-
clesiarum, monasteriorum, aut locorum
ipsorum vacantium occupare præsumunt
quantæcumque dignitatis honore præful-
geant, clericos etiam ecclesiarum, mo-
nachos monasteriorum, & personas ce-
teras locorum eorumdem, qui hæc fieri
procurant, eo ipso excommunicationis
sententiæ subjacere. Illos vero clericos
qui se, ut debent, talia facientibus non
opponunt, de proventibus ecclesiarum,
seu locorum ipsorum, pro tempore quo
præmissa sine debita contradictione per-
miserint, aliquid percipere districtius
inhibemus. Qui autem ab ipsarum ec-
clesiarum ceterorumque locorum funda-
tione, vel ex antiqua consuetudine, ju-
ra sibi hujusmodi vindicant: ab illorum
abusu sic prudenter abstineant, & suos
ministros in eis sollicite faciant abstinere,
quod ea quæ non pertinent ad fru-
ctus sive redditus provenientes vacatio-
nis tempore non usurpent; nec bona ce-
tera, quorum se asserunt habere custo-
diam, dilabi permittant, sed in bono
statu conservent.

X I I I.

Licet canon a felicitis recordationis
Alexandro papa tertio prædecessore no-
stro editus, inter cetera statuerit, ut
nullus regimen ecclesiæ parochialis sus-
cipiat, nisi vigesimum quintum annum
ætatis attigerit, ac scientia & moribus
commendandus existat, quodque talis
ad regimen assumptus hujusmodi, si
monitus, non fuerit præfixo a canoni-
bus tempore in presbyterum ordinatus,
a regiminis ejusdem amoveatur officio,
& alii conferatur: quia tamen in ob-
servatione canonis memorati se multi
exhibent negligentes, nos periculosam
illorum negligentiam volentes juris exe-
cutione suppleri, præsentis decreto sta-
tuimus, ut nullus ad regimen parochia-
lis ecclesiæ assumatur, nisi sit idoneus
scientia, moribus, & ætate. Decernentes
collationes de parochialibus eccle-
siis, iis qui non attigerunt vigesimum-
quintum annum de cetero faciendas,

ANNO
CHRISTI
1174

viribus omnino carere. Is etiam qui ad A
hujusmodi regimen assumetur, ut gre-
gis sui credi diligentius gerere curam
possit, in parochiali ecclesia, cujus re-
ctor extiterit, residere personaliter te-
neatur: & infra annum a sibi commif-
si regiminis tempore numerandum se
faciat ad sacerdotium promoveri. Quod
si infra idem tempus promotus non fue-
rit: ecclesia sibi commissa, nulla etiam
præmissa monitione, sit præsentis con-
stitutionis autoritate privatus. Super
residentia vero, ut præmittitur, facien-
da, possit ordinarius gratiam dispensa- B
tive ad tempus facere, prout causa ra-
tionabilis id exposcet.

X I V.

Nemo deinceps parochialem ecclesiam
alicui non constituto in ætate legitima
& sacerdotio commendare præsumat.
Nec tali etiam nisi unam, & evidenti
necessitate, vel utilitate ipsius ecclesie
suadente. Hujusmodi autem commen-
dam, ut præmittitur, rite factam de-
claramus ultra semestris temporis spa- C
tium non durare. Statuentes, quidquid
secus de commendis ecclesiarum paro-
chialium actum fuerit, esse irritum ip-
so jure.

X V.

*De temperibus ordinationum, & qualitate
ordinandorum.*

Eos qui clericos parochie alienæ,
absque superioris ordinariorum licen-
tia, scienter, seu affectata ignorantia,
vel quocumque alio figmento quæsito, D
præsumperint ordinare, per annum a
collatione ordinum decernimus esse sus-
pensos; iis quæ jura statuunt contra
taliter ordinaros in suo robore duratu-
ris. Clericis quoque parochie taliter
suspensorum, postquam eorum suspen-
sio fuerit manifesta, absque ipsorum
etiam licentia, interim recipiendi ordi-
nes ab aliis vicinis episcopis, alias ta-
men canonice, liberam concedimus fa-
cultatem.

X V I.

De bigamis.

Altercationis antiquæ dubium præ-
sentis declarationis oraculo decedentes,
bigamos omni privilegio clericali decla-
ramus esse nudatos, & coercitioni fori
secularis addictos: consuetudine contra-
ria non obstante. Ipsi quoque sub ana-
themate prohibemus deferre tonsuram
vel habitum clericalem.

X V I I.

De officio judicis ordinarii.

Si canonici a Divinis cessare volue-
riant, prout in ecclesiis aliquibus sibi ex
consuetudine vel alias vindicant, ante-
quam ad cessationem hujusmodi quo-
quo modo procedant in instrumen-
to publico vel patentibus litteris sigil-
lorum suorum aut alterius authentici
munimine roboratis, cessationis ipsius
causam exprimant, & illud, vel illas,
ei, contra quem cessare intendunt, as-
signent. Scituri, quod si hoc præter-
misso cessaverint, vel causa, quam ex-
presserint, non fuerit inventa canonica,
omnia, quæ de quibuscumque pro-
ventibus illius ecclesie, in qua cessa-
tum fuerit, cessationis tempore perce-
perunt, restituent. Illa vero, quæ pro
codem tempore debentur eisdem, nul-
lo modo percipient, sed ipsi ecclesie
cedere, ac nihilominus ei, contra quem
cessaverant, de damnis & injuriis satis-
facere tenebuntur. Si autem causa ead-
dem canonica fuerit judicata: is qui oc-
casionem cessationi dederat, ad omne
interesse dictis canonicis, & ecclesie,
cui debitum officium ejus est culpa sub-
tractum, ad certam quantitatem taxan-
dam, & in Divini cultus augmentum
convertendam, superioris arbitrio con-
demnetur. Ceterum detestabilem abu-
sum horrendæ indevotionis illorum, qui
crucis, beatæ Virginis aliorumve san-
ctorum imagines, seu statuas, irreveren-
ti ausu tractantes, eas in aggravatio-
nem cessationis hujusmodi prosternunt
in terram, artibus, spinisque supponunt
penitus reprobantes: aliquid tale de
cetero fieri districtius prohibemus. Sta-
tuentes, ut in eos qui contra fecerint
ultrix procedat dura sententia: quæ delin-
quentes sic graviter puniat, quod
alios a similibus præsumptione compe-
scat.

X V I I I.

Ordinarii locorum subditos suos plu-
res dignitates, vel ecclesias, quibus ani-
marum cura imminet, obtinentes, seu
personatum, aut dignitatem, cum alio
beneficio, cui cura similis est annexa,
districtè compellant, dispensationes, au-
thoritate quarum hujusmodi ecclesias,
personatus, seu dignitates, canonice
tenere se afferunt, infra tempus, pro
facti qualitate ipsorum ordinariorum
moderandum arbitrio, exhibere. Quod
si forte, justo impedimento cessante,
nullam dispensationem infra idem tem-
pus

ANNO
CHRISTI
1174

ANNO
CHRISTI
1174ANNO
CHRISTI
1174
1600

pus contigerit exhiberi: ecclesiarum beneficia, personatus, seu dignitates, quae sine dispensatione aliqua, eo ipso illicitè detineri constabit, per eos, ad quos eorundem collatio pertinet, libere personis idoneis conferantur. Ceterum, si dispensatio exhibita sufficiens evidenter appareat: exhibens, nequaquam in beneficiis huiusmodi, quae canonice obtinet, molestetur. Provideat tamen ordinarius, qualiter nec animarum cura in eisdem ecclesiis, personatibus, seu dignitatibus negligatur, nec beneficia ipsa debitis obsequiis defraudentur. Si vero de dispensationis exhibitae sufficientia dubitetur, super hoc erit ad sedem apostolicam recurrendum: cuius est aestimare, quem modum sui beneficii esse velit. In conferendis insuper personatibus, dignitatibus, & aliis beneficiis, curam habentibus animarum annexam, iidem ordinarii diligentiam illam observent, ut personatum, dignitatem, vel aliud beneficium similem curam habens, alicui plura similia obtinenti non ante conferre praesumant, quam eis super obtentis dispensatio evidenter sufficiens ostendatur. Qua etiam ostensa, ita demum ad collationem procedi volumus, si appareat per eandem, quod is, cui est collatio facienda, huiusmodi personatum, dignitatem, vel beneficium retinere licite valeat cum obtentis. Vel si ea, quae sic obtinet, libere ac sponte resignet. Aliter autem de personatibus, dignitatibus, & beneficiis talibus, facta collatio, nullius penitus sit momenti.

X I X.

De postulando.

Properandum nobis visum est, ut malitiosis litijum protractionibus occurratur: quod speramus efficaciter provenire, si eos, qui circa iudicia suum ministerium exhibent, ad id congruis remediis dirigamus. Cum igitur ea, quae ad hoc salubriter fuerant circa patronos causarum legali sanctione provisae, defuetudine abolita videantur: nos sanctionem eandem, praesentis redivivae constitutionis suffragio, cum aliqua tamen adjunctione, nec non & moderamine, renovantes, statuimus ut omnes & singuli advocacionis officium in foro ecclesiastico, sive apud sedem apostolicam, sive alibi, exercentes, praesent, talem sacrosanctis evangelicis, juramentum, quod in omnibus causis ecclesiasticis, & aliis in eodem foro tractandis, quarum assumpserunt patronium, vel assument, omni vir-

Atque sua, omnique ope, id quod verum & iustum existimaverint, suis clientulis * inferre procurent; nihil in hoc studii, quod eis sit possibile, relinquentes, quodque in quacumque parte iudicii eis innotuerit improbam fore causam, quam in sua fide receperant, amplius non patrocinabuntur eidem, immo ab ea omnino recedent, a communione illius se penitus separantes: reliquis, quae circa haec sunt in eadem sanctione statuta, inviolabiliter observandis. Procuratores insuper juramento simili astringantur. Huiusmodi quoque juramentum, tam advocati, quam procuratores in foro, in quo idem assumpserunt officium, teneantur annis singulis iterare. Qui vero ad eandem sedem veniunt, vel ad curiam cujuslibet ecclesiastici iudicis, in qua nondum tale praestiterant juramentum, accedunt, in aliquibus singularibus causis patronium, vel procuracionis ministerium praestituri, praesent in singulis causis eisdem, mota controversia, simile juramentum. Advocati autem, & procuratores, qui juxta praedictam formam jurare noluerint, executionem officiorum suorum, huiusmodi voluntate durante, sibi noverint interdictam. Quod si juramentum praestitum violare praesumpserint, praeter reatum perjurii, consiliarii etiam, qui scienter iniquam causam foverint, Divinam & nostram maledictionem incurrant, a qua non aliter liberentur, nisi duplum ejus restituerint, quod pro tam iniqua advocacione, procuracione, vel consilio receperunt; ac nihilo minus de damnis, quae per iniqua huiusmodi ministeria partibus irrogarunt, illis satisfacere teneantur. Ceterum ne cupiditatis ardor aliquos ad haec salubria statuta contemnenda praecipitet, districtius inhibemus, ne aliquis advocatus in quacumque causa ultra viginti, procurator vero ultra duodecim libras Turonenses recipere, salarii nomine, vel etiam sub palmarii colore, praesumat. Qui autem ultra receperint, nequaquam dominium eorum, quae praedictam quantitatem excedunt, acquirant: sed ad restitutionem integram teneantur illorum. Ita quod nihil horum, ad quae restituenda eos teneri praemisimus, in fraudem praesentis constitutionis remitti possit eisdem. Et insuper advocati constitutionem praesentem taliter violantes, ab advocacionis officio triennio suspendantur. Procuratores vero extunc sibi scient cujuslibet procuracionis in iudicio licentiam denegatam.

XX.

ANNO
CHRISTI
1774.

X X.

De iis qua vi metusve causa sunt.

Abolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, vel quacumque revocationem ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti per vim vel metum extortam, presentis constitutionis auctoritate omnino viribus vacuumus. Ne autem sine vindicta violentiz crescat audacia, eos qui abolutionem sive revocationem huiusmodi vi vel metu extorserint, excommunicationis sententiz decernimus subjacere.

X X I.

De prebendis & dignitatibus.

Statutum felicis recordationis Clementis papæ IV. prædecessoris nostri de dignitatibus & beneficiis in curia Romana vacantibus, nequaquam per alium, quam per Romanum pontificem conferendis, decrevimus taliter moderandum, ut il, ad quos eorundem beneficiorum & dignitarum spectat collatio, statuto non obstante prædicto, demum post mensem, a die quod dignitates seu beneficia ipsa vacaverint numerandum, ea conferre valeant tantummodo per seipfos, vel, ipsis agentibus in remotis, per suos vicarios generales in eorum diocesis existentibus, quibus id canonice sit commissum.

X X I I.

De rebus ecclesia non alienandis.

Hoc consultissimo prohibemus edicto, universos & singulos prælatos ecclesias sibi commissas, bona immobilia, seu jura ipsarum, laicis submittere, subjicere, seu supponere, absque capituli sui consensu, & sedis apostolicæ licentia speciali, non concedendo bona ipsa, vel jura in emphyteosim, seu alias alienando, in forma & casibus a jure permissis, sed constituendo, vel recognoscendo, seu profitendo ab illis ea tanquam a superioribus se tenere, seu ab ipsis eadem advocando (prout in quibusdam partibus vulgariter dicitur, *Aruber*) vel ipsos patronos, sive advocatos ecclesiarum, seu bonorum ipsarum, perpetuo, aut ad tempus non modicum, statuendo. Contractus autem omnes, etiam juramenti, pœnz vel alterius cujuslibet firmitatis adjectione vallatos, quos de talibus alienationibus,

* In quibusdam Gallia locis, cui ecclesia iuncta commissa est, dicitur ad vocatus, & vulgariter dicitur, ad vocatus.

ANNO
CHRISTI
1774.

A sine huiusmodi licentia & consensu contigerit celebrari, & quidquid ex eis secutum fuerit, decernimus adeo viribus omnino carere, ut nec jus aliquod tribuant, nec præscribendi etiam causam pariant. Et nihilo minus prælatos, qui secus egerint, ipso facto officio & administratione, clericos etiam, qui scientes contra inhibitionem prædictam aliquid esse præsumptum id superiori denunciare neglexerint, a perceptione beneficiorum, quæ in ecclesia sic gravata obtinent, triennio statuimus esse suspensos. Laici vero qui prælatos, vel capitula ecclesiarum, seu alias personas ecclesiasticas, ad submissiones huiusmodi faciendas hæcenus compulerunt, nisi post competentem monitionem, remissa submissione quam per vim vel metum exegerant, ecclesias & bona ecclesiastica eis submissa taliter in sua libertate dimittant, illi etiam qui de cetero prælatos, vel personas easdem ad talia facienda compulerint, cujuscumque sint conditionis aut status, excommunicationis sint sententia innodati. Ex contractibus præterea super præmissis huiusmodi licentia & consensu intervenientibus hæcenus initis, vel quos in futurum iniri continget, seu occasione illorum, laici, ultra id quod eis ex natura contractuum ipsorum vel adhibita in illis lege permittitur, aliquid non usurpent. Qui vero secus egerint, nisi legitime moniti ab huiusmodi usurpatione destiterint, restituendo etiam quæ taliter usurparant, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant: & extunc ad supponendum terram ipsorum, si opus fuerit, ecclesiastico interdicto libere procedatur.

X X I I I.

De religiosis domibus, ut episcopo sint subiecta.

Religionum diversitatem nimiam, ne confusionem induceret, generale concilium consulta prohibitionem vetuit. Sed quia non solum importuna petentium inhiatio illarum postmodum multiplicationem extorsit, verum etiam aliquorum præsumptuosa temeritas diversorum ordinum, præcipue mendicantium, quorum nondum approbationis meruere principium, effrænatam quasi multitudinem advenit, repetita constitutione districtius inhibentes, ne aliquis de cetero novum ordinem aut religionem inveniat, vel habitum novæ religionis assumat. Cunctas affatim religiones, & ordines mendicantes, post dictum concilium

Concilium
Lateranense
sub Innocentio III.
cap. 21.

ANNO
CHRISTI
1174ANNO
CHRISTI
1174

lium adinventos, qui nullam confirma-
tionem sedis apostolicæ meruerunt, per-
petuæ prohibitioni subijcimus, & qua-
tenus processerant, revocamus. Confir-
mationem autem per sedem eandem, post
tamen idem concilium instigatos, qui-
bus ad congruam sustentationem redi-
tus aut possessiones habere professio sive
regula, vel constitutiones quælibet inter-
dicunt, sed per questum publicum tri-
buere victum solent incerta mendicitas,
modo subsistere decernimus infrascripto:
ut professoribus eorundem ordinum ita
liceat in illis remanere, si velint, quod
nullum deinceps ad eorum professionem
admittant, nec de novo domum aut
aliquem locum acquirant, nec domos
seu loca quæ habent, alienare valeant,
sive sedis ejusdem licentia speciali. Nos
enim ea dispositioni sedis apostolicæ re-
servamus, in terræ sanctæ subsidium,
vel pauperum, aut alios pios usus, per
locorum ordinarios, vel eos quibus se-
des ipsa commiserit, convertenda. Si
vero secus præsumptum fuerit, nec per-
sonarum receptio, nec domorum vel
locorum acquisitio, aut ipsorum, cete-
rorumque bonorum alienatio valeat:
& nihilo minus contrarium facientes
sententiam excommunicationis incur-
rant. Personis quoque ipsorum ordinum
omnino interdiximus, quoad extraneos,
prædicationis & audiendæ confessionis
officium, aut etiam sepulturam. Sane
ad Prædicatorum & Minorum ordines,
quos evidens ex eis utilitas ecclesiæ
universali proveniens perhibet approba-
tos, præsentem non patimur constitu-
tionem extendi. Ceterum Carmelita-
rum & eremitarum sancti Augustini or-
dines, quorum institutio dictum concili-
um generale præcessit, in suo statu
manere concedimus, donec de ipsis fue-
rit aliter ordinatum. Intendimus siqui-
dem tam de illis, quam de reliquis,
etiam non mendicantibus ordinibus,
prout animarum saluti, & eorum sta-
tui expedire viderimus, providere. Ad
hæc personis ordinum, ad quos consti-
tutio præsens extenditur, transeundi ad
reliquos ordines approbatos licentiam
concedimus generalem: ita quod nul-
lus ordo ad alium, vel conventus ad
conventum, se ac loca sua totaliter
transferat, sedis ejusdem permissione su-
per hoc specialiter non obtenta.

X X I V.

De censibus & procuracionibus.

Exigit perversorum audacia, ut non
simus sola delictorum prohibitione con-
Cencil. General. Tom. XXIV.

atenti, sed penam etiam delinquentibus
imponamus. Constitutionem itaque fel-
licis recordationis Innocentii papæ quar-
ti prædecessoris nostri, editam super non
recipiendis in pecunia procuracionibus,
& super receptione munerum, visitan-
tibus, eorumque famillis interdicta,
quam multorum fertur temeritas præ-
terire, volentes inviolabiliter observari,
eam decrevimus penæ adjectione juvan-
dam: statuentes, ut universi & singu-
li, qui ob procuracionem sibi ratione
visitationis debitam, exigere pecuniam,
vel etiam a volente recipere, aut alias
constitutionem ipsam, recipiendo mu-
nera, sive visitationis officio non impen-
so procuracionem in victualibus, aut
aliquid aliud procuracionis occasione
violare præsumpserint, duplum ejus
quod receperint, ecclesiæ, a qua id re-
ceptum fuerit, infra mensem reddere
teneantur: alioquin extunc patriarchæ,
archiepiscopi, episcopi, duplum ipsum
ultra prædictum tempus restituere dif-
ferentes, ingressum sibi ecclesiæ inter-
dictum sentiant. Inferiores verò ab of-
ficio & beneficio noverint se suspensos:
quousque de duplo hujusmodi gravatis
ecclesiis plenariam satisfactionem impen-
dant. Nulla eis in hoc dantium rem-
issione, liberalitate, seu gratia vali-
tura.

X X V.

De immunitate ecclesiarum.

Decet domum Domini sanctitudo,
decet, ut cujus in pace factus est lo-
cus ejus, sit cultus cum debita vene-
ratione pacificus. Sit itaque ad eccle-
sias humilis & devotus ingressus. Sit
in eis quæta conversatio, Deo grata,
inspicientibus placida, quæ consideran-
tes non solum instruat, sed reficiat.
Convenientes ibidem, nomen illud, quod
est super omne nomen, a quo aliud sub
cælo non est datum hominibus, in quo
salvos fieri credentes oporteat, nomen
videlicet Jesu Christi, qui salvum fecit
populum suum a peccatis eorum, exhibi-
tione reverentiæ specialis attollant, &
quod generaliter scribitur, ut in nomine
Jesu omne genua flectatur; singuli singu-
lariter in se ipsis implentes, præcipue
dum aguntur Missarum sacra mysteria,
gloriosum illud nomen quandocumque
recolitur, flectant genua cordis sui, quod
vel capitis inclinatione testentur. Atten-
dantur in locis ipsis intentis præcordiis
sacra solemnia, devotis animis orationi-
bus intendantur. Nullus in locis eif-
dem, in quibus cum pace ac quiete vo-
ta convenit celebrari, seditionem exci-
tet

ANNO
CHRISTI
1174.ANNO
CHRISTI
1174.

tet, conclamationem moveat, impetumve committat. Cessent in illis universitatum & societatum quarumlibet consilia, conclones, & publica parlamenta. Cessent vana, & multo fortius fœda & profana colloquia. Cessent confabulationes quælibet. Sint postremo quæcumque alia Divinum turbare possunt officium, aut oculos Divinæ majestatis offendere, ab ipsis prorsus extranea: ne, ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi. Cessent in ecclesiis, earumque cœmeteriis negotiationes, & præcipue nundinarum, ac foricujusque tumultus. Omnis in eis sæcularium judiciorum strepitus conquiescat. Nulla inibicausa per laicos, criminalis maxime, agitur. Sint loca eadem a laicorum cogitationibus aliena. Ordinarii locorum hæc faciant observari, suadenda suadeant, interdictione hujus canonis auctoritate compescant: ad hæc alios etiam in ecclesiis ipsis magis assiduos, & ad præmissa idoneos, deputando. Et nihilo minus processus judicium sæcularium, ac specialiter sententiæ prolatae in eisdem locis, omni careant robore firmitatis. Qui vero præmissas inhibitiones animo petulanti contempserint, præter processum ordinariorum, & deputandorum ab ipsis, Divinæ ultionis & nostræ poterunt acrimoniam formidare, donec suum confessi reatum, a similibus firmato proposito deliberaverint abstinere.

X X V I.

*De usuris.*Later. III.
cap. 25.

Usurarum voraginem, quæ animas devorat, & facultates exhaurit, compescere cupientes, constitutionem Lateranensis concilii contra usurarios editam, sub Divinæ maledictionis interminatione præcipimus inviolabiliter observari. Et quia quo minor fœneratoribus aderit fœnerandi commoditas, eo magis adimetur fœnus exercendi libertas: hac generali constitutione sancimus, ut nec collegium, nec alia universitas, vel singularis persona, cujuscumque sit dignitatis, conditionis, aut status, alienigenas, & alios non oriundos deterris ipsorum, publice pecuniam fœnebrem exercentes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris suis conducere, vel conductas, habere aut alias habitare permittat; sed hujusmodi usurarios manifestos omnes infra tres menses de terris suis expellant, nunquam aliquoties de cetero admitturi. Nemo illis ad

fœnus exercendum domos locet, vel sub alio titulo quocumque concedat. Qui vero contrarium fecerint, si personæ fuerint ecclesiasticæ, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, suspensionis; minores vero personæ singulares, excommunicationis; collegium autem seu alia universitas, interdicti sententiam ipso facto se noverint incursum. Quam si per menssem animo sustinuerint indurato, terræ ipsorum, quamdiu in eis iidem usurarii commorantur, extunc ecclesiastico subiaceant interdicto. Ceterum, si laici fuerint, per suos ordinarios ab hujusmodi excessu, omni privilegio cessante, per censuram ecclesiasticam compescantur.

XXVII.

Quamquam usurarii manifesti de usuris, quas receperant, satisfieri expressa quantitate, vel indistincte in ultima voluntate mandaverint: nihilo minus tamen eis sepultura ecclesiastica denegetur, donec vel de usuris ipsis fuerit, prout patiuntur facultates eorum, plenarie satisfactum, vel illis quibus est facienda restitutio, si præsto sint ipsi, aut alii qui eis possint acquirere, vel eis absentibus loci ordinario, aut ejus vicces gerenti, sive rectori parochiæ in qua testator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipsa parochia: quibusquidem ordinario, vicario, & rectori, prædicto modo cautionem hujusmodi, eorum nomine, liceat præsentis constitutionis auctoritate recipere: ita quod illis proinde actio acquiratur, aut servo publico de ipsius ordinarii mandato idonee de restitutione facienda sit cautum. Cæterum si receptarum usurarum sic quantitates manifesta, illam semper in cautione prædicta exprimi volumus; alioquin aliam recipientis cautionem hujusmodi arbitrio moderandam. Ipse tamen scienter non minorem, quam verisimiliter creditur, moderetur; & si tecus tegerit, ad satisfactionem residui teneatur. Omnes autem religiosos, & alios qui manifestos usurarios contra præsentis sanctionis formam ad ecclesiasticam admittere ausi fuerint sepulturam, poenæ in Lateranensi concilio contra usurarios promulgatae statuimus subiacere. Nullus manifestorum usurariorum testamentis interfit, aut eos ad confessionem admittat, sive ipsos absolvat, nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum præsent, ut præmittitur, idoneam cautionem. Testamenta quoque manifestorum usurariorum aliter facta non valeant, sed sint irrita ipso jure.

XXVIII.

De injuriis, & damno dato.

Etſi pignorationes, quas vulgaris elocutio *reprefalias* nominat, in quibus alius pro alio prægravatur, tanquam graves, legibus & æquitati naturali contrariæ, civili ſint conſtitutione prohibita, ut tamen earum prohibitio in perſonis eccleſiaſticiſ tanto amplius timeatur, quanto in illis ſpecialius inhi-
bentur, eas concedi contra perſonas prædictas, ſeu bona ipſorum, aut quantumcumque generaliter, prætextu cujuſvis conſuetudinis, quam potius reputamus abuſum, forte conceſſas, ad illas extendi præſenti decreto diſtrictius inhi-
bemus. Illi autem qui contra fecerint, adverſus perſonas eaſdem, pignorationes ſeu *reprefalias* concedendo, vel extendendo ad eas, niſi præſumptionem hujuſmodi revocaverint, a conceſſionis vel extensionis tempore infra menſem, ſi perſonæ ſingulares fuerint, ſententiam excommunicationis incurrant: ſi vero univerſitas eccleſiaſtico ſubjaceat interd-
cto.

X X I X.

De ſententia excommunicationis.

Conſtitutionem felicis recordationis Innocentii papæ IV. prædeceſſoris noſtri, quæ prohibet participantem excommunicatis ea participatione, quæ ſo-
lam minorem excommunicationem inducit, monitione canonica non præmiſſa, majori excommunicatione ligari decernens promulgatam aliter excommunicationis ſententiam non tenere: ad tollendum omnem ambiguitatis ſcrupulum, declarantes: decernimus ita demum monitionem eſſe canonicam in hoc caſu, ſi aliis rite ſervatis, eos, qui monentur, exprimat nominatim. Statuimus quoque, ut inter monitiones, quas, ut canonicè promulgetur excommunicationis ſententia, ſtatuant jura permitti, iudices ſive monitionibus tribus utantur, ſive una pro omnibus, obſervent aliquorum dierum competentia intervalla: niſi facti neceſſitas ea ſuaverit aliter moderanda.

X X X.

Præſenti generali declaramus edicto, beneficium relaxationis ad cautelam, quoad interd-
cti ſententias, in civitates caſtra, vel quælibet alia loca, ſive ter-
Concil. General. Tom. XXIV.

X X X I.

Quicumque pro eo, quod in reges, principes, barones, nobiles, ballivos, vel quoslibet miniſtros eorum, aut quoscumque alios, excommunicationis, ſuſpenſionis, ſeu interd-
cti ſententia fuerit promulgata: licentiam alicui dederint occidendi, capiendi, ſeu alias in perſonis, aut bonis ſuis vel ſuorum, gravandi eos qui tales ſententias protulerunt, ſive quorum ſunt occaſione prolata, vel eaſdem ſententias obſervantes, ſeu taliter excommunicatis communicare nolentes, niſi licentiam ipſam re integra revocaverint, vel ſi ad bonorum captionem occaſione ipſius licentiæ ſit proceſſum, niſi bona ipſa ſint infra octo dierum ſpatium reſtituta, aut ſatisfactio pro ipſis impenſa, in excommunicationis ſententiam incidant ipſo facto. Eadem quoque ſint ſententia innodati omnes, qui auſi fuerint prædicta licentia data uti, vel aliquid præmiſſorum, ad quæ committenda licentiam dari prohibuimus, alias committere ſuo motu. Qui autem in eadem ſententia permanerint duorum menſium ſpatio: extunc ab ea non poſſint, niſi per ſedem apoſtolicam, abſolutionis beneficium obtinere. Datum Lugduni Kalendis Novembris, anno tertio.

DE ACTIS

CONCILII LUGDUNENSIS II.
D Excerpta ex variis authoribus a Sev. Binio.

Aliter Binio inſcripſerat: nempe, in concilium Lugdunense, &c. Note.

DE loco & tempore habiti concilii, de perſonis que præſto fuerunt, de rebus in concilio conſtitutis & peractis ſummam Tribemius in chronico Hirſaugienſi iſta ait: Concilium generale Lugduni celebravit Gregorius X. anno pontificatus ſui ſecundo, in quo multi cardinales, archiepiſcopi, abbates, alique diverſi generis prælati comparuerunt, multa ad electionem ſummi pontificis, ad expeditionem in Saracenos, ad unionem Græcæ Latinæque eccleſiæ, & ad pacem Chriſtianorum pertinentia, mature ſtatuentes. Ibi comparuit Palæologus imperator Conſtantinopolitanus cum magno comitatu, qui tertiadecima vice in ſententiam Romanæ eccleſiæ Græcos ſuos toties deficientes concilio neceſſario pertraxit. *Hæc chronicon Hirſaugienſe.*

Siffridus præbyter libr. 11. ſua epitome: Anno MCCLXXIV. celebratum eſt, inquit, Lugduni concilium magnum, præſente papa Gregorio X. Hic electionem regis Rudolphi confirmavit. Blondus decade 2. lib. 8. Gregorius pontifex, ait, Lugduni concilium indixit.

ANNO
CHRISTI
1174.

Contulit se ad id concilium Michael Palaeologus Graecorum imperator, & unioni Orientalis ad Occidentalem ecclesiam consentit: secuti illum nonnulli Tartari, gentis Scythicae proceres, sacro baptismatis caractere superfusi, Christianos se & catholicos fore professi sunt. Sed & Rudolphus ab electoribus Germanis in Romanorum regem declaratus, ea conditione a Gregorio pontifice in concilio est acceptus, ut Romam pacificus ad inunctionem accipiendam se conferret, ac rebus Hierosolymae quantum posset opem ferret. *Hoc Blondus. Eiusdem synodi nomen Robertus Gaguinus lib. 7. his verbis: Eodem prope tempore, anno salutis MCLXXIV. patrum synodus praeside Gregorio X. Romano pontifice Lugduni habita est, ubi de expeditione in Syriam ducenda actum est. Philippus cognito imperatoris adventu ad eum salutandum profectus, postquam de Christiano statu diu confabulati sunt, tres Lugduno finitimas arces in potestate Gregorii, donec synodus solveretur permisit, attributo insuper ad pontificis custodiam non parvo numero milite. Adfuit concilio Palaeologus Graecus imperator, ecclesiaeque Occidentali se univit. Quem nonnulli ex Tartaris secuti sacro lavacro abluunt, & Christiani effecti. *Hec Robertus Gaguinus.**

Nauclerus & Joannes de Oppido scribunt, in hoc concilio Graecos non solum professos esse Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere, eisque rei gratia coram toto concilio symbolum Nicanum decantasse, verum etiam a Romano pontifice imperii confirmationem impetrasse, eique se in omnibus submitisse.

Qua occasione ista contigerint, scribit lib. 5. Nicophorus Gregoras his verbis: Proinde tot difficultatibus circumventus imperator, pene ad desperationem compulsus, legatos ad papam mittit de inunda veteris, & novae Romae ecclesiarum concordia, modo Caroli expeditionem averteret. Ea legatio a pontifice benigne audita est: ea se facile quae imperator petivisset consecutum esse pollicetur; statimque suos legatos illis adjungit, qui concordiam conciliarent atque amplecterentur. Cujus haec tria capita fuerunt. Primum, ut in sacrorum voluminum hymnodiis papae cum quatuor patriarchis mentio fieret. Alterum, ut liceret civis Romae veterem, quae curia major & perfectior esset, appellare. Tertium, ut illi principatus in omnibus deferretur. De appendice vero sacri symboli, quam illi noverunt, aut alio quovis argumento, tum nulla acrior contentio incidit: sed (quod ad eas quidem res attinebat) pacata & tranquilla fuerunt omnia.

Matthaeus VVestmonasteriensis res in hac synodo gestas sinematim recensens, addensque Orientalium fidei confessionem, ista habet quae sequuntur.

Anno gratiae MCLXXIV. Kal. Maji, sub papa Gregorio X. apud Lugdunum fuit concilium maximum celebratum, quod a Kalendis praedictis usque ad XVI. Kalendas Augusti duravit. In hoc concilio dominus papa Eadwardum commendavit omnibus, dicens terram sanctam fuisse deperditam, nisi venisset citius ad eandem. In hoc concilio papa statuit, quod subsequentes septem annos de cunctis proventibus ecclesiasticis in subsidium terrae sanctae decimae solverentur. In hoc etiam concilio de conversione Graecorum, post schisma laetitia magna fuit. Qui Graeci litteras auro bullatas

cum litteris praetorum de Graecia attulerunt ad concilium, quarum tenor sequitur.

Litterae Palaeologi imperatoris Graecorum.

Sanctissimo & beatissimo patri & summo pontifici apostolica sedis universali papa, & communi principi Christianorum omnium, venerabili patri imperii nostri, D. Gregorio, Michael a Christo Dei fideliter rex, & imperator, & moderator Graecorum, Ducas, Angelus, Comnenus, Palaeologus, & spiritualis filius magne sanctitatis vestrae, decentem honorem & reverentiam, cum fidei, & pura affectione, & omni postulacione.

Quoniam missi sunt a magnitudine vestra ad imperium meum nuncii Deo placentis ordinis fratrum Minorum, &c. ut supra Graec & Latine, pag. 507.

Litterae praetorum Graeciae.

Sanctissimo, reverendissimo, & beatissimo patri antiquo Romanorum, domino Gregorio, magno pontifici excellentissima apostolica sedis, & venerabilissimo D. & patri nostrae humanitatis.

f. humilitatis.

NOS qui ecclesiasticam complemus ordinationem, vestrae Romanae sanctissimae ecclesiae salutem, spiritualis subjectionis affectionem ubique, &c. ut supra pag. 513.

Post hanc epistolam, addit Matthaeus VVestmonasteriensis, Graeci etiam alias litteras, quas propter earum prolixitatem huic operi non inserimus, ad concilium detulerunt. Venerunt etiam post Graecos sexdecim Tartari (qui Moalli) cum litteris regis sui, in concilio publicantes verbis pompaticis potentiam Moallorum. Hi non pro fide, sed ut confederationem haberent cum Christianis venerunt. Hos papa benigne suscipiens, donis & honoribus ampliavit, & ad petitionem ipsorum, non baptizatos fecit honorifice baptizari. In itinere versus concilium Lugdunense, venerabilis frater Thomas de Aquino, ordinis Praedicatorum, in quadam abbacia monachorum Cisterciensium, quae Fofsa nova dicitur, diem clausit extremum. Hic natione Campanus, filius comitis de Aquino, iavitis parentibus (qui cum monachatum suscipere volebant) Praedicatorum ordinem est ingressus. *Hec de actis synodalibus concilii Lugdunensis II. Matthaeus VVestmonasteriensis.*

Eberhardus, Ratisponensis ecclesiae archidiaconus, in suis annalibus, quos ab anno MCLXXIII. usque ad annum MCCC. scripsit, atque nunc primum ex codice manuscripto Augustiani monasterii sanctorum Afrae & Udalrici, antiquitatum indagator diligentissimus Henricus Camillus edidit, accuratissime hujus aemulicis concilii res gestas describit. Leberi igitur pergratum fore arbitratus sum,

ANNO
CHRISTI
1174.ANNO
CHRISTI
1174.

sum, si eadem hoc loco verbo tenus recitentur. A
Anno Domini MOCLXXIV. celebratum est
generale concilium apud Lugdunum per Gre-
gorium papam decimum, cui interfuerunt plus
quam DCC. episcopi & abbates, & prepositi,
ceterisque ecclesiarum prelati in numero copio-
so. Item, eidem concilio interfuerunt solemnes
nuncii seu procuratores, Græcorum, qui coram
toto concilio symbolum Nienzi concilii, *Cre-
do in unum Deum*, quod a suo veteri errore,
quo dicebant Spiritum sanctum tantum a Pa-
tre, & non a Filio procedere, se recessisse de-
monstrarent; & velle credere, quod sancta ma-
ter Romana & orthodoxa ecclesia credit & præ-
dicat, scilicet quod Spiritus sanctus a Patre
& Filio æterna spiratione procedit; sicut patet B
per decretalem quæ super hoc est in eodem
concilio promulgata, cujus tenor talis est.

„ Fidei ac devota professione ratemur, quod
„ Spiritus sanctus æternaliter ex Patre & Fi-
„ lio, non tanquam ex duobus principiis, sed
„ tanquam ex uno; non duabus spirationibus,
„ sed una spiratione procedit. Hoc professus est
„ hæcenus, prædicavit & docuit sacrosancta
„ Romana ecclesia, mater omnium fidelium &
„ magistra: hoc habet orthodoxorum patrum
„ atque doctorum, Latinorum pariter & Græ-
„ corum, incommutabilis & vera sententia.
„ Sed quia nonnulli, propter irrefragabilis præ-
„ missæ ignorantiam veritatis, in errores varios
„ sunt prolapsi, nos huiusmodi erroribus viam C
„ præcludere cupientes, sacro approbante concilio,
„ damnamus & reprobamus omnes qui
„ negare præsumperint, æternaliter Spiritum
„ sanctum ex Patre & Filio procedere, si-
„ ve etiam ausu temerario asserere, quod Spi-
„ ritus sanctus ex Patre, & Filio, tanquam
„ ex duobus principiis, non tanquam uno pro-
„ cedat.

„ Sed ipsi Græci ab hac fide & promissione
subito recesserunt: propter quod dominus papa
Martinus in Urbe veteri eos excommunicatos
nunciavit, ut patet in littera subsequenti.

*Martinus episcopus servus servorum Dei ad cer-
titudinem presentium, & memoriam
futurorum.*

„ Michaellem Palæologum, qui Græcorum
„ imperator nominatur, tanquam eor-
„ rum Græcorum antiquorum schismaticorum,
„ & in antiquo schismate constitutorum, & per
„ hoc hæreticorum, nec non & hæresis ipso-
„ rum ac schismatis antiqui fautorem, de fra-
„ trum nostrorum consilio denunciavimus, præ-
„ sente fidelium multitudine copiosa, excom-
„ municationis sententiam latam a canone in-
„ currisse, ac ipsius fore sententiæ vinculo in-
„ nodatum. Ceterum universis & singulis re-
„ gibus, principibus, ducibus, marchionibus,
„ comitibus, baronibus, & ceteris omnibus E
„ cuiuscumque sint præminentie, conditionis,
„ aut status; necnon universitatibus civitatum,
„ castrorum, & aliorum locorum, districtius
„ inhibemus, ne cum eodem Michaelle Palæo-
„ logo in huiusmodi excommunicatione ma-
„ nente societatem vel confederationem ali-
„ quam contrahere sub quovis ingenio, vel
„ machinatione præsumant, vel etiam ei alias
„ in his, pro quibus excommunicatus est de-
„ nunciatus a nobis, præstare consilium, au-
„ xilium, vel favorem publicum vel occul-
„ tum. Et si secus præsumptum fuerit, om-

„ nes singulares personas contrarium facientes,
„ non obstante qualibet indulgentia, sub qua-
„ cumque forma verborum vel expressione,
„ ipsi ab apostolica sede concessa vel in po-
„ stero concedenda; quam quoad hoc viri-
„ bus volumus omnino carere, sententiam ex-
„ communicationis, quam extunc in ipsos se-
„ rimus, volumus incurtere ipso facto. Ter-
„ ras autem ipsorum, necnon universitates præ-
„ dictas, quæ secus attentare præsumperint,
„ prout expedire viderimus, ecclesiastico subji-
„ cere curabimus interdicto ad privationem
„ omnium bonorum, quæ a quibuslibet tenen-
„ tur ecclesiis. Et ad penas alias spirituales
„ & temporales, prout utile putabimus, pro-
„ cessuri, & nihilo minus societates confede-
„ rationum ipsas, etiam si penarum & jura-
„ menti adjectione vel quacumque fuerint alia
„ firmitate vallatæ, decernimus irritas & ina-
„ nes. Ut autem huiusmodi noster processus
„ ad communem omnium notitiam deducatur:
„ chartas sive membranas processum continen-
„ tes in eundem, in majoris Urbe veteris ec-
„ clesie appendi vel affigi ostiis seu superli-
„ minariis faciemus, quæ processum ipsum
„ quasi sonoro præconio & patulo iudicio pub-
„ licabunt: ita quod idem Palæologus, &
„ alii, contra quos processus ipse contigit,
„ nullam possint postmodum excusationem
„ præferre, quod ad eos talis processus non
„ pervenerit, vel quod ignoraverint eundem;
„ cum non sit verisimile remanere quoad ip-
„ sos incognitum vel occultum, quod tam pa-
„ tenter omnibus publicatur. Actum apud Ur-
„ bem veterem in platea dictæ majoris eccle-
„ siæ, in festo dedicationis basilicæ principis
„ apostolorum, pontificatus nostri anno primo.
„ Item quia in partibus Alemannie, & forsi-
„ tan in aliis etiam, iniqua consuetudo inole-
„ rat de impignorationibus, in quibus unus pro
„ alio, sive innocens pro nocente, indebite præ-
„ gravatur: contra impignorantes huiusmodi idem
„ papa Gregorius in eodem concilio edidit de-
„ cretalem, cujus tenor est talis.

„ Et si impignorationes, quas vulgaris elo-
„ cutio represalias nominat, in quibus alius
„ pro alio prægravatur, tanquam graves legi-
„ bus & æquitati naturali contrariæ, civili sunt
„ constitutione prohibite: ut tamen earum
„ prohibitio in personis ecclesiasticis tanto am-
„ plius timeatur, quanto in illis specialius in-
„ hibetur eas concedi contra personas prædi-
„ ctas, seu bona ipsarum, aut quantumcum-
„ que generaliter prætextu cuiusvis consuetu-
„ dinis, quam potius reputamus abusum, for-
„ te concessas, ad illas extendi præsentis decre-
„ to districtius inhibemus. Illi autem qui con-
„ tra fecerint, adversus personas eandem, im-
„ pignorationes seu represalias concedendo,
„ vel extendendo ad eas, nec præsumptionem
„ huiusmodi revocaverint a concessionis vel ex-
„ tensionis tempore infra mensem, si personæ
„ singulares fuerint, sententiam excommuni-
„ cationis incurrant: si vero universitas, ec-
„ clesiastico subiaceat interdicto.

„ Ex hac tamen salubri constitutione modica
provenit utilitas, vel quia rite post concilium
in provinciis publicata non extitit, vel quia
excommunicationis præceptum a malis homi-
nibus non timetur. Item pro subsidio terre
sanctæ imposita fuit in eodem concilio omni-
bus ecclesiis & monasteriis, non tamen xenodo-
chiis, nec orphanotrophiis, solutio decimarum om-

* id est, nec
tenent.

ANNO
CHRISTI
1174.

omnium proventuum ecclesiasticorum per sex annos continuos idem concilium subsequentes. Que decima, quamvis studiose exacta fuerit & recepta, non tamen est evidens, quæ utilitas terræ sanctæ exinde fuerit procurata. *Hæc sunt fragmenta actuum synodaliū quæ apud scriptores hujus temporis invenire potui. Tu lectur iisdem utere ac frære.*

G. COSSARTII NOTE.

Interfuisse concilio Paleologum ipsum imperatorem, affirmant plerique, quorum modo testimonia legisti. Sed in eo errant. Nam per nuncios tantum suos interfuisse constat tum ex actis concilii, quæ inferuntur. *Brevi nota, &c. pag. 500.* tum ex nunciis ac literis ab eo missis, responsisque pontificis.

Ibidem actum est de Romano imperatore creando, idque concilii potius magnis a pontifice clamoribus affligitur, ut refert Odor. Raynaldus ex Marini Ebulensis formulis. Cumque de imperio Rodulfus Hæburgicus, & Alfonso Castellæ ac Legionis rex, per legatos contenderent: Germanici oratores ad sacramentum ejus nomine nuncupandum admissi sunt, Castellani dimissi. Perlesta hic Orthonis IV. Frederici I. & Rodulphi ipsius privilegia & sacramenta Quorum omnium formule a Raynaldo editæ sunt ex arcano molis Hadriane tabulario. Sed cum hæc non in concilio, ac in consistorio, ut ex instrumentis ipsis constat, acta

sint: in describendis superiōdo. Quid quod Rodolfus electionem ratam pontifex non habuit, nisi vi. Kal. Octobr. ut ait Surin. Indic. lib. 11. ac proinde post dimissum concilium quod xv. Kal. Aug. absolutum est. Mariana vero confirmatam esse electionem vii. Id. Septemb.

Post sessionem secundam, Jacobum regem Aragonum Lugduno recessisse, acta commemorant. Dilectus cuiusdam, quam tacite acta, hæc Mariana profert: *Ad coronatum, impit, Lugdunenses Jacobus Aragonia rex profectus est, extrema oratio bene decoris orpidus. Inde tamen hanc alio magno opere pretio rediit in patriam, non obscure innotuit pontifici, quod ipse capere regnicoriam imponere recuasset, nisi vestigali persoluto, quod Petrus ipse pater, quo tempore Roma coronam susceperat, præderi quatuordecim annis potius erat.*

B Jacobo regi indignum videbatur, regnum majorem virtute partem, cuiquam externo principi esse vestigale. Idem tunc Sarita in Indiabus.

S. Bonaventuram in hoc concilio pontificis ajunt, non tantum Petrus Galfridus in eja veta, sed etiam Satri duo summi pontificis: quartus nimirum in bella, ut vocant, canonizationis; quintus in ea, quæ Bonaventuram ecclesie doctoribus annoverandum dederunt. Primos autem in concilio tenere, ac præfide, perferente pontificis cum non poterit: ita Galestinus intellexit, ut *dirigendi concilii curam ei pontifex commiserit, providendi scilicet qui proponenda essent.*

S. Thomam Aquinatem a pontifice vocatum ad hoc concilium, in stare obisse, res cuius nota est, præterquam Curiatoribus, qui hunc eventum tribus Lugdunensi celebrato ab Innocentio IV. anno Dom. MCCXLV. Multa sunt ab istis peccata in utriusque descriptione concilii.

ANNO
CHRISTI
1174.

AD LUGDUNENSE II. OECUMENICUM CONCILIUM

ADDITIO

JOANNIS DOMINICI MANSI PRÆMONITIO.

Mansi sup.
c. 3. pag. 2.

Inter multas epistolas Romanorum Pontificum aliorumque Principum, quæ de arduo hoc negotio, reducendorum nempe ad consensum cum Romana ecclesia Græcorum, scriptæ fuerunt, exhibenturque a PP. Martene & Durand Vet. Monum. tom. VII. pleræque a re concilii per quam remotissime absunt. Qua de causa illis, utpote ad hæc ita proxime conducantibus, ommissis, unicam tantummodo seligam Gregorii X. ad Michaelem Palæologum Græcorum Imperatorem, quæ respondet ejusdem Principis litteris recitatis Græcè & Latine apud Labbeum inter acta hujus concilii. Est vero illa ibidem pag. 233. Hæc expedita, dabo excerpta ex Libro Humberti de Romanis summi ordinis Prædicatorum magistri ordine V. quo in opere, jussu Gregorii papæ confecto, ea proponit quæ in hoc concilio Lugdunensi tractanda fore censebat. Idem consilium dein post Humbertum sequutus Guillelmus Durandus Mimacensis episcopus, librum & ipse pariter digessit de rebus in concilio Viennensi tractandis, quod opus sæpius excusum est, ut suo loco dicam. Omnium postremas asseram animadversiones meas ad acta cætera quæ omnia in isto concilio discussa ac definita.

EPISTOLA GREGORII PAPÆ X. MI-D
CHAELI PALÆOLOGO

Græcorum imperatori illustri.

Letatur papa de voluntate Palæologi ad unionem propensa, & rogat ut nuncios mittat respondeatque ad litteras ab eodem missas.

Litterarum series, quas nobis novissime tua magnificentia destinavit, cunctis qui spiritu Dei aguntur ipsas audientibus, gaudii & exultationis in Domino materiam subministrant. Siquidem circa instans unionis Latino-rum & Græcorum desiderata, perutilis ac Deo acceptæ negotium, & intentum tuum testatur affectum & votivum illius exitum repræmittit. Adiciens inter cætera, quod cum qualem te ostendis in verbo, talis & ferventior inveniaris in opere, nullius dubitationis scrupulus in nostro corde remaneat de consummatione ac perfectione negotii supradicti.

Hæc quidem catholicos rei conscios in jublum excitant animos, sed multorum circa hoc motus reprimit, quod, ut verum fateamur, quamplures magnæ conditionis & status asserunt unionis prædictæ tractatum ex Græcorum parte diutius in figmentis verborum & similitate deductum. Propter hoc & nobis super apocryphorum nostrorum, qui ad tuam pervenire præsentiam, deliberantibus missione, id dissuadere frequentius, viam aliam quæ se videbatur offerre præ manibus potius suadentes.

Licet autem illius credulitatis aures non duxerimus inclinandas, hæc tamen excellentiæ tuæ ad stimulum quasi sollicitationis exponimus, ut attendens quod ex his quæ de prædictis tuis litteris brevis supercommemoravit epilogus, & aliis quæ patent latius in eisdem, te oris tui verbo non solum Deo, sed & universis audientibus, si famam tuam non negligas, ad consummationem prædicti negotii quasi obligasse videaris, ad illam sic solerter intendas, sic efficaciter in veritate procedas, quod

ANNO
CHRISTI
1174.

quod tuae promissionis effectu per evidentiam operis apparente, obstruantur ora inique loquentium, qui celsitudinem tuam libenter forte notarent, quasi non in sinceritate debita hoc tam salubre negotium prosequaris: sed & nunc post nuncios nostro tempore tanto detentos, quasi necessitate dilationis ingesseris, sicut hactenus ex eadem parte frequenter ingestas asserunt, ut & per angustias temporis & per inopinatos casus, qui persaepe in negotiis tractandis emergunt, desiderato fructu memoratum negotium frustraretur, ne quando nobis supergaudeant, qui insultent ac dicant, Ecce quod verbum accidit: sicut enim vobis praediximus, solam perditionem temporis habuit vestrorum missio nunciorum.

Hac sicut ad tuam instructionem & provisionem de paterna dulcedine prodeunt, ita in tuae considerationis attentione dulcescant. Sic enim ad salutem animae tuae afficimur, ut & personam in via hac, quam praemisissae litterae te ambulare describunt, zelemus honorem, & desideremus te diligentissimum fore opinionis tuae

custodem, curam habentem de bono nomine, nec famam aliquatenus negligentem. Perfla igitur; nostri enim quod perseverantiae palma debetur. Perfla, & quae te praemisissae tuae litterae tam sollicitè inceperis commemorant, & nuncios nostri, qui ad nos rediere, testantur, sollicitudine continuanda, & quantum facultas permiserit augmentanda, prosequere ad obtinendum immensum divinis retributionis praemium, & memoriale inter homines, de tam pio, tam amabili, Deo & Christianitati tam votivo, tam utili opere in aeternum: missurus apocritarios quorum eadem magnitudinis tuae litterae pollicentur adventum, cum potestate plenaria, & ad omnia quae nostrarum missurarum ad te per eosdem nuncios litterarum tenor exigit, plene, prout decet, instructos, de quorum securo conductu sicut inserta tuis litteris petitio continebat, per viam a celsitudinis tuae nunciis ad nos propter hoc inter cetera destinatis, de speciali mandato tuo, ut dicebant, electam, salubriter duximus providendum.

ANNO
CHRISTI
1174.

EXTRACTIONES DE LIBRO,

Quem fecit venerabilis vir & religiosus frater Humbertus de Romanis, magister quondam v. ordinis Praedicatorum, de his quae tractanda videbantur in concilio generali Lugduni celebrando sub Gregorio papa X. sub anno Domini MCCLXXXIV. in Kalendis Maii.

Ex schedis Mabillonii.

Prima pars agit de negotio ecclesiae contra Sarracenos, & habet XXVII. capitula.

C A P. I.

Quod ad summum pontificem pertinet vigilare diligenter super populum Christianum.

Ad omnes siquidem praelatos pertinet vigilare, secundum illud Lucae 2. *Pastores erant vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum.* Nam latro ex improvviso superveniens gregi, transjugulat pastorem quem invenit dormientem; & Dominus dicit Apocal. 3. *Si non vigila-veris, veniam ad te tanquam fur;* sed hoc summe seu maxime pertinet ad summum pastorem, tum quia habet maximum gregem, tum quia grex suus est omnibus periculis expositus, tum quia ipse habet maximam mercedem, non solum aeternam, sed etiam temporalem, quia Dominus universorum est. Unde ceteris dormientibus, Petrus specialiter increpatur Marci xiv. *Simon dormis, non potuisti una hora vigilare mecum?* Maxime ad illum, ait papa Gregorius, hoc est vigilans quodam praesidio futurorum.

C A P. II.

Quod populus Christianus subjacet triplici incommodo, sicut olim populus Israeliticus.

Sicut enim populus Israeliticus primo a tempore Abraham usque ad finem fuit quasi continue ab infidelibus impugnatus. Secundo sub Roboam & Jeroboam circumbiliter divisus. Tertio, pars illa quae veri Dei cultui adhaesit,

majoribus sceleribus se involvit; sic populus Christianus semper a foris infidelium persecutionem habuit & habebit. Secundo, patitur divisionem inter Graecos & Latinos, qui in ventre Rebeccae, ecclesiae, colliduntur, ex quo regnum ecclesiae in se divisum miserabiliter desolabitur. Tertio, ecclesia Latinorum, salva fide, quoad mores pluribus sceleratibus implicatur.

C A P. III.

Quod ad summum pontificem pertinet contra praedicta tria remedium adhibere.

Sicut enim pastor nititur oves a lupis defendere, dispersas congregare, aegras sanare; sic ad summum pastorem pertinet contra hostes forintecos ecclesiae defensionis bravium providere, dispersos schismate reunire. Latinos aegros moribus reformare, implendo illud Ezechielis, *Quod pingue & forte custodiam &c.*

C A P. IV.

Quod christianitas impugnata fuit a sui initiatione nunc a VII. generibus hominum.

Primi impugnatores fuerunt Judaei a Stephano inchoantes. Secundi fuerunt idololatraz persequentes apostolos & martyres. Tertii fuerunt philosophi gentiles, de quibus act. xviii. *Differabant cum Paulo;* alii dicebant: *Novorum demoniorum videtur annuntiator.* Quarti sunt haeretici diversarum sectarum. Quinti fuerunt imperatores ante Constantinum magnum, qui moverunt decem generales persecutiones significatas per decem cornua bestiae monstruosae, de qua habetur Apocalypsis xvi. Septimi fuerunt barbari, videlicet Wandali, Gothi, & Huni, qui & Hungari dicuntur, & Tartari. Septimi fuerunt & sunt Saraceni, quorum seductor Mahometus finxit se esse prophetam a Deo missum ad exponendum & corrigendum legem Judaeorum & Christianorum. Isti septem gentes Israel impugnantes, de quibus habetur Deuter. vii. & septem capita bestiae, de quo habetur Apocalypsi. xvi.

CAP.

ANNO
CHRISTI
1176

C A P. V.

*Quod ista septem genera persecutorum jam pro-
merita sunt præter Saracenos.*

Primum quidem Judæi scientia convulsi, po-
tentia subacti, nihil ultra sciunt aut possunt
contra populum Christianum. Secundo idolola-
tria cum crucis vexillo exuffata, tantum in
partibus Aquilonis apud Præcios & quosdam
alios paucos exultat. Tertio, philosophia per
veram sapientiam destructa est, immo ob-
sequium fidei per viros excellentis ingenii
explanata. Quarto hæretici olim contra eccle-
siam palam latrantes sua latibula sunt ingressi.
Quinto, imperatores ecclesiam quam olim con-
culcabant, a multo tempore jam exaltant.
Sexto, barbari non comparent præter Tarta-
ros, qui etiam solos Hungaros persequuntur, con-
tra tamen Saracenos præbent auxilium Chri-
stianis. Septimo autem, Saraceni semper in
malitia perseverant.

C A P. VI.

Quam gravis sit persecutio Saracenorum.

Septem sunt circumstantiæ quæ aggravant
istam persecutionem. Prima pertinet ad diu-
rnitatem temporis quo duravit. Decem enim
persecutiones duraverunt circiter annos CXXXV.
Nam sicut habetur in libro qui dicitur Imagi-
mundi, prima fuit sub Nerone qui imperavit
annis XIII. & mensibus VIII. Secunda, sub
Domitiano, qui imperavit annis XV. & men-
sibus V. Tertia, sub Trajano, qui imperavit
annis XVIII. & mensibus VI. & dimidio.
Quarta, sub Marco Antonino, qui imperavit
annis XVIII. & mensibus V. Quinta, sub Se-
vero, qui imperavit annis XVII. Sexta, sub
Maximo, qui etiam Maximilianus imperavit an-
nis III. Septima, sub Decio qui imperavit an-
nis VI. Octava, sub Valeriano, qui imperavit
annis XV. Nona, sub Aureliano, qui impera-
vit annis V. & mensibus VI. Decima, sub
Dioctetiano, qui imperavit annis XX. Perse-
cutiones autem Wandalorum, Gothorum & Hu-
norum, licet fuerint valde graves, transierunt
tamen valde velociter ut tempestas. Persecutio
vero Saracenicæ, quæ incipit a tempore Era-
clii, jam duravit plus quam annos DCLX. &
sic plus quam aliis simul junctis. Secunda cir-
cumstantia pertinet ad continuitatem perse-
cutionis. Nam imperatorum non fuerunt con-
tinuæ, sed fiebat silentium in cælo, succeden-
te tyranno persecutori aliquo principe catholi-
co Christiano. Similiter nec persecutio barba-
rorum fuit continuata, sed interpolata; perse-
cutio vero Saracenicæ, ex quo cepit, nun-
quam fuit nisi paucis & male servatis treugis
interrupta. Tertia circumstantia pertinet ad lo-
ca, primo quia fere ubique terrarum invaluit,
nam de tota fere Asia sunt expulsi Christiani.
Totam etiam Africam tenent Saraceni, in qua
aliquando fuerunt CCCCXLIV. episcopi, nunc
vero unus solus apud Marrochiam super Chri-
stianos sibi subjectos. Europæ vero multas par-
tes occupaverunt, Hispaniam, Siciliam, Ita-
liam, & licet per Johannem Tusculanum prin-
cipem depulsi sunt ab Italia, & per Carolum
ab Hispania, adhuc obtinent magnam partem.
Item, persecutio eorum ferocior exaruit cir-

ca loca sacratissima quæ profanant. Quarta
circumstantia pertinet ad generalitatem perse-
cutionis; ceteri enim divites aut animas tan-
tum sicut hæretici, aut corpora tantum sicut
Barberi, aut terras tantum sicut Tartari. Sa-
raceni vero hæc tria insimul persequuntur.
Quinta circumstantia est quantum ad animosi-
tatem oblationis ipsorum, quia multi Judæi
& hæretici & philosophi & imperatores, &
plures idololatrae conversi sunt & baptizati. Nam
Wandali, qui & Poloni, & Huni, qui & Hun-
gari; Gothi, qui & Daci, sunt effecti catho-
lici; Saraceni vero nulli, vel paucissimi sunt con-
versi. Sexta circumstantia est quantum ad cal-
liditatem. Sicut enim lex illorum callide est
conficta, quod contra difficultatem in creden-
dis, austeritatem in præceptis & pœnis divi-
nis, carnalia permittit, voluptuosa, sensibilia,
ad preces Mahometi omnes salvandos fore fina-
liter dogmatizat. Septima circumstantia est
quantum ad multitudinem persecutorum, mul-
tiplicati sunt enim super numerum, propter
multitudinem uxorum & ancillarum.

ANNO
CHRISTI
1176

C A P. VII.

*Quam sit dolendum super defectione Christianita-
tis facta a Saracenis.*

Possumus enim lamentari dicendo Thren. 1.
C *Quomodo sedet sola civitas plena populo? de Je-
rusalem sentiendo; & istud Thren. ultimo, Ha-
reditas nostra versa est ad alienos, domus nostra
ad extraneos, intelligendo de terra promissio-
nis, quæ debetur veris Abraham filii Christianis.
Sequitur ibidem. Servi dominati sunt nostri, vide-
licet Saraceni, non de Sara libera, sed de Agar
ancilla progeniti. Impletum est illud psalmi,
Deus converterunt gentes in hereditatem tuam, pollu-
erunt templum sanctum tuum, quia sepulcrum, &
omnia loca sancta in regione illa vidi ego oculis
propriis, qui tractatum ipsum conscripsi, ca-
pellam in qua se receperant Saraceni, qui ibant
cum Friderico imperatore, & dicebatur pro
certo, quod ibi noctu dormiebant cum mulie-
ribus ante faciem Crucifixi. Sequitur, Effude-
runt sanguinem sanctorum tuorum tanquam
aquam; quia sicut non possunt numerari gut-
tæ aquæ, sic non possunt numerari clerici,
religiosi, nobiles & alii, quorum sanguis est
effusus a Saracenis a tempore Mahometi, qui
legem suam per gladium docuit primoventam.*

C A P. VIII.

*Quantum specialiter hic dolor tangit clerum &
specialissime summum pontificem.*

Clerici enim & sacerdotes, sicut quorum est
dolere pro malo totius corporis; unde Jere-
mias, qui fuit de sacerdotibus, civitate destru-
ta, maxime eam fleuit. Heli sacerdos usque
ad mortem doluit arcam Dei captam, quæ
significavit sepulcrum sanctum Christi. Matha-
thias cum filiis fleverunt sancta in manu ex-
traneorum data. Ergo plorabant sacerdotes mi-
nistri Domini, & dicens: Parce, Domine, par-
ce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in
opprobrium, ut dominentur eis nationes. Sed
summus pontifex super alios lugere debet,
quia violatur Christianitas cum periculo depo-
siti animarum. Nam propter timorem viola-
tionis templi & ablationis depositi dicitur 2.
Ma-

Machab. 3. Jam vero qui videbat summi sacerdotis vultum, mente vulnerabatur.

ANNO
CHRISTI
1176.

C A P. IX.

Quæ sunt rationes quæ movere debent cor Christianum ad impugnandum Saracenos, & quæ sunt retractiva, & quæ sunt remedia contra illa.

Sciendum igitur, quod multi dolent super his malis nihil auxilii deferentes, similes mulieribus, obfessa civitate, plorant in domibus, nec egrediuntur ad præliandum, nec insultui resistunt. Sunt autem quæ ad hoc movere debent, 1. Zelus divini honoris. 2. Zelus Christianæ legis. 3. Caritas fraterna. 4. Devotio ad terram sanctam. 5. Conditio belli. 6. Exempla præcedentium patrum. 7. Gratia ecclesiæ. De quibus omnibus plenius habetur in opusculo de cruce prædicanda contra Saracenos, titulo xi. & sex sequentibus. Sunt autem octo retractiva Christianorum a bello Saracenorum. 1. Est illaqueatio peccati. 2. Est nimius timor pænæ corporalis. 3. Nimius amor patriæ. 4. Mala hominum verba. 5. Aliorum prava exempla. 6. Nimia affectio erga suos. 7. Ficta impotentia. 8. Minor fides. Tertio notandum est, quod contra hæc omnia ponuntur remedia in opusculo supradicto, titulo xviii. & septem sequentibus.

C A P. X.

Quod septem sunt genera hominum obloquentium contra negotium, quod exercet ecclesia contra Saracenos.

Notandum quod obloquentes passio terræ sanctæ similes sunt exploratoribus, qui detraherunt terræ promissionis, deterrentes populum, & ideo cum sibi acquiescentibus perierunt, sicut habetur numero xiv. Sunt similes illis, quibus Deus dicit: *Clauditis regnum caelorum ante homines; vos enim non intratis, nec intrantes finitis intrare.* Hi etiam sunt, per quos via veritatis blasphematur; 2. Petri 2. Bene enim hujus via peregrinationis multos ad cælum duxit, & ab inferno reduxit. Horum autem obloquentium septem sunt genera, quorum per septem capitula sequentia obstructum est loquentium iniqua.

C A P. XI.

Responsio contra primum genus obloquentium.

Dicunt igitur primi quod non licet Christiano fundere sanguinem Saracenorum, exemplo Christi, qui cum pateretur, non comminabatur, 1. Pet. 2. & dixit Petro: *Mitte gladium in vaginam.* Apostoli etiam pro nomine JESU non pugnabant, dicentes: *Nam vos defendentes, carissimi, non reddentes malum pro malo, & multa hujusmodi.* Mauritius & socii arma & gladios projecerunt, æstimati sunt sicut oves occisouris. Respondeo tripliciter, 1. Quod vincta ecclesiæ aliter producit in esse, scilicet plantando & rigando, aliter conservatur, gladio putando, & contra volentes extirpare gladio defendendo. 2. Quod aliter processit impotens populus Christianus, quia per humilitatem; aliter nunc potens, quæ per

Concil. General. Tom. XXIV.

gladii potestatem. Non enim sine causa gladium portat. 3. Quod sicut arifex, amisso uno instrumento, utitur alio sibi relicto; sic non habens nunc miracula, & habens arma, defendit se per ea. Illi autem obloquentes nolunt esse pauperes, humiles & afflicti modo, sicut fuit ecclesia tempore primitivæ. Sicut ergo mutant isti ecclesiæ statum pro suis voluptatibus, sic permittunt ecclesiam variari in suis dissensionibus. Quis enim diceret non resistendum Saracenis, si parati essent omnes Christianos perimere, & totum cultum Christi delere? Propter hoc enim Machabæi sabbatis pugnaverunt; nec Christus dixisset, vendere tunicam & emere gladium, nisi utendum esset aliquando gladio Christianis. Cetera vero, quæ arguuntur in contrarium, ad præparationem animi, non ad executionem gladii referuntur, vel quia est tempus evaginandi gladium ut nunc, & est tempus recludendi gladium, vel quia non ad quodlibet membrum Corporis Christi, quod est ecclesia, pertinet hoc gladio uti, sed tantum ad brachium laicale.

C A P. XII.

Responsio contra secundum.

Secundi obloquentes dicunt ab ista pugna cessandum, propter multum sanguinem in ea effusum vel etiam effundendum, ne dens sanus propter putridum extrahatur, & sanguis innoxius propter noxium, & amplior quam noxius effundatur. Sed isti debent recolere historias & res gestas antiquorum. Nam Carolus Martellus occidit de Saracenis, qui venerunt contra eum in auxilium ducis Aquitanie, CCCLXX. milia, cum parvo detrimento suorum. Item, Godofridus de Bullon, capta Jerusalem cum suis Christianis, tot de Saracenis occidit, quod in porticu Salomonis sanguis occisorum ascendebat usque ad genua equorum. Carolus etiam Magnus in Hispania bis de Saracenis innumeras strages fecit. Plures ergo Saraceni occisi sunt a nostris, quam e converso. Quod si multi de nostris occisi sunt pugnando, plures occisi fuissent, nisi viriliter resistissent. Sicut enim venientes cum classibus de Africa Januam depopulantes, quasi omnes trucidaverunt; si illis permitteretur, vellent Christianorum genus totaliter extirpare. Nec est etiam fatuum pro salute morti se exponere; unde martyres se mortibus obtulerunt, quamvis ex hoc minui videretur populus Christianus; sicut per hoc quod a multis virginitas observatur: quia ecclesia magis intendit replere cælum quam mundum. Qui autem in hoc bello moriatur, licet vacuent mundum, tamen replent cælum, forte aliter non salvandi, & per paucorum mortes pluribus salus & incolumitas procuratur.

C A P. XIII.

Responsio contra tertium.

Tertii a passagio retrahentes dicunt, pugnam istam esse indiscretam & Dei tentativam, quia illi multi in terra sua sere consueto cibus abundant, passus norunt; nos omnia habentes contraria, sine discretionemimus ad bellum. Sed dicendum est ad istos: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Sunt enim angeli in adiutorium Elizei. Olias, Jeremias, & ceteri sancti orant

H

pro

ANNO
CHRISTI
1176.

ANNO
CHRISTI
1174

115
pro populo Dei. Oratio enim fit in tota ec-
clesia ad Deum pro populo, sicut olim pro S.
Petro, & sicut angelus Domini prostravit mul-
ta millia Sennacherib. Unde cum post captam
Jerusalem Saraceni, resumptis viribus, multi-
tudine innumerabili invaderent Christianos,
Christiani non plures quam quinque millia
equitum, & xii. millia peditum, occiderunt
centum millia Saracenorum, & in porta Afa-
lonis qua fugiebant, duo millia suffocantur.
De his autem qui perierunt in mari, & inter
fruteta consumpti sunt, non fuit numerus cer-
tus. Nostri etenim ut communiter in bello
sunt fortiores, probiores, & melius armati,
non solum corporaliter, sed magis spirituali-
ter, propter spem certam mox gloriam conse-
quendi; quia mors non fugitur, sed optatur.

C A P. XIV.

Responsio contra quartum.

Quarti obloquentes dicunt, quod etsi liceat
Christianis se defendere, non tamen contra
Saracenos, vel terras eorum invadere. Quibus
respondendum est, quod immo; primo quia
aliter ipsi invaderent nos quietos. Secundo,
quia si extirpantur spinæ de terris sterilibus, ut
siant novalia; multo magis superstitiosa gens ex-
pelli debet, ut introducatur cultus Dei. Tertio,
quod ipsi habent legem, ne unquam audiant
loqui de Christo, ut convertantur ad ipsum.
Christus autem dicit Luc. 19. *Inimicos meos il-
las qui noluerunt me regnare super se, adducite
huc, & interficite ante me.* Quarto, quia sicut
zizania intro, non permixtum. Quinto, quia
sicut ficulnea sine fructu habito & sperato.
Sexto, quia sicut Sodomitæ concedentes uxori-
bus abuti ut placet, & alias nefandas rûpi-
tudes, dicentes sufficere sibi quod in mane
aqua se abluant. Septimo, quod irritam quis
faciens legem Moisi, sine ulla miseratione mori-
tur, & multo magis illi, qui Filium Dei con-
culcant. De terris autem ipsorum dicendum
est, quod ante Mahometem fuerunt Christiano-
rum; sed ipse cum suis posteris vi abstulit
& injuste. 2. Quod tempore Godefridi de Bal-
lon Christiani iusto bello recuperaverunt terram
promissionis. 3. Quod ex dono Dei ipsa est
filiorum Abraham, qui secundum spiritum hu-
jusmodi ante sunt Christiani. Saladinus autem
& alii Saraceni injuste iterum abstulerunt. 4.
Quia scriptum est Matthæi: *Auferetur a vobis
regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum
ejus.*

C A P. XV.

Responsio contra quintum.

Quinti oblocutores dicunt, quod non debe-
mus Saracenos persequi, sicut nec persequimur
Judæos, nec Saracenos nobis subditos, nec ido-
lolas, nec Tartaros, nec Barbaros. Quibus
respondendum est, primo de Judæis, qui to-
lerantur, quia *reliquia Israel servare sicut.* Item,
quia crudele esset machare subditos. Item propter
prohibitionem prophetæ dicentis: *No occi-
das eos, ne quando obliviscantur populi mei.* Sa-
raceni autem nobis subditi tolerantur, quia
nocere non possunt. Item, quia in multis servi-
tiis utiles sunt, & facilius converti possunt. De
idololatriis autem qui sunt in partibus Aquilona-

ribus, sicut sunt Phitæni, speratur eorum con-
versio, quia *omnis lingua serviet ei*, nec ipsi nos
infestant, quare dimittuntur: Tartaros autem
nec sic leviter invadimus, quia inter nos & eos
medii sunt Saraceni, & ideo primum expu-
gandi. Item, certas mansiones non habent,
in quibus possunt semper inveniri, sicut nec
Cumani.

C A P. XVI.

Responsio contra sextum.

Sexti dicunt, quod ex ista pugna non se-
quitur fructus spiritualis, quia Saraceni magis
convertuntur ad blasphemiam, quam ad fidem:
occisi autem ad infernum mittuntur; nec etiam
fructus temporalis, quia terras acquisite non
possumus retinere. Quibus respondendum est: in
hoc est fructus triplex. Primus spiritualis, quia
propter indulgentias, & alia bona annexa plu-
res Christiani citius salvantur. Secundus cor-
poralis, quia per hoc a Saracenorum invasio-
ne Christiani corporaliter defenduntur. Tertius
temporalis, quia spolia acquiruntur, & ipsi
tributis subduntur, & licet temporaliter ad
Dei cultum reducuntur.

C A P. XVII.

Responsio contra septimum.

Septimi oblocutores dicunt, quia non vide-
tur esse de voluntate Domini hoc bellum,
propter infortunia, quæ permittit, sicut quod
Saladinus quasi subito recuperaverit totam ter-
ram promissionis, tanto sudore ac labore Chri-
stianorum vix obtentam. Item quod Frideri-
cus imperator vadens illuc ad succurrendum,
perierit, in parva aqua. Item, quod pius rex
Franciæ Ludovicus cum fratribus suis & tot
nobilibus captus fuit in Ægypto, & negotio
infecto mortuus est cum filio apud Tunicium,
& in spiritu vehementi contritus sunt naves
ejus. Quibus respondendum est primo, quia
sunt iusti, quibus mala proveniunt quasi mala
egerint impiorum. Secundo, quia si diabolus
triumphavit de multis & multotiens, propter
hoc non desistendum est a pugna contra ip-
sum, nec similiter contra ejus membra. Ter-
tio, quia filii Israel, licet de consilio Domini
in ultionem leviter pugnarent, & in bello de-
victi sunt, sed finali bello victoriam sunt ade-
pti. Quarto, quamvis vellet Dominus quod pu-
gnaretur contra Philistæos, sui fœderis tamen
sustinuit arcem capi, Saul regem cum filiis suis
occidi, & populos fugari. Igitur ista evenie-
runt, non quia Deo non placeat bellum, at
propter peccata pugnantium, vel propter me-
rita adaugenda: unde pius rex Franciæ Ludo-
vicus gloriabatur dicens, quod Domino in die
iudicii dicturo, quia pro nobis male tractatus
fuisset, responderet, quod ipse captus fuisset pro
ipso, & similiter male tractatus. Aliquando
autem hoc accidit propter indiscretam auda-
ciam nostrorum, sicut accidit Judæ Macha-
bæo, qui nolens ponere maculam in gloria
sua, cum octingentis militibus præsumpsit eg-
gredi viginti millia peditum, & duo milia equi-
tum contra consilium sociorum, debemusque
non propter hoc a pugna desistere, sed nos ip-
sos humiliare, & ad Deum clamare, quia
malleis adversitatis bonos consolidat, non
enervat.

CAP.

ANNO
CHRISTI
1174

ANNO
CHRISTI
1174.

Quod septem sunt causa, quare quidam sunt tepidi in negotio contra Saracenos.

Prima causa est avaritia clericorum, qui de sudore & labore pauperum decimas extorquentes, nolunt illas decimari pro recuperanda terra sancta rorata sudore sanguinis JESU-CHRISTI, opulenti, delibuti, nihil compatientes super contritione veri Joseph. Secunda causa est mori suorum; qui magis deberent recordari, quod sanguinem suorum a Christianis solum nolunt remittere, donec vindicaverint juxta votum, & proter hoc perpetuo arma ferunt. Tertia causa est malus eventus nostrorum, contra quod dicit David, *Non refringas iheros.* Quarta causa est ex multitudinis hostium effrenata desperatione, contra quod dicit Judas: *Non in multitudine exercitus victoria belli est.* Item, Deuteronomii 20. *Si videris multitudinem, non timebis.* Quinta causa est tepor fidei, contra quod scribitur 2. Machab. 2. *Maxima autem sollicitudo erat pro templo.* Sexta causa, sapientia mundi, secundum quam videtur non posse negotium prosperari. Sed virga Moysi devorat virgas magorum, quia sapientia Dei vincit malitiam hujus mundi, & Magi ab Oriente venerunt ad JESUM, sequentes stellam. Sic relictis mundi stultitia, in fide & spe Christi peregrinandum est ad ejus sepulcrum & tumulum. Septima causa est, oblocutiones predictae. Sed qui terrae promissionis detraxerunt, & qui detractoribus consenserunt, in deserto perierunt, & non viderunt Dominum Deum in terra viventium.

C A P. XIX.

Quod ex hujusmodi tepiditate venerunt septem mala in Christianitate.

Primum malum, quod tepidi in hoc negotio non dant consilium virile, quia sunt pueri & effeminati. Secundum malum est, quod non juvant nisi inviti & cum murmure, sicut malus servus sequitur cum murmure dominum praeliantem, contra quod 1. Machab. 3. *Praeliabantur praelia Israel cum latitia.* Tertium malum, est, quia numquam excitant alios ad hoc ipsum, contra quod dicit Thomas, Joh. 11. *Eamus & nos, & moriamur cum illo.* Quartum malum est, quia faciunt alios tepescere. Quintum malum, quod exponunt Christianitatem destructioni, sicut tepide agentes in castris obfesso exponunt captioni ipsum castrum. Sextum malum est, quia tepiditas eorum tepescere faciat audaciam adversariorum, contra quos dicitur Apocalypsis 3. *Quia tepidus es, incipiam te vomere de ore meo.*

C A P. XX.

Quod expediat esse in ecclesia aliquos, qui circa hoc negotium sint ferventes.

Fervor iste accenditur, primo per illud: *Qui gladium accipit, gladio peribit.* Sicut ergo Mahometus legem suam per gladium multiplicavit; sic lex sua per gladium peribit, Sic in Ser fere omnia regna per gladium acquisita finaliter per gladium sunt amissa.
Concil. General. Tom. XXIV.

C A P. XVIII.

A Secundo, accenditur iste fervor, ex eo quod magister Jacobus in Historia transmarina refert, Dominum apparuisse in somnis Petro Heremita, cum pernoctaret in ecclesia nocte Dominicae Resurrectionis, injungens ei legationem ad Urbanum papam & principes Occidentis, ut succurrerent Christianis in terra sancta conculcatis; quod & fecit & commovit fere totam Europam, & recuperata est terra sancta. Tertio fervor potest accendi ex eo quod Turpinus in epistola de actis, seu gestis Carui refert, quod B. Jacobus apparuit in somnis eidem Carolo, ter invitans eum, quod sicut alias terras multas subjugaverat, ita iret in Hispaniam, & locum suum liberaret a Saracenis, ut esset via fidelibus ad ipsum perpetuo visitandum.

C A P. XXI.

Quod hujusmodi fervor magis pertinet ad praelatos, quam ad alias personas.

Praelati debent fervere pro recuperatione terrae Christi, & defensione, tum quia sunt ejus baillivi, tum quia ejus vassalli, tum quia ejus stipendiarii, a quo habent quidquid habent. Unde Mathathias & sui filii sacerdotes pro lege & pro templo & civitate & populo Dei, se & sua totaliter dedicavit.

C A P. XXII.

Quod iste fervor summe pertinet ad papam.

Quamvis hoc negotium, quod omnes tangit, ab omnibus debeat approbari, specialiter tamen hoc pertinet ad summum pontificem. Primo, quia majora negotia sibi reservata sunt; hoc autem est de maximis, quod fidem tangit. Secundo, quod solus papa potest ad hoc negotium pro auxilio cogere totum clerum ad id quod necessarium ad hoc ipsum. Tertio, quia ipse solus potest dare plenam indulgentiam, quae est maximum promotivum. Quarto, quod si ipse qui est caput tepet vel tremiscat, omnia membra tremiscent. Quinto, quia scriptum est Deuteronom. 20. *Appropinquante bello, stabis sacerdos ante aciem.*

C A P. XXIII.

Quod per summos pontifices super hoc negotium bellum est promotum.

Primum hoc bellum habet auctorem a sede Romana, 23. quest. 7. omnibus Hispaniae episcopis scribit, quod in Saracenos iuste pugnetur. Secundo, ab eadem sede habuit exemplum; unde 23. quest. 8. dicit Leo papa nuntia quendam in Romanum pontificem. Saracenos clam, furtiveque venturos esse dicebant, pro quo nostrum congregari populum maritimumque ad littus descendere decrevimus; & egressi sumus. Tertio, datae sunt cruces & inventae ab Urbano II. in concilio Claramontensi recuperata est tunc terra. Quarto diversae religiones armorum per diversas provincias sunt ad hoc instituta. Quinto, amissa Jerusalem civitate, & tradita Saladino, missa sunt a Gregorio papa VIII. cum promissione de relaxatione peccatorum; sed ipse post mensem unum & dies 27. suae creationis obiit; cui successit

ANNO
CHRISTI
1174.

Apud
Gratianum
non ponti-
ficem, sed
pontem le-
gitur.

Clemens pap. III. & in diebus ejus rex Francie Philippus & rex Anglie Richardus recuperaverunt Accon. Sexto, in conc. Lateran. Innocentius papa III. plenitudinem indulgentiarum inchoavit, & libertates multas concessit, quas hodie dantur cruce signatis, & de proprio thesauro triginta millia marcharum dedit, & duo millia marcharum de quibusdam elemosynis pro transfretatione pauperum dedicavit. Septimo, per diversas provincias datæ sunt nunc decimæ, nunc vigesimæ, & hujusmodi, usque ad hæc tempora.

C A P. XXIV.

Quod est hoc negotium non sit per quemcumque adjutorem terminatum, non est desistendum, & maxime a summo pontifice, quod adhuc nova adjutoria instantur.

Non est ab hoc negotio desistendum propter infortunia tribus de causis. Primo, propter salutem Christianorum, quorum multi per hoc salvantur, qui alias damnarentur. Secundo, propter repressionem Saracenorum, qui ut supradictum est, aliter nos invaderent quietos. Tertio, propter spem de finaliter triumphando. Nam antiquus ille populus sæpèdichus ad Deum revertens, finaliter semper vincebat. Historia Caroli Magni, Antiochena, & transmarina, ostendit Christianos semper in fine victores. Recuperata etiam cernimus multas terras ab eis primitus occupatas, Siciliam seu Siciliam, Sardiniam, Januam, Cataloniam, Insulas, Hispaniam, excepto uno angulo, nec est abbreviata manus Domini, quæ interfecit CLXXXV. millia de Assyriis una nocte.

C A P. XXV.

Qualiter procedendum est de novo ad adjutoria.

Notandum quod pro isto negotio necessaria sunt tria cum suis annexis. Primo orationes, secundo cogitationes, tertio consultationes. Orationes autem faciendæ sunt in publico & in privato, processiones, letaniz, jejunia, elemosynæ, & hujusmodi injungenda; confessiones etiam & correctiones parum valent. Cogitationes autem debent esse diutinae, non subitæ, cum multa collatione cum viris idoneis, inspiciendo historias cum iis, qui de talibus scripta reperiuntur. Consilia vero de talibus habenda sunt, non cum inexpertis, nec cum involuntariis, nec specialiter cum malis, quia non habent spiritum Dei; sed expertis, voluntariis, & sanctis & justis viris, qui habent spiritum consilii sanioris.

C A P. XXVI.

Quid de hoc sentiat communis opinio.

Communis opinio sentit, quod oporteret illic continue tenere tot pugnatores, quot probabiliter crederentur semper posse resistere Saracenis, ad quod eligerentur non mercenarii homines, habentes solum oculum ad stipendia, sed habentes zelum fidei; nec homioidæ, aut pessimi sicut hætenus factum est, sed homines a peccatis abstinentes; quia nescit justitia Dei

patrocinari criminosis, & illis morientibus, aut redeuntibus, aut ejectionis propter malam vitam, mox alii substituerentur. Sustainatio autem eorum faciliter posset haberi præter adjutorium laicale; primo, si de superfluo thesauro ecclesiarum in lapidibus, valis, & vestimentis & hujusmodi emeretur redditus perpetui. Secundo, si de collegiis singulis una vel plures præbendæ illi usui aptaretur & deputaretur. Tertio, si prioratus in quibus pauci aliquando cum scandalo morantur, illic applicarentur. Quarto si abbatias destruxerunt, quarum reformatio desperatur, illic similiter applicarentur. Quinto, de beneficiis vacantibus fructus unius vel plurium annorum ad hoc servarentur, & multa alia hujusmodi.

C A P. XXVII.

De his qua pro toto negotio ante concilium sunt agenda.

Primo igitur laicis & clericis habentibus cordi negotium diligenti consilio tractandum est, & conferendum de omnibus adjutoriis & subsidiis a quibuscumque petendis. Debent etiam magnates ad hoc induci primo, quia sunt vassalli Dei, a quo tenent potentiam, ne permittant ei auferri terram suam. Secundo, exemplo regum & principum Israel, qui semper pugnabant contra Philisthæos, propheta autem & sacerdotes exhortabantur, & pro pugnantis orabant & sacrificia offerebant. Tertio, exemplo nobilium christianorum. Carolus enim magnus contra Saracenos usque ad mortem pugnavit, & multas libertates Francis dedit, ut eos paratiores haberet ad hanc pugnam, propter quod non sunt digni nomine Francorum, qui non gerunt bellum Saracenorum, multi etiam reges nobiles, qui mori citra mare inertiam reputabant. Quarto, quia cum aliis penitentias facere nosunt aut non possunt, nobilium quam in armis satisfacere nequeunt.

Explicit prima pars.

SEQUITUR DE SECUNDA,

In qua agitur de schismate Græcorum.

In secunda parte agitur de schismate Græcorum, & habet XIX. capitula.

C A P. I.

Quod una sit ecclesia.

Quod una sit ecclesia probatur per auctoritates. In Canticis: *Una est columba mea.* Item in Evangelio dicit Dominus in singulari, *Super hæc petram edificabo ecclesiam meam.* Ex Apostolus: *Respondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Et multa hujusmodi leguntur. Item in symbolo fidei: *Unam sanctam ecclesiam catholicam.* Secundo probatur per rationem, quia Christus sponsus ecclesie non esset monogamus, cum tamen minimus episcopus prohibeatur esse bigamus. Tertio, sciendum est quia est una, unitate Domini, fidei, baptismi & animi, juxta illud: *Unus Dominus, una fides, una baptisma.* Et iterum in Actibus Apostolorum: *Multitudinis credentium erat cor unum & anima una.* Item unitate finis.

CAP.

ANNO
CHRISTI
1274.

C A P. II.

Objectiones in contrarium.

Contra hanc unitatem est illud Apocalypsis: *Septem ecclesias, quae sunt in Asia.* Item dicitur ecclesia Gallicana & ecclesia Anglicana. Item alia militans, alia triumphans. Item alia primitiva, alia moderna. Item in typo Christi patriarchas plures habuerunt uxores: Sed major est gloria regis habere sub se plura regna, quam unum tantum. Et in Canticis: *Sexaginta sunt reginae, octoginta concubinae; adolescentularum vero non est numerus.* Item malignantium ecclesia est una. Cum autem unum uni opponitur & non plura, item plures homines non sunt unus homo.

C A P. III.

Responsiones ad praedicta.

Primo, sciendum quod ecclesia universalis est una, particulares autem ecclesiae sunt plures, sicut sunt lapides multi, acervus autem unus. Universalis autem distinguitur particulariter vel ex parte rectorum, sicut in prima instantia, vel ex parte nationum, ut in secunda; vel ex parte statuum, ut in tertia; vel secundum tempus, ut in quarta; & nihilominus est una, sicut juvenis & senex, pauper & dives. De bigamia autem patriarcharum, fuit figura Christi in Jacobi quia duae uxores liberae significant eos, qui ex Judaeis & gentibus serviunt ex amore, ancillae vero significant eos, qui de utroque serviunt ex amore. De pluralitate vero regnorum dicendum est, quod constituit unum imperium, & sic omnes ecclesiae unam matrem ecclesiam integrant, quae dicitur Regnum caelorum. Ad illud Cantorum, dicendum quod sexagenarius numerus propter senarium & decalogum significant perfectos in praecipis, qui generant Christi filios praedicando. Octoginta concubinae, quia quatuor bis significant volubilitatem temporalium propter quatuor partes mundi, & quatuor elementa significant eos, qui in praedicatione habent oculos ad temporalia. Adolescentulae vero sine numero significant imperfectos ad germen praedicationis. Ecclesia vero malignantium non est ecclesia simpliciter, sicut nec angelus Satanae non est angelus in modo loquendi simpliciter. Quod vero dicitur de contrarietate, verum est in eodem genere & non in diversis: nam plura mala opponuntur uni bono. Ad ultimum dicendum est, quod una non est de unitate reali, sed unitate rationis, sicut est. Nam ternarius & quaternarius sunt plures numeri, & tamen faciunt unum numerum majorem, puta septenarium.

C A P. IV.

Quod tota ecclesia universalis debet habere unum summum pontificem.

Quod in ecclesia sit tantum unus rector probatur primo, quia omnes unum corpus sumus. Si enim haberet plura capita, monstruosum esset. Secundo, quia totus mundus, ut sit bene ordinatus, habet unum principem summum, similiter & ecclesia. Tertio, quia si haec par-

Articularis ecclesia non habet nisi unum episcopum, nec alia nisi alium, ut sit melius ordinata: Ergo tota christianitas, quia est una ecclesia, habet unum summum pontificem. Quarto, quia sicut plures episcopi habent super se unum archiepiscopum, & plures archiepiscopi unum patriarcham, ita omnes patriarchae debent habere super se unum summum pontificem. Quinto, quia discordia exeunte inter aequaliter summos, si essent, non esset superior, qui manum poneret in ambobus, & confunderetur tota christianitas. Sexto, quia facta est sicut navis infistoris, in qua debet esse unus summus gubernator. Septimo, quia dicitur regnum Dei, in quo debet esse bonus rex, ne regnum divisum in se ipsum desoleatur. Octavo, quia David super xxiv. sacerdotes constituit unum summum pontificem. Nono, per illud Osee: *Filii Israel & Judaei ponent sibi unum caput unum.* Decimo, quia *Jesus unus pastor.* Si enim dicatur quia Christus est unum caput, verum est; sed quia absens visibiliter per suos vicarios regit, sicut unam dioccesim per unum episcopum, unam provinciam per unum archiepiscopum, & unum regnum per unum regem; sic universalis ecclesia per unum pastorem. Discretus enim paterfamilias recedens praeter particulares vicarios, derelinquit, unum generalem, cui ceteri obsequuntur.

C A P. V.

Objectiones in contrarium.

Primo obiicitur contra ita; quia caelestis hierarchia non habet caput, nisi Deum. Secundo, quia Apostoli non leguntur fuisse sub obedientia Petri, sed de pari omnia faciebant, quae nunc papa sibi appropriat. Tertio, quia *qui operatus est Petro in apostolatum, operatus est & mihi inter gentes,* & sunt omnes immediate a Christo. Quarto, quia in temporalibus non oportet unum esse super omnes, cum multi reges non recognoscunt superiores, nisi Deum. Quinto quia plures sunt parochiae, in quibus multi sunt curati de pari & in solidum. Sexto, quia sicut inveniuntur simul fuisse duo imperatores, sic possunt esse simul duo papae. Septimo, quia sicut dictum est Petro, *Quodcumque ligaveris super terram; sic dictum est aliis: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Ergo idem de successoribus.

C A P. VI.

Responsio ad objecta.

Ad primum dicendum est, quod non est simile de ecclesia triumphante, in qua cessat omnis praelatio conservorum; quia in exercitu indigent homines duce, quo non indigent dum & perduci ad victoriam, & quietem. Secundo, quia habent Christum visibilem praesentem visibiliter, unde est illud: *Non docebit vir proximum suum.* Sicut Christo conversante inter apostolos, non habebant alium superiorem, sed compescuit eos dicens: *Qui voluerit major esse, erit inter vos minimus, omnes autem vos fratres estis. Magister autem vester unus est Christus.* Et *Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.* Tertio, quia praelatus datur ad coercendum a malo & ducendum ad bonum, quo illi non egent. Ad secundum & tertium dicendum est, quod

ANNO
CHRISTI
1274.

LUGDUNENSE II. G. CONCILIUM.

124

123
 ANNO CHRISTI 1171.
 quod quia apostoli a Christo vocati & missi, non indigebant ad Christum requirere, nec status illic patiebatur, & similiter etiam postea aliquo tempore observatum est, sed a Spiritu sancto hæc obedientia est explanata, sicut est in multis pertinentibus ad sacramentum. Ad quartum dicendum, quia non est simile, quia coæquales in temporalibus habent superiorem simpliciter, sed in spiritualibus, qui potest corrigere etiam in regimine temporalium ratione delicti. Qui autem non habent superiorem in spiritualibus contententes de eis, non possent ab alio cohiberi. Ex similiter ad quintum de curatis in solidum, qui habent superiorem episcopum. Ad sextum de imperatoribus similiter, quibus papa præerat, vel non erant in solidum, sed sibi imperium dimidiabant. Ad ultimum, sicut ad secundum & tertium, quia multa fecerunt apostoli & immediati successores de privilegio speciali, quæ modo aliis non licerent.

chenus. Non ergo magis debetur primatus illi sedi, quam illi. Sexto quia, si Petrus hunc primatum habuisset, non propter hoc debetur cuilibet successori, sicut nec gratia miraculorum ipsius.

ANNO CHRISTI 1171.

C A P. IX.

Responsio ad objecta.

Ad primum dicendum, quod Christus est caput per se, Petrus autem sicut vicarius. Ad secundum, quod Jerusalem solum erat caput Judæorum, Roma autem est caput totius mundi, cui Christus dominaturus erat, & non solum Judææ. Ideo Romana sedes primatum tenet, & etiam ne ecclesia videretur judaizare: propter quod ecclesia Jerosolymitana usque ad tempus Justiniani imperatoris habuit dignitatem simpliciter episcopi; sed sub eo in concilio Constantinopolitano datus est ei patriarchatus propter honorem Dominicæ resurrectionis. Ad tertium dicendum, quod nondum erat determinatum de præminencia Petri. Ad quartum dicendum, quod concilia non potuerunt congregari nisi per virtutem imperatorum Catholicorum, quorum primus Constantinus apud Constantinopolim, ubi posterat sedem suam, & sic deinceps in partibus illis, propter potentiam successorum, ubi & magis vigeat christianitas, quia sub solo patriarcha Antiocheno erant CLIII. episcopi, præter illos, qui suberant Alexandrino & Constantinopolitano. In occidentalibus enim erant pauci, nondum conversus Polonis, Hungaris, Anglicis & aliis multis, tum quia in occidente plures erant turbationes; nusquam tamen nec unquam sine auctoritate Romanæ sedis sit verum concilium generale. Ad quintum dicendum, quod Petrus potestatem suam Romam transtulit, & non eam reliquit illi, quem Antiochiæ præfecit. Ipse autem pontifex Antiochenus esse desist, ne essent duo simul, & Romanus pontifex esse cepit. Potestas autem ejus, eo per martyrium consummato, debuit ad aliquem transire super terram, & magis ad Romanum, qui successit morienti, quam ad Antiochenum, qui successit viventi, ne simul fierent duo papæ, seu duo pontifices. Ad sextum dicendum, quod successor carnalis non habet quidquid prædecessor habuit, illo distribuente ad libitum. Secus autem est in spirituali, qui nihil habet a prædecessore, sed a Deo, qui apud ecclesiam semper vult esse plenitudinem potestatis: non sic autem de gratia miraculorum, quæ non sic est necessaria ad salutem.

C A P. VII.

Quod iste summus est pontifex Romanus.

Quod autem Romanus pontifex sit iste summus, patet per auctoritates. Dicitur est Petro: *Tu vocaberis Cæphas, quod est caput, & Super hæc petram ædificabo ecclesiam meam, & Pæscæ oves meas, & Confirma fratres tuos, & Tibi dabo clavem regni cælorum, & Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua, & primus eorum Simon Petrus semper in catalogo ponitur, & in confessione fidei primus pro omnibus respondit: Tu es Christus Filius Dei vivi, & in electione Mathiæ primus locutus est, & in prosecutione fidei primus prædicavit, & in concilio legalium primus proposuit. Deinde per rationes, primo quia non est aliqua sedes in mundo, cujus præules tot & tanta pertulerint propter fidem: plures enim martyres episcopos habuit, quam ecclesia aliqua; & quia Roma est locus communis & medius occidentalibus & orientalibus, ut per mappam mundi patet, & quod Roma fuit caput mundi, quando Petrus illic transtulit sedem, & Constantinus ordinavit Dei nutu, quod omnes ecclesiæ subessent Romanæ; sicut David, quod omnes sacerdotes subessent summo sacerdoti. De hac etiam subjectione extant multa concilia patrum. Item non est alia sedes inobediens, quæ dicat sibi deberi universalem subjectionem, quæ tamen alicui debetur. Item, Romana sedes fuit multo tempore in possessione pacifica vel quasi hujusmodi subjectionis.*

C A P. VIII.

Objectiones in contrarium.

Primo, objicitur, quod Christus est caput, non Petrus. Secundo, quia Jerusalem in medio gentium posita est, ubi & Dominus illorum crucifixus est: ubi cepit christianitas & omnia sacramenta, quæ sunt ecclesiæ fundamenta. Tertio, quia in primo concilio Jacobus episcopus Jerosolymorum protulit ibi sententiam quasi superior, non Petrus. Quarto, quia quatuor concilia, quæ sicut evangelia venerantur, & tria alia apud Græcos celebrata sunt & non apud Latinos, ex quo videtur magis esse caput apud eos. Quinto, quia sicut Petrus fuit pontifex Romanus, ita & Antio-

C A P. X.

Quare Græci potius dicantur schismatici, quam Latini.

Videretur quod Latini essent magis, vel æque schismatici, quam Græci, sicut enim ipsi dividuntur a nobis: ita e converso & ipsi magis conservant antiquas consuetudines apostolorum in barbis & carentia campanarum & hujusmodi; & Latini a Græcis habuerunt jura & philosophiam, quorum studium de Athenis venit Romam, & inde Parisius tempore Caroli magni. Item, novum testamentum scriptum fuit prius in Græco, præter evangelium Matthæi, qui scripsit in Hebraico, & apud Græcos

cos plures apostoli prædicaverunt, Johannes, Paulus, Andreas, & plures epistolæ Paulus scripsit ad eos, quam ad Latinos, & plus eis prædicavit verbo, quam Latinis, & ab eis habemus scripta Dionysii, Damasceni, Gregorii Nazianzeni, Gregorii Nysseni, Basilii & Chrysostomi, & fere omnia concilia, & sic quasi a patribus filii dividemur. Respondeo. Schismaticus uno modo cujus culpa sit divisio, secundo modo rebellans capiti, tertio vero constituens sibi caput, propter quæ tria, Græci & non Latini dicuntur schismatici, & omnes Orientales, qui Græcis se conformant.

C A P. XI.

Qua fuit causa & sit adhuc schismatis Græcorum.

Causa dispositiva hujus schismatis fuit multiplex varietas rituum in barba nutrienda, in materia sacramenti Eucharistiæ, in continentia ministrorum ecclesiæ. Item, gravamina Romanæ ecclesiæ in exactionibus, excommunicationibus & statutis, in oppressione tyrannica principum Latinorum, in verbo & facto, quia vocabant eos canes, trahabant per barbam, & multa hujusmodi, sicut duritia Roboam divisit regnum. Fertur in quadam historia, quod cum adhuc regnum Saracenorum esset subiectum Romano imperio, & quidam ex parte imperatoris distribuere togas militibus, & venissent Saraceni ad hujusmodi togas recipiendas; dixit distributor: Quid ad nos de istis canibus? Verbum autem istud ita conturbavit Saracenos, quod propter hoc subtraxerunt se ab imperio Romano. Et ideo constat, quod exasperatio potuit esse disponens Græcos ad schisma. Item, secundum historias Latinorum, regna maxima, ut Romanorum, Francorum & Anglorum, processerunt a Græcis ab excidio Trojæ, & ab eis Christianitatis processit, propter quod se majores reputant, & magis dolent de negligentia aut contemptu; & quia Latini, ipsis non requisitis, addiderunt in Symbolo Nicæno, *Filioque*, & quia subiectione resignavit. Hæc igitur, tertia scilicet varietas rituum, exacerbatio Latinorum, superbia eorum, disposuerunt ad schisma. Causa autem contemplativa schismatis, fuit, quod quamvis Constantinus transtulerit sedem imperii apud Constantinopolim, tamen imperium remansit unum, Græcorum scilicet & Latinorum, usque ad tempus Caroli magni; quoniam, sicut habetur in chronicis, inceperunt divisim nominari imperatores Græcorum & Latinorum; propter quam divisionem ecclesiæ Romana favendo magis imperatori Romano contra imperatorem Græcum, probabile est, quod tunc ille ceperit rebellare, & populus propter dominum. Unde in chronicis invenitur, quod Constantinopolim faciebant vocari primam omnium, quia apud illam erat sedes imperii; sed per Phocam imperatorem, procurante Bonifacio papa, ordinatum fuit, quod Romana ecclesiæ, sicut erat, sic & diceretur Caput omnium. Causa autem durationis schismatis, est primo causa perseverans & durans dispositiva. Secunda, consuetudo, sicut in simili patet inter illos, qui dicunt se Guelphos & Gibellinos in Italia: quia antecessores sui sic tenuerunt sine alia ratione. Tertia est inscitia seu ignorantia eorum, qua nec res responsus intelligunt. Quarta est diversitas linguarum,

qua eis prædicare non possumus. Quinta est defectus tractatorum & magnitudinem negotii propter distantiam locorum. Sexta & maxima est dissensio de imperio, quod ecclesiæ vult haberi & teneri a Latinis, ipsi vero a suis. Nam Græci, qui sunt in potestate Latinorum, sicut patet in Calabria, obediunt Romanæ ecclesiæ. Septima potest addi, quia Græci quondam schismatici, successivis temporibus paulatim prolapsi sunt in diversos errores & hæreses, quibus pertinaciter inhærent. Itaque modernis temporibus non tantum schismatici sunt censendi, sed etiam hæretici manifesti: in quibus erroribus & hæresibus nutriuntur & imbuuntur maxime per illos, quos vocant suos calogeros. B Prædicti autem errores alibi notati sunt & collecti.

C A P. XII.

Quod scripsit Leo Tuscus de causis istius schismatis.

Causæ hujus schismatis sunt duodecim. Prima, quia papa Paulinum, quem Gratianus imperator Græcus Antiochiæ posuerat, reprobavit. Secunda, quia sub Theodosio imperatore CL. episcopi concilium celebrantes sine conscientia papæ, Constantinopolitano episcopo nomen patriarchæ attribuerunt. Tertia quia sub Marciano imperatore Leo papa depellere voluit Constantinopolitanum præfulem, & ex tunc de pari contenderunt. Quarta, quia cum, Zenone imperatore, Felix papa & Gelasius successor ejus excommunicassent Achacium præfulem Constantinopolitanum, ipse e contrario excommunicavit summum pontificem. Quinta, quia cum Anastasius declinans in partem Achacii in excommunicatione mortui, & successoris sui Eucharitii in eadem malitia perseverantis, nollet recipere legatos ecclesiæ Romanæ, tamen sub papa Hormilda receptos ludibrio habuit & abiecit; propter quod idem imperator, ut dicunt Latini, fulmine periit, & XL. episcopi Græci dederunt obedientiæ dextram apostolicæ sedi. Sexta, quia Agapitus papa Constantinopolim veniens contra duos hæreticos, qui negabant in Christo duas esse voluntates, a Justiniano pio imperatore susceptus, deposuit præfulem Constantinopolitanum, episcopum, hæreticum, & alium substituit. Septima est, quia Martinus papa evocatus a Roma Constantinopolim, a Constantino imperatore, favente Paulo Constantinopolitano præfule, cum nollet ei consentire, & propter hoc excommunicavit eam, missus est Terdonæ in exilium, ubi & miracula faciens defunctus est. Octava, ex hoc quia Justinianus Constantinianus filius clam Romano pontifice synodum fecit, quam vocavit sextam, in qua cum condemnatione ecclesiæ Latinorum editi sunt canones multi. Nona, quia cum Leo imperator insurrexisset in sacras imagines, & per litteras papales ac legatos monitus & coercitus nollet respicere, Gregorius papa propter hoc excommunicavit Constantinopolitanum præfulem, cultum sacris imaginibus detrahentem. Decima, ex hoc quod Constantinus cum Irene matre sua parum a pessimis prædecessorum semitis discedens, præcipue tamen ad sacrarum imaginum cultum revocare nolens, congregavit synodum sine papa. Undecima, quia cum Bulgari conversi vellent Romanis instrui disciplinis, ille imperator cum suo patriarcha

ANNO
CHRISTI
1176.

legatos Romanos ad hoc missos a suis finibus A
expulerunt. Duodecima, quia cum tempore
Manuelis imperatoris Græci & Alexandri III.
omnia fere fuissent pacificata, legati Manuelis,
inundo papa apud Venetias, ubi Fridericum I.
imperatorem Romanorum reconciliaverat, ne-
gotium teperescere dimittentes, non sunt profe-
cuti.

C A P. XIII.

*Quod damnosum sit schisma Græcorum in eccle-
sia Dei.*

Damnorum hoc schisma est valde, quia per
hoc quicumque subsunt patriarchæ Constantino-
politano, Alexandrino, & Antiocheno, & fere B
Jerosolymitano, sunt ab ecclesia Romana præ-
cisi; & qui in varias hæreses devoluti sunt &
ejecti, non sunt in statu salutis, & excommu-
nicati indigne suscipiunt & administrant sacra-
menta Dei, & adjiciunt falsa dogmata, ut a
devotione Romanæ ecclesiæ se magis subtrahant
& avertant, sicut Jeroboam fecit vitulos au-
reos.

C A P. XIV.

*Quod graviter offendant qui dant occasionem mi-
nis infantibus schismati.*

Notandum autem, quod non fuit ex culpa C
Moysi schisma Dathan & Abiron, quos vo-
cant, sed Roboam, qui dura & injusta com-
minatus fuit; & si grave est scandalizare unum
ex pusillis, multo magis gravior est tantam mul-
titudinem & patres exasperare, & coram cæco
offendiculum ponere Sciendum est illud
quod schisma non est singulare
inter Saracenos post mortem Mahometi exor-
tum est schisma, quod adhuc durat inter Sa-
racenos de Ægypto & de Africa, & similiter
inter multas nationes Christianorum.

C A P. XV.

*Quantam curam debent ponere Latini ad reconci-
liationem Græcorum.*

Ad istam reconciliationem curam debent ap-
ponere Latini. Sed sacerdos & levita pertran-
seunt vulneratum, nec compatiantur membris,
& propter hanc injuriam schisma magis, ac
magis crevit, & profectum in pejus, sicut ri-
ma, seu scissura in pariete quando non appo-
nitur remedium, & sicut in guerra a principio
faciliter fit pax, quæ post strages multorum
hinc inde fieri non potest. Et sicut turris, quæ
propter castrum cadit, multas domos vicinas
secum pertrahit ad ruinam; sic & ipsi Græci
Jacobitas & multos alios orientales secum tra-
xerunt, ut cauda draconis tertiam partem stel-
larum: propter quod in ecclesia primitiva sta-
tim scissuræ apponebatur remedium, ut ha-
betur Ad. 6. Ortum est murmur, statim
duodecim apostoli convocantes multitudinem
sedaverunt, institutis disconibus septem; &
similiter orta dissensione propter observantiam
legalium, Paulus, & Barnabas ascenderunt
Jerusalem, ut haberet Ad. xv. Et Romæ
orta dissensione inter Judæos & Gentiles, Pau-
lus eisdem Romanis epistolam ad, &c.

C A P. XVI.

*Quod ista cura maxime pertinet ad dominum
papam.*

Ista cura maxime ad papam pertinet, pri-
mo, quia est vicarius Domini JESU-CHRI-
STI, qui ideo de celo descendit, ut faciat
utraque unum, & papa in Græciam deberet
descendere, si spes esset probabilis, quod pro-
ter hoc remuneraretur ovile. Secundo, quia
est pater omnium, & deberet occurrere filio
prodigo renitenti, ut inducat in domum, &
dare stolam primam, id est recipere ad digni-
tates. Tertio, quia est pastor in medio ovium
dispensarum, & aliis dimissis, ire ad illam
quis perit. Quarto, quia sponsus Rebecce di-
citur dolere quod in ventre ejus filii extant.
Quinto, quia iudex ad nihil aliud tendere de-
bet, nisi ut a discordiis subditi recedant, di-
cendo cum Moysè: *Viri fratres vestri qui occi-
distis alterutrum*. Sexto, quia rector navis de-
bet agere, ut ad portum salutis concorditer
remigetur.

C A P. XVII.

*Quæ sint utilia ad hujusmodi negotii execu-
tionem.*

Ad hanc reconciliationem necessaria videtur
scientia seu peritia linguæ græcæ, quia perge-
nera linguarum diversitas gentium in unitate
fidei congregatur; & sicut scientia, quæ prius
per infusionem habebatur, nec per studium ac-
quiritur, sic debet esse studium de linguis,
cum prius esset doctum infusum, & sicut fie-
bat tempore Hieronymi & Augustini, ut no-
stri percurrerent libros eorum, & viderent,
quibus innotuerunt. Sed vix in curia Romana
invenitur, qui sciat legere litteras ab eis mis-
sas, & legatos ad eos missos oportet habere
interpretes, de quibus nescitur utrum intelli-
gant, aut decipiantur. Secundo, necessaria vi-
detur copia librorum græcorum, ut scilicet la-
tini haberent omnia scripta eorum, theologi-
corum, expositorum, conciliorum, statuto-
rum, officii ecclesiastici, & historiarum. Veri-
simile est enim multa inveniri pro nobis, quia
non consonant omnia, & curatum est de li-
bris philosophiæ & jure transferendis, non sic
de theologicis, qui sunt arma militiæ nostræ,
& curant milites parare arma corporalia con-
tra eos. Clerici non curant de crimine ad de-
stitutionem, monitionem, & altitudinem extol-
lentem se adversus scientiam Dei. Tertio, ne-
cessaria videretur frequens missio solemnium
nunciorum, sicut Ezechias misit ad decem tri-
bus divisas, ut reverterentur ad Dominum;
qui daretur etiam Latinos in Achaia visitarent,
& corrigerent, qui propriis sumptibus irent,
non extorsiones facerent. Quarto, videretur
necessaria missio exploratorum, militum,
mercatorum, vel religiosorum sicut Moyses &
Josue fecerunt. Quinto, videretur necessaria ho-
norabilis receptio ipsorum, & non habere eos
contemptui, sicut rex filio Ammon. Sexto,
attractio aliquorum Græcorum magnorum, pru-
dentium per matrimonium, vel aliter, qui do-
cerent & dirigerent, quomodo esset agendum
erga eos. Septimo, cessatio Latinorum ab op-
pressionibus illorum. Octavo, caritativa servi-
tia hinc & inde inter magnates. Nono transla-
tio

ANNO
CHRISTI
1176.

tio librorum nostrorum in linguam eorum, in A
quibus proficiant.

ANNO
CHRISTI
1174.

C A P. XVIII.

Quod in tribus consistit discordia inter Græcos & Latinos.

Prima discordia de imperio Constantinopolitano. Cum enim Constantinus illuc sedem imperii transfuisset, successores ejus pacifice imperabant Orienti scilicet, & Occidenti, quousque Saracenis irrupentibus Italiam, Pippinus Francorum rex evocatus a Stephano papa ad defensionem, factus est Romæ patrius, & deinceps reges Francorum patricii Romanorum, facti sunt imperatores Romani, & sic translatus est jus eligendi imperatorem a Græcis in Germanos in personam Caroli Magni filii Pippini, quem Leo papa Romæ coronavit in imperatorem, & postea ecclesiæ auctoritate propter culpas imperantium in Constantinopoli capta fuit civitas Constantinopolis a Francis & Venetis, & repulsis imperatoribus Græcis, Petrus comes Antiochensis coronatus est ab Honorio papa III. in imperatorem Constantinopolitanum. Post cujus mortem orta est dissensio, successoribus Petri dicentibus ad se jus imperii pertinere, Græcis e contrario asserentibus. Secunda discordia est de pertinentibus ad fidem. Nam Græci invidia moti quando Burgari conversi sunt ad fidem, & velent imbui a Romana fide, ut illos averterent, Latinis imposuerunt hæresim de processione Spiritus Sancti, & paulatim coeperunt in aliis articulis dissentire a Latinis. Tertia discordia, de obedientia & subjectione; nam propter sedem imperii illuc translata, volentes parificari Romanis, quia secunda Roma dicta est, seu nova a Constantino, & paribus privilegiis dotata, & propter hoc sententiam quamdam latam a papa Romano contra suum patriarcham non receperunt, & tandem obedientiam, quam prius exhibuerant, negaverunt, & sibi sine auctoritate & confirmatione papæ patriarcham fecerunt, & patriarchæ Latino per papam creato non obedierunt, sicut superius prætractatum est.

C A P. XIX.

De remediis contra hæc tria.

Contra discordiam de imperio, qua durante aliæ perseverant, videretur remedium, quod vel per pecuniam a Latino principe acquiratur, sicut principatus de Morea, & quidam alii, si tamen liceat, vel quod per pacta aut matrimonia imperator ille ad obedientiam reducat, quod esset magis sine effusione sanguinis & sine periculo; necessarius non est eventus belli, & nunc hunc, nunc illum consumit gladius. Contra secundam discordiam videretur remedium, quod in omnibus ritibus suis, in quibus potest ecclesia dispensare, ipsi tolerarentur, dum tamen in his quæ sunt de substantia fidei consentirent, nec nostros ritus reproberent. Contra tertiam discordiam videretur remedium, quod ab eis plenitudo obedientiæ non ex peteretur, dummodo patriarcha eorum a papa confirmaretur, & ab eis legati Romani cum honore reciperentur.

Council General. Tom. XXIV.

Explicunt extractiones II. Partis.

ANNO
CHRISTI
1174.

IN TERTIA PARTE AGITUR

de corrigendis in ecclesia Latinorum.

C A P. I.

De corrigendis contra cultum divinum.

Circa cultum divinum videretur statuendum, quod non cogentur homines ad colendum nova festa præter auctoritatem Romanæ ecclesiæ, & præter quam in majoribus festis ab ecclesia institutis liceret hominibus operari post auditum officium, tum quod in festis magis multiplicentur peccata in tabernis, choreis & lupanaribus; quæ mala docet otiositas; tum quod dies operabiles vix sufficiunt pauperibus ad acquirendum sibi victum. Secundo, quod propter canonicos non solventes non cessaretur a divinis; sed culpabiles aliter punirentur. Tertio, quod in omnibus ecclesiis ars cantus melius doceretur & addiceretur. Quarto, quod divinum officium sic abbreviaretur, quod devote & integre diceretur & audiretur. Quinto, quod in magnis ecclesiis ad omnes horas haberetur numerus sufficiens clericorum.

C A P. II.

De corrigendis circa ecclesiam Romanam.

Circa Romanam ecclesiam videretur maxime sedis vacatio brevianda, primo per hoc quod cardinales, ea durante, nihil possent percipere de bonis papæ vel ecclesiæ, nec munia quæcumque, alioquin contrarium faciens, ipso facto esset voce privatus. Secundo, quod si infra certum tempus non elegerint, quod per electionem notariorum adungerentur eis aliqui de primariis, vel aliis officialibus curiæ, vel etiam e converso, vel metropolitanus illius provincie cum suffraganeis, seu aliqui alii, prout magis videretur circa hoc expediens providendum.

C A P. III.

De corrigendis circa religiosos.

Primo, quod religiones Medicantium minuerentur, & exceptis religiosis approbatis & confirmatis, quorum vita exemplaris & doctrina salutaris est, alii non sustineantur. Tot enim alii sunt qui Truttani vocantur, & correctio non viget apud eos. Secundo, quod nulla religio mulierum sustineatur, nisi habeat unde possit sustentari in domo sine mendicitate & discursu. Tertio, quod de prioratibus solitariis & destructis fierent collegia, in quibus religio servaretur, prævisio unde valerent sustentari. Quarto, quod nullus, nisi debilis & infirmus, aut hospes transiens comederet extra refectorium.

C A P. IV.

De corrigendis circa prælatos.

Circa prælatos primo, videretur diligens examinatio faciendi in deligendis & promovendis,

Truttani sunt erronei, pluri & impudici, qui per provincias passim vagantur, & mendaciis de strophis suis omnibus illudunt, dum alios se tingunt, quam revera sint.

dis, etiam si nullus se opponat, timore, vel amore, quia ad faciendum custodem thesauri, non sufficit patrifamilias quod nihil mali sibi de illo opponatur, nisi etiam ipse, aliis tacentibus, de idoneitate ipsius inquiserit, diligenter. Secundo, quod praelati facilius deponerentur, quia ab eis, non cito profertur contra malos sententia, sed per multos annos protrahitur causa, ideoque absque timore perpetrant mala. Tertio, quod saepius visiterentur, & eorum vita & fama summo pontifici referretur. Quarto, quod pompae eorum & familiarum restringerentur.

C A P. V.

De corrigendis circa curias praelatorum.

In curiis praelatorum videtur vigilandum, quomodo iustitia melius servaretur, extorsiones pro sigillo tollerentur, & usurarum loco sortis non sigillarentur.

C A P. VI.

De corrigendis circa parochias.

In parochiis videtur reprehensibile primo quod aliquae earum ita sunt pauperes, quod nulla bona persona vult eas recipere. Secundo, quod divites parochiam dantur talibus, qui nolunt vel nequeunt residere. Tertio, quod ponuntur vicarii non meliores, sed melius forum de vicariis servitibus facientes. Quarto, quod non dantur propter Deum melioribus, sed indignis, aliquando propter munus a manu, vel a lingua, vel ab obsequio. Quinto, quod non corriguntur dissimati, sed peccare libere saepius pro pecunia dimittantur. Sexto, oporteret quod fieret aliquod opusculum pro instructione ignorantium idiotarum in suis officiis, ex quo nasciunt scripturas.

C A P. VII.

De corrigendis circa clerum.

In clero quantum ad communem statum, quoque multos vigent gula, luxuria, pompa, prodigalitas, otium, & alia multa mala, quae essent corrigenda propter scandalum laicorum.

C A P. VIII.

De corrigendis circa quaestuarios predicatores.

Quaestores mendacis & immundis maculant ecclesiam & reddunt irrisibilem. Secundo, praelatos muneribus corrumpunt, & propter hoc dimittunt eis dicere quidquid volunt. Tertio, in brevibus seu cartellis suis tot indulgentias fingunt, & mentiuntur, & male exponunt, quae fere nullus credit. Quarto, multa acquirunt, & pauca ad domos principales remittunt, falsis reliquiis decipiunt.

C A P. IX.

De corrigendis circa usum clavium.

Circa claves est primo reprehensibile, quod committuntur nescientibus solvere vel ligare. Secundo, quod indulgentias indifferete laxantur

& restringuntur. Tertio, quod excommunicationes in multorum laqueum multiplicantur.

C A P. X.

De corrigendis circa scientias.

Primo, in grammatica corrigendum est, quod aliqua turpia leguntur, per quae juvenes ad lasciviam excitantur. Secundo, pro theologia videretur expediens, quod biblia glossaretur continue de dictis sanctorum in libris non glossatis. Tertio, circa statuta patrum, quod concilia, maxime universalis, in metropolitana ecclesiis omnibus haberentur.

C A P. XI.

De corrigendis circa imperium.

Circa imperium vacans videretur constituendus vicarius, ad quem haberetur recursus propter guerras & casus varios emergentes, vel addendo quod statueretur cum pace comitatus, quod rex Teutoniarum fieret non per electionem, sed per successionem, & esset deinceps contentus regno illo, & magis timeretur, & magis iustitia in regno Teutoniarum servaretur. Item, quod in Italia provideretur de rege uno vel duobus, sub certis legibus & statutis, habito consensu communitatum & praelatorum, & per successionem regnarent in posterum, in certis casibus possent deponi per apostolicam sedem. Aliquando enim Lombardiam regem habuerunt vel quod rex in Lombardia institutus esset vicarius imperii in Tuscia, vacante imperio, & imperatori confirmato & coronato per apostolicam sedem, & non aliter regnum recognosceret ut vassallus. Imperium enim quasi ad nihilum est redactum, & a pluribus, quotquot fuerunt, electi ad imperium seu promoti, plura mala sub eorum dominio secuta sunt, & pax unitas turbata, & strages hominum factae, & pauca bona secuta; & alia multa sunt, quae realiter persuadent, ut quaeratur modus aliquis conveniens ad providendum circa hoc, si valeat inveniri.

C A P. XII.

De modo procedendi in concilio.

Non videtur expediens de his, quae papa potest per se sine praelatis exhibere, quod de ipsis cum praelatis habeat tractatum, sed ante concilium vel post illa expediat sine ipsis.

Explicimus Extractions de tertia parte.

De hoc vero concilio ita ego in notis ad Raynaldum differui.

Agendum hic suscipit Annalista de concilio Lugdunensi II. oecumenico, cui ab illo contextae narrationi nos pro nostro amore quaedam addemus a scriptoribus libata, quaeque vel ipsorum Collectorum diligentiam fugerunt. Ac primo quidem de mense, & die, & anno, quo coepit nulla est inter scriptores controversia, cum omnes temporis notae in actis hujus concilii diligenter adscribantur. Coepit nonis maii anni hujus 1274. tum sessio altera die XVIII. ejusdem mensis habita. Successit sessio tertia die VII. junii; die VI. julii quarta; die XVI. eju-

ANNO
CHRISTI
1176.

ejusdem mensis quinta; die XVII. ejusdem A postrema. De patrum numero non satis inter scriptores constat: Ptolemæus Lucentis in Annalibus 1570. supputat; Bernardus Thesaurarius in historia Gallica millequadringentas *pastrales virgas*, Joannes Iperius in Chron. S. Bertini Episcopos 1570. Abbates & alios inferiores Prælatos 1000. adjicit. Nangius, & Trivetius numerum hunc Patrum in archum cogentes, interfuisse asserunt Episcopos 500. Abbates 60. Prælatos, & alios circa 1000. Congruit his Bernardus Guidonis, in vita Gregorii, P. Pippinus in Chronico, & veteres rerum Pontificiarum chronista Martinus Polonus, cæterique ab Eccardo inter Historicos mediæ ævi to: II. vulgati. Author Chronici Parmensis, qui opus suum ad annum 1310. perducit, Rer. Ital. to: IX. exterorum qui concilio huic adfuerunt numerum prorogat ad CLX. millia, quod tamen de patrum numero vix credibile est. Recentiores Scriptores nihil moror, utpote qui non comperta, nec meditata scripserint; sed prout quisque in antiquo aliquo; quem explicabat, scriptore offendit, nihil aliud cogitans, ita scripsit. Inter has sententias præferendam arbitror illam, quam potior, & sanior scriptorum pars tenet de Episcopis quingentis, Abbatibus LX. vel LXX. & Prælatibus inferioribus M. Adfuisse etiam cum cæteris Magistros supremos Templariorum, & Hospitaliariorum equitum scribit Spondanus, quod ex ipsis Concilii actis petiitum est. Sed mendis aliquid in acta hic irrepsisse constat; nam concilio quidem præfens adfuit magus Templariorum Magister, teste Bernardo Thesaurario. Templariis tunc præerat Gullelmus de Beavixeu; qui tunc recens electus & in Cismarinis adhuc partibus agens ad concilium, eodem Bernardo teste, se contulit. An vero cum Magistro Templi Magister pariter Hospitaliariorum adfuerit, acta quidem asserere videntur; sed cum in illis genuinum nomen magistri Hospitalis non legatur, neque pariter Hospitalari illi, qui adfuit, titulus *magis magistri* tribuatur, quod tamen Templariorum magistro additur; atque insuper de hoc magistro Hospitalis itinere ad concilium nihil scribat Bernardus, qui id tamen notat de magistro Templariorum; ideo suspicor concilio huic non quidem ipsum per se magistrum Hospitalis, sed per legatum adfuisse. Quod & eruitur ex consilio magistri Templi dato Clementi V. de quo inferius. In eo enim asseritur adfuisse concilio magister Templi, & de ordine Hospitalis F. Gullelmus de Corcellis.

Ad constitutiones concilii hujus quod attinet, diligenter illas Annalista persequitur. Animadvertere tamen juvat constitutionem illam de iis, quæ in electione Romani Pontificis a Cardinalibus servanda fuerant, non diu post suspensam ab Adriano V. & Joanne XXI. dein a Cælestino V. innovatam rediisse; prout suis annis adnotabimus.

Græcos in hoc concilio ad communionem receptos nemo ignorat, idemque argumentum ab Annalista diligenter tractatur. Sed ab illo, sicut & ab aliis omnibus hoc usque ignoratum fuit, Logoretam, qui pro Imperatore legatus in concilio agebat, schisma quidem nomine ipsius Imperatoris ejurasse; sed per hoc mandatum ejus non ostendit; ut notavit Innocentius V. in institutione quam dedit nunciis suis ad eundem Imperatorem destinatis, quam publici juris fecit P. Martene in Collectione: Monum. tom. VII. *Council. General. Tom. XXIV.*

col. 354. Hinc de sinceritate Græci principis argumentum capias.

Præterea iis, quæ de rebus in hoc concilio tractatis apud Labbeum differuntur, addenda est Leodicensis episcopi abrogatio, de qua pariter mentio fit in actis. Sed ex Cornelio Zantfler, qui chronicon suum anno 1450. circiter absolvit, vulgatumque est in eadem Collectione a Martene tom. V. discimus Episcopum hunc fuisse in vitia omnia effraenem, qui cum propterea a Gregorio, adhuc tunc ejus archidiacono corripere, calcem illi impingere ausus fuit. Huic amoto statim a pontifice successor datur Joannes de Angia. Præter hunc, alterum etiam Episcopum, Rhodiensium nempe, depositum tradit Bernardus Thesaurarius; sed hujus causa ignoratur. Denique cæpta præcedenti anno de cessione Comitatus Venusini in favorem Sedis Apostolicæ tractatio in concilio peracta, & confirmata, ut in nota A. 1273. LI. scripsi.

Addere hic pariter juvat nomina Archiepiscoporum quorundam, sicut & Cardinalium omnium, qui concilio huic præfentes adfuerunt, legi in Charta confirmationis jurium. S. R. E. quæ sane confirmatio a F. Conrado Minorita Rodulphi legato exhibita, fuit Nicolao III. Papæ anno 1278. de quo in annalibus ibidem num. 47.

In eodem pariter concilio præceptum datum est omnibus verbi Dei præconibus, ut pro concione populum hortarentur ad inclinandum religiose caput, quoties in Ecclesiis *Jesu* nomen pronunciari audirent. Qua de re Gregorius hoc ipso anno 12. Kal. Octobris litteras dedit ad Fratrem Joannem de Valentia priorem provinciam ordinis Fratrum Prædicatorum, quas litteras exhibet Martene inter acta selecta capitulorum generalium ordinis Prædicatorum Anecd. tom. IV. col. 1776. Id executioni ut manderent, ordinis Prædicatorum Fratres in capitulo generali Mediolani anno 1278. statuerunt, ut *juxta constitutionem Domini Gregorii Papæ editam juxta concilium Lugdunense, quod quæcumque nomen Dogni Nostri Jesu Christi nominatur, omnes fratres inclinent capita sua propter reverentiam Crucifixi.*

Diu etiam multumque in eodem concilio adnisi sunt quidem, ut regularium monachorum privilegia vel tollerentur penitus, vel labeficerentur; at resistentes regulares, quorum gratia summa erat apud Pontificem, id evicerunt, quo nihil in eorum detrimentum innovaretur. Discere id licet ex statutis in capitulo generali Ord. Cisterciensis anni 1274. vulgatis a Martenio Anecd. tom. IV. ubi in constitutione XIV. edicitur vestigial quoddam a Monasteriis ejus Ordinis solvendum Abbati Cistercii ad faciendos sumptus erogatos *propter defensionem libertatum Ordinis quas libertates major pars Prælatorum ibidem (in concilio) existentium tota viribus impugnabat.* Id etiam constat ex literis Joannis Vercellensis Magistri generalis Ordinis Prædicatorum quæ subduntur statutis in capitulo anni 1274. ejusdem Ordinis apud Martene ibidem.

Denique Lugdunensibus patribus consultandum fuit de jungendo in unum quemdam communem ordinem omnes ordines militares. Sed cum multa, & varia jactarentur, rem tandem in statum relinquere visum fuit, cum Reges Hispaniæ numquam idem consilium admittui reputarentur *propter tres religiones.* (S. Jacobi.

ANNO
CHRISTI
1176.



CONCILIUM SALTZBURGENSE

PRO RECEPIENDIS LUGDUNENSIS SYNODI CONSTITUTIONIBUS

Aliisque de causis congregatum anno Domini MCCLXXIV.
 tempore Gregorii pape X.

TITULI CAPITULORUM.

1. De capitulis provincialibus abbatum ac aliorum praelatorum.
2. De revocationibus monachorum fugitivorum.
3. De prava consuetudine abbatum erga monachos.
4. De dignitatibus abbatum.
5. De correctionibus capitulorum provincialium.
6. De indulgentiis & remissionibus.
7. De pluribus beneficiis clericorum.
8. De residentia plebanorum.
9. De ordinatione clericorum.
10. De presentatione vicariorum.
11. De tonsura & veste clericorum.
12. De tabernis.
13. De sacerdote suspeso ab officio.
14. De captivitate monachorum vel clericorum.
15. De conversis vagabundis.
16. De vagis scholaribus.
17. De episcopis puerorum.
18. De sententiis excommunicationis a nobis traditis.
19. De veneratione patrum sive patronorum.
20. De confessione religiosorum.
21. De correctione religiosorum, aut aliorum monachorum.
22. De captivitate episcoporum seu monachorum.
23. Ne clerici sumant ecclesiastica beneficia de manibus laicorum.
24. De advocatis ecclesiarum.

P R E F A T I O.

^{* Fridericus.} AD honorem & gloriam sponsæ Christi, & fidei Christianæ. Nos Dei gratia F. sanctæ Saltzburgeris ecclesiæ archiepiscopus, apostolicæ sedis legatus, Leo, Petrus, Bruno, Wernhardus, & Joannes, Ratisponensis, Pataviensis, ^{* Pro, Brixienfis, Hard.} Brixienfis, Secowensis, & Chimensis ecclesiarum episcopi, in provinciali hoc sancto concilio congregati, de consilio venerabilium praelatorum Saltzburgeris provincie, qui præsentem interfuerunt concilio, absentium etiam fratrum tam episcoporum, quam aliorum præ-

latorum accedente consensu, diffiniendo præcipimus, ut episcopi, abbates, archidiaconi, & alii ecclesiarum praelati, statuta sacri generalis concilii celebrati proxime in Lugduno, in ecclesiis & subditis suis clericis & laicis, secundum quod eadem statuta istis & illis conveniunt, & quantum eos tangunt, sic solite & frequenter studeant publicare, ut ipsorum pronuntiantium & subditorum memoris & observantia imprimantur: Sed & constitutiones venerandæ memoriæ quondam domini Guidonis, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, in provincia Saltzburgeris apostolicæ sedis legati; quæ licet ecclesiarum utilitatem contineant, & salutem suadeant animarum, in difficultudinem transierunt, cum prædicti generalis concilii ordinationibus & statutis; nec non & his, quæ pro utilitate locorum & temporum in hoc provinciali concilio apponentur a nobis, ad notitiam subditorum taliter deducantur, ne quemquam totius provincie probabilis error ac ignorantia valeat excusare.

In concilio
Vienn. an.
1167.

C A P I T U L A.

1. De capitulis provincialibus abbatum, ac aliorum praelatorum.

CUM abbates ordinis sancti Benedicti Saltzburgeris provincie, capitula sua provincialia longis retro temporibus non curaverint celebrare, propter quod circa regulares observantias idem ordo non mediocriter est collapsus: nos eisdem abbatibus nostræ provincie firmiter & districte præcipiendo mandamus, ut provincialia capitulum suum infra festum Resurrectionis venturum proximo celebrent, juxta formam a sacris canonibus eis datam. In quo de moribus corrigendis, tam in seipsis

Exhibetur hæc synodus in MS. Casaræ inter Cod. jur. Canon. n. 217. a fol. 207. p. 2. cujus iniata interceptio sic habet: Hæc sunt statuta domini Friderici Archiepiscopi Saltzburgeris edita anno Domini MCCLXXIV. mense Novembri. Ad honorem & gloriam sponsæ Christi & fidei Christianæ. Nos Dei gratia Fridericus sanctæ Saltzburgeris ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ sedis Legatus etc. Capitula sunt XXVI. contra quæ in Collectionibus Labbei & Harduini. apud quos numerantur dicitur Capitula XXIV. propterea quod in MS. capitulum sequens in duo tribum est ab his verbis: Præterea cum prædicti Antecessores nostri aliorum Episcoporum etc. Rursum incipit caput XVI. & XVII. Interponitur inæxtrum caput, quod in editis non comparat, hoc exemplo: De eisdem: qui de vagis, & est plebanis, dabit LX. den. sicut & alii Clerici XXIV. den. infra quædam, alioquin post eandem sint suspensi ab officio donec solvant. Et existens non dant, toties incidant in penam. Hæc etiam extendi volumus ad Prælatos. Ad ceterum postremi capituli adjectur subscriptio iniata, quæ pariter in editis non videtur. Finit constitutionis Concilii Provincialis Saltzburgeris celebrati anno MCCLXXIV. II. Kal. Novembris, id est ultimo die mensis Octobris. Hæc constitutiones mensis deinde Novembris sunt in publicum editæ, ut supra, scriptum. Hantzius German. sacr. tom. 2. pag. 278.

ANNO
CHRISTI
1374

seipſis quam in ſuis ſubditis, tractent & ordinent diligenter: alioquin nos in proximo provinciali concilio ad reformationem prædicti ordinis, quantum de jure poſſumus, procedemus.

II. De revocatione monachorum fugitivorum.

Exnunc tamen eiſdem abbatibus præcipimus & mandamus, ut monachos fugitivos in ſæculo divagantes revocari procurant. Et quod in ſingulis monaſteriis carcer fiat, in quo incorrigibiles, ſeu alias delinquentes enormiter monachi, prout culpæ qualitas exigit, recludantur. Sed nec licitum ſit abbatibus, cum nec unquam licuerit, monachos ad ordinem ſtrictiorem tranſeuntes minime abſolvere ab obedientia, quæ monachorum oſſibus inſeparabiliter eſt affixa.

III. De pravâ conſuetudine abbatum erga monachos.

Illam & pravam abbatum conſuetudinem reprobamus, qua abbates pro exceſſibus levibus, & nonnunquam ſimulatis offenſis, paſſim & indifferenter de monaſteriis ad monaſteria monachos ſuos mittunt, cum delictum potius illic puniri & mori debeat, ubi committitur, & patrat, cum nec tales miſſi ad alia monaſteria peccata ſua luſcant, ſed vagentur potius diſſolute. Quod ſi neceſſitas exigit, ut monachus ad monaſterium aliud tranſmittatur: hoc abbati non liceat, niſi cauſa miſſionis & tempus reditus per loci epiſcopum ordinentur.

IV. De dignitatibus abbatum.

Sunt inſuper quidam abbates, qui indulgentiis & remiſſionibus faciendis, in mitris, annulis, ſedibus & deferendis, necnon in benedictione ſacrarum veſtium, & eccleſiaſticorum vaſorum, & ceteris quæ ordinem & officium eccleſiæ requirunt, ſibi pontificum poteſtates uſurpant. His diſtrictè præcipiendo mandamus, ut de cetero talia non attentent, aut in proximo provinciali concilio fidem nobis faciant privilegiorum, quibus ſibi talem vindicant poteſtatem.

V. De correctionibus capitulorum provincialium.

Hæc eadem in canonicis regularibus, quantum diverſitas religionum ſuſtinet, volumus obſervari: ſalva digni-

tate & privilegio Saltzburgenſis capituli, cujus ordinationem nos archiepiſcopus nobis ſpecialiter reſervamus. Ceterum in aliis quæ ad morum correctionem & obſervantias pertinent, regulares ſibi in provinciali capitulo ſic provideant, ne nos ipſis in hoc deficientibus providere cogamur: maxime in moderandis eorum electionibus, & quibusdam vanitatibus, quæ ad pompam labentis ſæculi pertinent, reſtrahendis in ipſis.

VI. De indulgentiis & remiſſionibus.

Ad hæc cum prædeceſſores noſtri bonæ memoriæ pontifices, diverſarum religionum fratribus, in confeſſionibus audiendis, remiſſionibus & indulgentiis largiendis, & aliis pluribus faciendis, quæ ad ſacerdotale & pontificale miniſterium pertinent, poteſtatem ſuam duxerint committendam, quarum religionum nonnullæ in proximo generali concilio ſunt ſublata, quorum & fratrum aliqui poteſtate ſibi

tradita ſunt abuſu: nos autoritate præſentis concilii, omnium autoritatem, poteſtatem, ſive licentiam, a nobis vel a noſtris prædeceſſoribus, cuiſcumque religioni, vel ordini aut fratribus ordinum quorumcumque traditam, in præmiſſis, aut aliquo præmiſſorum, revocamus in totum. Si quis autem ex vobis novam ſuper his commiſſionem decrevit facere: in hoc, illud quod ſaluti animarum expedit, & alieno juri non detrahat, arbitretur. Præterea cum prædicti noſtri antedeceſſores, clericorum epiſcoporum remiſſiones & indulgentias in diœceſibus ſuis datas diverſis locis, ordinibus, & perſonis, ratas habere conſueverint indiſtincte, ac per hoc formam modoſque correctionis debita, ſicut experimento didicimus, in locis pluribus enumerentur: præſentis ſynodi omnes & ſingulas ratiſhabitiones tam noſtras, quam prædeceſſorum noſtrorum, in huiusmodi indulgentiis manere volumus in ſuſpenſo, & ne quis eis utatur, ſub anathemate prohibemus, donec epiſcopus loci ordinarius plene diſcutiat, quas & in quibus locis ratas habere conveniat, aut quas magis expediat revocari: & hoc maxime in perſonis quaſtuariorum volumus obſervari, qui per huiusmodi indulgentias indiſcretas ad contemptum clavium & errorem longe plures præcipitant, quam erigant ad ſalutem. Hos & nullo modo recipi volumus, vel admitti, niſi cum diœceſani epiſcopi nuncio litteratorio deſtinato.

ANNO
CHRISTI
1374

* f. ſandali-
bus. Sic e-
nim in ſer-
ve locuti.
Vide pag.
62.

* forte emer-
ſerunt.
* forte ſy-
nodi autho-
ritate.

ANNO
CHRISTI
1174.

VII. De pluribus beneficiis clericorum.

Cum in provincia Saltzburgenſi diverſi clerici ſæculares, non ponentes terminum avaritiæ, nec ſalutem propriam prætententes, onerare ſe pluribus beneficiis eccleſiaſticis non formident: nos, qui aliorum indigentis & ſaluti occurrere cupimus, & eccleſiarum neceſſitatibus providere, autoritate præſentis concilii firmiter & diſtrictè præcipimus, ut ſinguli plura beneficia poſſidentes, aut recepto ultimo ſint contenti, aut in ipſo proximo provinciali concilio, ſeu episcopali ſynodo, quem terminum ipſis peremptorium assignamus, legitimis documentis edoceant, ſecum eſſe per eum, qui de jure hoc facere potuerit, diſpenſatum. Alioquin nos tam * formam canonum circa hoc traditam, quam ſtatutum bonæ memoriæ domini Guidonis cardinalis, quondam in provincia noſtra apoſtolice ſedis legati, providere curabimus beneficiis & perſonis.

* Forſi,
ſecundum
ſermonem. H.

VIII. De reſidentia plebanorum.

Ceterum cum per mercenarios temporales, quos eccleſiarum rectores & plebani in eccleſiis parochialibus inſtituunt & deſtituunt nonnunquam interpoſito turpi pacto, animarum ſalus & eccleſiarum utilitas damnabiliter negligantur: nos omnes & ſingulos clericos in Saltzburgenſi provincia curam animarum habentes, hujus autoritate concilii, ad perſonalem in beneficiis reſidentiam revocamus, terminum eis peremptorium feſtum purificationis beate Mariæ virginis venturum proximo assignantes: omnibus & ſingulis licentiis pro diſſimulanda eorum abſentia ipſis datis penitus revocatis; ſalva nobis autoritate dandi licentiam illis, quibus viſum fuerit expedire. Quod ſi præmiſſa contempſerint aut neglexerint adimplere, ex tunc ipſos a perceptione fructuum & adminiſtratione temporalium ſuſpendimus, volumus remanere ſuſpenſos. Quod ſi temere ſe ingeſſerint, privati ſint beneficiis ipſo jure: fructus autem per locorum archidiaconos in utilitatem illius eccleſiæ convertantur; ſalva vicarii ſufficienti & debita portione.

IX. De ordinatione clericorum.

Eiſdem inſuper eccleſiarum rectoribus præcipimus, ut ad ordinem, quem beneficii ſui cura requirit, ſe faciant

Aordinari infra tempus a canone inſtitutum. Alioquin quod de non reſidentibus eſt prædictum, circa fructus non percipiendos & privationem beneficii, intelligi volumus in eiſdem.

ANNO
CHRISTI
1174.

X. De præſentatione vicariorum.

In beneficiis vero, quibus licet per vicarios deſervire, volumus ſic ſervari, ut viri idonei loci episcopo præſententur, qui per ſe, vel per alios, ipſos in huiusmodi vicariis perpetuet, & ſufficientem ſuis neceſſitatibus de eccleſiarum redditibus eis conſtituat portionem: alioquin ſinguli episcopi per ſuas diœceſes elapſo trimestri tempore providere curabunt.

XI. De tonsura & veſte clericorum.

Edicto perpetuo prohibemus, ne clerici comam nutriant: maxime ſacerdotes, qui taliter tondeantur, ut pateant eis aures. Ceteri inferioris ordinis clerici, in tonsura non multum diſcrepent ab eiſdem, coronam & deſuper congruentem habeant. Veſtes non deſerant niſi clauſas, quas omnimodo prohibemus a latere aperiri. Argentatis aut quocumque metallo ordinatis * cingulis, fibulis, modulis, in manicis & capitulis, non utantur: ſed nec procedant in publicum * circumcincti veſte ſuprema. In pileis ſuffurraturas non habeant, niſi forte de nigro cenlato, vel panno, aut nigra pelle * aguna. Caudata pilea diſtrictiſſime prohibemus.

* Carr. ornatis.

* forte niſi circumcincti.

* forte agnina.

XII. De tabernis.

Clericus non viator in ſacris ordinibus conſtitutus, aut monachus, vel canonicus regularis, ſi tabernam intraverit ſine cauſa evidenti rationabili & honeſta, ibique bibens aut comedens, aut in vicino loco ſervienti tabernæ, vel alias publico, aliquantulam moram traxerit: ab officio ſit ſuſpenſus, donec unum diem in pane & aqua jejunet; ſi ibidem luſerit ad aleas vel taxillos, ab officio ſit ſuſpenſus, donec duos dies in pane & aqua jejunet. Sed * in his tertio deprehenuſus conſuetudinem non amittat, aut ſi ſuſpenſus ingeſſerit ſe Divinis: per ſententiam episcopi privetur beneficio, ſi quod habet; ſi non habet, pro episcopi arbitrio puniatur.

* Add. 8

XIII. De ſacerdote ſuſpenſo ab officio.

Sacerdos, qui excommunicatione auctoſſicii ſuſpenſione ligatus, animo indurato

ANNO
CHRISTI
1174.

rato præsumperit profanare Divina, An episcopali carceri mancipetur, utque ad expiationem tanti criminis puniendus: & hoc idem in clerico, seu religioso, in furto vel alias in enormi crimine deprehento, volumus obſervari.

XIV. De captivitate monachorum vel clericorum.

Qui clericum vel monachum pro excessibus suis prælati suo rationabiliter captivatum præsumperit fracto carcere liberare, ipſo facto ſententia excommunicationis, quam exnunc in ipſum proferimus, ſit ligatus: & ſi poſſibile fuerit, qui non liberandum liberat, pœnam patiat, & carcerem, & in locum ſubeat injuſte liberati.

XV. De converſis vagabundis.

Nullus deinceps prælatus, nullus plebanus, nullus alius, cujuſcumque ordinis vel religionis exiſtat, maſculum aut ſæminam tonſurare, aut benedicere ſibi veſtes præſumat, niſi certam de approbatiſ profiteatur regulam, & ſe deſtinet certo loco. Eos vero vel eas, qui vel quæ contrarium fecerint, a locorum rectoribus vel plebanis per cenſuram eccleſiaſticam, monitione præmiſſa, compelli præcipimus; aut certæ religioni ſe conferant, aut religionis veſtem, quæ vagandi eis præſtat materiam & opportunitatem accomodat delinquendi, abjiciant; ne irregularem vitam religioſa veſtis obumbrer. Hoc ſtatutum tantum extendi volumus in futurum.

XVI. De vagis ſcholaribus.

Sub vagorum ſcholarium nomine quidam per Saltaburgentem provinciam diſcurrentes, monaſteriis & eccleſiis ſe exhibent adeo oneroſos, quod per eorum importunitatis audaciam nonnunquam clerici illud eis erogare coguntur, de quo ſuit neceſſitatibus pauperum providendum: denegantibus ſibi ſuffragia, per quæ occaſionem nutriunt malæ vitæ, calumnias inferunt: confeſſionibus ſibi quod poſtulant, vituperium exiſtant: reverentiæ clericali utique multum detrahitur, dum blaſphemia hujusmodi ſe perſonas eccleſiaſticas profitentur. Ut autem viri hujusmodi per ſubtractionem noſtri & nobis ſubditorum ſuffragii reſpiſcere compellantur: authoritate ſacri concilii prohibemus, ne quis prælatorum, plebanorum, aut vicariorum, ſeu quæcumque perſo-

na eccleſiaſtica, poſt ſpatium duorum menſium, infra quem terminum de ordinata ſibi vita provideant, ipſis aliquid beneficii, vel juvaminis erogare præſumat. Qui contrarium fecerit, tamdiu ab ingreſſu eccleſiæ ſit ſuſpenſus, donec in ſubſidium terræ ſanctæ, uſualis monetæ conferat unam libram. Hanc tamen conſtitutionem extendi volumus ad pauperes advenas, & pro neceſſitatibus ſuis publice mendicantes.

XVII. De episcopis puerorum.

Ad hæc quidam ludi noxii, quos vulgaris elocutio Eptus puor. appellat, in quibusdam eccleſiis exercentes adeo intoleranter, quod nonnunquam enormes culpæ & damna gravia ſubſequantur. Ex ipſis hos ludos in eccleſiis & a perſonis eccleſiaſticis de cetero fieri prohibemus, niſi forte parvi ſexdecim annorum & infra fuerint, qui hujusmodi ludos exercent, quibus alii ſeniores ipſis nullatenus ſe miſceant, aut interſint.

XVIII. De ſententiis excommunicationis a nobis traditis.

Sententias excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interditi, quas unus ex nobis juſte protulerit, ceteri per civitates ſuas publicabunt, & a ſuis facient ſubditis uſque ad ſatiſfactionem condignam inviolabiliter obſervari: ſic ut ad puniendum ſcelera perverſorum celeritate communi nobis indicem ſuſcuramus.

XIX. De veneratione patrum ſive patronorum.

Patres noſtros venerabiles & patronos venerabiliter honorandos B. S. Rupertum, Virgilium, & Auguſtinum, honoribus debitis, noſtræ humilitatis obſequiis venerantes, dies feſtorum ſuorum celebres eſſe volumus, & ſub pœna excommunicationis præcipimus in eiſdem diebus ab omni ſervili opere abſtineri.

XX. De confeſſione religioſorum.

Nulli religioſo liceat extra ſuam profeſſionem, vel ordinem ſibi eligere confeſſorem, niſi de prælati ſui licentia ſpeciali.

ANNO
CHRISTI
1174.* Foris, no-
luntus. H.* Lege epi-
ſcopatus
puerorum.
f. exer-
centur.* Corr. ut
corre.

D

E

ANNO
CHRISTI
1174.

XXI. De correctione religiosorum, aut aliorum monachorum.

Si adversus correctionem superioris sui monachus aut religiosus quicumque, secularis personae adiutorium aut potentiam duxerit invocandam, si huiusmodi invocatione usus fuerit, carcerali custodia tanto tempore concludatur, donec praesumptionem huiusmodi pro superioris arbitrio poena sufficiens recompenset. Et ut aliis talia praesumendi poenae duritia sit terrori, praesumptionem huiusmodi nullo unquam tempore, in eadem ecclesia seu monasterio, cuiuscumque dignitatis, vel administrationis officium consequatur. Alias etiam pro superioris arbitrio legitime puniendus.

XXII. De captivitate episcoporum seu monachorum.

Statutum venerandae memoriae domini Guidonis, quondam tituli sancti Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis, quondam in nostra provincia apostolicae sedis legati, quo salubriter est provisum, ut in diocesi, in qua contingit praesulum aliquem aut canonicum cathedralis ecclesiae captivari, cesset generaliter a Divinis, pro necessitate corporis, ad nos archiepiscopum & episcopos extendentes, praesenti constitutum edicto, ut si (quod absit) archiepiscopum vel episcopum ex nobis captivari contingat, aut ecclesiam nostras, vel alterius nostrum sic hostiliter & injuriose invadi, ut de subversione status ipsius probabiliter timeatur, extunc per totam provinciam Saltzburgensem cesset generaliter a Divinis, postquam de captivitate aut persecutione huiusmodi per provinciam innocuerit manifeste. Personis tamen illustribus decoratis principum dignitate, pro ipsorum reverentia deferentes, praesens edictum ad eos & terras eorum extendi nolumus: nisi prius admoniti cessare contempserint ab offensis huiusmodi, nec emendare voluerint infra unius mensis spatium quod fecerunt.

XXIII. Ne clerici sumant ecclesiastica beneficia de manibus laicorum.

Adversus praesumptionem damnabilem clericorum, praesulas aut parochiales ecclesias temeritate propria occupantium, aut recipientium de manibus laicorum, antequam per diocesana loci, vel superiorem ejus, si ipse

facere, quod tenetur, neglexerit, fuerit investitus, auctoritate praesentis concilii, jure, si quod habet in beneficio eodem, sit ipso jure privatus; & nihilo minus ipso facto sententiam excommunicationis incurrat: in qua si per annum persisterit contumaciter animo indurato, ab omni ecclesiastico beneficio removeatur, tanquam inhabilis & indignus, nunquam de cetero ad aliquod aliud beneficium admittendus. Hinc & constitutionem incidere volumus, qui jam in praemissis delinquere praesumerunt.

XXIV. De advocatis ecclesiarum.

Praesentis auctoritate concilii, ecclesiarum advocatos, qui ecclesias onerant ultra consuetam & debitam servitutum, ac per hoc ecclesiarum libertates violant, & infringunt, publice commoneamus, ut ab indebitis vexationibus ecclesiarum & bonis ipsarum abstineant, & juris debitis sint contenti: alioquin adversus eorum injuriam mediante justitia refragandum, ad concessa nobis juris beneficia recurremus.

NOTA SEV. BINII.

Henricus Canilius, qui primus hanc cum aliis quibusdam synodus a tenebris eruit, initio hujus ad lectorem ita praefatur: *Admodum reverendus & clarissimus dominus, dominus Georgius Lanterius ad diva Virginis Monachii praepositus, etc. pro ea, qua praeditus est, recondita eruditione omnique antiquitatis scientia, eruit e tenebris manuscriptorum codicum haec concilia digna luce. Illi ergo, amice lector, in pariter mecum acceptum refer, & gratias habe, quod habes haec, qua, scio, veneraberis, videbique quasi praesens, faciem aliquam Germanicae ecclesiae illorum temporum. Nomen archiepiscopi Saltzburgenis non exprimitur in primo concilio, sed littera F. imatur. Ego audacter Fridericum interpretor; qui, teste Eberhardo Altabensi, obiit anno 1174. De tempore concilii Saltzburgenis, quod apographum nostrum refert ad annum 1174, non contemnenda difficultas oboritur. Nam, testibus Eberhardo Altabensi & Sierone, celebratum est generale concilium eodem anno 1174. apud Lugdunum, cujus statuta ut servantur praecipit hoc nostrum Saltzburgense concilium in initio. Necessario ergo est vel eodem anno Lugdunense & Saltzburgense concilia celebrata, vel in numero mendum esse. Accedit quod, Henricus Sero editione Francofordiensi haec habuit: Anno 1174. a Friderico Saltzburgeni archiepiscopo apud Saltzburgam concilium celebratur. Quae verba numerata omnia dat etiam noster Eberhardus Altabensis in cujus editione recentissimas, propter frequentiam & antea, numerum anni 1184. licet manuscriptorum codex Eberhardi habeat (ut notavimus ibi in margine) annum 1186. sine dubio vitiosum, cum Fridericus Saltzburgenis archiepiscopus obiit anno 1181. An vero id ipsum nostrum sit concilium Saltzburgense, cui adscriptus 1174. annus, omnino diserte, nescio sed non puto. Bonum vero factum censui, lectorem admoneri. Quare autem potius duo diversa haec provincialia concilia fuisse putem, unum anno 1174. alterum 1186, celebratum, movent me verba hujus concilii haec: Alioquin non in proximo provinciali concilio ad reformationem praedicti ordinis: quantum de jure possumus, procedamus. Ubi videtur in hoc concilio promitti quasi proximam aliam. Et paulo post ibidem: In primo provinciali concilio, idem nobis faciant privilegiorum. Et iterum: In ipso proximo provinciali concilio, seu episcopali synodo (quem terminum ipsa peremptorium assignamus) legitimis documentis edocentur. Immo singulis annis tam synodus provincialis agebatur, quod colligitur ex Viennensi concilii verbis: Singulis annis in synodo illi, qui clericos capiunt, &c. excommunicati denunciantur. Immo, anno quarto Pippini regis, in concilio apud palatium Ferni statutum canone quarto, ut bis in anno synodus celebraretur. Haec Canilius.*

ANNO
CHRISTI
1174.

locus corruptus.

Corr. juribus.

* f. temporis.

* Quod mihi probabile, si singulis annis celebrata concilia, qui mos et canonibus probus & notus.

P.R.E.

ANNO
CHRISTI
1174.

PRÆMONITIO IN SEQUENTES CANONES.

Paranti mihi hanc Conciliorum collectionem obviam se fecit hæc Concilii Provincialis sub Friderico Saltzburgenſi Archiepiſcopo canonum Series, quam dum confero cum utroque provinciali ſub eodem Archiepiſcopo celebrato altero anno 1174. alio vero anno 1181. reperi in nonnullis quidem Concilio anni 1174. iſdem verbis congruere; in aliis vero cum neutro convenire. Porro chartam hæc ex veteri codice deſcriptam miſi olim ad me Ver. Cl. Joſephus Reſchius Bibliothecarius ac profeſſor Britiſenſis, nec dubito quin rei obſcuræ lucem ipſe aſſuſurus ſit in altero volumine annalium ſacrorum Sabonenſium, cujus Opprii volumine primum jam ad manus meæ ejus munere pervenit.

Ex Concilio D. Friderici Saltzburgenſis Archiepiſcopi & ſuorum Suffraganeorum.

EA can. 11.
Salt. 11.
1174.

Clericus non viator in ſacris ordinibus conſtitutus, aut Monachus, vel Canonicus regularis ſi tabernam intraverit ſine cauſa evidenti & rationali & honeſta, ibique bibere aut comedere, aut in vicino loco ſervienti tabernæ vel alias publico aliquantulum moram trahat, ab officio ſit ſuſpenſus, donec unum diem in pane & aqua jejunet; ſi in his tertio deprehenſus conſuetudinem non amittit, aut ſi ſuſpenſus inceſſerit ſe divinis præſentiam epifcopi priverit beneficio, ſi quod habet; ſi non habet, pro epifcopi arbitrio puniatur.

Sacerdos, qui excommunicatione aut officii ſuſpenſione ligatus animo indurato præſumpſerit prophanare divina, epifcopali carceri mancipetur uſque ad expiationem tanti criminis puniendus. Et hoc eidem in Clerico ſeu Religioſo furto ſeu alias in enormi crimine deprehenſo volumus obſervari.

Volumus ut nemo utatur in miſſa vino acetoſo.

Item Clericos concubinas in domibus vel parochiis publice habentes, ſi eas infra unius menſis ſpatio a publicatione præſentis concilii a ſe non removerint, omnino ab officio & beneficio, ſi quod habent, extunc & extunc ſuſpenſos & privatos eſſe volumus ipſo factò.

EA can. 16.
can.

Item ſtatuiſmus, ut nullus vaſis ſcolaribus aliquid beneficii vel levaminis erogare præſumat; qui contrarium fecerit tamdiu ab ingreſſu Eccleſiæ ſit ſuſpenſus, donec ad ſubſidium terræ ſanctæ uſualis monete conſerat unam libram. Hanc tamen conſtitutionem extendi volumus ad pauperes advenas & pro neceſſitatibus ſuis publice mendicantes.

Item ſtatuiſmus, ut nullus alienum clericum recipere præſumat ad aliquod miniſterium Eccleſiaſticum, niſi per Epifcopum, vel ejus Archiepiſbyterum, vel Archidiaconum examinatus fuerit vel etiam approbatus; quia non poſſet alias ſolvere vel ligare.

Item ſtatuiſmus, ut ſupplantatores conſidii damna reſarciant ſupplantata, & manſionem male obteſtam admittant.

Item clericos in ſacris conſtitutos ludum globorum cum laicis vitare præcipimus, cum diſſolutionis veterundæ materiæ præſtendat. Qui

A vero ter monitus a ſuo ſuperiore non reſipuerit, ſuſpenſum eſſe volumus ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſua manſione nihilominus ſit privatus.

Item nullus præſumat abſolvere vel admittere ad communionem illos, qui violentas manus noſcuntur injeſſiſſe in clericum vel in perſonam religioſam, & rerum Eccleſiaſticarum violentos raptores & detentores & Clericos uſurarios & fœneratores, qui excommunicati ſunt ipſo factò, nullus abſolvere præſumat, ſed ad ſuperiores, quorum intereſt, tales abſolvendi deſtinentur.

Item Clericus habens beneficium competens, vicarius alterius non exiſtat. Item ſtatuiſmus, ut quilibet Parochialis Eccleſia, quæ ad hoc ſufficit, duos habeat ſacerdotes, quod per archidiaconum volumus procurari. Item peregrinos clericos ſine literis commendatiſſis & ſugitivis & apoſtatas nullus recipiat.

Item præcipimus, ut veri paſtores non reſidentes in ſuis Eccleſiis, repræſentent vicarios infra duos menſes in Eccleſiis perpetuandos, alias nos auctoritate Saltzburgenſis Concilii exequemur.

Item ſtatuiſmus, ut quilibet archiepiſbyter vel archidiaconus ruralem habeat ſub ſe decanum; ipſe tamen per ſe ſingulis annis viſitet ſuos ſubditos, videlicet clericos, exceſſus eorum & defectus Eccleſiarum, ſi modum, vel vires ejus excedunt; ad aures noſtras in noſtra ſynodo deferendo generalem viſitationem ſeu, inquisitionem laicorum & Eccleſiarum de tertio in tertio in tertium habeat, prout commodius & melius poſſunt exercere, penitus non omitant.

Item vaſa & utenſilia, ſcilicet corporalia, calices & cetera munda ſunt. Res vero eccleſiaſticas, dotes, decimas, martos, curias & areas, ſeu quaſcumque alias poſſeſſiones alienari quocumque titulo diſtrictius inhibemus. Contrarium faciens ab adminiſtratione temporalium & ſpirituallium noverit ſe ſuſpenſum.

Item ſtatuiſmus, ut quilibet ſacerdos ad minus ſemel in anno ſuo Archiepiſbytero vel Archidiacono, ceſſante legitimo impedimento omnia ſua peccata ſaltem ſemel in anno confeſatur, alioquin ultra diem Palmarum quilibet contemptor ab ingreſſu Eccleſiæ noverit ſe eſſe ſuſpenſum.

Item præcipimus, ut nullum matrimonium contrahatur, niſi in facie Eccleſiæ, & ante bina vel trina denuntiatio publice præmittatur.

Item præcipimus, ut archiepiſbyteri, Plebani & Vicarii pro peccatis poenam aliquam pecuniariam non infligant, ſed poenitentiam ſalutarem jejuniorum, orationum, ſeu elemoſynarum, non quæ ſua ſunt, ſeu quæ ſunt Jeſu Chriſti.

Item ſtatuiſmus, ut ſi quando laici bona decedentium Clericorum per vim rapuerint, ubi ſpolium tollitur, & ubi ſpolium ponitur, utrobique ceſſetur a divinis.

Item ſtatuiſmus, ut hæc noſtra in ſingulis capitulis reciteatur, & firmiter obſerventur.

CONCILIUM ARELATENSE

A Bertrando de sancto Martino, Arelatensi archiepiscopo, cum suffraganeis celebratum circa annum Dom. MCCLXXV.

Ex Cofartii
Appendice
Tom. XL.

Ex MS. cod. eminentiff. Card. Cbifi.

TITULI CAPITULORUM.

1. 2. 3. 4. *Defiderantur. Quarti super sunt ultima voces.*
5. *Ut censura lata ab uno, ab aliis observentur.*
6. *Ut fiat inventarium de bonis ecclesiarum & hospitalium.*
7. *Ne calices & alia vendantur, aut pignorentur.*
8. *Ut testamenta fiant coram parochiali presbytero.*
9. *Ut parochiales presbyteri diligentissimi sint circa legata pia.*
10. *Ut nemo sollicitetur ad eligendam sepulturam extra ecclesiam parochialem: & no testatoris voluntas impediatur.*
11. *Ut in pradiis iura canonica observentur.*
12. *De casibus episcopo vel papa reservatis.*
13. *Item de casibus episcopo reservatis.*
14. *Ut clerici beneficiati, vel in sacris constituti, bladum vel vinum non emant causa revendendi.*
15. *Ut idem in vendendis vidualibus usura, vel dote non utantur.*
16. *Ut sint in ecclesiis calices argentei.*
17. *Ut ecclesie rurales, & domus, que ad eas pertinent, reficiantur.*
18. *Ut usurarii & adulteri denuncientur excommunicati.*
19. *Ut nomina eorum, qui in Quadragesima confessi non fuerint proprio sacerdoti, vel religiosi, qui id proprio sacerdoti testentur, deferantur ad episcopum.*
20. *De defuncto, de cuius confessione intra annum facta non constat.*
21. *De confessionibus infirmantium.*
22. *Ut presbyteri ecclesias suas non dimittant.*

CAPITULA.

- I. II. III. IV. *Defiderantur, Quarti super sunt ultima voces.*

.....: latenter excepta super civitatem Arelatensem & aliis locis, in quibus episcopus præsens crit.

- V. *Ut censura lata ab uno, ab aliis observentur.*

Item quod sententias excommunicationis vel interdicti latas ab uno, alii denunciari & observari faciant, cum a proferente super huiusmodi fuerint requisiti. Addentes, quod prædictæ sententia excommunicationis & interdicti, non nisi ex iustis causis, & cum maturitate & solemnitate debita, proferantur.

- VI. *Ut fiat inventarium de bonis ecclesiarum & hospitalium.*

Item statuimus, quod priores & rectores ecclesiarum, & hospitalium pauperum, & omnes alii beneficia ecclesiastica obtinentes, faciant inventarium de omnibus bonis immobilibus & mobilibus, in principio sui regiminis infra mensem: & idem faciant institui post primam synodum infra mensem.

- VII. *Ne calices & alia vendantur aut pignorentur.*

Item statuimus, quod calices, libri, & alia ornamenta ecclesiarum, non vendantur, nec pignori supponantur, sine diocesani licentia speciali: & frequenter hoc statutum in ecclesia publicetur, quod tam vendens, quam emens, tam supponens pignori, quam recipiens, ipso facto excommunicationis sententia subiacebunt.

- VIII. *Ut testamenta fiant coram parochiali presbytero.*

Item statuendo volumus & præcipimus, ut testamentum & ultima voluntas, in præsentia semper catholicorum virorum, & parochialis sacerdotis, vel alterius personæ ecclesiasticæ de voluntate ipsius parochialis presbyteri, vel locum ejus tenentis, condatur, seu ordinetur: præsertim ut idem sacerdos vel locum ejus tenens, valeant de ipso testatore laudabile testimonium perhibere, & ne de ipso aliqua infidelitatis suspicio habeatur, & maxime ut ea, quæ in piis causis relinquet, fidelius & citius persolvantur. Quod si testator vocare, ut diximus, sacerdotem parochialem contempserit, careat ecclesiastica sepultura, donec de huius mandati contemptu, quod eo ipso præsumitur nisi eum vocaverit cum effectu, ecclesiarum satisfactum fuerit competenter. Notarius vero, qui absque solemnitate superius expressa notare, vel scribere præsumpserit testamenta & ultimas voluntates, quo usque ad cognitionem diocesani satisfecerit, ingressum ecclesiarum sibi noverit interdictum.

ANNO
CHRISTI
CIRCITER
1275.

*IX. Ut parochiales presbyteri diligentissimi
sint circa legata pia*

*XII. De casibus episcopo, vel papa reser-
vatis.*

ANNO
CHRISTI
CIRCITER
1275.

Citatur ac
describitur
hic canon in
regis in Con-
cilio Insula-
no anni 1275.
can. 8. Herd.

* Aliquid
hic deest cu-
jus ultima
syllaba so-
cero enim
legendum
solicitos et
se precip. &
mr.

Verum quia parochiales presbyteri, circa solutionem eorum, quæ ad pias causas a decedentibus relinquuntur, negligentes existunt, præcipue ex quo in his, quæ ipsis proveniunt, eisdem fuerit satisfactum: statuimus, ut omnia legata ad pias causas ab ipsis testatoribus derelicta, omnes parochiales sacerdotes in scriptis penes se retinere procurent, ut sciant quid, a quo & quibus licitos esse præcipimus & intentos: statuentes, ut post obitum testatoris, infra quindecim dies, hæres ab ipso parochiali presbytero requisitus, ipsius testamenti seu voluntatis ultimæ eidem sacerdoti dare transcriptum seu translatum, quo ad pias causas, & piis usibus deputata, expensis legatariorum teneatur, ad quod ab eodem presbytero per censuras ecclesiasticas compelli valeat ipse hæres: Insuper statuentes, ut legantur publice tunc, proxima die Dominica vel festiva, legata suprascripta; ut quid cui legatum fuerit, vel relictum, minime ignoretur: adjicientes, ut sacerdos qui hoc legerit, pro persona, quæ legatum, seu relictum hujusmodi fecerit, Dominum deprecetur, & ad rogandum pro ipsa persona subditos suos sive parochianos moneat, & inducat ut saltem orationem Dominicam dicant.

*X. Ut nemo sollicitetur ad eligendam sepul-
turam contra ecclesiam parochialem: & ne
testatoris voluntas impediatur.*

Item excommunicentur omnes illi, qui sollicitant, monent, inducunt, aliquo modo, aliquam vel aliquem, per se, vel per alium, ut dimissa sua ecclesia parochiali vel matrice, ad aliam se transferant, sepulturam ibi ecclesiasticam eligendo. Adjicientes, ne quis clericus seu alia persona, testatoris voluntatem seu ordinationem impediatur, vel ad impediendum, per se, vel per alium præstet consilium, auxilium, vel favorem, in præjudicium alicujus ecclesie, vel ecclesiasticæ personæ. Et si quis contra fecerit, ipso facto excommunicationis sententia sit ligatus, donec a suo diocesano absolutionis beneficium meruerit obtinere.

XI. Ut in prædictis jura observentur.

Item volumus & mandamus, quod in dictis exigendis jura canonica observentur.

Concil. General. Tom. XXIV.

Item statuimus, quod si quis confitebitur se credere pravitatem hæreticam: item si quocumque modo commiserit simoniam: item clerici excommunicati majori excommunicatione, vel interdicti aut suspensi, si ante absolutionem divina officia celebrarent, scilicet missam cantando, evangelium, epistolam, vel alias horas canonicas dicendo, & faciendo principaliter officium suum in ecclesia: item clerici per saltum promoti, aliquo ordine prætermisso: item clerici, qui ab aliquo episcopo se fecerunt ordinari, episcopi sui licentia non obtenta: item incendiarii: item illi, qui tractaverunt in malos usus Eucharistiam sive chrisma: item illi, qui suos filios occiderunt: item illi, qui facto, verbo, consensu, vel aliquo modo, homicidium perpetrarunt: item sacrilegi & violatores ecclesiarum: item illi, qui luxuriam expleverunt cum matre, vel sorore, vel cum alia consanguinea sua, vel uxore fratris, vel cum sanctimoniali consecrata, vel qui violenter virginem defloraverunt: item illi, qui in ecclesiis luxuriam commiserunt: item illi qui cum Judæa vel Saracena vel bruto animali coire ausu temerario, vel alias contra naturam, præsumperunt: item mulier, quæ de adulterio recepit infantem, quem maritus ejus credit esse suum, propter quem legitimi liberi fraudantur hæreditate paterna: item qui mulieribus aliquid fecerunt, propter quod fecerunt abortivum, vel non concipiunt; mulier contra si hoc fecerit, vel sibi procuraverit fieri: transmittantur absolvendi per ipsos episcopos, si id eis de jure competit; alioquin, cum eorum litteris, ad sedem apostolicam transmittantur.

XIII. De casibus episcopo reservatis.

Item, illi qui contra aliquos falsum tulerunt testimonium in aliquibus causis: item qui contractis sponsalibus cum aliquibus præstito juramento, & non dissolutis, postmodum contrahunt cum aliis sponsalia, vel matrimonium, contra juramentum prius præstitum temere veniendo. Item illi, qui excommunicati, vel nominatim interdicti, a quocumque iudice, ingerunt se Divinis in ecclesia ante absolutionem, invito proprio sacerdote, nec ad monitionem sacerdotis volunt exire de ecclesia, Divinum officium perturbantes. Item cle-

ANNO
CHRISTI
1275.ANNO
CHRISTI
1275.

rici, qui scienter celebraverunt in ecclesia interdicta. Item illi qui in cœmeterio ecclesiastico, interdicto supposito, præsumunt scienter excommunicatorum corpora sepelire. Item, si aliqui abstulerunt, subtraxerunt, aut fore fecerunt, vel qualitercumque illicite acquisierunt, rapuerunt, seu decimam retinuerunt: nisi sciatur, quibus personis certis vel locis prædicta de jure fuerint emendanda. Item de his, qui in testamento seu ultimis voluntatibus, pro forefactis incertis reliquuntur, emendandis, vel etiam dividendis. Statuimus omnes casus supradictos, ad episcoporum audientiam, ab omnibus confessiones audientibus, specialiter reservandos: inhibentes, quod illi, qui confessiones audiunt, se intrmittere non debeant de absolutionibus peccatorum, nisi personæ quæ in aliquos prædictorum casuum incidere, fuerint adeo senes vel valetudinariæ, quod ad episcopos, vel eorum pœnitentiarios, venire non possint; vel nisi fuerint in mortis articulo constitutæ. Et tunc eis nihilominus injurgantur, quod si recuperaverint sanitatem, pro prædictis se debeant episcoporum aspectibus præsentare.

XIV. Ut clerici beneficiati, vel in sacris consiliis, bladum vel vinum non emant causa revendendi.

Item statuimus quod nullus clericus beneficiatus, nullus in sacris ordinibus constitutus, per se vel per alium emat bladum vel vinum causa revendendi, vel negotiandi, vel huic statuto fraudem aliquam adhibeat. Quod si contra fecerit, incurrat excommunicationis sententiam ipso facto: de qua sententia, nisi per diœcesanum possit oblationis beneficium obtinere: & tunc puniatur in amissione bladi vel vini, seu pretii convertendi in fabricam ecclesiæ parochialis: salva etiam pœna alia majori, si diœcesano videbitur imponenda juxta ipsius contrafacti qualitatem.

XV. Ut iidem in vendendis victualibus usura vel dolo non utantur.

Item ordinamus & statuimus, ut nullus clericus beneficiatus, nullus in sacris ordinibus constitutus, vendat bladum, vel vinum, seu alia victualia, sub ea forma quod contractus usurarii verisimiliter præsumantur, nec fraudem aliquam per se vel per alium circa præmissa adhibeat. Quod si fecerint, in pœnam amittat rem venditam, seu pretium, convertendum in fabricam seu

ornamentum ecclesiæ parochialis, juxta majorem necessitatem & utilitatem ecclesiæ antedictæ.

XVI. Ut sint in ecclesiis calices argentei.

Item statuimus, quod in omnibus ecclesiis, quarum redditus & proventus annuatim attingunt summam xv. lib. Turon. expensis dumtaxat, quæ fiunt in colligendo & reponendo deductis, fiant calices argentei ab ipsarum rectoribus infra annum.

XVII. Ut ecclesia rurales, & domus, quæ ad eas pertinent, reficiantur.

Item statuimus etiam, ut episcopi Arelatensis provincie, rectores ecclesiarum vel alii, qui ad hoc de consuetudine tenentur, compellantur ad reficiendas ecclesias rurales, & alias domos quaslibet, & alias officinas eisdem ecclesiis necessarias, & servitoribus eandem, prout ipsis qui hoc tenentur facere propriæ suppetunt facultates.

XVIII. Ut usurarii & adulteri denuncientur excommunicati.

Item statuimus, quod usurarii publici, & adulteri, publice denuncientur excommunicati diebus Dominicis & festivis.

XIX. Ut nomina eorum, qui non fuerint confessi proprio sacerdoti, vel religiosi qui hoc proprio sacerdoti referant, deferantur ad episcopum.

Item statuimus, quod omnes sacerdotes curam animarum habentes, de bonis ipsarum ecclesiarum emant chartularia, in quibus quolibet anno, saltem in Quadragesima, conscribant nomina parochianorum, qui ad pœnitentiam venerunt, & dicta chartularia teneant & custodiant diligenter, ipsa, quando ab ecclesia recesserint, penes ecclesiam dimittentes. Nomina autem illorum, qui in Quadragesima non fuerint ad confessionem faciendam proprio sacerdoti, vel alii de licentia ipsius, in synodo post Pascha, per proprios sacerdotes in scriptis ad diœcesanum episcopum deferantur. Et si contigerit, quod religiosi, aut alii confessiones audiant, præsertim in Quadragesima, de parochia alicujus: nomina sibi contentium, infra octavam Paschæ, in scriptis tradant proprio sacerdoti, ut se parochialis sacerdos certitudinem habeat de confessionibus subditorum, ad fraudu-

ANNO CHRISTI CIRCITER 1275. dulentias quorundam parochianorum ver-
sutas evitandas, & animarum pericula
evitanda.

ANNO CHRISTI CIRCITER 1275. ARIA, audiantur: quam licentiam dari
volumus & precipimus ab eisdem li-
beraliter & libenter, cum fuerint re-
quisiti.

XX. De mortuo, de cujus confessione infra
annum facta non constat.

XXII. Ut presbyteri ecclesias suas non
dimittant.

Adjicimus etiam huic statuto, quod
si parochianum alicujus mori contingat,
de cujus confessione facta infra annum
non constat proprio sacerdoti, non tra-
datur ecclesiasticæ sepulturæ absque dio-
cesani episcopi licentia speciali.

Statuimus etiam, ut prædicti paro-
chiales presbyteri, ecclesias quarum cu-
ram habent, usque ad synodum post
festum B. Lucæ, non dimittant, nec
ad alias se transferant, nec curam des-
erant animarum, donec de cura sibi
commissa coram prælato suo reddiderint
rationem.

XXI. De infrmantium confessionibus.

Adum Arelat. in ecclesia B. Trophimi, ibi
generali concilio congregato.

Et quoniam parochialibus presbyte-
ris curam animarum habentibus specia-
liter & præcipue cura commissa est ani-
marum: statuimus inhibentes, quod in-
firmantium confessiones, non nisi per
iplos parochiales presbyteros, si haberi
potuerint, vel per alios presbyteros sa-
culares vel religiosos, de ipsorum licen-

G. COSS. OBSERVATIO.

Concilium Insulanum anno MCCLXXXVIII. ab eisdem
provinciæ præsulibus celebratum, c. 8. refert hujus concilii
canonem, qui novum vocat, eumque totum describit. Ab-
sque hoc esset, quis eorum fuerit numerus, & a quo ar-
chiepiscopo celebratum concilium ignoraremus: ignoramus
certe, quo anno.



APUD PERTHUM IN SCOTIA CONCILIUM

In causa decimarum, pro terra sancta colligendarum,

Anno 1275. habitum.

An. 1275.
Ex sup. Manf.
no. 3. pag. 32.

Magister Bagimundus apostolicæ sedis in
Scotiam legatus eo venerat, ut decimas
extraordinarias omnibus ecclesiasticis beneficiis
impositas a Pontifice, pro juvanda in terram
sanctam expeditione colligeret. Gravius id vi-
sum clero Scotiæ; quare coacto ad Perthum
pro consueto more concilio, id muneris impo-
situm est legato apostolico, ut ad urbem re-

petens moderationem tributi hujus a pontifice
impetraret, satisque haberet, si antiqua vecti-
galia cum modico augmento computatis nemp-
septem pro sex, darent. Ivit legatus, sed ur-
gente pecuniarum necessitate re infecta rediit.
Ita ex Chron. Passatenſi Wilkins Conc. Bri-
tan. t. II. pag. 27.

ANNO
CHRISTI
1276.

ANNO
CHRIST
1276.

V I T A
I N N O C E N T I I P A P Æ V.

Innocentius quintus, Tarantasia, quod est
municipium non procul a Maurienna valle
in Alpibus situm, oriundus, ante pontificatum
Petri nominatus, ordinis sancti Dominici re-
ligiosus, propter scientiam, & intelligentiam
sacrarum litterarum (erat enim doctor theolo-
gus, & super libros quatuor sententiarum & sancti
Pauli epistolæ commentarium scripserat) Ostien-
sis episcopus factus, ad extremum Aretii per car-
dinales, secundum legem a Gregorio X. latam
in conclave ingressos, in pontificem electus est
11. Kalendas Februarii tempore Rudolphi im-
peratoris anno 1276. Romam ingressus, ibi-
dem sacro diademate apud sanctum Petrum
coronatus est. Exinde amator publicæ tran-
quillitatis, ad pacem componendam omnes co-


gitationes convertens, plures legationes misit
ad Etruscos, iis sub pœna excommunicationis
injungens, ut armis contra Pisanos arreptis ab-
stinerent. Michaellem Palæologum imperatorem
Orientis fidei in concilio Lugdunensi datæ ad-
monuit. Venetos & Genuenses similiter mo-
nuit, ne se deinceps bellis lacesserent. Etrusci
& Florentini, pontificis mandato paruerunt:
qui proinde ab interdito per pontificem abso-
luti sunt. Veneti & Genuenses ab inchoatis
præliis non desisterunt, ex quibus Innocentius
pæcis amantissimus eos extricasset, nisi præma-
tura morte præventus fuisset: nam post quin-
que menses & aliquot dies ab electione lapsos
defunctus, in basilica Lateranenſi sepultus
fuit.

VITA

VITA HADRIANI PAPÆ V.

HADRIANUS V. Genuensis patria, ex illustri A Fliscorum familia natus, antea Othobonus nominatus, Innocentii quarti nepos, a quo sancti Hadriani cardinalis creatus erat, dum ad comprimendam seditionem inter regem & barones Angliæ legatum egisset, subrogatus est in locum defuncti Innocentii quinti, 14. Idus Julii, anno Christi 1176. imperante Rudolpho I. Qua de causa cum ad eum agnati sui gratulaturi accessissent, iis dixisse scribit Massonius: Utinam me cardinalem prospera valetudine, non moribundum pontificem invenissetis. Viterbium profectus, imperatorem ad retundendam Caroli regis Siciliæ potestatem in-

solentiam in Italiam vocavit. Sed imperator bello contra Bohemos suscepto impeditus, pontifici satisfacere non potuit. Carolus vero omne belli robur in Græciam convertit. Hadrianus inchoato Lateranensi palatio, 40. electionis sue die moritur Viterbii, antequam consecrationem consecutus fuisset. In conventu fratrum Minorum ibidem sepultus est. Ecclesiæ statum tutiorem & tranquillioem reddere & Gregorii constitutionem de eligendo pontifice in meliorem formam reâgere, illequidem apud se proposuerat: verum ejus conatibus & animi magnitudini mors obstitit.



SYNODUS DUNELMENSIS

Edita in collectione Anglicana ex cod. MS. ecclesiæ Dunelmensis.

Incipiunt constitutiones synodales domini Roberti (de Insula) quondam Dunelmensis episcopi, anno Domini MCCLXXVI.

I. De Decimis.

Quoniam cæca cupiditas ita ruit in laicos, ut terrenorum proventuum questu minime contenti, ad bona ecclesiastica, & præsertim ad decimas, indirecte, quandoque etiam directe, manus avidas extendere satagunt, & jura clericorum per abusum abripere moluntur: præsentis decreto duximus statuendum, ne de cetero patroni ecclesiarum, seu domini locorum, vel eorum subditi, decimas ecclesiarum detineant; vel alios solvere vel emere volentes, de cetero perturbent; seu rectores ecclesiarum, decimas colligere, collectas reponere, vendere, cariare libere, vel abducere, latenter seu patenter, per se, vel per alios impediunt; seu fraudem & dolum machinantes adhibeant, per quam decimæ impediuntur, vel pereant, vel vilius distrahantur. Si quis autem hujus constitutionis violator extiterit, sententiam excommunicationis ipso facto incurrat: ad damna & interesse, necnon & ad expensas, quas rectores ecclesiarum propter hoc se fecisse docuerint, ante absolutionem quamlibet, nihilominus condemnatus.

* fer. conde. moantus.

* Corr. solvendo esse vel aliquid simit.

Decimas autem de omnibus, quæ per annum renovantur, vel lege Divina vel consuetudine approbata debitas, & maxime consuetas, decimas esse decernimus, & districte precipimus: ita ut occasione mercedis servientium in autumnum, vel mense, ecclesiæ non frustrentur. Detentores decimarum prædicatorum, si semel, secundo, & tertio commoniti, exitum suum non emendaverint: usque ad satisfactionem condignam, per censuram ecclesiasticam compellantur. Cum autem ii, qui deci-

mas retinuerint, vel surripuerint, ad penitentiam accesserint, non admittantur, nisi per se, vel sufficientem procuratorem, in manu sacerdotis, illi cui decimæ debentur, satisfaciant competenter.

Ne decimarum confusio provenientium ex lana, & agnis, & casco, omnium ecclesiarum personis præbeat contentioni occasionem generalem: cum consilio totius synodi nostræ, in episcopatu nostro statuimus, ut in quacumque parochia, per totum annum, fuerit ovile (sic ut oves, vicinæ parochiæ limites transierint ad querendum pascua) illi ecclesiæ reddatur decima integre, ubi fuerit ovile, & remanentia. Quod si oves ab una parochia in aliam ex toto translatae fuerint; per aliam partem anni in una moram fecerint, & per aliquam in alia: ecclesiæ in quarum parochiis sic moram fecerint, secundum quantitatem temporis & moræ, proventionum decimationes accipiant, tam de lana, quam de agnis & casco. Ita scilicet, ut illa ecclesia, in cujus parochia proximior mora facta fuerit, uberius percipiat: illi autem in cujus parochia minorem moram fecerint, secundum quantitatem moræ sicut diximus, minor pretio decima remaneat.

Similiter de decimis, quæ de vaccis proveniunt, statuendum duximus: quod ubicumque fuerit receptaculum earum, licet in vicinis parochiis born Vuitb born secundum Anglicam linguam, pascua querant, illi remaneat tota decima, ubi fuerit domicilium, & remanentia.

II. De conspiciendis litibus circa decimas.

Cordi nobis est litium amputare materiam, & subditorum jurgia, quæ frequenter in exactione decimarum, ex varia locorum institutione accidunt, ad debitam reducere unitatem. Statuimus, ut agni, vituli, pullani, & cetera per annum renovata, in villa qua nascuntur & re-

* Leg. II la, Nord.

ANNO
CHRISTI
1176.

& renovantur, parochia, duntaxat in posterum detineantur, sub interminatione anathematis: inhibentes, ne quis excogitata fraude vel malitia, oves, vaccas, vel equas pręgnantes, ad aliam transferat ecclesiam, per quod hæc ecclesia, in fetu hujusmodi, jure suo aliquatenus defraudatur. Verum de pellibus lanigenis, quo tempore debeant decimari, sæpe oriuntur in nostra diocesi quæstiones: statuendo sanximus, tam de pellibus lanigenis. post quadraginta dies a tempore tonsionis cum occiduntur, vel post festum sancti Michaelis, qualitercumque moriantur; quam de agnis tonsis, statim post tonsionem, decima integra persolvatur.

III. De rebus liberorum decimandis; & mortuariis inde solvendis.

Solet hæcenus in dubium revocari, utrum liberi in parentum potestate & familia constituti, habentes proprium ex causa profectitia, vel adventitia, vel alia, agnos, vitulos, & quæ renovantur, consimilia, per se aut conjunctim cum bonis parentum debeant decimari: & an liberi hujusmodi, si præmoriuntur parentibus, debeant de bonis propriis solvere mortuarium. Utramque etiam dubitationem una deridentes sententia: sanximus bona liberorum hujusmodi, cum sint domini rerum, separatim & per se debere decimari: quodque diem claudentes extremum, de bonis propriis, si existant, mortuarium matri ecclesie solve teneantur. Porro huic sanctioni adjicimus, quod si plures liberi proprium habentes, in parentum pariter familia vivant, ad denarios, qui nuncupantur *Restepenis*, minime arceantur: cum sicut communiter intrinsecis aluntur a parentibus, sic in extrinsecis ab eisdem letentur pariter se defendi.

IV. De decimis pecorum in diversis parochiis pascentium.

Quoniam ut audivimus super decimis de nutrimentis animalium inter ecclesiarum rectores, propter appellationes pecorum ad diversas parochiarum pasturas, contentiones multimodæ sæpius oriuntur: nos viam pacis præparare volentes, statuimus, quod ecclesiis, in quarum parochiis oves a tempore tonsionis, usque ad festum sancti Martini continue pascuntur & cubant, decima lanæ, casei, & lactis ejusdem temporis, licet postea amotas fuerint, & alibi tondeantur, integre persolvatur. Et ne fraus fiat in casu præmissis, præcipimus, quod antequam oves amoveantur a pascuis, vel etiam distrabantur, ecclesiarum rectoribus sufficienter de solvenda decima caveatur. Quod si oves infra prædictum tempus ad diversarum parochiarum pascuis transferantur: quilibet Ecclesiæ, pro rata temporis, portionem decimarum percipiat earumdem, minori triginta dierum spatio in rata temporis minime computando. Si vero per totum prædictum tempus concubant in una parochia, & continue pascuntur in alia: inter ecclesias decima dividatur. Decima quidem casei sive lactis, de vaccis & capris proveniens, ubi cubant & pascuntur, ibi solvatur: alioquin si cubant in una parochia, & pascuntur in alia, decima inter rectores dividatur omnino. Agni vero, hædi, vituli, pulli equitii, habita ratione ad diversa loca, ubi

Aggrouantur, eduntur, & nutriuntur, & ad mortuarium, quam traxerint in eisdem, partialiter decimentur.

V. De variis pecorum decimis.

Quid vero decima dari ubi lac propter paucitatem vaccarum, vel ad casum faciendum non sufficit; & pro agnis, pullis equitii, velleribus, aucis, & aliis hujusmodi, de quibus propter modicitatem eorum decima certa dari non potest, consuetudini locorum duximus relinquendum. Item præcipimus, quod si quis post festum sancti Martini oves occiderit, vel si oves quovis modo fortuito moriantur, decimam inde legitimam personæ ecclesie solvere non postponat. Et si oves extraneæ in alicujus parochia tondeantur: decima ibidem tradatur rectori ecclesie per se fideliter conservanda; nisi sufficienter doceri possit, quod pro decimis fuit alibi satisfactum, vel solutionem faciendam ibi legitimo modo legitime valeant expedire.

VI. De invasoribus decimarum.

Ad hæc adjicimus, quod quidam justitie contemptores, decimas vicinorum; quidam vero proprias, in quarum possessione hæcenus non fuerint, manu laicali & armata invadere non formidant: nos præteritis edocti periculis, ut obviamus futuris, auctoritate Dei patris, & approbatione præsentis synodi sacrosanctæ, excommunicamus omnes illos, qui de cetero talia impetrare præsumperint: ac eorum fautores, etiam & sine conscientia, salva superiore auctoritate, nullatenus absolvantur, penæ legati decrevimus esse subdendos; cum quemquam non deceat propria auctoritate invadere, per quod iudicis officium habet exposcere.

Item quod peccatum ariolandi est, repugnare, & quasi zelus idololatriæ, nolle acquiescere; sicut sacra testatur scriptura: superiorum nostrorum ut concedet præceptis canonicis obedire nolentes, & in iis maxime, quæ in favorem ecclesie statuuntur, sententias in perturbatores libertatum Ecclesie in Oxoniensi concilio promulgatas, in præsentis sancta synodo duximus innovandas: injungentes omnibus & singulis curam nostrarum animarum habentibus parochialem, ut ipsam in singulis ecclesiis, ter in anno, in majoribus solemnitatibus, accensis candelis, & pulsatis campanis, promulgare publice non postponant, in forma tradita, quæ talis est.

In Dei nomine. Amen.

Auctoritate Dei patris omnipotentis, & beatæ Mariæ Virginis, & omnium sanctorum, ac approbatione præsentis sacre synodi, excommunicamus omnes illos nostræ jurisdictionis, qui malitiose ecclesias suo jure privare præsumunt, aut per malitiam libertates earum infringere, vel perturbare contendunt. Item qui pacem & tranquillitatem domini regis & regni injuriose illos qui gratia lucri, odii, vel favoris, vel alia quacumque de causa, alicui malitiose culmen importunt, cum non sit diffamatus apud bonos & graves; ut sic vel saltem ei purgatio indicatur, vel alio modo gravetur. Item approbante hac sacra synodo, excom-

ANNO
CHRISTI
1176.f. faur.
etiam, &
illi consecra-
tiones.Reg. 11.
Pro Re-
luc. Hard.

ANNO
CHRISTI
1176.Locus men-
dosis.

„ munitur omnes illos, qui testamenta seu
„ ultimas decedentium voluntates, aut eorum
„ executiones rationabiles, scienter & malitio-
„ se impediunt, aut perturbant. Item qui se-
„ questra dicti domini episcopi, aut ejus offi-
„ cialis, legitime interposita, scienter & ma-
„ litiōse violaverit. Item qui mandata regia
„ pro coercendis excommunicatis, a quibus-
„ libet impetrata gratia, vel alio alicujus per-
„ sancte, seu lucri causa, exequi malitiōse
„ differunt, vel omittunt. Item excommunica-
„ mus omnes incendiarios, ecclesiarum fracto-
„ res, veneficos & veneficas, & magicis in-
„ cantationibus utentes, seu hoc fieri permit-
„ tentes. Item præmissas sententias & alias in
„ constitutionibus canonicis & legatorum, ac
„ statutis episcoporum Dunelmi, contra trans-
„ gressores provide latas, & publice promul-
„ gatas, statuendo, approbante præsentis sacra
„ synodo solemniter publicamus, & mandamus
„ & injungimus eas singulis annis in tribus so-
„ lemnitatibus majoribus solemniter publicari.
„ *Richardus, venerabilis patris domini rev. Dei
„ gratia Dunelm. episcopi officialis, ad memoriam
„ futurorum.*
„ Cupientes, prout nostro incumbit officio,
„ ut exclusis, ac subdudis supervacuis dilationibus,

et quibuslibet aliis impedimentis emergentibus,
unicuique exhibeatur in curia seu consistorio
Donelmenſi nostri regimini commisso, celere
justitiæ complementum: ad statuta salubria,
per dominum venerabilem patrem, circa ad-
vocatos, procuratores, & ministros dictæ cu-
riæ, dudum edita, adjicientes quedam alia,
quæ eis adjici fore conspicimus opportunum:
statuimus infrascripta, quæ decrevimus & præ-
cipimus de cetero inviolabiliter observari.

Nullus procurator regimen alicujus causæ
suscipiat, neque libellos, preces, exceptiones,
aut actiones faciat, sine consilio advocati:
quod si secus fecerit, tandem a procuratio-
nis officio suspendatur, donec præsentis ipsius
curiæ gratiam consequatur.

Item procuratores, advocatos suos ex... &
aliis, quæ in causis, in quibus advocati existunt
ordinanda vel agenda fuerint, præmuniant
tempestive: ut cum competenti deliberatione
omnia fieri valeant atque scribi; & die litis
adveniente in præconizatione ea proponat
continuo bene scripta, ita quod non possit eorum
aliqua negligentia deprehendi. Alioquin tam-
diu a procuratoris officio sint suspensi, do-
nec duos aureos perfolverint fabricæ ecclesiæ
Dunelmenſis.

ANNO
CHRISTI
1176.* Lige tam-
diu. Hard.

CONCILIUM SALMURIENSE

Ex duobus MSS. altero collegii Paris. S. I. altero Ægidii Menagii v. cl.,
in quo incerti loci concilium vocatur.

Concilium Provinciale apud Salmurum
anno Domini MCCLXXVI.
celebratum.

TITULI CANONUM

1. Ut in ecclesiis accensum luminare continuo te-
neant.
2. De arcis & aliis ejiciendis ex ecclesiis.
3. De pluralitate beneficiorum.
4. De vita & honestate clericorum, & mona-
chorum.
5. De vita & honestate monachorum.
6. Ut abbatissa bona beneficiorum per ipsas non
retineant.
7. Ne monachi locum in diversis monasteriis ob-
tineant.
8. Ut novi religiosi ad prioratus non conventuales
de cetero non mittantur.
9. Ne prioratus vacantes, bonis omnibus de-
nuentur.
10. Ut prioratus clericis secularibus non con-
cedantur.
11. Ut iudices seculares compellantur ad exhi-
bendam justitiam ecclesiasticis injuriatis.
12. Ut excommunicati, ab agendo, patrocinan-
do, & testificando repellantur.
13. Ut episcopus in sua diocesi absolvere possit,
in casibus, in quibus præsens concilium su-
spendit, vel excommunicat.
14. Ut superiora concilia observentur.

PRÆFATIO.

Ad honorem Dei, & utilitatem ecclesia-
rum provincie Turonensis, quibus aucto-
re Domino præsidemus, necnon ad reforma-

tionem eorum, quæ in visitatione dictæ provin-
tiæ invenimus corrigenda, vocatis venerabilibus
fratribus suffraganeis nostris, capitulis, abbatibus,
& aliis, qui fuerant evocandi, concilium
provinciale apud Salmurum, die Lunæ post fe-
stum Decollationis B. Joannis Baptistæ duxi-
mus celebrandum. In quo de ipsorum episco-
porum, abbatum, & aliorum ad hoc vocato-
rum, consilio, & consensu, ordinamus, &
promulgamus capitula quæ sequuntur.

CANONES.

1. Ut in ecclesiis accensum luminare conti-
nuo teneant.

Statuimus, ut de cetero, tam in ca-
thedralibus ecclesiis, quam monasteriis
conventualibus & collegiatis, tam ec-
clesiis quam prioratibus, de die & de
nocte, in quibus ad id suppetunt facul-
tates, vel saltem de nocte, accensum lu-
minare continuo teneatur: quodque il-
li, qui ad hoc tenentur ex officio, per
locorum episcopos compellantur; & pœ-
na condigna, ad ipsorum episcoporum
arbitrium, ipsi, qui negligentes fuerint,
percellantur. Nam quod in ecclesiis ob
Divini cultus reverentiam, devotionis-
que fidelium incitationem, debeant te-
neri luminaria*, satis utriusque juris
docet auctoritas: dum non aliter per-
mittitur ædificari ecclesia, priusquam

* al. luminaria accen-
sa, utr.

ANNO
CHRISTI
1176.

fundator sufficientes expensas constituat ad luminaria, & ad servicium alimentata.

II. De arcibus & aliis in ecclesiis existentibus ejciendis.

In plerisque partibus hujus provincie, propriis oculis subjectis locis comperimus ecclesias quasdam adeo plenas arcibus & doliis laicorum, ad blada & alia temporalia reponenda, quod non solum in eis impeditur Divinum officium audiendum, verum etiam ecclesie ipsae, non Divinae domus, sed potius quaedam horrea videantur. Ideoque cum domus Dei orationibus & Divino cultui dedicatae, non debeant ad aliquos humanos usus converti: firmiter prohibemus, ne de cetero arcibus, doliis, blada, stramina, aut quaevis alia temporalia, nisi ad fabricam, aut ad aliam utilitatem ecclesiarum ipsarum, & non ministrorum earum, pertineant, introducantur in ipsis, guerrarum & iusti timoris temporibus dumtaxat exceptis; & quae introducta sunt hactenus, amoveantur exinde. Nos enim in illos, qui contra hoc salubre statutum, post monitiones per locorum ordinarios super hoc in generali legitime factas, venire praesumpserint, excommunicationis sententiam praecipimus promulgari.

III. De pluralitate beneficiorum.

Nuper tempore recolendae memoriae Vincentii quondam praedecessoris nostri, fuit ex causa statutum in concilio Nannetensi, ut si quisquam capellaniam adeptus fuerit, quae residentiam exigat personalem, aut aliud beneficium curam habens animarum annexam, ipso jure vacet primum, quod similiter personalem residentiam requirebat. Quod nonnulli adeo stricte pro sua voluntate intelligunt, ut post secundi assecutionem beneficii, praecise & absque remedio vacet primum. Nos autem benigniori interpretatione utentes, sic intelligimus, ac intelligi & teneri debere hujus approbatione concilii declaramus: ut tunc videlicet vacet primum beneficium per assecutionem secundi, nisi episcopi super his cum aliquibus duxerint dispensandum.

IV. De vita & honestate clericorum, & monachorum.

Licet in Carthagenensi concilio provida fuerit deliberatione statutum, ne

Concil. General. Tom. XXIV.

in vestibus aut calceamentis clerici quae- rant decorem: plures tamen canonici regulares & monachi, qui maxime fulgidis indumentis ornari non debent, in his inventuntur plurimum dissoluti. Ideoque hujus sacri approbatione concilii prohibemus, ne monachi, aut canonici regulares utantur de cetero forraturis de griso, aut de vario, aut de scuriolis, vel cendatis: nec insuper ipsi canonici regulares, decollatos, aut nodatos habeant sotulares, nisi tres nodos ad minus habeant in quolibet sotulari.

V. De vita & honestate monachorum.

Monachi quoque sicut ares quomolibet fenestratos cum porta, vel ocreas laicorum & saecularium more plicatas omnino non deferant; nec zonas, aut bursas de serico; sed nec cultellum, aut aliquod aliud ornamentum, in quo quicquam auri vel argenti positum fuerit ad decorem. Transgressores autem hujus constitutionis, per abbatem proprium, vel si fuerit negligens, per episcopum, administratione, si quam habeant, omnino priventur. Et tam ipsi, quam qui in his sine administratione deliquerint, ad aliquam administrationem, usque ad biennium, non ascendant.

VI. Ut abbatissa bona beneficiorum per ipsas non retineant.

Nonnullae abbatissae, sicut oculata fide comperimus dum aliquas personas recipiunt, in aliquibus sibi subditis locis, aut prioratibus moraturas, bona, quae hujusmodi personae secum afferunt, totaliter retinentes, easdem vacuas in locis ipsis seu prioratibus ad hoc quandoque non sufficientibus, ultra debitum numerum frequenter instituunt: sibi lucrum ex integro, & prioratibus totum onus nimis inaequaliter partientes. Cum ergo ferendi non sint, qui lucra venantur, annexam autem eis fortunam recusant: statuimus, ut illi loco seu cenobio, in quo personae hujusmodi causa perpetuae morae fuerint institutae, bona, quae tempore suae receptionis habebant, totaliter applicentur. Quae vero contra hoc statutum venire praesumpserint, seu fraudem aliquam adhibuerint: per locorum ordinarios poena debita puniantur.

ANNO
CHRISTI
1176.VII. *Ne monachi locum in diversis monasteriis obtineant.*

Olim generali concilio approbante nescitur institutum, ne quis in diversis monasteriis locum monachi audeat obtinere. Quod quia negligenter hactenus invenimus observatum: accidit aliquando, ut tali monacho, pluribus suis abbatibus precipientibus contraria, vel diversa, dum non possit utrique parere, vilipendatur utriusque obedientia; & inter monachos utriusque monasterii, scandalum generetur. Propter quod eandem generalis concilii saluberrimam constitutionem, poenae decernimus adjectione juvandam; statuentes, ut postquam quis religiosorum monasterium ingressus fuerit, & professus, si aliud forsitan ingredi praesumpserit, non ut recedat a primo, sed ut intitulari valeat in utroque, ad primum per loci episcopum omni administratione privatus compellatur redire; & in neutro monasteriorum ipsorum ad quemcumque honorem, dignitatem, administrationem, vel officium, usque ad triennium valeat promoveri; sed ejus promotio, si de facto procedat, irrita sit ipso jure. Eadem poena illis monachis imponenda, qui plures administrationes, seu officia, in eodem monasterio, vel diversis, absque dioecesani consensu de cetero praesumpserint obtinere. Illi vero, qui plures administrationes, prioratus, vel officia, obtinent in praesenti: ad eorum alterum resignandum per locorum ordinarios compellantur.

VIII. *Ut novi religiosi ad prioratus non conventuales de cetero non mittantur.*

Ut ingressi monasticam religionem, in observantia regulari, & Divino servitio uberius informetur: statuimus, ut post ingressum hujusmodi, majores decem & octo annis, ingressus tempore, ad prioratus non conventuales causa morandi de cetero non mittantur: donec ad minus per continuum biennium moram traxerint in monasteriis, in quibus assumpserunt habitum monachalem: nisi ipsi infra idem tempus in observantia hujusmodi, & Divino officio, appareant sufficienter instructi. Minores vero decem & octo annis, nisi post praedictum biennium, & tunc demum dicta aetate completa, extra monasteria in quibus fuerint recepti, non transeant ad alia, morandi causa in ipsis. Si secus actum fuerit, a locis, in quibus in Pro-

vincia Turonensi, contra hujusmodi statuti tenorem, missi fuerint, per locorum ordinarios compellendi*, ut ad monasteria propria revertantur. Quod in canonicis regularibus volumus observari: nisi dioecesani circa dictos canonicos aliter duxerint ordinandum.

IX. *Ne prioratus vacantes levis omnibus denudentur.*

Cum alias in Redonensi concilio suspensionis sententia fuerit promulgata in abbates, priores, administratores, qui vacantes prioratus adeo spoliare, seu denudare praesumunt, quod ex bonis dimissis ibidem fratres & familia usque ad sequentem collectam sustentari nequeant nec morari, & domorum, quas ex hoc comperimus ruinosas, sustinere iacturam, refici, & in debito statu conservari non possint: nec sit dubium illos abbates, priores, & administratores, etiam de extra provinciam Turonensem, qui contra statutum hujusmodi fecerint, ratione talis delicti, eidem sententiae subjacere: statuimus ut ordinarii locorum, in quibus in provincia Turonensi haec contigerit attentari, solerter requirant dioecesanos illorum abbatum, priorum, administratorumque, ut ipsos sic suspensos publice nuncient, & faciant nunciari: alias usque ad satisfactionem congruam, contra eos, prout justitia docuerit, processuri. Circa quam requisitionem ipsi locorum ordinarii se taliter exhibeant diligentes: ut de negligentia eorum, quod absit non possint merito reprehendi.

X. *Ut prioratus clericis secularibus non concedantur.*

Praeterea licet in praedecessorum nostrorum concilio fuerit alias rationabiliter ordinatum, de suppleto, in prioratibus clericis secularibus concessis, debito numero monachorum: quia tamen nullum exinde fructum invenimus subsequutum, ne fundi locus in talibus de cetero relinquatur: prohibemus, ne quis abbas, vel alius, prioratum quemlibet in Turonensi provincia situm, in quo possint ad minus, duo monachi commode sustentari, vel consueverint morari, cuiquam seculari conferre praesumat: si secus actum fuerit, id irritum decernentes.

ANNO
CHRISTI
1176.
* al. expul-
lendi.An. 1173.
can. 1.* al. ex di-
cta prov.
Turonensi.* al. prout
decuerit.Concil. Sal-
mur. an.
1153. Con-
cil. Nannet.
an. 1164.

ANNO
CHRISTI
1176.

12. *Contra illas, qui fugientes ad ecclesiam en-
strabere presumunt ab ecclesia, vel in ipsa
ecclesia quiescunt vel interficiunt.*
13. *Contra illos qui impediunt jurisdictionem ec-
clesiasticam.*
14. *De Judæis.*
15. *De privilegiis & excessibus privilegiorum.*
16. *De parnis.*

P R Æ F A T I O.

*Sive miserations Divinae tituli S. Cæcilie pres-
byter cardinalis, apostolice sedis legatus,
ad futuram rei memoriam.*

I nter curas que nostro coherent officio, il-
la nos præcipue adstringit, visceribus nostri
cordis infixæ profundius, atque solidius radica-
ta, nostrum incessanter perurgens animum sua-
rum aculeis punctiõnum, ut nostræ legationis
ecclesiæ sollicitæ provisionis remediis, prout no-
bis desuper ministratur, contra malignorum
descendantur incurtus, cohibeantur iniuriæ, &
violentis propulsatis, in pacis pulchritudine
delectentur; ut hostium sublata formidine, in
tranquillitate serena, & serenitate tranquilla,
pacis auctori, cuius mancipantur obsequio, eo
devotius, quo tranquillius; & quo devotius, eo
acceptius valeant famulari. Itaque libenter assi-
duos labores amplectimur, quamquam nostris
impares humeris ad portandum, nocturnis insi-
stentes vigiliis nonnumquam etiam supra vires,
ut personis ecclesiasticis nostro commissis regi-
mini, molestationum turbinebus relegatis, Di-
vino fulti præsidio, sollicitudinibus nostris pa-
cem ac proprio labore quietem opportune pro-
visionis commercio præparemus.

* ad reme-
dio.

Sane in Bituricensi concilio, quod ad quo-
rundam prælatorum nostræ legationis instan-
tiam nuper convocandum duximus, & aucto-
re Domino feliciter celebrandum, per quosdam
prælatos aliasque personas ecclesiasticas nostræ
legationis, nonnullis ecclesiarum & personarum
ipsarum oppressiõibus, iniuriis, & offensis, ad
nostram deductis notitiis, & per nos toti con-
cilio referatis, ac deliberatione super his in ip-
so concilio habita pleniore, de totius concilii
providentiâ unanimi & concordî, juxta nego-
tiorum ingruentium & temporis qualitatem,
remedia super eisdem iniuriis, pro defensione
libertatis ecclesiasticæ, adhibere curavimus op-
portuna. Quæ quidem, ex parte concilii requi-
siti, redigi fecimus in scripturam, & in ipso
concilio solemniter publicari, auctoritate qua
fungimur sacro approbante concilio, statuen-
tes ut quæ pro defensione libertatis ecclesia-
sticæ, & ipsarum ecclesiarum statu pacifico,
duximus statuenda, a nostræ legationis perso-
nis, prout continetur inferius, serventur in
perpetuum illibata.

I. De electione.

In totius concilii quod nuper Bituris
duximus celebrandum, nostris auribus
clamor horrendus insouit, ad nos per
diversos prælatos aliasque quamplures
personas ecclesiasticas non sine gravila-
mentatione delatus, & toti concilio pa-
tesfactus. Afferbant siquidem quod in
regno Franciæ, in quo ecclesiarum li-

bertas & honor eisdem debitus, serva-
ri retroactis temporibus, præ regale cu-
teris atque provinciis, abundantius con-
suevit, his diebus in electionibus ce-
lebrandis, in quibus libertatis puritas
potissime conservanda, pro libertate da-
tur impressio & quasi pro auro plum-
bum, pro argento scoris, honores in
contumelias convertuntur: adeo quod
quando in certis locis electiones pasto-
rum imminere faciendæ, multitudine
populi per iniquitatis filios concitata,
in electores impetum faciente, electio-
nes ipsæ in nonnullis ecclesiis aut ad
tempus impediuntur totaliter, aut in
locis hæcenus consuetis nequeunt cele-
brari, prout in Lugdunensi, Burdega-
lensi, & Carnotensi ecclesiis nuper di-
gnoscitur esse factum. In qua quidem
Burdegalensi ecclesia, dum immineret
electio, occasione impressionis habitæ,
in eadem homicidium de sacrista nobi-
li membro præfatæ ecclesiæ inhumani-
ter extitit perpetratum. Quoniam igitur
novis morbis nova convenit anti-
dota præparari, ne morbus tam perni-
ciosus obreperet, & sui contagione tra-
hatur a posteris in exemplum: sacri
provisione concilii duximus statuendum,
quod quicumque de cetero, per sedi-
tiosam conspirationem aut conventio-
nem habitam simul cum aliis, quacum-
que firmitate vallatam, impedimentum
latens, aut patens præstiterit, quominus
ecclesiis secularibus aut regularibus,
dignitatibus, aut personatibus, seu ad-
ministratiõibus quibuscumque, per il-
los, ad quos locorum ipsorum, vel di-
gnitatum, seu administratiõnum, per
viam electionis seu postulatiõnis, spe-
ctat provisiõ, eisdem locis, dignitati-
bus, personatibus, administratiõibus,
de personis idoneis, undecumque exi-
terint oriundæ, & alias per electionem
aut postulatiõnem canonicam, valeat
provideri, incurrant excommunicationis
sententiam, quam in ipsos proferimus
ipso facto. Et si clerici vel regulares
extiterint: nos privantes eosdem omni-
bus privilegiis, beneficiis ecclesiasticis,
dignitatibus, vel administratiõibus,
seu personatibus, quas eos obtinere con-
tigerit, decernimus fore inhabiles &
indignos, ut quævis beneficia, admini-
stratiõnes, vel honores ecclesiasticos,
ulterius assequantur. Si vero laici;
præter dictam excommunicationis sen-
tentiam, ipsorum familiæ interdictio ec-
clesiastico sint subiectæ: nullaque eorum
posteritas usque ad quartam eorum in-
clusivè progeniem, si secularis fuerit,
prælaturam, dignitatem, personarum,
præbendam, seu aliud quodcumque be-

ANNO
CHRISTI
1176.

ANNO
CHRISTI
1174.* al. unum
lib.* al. prope
hoc.* al. dicitur
lib.

nescium ecclesiasticum; aut si regula-
ris fuerit, administrationem quamlibet
regularem in civitate vel diocesi, in
qua excessum huiusmodi commiserit,
in perpetuum valeat obtinere. Illi au-
tem qui prædicti facinoris causis * non
contrecti, populum vel turbam, poten-
tes, vel quoslibet concitaverint, vel in
prædicto facinore opem ferunt, quo-
rumve data opera, suggestione, vel con-
silio, populum turbave, cum armis, vel
sine armis ad hoc convenerint, pœnis
similibus sint subiecti. Clerici præter
hæc * a civitate vel loco, in quo per-
petraverint talia, per triennium procul
agant. Porro qui coacta multitudine,
cum armis, vel sine armis, contume-
liosa acclamatione, concitato tumultu
in loco in quo hi ad quos spectat ele-
ctio, postulatio, vel provisio, conveni-
runt, sive in ipsos electores vel in ali-
quos de eisdem, tempore quo præmissa
imminent facienda, duxerint irruen-
dum; & eidem loco fracturam, seu vio-
lentiam vel in personas electorum no-
tabilem injuriam irrogaverint; & po-
stremo qui opere vel consilio, clam vel
palam, per se vel per alium, aliquid
egerint, per quod conspirationis vel
conventionis huius inite nequitia in
aliquo sumat robur, & per hoc contingat,
electionem, postulationem, seu
provisionem impediri totaliter, vel dis-
cerri: excommunicationis sententia no-
verint se adstrictos, necnon eorum fa-
milias, si laici fuerint, ecclesiastico sup-
positas interdicto: quæ sententiæ rela-
xari nequeant, nisi auctoritate sedis apo-
stolicæ speciali. Clerici vero, qui in
talibus culpabiles adfuerint, cum offen-
sa eorum tanto gravior reputetur, quan-
to in sortem redemptoris assumpti, ac
gradu celsiori pollentes, libertatem ac
immunitatem ecclesiasticam servare te-
nentur præ ceteris illibatam: præter ex-
communicationis sententiam, eo ipso,
beneficiis, quæ obtinent, sint privati;
ad obtinendas dignitates, personatus,
beneficia, vel officia quæcumque, in
ecclesiis in quibus talia perpetraverint,
& locorum ipsorum ordinibus *, nullo
unquam tempore spem aut fiduciam
habitori. Si vero regulares fuerint, ad
administrationem regularem aliquam
nullatenus admittantur, cadantque ni-
hilo minus ab obtentis. Insuper & lai-
corum prædictorum posteritas, usque
ad quartum gradum, ad beneficia ec-
clesiastica quælibet assequenda in ipsis
ecclesiis civitatis aut diocesis, in qua
perpetraverint talia, sint inhabiles &
indigni.

II. De officio & potestate iudicis delegati.

ANNO
CHRISTI
1174.* al. con-
silio.* al. con-
tinent.

Cum juris remedia per ora summo-
rum pontificum & principum promul-
gata, Divinitus ad tutelam * bonorum,
& cohibendas malorum insolentias, uti-
liter introducta, non deceat nec liceat,
per corruptelam iudicum sive fraudem,
ad iniquitatis trahi dispendium: sic il-
los, qui a nobis iudicandi recipiunt po-
testatem, commissum sibi volumus of-
ficium exercere, ut per viam regiam
ductrice iustitia gradientes, ab æquita-
tis tramite, odio, gratia, vel favore,
seu cuiusquam alterius corruptelæ vi-
tlo, non recedant. Cupientes igitur ut
in citationibus faciendis per iudices, si-
ve conservatores, auctoritate qua fun-
gimur deputatos, nulla corruptelæ spe-
cies vindicet sibi locum, sed forma per
Romanam curiam in talibus introducta,
ab eisdem iudicibus seu conserva-
toribus firmiter observetur: statuimus
& mandamus, expressius inhibentes,
ne iudices, seu conservatores prædicti,
sub tali forma, quos vobis later præsen-
tium nominabis, vel alia consimili, cita-
re præsumant. Hujus autem citationis
mandatum nullus exequi teneatur, sed
ei non pareatur impune: nec ad perso-
nas in nostris litteris non expressas *,
prætextu testimonii perhibendi, ubi vel
quando status causæ vocationem testium
non requirit, sed ut ipse vel actor ci-
tatos faceret laboribus & expensis, aut
aliquid extorqueat ab iisdem, litteras
ipsas aliquatenus proroget aut exten-
dat. Si quis vero secus præsumperit
attentare: in utroque casu tali citatio
non teneat, nec quemquam valeat coar-
ctare. Et si occasione citationis huius-
modi, iudex ille sententiam quamcum-
que in quenquam duxerit proferendam:
nullius penitus sit momenti. Iudex ve-
ro qui talia perpetraverit, officium iu-
dicandi seu procedendi, auctoritate no-
stra, non solum in illa, sed in aliis
causis, de cetero non valeat exercere:
quia immo excommunicationis incurrat
sententiam ipso facto, a qua nullatenus
absolvatur, nisi læsus interesse &
expensis quibuslibet ab ipso primitus
restitutis.

III. Quod iudices delegati non possint ali-
quid pro absolutionibus exigere vel le-
vare.

Cæca cordis ambitio repleti nesciens,
sed quanto plus recipit, tanto fortius
inardescit, sic quorundam interiores
oculos excurienti obtexit caligine: ut
quid

ANNO
CHRISTI
1176.

quid de jure liceat, non advertant: ^A quidve de honestate deceat, non attendant. Quod in illis qui judiciali præ eminent dignitate, eo constat periculosius tolerari, quo per auctoritatis quæ funguntur potentiam, in concepto malignitatis proposito possunt adversus subditos liberius debacchari. Eapropter ad inhiantem eorum avaritiam cōhibendam, provide duximus id statuendum, ut nullus iudex, executor, seu conservator, datus a nobis, pro relaxationis vel absolutionis beneficio impendendo, his quos excommunicationis, ^B suspensionis, vel interdicti sententiis duxerint innodandos, emendas pecuniarias, seu res alias, pro emendis, quoquo exquisito colore, præsumant petere, exigere, aut oblatas recipere etiam ex post facto. Quisquis autem contra præsumperit, eo ipso excommunicationis sententiam incurrat, a qua non nisi per legatum sedis apostolicæ absolvatur: & tunc demum, cum læsis cum omni interesse restituerit, integre sic extorta. Eiusdem tamen sedis auctoritate in his & in aliis semper ^C salva.

IV. De officio iudicis ordinarii.

Sicut ille, qui præminet judiciaria potestate, justis oppressorum querelis aures debet patulas inclinare: sic voces malignantium querulosas ipsum decet & convenit obaudire. Debet igitur diligenter advertere & penes se ponderare prudenter, quis, contra quem, & super quibus, etiam superioris officium interpellat: ut pensatis conditionibus & meritis personarum, & incumbentis negotii & officii qualitate, solerter intelligat unde veniat conquerens spiritus, aut quo vadat. Ob hanc causam prælatis qui nimis facile claustralium vel forensium monachorum contra ipsorum abbates, maxime ubi de correctione agitur, querelas recipiunt, per quas plerumque enervari contingit vigorem ecclesiasticæ disciplinæ, frequenter etiam ministratur occasio evagandi: sub obestatione Divini iudicii duximus injungendum, quod querelas huiusmodi facile de cetero non admittant; sed tunc demum quando circumstantiis, quæ circa hoc fuerint attendendæ, examinatis plenius & discussis, verisimiliter præsumetur, ipsos non causa vitandi correctionem ecclesiasticam, seu canonicam disciplinam, secundum eorum regularia instituta, sed iuste & ex causa probabili, ad prælatorum præsidium confugisse.

V. De his qui contra laicos.

Ut prælatorum officium eo fructuosius, quo liberius, valeat exerceri: præsentis statuto laicis quibusdam duximus inhibendum, ne prælatos quoslibet impedire vel turbare præsumant, quo minus in locis religiosis vel regularibus, aut aliis eisdem prælatis subjectis officii sui debitum exequantur: ipsis ad hoc per eisdem prælatos auctoritate præsentis concilii, competentem monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, si res exegerit, compellendis.

VI. De iis qua vi metusve causa fiunt.

Cum parum proficiat jura conditi in civitatibus, nisi extiterint qui edita regere valeant & tueri; nec solum magistrum militum consistat officium in disciplina per ipsum imponenda, sed in ea, prout opportunum fuerit, observanda: præcipimus, ut quicumque iudices ecclesiasticos ad absolutionis vel relaxationis cujuslibet, ab excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiis, beneficium impendendum, vi vel metu compulerint, per diocesanos locorum, præsentis auctoritate concilii excommunicati publice nunciarentur.

VII. De foro competenti.

Cum falcem propriam nulli in messem liceat mittere alienam: de iustitiaris laicis, seu aliis solam jurisdictionem temporalem habentibus, qui in actionibus mere personalibus ecclesiasticas coram se personas litigare compellunt, contra canonicas sanctiones: hujus provisione concilii duximus statuendum, quod licet eisdem personæ ecclesiasticæ, non solum coram eis iustitiaris litigare, sed etiam ad ipsos venire in causis huiusmodi de jure minime teneantur: si tamen venerint, & allegato fori privilegio, coram ipsis iidem iudicarii compulsioni insisterint supradictæ, eo ipso excommunicationis sententiam, quam in ipsos ferimus, incurrant: quæ circa eos nullatenus relaxetur, nisi læsis huiusmodi dedamnis, expensis, & interesse, prius per ipsos iustitiaris fuerit integre satisfactum, eorum processibus atque sententiis habitis in huiusmodi questionibus, etiam prolati, nihil omnino roboris habituris. Ad hæc si quis jurisdictionem temporalem exercens, de excommunicationis, suspensionis, vel interdi-

ANNO
CHRISTI
1176.

et. optimi

E

ANNO
CHRISTI
1176.

dicti sententiis, scilicet an iuste late-
fuerint, an iniuste, aut aliquam in aliis
ecclesiasticis vel spiritualibus causis de-
cisionem seu cognitionem præsumpserit
usurpare: per diocesanos locorum, præ-
sentis autoritate concilii, desistere mo-
neatur: & nisi competenter monitus
duxerit desistendum, ad hoc per cen-
suram ecclesiasticam compellatur.

VIII. De decimis.

Cum in illis, in quibus periculum
vertitur animarum, præscriptio quan-
tumcumque longæva non vindicet sibi
locum, sed quanto graviora sunt cri-
mina, tanto diutius miseram animam
teneant alligatam: exceptionem præ-
scriptionis super rerum illarum decima,
de quibus, sive similibus, in locis eis-
dem hæcenus a similis conditionis per-
sonis consuevit exsolvi, præcipimus non
admitti: statuentes, quod illi, qui eis,
ad quos spectat perceptio huiusmodi
decimarum, quo minus eas percipiant,
impedimentum præstare præsumpserint,
si moniti competenter, ab impedimen-
to huiusmodi non duxerint abstinend-
um, extunc autoritate præsentis concilii
per locorum ordinarios excommuni-
cationis sententia percillantur.

IX. De testamentis.

Ad præsumptionis quorundam co-
natus damnabiles reprimendos, qui te-
stamenta seu alias voluntates ultimas,
quocumque nomine censeantur, licet
rite sint facta juxta canonicas sanctio-
nes, tanquam legitimas non admittunt,
sed pro eo reprobant & impugnant,
quod scabini aut sæculares iudices
præsentis non fuerint, aut auctori-
tatem nequaquam præstiterint, quan-
do testator suum condidit testamentum,
aut aliam ultimam voluntatem: hoc
duximus statuendum, quod ipsi, cu-
juscumque conditionis vel dignitatis ex-
titerint, nisi infra octo dies postquam
super hoc moniti competenter fuerint,
ab impedimento huiusmodi duxerint de-
sistendum, anathematis innodentur vin-
culo, quo ipsos adstringi volumus ipso
facto.

X. De immunitate ecclesiarum.

Sanguisugæ sitibunda progenies ac ra-
dix omnium malorum cupiditas, sem-
per vociferans, auster, moliri non desi-
nit quemadmodum per exquisitas astu-
cias & callidiora commenta, ardori pro-
prio, licet inextinguibili, lucri tempo-

Aras, quamquam illiciti, pocula submi-
nistret. Ex hac autem semper stienti
radice processisse cognovimus, quod cum
sedes apostolica excommunicationis sen-
tentiam in omnes nova constituentes pe-
dagia olim duxerit promulgandam, ip-
sam annis singulis in certis festivitatibus
solemniter renovando: nonnulli mam-
monæ filii, propriæ cupiditatis vitium
colorare nitentes, non nova, ut asse-
runt constituentes pedagia, antiqua ad
clericos & ipsorum res, quas non ra-
tione mercaturæ per terram, vel aquam
deserri faciunt, prorogant & extendunt
in elusionem memoratæ sententiæ, &
manifestum præjudicium ecclesiasticæ li-
bertatis. Nos itaque ipsorum fraudibus
obviare volentes, & tam præsumptæ
calliditatis astutiam poena debita casti-
gare: statuimus, ut nisi infra duos men-
ses, a tempore solemnibus publicationis
huiusmodi, factæ in civitate & diece-
si in quibus consistunt ipsa pedagia,
numerandos, ab his in totum destite-
rint, excommunicationis sententiæ,
quam extunc ipsos inferimus, extunc
subiaceant ipso facto.

XI. Contra illos, qui banna faciunt procla-
mare contra ecclesiarum libertates &
antiquas consuetudines.

Cum jure canonico caveatur, quod
qui de cetero servare fecerit statuta
edita & consuetudines introductas con-
tra ecclesiæ libertatem, statuarii &
scriptores statutorum ipsorum, necnon
potestates, consules, rectores, & consi-
liarii locorum ubi huiusmodi statuta &
consuetudines de cetero edita fuerint
vel servata necnon etiam illi, qui se-
cundum ea judicare præsumpserint, vel
in formam publicam scribere iudicata,
excommunicationis sententiæ debeant
subjacere: nonnulli propriæ salutis obli-
ti, & suæ verecundiæ non parentes,
juris sententiam, verborum amplexu
non sine fraude circumvenire nituntur,
non statuta, ut asserunt, banna tamen
faciunt proclamare, præcepta & prohi-
bitiones inducunt, quæ non est dubium
in libertatis ecclesiasticæ præjudicium
redundare. Nos igitur fraudibus mali-
gnorum, quas circa hoc adhibitas fuisse
cognovimus, obviare volentes: sta-
tuimus, ut quicumque contra ipsius ec-
clesiæ libertatem, banna, prohibitiones,
seu præcepta scienter fecerint, aut
fieri procuraverint, sive facientibus,
consilium vel opem duxerint adhiben-
da, ipsi postquam per locorum ordina-
rios super hoc fuerint requisiti, absque
difficultatis cujuslibet obstaculo indilate
re.

ANNO
CHRISTI
1176.ANNO
CHRISTI
1176.

revoceat, seu faciant revocari, ad con-
similia nunquam de cetero processuri:
alioqui censura consimili sint adstricti.
Qui vero contra ecclesiasticas consuetu-
dines antiquas, rationabiles, approba-
tas, & hactenus pacifice observatas,
statuta, banna, prohibitiones vel præce-
pta fecerunt, vel fieri procuraverint,
seu jam facta servaverint, aut servari
fecerint, aut facientibus vel servantibus
in hoc consilium vel opem duxe-
rint adhibendam, per diocesanos loco-
rum præsentis auctoritate concilii mo-
neantur, ut infra mensem a tempore mo-
nitionis hujusmodi numerandum, sta-
ruta deleant, banna, prohibitiones, &
præcepta revocent, ad consimilia nun-
quam ulterius processuri: alioquin ex-
communicationis sententiæ, quam ex
nunc in ipsos ferimus, extunc subja-
ceant ipso facto.

XII. *Contra illos qui fugientes ad ecclesiam
extrahere presumunt ab ecclesia,
vulnerant vel interficiunt.*

Quorundam insolentias perversorum,
qui Dominum Jesum Christum verbis
tantum modo proferentes, nec Deum ti-
mere, nec homines reveri, pro suorum
atrocitate factorum manifestissime con-
vincuntur, in tantam accepimus tem-
eritatis vel insanie audaciam prorup-
pisse, quod confugientes ad ecclesiarum
tutelam, contra juris utriusque statuta,
& ecclesiasticam libertatem, ibidem vul-
nerant; mutilant, interficiunt aut in-
cedunt aut^o; exinde extrahunt, violenter
extractos vulnerare, seu mutilare præsu-
munt, nonnumquam eis ultimum suppli-
cium inferentes, aut ista fieri præcipiunt
aut procurant, seu consilium aut opem
exhibent in tantis sceleribus perpetrandis.
Nos itaque, quos zelus comedit domus
Dei, hujusmodi sacrilegorum excessus
detestabiles & horrendos, quos non
solum evidentia rei docet inhumaniter
excevisse, sed inolevisse jam præsum-
ptione damnabili, recensita præterito-
rum memoria comprobat & declarat,
castigatione canonica cohibere volen-
tes, præsentis approbatione concilii
duximus statuendum, quod taliter de-
linquentes, excommunicationis senten-
tiæ, quam in ipsos proferimus, subja-
ceant ipso facto. Quam quidem sen-
tentiam locorum ordinarii, ejusdem
auctoritate concilii, solemniter in sub-
jectis sibi ecclesiis denunciari faciant,
& usque ad satisfactionem condignam
inviolabiliter observari: eisdem nihilo-
minus mutilatoribus & interfectoribus,
necnon & iis, qui hujusmodi mutilatio-

* al. inco-
dunt.

nes & homicidia fieri præcipiunt vel
procurant, aut facientibus consilium
vel opem impendant, fenda & benefi-
cia, si qua ab ecclesiis taliter violatis
obtinere, eo ipso protinus amissuris,
quæ ad ecclesiam, a qua illa obtinere
noscuntur, libere revertantur. Filii
etiam eorundem non solum nihil ob-
tineant de præmissis, sed ad beneficia
ecclesiastica de cetero assequenda, eo
ipso reddantur prorsus inhabiles & in-
digni.

XIII. *Contra illos qui impediunt jurisdic-
tionem ecclesiasticam.*

Cum nonnulli temporale dominium
obtinentes, seu sæcularis judicariæ po-
testatis gerentes officium, jurisdic-
tionem sanctæ matris ecclesiæ subvertere
vel imminuere exquisitis astutiis mol-
liantur: nos eorum malitiis ultione ca-
nonica reprimentes, statuimus inhiben-
tes, ne quis in foro ecclesiastico liti-
gantes, seu litigare volentes, super
causis mere ecclesiasticis, seu quæ ad
forum ecclesiasticum de antiqua & ap-
probata consuetudine, & hactenus pa-
cifice observata, pertinere noscuntur,
ad resistendum compellat, per ipso-
rum vel parentum, aut consanguineo-
rum, sive rerum eorum, vel persona-
rum, hujusmodi captionem, modisve
aliis quibuscumque. Si qui vero con-
tra præsumperint, excommunicationis
sententiæ, præsentis auctoritate conci-
lii, se noverint subiacere.

XIV. *De Judæis.*

De Judæis, quorum perfidia plerum-
que simplices Christianos fraudulentè
decipit, & malitiosè secum pertrahit
in errorem, sacro approbante concilio
duximus ordinandum, ut non nisi in
civitatibus, castris, & aliis locis insi-
gnibus, habitare præsumant: tempora-
libus locorum dominis, & vices geren-
tibus, seu loca tenentibus eorundem,
districtius inhibentes, ne Judæos ipsos
permittant alibi, quam in locis expres-
sis superius habitare: ipsis ad hoc, si
res exegerit, a diocesanis locorum,
ejusdem auctoritate concilii, per cen-
suram ecclesiasticam compellendis.

XV. *De privilegiis & excessibus privi-
legiarum.*

Licet regularis observantiæ professores,
& alios quos sedes apostolica exemp-
tionis seu libertatis majoris decoravit ti-
tulis, aut privilegiis insignivit, attol-
lere

ANNO CHRISTI 1176.

ANNO CHRISTI 1176.

lere condignis favoribus intendamus, ipsorumque privilegia, quantum ad nos attinet, servare penitus illibata: sic tamen eos suis juribus manere contentos affectamus, quod privilegiorum suorum limites in aliorum injuriam non extendant. Proinde sacro approbante concilio duximus statuendum, districtius inhibentes, ne deinceps religiosi quicumque, vel etiam seculares, exemptionis, seu libertatis sedis apostolicæ privilegiiis communiti, excommunicatos publice, vel nominatim interdictos, seu usurarios manifestos, ad Divina, seu ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam, scienter admittant. Qui vero contra præsumperint, præter pœnas a jure statutas, ingressum ecclesiæ eo ipso sibi noverint interdictum: donec prolatoribus sententiarum hujusmodi, quorum auctoritatem contempserint, & aliis quorum interesse contigerit, de prædictis excessibus, & omni interesse ac damnis, satisfecerint competenter.

XVI. De penis.

Cum juris utilitas tot & tantis excogitata vigiliis, sufficienter nequeat prosperari, si processus ministrorum justitiæ contingat iniquorum machinationibus impediri: ut illorum audaciam, quos amor Divinus a malo non revocat, saltem rigor ecclesiasticæ coerceat disciplinæ, sacri provisione concilii duximus statuendum, quod si quis, cujuscumque dignitatis, aut conditionis extiterit, nuncios seu executores ecclesiasticorum judicium, aut alios litteras eorundem, actæ judicialia deferentes, hac occasione verberare, capere, detinere, occultare, carceri mancipare, mutilare, aut quod gravius est censendum, interficere, litteras vel acta prædicta personis memoratis asferre, seu ea corrumpere, concellare, aut alias destruere quoquo modo, vel sic ablata celare præsumperit, aut ut ista fiant procuraverit, aut facientibus consilium vel opem duxerit adhibendam, excommunicationis sententiæ, quam exnunc in ipsos proferimus, subjaceat ipso facto: a qua nisi prius tam judici, cujus auctoritatem contempserit, quam passo injuriam, & ceteris quorum intererit, prout excessus postulabit atrocitas, satisfecerit competenter, nullatenus absolvatur:

Ad quorum memoriam in perpetuum observandam, & præmissorum testimonium, sigillum nostrum duximus præsentibus apponendum.
Council. General. Tom. XXIV.

Adum. Datum in eodem concilio, Idibus Septembris, anno Domini MOCCLXXVI. Romana ecclesia vacante.

AUTHORITAS CONCILII.

Simon miseratione Divina tituli S. Cæcilie presbyter cardinalis, apostolica sedis legatus, ad futuram rei memoriam.

Nuper in generali concilio nostræ legationis per nos Bituris congregato, nonnulla pro defensione ecclesiasticæ libertatis, & tranquillo statu ecclesiarum, a sede apostolica nostro regimini commissarum, deliberatione provida, de ipsius approbatione concilii ordinanda duximus, ac etiam statuenda: que quidem nostræ approbationis hujus perpetuam decernimus obtinere firmitatem. Ne igitur per aliquorum malitiam, privilegiorum sive indulgentiarum, collegiis, locis, ordinibus, communitatibus, seu personis quibuscumque, sub quacumque forma, vel conceptione verborum, a sede apostolica concessarum, prætextu, adversus observationem ordinationum & statutorum hujusmodi, quisquam immunitatem quovis exquisto colore sibi vindicare præsumat, aut habeat se quomodolibet excusare: litterarum apostolicarum tenorem, per quas nobis expresse conceditur, quod præmissis seu aliis nequicquam obstantibus, censuram ecclesiasticam, officium nostrum, & omnia ad ipsum spectantia, aut que nobis officii ratione competunt, exercere libere valeamus (quas quidem in dicto Bituricensi concilio solemniter fecimus publicari) litteris præsentibus ipsi ordinationibus & statutis annexis justius annotari. Tenor autem litterarum ipsarum talis est.

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Simoni tituli sanctæ Cæcilie presbytero cardinali, apostolicæ sedis legato, salutem & apostolicam benedictionem. Cum tibi plene legationis officium in regno Franciæ, civitate ac diocesi Lugdunensi, necnon & in partibus transmarinis, duxerimus committendum: ne circa executionem illius, vel eorum, que ad ipsam spectant officium, vel tibi ratione ipsius competunt, te contingat aliquatenus impediri: discretioni tuæ, ut non obstante aliqua indulgentia, quibuscumque archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ceterisque prelatibus ecclesiarum, sive aliis personis ecclesiasticis, vel secularibus, cujuscumque sint præminentie conditionis, aut status, seu collegiis, vel dignitatibus, aut ordinibus, a sede apostolica sub quacumque forma verborum vel expressione concessa, etiamsi contineatur in ea quod aliquis litteris quantumcumque quilibet obstantia seu obstare possibilia expressius removens, ipsi aliquatenus non obstant; sive quod de ipsa indulgentia, dignitatibus, ordinibus, seu nominibus propriis ipsorum ordinum, dignitarum, seu etiam personarum, plenam & expressam, seu etiam de toto tenore ipsius indulgentiæ sigillatim & de verbo ad verbum oporteat fieri mentionem, seu quod personæ hujusmodi ab homine excommunicari, suspendi, vel interdicti non possint per litteras apostolicas, vel legatorum sedis apostolicæ, in quibus de ipsa dignitatibus, ordinibus, nominibus, seu indulgentia vel ejus tota serie plena & expressa, sive

M

„ sive

ANNO
CHRISTI
1176.

sive de verbo ad verbum, in eisdem apostolicis vel legatorum ipsorum litteris mentio non habetur, & qualibet alia indulgentia cuiuscumque tenoris, formae, vel expressionis existat, per quam praesentibus non expressam vel totaliter non insertam, huius nostrae concessionis effectus impediri possit, vel quomodolibet retardari dictum officium, & omnia ad ipsum pertinentia, sive tibi ratione ipsius competentia, libere sine cuiuscumque conditionis vel alterius impedimenti objectione valeas exercere, plenam & liberam tibi auctoritate praesentium concedimus facultatem. Datum Viennae VII. Kal. Octobr. pontificatus nostri anno IV.

an. Chr.
1174.

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Simoni tituli S. Caeciliae presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, salutem & apostolicam benedictionem. Ut eo efficacius commissum tibi legationis officium promovere valeas, quo majore per nos fueris auctoritate munitus: discretioni tuae exercendi libere censuram ecclesiasticam in omnes tam cathedralium, quam aliarum ecclesiarum praelatos, exemptos & non exemptos, in universa quoque capitula & conventus, duces, marchiones, comites, necnon barones, ballivos, & quoslibet alios nobiles, in rectores etiam, potestates, consiliarios, universitates, populos, & quascumque personas ecclesiasticas, regulares, saeculares, etiam si militiae Templi, vel Hospitalis S. Joannis Hierusalem, vel S. Mariae Teuthonicorum, seu Cisterciensis, Cluniacensis, Praemonstratensis, Minorum, aut Praedicatorum ordinum fuerint, & in quaslibet alias publicas vel privatas tuae legationis, cum videris expedire: non obstantibus quod aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint, aut aliquibus privilegiis, indulgentiis, vel litteris quibuscumque, dignitatibus, ordinibus, locis, vel personis, generaliter vel specialiter, sub quacumque forma vel conceptione verborum, ab eadem sede concessis, de quibus quorumve totis tenoribus, de verbo ad verbum, seu ordinibus, locis, aut propriis personarum nominibus, certa, specialis, plena, determinata, & expressa mentio sit habenda, & per quae etiam si contingantur in ipsis, quod per quasvis apostolicas litteras quaelibet obstantia removens, eis in aliquo nequeat derogari, nullum in praemissis volumus obstaculum interponi, nec cuiquam contra ea praesidium quomodolibet exhiberi, plenam & liberam concedimus auctoritate praesentium potestatem. Datum Lugduni XIV. Kalendas Sept. pontificatus nostri anno III.

In cuius rei testimonium & munimen per-

petuum, sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Actum in eodem concilio, Idibus Septembris anno Domini MCCLXXVI. Romana ecclesia vacante.

G. C. Huius concilii statuta misit Simon legatus ad omnes Francici regni episcopos: ut, qua legatio sua patebat, ubique servarentur. Hoc adeo intellegimus ex Joannis archiepiscopi Turonensis ad episcopum Nannetensem epistola, praemissa Bituricensi concilio in collectione conciliorum provinciae Turonensis, quae a Joanne Maano edita est, & apud nos extat manuscripta beneficio Egidii Menagii 7. cl. Quae in editione adscribitur concilium nostrum anno MCCLXXVII. falso quidem, si spectatur annus, quo celebratum est; verum fortan, si tempus, quo ad omnes episcopos transmissum.

ANNO
CHRISTI
1176.

JOANNES TURONENSIS

ARCHIEPISCOPUS,

Missa sibi a Simone legato Bituricensis concilii statuta, ad Nannetensem episcopum transmittit.

Joannes Dei gratia archiepiscopus Turonensis, venerabili in Christo fratri ejusdem gratia episcopo Nannetensi salutem & sinceram in Domino caritatem.

Statuta concilii Bituricensis nuper a reverendissimo in Christo patre domino Simone praemissa gratia tit. sanctae Caeciliae presbytero cardinali, convocatis fratribus auctore Domino salubriter celebrata, ac remedia pro defensione ecclesiasticae libertatis adhibita, opportune nobis ab eodem reverendissimo patre transmissa, & copiam potestatis ab apostolica sede sibi concessae, ut ea faciamus venerabilibus in Christo fratribus suffraganeis nostris Turonensis provinciae publicari, & a nostris immediate, & eorum suffraganeorum subditis per ipsos, inviolabiliter recepimus in haec verba.

Simon miseratione Divina tit. sanctae Caeciliae presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, venerabili in Christo fratri eadem gratia archiepiscopo Turonensi, ad futuram rei memoriam. Nuper in generali nostrae legationis concilio per nos Bituris congregato nonnulla, &c. cum litteris duabus Gregorii X. ut supra. Addit Simon legatus. Inde est quod vobis auctoritate apostolica mandamus, quatenus statuta hujusmodi, quae vobis mittimus tenore praesentium litterarum nostro sigillo sigillatarum, vestris subditis publicanda, faciatis ab eis, prout convenit, irrefragabiliter observari: copiam statutorum ipsorum, ipsis suffraganeis, & eorum singulis, nihilominus facientes, cum fueritis requisiti.

Datum Turonis, die Martis post festum Resurrectionis Domini, anno ejusdem Domini MCCLXXVII.

* Describi,
observari
Hanc

V I T A
E T E P I S T O L A
J O A N N I S P A P Æ X I X .
V U L G O X X I .

Joannes, hujus nominis decimus nonus, antea Petrus Hispanus vocatus, patria Ulyssiponenſis, profeſſione medicus, ex epifcopo Tuſculano ad ſupremam eccleſiæ dignitatem evectus eſt Viterbii xv. Septembris anno Domini MCCLXXVI. Palæologum, quem ad Romanæ fidei profeſſionem, prout in concilio Lugdunenſi promiferat, edendam induxit: hunc ſimul & reges Orientales admonuit, ut arma pro defenſione fidei ſuſciperent. In eo laudem ſingularem meritus eſt, quod pauperes ſtudioſos facultatibus & beneficiis juverit: librosque de medica, aliæque de arte logica opuscula compoſuerit, e quibus, teſte Tritheimio in chronico Hirſaugienſi, ſummula quedam extat, quam Theſaurum pauperum appellant, medicinz non inutilis. Siſtridus lib. 2. epitomes ſuæ ſcribit de hoc pontifice, quem Joannem XVIII. perperam nominat, quod dum quemdam librum (ut dicebatur) hæreticum & perverſum diſtaret, ſubito domus, in qua ſedebat, ſuper eum corruerit, eumque intantum concuſſerit, ut infra ſpatium quinque dierum miſerabiliter moreretur, replicans ſæpius hæc verba: Quid fiet de libello meo? Quis complebit libellum meum? Quæ per rumorem accepta, ſi vera ſunt, magnam Dei providentiam, qua ſuam ille gubernat eccleſiam, mirabiliter oſtendunt. Idque accidit, cum pontificatum octo menſibus, & aliquot diebus tenuiſſet.

EPISTOLA.

JOANNIS PAPÆ XIX.

AD EDUARDUM I. REGEM ANGLIÆ.

De non gravanda Hibernia.

Joannes epifcopus ſervus ſervorum Dei cariffimo in Chriſto filio Eduardo illuſtri Angliæ regi ſalutem, & æternam benedictionem.

Paternum amorem ad tuæ ceſtitudinis incrementa, fili cariffime, gerimus: dum te ad ea, quæ juſto placent iudici, tui regni, terrarum & ſubditorum tuorum ſint opportuna quieti, & famæ tuæ pariter & honori proſpiciant, ſolicitis hortationibus invitamus. Propter quod in iis perſuaſiones noſtras devota debes mente ſuſcipere, & ad executionem illarum te paratum & flexibilem exhibere. Ecce, filii, quaſdam accepimus litteras directas pridem per Hibernicos magnates, & populum, dilectis filiis noſtris Anſelmo, tituli ſanctorum Marcellini & Petri præbytero, & Luce ſanctæ Mariæ in Via lata diacono, cardinalibus, apoſtolice ſedis nunciis, & per eos nobis ſuis intercuſas litteras *Council. General. Tom. XXIV.*

Aſtinatas: in quarum ferie vidimus inter cetera contineri, quod cum felicis recordationis Hadrianus papa prædeceſſor noſter, ſub certis modo & forma diſtinctis apertius apoſtolicis litteris, inde factis, claræ memoriæ Henrico regi Angliæ, progenitori tuo dominium Hiberniæ conceſſiſſet, ipſe rex ac ſucceſſores ipſius reges Angliæ, uſque ad hæc tempora modum & formam huiusmodi non ſervantes, quinimo eos transgredientes, indebite afflictionibus & gravaminibus inauditis importabilium ſervitutum ipſos diutius oppreſſerunt. Nec fuit hæcenus qui revocaret illata gravamina, aut errata corrigeret, non fuit, quem pia compaſſio ſuper eorum contritione moveret; quamvis ſuper his ad te recurſus habitus fuerit, & clamor validus oppreſſorum aures tuas quændocumque pulſaverit. Unde talia ferre nequeutes, ulterius coacti ſunt ſe a dominio tuo ſubducere, & alium in ſuum regimen advocare. Hæc, dilectiſſime fili, ſi veritate nitantur, tanto nimium infeſtiora noſtris accedunt affectibus, quanto deſideramus intentius. ut tibi proſpere cuncta cedant. Circa illa verſari ſedulo debes, ea que promptis affectibus exequi, quæ tuo ſint placita creatori, & ab omnibus abſtinere ſolite, per quæ contra te debent provocari ipſe Deus ac dominus ultionum, qui gemitus afflictorum iniuſte minime deſpicit, & qui propter iniuſtias pedularem ſuum deſciſſe deſcribitur populum, & translationem feciſſe regnorum. Quanto etiam deſiderabilius, iis præſertim impacatis temporibus, cupimus te illis libenter intendere, per quæ ſuorum corda fidelium ad tuam benevolentiam & obedientiam debeant allici, & illa proſus vitare, quibus valeant a tuæ cultu devotionis avelli. Quia itaque, fili, tua non modicum intereſt huius novæ mutationis vitare diſpendium, quamplurimumque expedit ut hæc non negligentur turbationis initia, ne, illis periculose creſcentibus, ſero medicinz remedia præparentur, excellentiam regiam ſolicitam attentè præſentibus, ſano nihilo, minus conſilio ſuadentes, quatenus hæc prudenti meditatione conſiderans, & cum ſuo diſcreto conſilio conferens, ſuper illis circa præmiſſorum gravaminum correctionem & reformationem debitam & feſtinam, viis & modis decentibus ſic ſufficienter provideri mandes, & facias, ſic diſcriminoſis principiis in hac parte obſtare, procures, quod & illi, per quem regnas, placere valeas; & te in iis efficaciter implente quod debes, cujuſvis adverſum te juſtæ querelæ materia conqueſcat. Per quod idem Hibernici ſaniori ducti conſilio tibi, ut domino pareant, aut ſi, quod abſit, in inepta rebellionem manere voluerint, cauſam ſuam in aperta iniuſtitiam, te apud Deum & homines

M 2 ex.

ANNO
CHRISTI
1177.

excusato, convertant. Ut autem de predictis A
gravaminibus, & querelis, quibus predicti in-
tuntur Hibernici, tuis sensibus innotescat ad
plenum, antedictas litteras missas cardinalibus
antedictis, cum forma litterarum, quas pre-

dictus Hadrianus predecessor noster eidem Hen-
rico regi Angliæ de terra Hiberniæ concessit,
tuis magnitudinæ mittimus presentibus inclusas.
Datum, &c.

ANNO
CHRISTI
1177.

CONCILIIUM COMPENDIENSE

Ex apographo R. P. Jac. Sirmondi S. J.

Concilium provinciale ecclesiæ Re-
menfis habitum Compendii a rever.
patre ac domino Petro Barbet archie-
piscopo Remensi in canonicis cathe-
dralibus, anno Dom. MCCLXXVII.

UNIVERSIS presentes litteras inspecturis, Pe-
trus miseratione Divina Remensis archie-
piscopus, Milo Sueffionensis, Reginaldus Bel-
vacensis, Guido Noviomensis, B. Catalaunen-
sis, Ingerannus Cameracensis, Philippus Tor-
nacensis, Henricus Moricensis, & R. Sil-
vanectensis, eadem miseratione Divina episco-
pi Remensis ecclesiæ suffraganei, in concilio
provinciali apud Compendium congregati, salu-
tatem in Domino sempiternam.

Robertus.

Cæca cordis emulatio, superfeminansque z-
zaniæ humani generis inimicus, sic quorum-
dam interiores oculos obtexit caligine, sic
etiam venenum insudisse dignoscitur cordibus
eorumdem: ut quid de jure liceat, aut quid
de honestate deceat, non attendant. Ac non
solum in subditos, immo etiam, quod horren-
dum est dicere, in proprios prælatos, & ipsos,
quibus ex debito fore noscuntur filiationis ad-
stridi, frequenter sæviunt, & nonnumquam
contra eos calumniosas, & graves non zelo ju-
stitiæ, sed rancoris suscitant questiones. Atten-
dentes igitur quod capitula & canonici cathe-
dralium ecclesiarum nostræ Remensis provinciæ
in nos, qui licet immeriti præsidemus eisdem,
nescimus quo ducti spiritu, quod dolentes re-
ferimus, exercuerunt spiritualia jura, sibi dam-
nabiliter usurpando, interdum auctoritate pro-
pria, interdum etiam per exquisitas lites, quas

contra nos aggredi non verentur, nonnumquam
etiam per subtractionem Divini officii, contra
nos pro sua libertatis arbitrio sua organa sus-
pendendo: ideo nos super præmissis inten-
dentes, prout possibilitas aderit, salubre reme-
dium adhibere, & præcavere periculis, quem-
tam nos, quam successores nostri incurrere va-
leremus: deliberatione inter nos habita, de
communi consensu conveniendum duximus &
unanimitè statuendum, quod quotiescumque
contigerit, inter nos, vel quemque ex nobis,
& capitulum sui cathedralis ecclesiæ, discor-
diam suscitari super reformatione pacis, si fi-
ri poterit, bono modo, necnon ad defensionem
causæ, fraterno more, alter alterius por-
tantes onera, adistemus nobis ad invicem,
contributionem nihilominus pecuniariam, prout
magnitudo causæ poposcerit, ei qui causam hu-
jusmodi seu litem habuerit, facientes. Et ut
super his cum majori valeat auctoritate proce-
di, ne etiam animosè, quod abest, contra capi-
tula præfata quicquam profecti videamur; ordi-
natum est inter nos consensu unanimi, quod nos
annis singulis in quindena Pentecostes persona-
liter convenimus Parisiis, ibidem tam de com-
munibus, quam de propriis negotiis insinual-
tractaturi, & habituri maturum consilium, ut
causam ullam contra ipsa capitula, nisi veram
& justam, aliquatenus prosequamur. Obliga-
mus insuper nos omnes ad invicem ad obser-
vanda præmissa, & omnia bona nostra. In cu-
jus rei testimonium sigilla nostra presentibus
litteris sunt apposita. Datum in loco prædi-
cto, anno Domini MCCLXXVII. ante Ra-
mos Palmarum

CONCILIIUM CONSTANTINOPOLITANUM,

In quo Joannes Becus Romanam fidem profitetur, Romanumque
primatum agnoscit, mense Aprili ann. MCCLXXVII.

Superius hujus concilii synodales ad pontificem litteræ editæ ab Odorico Reynaldo: ex quibus constat, paulo ante cele-
bratum fuisse Constantinopoli universale Græcorum concilium missum quoque ad pontificem fuisse volutum, quo acta
concilii continerentur: has autem ipsas litteras esse synodi, que relicta est Constantinopoli ab illa generalitate.

Litteræ patriarchæ CP. & concilii cum E-
professione fidei, & recognitione pri-
matus.

Sanctissimo & beatissimo summo pontifici apostoli-
ca sedis veteris Roma, & universali papa,
domino Joanni, Joannes miseratione Divina pa-
triarcha Constantinopolitanus Roma novæ, cum
omni nostra sacrosancta synodo debitam reve-

rentiam vestra obedientia, ac inclinationem &
orationum postulacionem.

PRINCIPII boni optimum esse finem, omnibus
abque dubio clare patet. Et quare non,
cum omne donum perfectum desersum sit, des-
cendens a Patre lumen? Hoc enim concessio,
consequens est credi omne principium cuiuscum-
que rei optime inchoatæ a Divino pendere con-
silio, & propter hoc necessario tale principium
in

ANNO
CHRISTI
1177.ANNO
CHRISTI
1177.

in finem destinare gloriosum. Quod enim a Deo bene inchoatum est, quomodo non optime terminabitur auxiliante Deo quale quid factum est, & super iis, de quibus nunc propositum est nobis dicere, o Divinum & sacrum caput. Nam ecclesiastica unione feliciter incepta tempore felicis memoris beatissimi illius viri (si tamen virum, & non angelum, vocari oportet felicem illum, sanctissimum papam decimum dicimus Gregorium) ad gloriosorem finem, quam ad ipsam videlicet unionem summus Dominus confirmavit in diebus, in quibus ad decorem apostolicæ sedis, & illuminationem perspicuam firmamenti universalis ecclesiæ, vos, nomine grati nominatum, Deus eligendo constituit. Quod quidem apostolicæ sedis, nuncii reverendissimi scilicet fratres nostri & coepiscopi Jacobus Ferentinus & Gaudridus Taurinensis, & de Deo accepto ordine prædicatorum religiosissimi nostri fratres Raynocus prior Viterbiensis, & Salvus lector Lucanus vestrae sanctitatis orationibus prosperati, pervenerunt ad sanctos, & potentissimos nostros moderatores, & ad nostram humilitatem, & ad eam, quæ apud nos inventa est sacram & sanctam synodum relictam ab universitate magna synodi, quæ apud nos paulo ante fuerat celebrata: dictæ ecclesiasticæ unionis inchoatio auctore Deo, absque defectu sine prospero consummata est.

* Locum orationis.

* Hic est Joannis nomen. R.

* Michael imp. Cum Anthonio filio cæsarum imperatoris.

Et quomodo quidem potens & sanctus moderator noster, cum Divinitus germinato ramo radicis, sacro, potenti, & sancto nostro moderatore, confirmationem ecclesiasticæ unionis in fide perfecta & diligenti certitudine fecerunt, poterit noscere maxima sanctitas vestra & ab ipsis, quæ ad ipsam mittuntur, litteris potentis sui, & ab instrumento juramentorum factorum per ipsos, & ab iis, quæ apostolicæ sedis nuncii ore tenus divinis auribus vestræ infunderunt sanctitatis. Quomodo quoque nos robor præstamus, & finem apponimus glorioso principio hujusmodi operis unionis, poterit scire vestra a Deo magnifica sanctitas, & a volumine synodicali, quod sibi ostendetur, quod humilitas nostra cum toto sacro ipsius conventu firmavit & roboravit subscriptionibus manibus, quæ apud nos vigorem obtinent juramenti.

Habet insuper noscere & ab iis, quæ in præfati scripto specialius nos dicemus omnimode, præbentes vestra apostolicæ sanctitati certitudinem nostram ad apostolicam sedem puræ, perfectæque obedientiæ. Dicimus enim, sub testibus Deo & angelis verba facientes, quod omne schisma inter ecclesias Dei, veteris Romæ scilicet & novæ nostræ, male introductum in lesionem Christianitatis, aspernitas & abjicimus; & precordiali affectu, & ex tota anima prout ipsum depoentes, per linguam, & labia, & prolativum nostrum sermonem, etiam in præfati scripto ipsum abnegamus, & ecclesiasticam pacem & unitatem, & primatum apostolicæ sedis confirmamus, recognoscimus, acceptamus, & sponte suscipimus: & ad ipsius obedientiam spontanei venientes, ratum habere, & conservare immutabile promittimus & asserimus. & eas prærogativas, quæ a principio ante schisma præstabantur apostolicæ sedi ab illis, qui pro tempore, pontificio in Constantinopoli frangebantur, integra & inviolabilia promittimus conservare. Schisma enim, quod in medio intercessit, intimo cordis affectu & tota

animi voluntate aspernantes: compaginamus & coaptamus nosmetipsos lineæ pontificum illorum, qui ante schisma apostolicæ sedi veteris Romæ suam obedientiam canonicè & legitime conservabant; & nihil omnino imperfectum omittere pollicemur de iis, quæ ante schisma illi divi & sancti imperatores apostolicæ sedi præstando roborarunt & affirmarunt; insuper etiam & de iis, quæ in sacris conciliis patres nostri ad ipsius obedientiam demonstrabant se conservare. Rursus ad apostolicam sedem confirmamus inviolabiliter & integre omnes prærogativas & privilegia, quæ ante schisma reverendi & beati imperatores, & deiseri patres nostri doctores, ad primatum apostolicæ sedis in obedientiam ostendebant: videlicet, quia ipsa sacrosancta Romana ecclesia summum & perfectum primatum & principatum super universam catholicam ecclesiam obtinet, quem in scripta ab ipso Domino, in beato Petro apostolorum principe seu vertice, cuius Romanus pontifex est successor, cum plenitudine potestatis recepisse, vere ac humiliter recognoscimus. Et quemadmodum prout aliis tenetur fidei veritatem defendere: sic & si quæ de fide subortæ fuerint quæstiones, suo debent judicio desiniri. Ad hanc potestatem quilibet, gravatus in negotiis ad forum ecclesiasticum pertinentibus, appellare: & in omnibus causis, ad examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius potestatem recurri judicium: & eidem omnes ecclesiæ sunt subjectæ, ipsarumque prælati obedientiam & reverentiam sibi debent. Apud hanc autem plenitudo potestatis, consistit, quod ea, quæ ceteræ ecclesiæ, & patriarchales specialiter, diversis temporibus privilegia obtinuerunt, sanctionibus beatorum sanctorum imperatorum & Divinorum conciliorum, eadem Romana ecclesia confirmavit & roboravit: & non aliter obtinuerunt confirmationem ecclesiæ hujusmodi prærogativas, nisi eadem ecclesia Romana suum super iis iudicium & sententiam protulisset: sua tamen prærogativa tam in generalibus conciliis, quam in quibuscumque aliis semper salva. Et de abnegatione quidem schismatis, & recognitione primatus apostolicæ sedis, tanta sint dicta.

Quoniam autem multum schismatis tempus, opinionem quibusdam vanam & falsam tribuit, quod sit aliqua differentia dogmatum inter utramque ecclesiam, Græcam videlicet & Latinam, propter in symbolo factam additionem per Romanam ecclesiam: oportet utique, nos libellum fidei exponere, ex quo vestra Deo magnifica altitudo, & tota Romana ecclesia, cognoscet, quod nulla differentia fidei est iis, qui symbolum primi Nicæni concilii legunt, & qui symbolum Constantinopolitanum secundi concilii prædicant, & iis, qui hoc symbolum, quod a Romana ecclesia legitur, cum additione venerantur.

Credimus enim in unum Deum ingenitum Patrem omnipotentem, immortalem, invisibilem, impalpabilem, universum implentem, & super omnia existentem, conditorem totius creaturæ visibilis, & invisibilis, corporalis & spiritualis. Et in unum Dominum Jesum Christum, Verbum, unigenitum Filium, æternum ab æterno Patre, principium de principio, lumen de lumine, Deum de Deo, omnipotentem de omnipotente, æqualem incommutabiliter generanti Patri, prout ipse Dominus in evan-

evangelio asserit dicens: *Qui videt me, videt Patrem*; qui ante omnia secula natus, ineffabilem, & intellectu incomprehensibilem habet nativitatem: *Generationem ejus quis enarrabit?* sacra latentur eloquia, hoc est nullus. In consummatione seculorum descendit inseparabiliter ex paterno sinu intermembratam & semper virginem Mariam, & nostram ex ipsa assumpsit naturam, carnem videlicet humanam cum anima rationali, non secundum phantasiam, sed secundum veritatem; neque supernam & intemporealem nativitatem adoptatus, neque secundum inferiorem temporalem: naturalis enim existens & verus filius Dei, naturalis & verus semper virginis Mariæ ipse idem filius existit, qui carnem accepit ex ipsa, visibilem invisibilis, mortalem immortalis, passibilem impassibilis, palpabilem impalpabilis: in qua carne & pro nobis sponte suscepit passionem, vera carnis passione. Mortuus, & sepultus, & descendens ad inferos, & tertia die, secundum scripturam, resurgens a mortuis vera carnis resurrectione. Post quadraginta a resurrectione sua a mortuis, ascendit ad caelos, cum eadem, qua surrexit, carne & anima: & sedet ad dexteram Dei Patris, introitum in caeleste regnum nobis elargiens. Qui venturus est iterum iudex vivorum & mortuorum, redditurus unicuique secundum opera sua.

Credimus eodem modo & in Spiritum sanctum, *omnis scrutantem, etiam profunda Dei*, qui naturaliter inest Deo & Patri, & essentialiter insitus est, ut ita dicamus, & indivisibiliter ex ipso procedens; naturaliter inest & Filio, & essentialiter illi insitus est, & indivisibiliter ex ipso procedit. Profunditur quod enim idem procedit, quemadmodum a fonte, Deo & Patre: profunditur autem & ab ipso filio, quemadmodum a fonte, velut utique & ex ipso Deo & Patre. Sed licet Pater fons Spiritus sit, & Filius fons Spiritus sit: non tamen duo fontes Spiritus sunt Patris & Filii. Unum enim fontem Spiritus Patrem & Filium fidelis & pia intelligentia tenet: & propter hoc communem Patris & Filii Spiritum S. ecclesiae luminaria & doctores theologizarunt. Sicut enim de substantia Patris naturaliter Spiritus est, sic & ex substantia Filii naturaliter Spiritus est: & sicut secundum substantiam existit Dei & patris, ita & secundum substantiam Filii existit: & ut proprius est essentiae Patris, & non extra hanc procedens in esse, ita & essentiae Filii proprius est, & non extra hanc procedens in esse. Naturalium enim bonorum Dei & Patris essentialiter existens Filius communicator, habet Spiritum, sicut unusquisque nostrum, proprium in seipso continens spiritum, & ex intimis visceribus ad extra profundit ipsum. Propter quod & corporaliter ipsum discipulis insufflavit, quia inspiratione Filii Spiritum novimus, & sensum Christi Spiritum esse ab apostolo edoctum. Unde unam esse catholicam & sanctam apostolicam ecclesiam confitemur, in qua unum datur baptisma, & vere remissio omnium peccatorum, tribus personis, scilicet Patri, & Filio, & Spiritui sancto, in quibus & ad quas personas baptizamur, gloriam pane referimus, sicut uni Deo: & ipsas tres esse cognoscimus personas, unum Deum omnipotentem ipsas cognoscimus, totamque in Trinitate Deitatem coessentiali, coaeternam, & coomnipotentem; unius dignitatis, unius potentiae, unius voluntatis, unius operationis; singulam sanctae Tri-

nitatis personam Deum plenum, & perfectum praedicantes, & confitemur. Et ita credentes, gloriam offerimus Patri, gloriam offerimus Filio, gloriam offerimus Spiritui sancto. Credimus veram resurrectionem nostrae carnis, quam in praesenti vita gestamus, & futuram vitam, aeternam, perpetuam expectamus. Credimus etiam ipsum & unum Deum adorem esse & dominum omnipotentem, veteris & novi testamenti, prophetarum & apostolorum: in Trinitate unum cognitum Deum benedicentes nunc & in secula. Amen. Et hoc quidem usque in tantum.

Ex quo autem sancta Romana ecclesia propter diversos errores, a quibusdam ex ignorantia, ab aliis ex malitia introductos, dicit & praedicat eos, qui post baptismum in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram poenitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum, & si vere poenitentes in caritate decesserint, antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint & omnis, eorum animas in igne purgatorii post mortem purgari; & ad poenas huiusmodi relevandas prodesse iis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes, elemosynas, & alia pietatis officia, quae a fidelibus fieri consueverunt secundum ecclesiae instituta; & illorum quidem animas, quae post sacrum baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerint, illas etiam, quae post baptismum maculam peccati contraxerunt, vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exiit, sicut superius dictum est, sunt purgatae, mox in caeleste regnum recipi: illorum autem animas, qui cum mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, poenis disparibus puniendas; & quod nihilominus in die iudicii omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis propriis rationem: quoniam quidem sancta ecclesia Romana sic dicit & praedicat, recipimus haec & confitemur, quoniam sanctorum patrum Divinae scripturae ipsa continent.

Cum autem iterum cum suprascriptis sancta apostolica ecclesia Romana dicit & praedicat, quod septem sunt ecclesiastica sacramenta, baptismus, de quo dictum est supra; sacramentum confirmationis, quod per manus impositionem episcopi conferunt chrismando renatos; poenitentia, eucharistia, sacramentum ordinis, matrimonium, & extrema unctio, quae secundum doctrinam B. Jacobi infirmantibus exhibetur: dicimus & de iis haec baptismum hoc recipimus, & confitemur, sicut secundum confirmationis sacramentum, licet apud ecclesiam Romanam per impositionem manuum soli episcopi conferant chrismando renatos, apud nos autem indifferenter praelati & presbyteri hoc faciunt: tamen nos eam, quae haecenus apud nos obtenta fuit consuetudo, in ipsa ordinatione conservantes, quod a Romana ecclesia super ipsa sit, sanctificativum & perfectivum esse confitemur. Poenitentiam & ipsam amplectentes confitemur & recipimus. Eucharistiam & ipsum sacramentum Eucharistiae, per sanctam ecclesiam Romanam ex azymo pane confectum, secundum ipsius antiquam consuetudinem per ipsam haecenus veneratam, similiter illud, quod per nos conficitur sacramentum dicimus esse indistinctum; credentes & nos ipsum azymum panem in ipso sacro officio Eucharistiae vere transubstantiari in corpus domini nostri Jesu Christi.

ANNO
CHRISTI
1377.7^{mo} m. 11.

51.

* add. in

* add. secundum.

add. dies.

1. Cor.

* Corr. Profunditur quidem & procedit.

* add. a Deo.

ANNO
CHRISTI
1377.

ANNO CHRISTI 1277.


Christi, & vinum in sanguinem ejus per suam A sanctissimi Spiritus virtutem & operationem; a nobis iterum ex fermentato confectum pane, sacramentum etiam illud cognoscimus. Quod & conservantes sicut a principio nobis traditum: credimus similiter ipsum panem vere transubstantiari in corpus, & vinum in sanguinem domini nostri Jesu Christi per sanctissimi Spiritus, ut dictum est, virtutem & operationem. Sacramentum ordinis & ipsum amplectenter consistemus & recipimus. Matrimonium, de quo tenet ipsa ecclesia Romana, quod nec unus vir plures uxores simul, nec una mulier simul habere permittitur plures viros; soluta vero lege matrimonii per mortem alterius conjugum, secundas, & tertias, & deinde nuptias legitime factas, successive licitas esse dicit, si impedimentum canonicum, & causa alia non obstat: recipimus eodem modo, & de ipso idem dicimus nos. Extremam unctionem etiam ipsam recipimus, similiter cum aliis, que

* Erat sine dubio Græce, rei post dicitur ympt. hoc est, & consequentes nuptias.

& a nobis celebrata episcopatum nominatur. Unum summam dicamus: cum hæc omnia sic veneretur, & prædicet dicta sancta ecclesia Romana, credimus & dicimus, quod vere, fideliter, & orthodoxe docet & prædicat ipsa sancta ecclesia Romana: tamen & sic debemus nos permanere incommutabiliter in ritibus, qui a principio obtenti sunt in ecclesia nostra. Hæc omnia suprascripta ad confirmationem plenissimam exponentes abnegationis schismatis & puræ ac veræ nostræ obedientiæ ad primatum ecclesiæ Romanæ, & representationem & demonstrationem, quod concors sit plenissime & sine defectu nostra ecclesia secundum fidei orthodoxæ intellectum sanctæ apostolicæ matris omnium ecclesiarum ecclesiæ Romanæ, nostra bulla consueta roboravimus, mense Aprilis, quintæ Indictionis, sexti millennii septimi centeni octuagesimi quinti anni, secundo anno pontificatus nostri.

ANNO CHRISTI 1277. Conv. eucharistiam. Nam Græce. Ingressus.

Annus Græcorum 6785, resp. pont. nos. 1277.



CONCILIUM ALTERUM

CONSTANTINOPOLITANUM,

In quo excommunicati schismatici, qui concordiam cum Romana ecclesia initam respuebant.

LITTERÆ SYNODICÆ.

Joannes miseratione Divina Constantinopolitanus patriarcha, universis, ad quos præsentis litteræ pervenerint, rei gesta memoriam cum salute.

Cne solita præsentibus duximus apponendam. Datum Constantinopoli apud sanctam Sophiam anno Dom. MCCLXXXVII. die Veneris, sextodecimo intrante Julio, Indictione quinta.

RUDOLPHUS I.

Aug. laudat fidelitatem Episcoporum & reversales dat Vienna 1277.

Froelich. Dipl. Styr. pag. 337.

Caritati vestræ notum fieri volumus per præsentibus, quod nobis existentibus in concilio Constantinopolitano, congregato pro discutienda scissura dudum facta inter ecclesiam Latinam & Græcam, per illum qui unitati invidet, & una cum ipso sacrosancto concilio deliberatione habita, omnes schismaticos, ac unionis ecclesiasticæ turbatores, qui prope & longe sub pertinacia sua ubicumque existant; qui non recipiunt sanctam Romanam ecclesiam esse matrem & caput omnium aliarum ecclesiarum, & fidelitatis orthodoxæ magistratam, & ipsius summum pontificem, primum pastorem omnium Christianorum, quocumque fungantur officio vel ordine, pontificali dignitate seu sacerdotali, diaconali; ac omnes alios universaliter schismaticos perturbatores, cujuscumque conditionis aut status existant, sive de imperiali, sive de senatus consilio, aut alicujus alterius conditionis, cum quibus & ipsum Nichiforum ducem, qui nominatur despotas, & Joannem ducem de Patra, qui nominatur tyntocrator, sicut schismaticos & perturbatores hujusmodi ecclesiæ unionis, & susceutores schismaticorum, & persecutores ipsorum qui convenerunt ad hujusmodi ecclesiasticam unionem, & sicut illos, qui dividuntur de populi- tate nostra, & de nostra societate fugiunt propter obedientiam, quam fecimus ad apostolicam sedem: excommunicavimus, anathematizavimus, ipsosque damnatos pronuntiavimus, & penitus reprobatos. In cujus rei testimonium, bullam nostram cum nostra subscriptio-

* Forte, Nicelorum, pro Nicepborum. Hard. * Legt. Sebaſtoſcrator: Græce: Σεβαστοκράτορ. Hard.

Rudolphus D.G. Rom. Rex semper aug. universis &c. Inter alia magnæ devotionis & fidei augmenta (fors argumenta) quibus Principes nostri carissimi Fridericus vener. Archiepiscopus Salzeb. Berchtoldus Bamb. Leo Ratilpon. Petrus Patav. Dietericus Gurens. Johannes Khyem. & Wernhardus Seccov. Ecclesiarum episcopi per effectum operis ostenderunt, quo affectu personam nostram respiciunt, & quo zelo Romanum imperium amplectuntur, illud tanquam memoriale perpetuum pro ipsorum honore, & gloria extollendis, præsentium serie litterarum duximus exprimendum, videlicet quod cum causa Reipublicæ, cujus tutelam gerimus, nos urgeret, ut ad partes Austriæ robur Imperii duceremus, prædicti Principes sic fideliter; sic efficaciter & constanter in omni nobis periculo adlitterunt, consilio, favore & auxilio manuali, ut ipsos relinquere Emerito debeamus aliis in exemplum. Cumque nobis moram trahentibus in eisdem partibus, sumptus militiæ nostræ necessarij penitus defecissent, nec possemus per viam, vel modum alium hujusmodi indigentiam providere, dicti Principes nostri, moti precum nostrarum instantia voluntarie consenserunt, ut tam de bonis ipsorum dominicalibus, quam de prædiis monasteriorum & Ecclesiarum eorum jurisdictioni in partibus Austriæ, Styriæ Karinthiæ, Carnoliæ, Marchiæ, subditarum subfidium to-

ANNO
CHRISTI
1177

lerabile peteremus, per quod tantæ necessitatis articulus qui nos & imperium coardabat, per eorum suffragia & digne recolenda subsidia tolleretur. Sed quia prædictorum Principum devota benignitas in hac parte nobis exhibita posset ipsis, & ipsorum Ecclesiis contra nostrum propositum votumque animi occasionem inducere servitutis per nostros successores & futuros dictarum terrarum dominos imponende. Nos qui eorum indemnitati consulere volumus & cavere tenemur, edicto perpetuo statuimus, ut nullus successorum nostrorum in Romano imperio si-ve regno, ac etiam prædictarum terrarum Domini, si forte contigerit in futurum præfatas terras per speciales dominos ordinari, prædictam gratiam ex sola liberalitate Principum nobis factam, ad consequentiam trahere, vel ejus prætextu aliquid tanquam sibi debitum extorquere, exigere, seu exactum colligere audeat, vel contendat, sciatque præsumptor talis injuriæ, se adversus immunitatem ecclesiasticam, sacrasque leges Romani imperii ausu sacrilego deliquisse. Nos quoque promissimus

dictis Principibus, fide data, quam vice præstitimus sacramenti, quod temporibus vitæ nostræ nihil tallum exigemus, sed magis cogitabimus & servabimus illas vias, per quas ipsi & Ecclesiis hanc liberalitatem grata vicissitudine rependamus, statuentes nihilominus contra futuros dictarum terrarum dominos, qui præsentem nostram violare præsumperint sanctionem, ut si tertio commoitus per Episcopos non desisterit a tali sarcina Ecclesiis imponenda aut imposta colligenda ex tunc ipso jure, tanquam factus ingratus Ecclesiis a quarum gravamine commoitus non desistit, scuda perdat que possidet ab Ecclesiis, quas indebita exactione non metuit onerare. Ut sciat nihilominus transgressor hujusmodi nostri privilegii quod juri consonat & continet pietatem quod præter dignam severitatis acrimoniam, que contra sacrilegos per leges Rom. Imperii est promenda, virgam nihilominus sustinebit Ecclesiasticæ disciplinæ. Datum Viennæ An. D. 1177. Kal. Jun. indi&. V. regni vero nostri anno quarto.

ANNO
CHRISTI
1177

V I T A

NICOLAI PAPÆ III.

Nicolaus tertius, cui Joannis Cajetani nomen fuerat, ex nobilissima Urino:rum familia genitus, ex cardinale diacono tituli sancti Nicolai, post interregnum sex mensium, magna cum altercatione pontifex creatus est Viterbii septimo Kalendas Decembris, anno Christi 1177. obistente plurimum Sicilia: rege Carolo, qui senator conclavi præfatus omnibus modis urgebat, ut e Gallia quispiam eligeretur. Inno pontificatu, Carolo Etruriam vicariatum & senatoriam dignitatem abstulit: strictissime prohibens, ne ullus principum ad eam deinceps assumeretur. Exarchatum Ravennatem cum omni Flaminia recepit, cui comitem Bertholdum nepotem præfecit. Post multas comminationes, Venetos adegit, ut pacem cum Anconitanis paciscerentur. Duos reges ex Urino:rum familia creare decreverat, unum Etruriæ, alterum Longobardiam præfaturus: ille ut Germanos ultra Alpes comperceret; hic ut Gallorum & Siciliensium potentiam retunderet. Laudatur in eo quod generosi animi & sani consilii, probæ vitæ, morumque honestissimorum fuerit, litterarum studiosos amaverit, in distribuendis beneficiis personarum electionem evitaverit. Præclaris ædificiis palatium exornavit, sancti Petri hortos mu-

ris circumdedit, ecclesiamque reparavit, in eaque pontifices depingi curavit. Idem etiam in sancto Paulo perfecit: canonicorum numerum auxit. Ordines ecclesiasticos divisit, unicuique domicilium proprium assignans, ut advenæ, quo in loco quisque magistratus, præsertim forensis, reperiretur, cognoscere possent. Palatium Lateranensem ad finem perduxit. Sancta sanctorum restauravit. Ecclesiam S. Joannis propriis expensis reedificavit. Nunquam Missam sine lacrymarum profusione celebravit. Ordinem Minorum maxime promovere studuit. Ecclesiis vacantibus optime omnium & prudentissime ipse unus providit. Magistratum alioque curiæ ministros reformavit. Multa ad publicam utilitatem spectantia ordinavit. In hoc uno quibusdam culpabilis visus, quod in suos propensior observaretur: præsertim quod, ut iis beneficeret, aliis subtraheret. Tandem licet cibi potulque abstinentissimus esset, morte tamen subitanea in octava Assumptionis Sariani sublatus est, cum pontificatum annis tribus, mensibus octo, & diebus quindecim obtinisset. Inde Romam relatus, in ecclesia sancti Petri sepultus est. Sedes quinque mensibus vacavit.

TREVIRENSE CONCILIUM

Anno, ut creditur, 1177. habitum.

Observatio prævia P. Martini.

An. 1177. Alberti Martini. **S**equens Trevirense Concilium descripsi ex veteri codice MS. insignis monasterii S. Matthiæ Trevirensis, ante annos 400. exacto, cujus initio habetur Lugdunense sub

Gregorio X. concilium, deinde hoc Trevirense, tandem liber instructionum ad clericum, compositus per venerabilem dominum G. Durand episcopum Mimatensem. In fine

,, ve-

ANNO
CHRISTI
1177.

193
" vero hujus concilii celebratum dicitur Tre-
" viris in ecclesia S. Mariæ Majoris, anno
" Domini MCCXXVII. cal. Martii. Sed ve-
" reor, ne omnia litera L. error sit in no-
" mero & legendum sit MCCLXXVII. &c.
" certe hic fit mentio Lugdun. concilii, quod
" anno LXXIV. celebratum est.

INCIPIUNT STATUTA CONCILII TRE-
VIRENSIS.

1. Præcipimus firmiter & districte, quatenus omnes sacerdotes de cetero nigris cappis & rotundis vel superpellicis cum solis synodum intrent, & tam cundo quam redeundo ita honeste in hospitiiis suis se habeant, ne status clericorum vertatur in contemptum.

2. Item præcipimus firmiter sub pena suspensionis, ut unusquisque sacerdos penes se habeat statuta concilii Trevirensis & præcepta synodalia, & singulis mensibus legant, vel legi sibi faciant, & librum, in quo continentur, ad synodum secum deferant, & in manibus suis teneant ibidem.

I.

De baptismo & ejus speciebus.

3. Baptismus cum reverentia & honore celebratur in aqua communi sub hac forma: *N. ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S.* Et laici doceantur a sacerdotibus suis sic baptizare, etiam mulieres, ut scient in articulo necessitatis, & districte proferantur, id est cum quadam magna discretionem, omnia verba in baptismo, maxime prædicta, in quibus tota vis sacramenti consistit. Et Gallici sacerdotes in Romano doceant laicos quomodo debeant baptizare parvos pueros suos in necessitate, etiam pater & mater cum intentione baptizandi, *Je te baptise en nomme de Patre, & de Fis, & de Sainte Esperis.* Theutonici vero dicant: *Jeh denffen dich. N. in de me name des Vaderes, in de des Soones, in de des Heiligen geistes.* Et semper interroget sacerdos laicum, cum in necessitate baptizaverit, quid dixerit, aut quid fecerit; & si invenerit cum discretionem baptizasse, & formam verborum observasse, & intentionem baptizandi habuisse, approbet factum, & faciat sibi deferri puerum & non baptizet eum, sed chrismate inungat eum, & dicat illa verba, quæ dici solent. Sin autem, rebaptizet eum. Ad levandum puerum de fonte tres admittantur, quod amplius est a malo est.

I I.

Sequitur de confirmatione, & unctione.

4. Moneant sacerdotes populum sibi subditum frequenter ad confirmationem, quia in hoc sacramento datur Spiritus S. ad corroborationem fidei per sanctam Trinitatem; & pueri adulti accedentes ad confirmationem, prius pure consistantur.

5. Item, ad sacramentum extreme unctionis moneant sacerdotes populum sibi subditum, quia in medicina corporis & animæ, & pluries potest iterari, quando contingit pluries lethaliter, id est mortaliter egrotare; sed baptismus nec confirmatio pluries non possunt iterari: & sacerdotes exhibentes devote exhibentur. *Concil. General. Tom. XXIV.*

beant, & ipsa verba extreme unctionis proprio ore proferant, nihil exigentes ab infirmis.

I I I.

Sequitur de Eucharistia.

6. Sacramentum Eucharistiæ ad minus semel in anno suscipiant laici; prius contriti & pure confessi suo proprio sacerdoti, vel viris litteratis, hominibus auctoritatem delegatam & habentibus licentiam a sacerdote loci, ubi volunt, vel debent audire confessionem. Si qui autem hoc obministrant sine licentia suorum propriorum sacerdotum, illi nobis vel officiali nostro denuncientur, super hoc, ut justum fuerit, corrigendi.

7. Corpus Domini cum campanula & lucerna & luminibus honorifice, & decenter portetur ad infirmos.

8. Si aliqua negligentia contigerit in hoc sacramento, videlicet obmittendo, effundendo, spargendo, vel evomendo, jussa canonum observentur.

9. Item, sacerdotes moneant populum sibi subditum, ut inducant eum ad sequendum corpus Domini devote sine clamore, cum contigerit sic portari.

10. Item, hostia ante transubstantiationis verba non eleventur, ut videri possit a populo, ne panem adoret.

11. Item sacerdos, quando in necessitate oportet eum duas missas celebrare, si ad primam missam post sumptum sanguinem ablutio nem sumserit, jejunus non est ad secundam missam, nec ei licebit celebrare secundam missam. Tamen illa ablutio tradatur alicui homini existenti, bonæ vitæ & honestæ, & continentis personæ, & non detur cuilibet rudi & indiscreto rustico existenti.

12. Item sacerdos, quando celebrat missam, sumat ipsemet corpus Domini, & alteri non det ad sumendum, nec pro infirmis sumat, quia nullo modo fieri debet. Qui autem contra fecerit, pœna gravi punietur, quia plus peccat dimittendo, quam sumendo.

13. Item, sacerdos, qui celebrat missam, debet conficere corpus Christi, & canonem legere; alias peccat mortaliter: quia facit populum adorare panem simplicem, quod est idolatria.

14. Item, nullus sacerdos celebret missam cum hostia consecrata aliquo modo, quia gravissime peccaret, & gravissime puniretur.

15. Item, nullus sacerdos det hostias non consecratas pueris, vel aliis hominibus pro corpore Christi, quia nullo modo fieri debet.

16. Item, nullus sacerdos det corpus Domini pueris vel infirmis, qui cibum non valent retinere.

17. Item, nullus sacerdos propter occulta peccata mortalia, quæ scit per confessionem, debet negare corpus Domini alicui publice: peccat enim graviter quilibet sacerdos faciens hoc, quod facere non debet.

18. Item, ex relatione multorum audivimus, quia quidam sacerdotes sunt, qui in Pascha Domini licentiant suos subditos ad communicandum non confessos in mortalibus peccatis, ut post Pascha consistantur, eo quod ipsi sacerdotes nimis tarde inciperunt audire confessiones suorum subditorum, & ideo non possunt eos audire; quod ne de cetero fiat sub

N

pe

ANNO
CHRISTI
1177.

poena suspensionis & excommunicationis firmiter precipimus, & districte inhibemus.

ANNO
CHRISTI
1177.

I V.

In quo loco confisso sit audienda.

19. Sacerdotes confessiones suorum subditorum recipiant in loco patulo, & sacerdotes non absolvant contentes, nisi penitentiam promittentes.

20. Item, sacerdotes remittant ad nos, vel nostrum penitentiarium peccata graviora, scilicet homicidia, sacrilegia, & maxime de corpore Christi, de chrismate & oleo sancto, de aqua baptismi, perjuria & falsa testimonia, & peccata, quae sunt contra naturam, simoniam, incestum monialium, consanguineorum, & deorationem virginum, veneficia, injectores manuum in parentes, vota fracta, incendiariorum, usurarios, etiam illos, qui parvulos pueros suos sine baptismo perire permittunt.

21. Item, nullus sacerdos praesumat absolvere aliquem existentem reum in casibus penitentibus ad dominum papam, vel ejus legatos, nisi cautione idonea vel satisfactione praecedente, vel in articulo mortis. Primus casus est de illo, qui verberat clericum, vel religiosum. Secundus casus est de illo, qui incendit ecclesiam, & est similiter excommunicatus ab episcopo. Quartus casus est de illo qui scienter & sponte communicat excommunicato a domino papa, & eos recipit in divinis officiis. Quintus casus est de illo, qui falsificat litteras domini papae. Sextus casus est de illo, qui communicat alicui excommunicato a domino papa, in crimine scienter impendendo ei consilium, auxilium & favorem.

22. Item, nullus sacerdos absolvat aliquem a sententia excommunicationis in cum auctoritate superioris, nisi in articulo mortis.

23. Item, praecipimus firmiter & districte, ut sacerdos in casibus perplexis, id est dubitamentis & erroneis, mittat subditos ad peritiores se, qui habent auctoritatem super hoc delegatam.

24. Item, nullus sacerdos revelet confessionem, directe, vel indirecte, nutu, verbo vel signo, generaliter, vel specialiter; alioquin in degradatione honoris sui gravissime & indefinenter punietur.

25. Item, in usura, furto, rapina, fraude acquisitis, caveant sibi sacerdotes, ne injungant penitentias vel missarum, vel elemosinarum, vel hujusmodi, priusquam ablata reddiderint, vel de reddendo cautionem praestiterint, si habeant unde restituant.

26. Item, nullus sacerdos ex cupiditate sua jungat in confessione missas, nec septennale, nec tricennale, nec annale; & pro vivis nullum fiat tricennale, nec annale.

27. Item in confessione non requiratur sacerdos nomina personarum, cum quibus peccaverint contentes, sed circumstantias tantummodo & qualitates, quae notantur in hoc versu, *Quis, quid, ubi, per quas, quotiens, cur, quomodo, quando.*

28. Item, sacerdotes cauti sint in interrogationibus de peccatis, ne simplicibus detur peccato sciendi quod prius nesciverunt.

29. Item, nullus sacerdos non sibi subditum recipere praesumat in confessione, ligare vel absolvere, nisi de licentia nostra, alia manu, vel presbyteri, sui, & ex causa rationabili, & honesta.

30. Item, sacerdotes in casibus, in quibus absolvere possunt, his verbis utantur in absolutionibus suis: *auctoritate qua fungor ego te absolvo a vinculo excommunicationis & restituo te unitati ecclesiae sanctae in nomine patris & filii & spiritus sancti amen.*

31. Item, inhibemus firmiter & districte, ne aliquis sacerdos scribat peccata contentium in litteris apertis, sed tantummodo clausis.

V.

Sequitur de matrimonio & ejus Speciebus.

32. Matrimonium cum honore & reverentia in facie ecclesiae celebretur.

33. Item praecipimus districte, ut antequam matrimonium contrahatur, fiant edita in tribus diebus dominicis & festivis, quod tales volunt contrahere; si aliquis scit impedimentum, votum scilicet, consanguinitatem, affinitatem, compaternitatem, & hujusmodi, dicat. Et si nullum impedimentum invenerit sacerdos neque a populo, neque a contrahentibus, conjungat eos sub debita forma verborum, & prosequatur officium nuptiarum, sicut scriptum est in libris ordinarii.

34. Item, clandestina matrimonia prohibemus sacerdotibus, ne aliquo modo ab eis fiant.

35. Item, nulla persona ignota recipiatur ab aliquo sacerdote ad contrahendum matrimonium, sine littera episcopi sui, vel officialis, vel personae authenticae, cui fides sit adhibenda.

36. Item, prohibemus firmiter, & districte, ne laici quicumque sint, auctoritate sua sine sacerdote aliquos matrimonialiter audeant conjungere. Quod si fecerint, tam ipsi, quam eis in hoc aliqui consentientes, usque ad dignam satisfactionem excommunicentur, & alias poena gravi puniantur, & hoc diebus dominicis praecipimus per presbyteros subditis suis denunciari & intimari. In matrimonio autem celebrando observetur haec forma verborum, ut dicat vir mulieri: *accipio te in meam uxorem*; mulier autem e contrario viro dicat: *accipio te in meum maritum*, & haec verba sint de praesenti, non de futuro. Verba autem in sponsalibus observentur: *accipiam te in meam uxorem, accipiam te in meum maritum*, ita ut sint verba de futuro & non de praesenti.

37. Item, praecipimus, ut pro benedictionibus nuptiarum, sicut nec pro aliis sacramentis conferendo, nullus sacerdos aliquid exigere, audeat, aut praesumat.

38. Item, cum libera debeant esse matrimonia, inhibemus, ne quis consanguineus, affinis, vel alius habens potestatem super volentes matrimonio conjungi, recipiat quocumque colore quaesito aliquam pecuniam pro matrimonio contrahendo, vel contrahendo, impediendo.

VI.

ANNO
CHRISTI
1177.

ANNO
CHRISTI
1177.

V I.

De ecclesiis & ad eas pertinentibus.

39. Item, munda servantur vasa ministerii, & vestes & pallæ altaris: ampullæ chrismatis non sint vitæ, sed de aliquo metallo, maxime de stagno; & diligenter discernant sacerdotes in quo vase sit chrisma, in quo vase sit oleum sanctum, in quo vase sit oleum infirmorum.

40. Item, præcipimus, ut illi qui tenentur ornare ecclesias, in coopertura videlicet, in libris, in vestimentis & aliis necessariis ad ecclesias pertinentibus, eas exornent, & faciant hoc quod tenentur: ita quod exinde non possunt recargui, sed ut magis debeant & possint ab aliquo commendari.

41. Item, sacerdotes, sive presbyteri habeant hostias decentes & non putridas vel muscidas, in mundo vase.

42. Item, quando corporalia lavanda sunt, primo proponantur a sacerdote in aquam, & postea tradantur alicui religiosæ personæ ad lavandum.

43. Item, præcipimus firmiter, & districte ut aqua baptismi, oleum sanctum, chrisma, oleum infirmorum, corpus domini diligenter & sub firma custodia & sera custodiantur, & in tali vase, quod cum ipso sacramento non valeat leviter apportari. Quicumque autem sacerdotes in hoc negligentes fuerint, gravissime punientur.

44. Item, sacerdotes non dimittant altaria ita parva, ut in eis cum timore celebrare oporteat.

45. Item, sacerdotes firmiter præcipiant subditis suis, ut cœmeteria eorum firmiter servantur, ne pecora, & alia animalia intrent.

46. Item, nullus ecclesiam audeat obligare pro debitis alienis, alioquin nihil valeat & sic sit suspensus ab administratione spiritualium & temporalium. Idem dicimus de monacho pro laicis debitis obligato.

47. Item, nullus sacerdos portionem antiquo assignatam audeat minuere, seu ecclesiam constituere censualem.

48. Item, non permittant sacerdotes ludos theatrales fieri in ecclesia, & alios ludos inhonestos.

49. Item ecclesia debet reconciliari, si conjuges, vel alii in ecclesia commisceantur. Item dicimus de cœmeterio. Item pro simplici fornicatione. Item pro adulterio, & homicidio. Item pro effusione sanguinis violenta ibi facta.

50. Item, nullus in odium alterius altaria denudet, vel crucifixum deponat, vel spineis coronis circumdet, vel pro vivis cantet missam pro defunctis, vel nomine eorum, quos odit, feretrum cum exequiis mortuorum in ecclesia ponatur, ut citius moriantur; quia gravissime puniretur, & deponeretur.

51. Item, nullus sacerdos permittat sibi ad altare feminam ministrare.

52. Item campanariæ non vendantur, sed gratis alicui honestæ personæ concedantur.

53. Item, inhibemus ne fontes, arbores, aut alia creaturæ, quæcumque sint, vel etiam ossa mortuorum in muris inventa, de quibus nec sacra scriptura loquitur, nec aliquatenus ab aliquibus adorentur; quia idololatria est & etiam zelus gentilitatis.

Concil. General. Tom. XXIV.

A 54. Item, præcipimus ut festum S. Katerinæ virginis & martyris solemniter celebretis, & faciatis a vestris subditis devote celebrari. Item festum S. Elitabeth.

ANNO
CHRISTI
1177.

V I I.

Sequitur de canonicis & beneficiis.

55. Item, præcipimus ut omnes faciant se ordinari, scilicet alii in subdiaconos, alii in diaconos, alii in sacerdotes secundum quod nobis, decano & suo capitulo visum fuerit expedire.

56. Item, tales caveant diligenter, ne ab eis patrimonio crucifixi male expendatur.

57. Item, monemus omnes & singulos habentes beneficia curam animarum habentia, ut secundum quod constitutum est in concilio Lugdunensi, infra annum se faciant in presbyteros ordinari, & residenciam faciant personalem; alioquin contra ipsos, quantum poterimus, procedemus; & de ipsis beneficiis ordinabimus, prout ad nostrum officium pertinebit.

58. Item, inhibemus omnibus personis ecclesiasticis sub pœna suspensionis, quam in contra facientes ferimus, ne quis præsentem vel præsentatam admittat ad beneficia curam animarum habentia manifestum, vel notabilem in ætate defectum

Hic relinquitur locus vacuus in MS. 2. pag.

V I I I.

Sequitur de decanis.

59. Item, præcipimus firmiter & districte, ut omnes decani collegiorum & christianitatis in suis capitulis legi faciant statuta concilii tertii, & statuta synodalia, & observationem omnes moneant & efficaciter introducant.

60. Item, præcipimus quod decani accusent, vel deserant nobis vel officiali nostro omnes sacerdotes, vel clericos lufores & tabernarios, fornicatores manifestos, & celebratores clandestinorum matrimoniorum & usurarios, & negotiatores. Similiter alii clerici de decanis hoc idem facere teneantur.

61. Item, nullus sacerdos celebret missam sine matutinis, & horis dictis debitis, & in mortali peccato existens, & suspensus ab officio suo & communicans excommunicato, nisi absolutus.

62. Item præcipimus firmiter, & districte, ne quis sacerdos quacumque occasione aliquid exigat pro sepultura, aut pro aliquo ecclesiastico sacramento, sed pie consuetudines observentur.

63. Item, moneant sacerdotes populum sibi subditum ad confessionem puram & integram faciendam proprio sacerdoti suo, vel viris literatis habentibus auctoritatem super hoc delegatam.

64. Item, præcipimus servare jejunia consuetæ, & sacerdotes doceant populum sibi subditum quæ sunt peccata mortalia in communi, & solita sunt fieri, sicut furtum, usura, rapina, venditio ad novum, vel emptio, blasphemia, fornicatio, operari in diebus festivis, & aliorum inobedientia divinatorum mandatorum; mala decimatio, falsum iudicium, malum exemplum, sacrilegium, homicidium, incendium,

ANNO
CHRISTI
1177.

ANNO
CHRISTI
1177.

dium, & violentia, error in fide, fctio, hy-
pocrifis, & invidia, ira, gula, accidia, super-
bia, simonia, & hujusmodi. De talibus vero,
& articulis fidei, & de decem præceptis sacer-
dotes fubditos fuos inſtruant, & alias illiterati
& inexperti ſacerdotes nullatenus populo ſibi
ſubdito prædicare præſumant, ne contingat
eos fieri magiſtros erroris, qui nequaquam
fuerunt diſcipuli veritatis; ſed cum ab aliis vi-
ris litteratis ſubditis ſuis contigerit prædicare
verbum Dei, devote audiant & diſcipline,
& inde propter ſcandalum hominum non re-
cedant, & nullatenus verbum Dei, quod pro
fuorum fit ſalute ſubditorum, impedire au-
deant, ſed in omnibus promoveant in quan-
tum poſſunt.

65. Item, præcipimus firmiter, & diſtrictè,
ut viros religioſos, ſcilicet fratres prædicatores
& minores, cum ad vos veniunt, benigne ſu-
ſcipiatis, & caritative pertractetis, & plebes
vobis ſubditas ad hoc inducatis, ut ab ipſis
verbum Dei audiant, & alias eorum conſiliis
ſanis acquieſcant, diligenter & fideliter mo-
neatis. Alios vero cujuſcumque ſine noſtris
litteris ad prædicandum, vel confeſſiones au-
diendas, ſeu pœnitentias, indulgentiaſque injun-
gendas, nullatenus recipere præſumatis.

66. Item, præcipimus firmiter, & diſtrictè
ſacerdotibus; ne prædicare permittant aliquos
illiteratos, videlicet begardos vel converſos,
ſeu alios, cujuſcumque ordinis ſunt, etiam ex-
tra eccleſiam, videlicet in vicis vel in plateis;
& ſacerdotes parochianis ſuis præcipiant ne
tales audiant propter hæreſes & errores, quos
ſeminant in populo. Similiter & quæſtionarii
prædicatores, formam prædicandi in generali
concilio Lugdunenſi promulgatam excedentes,
& falſa veris intermiſcentes, de falſitate inter-
poſita etiam coram populo redarguantur. Et
quia quæſtionarii hujusmodi per litteras falſas,
aut revocatas, ſuper quibus deliberare non ſciunt
ſimplices ſacerdotes, quæſtum faciunt; diſtrictè
præcipimus & firmiter inhibemus, ut nullus
deinceps ſine litteris noſtris, vel officialis noſtri
aliquatenus recipiatur.

67. Item, inhibemus diſtrictè, ne quis ſa-
cerdos mulieres ſuſpectas in domo ſua habeat.
Et decani noſtri nuncient nobis de ſacerdoti-
bus illis, quos ſciunt habere focarias, nego-
riatores, aut uſurarios; alioquin ipſi decani ab
oſtelo ſunt ſuſpenſi.

68. Item, præcipimus quod ſacerdotes veſtes
decenter longas, & non viridis, aut rubei co-
loris gerant, & cingulum habeant contextum.
Superpellicea vel cappas habent rotundas, &
deſerant ad eccleſiam. Ornamentis ſuperfluis,
maxime nodis aureis, vel argenteis in veſtibus
ſuis & in caputiſ ſuis nec in ſe, nec in equis
ad aliquam unitatem pertinentibus non utan-
tur. Tonſuram clericalem ſemper portent &
honorum motum honeſtatem digna converſa-
tione præſtendant.

69. Item, tripudia, & choreas, & hujus-
modi ludos ſæculares in conviviis & in eccle-
ſiis fieri non permittant; alioquin a divinis
ſer̄vitiis ipſo factio ſe noverint ſuſpenſos.
A talibus etiam tripudiis, & hujusmodi ludis
ſæcularibus & choreis ſub pœna ſuſpenſionis ſe
ipſos ſacerdotes abſtinere omnino præcipimus
firmiter & diſtrictè.

70. Item, præcipimus ut ſacerdotes ſcribant
omnes eccleſiarum ſuarum in miſſalibus ſuis.

71. Item ſacerdotes numquam exponant ali-

quid de ornamentis eccleſiaſticis, nec aliquid
religioſi audeant exponere Judæis ſine licentia
noſtra ſpeciali.

72. Item, prohibemus, ne vicarii perpetui
ponant mercenarios, alioquin conſtituens, con-
ſtitutus uterque ab officio ſuo ſuſpenſus denun-
ciabitur.

73. Item, præcipimus diſtrictè, ut nullus ſa-
cerdos præſumat habere plures eccleſias paro-
chiales cum effectu, niſi prius habita nobiſcum
diſpenſatione.

74. Item, præcipimus quod omnes ſacerdo-
tes curati ſigilla ſua infra unum menſem ſibi
fieri procurent.

75. Item, præcipimus quod nullus præbyter
B detorquetur cum patre ſuo præbytero, nec poſt
patrem immediate.

76. Item, faciles ſunt ad audiendas confeſ-
ſiones pauperum, & ad conferendum ſacra-
menta, nihil ab eis exigentes.

77. Item caveant ſibi ſacerdotes ſub priva-
tione honoris ſui; ne ſollicitent aliquam per-
ſonam in confeſſione, quod & ubique fieri
prohibemus, contrarium faciente: excommuni-
camus.

78. Item præcipimus, quod ſacerdotes ſu-
ſpenſi, excommunicati, ſimoniaci, notorii for-
nicatores, cum ſuſpenſi ſunt quoad ſe & quoad
alios, celebrare non præſumant, niſi prius ha-
bita diſpenſatione.

79. Item, præcipimus quod ſacerdotes illi-
terati non conferant cum Judæis coram laicis,
& ſacerdotes præcipiant omnibus ſubditis ſuis,
ne aliquam potionem, vel medicinam ab eis
ſumant.

80. Item, caveant ſibi omnes ſacerdotes ut
filios ſuos, vel filias ſuas non permittant con-
trahere cum illis, quos baptizaverint, quia
non ſtaret matrimonium.

81. Item, ſacerdotes non prohibeant mulie-
ribus, ſi ſtatim poſt partum volunt reconcilia-
ri eccleſiæ, quia poſſunt. Non tamen debent
commiſceri viris.

I X.

De ſacerdotibus & clericis.

82. Item, præcipimus diſtrictè ut omnes ſa-
cerdotes habeant breviaria ſua, in quibus poſ-
ſunt horas ſuas legere, quando ſunt in itinere.

83. Item, nullus ſacerdos celebrare miſſam
præſumat ſine clerico reſpondente.

84. Item, ſacerdotes ante prandium ſuum
cibum ſuum benedicant, & poſtea omnes ſa-
cerdotes gratias agant, & ſedentes in menſa
pias collationes habeant, utiles & honeſtas.

85. Item, nullus ſacerdos celebret de die
duas miſſas, niſi in caſibus conceſſis, videlicet
in Nativitate Domini poteſt dicere tres miſſas.

86. Item ſacerdos in aliis diebus poteſt unam
miſſam celebrare pro defunctis & aliquam de
die, ſi neceſſe fuerit propter neceſſitatem pe-
grinorum hoſpitiū, & infirmorum, vel forte
nuptiarum.

87. Item, nullus ſacerdos vel prælatus vaſa
eccleſiæ, vel ornamenta, vel cortinas ad uſus
ſæculares convertat, vel ad convivia concedat.

88. Item, nullus præbyter arma deſerat, vel
clericus.

89. Item, nullus ſacerdos candens ferrum
benedicat.

90. Item, nullus ſacerdos inungat infirmos
oleo benedicto.

ſ. non be-
nedicto.

ANNO
CHRISTI
1177.

ANNO
CHRISTI
1177.

91. Item, nulli sacerdotes duellis, tornea-
pensis, furum suspendiis, & iudicio sanguinis,
& etiam clerici non interfint.

92. Item, tolemnia jejunia ab ecclesia insti-
tuta diligenter observent omnes sacerdotes, &
faciant a subditis observari.

93. Item, præcipimus ut omnes sacerdotes
ignoti aut extranei sine nostra aut ejus, qui a
nobis super hoc potestatem habeat, licentia,
præsumant in nostra diocesi celebrare.

94. Item, præcipimus ut omnes sacerdotes
non permittant trutannos, & alios vagos scho-
lares, aut goliardos cantare versus super *San-
ctus & Agnus Dei* in missis, vel in divinis of-
ficiis, quia hoc sacerdos in canone quam plu-
rimum impeditur, & scandalizantur homines B
audientes.

95. Item, inhibemus sub pœna excommu-
nicationis, quam in contra facientes ferimus,
ne quis sæculari quacumque præditus potesta-
te, jurisdictionem ecclesiasticam impedire, vel
perturbare præsumat, & quod presbyteri dictos
contrafacientes diebus Dominicis denuntient sic
ligatos.

96. Item, præcipimus illos omnes, qui abso-
lutionem a sententia excommunicationis in eos
lata, & revocationem ejusdem per vim vel
metum extorquent, excommunicatos singulis
diebus Dominicis & festivis nuntiari, & quod
absolutio hujusmodi seu revocatio nullam pe-
nitentiam obtineat firmitatem.

97. Item, monemus omnes clericos, qui
concupinas suas manifeste detinent, ut intra
xv. dies ab earum conservatione omnino desi-
stant, easque a se rejiciant & expellant, nec
eas vel alias recipiant, sub pœna excommuni-
cationis, quam in his scriptis ferimus in con-
trafacientes.

X.

Sequitur de usuris.

98. Item, præcipimus districte, ut omnes
usurarii restituant quidquid ultra sortem per-
ceperunt, sub pœna contra eos in Lateranensi
concilio edita, quæ talis est: statuimus ut omnes
usurarii manifesti nec ad communionem admit-
tantur altaris, nec christianam, si in hoc pec-
cato deceaserint, accipiant sepulturam: sed nec
oblationes eorum quicquam accipiat; qui au-
tem acceperit, aut christianæ tradiderit sepul-
turæ; & quæ acceperit reddere compellatur,
& donec ad arbitrium sui episcopi satisfaciatur,
ab officii sui executione sit suspensus.

99. Item, præcipimus districte, ne in mu-
tuo ultra sortem exigant, & ne propter mo-
ram solutionis aliquid petant. Ne etiam pro-
pter inducias sua mercimonia carius vendant,
& ne pecuniam suam ad Camvercios, vel Ju-
dæos ponant propter lucrum, & ne ex pacto
procurent sibi fieri remunerationes, quia non
excusantur apud Deum.

100. Item, præcipimus ut sorte deducta,
reddant pignora & remittant.

101. Item, districte præcipimus, ne nomine
tutelis vel procurationis, vel timore domini
sui, aliqui committant usuras, quia sicut non
suo, ita nec alieno nomine debet quis senus
in duplicem usuram exercere.

102. Item, præcipimus ne ea intentione
mutuent pecuniam suam ante messem, vel vin-
demias, recepturi in messe vel vindemiis bla-
dum, vel vinum, pro multo minori pretio quam

aveat in tempore; ne bladum vel vinum emant
illicite paciscendo ante messem vel vindemias
ad exponendum sive expendendum in domibus
tantum & non ad vendendum.

103. Item, inhibemus sacerdotibus & cleri-
cis beneficiatis, ne tempore messis vel vin-
demiarum emant vilius bladum vel vinum a pau-
peribus, ut postea carius vendant.

104. Item, omnes vitiosos contractus ani-
malium sive in locatione, sive in segetibus in
campis adhuc emensis in futurum, nisi fiant
secundum æstimationem aliquorum peritorum,
firmiter inhibemus.

105. Item, nullus scienter emat rapinam,
quia tenetur ad restitutionem.

X I.

Sequitur de nobilibus, & advocatis.

106. Item, monemus & sub divinæ ultionis
pœna præcipimus, ut nobiles & domini terræ
homines suos permittant celebrare dies festos,
& non compellant eos arare, nec alias eis an-
garias festivis diebus imponant.

107. Item, præcipimus districte, ut se con-
tra Camvercios, & alios usurarios ita ha-
beant, ut in generali concilio est statutum.

108. Item, dominis terræ præcipimus ut
Judaicis suis, ut eos cogant sub aliqua pœna
ut non intromittant se de aliqua medicina,
nec aliquam potionem dent Christianis.

109. Item, cum de consuetudine approbata
& tamdiu observata, quod non extat memo-
ria, tam religiosi quam clerici injurias vel
molestatores suos coram iudicibus ecclesiasticis
in causam traxerint, & nonnulli nobiles baro-
nes, ballivi, præpositi villici & laici potesta-
tem sæcularem habentes Trevirensis diocesis
tam religiosos, quam clericos coram se litigare
compellant, & non patiantur eos suum prole-
qui jus coram iudicibus ecclesiasticis; præcipi-
mus universis & singulis presbyteris, quatenus
in ecclesiis vestris prædictas personas moneatis,
ut ab hujusmodi tam religiosorum quamquam
Dclericorum molestatione desistant: nos enim
prædictas personas, quæ jam post dictam mo-
nitionem religiosos & clericos coram se com-
pulerint litigare excommunicationis vinculo in-
nodamus, & præcipimus eos singulis diebus
dominicis & festivis excommunicatos publice
denuntiare.

110. Item, cum hodie causæ non debeant
agitari nisi in civitatibus, vel locis magnis, &
solemnibus, ubi possit haberi copia jurisperito-
rum, inhibemus ne causæ ex jurisdictione or-
dinaria descendentes ab aliquo vicario, recto-
re, & decano christianitatis, inter subditos au-
diantur, nisi vel de plano, vel consensu par-
tium partes suas vel compositionem amicabi-
lem interponant, maxime cum in negotiis dis-
finitendis, duo, ut sacrorum canonum testatur
auctoritas, sententia videlicet & potestas, ne-
cessario requirantur.

111. Item, moneantur laici a sacerdotibus
suis, ut in omni juramento tria observent,
alioquin sunt perjuri, videlicet veritatem, ju-
dicium, & iustitiam; quia si aliquid istorum
trium delegerit, perjurium dicitur. Veritas
enim debet esse in conscientia, hoc est ut fi-
mitemer sciat sic esse, vel non esse; alias si cre-
dit tantum, non debet de scientia, sed de
credulitate jurare, propter quod omnes com-
mit

ANNO
CHRISTI
1177.

mittunt perjurium, qui ita jurant esse, vel non esse, quibus firmiter non constat de facto. Item iudicium debet esse; iudicium, discreta deliberatio, id est ut etiam non juret verum, nisi propter necessitatem vel utilitatem. Item, iustitia debet esse, ut id quod juratur sit licitum & honestum.

112. Item, non excusatur a perjurio qui compulsus sciens perjurat, quia ambo sunt perjuri, scilicet præcipiens & faciens.

113. Item, moneantur laici ne proni sint ad jurandum, & pro modica causa.

114. Item, præcipimus omnibus sacerdotibus, ut mala juramenta impediunt in quantum possunt.

115. Item, in omnibus diebus Dominicis & festivis moneant sacerdotes subditos suos, ne jurant aliquid jurare ratione consanguinitatis, timoris pecunie, vel amoris, quia omnes taliter jurantes, nisi firmiter sciant & constet eis de facto, perjuri sunt, cum videlicet jurant ita esse, vel non esse quod ignorant.

116. Item, diligenter intimetur omnibus laicis a sacerdotibus suis, quam graviter illi delinquant, qui perjurium committunt.

X I I.

Sequitur de religiosis.

117. Item, præcipimus ut monasteria ordinum, sanctorum videlicet Benedicti & Augustini, ad observationem regulæ & ordinis sui reformentur.

118. Item, nulli monacho vel moniali duo officia in monasterio assignentur, nisi de providentia abbatis, & de consensu capituli, propter evidentem necessitatem vel utilitatem monasterii, & nisi aliter abbas & conventus judicaverit esse ordinandum.

119. Item, præcipimus districte, ut omnes novitii post annos discretionis vel probationis, statim faciant professionem suam in manu abbatis.

X I I I.

Sequitur de voluntate, paupertate, & communi vita.

120. Item, præcipimus districte, ut omnes monachi & moniales, omnibus proprietatibus suis mobilibus & immobilibus quas hæcenus habuerunt, sine difficultate renuntient, & omnia in communes usus monasterii redigantur. Qui vero renuntiare renuerint, excommunicentur; quod si nec sic respuerint, per abbatem aut abbatissam; aut si non possunt, per nos restringantur.

121. Item, quicumque monachi aut moniales in morte habuisse proprium deprehensiverint, ecclesiastica careant sepultura. Si vero talium in cœmeterio fratrum hæcenus sepulti fuerant, ejiciantur.

122. Item, præcipimus, ne monachi denarios quos in missis vel privatis recipiunt, vel publicis in sacrificio, sibi reservare præsumant; sed abbati, vel cui ipse præceperit assignentur in communes usus expendendi. De denariis anniversariorum vel tricesimorum & omnium quæ ad manus eorum devolvuntur, nemo sibi quicquam appropriare præsumat, nec per monachos, nec per moniales dividantur de cete-

ro, sicut hæcenus per abusum fieri consuevit, sed in communes usus omnia redigantur.

123. Item, præbendæ, quæ per abusum hæcenus divisæ fuerunt, in communitatem redigantur. Nulli ergo omnino pro victu denarii assignentur, sed de communi salario sive cellario pascantur.

124. Item, nonachis & monialibus vel convertis curtes vel allodia pro certa pensione de cetero nullatenus assignentur; si quæ vero jam assignata sunt, statim omnino revocentur.

X I V.

Sequitur de dormitorio, de refectorio.

125. Item, abbates cum monachis, abbatissas cum monialibus dormiant in dormitorio communi, & omnes tam monachi, quam moniales in dormitorio communi dormiant; nisi illi qui ægrotant: nusquam utantur coopertoriis in lectis de pannis coloratis, vel etiam cortinis.

126. Item, præcipimus districte abbatibus & abbatissis, ut suis subditis tam in victu, quam in vestitu, secundum unicuique monasterii possibilitatem, necessaria administrent. Panis vero, & vinum, & alia necessaria dentur fratribus in communi ad sufficientem necessitatem, nec alicui aliquid specialiter assignetur; & quod unicuique in communi superfluit, iterum communi communitati reservetur, vel pauperibus distribuatur; & hospitalia pauperum in omnibus monasteriis reslaurentur, & eis consueti redditus assignentur.

127. Item, inhibemus districte, ne monachi vel moniales habeant servos, vel ancillas speciales, nisi forsitan in talibus constituti sint officiis, quod eis omnino carere non possint; & tunc de conscientia prælatorum suorum eos assument. Si quis autem alias tales personas retinere præsumperit, expelli eos de monasteriis per prælatos præcipimus.

X V.

Sequitur de castitate & alia vita.

128. Item, præcipimus quod quicumque monachus, vel monialis in lapsu carnis ceciderit, de quo erit manifestum, ad nullam deinceps dignitatem vel officium possit assumi in monasterio, nisi per emendationem manifestam, & honestam conversationem suam per sedem apostolicam, vel ejus legatum, vel loci ordinarium secum meruerit dispensari.

129. Item, præcipimus, quod si quis abbas vel monachus in officio positus, in vitium carnis lapsus fuerit, de quo fuerit manifestum, ab officio moveatur in continentem, & in penam sui criminis de cetero stet ultimus in choro, vocem in capitulo non habeat, ad aliquam monasterii ordinationem non veniat, nisi propter manifestam emendationem providentia abbatis eum de consilio conventus duxerit admittendum: ad abbatem vero vel officium aliquod nunquam eligatur deinceps, nisi ut dictum est, per sedem apostolicam, vel ejus legatum, vel loci ordinarium, secum meruerit dispensari. Idem contra abbatissas & moniales & canonicas regulares districte præcipimus observari.

130. Item, præcipimus districte & firmiter omni-

ANNO
CHRISTI
1177.

omnibus abbatibus, ut prohibeant tuos subditos a mulierum suspecta familiaritate, & ne aliquando aliquis eorum ubicunque solus cum sola sedere vel stare aliquatenus presumat.

ANNO
CHRISTI
1177.

131. Item, ludos chorearum, alearum, schaccorum, taxillorum, anulorum monachis & monialibus omnino interdiximus; & ne infra septa sui claustrum, vel ipsum claustrum tabernas habere, ipsas ibi vel alibi intrare, ibi sedere, bibere vel ludere aliquis audeat firmiter inhibemus.

X V I.

Sequitur de vestiaris & procurratione vestimentorum.

* Vestis
species quam
Galli furcas
sive furconi
vocat, eo
quod alius in-
dumentis su-
pervehiatur.
* Moretum
est panis
subfusi spe-
cies.

132. Item, precipimus districte, ut abbates & monachi, abbatissæ & moniales, nec mantella nec furchotos * portent de cetero, nec habeant pannos de nigra bruneta, nec de moreto, * sed quanto possit haberi melioris pretii, prout regula precipit. Cucullas autem habeant cum amplis capuciis & latis, & quando equitant, cappis utantur nigris, & clausis clamydibus.

133. Item, statuimus ut habeant abbatissæ & moniales habitum decentem & religiosum. Surchotas autem lanceas & tunicas nullo modo habeant.

134. Item, ut dictum est, mantella de bruneta nigra sive moreto, & pellicia de vario, & alias exquisitas & sumptuosas pelles districte omnibus inhibemus.

135. Item, non habeant moniales manicas stridas vel consutitas, nec habeant monilia, nec fibulas, nec annulos aureos, vel argenteos, nec aurifrigia, nec cingulos sericos, nec aliquem secularem ornatum.


136. Item, abbatissæ & moniales quando eas egredi contingit, non utantur habitu seculari, nec habeant sellas deauratas aut phaleratas, aut fræna deaurata, sed modeste incedant & religiose.

137. Item superpellicia habeant & religiose formata, non crispata, nec nimis longa.

X V I I.

Sequitur de porta & fenestra.

138. Item, precipimus ut abbates ostia claustrorum suorum claudant, & portas, nec egre-



L O N D I N E N S E C O N C I L I U M

Pro nuncio Romam mittendo, ut negotia ecclesie Anglicane tractaret.

Anno 1278. habitum.

An. 1278
Concilio hujus unica supersunt littera com-
catorie & syngrapha qua episcopi fidem suam
obligant ad sumptus reficiendos illis, qui Romam
mittendi essent. Sunt autem ambo apud Venetians
tom. II. pag. 30. ubi habili concilio anno 1277.
assignatur, qui tamen annus ex veteri stilo cur-
rebat, cum novo esset annus 1278.

di permittant aliquos monachorum sine socio & sine cauta legitima & rationali necessitate. Qui autem propria temeritate egredi præsumpserit, hoc ipso careat videlicet quod vocem in capitulo non habeat, & locum tenebit ultimum in choro, donec per nos vel officialem nostrum fuerit revelitus.

ANNO
CHRISTI
1177.

139. Item, claves claustrum sunt semper apud priorem, nec sicut dictum est, aliquis sine licentia exire audeat, vel aliquam mulierem cuiuscumque conditionis, vel dignitatis introducere presumat, sine abbatis licentia speciali; introducta tamen cum licentia non intus (intret,) nec comedat ullo modo.

140. Item, claves semper habeant abbatissæ super se, & si eas quandoque contingat abesse, committant eis priorissæ.

141. Item, prohibemus ne monialibus de cetero detur licentia egredi de monasterio, etiam causa visitandi parentes vel amicos, nisi forsitan inevitabilis urgeat necessitas, ut puta fames, vel incendium, vel aliud huiusmodi, & tunc quanto citius potest fieri revertantur.

142. Item, in quolibet monasterio ordinetur monialis Deum timens, discreta, pudicitia & religionis amatric, quam fenestram vocant, quæ diligenter custodiat fenestram, quam sonante completorio firmiter teret, nulli datur locum ibi amplius fabulandi usque mane post dictam primam, & capitulo celebrato.

143. Item, statuimus & districte precipimus, ut nulla monialis supervenientibus amicis vel parentibus loqui audeat sine licentia abbatissæ vel priorissæ, quæ statim ad fenestram loquuturæ jungat sociam honestam & maturam, & nihil omnino sine licentia fenestrarum loquatur, quod si moniales fecere præsumperint, graviter punientur.

144. Omnia, quæ de monachis dicta sunt, a canonicis regularibus precipimus in omnibus firmiter & districte observari.

Explicunt statuta & præcepta synodali concilio Trevirensis. Celebratum est hoc concilium in ecclesia sancte matris Mariae majoris Trevirensis a venerabili domino Trevirensi archiepiscopo, presentibus provincialibus episcopis & provincia prelati an. Do. MCCXXVII.

Explicit.

E. MANDATUM ARCHIEPISCOPI CANTUAR.
PRO CONCILIO PROVINCIALI
LONDINI HABENDO.

Venerabili in Christo patri Godefr. Wigorn. episcopo, &c. Literas Cant. archiepiscopi recepimus in hæc verba. Robertus Cantuar. archiepiscopus, H. London. episcopo salutem, &c. Meminimus in congregatione nostra communi, dudum habita Northampton.

ANNO
CHRISTI
1177.

varia utilitatem pariter & honorem totius ecclesie Anglicane tangentia in medio fuisse proposita; in quorum executione licet via de communi consilio excogitata fuissent, & executores viarum predictarum varii deputati: quia tamen in quibusdam negotiis, seu executoribus eorundem nobis adhuc exitus est incertus; quaedam autem penitus inconsummata existunt; emerferunt autem quaedam nova, quae ad aversionem (nostrorum) iurium, consuetudinum, libertatum, & grave periculum ecclesie Anglicane redundant: fraternitati vestrae per praesentia scripta mandamus, quatenus omnes fratres, & coepiscopos, seu suffraganeos nostros auctoritate nostra faciatis peremptorie per vestras literas evocari, quatenus nobiscum in civitate London. in crastino B. Hilarii in propriis personis conveniant una cum aliquibus personis majoribus de suis capitulis, et locorum archidiaconis & procuratoribus totius cleri diocesis singularum, nobiscum super negotiis memoratis tam predictis quam instantibus efficacius tractaturi; ut eisdem, eorundem communi mediante consilio, finis imponatur laudabilis, ut ita incerta certitudinem, & inconsummata consummationem, & emergentia nova consilium debitum toriantur. Qualiter autem hoc nostram mandatum fueritis executi, nos per vestras literas patentes, harum seriem continentes, certificare curetis, die & loco predictis. Dat. apud Mechlinden. 16. kal. Decembris, anno Domini 1277. Harum igitur auctoritate literarum vos tenore praesentium, peremptorie evocamus, quatenus predictis die & loco, secundum formam nobis directam, personaliter interitis, super dictis negotiis, una cum predicto domino archiepiscopo & coepiscopis Cant. provinciae, tractaturi de receptione praesentium, & quid super his facere decreveritis, nos per vestras patentes literas, harum seriem continentes, reddatis plenarie certiores. Dat. apud Windf. 8. cal. Decembris, A. D. supradicto.

Archiepiscopi Cantuar. & aliorum episcoporum procuratorum duobus nunciis ad curiam Romanam absentibus datum, cum constitutione: salaris pro expensis.

Universis christi fidelibus praesentes literas inspecturis vel audituris, Robertus, Dei gratia, Cant. archiepiscopus, totius Angliae primas, Walterus Exoniensis, Stephanus Cicestriensis, & Godefridus Wigorn. ejus dono gratiae episcopi, salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos & quolibet nostrum in solidum teneri discreto viro magistro Johanni de Lasey clerico nostro & coepiscoporum nostrorum Cant. provinciae nomine, pro expensis suis a nobis & coepiscopis nostris predictis de consensu procuratorum episcoporum absentium pro negotiis nostris & cleri nostri, nos bona, & statum ecclesiarum nostrarum & cleri contingentibus in Romana curia procurandis, pro uno anno taxatis in centum marcis sterlingorum, tredecim solidos, quatuor denarios pro qualibet marca computanda, eidem magistro Johanni vel suo certo procuratori has literas deferenti solvendis, in capitulo S. Pauli Lond. in Octab. Paschatis, anno Domini 1278. sine ulla dilatione, dolo, vel fraude. Ad quam solutionem praefato magistro Johanni, vel suo certo nuncio, ut praemisum est, fideliter predictis die & loco faciendum, pro nobis & coepiscopis nostris predictis obligamus praefato magistro Johanni, vel ejus assignato, nos, eccle-

Ex Reg. Giffard. Vernon. fol. 71. apud Windf. ib.

as nostras, successores & executores nostros, & omnia bona nostra mobilia & immobilia ecclesiastica & mundana, praesentia & futura; ita quod si contingat nos in solutione predictae pecuniae praefatis loco & termino desicere, bona fide legitima stipulatione interveniente, permittimus solvere, refundere & dare praefato magistro Johanni expensas, interesse & damna quae increverint occasione predictae pecuniae, suis die & loco, non solum; principali nihilominus rato manente. Super quibus expensis, interesse, & damnis volumus quod credatur juramento praefati magistri & sui assignati sine alterius onere probationis; subjicientes nos & successores nostros, ac executores in praemissis specialiter jurisdictioni, praeepto, seu potestati sanctae Romanae ecclesiae, summi pontificis, vel iudicis seu executoris super hoc a sede apostolica delegandi, prout praefatus magister, vel ejus assignatus duxerit eligendum: quod ipsi ad petitionem praefati magistri vel sui assignati sine monitione, denunciatione, in jus vocatione, libelli oblatione, & alique omni judiciali strepitu de pleno possunt nos & successores nostros vel executores per censuram ecclesiasticam compellere ad plenam solutionem, tam predictae pecuniae, quam damnorum, expensarum, & interesse, quae vel quas sustinuerit occasione ejusdem pecuniae, suis loco & termino non solutas, ut saepius est expressum.

Et renunciamus in praemissis pro nobis & successoribus nostris, & executoribus, beneficio epistolae domini Adriani, privilegio fori, & loci consuetudini, cavillationi, contradictioni, privilegio cruce signatis indulio, & indulgendo, beneficio authenticae, quae loquitur de duobus reis — & omni juris remedio, tam canonici quam civilis, quod contra praesens instrumentum, vel contenta in eodem posset obici vel opponi; quibuscunque etiam literis vel a sede apostolica, vel a potestate regia impetrandis, seu etiam impetratis, per quas istius nostrae obligationis executio retardari in aliquo valeat, vel deferri. Centum autem alias marcas eidem magistro similiter pro expensis fecimus praemanibus numerari, quarum praetextu in istis aliis centum pro expensis similiter eidem, pro nos per praesentem obligationem praemissis, nolumus aliquod obstaculum generari. In cujus rei testimonium praesentes literas vice nostra & aliorum coepiscoporum nostrorum sigillorum nostrorum fecimus munimine roborari. Dat. & actum in predicto capitulo S. Pauli Lond. die proxima ante festum conversionis S. Pauli anno Dom. 1277.

SYNODICA CONGILII AD PONTIFICEM.

Sanctissimo in Christo patri domino Nicolao divina providentia sacrosanctae Romanae ecclesiae summo Pontifici, R. ejusdem miseratione archiepiscopus Cant. totius Angliae primas, Joh. Lond. Nic. Winton. Godefr. Wigorn. Walt. Exon. Stephanus Cicestr. Robertus Bathon. & Wellen. Ric. Menevenf. Will. Landavenf. Anianus Asaphen. Anianus Bangeren. ac caeteri suffraganei & universus clerus Cant. provinciae, recommendationem & devota pedum oscula beatorum. Sanctae paternitatis vestrae devotius intimamus, quod nos in omnibus negotiis, nos, bona & statum ecclesiarum nostrarum contingentibus, constituimus, ordinamus, & facimus dilectos nobis in Christo

ANNO
CHRISTI
1177.

ANNO CHRISTI 1278.

sto magistros Willelmum de Cornerio capellanus nostrum, & Johannem de Lasey clericos, procuratores nostros conjunctim pariter & divisim, ad petitiones nostras in vestra sanctitatis presentia proponend. & super eisdem vestra sublimitati humiliter supplicand. & ad impetrand. in curia vestra litteras simplices & legendas iustitiam communem, seu gratiam continentes; ad contrahendum etiam vel consentiendum in iudices antequam loca; concedentes eisdem procuratoribus nostris, ac alicui eorumdem, alium vel alios procuratores substituendi, & eisdem pro libitu revocandi, cum sibi & nobis viderint expedire. Pro illis insuper procuratoribus nostris ac substitutis eorum in forma premitata rem ratam haberi, exponimus cautionem. Et in testimonium premissorum nos — Cant. & alii superius nominati pro nobis ac successoribus nostris, coepiscopis & ceteris constituentibus universis, de voluntate ipsorum, & contentu expresso, nostra sigilla premissis literis duximus apponenda. Dat. Lond. K. L. Feb. anno Domini supradicto.

ANNO CHRISTI 1278.




WINDESORIENSE IN ANGLIA CONCILIUM

Anno 1278. habitum.

An. 1278. DE concilio isto hac tantum supersunt apud B. Vigilia festi natalis Domini per breve regium celebratum fuisse, meminit regist. Wigorn. *Veilkins tom. II. pag. 32.*

Hoc anno magnum conc. Windesoriæ in



WEDDELENSE IN DANIA CONCILIUM

Anno 1278. habitum.

An. 1278. DANICI huius concilii unica mentio superest in Dano quodam chronologo apud Ludewig. Reliquiarum to. IX. pag. 33. qui his verbis totum expedit A. D. 1278. celebratum est concilium in Weddel, cum prelatu ecclesiasticum sub archiepiscopo (Lundenis) Trugotbo. C

Chronolog. alius apud eundem ibid. pag. 169. idem tradens anno sequenti assignat. En illum A. Dom. MCCLXXIX. Trugotus archiepiscopus celebravit concilium Vedla in Jutia, seu Jutlanda.

CONCILIUM PROVINCIALE

APUD AURELIACUM

Habitum anno MCCLXXVIII. contra exemptos.

Ex Martene
Thesoro
Anecd. Tom.
6. pag. 189.

Ex Archiepis illustriss. archiepiscopi Albisus.

NOS frater Guido miseratione divina Bituricensis archiepiscopus, Aquitanie primas, frater Guillelmus Claromontensis, G. Lemovicensis, S. Mimatensis, R. Ruthenensis, B. Albienensis eadem miseratione Episcopi ad æternam rei memoriam. Quia nonnulli his, quæ religionis prætextu ad augmentum sanctitatis concessa fuerant, sic nequiter abutuntur, quod ut pellem id extendentes gratiæ, quod humilitatem disciplinam fovere debuerat, se in innatam erigentes superbiam iustum subvertunt, honestum deserunt, servitutis iustum jugum nitentes excutere, ut in subreptam possint fraudulenter eripi libertatem: quos et effrons malitia continuo agitet in eo obtinendo quod optant, debet tamen iuste compescere vigilantia disciplinæ. Frequenter namque comperimus, horum experti malitiam, quod illius immunitatis velamine, qua se quidam munitos afferunt, ne ab ordinario quolibet excommunicari aut interdicti valeant vel suspendi, in locis non exemptis morantes, ordinarios ad visitationis officium non admittunt, procuratores ex eo

debitas eis inhumaniter denegantes, ac iura alia eis debita illo prætextu subtrahunt & usurpant, damnis cumulantes injurias, atque multos alios excessus, & plurima illicita & enormia committere minime formidantes, nitentes præfata libertatis velamine omnes eorum intolerantias ad excutandas excusationes peccaminum obumbrare. Ne igitur disciplinæ remissio huiusmodi grassatoribus in viam lubrici paret casum, de communi concordia, & assensu totius Concilii ordinamus, ut si a prædictis vel aliis non exemptis aliter in locis, quæ præmissimus, vel eorum occasione deinceps similia attententur, postquam occasione huiusmodi ecclesiastico ab ipsis ordinariis loca ipsa fuerint supposita interdicto, non præsumant ibidem populo celebrare, vel celebrari facere divina officia, aut ministrare vel ministrari facere ecclesiastica sacramenta, corporali vexatione, si non periculosa commoditas aderit, præbente contrarium facientibus intellectum in defendentes eos quacumque administratione fungantur laica, vel cuiuscumque officii gradus auctoritate.

ANNO
CHRISTI
1178.

tatis exilant, & in non prohibentes auctoritate sui officii, rebellionem seu resistentiam cum effectu pro posse quamlibet laicam talium requisitos per ordinationes & monitos competenter auctoritate hujus ordinationis, excommunicationis sententia, in qua ipso facto incidant, promulgata: quam si per 15. dies animo sustinuerint indurato, & iterum non satisfecerint requisiti, in locis ad quos eos declinare contingeret, cessetur penitus a divinis in die qua illuc venerint, & postquam diu inibi moram trahant: eadem statuente penas per omnia contra omnes & singulos laicos, qui intra Bituricentem provinciam de rebus ecclesiasticis vel personis cognoscendo vel occupando, eas, sub quocumque prætextu, cum in eis, jurisdic-

tionem ordinarii ecclesiastici perturbando, se quomodolibet intromittent. Cum si quicumque de ordinariis conqueantur, possint suos adire ecclesiasticos iudices, qui errata corrigant secundum canonicas sanctiones. A prædictis vero sententis neminem absolvi volumus incidentem in eas, antequam passis iniuriam satisfecerit competenter, quæ tunc demum per ordinarios servata forma ecclesia soliti absolvantur. Præcipientes ut præiens ordinatio publicetur per singulas parochiales ecclesias bis in mente, in quorum fidem & testimonium sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum & actum apud Aureliacum Claramontensis diocesis in vigilia festi S. Bartholomæi anno Domini MCCLXXVIII.

ANNO
CHRISTI
1178.

Langes. **CONCILIUM LANGESIENSE**

A Joanne Turonensi archiepiscopo cum suffraganeis celebratum anno Domini circiter MCCLXXVIII.

TITULI CANONUM

1. De procurationibus post visitationem præstandis.
2. Ne archidiaconi, archipresbyteri, & decani, extra civitatem officiales non habeant.
3. De matrimoniis clandestinis.
4. De filiis presbyterorum.
5. De testamentis & eorum executoribus.
6. De excommunicationis ultra annum.
7. De abbas litterarum apostolicarum.
8. Quomodo ecclesia parochialis ad firmam tradi potest.
9. Ne participantes cum excommunicatis in generalibus excommunicentur.
10. De cellonibus.
11. De regularibus.
12. Ne priores in monasteria recipiantur, quam poterunt sustentari.
13. Ne monachi sint soli in prioratibus.
14. Ne prioratus vacantes denudentur.
15. De advocatis.
16. De juramento officialium.

P R Æ F A T I O.

Ubi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum, dicit Dominus. In ipsius itaque domini nostri Jesu Christi nomine congregati, qui inter multos medium locum sibi elegit, ut scriptura testatur, ad ejus honorem & gloriam, nostri præsentis auctoritate concilii promulgamus statuta, dicentes.

C A P I T U L A.

I. De procurationibus post visitationem præstandis.

Quia cautum est in jure, procuracionem ratione visitationis debere in victualibus, non in pecunia numerata; ac nonnulli ecclesiarum prælati non visitantes ecclesias, ab eis etiam in pecunia recipere procuraciones

præsumunt; inhibemus, ne pecuniam pro procuracionibus, sed expensas tantummodo in victualibus, a locis quæ visitaverunt, recipiant moderatas: nisi Ca locis in quibus taxatæ sunt procuraciones ab antiquo in pecuniis, vel quæ inhabilia sunt ad sustentationem prælati; adeo quod in eis prælatus honeste procurari non possit: quæ tamen loca, ante procuracionis susceptionem, prælatos statuiamus visitare teneri.

II. Ut archidiaconi, archipresbyteri, & decani extra civitatem officiales non habeant.

Item inhærentes prædecessorum nostrorum vestigiis, quidem in suis provincialibus conciliis apud Castrum Gonterii & Turonum celebratis, deliberatione provida statuerunt, præsentibus firmiter innovamus: inhibentes, ne archidiaconi, archipresbyteri, & alii ecclesiasticam jurisdictionem habentes, extra civitatem officiales, seu allocatos habeant: immo consuetum officium in personis propriis fideliter exequantur. Processus autem, si qui per eosdem officiales seu allocatos habiti fuerint, decernimus penitus non valere.

III. De matrimoniis clandestinis.

Verum quia clandestina matrimonia in causis matrimonialibus frequenter magnas dubitationes inducunt, & quandoque legitima matrimonia separentur, & illegitima remanent copulata: præcipimus, ut diocesani subditis suis districte prohibeant in synodis, & etiam vi-

ANNO
CHRISTI
1177.

viſitantes, ne per verba de præſenti ad
matrimonia inter aliquos contrahenda
procedant, donec ante portas eccleſiæ
convenerint volentes contrahere, bene-
dictionem ſuſcepturi. Sed tunc demum
ad matrimonium contrahendum per ver-
ba de præſenti coram ſacerdote proced-
dant.

IV. De filiis præſbyterorum.

Cum carnis concupiſcentia ſtatum
clericalem multipliciter dehoneſtiet, ma-
xime quando uſus uſque ad iobolis pro-
creationem perdurat: ſtatimus ne cle-
rici, maxime in ſacris ordinibus confi-
tuti, filiis ſuis ab ipsis in ſacris ordinibus
procreatis, vel etiam concubinis, in
ultima voluntate aliquid legare præſu-
mant. Si quis vero perſonis prædictis
aliquid legatum reliquerit, ſi rector
exiſtat, eccleſiæ, cujus rector exiſtit,
aut ſi eccleſiam non habeat, eccleſiæ a
qua vivens eccleſiaſtica conſueverat per-
cipere ſacramenta, dictum legatum de-
cernimus applicari. Nec impudico pa-
tri liceat filium ſic creatum ſecum te-
nere.

V. De teſtamentis, & eorum executoribus.

Item inter emptorem & venditorem
debet eſſe diſcretio perſonalis. Hinc eſt
quod cum executores teſtamentorum,
unius perſonæ vicem obtineant, ſcili-
cet teſtatoris: diſſimimus, quod nullus
executor aliquid poſſit emere per ſe vel
per alium, vel quoquo modo & titulo
ſibi retinere, de rebus ſeu de bonis de-
putatis executioni teſtamenti, cujus
executor exiſtit: juris exemplum in hoc
ſequentes, prohibentis procuratoribus
aliquid emere de bonis, eorum pro-
curationi ſeu gubernationi commiſſis.
Contractus vero contra hoc ſtatutum
initos decernimus non tenere: empto-
rem nihilo minus ad reſtitutionem du-
pli præcii rei emptæ, in executionis
utilitatem convertendæ, decreto huius-
modi condemnantes.

VI. De excommunicationis ultra annum.

Initium ſuperbiæ eſt apoſtatare, &
radix hæreticæ pravitatis contemnere
clavis eccleſiaſticæ poteſtatem. Quia
igitur nonnulli excommunicationis ſen-
tentias, & quod deteſtabilius eſt, Do-
minici corporis ſacramentum contemnen-
tes, diuturnis temporibus in ſententiis
commorantur, de participatione inte-
rim Dominici corporis non curantes;
præſenti decreto ſtatimus, ut quicun-
que excommunicationis ſententiam ul-

Council. General. Tom. XXIV.

tra annum continuum ſuſtinuerit ani-
mo indurato, in quocunque teſtamento
efficiatur non capax, nec ſine magna
ſolemnitate & gravi poena & publica
abſolvatur.

VII. De abuſoribus litterarum apoſtolicarum.

Dignum eſt, ut quos Dei timor a
malo non revocat, cenſuram ſentiant
eccleſiaſticæ diſciplinæ. Inde eſt, quod
nos ſtatutum ſelicis recordationis Gre-
gorii IX. contra litterarum apoſtolicarum
abuſores editum, *deſcriptis*, *Quis*
nonnulli, deliderantes obſervari, in om-
nes illos, qui in aliquem caſum abu-
ſus in dicta conſtitutione contentorum
de cetero committere præſumpſerint,
niſi moniti canonicè ab ordinariis, de-
ſiſterint: ſi clerici in ſacris fuerint, ſu-
ſpenſionis; ſi laici, aut in minoribus
ordinibus conſtituti, excommunicationis
ſententiam promulgamus; abſol-
vendi prædictos poteſtate ordinariis
conceſſa.

VIII. Qualiter eccleſia parochialis ad firmam tradi poſſit.

Secundum evangelicam veritatem,
mercenarius iudicatur non paſtor, qui in
beneficiis eccleſiaſticis temporalia prin-
cipaliter contempletur. Prohibemus igitur,
ne parochiales eccleſiæ, quæ quo-
tidianam inſtantiam, & præſentiam pa-
ſtorum ſuorum deſiderant, ad firmam
tradantur ſine ſpeciali diœceſani & ex-
preſſo conſenſu: nec tunc ad arbitrium
rectoris eccleſiæ taxabitur firma, ſed
ad iudicium diœceſani.

IX. Ne participantes cum excommunicatis, in generali excommunicentur.

Cum excommunicationis ſententia
medicinalis cenſeatur: nolentes quod
medicina unius, alii tranſeant in vene-
num, prohibemus, ne cum excommu-
nicationis ſententiam in aliquem, ſeu
in aliquos, promulgari contingeret, præ-
textu aggravationis ſententiæ in parti-
cipantes cum ipsis, aliqua ſententia pro-
mulgetur: niſi ex magna cauſa præla-
tus hoc viderit faciendum.

X. De ceſſionibus.

Quia juris ſubſidium ad magnum di-
pendium trahi non debet, & ceſſiones
actionum ex legitimis cauſis permiſſæ,
nonnumquam a pluribus fraudulenter,
& etiam ſimulate factæ fuerint: ſtatu-
mus, ut cum quis ex ceſſione ſibi fa-

O 3 8a

Conc. Tu-
ron. an. 1177
c. 3. Et apud
Caſtrum
Godefr. an. 1177.

ANNO
CHRISTI
1177.

ANNO
CHRISTI
1178.

Acta agere voluerit, ante liris contestationem jurare teneatur, quod cessionem ex qua agit sibi factam, non recipit fraudulenter. Quod si actor jurare noluerit, reus ad liris contestationem nullatenus compellatur, aliis exceptionibus reo contra cessionem nihilo minus reservatis.

XI. De regularibus.

Adolescens juxta vias suas, etiam cum senuerit, non recedet ab eis. Prohibemus ne pueri monachi, antequam ad decimum octavum annum pervenerint, ad prioratus causa morandi transmittantur: sed in claustris commorentur, ibidem de bonis senioribus * instruendi in regularibus disciplinis: nisi ordinarius ex causa aliquibus duxerit concedendum.

al. a monachis: se bonis.

XII. Ne plures in monasteria recipiantur, quam poterunt sustentari.

Inter discipulos Domini quisquam egenus non erat, sed singulis dividebatur, prout cuique opus erat, ut in actibus Apostolorum. Merito igitur prohibemus, ne abbates, vel abbatissæ, priores, vel priorissæ, monachos vel moniales plures in suis monasteriis vel cœnobiis recipiant, quam ex locorum facultatibus competenter poterunt sustentari. Diœcesanis vero locorum super hoc diligenti cura commissa, ut in dictis locis sibi subjectis certum instituant numerum personarum, prout pensatis locorum facultatibus, Deum habentes præ oculis, viderint expedire.

XIII. Ne monachi sint soli in prioratibus.

Ecll. 4.

Scriptum, est, *Vx soli, quia sicceideris, non habes sublevantem.* Præcipimus igitur abbatibus & prioribus, ut monachos sibi subditos singulariter esse, vel solitarios in prioratibus commorari, de cetero non permittant.

XIV. Ne prioratus vacantes denudentur.

Ex cupiditate, quæ radix est omnium malorum videtur procedere, quod ab-

Abates prioratus vacantes cessione, morte, vel commutatione priorum, bonis in prioratibus inventis denudent: & etiam aliquando priores translati. Nos indemnitati locorum providere volentes, inhibemus ne priores in sui translatione vel commutatione, seu etiam abbates, loca vacantia, bonis mobilibus ibidem existentibus denudare præsumant, in grave dispendium prioratus vel prioris instituendi: circa quod præ-

ANNO
CHRISTI
1178.

lati vigilant diligenter.

XV. De advocatis.

Rem non novam aggredientes, statuimus, ut assueti patroni seu advocati causarum, cum in curia ad postulandum, seu advocandum admittuntur, jurent quod scienter injustas causas non fovebunt, & quod clientibus suis fidele pro posse suo patrocinium exhibebunt. Et quia nonnullæ causæ frequenter per advocatorum imperitiam amittuntur: volumus; ut nulli ad postulandum in foro ecclesiastico admittantur, nisi studuerint per triennium ad minus in jure canonico, & civili, vel alias in exercendo officio sint experti: aliis statutis circa advocatos editis, in suo robore duraturis.

al. exercendis litibus.

XVI. De juramentis officialium.

Juxta sententiam Salomonis, *xeria & Eccl. 10. dona excacant oculos judicum, & quasi mutus in ore (Deus *) avertit correptiones eorum.* Diffinimus itaque, ut officiales, & alii demandatam jurisdictionem habentes, in institutione sua jurent, quod munera non accipient ratione officii, & bona fide causas audient & decident.

* abundas: hoc vox. Deus.

Actum & ordinatum de consensu venerabilium fratrum nostrorum suffraganeorum præsentium apud Langeis.

G. C. Concilii hujus cum MSS. exemplaria nonnulla viderim, nullquam repertum adscriptum diem & annum. Quo factum esse puto, ut cum tria ejus exempla invenisset author metropolitæ Turonensis, ter idem concilium ad varios annos ediderit, isdem omnino verbis quasi tria essent diversa concilia. Ego vero ut tribuerem anno circiter MCCLXXVIII. adductus sum ex inspectis codicibus aliquot, in quibus Bituricensi concilio Simonis legati subicitur.

ANNO
CHRISTI
1179.* Ex Collar-
ni Append.
Tom. XI.ANNO
CHRISTI
1179.

* CONCILIIUM AUSCENSE

In quo actum, inter cetera, de juribus episcopi & ecclesie Vasatensis defendendis
ab invasione Senescalli Vasconie anno Christi MCCLXXIX.

Hujus memoriam concilii sola nobis tuetur A
epistola synodalis ad Eduardum Anglia re-
gem, qui & Aquitania dux idem erat. Cujus
epistola hoc est exemplum.


Epistola synodalis ad regem Anglie, eundem-
que Aquitanie ducem.

Serenissimo principi domino Eduardo, Dei gra-
tia regis Anglie, domino Hibernie & duci Aquita-
nie, Amantibus divina permissione archiepi-
scopus Ausitanus, G. Lefforensis, C. Elorren-
sis, H. Vasatensis, A. Aquensis, P. Aduren-
sis, & D. Ceseranus, eadem episcopi ejus sus-
fraganei, & paratam ad ejus bene-
voluntatem.

Venerabilis frater noster episcopus Vasaten-
sis, & discreti viri capitulum ejusdem ec-
clesie, nobis exponere curarunt in provinciali
concilio apud Auxim, quod licet ipsi opem
dederint & operam efficacem, ut exortae di-
scordie ab antiquo inter vestros & suos pre-
decessores, per viam pacis & compositionis
amicabilis sopirentur, prout in compositione
tractata & ordinata in quorundam nostrum
presentia, inter episcopos & Senescallum ve-
strum Vasconensem, quam vos non credi-
mus ignorare, plenius dicitur contineri. Cum
autem episcopus & capitulum supradicti, ex
compositione prefata pacem vestram perpe-
tuo sperarent & gratiam obtinere, & grata si-
bi & ecclesie sue commoda provenire: in con-
trarium eveniens, tam ipsi quam eorum subdi-
ti gravius solito molestantur: & quando for-
tius scribitis litteras Senescallo de non mole-
stando eisdem, tunc durius proceditur contra
eos. Nam idem Senescallus & ejus ministri,
jura ecclesie & subditorum ejus occupant, D
episcopum & capitulum ad curias seculares

convocant, bona Vasatensis ecclesie indebite
rapiunt & invadunt. Cumque a predecessori-
bus nostris in provincialibus conciliis diversa
emanaverint statuta, contra rerum ecclesiasti-
carum raptos & invadentes: qui statim factis
invasionibus & rapinis talibus, excommunica-
tionis & interdicti sententis percelluntur, &
quamdiu bona rapta vel invasa alicubi deti-
nentur; cessatur in loco ubi sunt a Divinis:
ob reverentiam tamen vestre majestatis regie,
quam caram temer habemus, Senescallo &
ministris vestris deserimus, nec latas sententias
exequimur, aut exequi facimus contra ipsos,
ut in statutis preactis provincialibus continer-
tur. Cum igitur ex injuncto nobis officio te-
neamur alter alterius onera supportare, & gra-
vatis ecclesiis de opportuno remedio provide-
re: celsitudinem vestram regiam ex parte no-
stra & totius provincialis nostri concilii, ex
corde requirimus & rogamus, quatenus pro
Dei amore & nostra reverentia, ecclesiam,
episcopum, & capitulum Vasatenses recommen-
datos habentes, eos in rebus & bonis suis non
sinatis amplius molestari. Super quibus lato-
rem presentium ad vos mittimus, cui super
iis fidem adhibere velitis: per quem nobis vo-
luntatem vestram mandabitis, quam parati sum-
mus & erimus adimplere. Augeat vobis Do-
minus gratiam in presenti, & gloriam tribuat
in futuro. Dat. apud Auxim, Non. Februarii,
anno Domini MCCLXXIX.

G. C. Diuturna fuit hac controversia inter regis mini-
stros, & episcopum atque ecclesiam Vasatensem: sed com-
posita anno MCCLXXIII. a P. Adurensi episcopo, &
Pozio de Insula decano Santonensi, quos arbitros ex com-
promisso utriusque sumpterat. Cujus compositionis instru-
mentum ipsius longiusculum, cum multis Aquitanicarum re-
rum monumentis in eodem MS. codice continetur, ex quo
synodalem epistolam descripsimus. Quod, ut alia multa
beneficium agnosco v. cl. Vionii Herovallii.



LONDINENSE CONCILIIUM

Pro subsidio pecuniario a Clero Regi prestando,

Anno 1179. habitum.

An. 1179. Ex
Wilk. to. II.
Pag. 17.
Ex suppl.
Mand. tom. 3.
pag. 11.

Hujus concilii in octavis S. Hilarii con-
gregandi mentio fit in concilii Redin-
gensis constitutione prima. Convocatur au-
tem, ut regi subsidium a clero presteur.
Soli episcopi hic summonentur ab archiepi-
scopo; inferiores vero clerici consilium suum
de auxilio regi faciendo diocesanis suis epi-
scopis communicare, aut procuratores ea de
re tractaturos constituere iubentur. Sed au-
diamus archiepiscopum de hoc concilio ita
scribentem.

Venerabili in Christo fratri &c. episcopo Lon-
don. &c. frater J. &c. salutem &c. Quam sit

Edecens quamq. expediens clerum nobis commif-
sum regis favore & gratia consolari, docet
experientia contrarii nuper preteriti in ecclesia-
rum spoliis & gravaminibus profanis, quorum
recens memoria perseverat; docet idem eviden-
tia periculi in januis imminenti, si, quod aver-
tat Deus, distimularet majestas regia quorun-
dam laicorum pertinacem in bona ecclesiastica
manum mittere, quorum audaciam illustrissi-
mus Dei gratia rex E. clementie sue legi-
bus contra hujusmodi edictis refranavit. Cujus
circa nos sollicitudini, si ingrati fuerimus, non
solum ipsum ad indignationem provocabimus;
ve-

ANNO CHRISTI 1279.

ANNO CHRISTI 1279.

verum etiam regem regum pro ingratitude A vitio offendemus. Sacro etiam testante eloquio, maiestatem regiam tenentur omnes subditi grata honorificentia prevenire, & illi precipue, qui regali munificentia concessis olim ecclesiis Christi honoribus consoventur. Cum etiam viliissimi censeantur, qui ceteros honore precel- lunt, nisi intuper eisdem transcedant etiam obsequii exilitate indignationem magis provo- cent, quam excitent clementie lenitatem. Hu- jusmodi autem servitii vel subsidii quantitatem per vos, aut per procuratores vestros, vel certe per procuratores proprios ad hoc, si ex- pedire videritis, destinandos, nobis intimare studeant in congregatione nostra London. in octab. S. Hilarii imminente. Et — modus ille in congregatione nostra provisus extitit pro- xime preterita de consilio episcoporum ibidem presentium, & procuratorum episcoporum ab- sentium; mandamus vobis, quatenus hanc de- liberationem paci ecclesie, ut preslagimus non fallaciter pernecessariam, studeatis ceteris co- piscopis nostris cum celeritate debita nunciare. Quid autem super his facere decreveritis, & sub qua forma premissa duxeritis exequenda, nobis cum qua poteritis celeritate per literas vestras patentes, harum continentis seriem, rescribatis. Valete. Dat. apud Mortelake VIII. id. Nov. consecrationis nostre anno primo.

gratitudinis indicio postulanti, studeant elapso tempore decime sic affluenter pro viribus sub- venire, ut ipse de devotione clericali merito gaudeat, & ad ipsos excitetur favorabilis in posterum sublevandos. Caventes insuper, ne obsequii exilitate indignationem magis provo- cent, quam excitent clementie lenitatem. Hu- jusmodi autem servitii vel subsidii quantitatem per vos, aut per procuratores vestros, vel certe per procuratores proprios ad hoc, si ex- pedire videritis, destinandos, nobis intimare studeant in congregatione nostra London. in octab. S. Hilarii imminente. Et — modus ille in congregatione nostra provisus extitit pro- xime preterita de consilio episcoporum ibidem presentium, & procuratorum episcoporum ab- sentium; mandamus vobis, quatenus hanc de- liberationem paci ecclesie, ut preslagimus non fallaciter pernecessariam, studeatis ceteris co- piscopis nostris cum celeritate debita nunciare. Quid autem super his facere decreveritis, & sub qua forma premissa duxeritis exequenda, nobis cum qua poteritis celeritate per literas vestras patentes, harum continentis seriem, rescribatis. Valete. Dat. apud Mortelake VIII. id. Nov. consecrationis nostre anno primo.



CONCILIUM APUD PONTEM

AUDOMARI,

A Guillelmo de Flavacuria archiepiscopo Rotomagensi, cum suffragancis, anno MCCLXXIX. celebratum.

TITULI CAPITULORUM.

1. Ut clerici excommunicati fructus beneficiorum amittant.
2. Ut capellani, qui Missas non celebrant, benefi- ciorum fructus subtrahantur.
3. Ut serventur statuta conciliorum Pituricensis & Lugdunensis.
4. De invectione manuum in clericos.
5. Ut consistantur & viaticum recipiant saltem semel in anno.
6. De secularibus clericis capientibus.
7. Ut clerici non adeant iudices seculares.
8. Ut qui percipiunt majores decimas, restaurent fabricam, &c.
9. Ut Christiani Judaeis non serviant, aut cobra- bant, & ut Judaei signo aliquo discernantur.
10. Ut vigilia & chorae in sacris locis non fiant.
11. Ne clerici sint venatores.
12. Ut velintegretur numerus religiosorum: & ne soli prodeant.
13. De monachis commorantibus in prioratibus non conventualibus.
14. Ut regulares non morentur cum secularibus.
15. Ut religiosi mutuum non contrahant.
16. Ut decani rurales non suspendant vel excom- municent nisi in scriptis.
17. Ut non desistatur a denunciatis excommuni- catis, nisi sint absolvi.
18. Ut non excommunicent in generali.
19. Ut capellani diligenter examinentur.
20. Ut clerici a negotiis secularibus abstineant

- & firant tonsuram, & habitum cleri- calem.
- 21. De clericis non deferentibus tonsuram.
- 22. De sacerdotibus excommunicatis.
- 23. Ut clerici cruce signati non abutantur litteris apostolicis, aut aliis.
- 24. De canonicis regularibus ad curam animarum episcopo presentatis.

PRAEFATIO.

ANNO Domini MCCLXXIX. die Jovis Ascensionis, apud Pontem Audomari fuerunt salubriter ordinata per reverendum Patrem dominum Guillelmum, Dei gratia archiepiscopum Rotomagensem, & ejus suffraganeos, de totius concilii providentia unanimi & concordia, quae inferius continentur.

CAPITULA.

1. Ut clerici excommunicati fructus beneficiorum amittant.
- Volentes presbyterorum & clerico- rum excommunicatorum insolentiam coartare, sacris canonibus inhæ- rendo, statuimus, quod presbyteri & clerici beneficiati, quamdiu authorita- te ordinario suorum juste excom- municati fuerint, beneficiorum suorum si.

ANNO
CHRISTI
1179.

Stipendia sive fructus non percipiant, & recuperandi eisdem fructus totaliter spem amittant: nisi quam citius commode potuerint, quod ordinariorum suorum arbitrio duximus relinquendum, procuraverint se absolvi; & nisi ordinarii eorum ipsis super dictis fructibus gratiam fecerint specialem. Si vero per annum dictam excommunicationis sententiam animo sustinuerint indurato: procedatur acrius contra eos per beneficiorum suorum privationem, & alias juxta canonicas sanctiones.

II. Ut capellanis, qui Missas non celebrant, beneficiorum fructus subtrahantur.

Item volumus & ordinamus, quod presbyteri ordinati capellas vel ecclesias parochiales obtinentes, qui Missas non celebrant, ut deberent, ipsas celebrare diutius sine causa rationabili negligentes, canonicè moneantur ut Missas celebrent, prout convenit, intra tempus a suis ordinariis præfigendum: alioqui contra ipsos per subtractionem fructuum beneficiorum suorum, & alias prout justum fuerit, procedatur. Adjicientes, quod quicumque super hoc moniti fuerint, si eidem monitioni non paruerint, pro non residentibus habeantur.

III. Ut serventur statuta conciliorum Bituricensis & Lugdunensis.

Volumus etiam & ordinamus, quod statuta in Bituricensi concilio, præsertim edita contra impediētes jurisdictionem ecclesiasticam, vel qui impediunt vel imminuunt ecclesie libertatem, vel colligationes, statuta, prohibitiones, vel banna, vel quæcumque alia emolumenta faciunt contra ipsam, singulis mensibus in parochialibus ecclesiis, cum major aderit populi multitudo, die Dominico vel festivo, & in singulis synodis, bene & intelligibiliter publicentur: necnon & constitutiones concilii Lugdunensis super hoc editæ, & contra usurarios manifestos. Præcipientes districte, quod quilibet parochialis presbyter transcriptum habeat constitutionum dictarum. Ut animarum saluti provideatur salubrius, adjicimus, ut pœnitentiarii atque confessoribus Rotomagensis provincie suggeratur, ut pœnitentes interrogent, an in pœnam inciderint alicujus constitutionum dictarum, & ut exponant eis pœnam atque pericula earundem: ipsos ad suos ordinarios remittentes, si contra constitutiones prædictas ipsos repererint

* An. 1176.
c. 11. 12. 13.

* for. molimetur

* II. an. 1174. c. 25. 27. 31.
* al. contra ipsos.

* al. ut omnes sibi committentes dic.

Adeliquisse: cum per ipsos pœnitentiarios vel confessores absolvi nequeant in hoc casu.

IV. De injectione manuum in clericos.

Statuimus etiam & ordinamus, quod excommunicati a canone propter violentam manuum injectionem in clericum, cum de hoc legitime constiterit, per parochiales presbyteros, ad mandatum ordinariorum suorum, excommunicati publice nuncientur, atque tanquam excommunicati ab omnibus acrius evitentur: & nisi, infra terminum competentem a suo ordinario præfigendum, post denunciationem hujusmodi procuraverint se absolvi, vel iter arripuerint ad sedem apostolicam, vel ejus legatum, pro hujusmodi absolutione impetranda, justitiam mandentur, sicut in aliis excommunicatis per suos ordinarios in Rotomagensis provincia est hætenus fieri consuetum.

V. Ut confiteantur, & viaticum recipiant. saltem, semel in anno.

Præterea præcipimus, ut secundum statuta concilii generalis, quilibet Christianus singulis annis ad minus semel confiteatur proprio sacerdoti, vel alii potestatem habenti audiendi confessionem ejusdem, & salutarem simul pœnitentiam injungendi: atque quod viaticum recipiat in Paschate, nisi rationabilis causa subsit quare a recipiendo viatico debeat abstinere. Alioquin contra talem, tanquam suspectum de hæresi, procedatur. Adjicientes, quod nomina talium per suos presbyteros ordinario eorum insinuentur.

VI. De secularibus clericos capientibus.

Statuimus quod potestates sæculares, clericos capientes cum majori violentia quam requirit rebellio defendentis, vel detinentes eos ultra vel contra requisitionem judicis ecclesiastici, denuncientur excommunicati a canone in generali: in speciali vero, non priusquam de eo constiterit evidenter.

VII. Ut clerici non adeant iudices seculares.

Districte inhihemus, ne de causis ad ecclesiam pertinentibus, a personis ecclesiasticis iudex sæcularis, maxime super personalibus actionibus, adeatur.

VIII.

ANNO
CHRISTI
1179.* Conc. Later. II. c. 11.
* al. clericos.

Later. IV. c. 71.

ANNO
CHRISTI
1179.VIII. *Ut qui percipiunt majores decimas, vel laudem fabricam.*

Statuimus etiam, ut abbates, priores, & alie ecclesiasticæ personæ, quæ percipiunt majores decimas in ecclesiis parochialibus, compellantur ad restaurandam fabricam, libros, & ornamenta, pro rata, quam percipiunt in eisdem.

IX. *Ut Christiani Judæis non seruiant, aut cobitent: & ut Judæi signo aliquo discernantur.*In Lateran.
III. c. 24. 26.
IV. c. 68.

Inhibemus, ne aliqui Christiani, seu aliquæ Christianæ, Judæis servire in hospitibus suis, seu cum ipsi habitare præsumant: & præcipimus, quod Judæi signa patentia deferre cogantur, per quæ a catholicis discernantur.

X. *Ut vigilia & chorea in sacris locis non fiant.*Lateran. IV.
c. 25.

Firmiter inhibemus, ne vigilie & choree in cæmeteriis & sacris locis fiant: præcipientes, quod transgressores canonicè puniantur.

XI. *Ne clerici sint venatores.*

Prohibemus, ne clerici beneficiati, seu in sacris ordinibus constituti, venationibus aut aucupii sint intenti vel assueti.

XII. *Ut redintegretur numerus religiosorum: & ne soli procedant.*

Statuimus, ut in abbatibus atque prioratibus, in quibus facultates non sunt diminutæ, redintegretur numerus religiosorum personarum: nisi forsan ex superioris expressa licentia, atque causa rationabili, sustineatur ad tempus. Hoc autem quod a jure statutum est, ne monachus solus alicubi commoretur, observari volumus & mandamus.

XIII. *De monachis commorantibus in prioratibus non conventualibus.*

Moneantur monachi commorantes in prioratibus non conventualibus, cum interminatione suspensionis & excommunicationis, & prout expediens visum fuerit inducantur, ut statuta Gregorii papæ, quantum ad esum carniæ, confessiones, & jejunia studeant observare.

A

XIV. *Ut regulares non morentur cum secularibus.*

Statuimus quod regulares cum secularibus non morentur, nisi de diocæciani licentia.

XV. *Ut religiosi mutuum non contrahant.*

Statutum factum de non contrahendo mutuo* religiosi ultra certam quantitatem, nisi de licentia abbatis sui, firmiter observetur. Lateran. IV. c. 15.

XVI. *Ut decani rurales non suspendant, vel excommunicent nisi in scriptis.*

Præcipimus quod decani rurales, exercentes jurisdictionem, non suspendant vel excommunicent, nisi in scriptis.

XVII. *Ut non deflatur a denunciatis excommunicandis, nisi sint absoluti.*

Item præcipimus, quod sacerdotes non desistant ab excommunicatione, vel a denunciatione excommunicationis, quantumcumque partes pacificent inter se: nisi legitime constiterit de excommunicatorum absolute. Volumus etiam, quod absolutio fiat cum solemnitate.

XVIII. *Ut non excommunicentur in generali.*

Item inhibemus sacerdotibus, ne præsumant excommunicare in generali, nisi pro furtis & deperditis, & competentis monitione præmissa.

XIX. *Ut capellani diligenter examinentur.*

Statuimus, ut capellani, quibus ecclesiæ committuntur ad tempus, super litteratura, conversatione, atque ordinatione sua, diligenter examinentur.

XX. *Ut clerici a negotiis secularibus abstineant, & ferant tonsuram, & habitum clericalem.*

Placuit sancto concilio promulgare, quatenus in singulis parochialibus ecclesiis, & locis publicis, moneantur diebus Dominicis & festivis a sedistantibus ter clerici non uxorati, & etiam uxorati, ut a secularibus negotiis abstineant, maxime inhonestis, quodque tonsuram deferant & habitum clerico con-

ANNO
CHRISTI
1179.

ANNO
CHRISTI
1179.

congruentes. Alioqui si ab hujusmodi, A
tertio moniti, non destiterint: non
conjugatos, dum his se implicuerint,
quo minus de suis facultatibus, statu-
tis & consuetudinibus patriæ subja-
ceant, ecclesia non defendet. In con-
jugatis autem æquanimiter tolerabit,
quod ab ipsis justitias debitas domini
sæculares, velut ab aliis uxoriæ, exi-
gant, atque servitia consueta. Donique
si post præmissas monitiones clerici in
apostasia tonsuræ & habitus clericalis
remanerint, & se in negotiis sæcula-
ribus permiscuerint, & contingat quod B
pro suis excessibus a personis atque ju-
dicialibus in carceribus fuerint
comprehensi: non præcipimus eos per
censuram ecclesiæ liberari.

XXI. De Clericis non deferentibus ton-
suram.

Statuimus etiam de clericis non de-
ferentibus tonsuram, quod ipsi monean-
tur in synodis, in ecclesiis cathedrali-
bus atque parochialibus, & etiam a de-
canis ruralibus in suis Kalendis, ut ip-
si tonsuram & habitum deferant cleri-
cis congruentes. Alioqui si post trinam
monitionem, per intervalla debita factam
eisdem super prædictis, contempserint
tonsuram & habitum deferre prædictos,
& in delictis enormibus fuerint depre-
hensi per justitiam laicalem, non de-
ferentur per ecclesiam quoad hæc,
quo minus inde a justitia sæculari de-
bite puniantur /

XXII. De sacerdotibus excommunicatis.

al. Ascen-
sionem.

al. excom-
municacione.
al. prelati
ipforum pun-
ient ipsos
gr. &c. si vi-
derint.

Item statuimus de sacerdotibus ex-
communicatis propter defectum solutio-
nis decimæ, ut infra instantem * Nati-
vitatem Domini curent se absolvi,
ac secum dispensari super irregularita-
te, si quam occasione * prædicta incur-
rerunt. Alioqui puniemus * eos gravi-
ter, etiam per beneficiorum suorum
privationem, si viderimus expedire.

XXIII. Ut clerici cruce signati non abutantur
litteris apostolicis, aut aliis.

Præcipimus etiam ut per singulas ec-
clesias moneantur clerici cruce signati,
ne litteris apostolicis, vel legati sedis
apostolicæ, seu alias quoquo modo abu-
tantur: scientes, quod sollicitudine qua
convenit, contra eos invigilabimus, ut
excessus eorum non remaneant impu-
niti.

XXIV. De canonicis regularibus ad curam
animarum episcopo presentatis.

Statuimus etiam, quod canonici re-
gulares, qui ad curam animarum a suis
prælatis *, episcopis presentantur, non
recipiantur ad eas, nisi prius per inqui-
sitionem præhabitam constiterit, eos esse
bonæ vitæ, honestæque conversatio-
nis, bonis imbutos moribus, atque etiam
de sufficienti scientia eorum, atque na-
talibus eorumdem: quodque eorum præ-
lati, postquam ipsi ab episcopo recepti
fuerint ad curam animarum, eos sine
conscientia episcoporum suorum ab eis
non valeant amovere: & quod, nisi
sufficientes personas, infra quadraginta
dies a tempore vacationis ecclesiarum,
presentaverint, per episcopos ecclesiis
vacantibus provideatur, ponendo ibi
presbyteros sæculares, si sibi videbitur
expedire.

al. a sum
patronis.

His autem ita factis, concilioque concordi-
ter celebrato, recessimus, dicendo *In viam pa-*
cis, & quasdam orationes multum compe-
tentes.

APPENDIX.

G. C. Concilium hoc jam editum fuerat, tum a Ludovi-
co Bail in summa conciliorum, tum inter institutiones syn-
odales Rotomagensis. pridem editas sine ulla loci ac tem-
poris nota. Nos tum editione illa utraque sumus usi, tum
exemplari alio quod aliunde Sirmondus noster summa cura
descripserat, variis etiam lectionibus annotari. In collectio-
ne autem illa Rotomagensi reperiuntur capitula quedam,
quæ nec in aliis extant editionibus, & in hæc perperam
aliunde intrusa esse, magna suspicio est. Cuiusque modi
sunt, ea subijcio. Ac primum, post capitulum quintum,
hæc sequuntur.

D Ad hoc districtius duximus injun-
gendum, quod statuta alia edita in pro-
vincialibus conciliis prædecessorum no-
strorum, observentur, & quod locorum
ordinarii super hoc curam adhibeant
efficacem, & quod ipsa faciant annis
singulis, in suis synodis, solemniter
publicari.

Renovantes statuta concilii, volu-
mus, & hoc placet sancto concilio,
quod circa procuraciones ratione visita-
tionis debitas, accipiendas ab archiepi-
scopis & episcopis, & circa gravamina
non inferenda prætextu officiorum suo-
rum servetur quod statutum est in con-
cilio Lugdunensi *.

in c. 14.

E Volumus quod statuta concilii gene-
ralis * contra eos, qui faciunt colliga-
tiones, & statuta contra libertates ec-
clesiæ edita, frequenter & solemniter in
synodis & parochialibus ecclesiis pro-
mulgentur & transgressores canonice
puniantur.

Latoram.
I. c. 10.
III. c. 19.

ANNO
CHRISTI
1579

Hoc postremum aliis jam verbis & uberioribus conceptum erat, c. 1. Quod novum ad caetera argumentum accedit, aliunde hoc interpretatur. Tum post capitulum nostrum VII. hoc subiicitur.

Volumus, quod statutum synodale Simonis, quod personarum ecclesiasticarum, ad quas veniunt diversa mandata diversorum iudicum delegatorum, conservatorum, seu executorum, diligenter videant nomina iudicum diocesis, & locorum ad quae citant, & ipsa authentica firmiter observentur; & non eitent, nisi videant authenticum, vel transcriptum sub sigillo authentico.

Ac deinceps post X. nostrum.

Moneantur solemniter in ecclesiis clerici maxime non uxorati, congruentem deferre tonsuram; crucesignati vero, crucem in aperto deferre cogantur. De sellis, calcaribus, pectoralibus deauratis, & aliam superfluitatem habentibus, quibus clerico uti prohibitum est, & de clavis defuper indumentis a sacerdotibus deferendis, volumus observari statutum concilii generalis.

Ex Bessin
Concil. Ro-
tomag. pag.
151.

APPENDIX ALTERA AD CONCILIUM PONTIS-AUDOMARI

ANNO MCLXXIX.

Ex Ms. S. Germani a Pratis, alias S. Ebrulsi, ubi extant sequentes iuris articuli. Rubrica de his qua in metus causa sunt.

Cum parum proficiat, jura conditi in civitatibus, si non extiterit qui editum regere valeant & tueri, nec solum magistri militum consuetudinem in disciplina per ipsum officium imponenda, sed in ea prout opportunum fuerit observanda. Praecipimus ut quicumque iudices ecclesiastici ad absolutionis vel relaxationis cujuslibet ab excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiis beneficium impendendum vi vel metu compulerint, per diocesanos locorum, juxta Lugdunensis sententiam Concilii excommunicati publice nuntientur.

De foro competenti.

Cum falcem propriam nulli in messem mittere liceat alteram: de iustitiariis laicis, seu aliis solum temporalem jurisdictionem habentibus, qui in actionibus mere personalibus ecclesiasticas coram se personas litigare compellunt, contra canonicas sanctiones: hujus pro-

Avisone Concilii duximus statuendum

quod licet eadem personarum ecclesiasticarum non solum coram eisdem iustitiariis litigare, sed etiam ad ipsos venire in causis hujusmodi de jure minime teneantur; si tamen venerint, & allegato fori privilegio coram ipsis, iustitiarii compulsioni nihilominus insisterint supradictae; eo ipso excommunicationis quam in ipsos proferimus, incurran sententiam, quae contra ipsos nullatenus relaxetur, nisi laevis hujusmodi de damnis & expensis & interesse prius per ipsos iustitiarios fuerit integre satisfactum: eorum processibus atque sententiis, habitis in hujusmodi questionibus praefatis, nihil omnino roboris habituris.

Ad haec, si quis temporalem jurisdictionem exercens, de excommunicationis, suspensionis, seu etiam interdicti sententiis, videlicet an iuste latae fuerint, an iniuste, aut aliis mere ecclesiasticis, seu spiritualibus causis decisionem, seu cognitionem praesumpserit usurpare: per diocesanos locorum praesentis auctoritate Concilii districte moneantur; & nisi competenter moniti duxerint desistendum, ad hoc per censuram ecclesiasticam compellantur.

De Immunitate Ecclesiarum.

Sanguifuge sitibunda progenies, ac radix omnium malorum cupiditas, semper vociferans offer, offer, moliri non desinit quemadmodum per exquisitas nequitias & callidiora commenta ardori proprio, licet inextinguibili, lucri temporalis quamquam illiciti, pocula subministret.

Ex hac autem semper sitienti radice processisse cognovimus quod cum sedes apostolica excommunicationis sententiam in omnes nova constituentes pedagagia olim duxerit promulgandam, ipsam annis singulis in certis festivitatibus solemniter innovando: nonnulli mammonae filii, propriae cupiditatis vitium colorare nitentes, non nova, ut asserunt, constituentes pedagagia, antiqua ad clericos, & ipsorum res, quas non ratione mercaturae per terram vel aquam deferre faciunt, prorogant & extendunt in elusionem memoratae sententiae, & praesudicium libertatis ecclesiasticae manifestum. Nos itaque ipsorum fraudibus obviare volentes, & eam praesumptae calliditatis astutiam poena debita castigare: ut ipsi infra duos menses a tempore solemnibus publicationis constitutionis hujusmodi in civitatibus factae, & diocesis, in quibus consistunt ipsa pe-

ANNO
CHRIST
1579

ANNO
CHRISTI
1179.* Ex Conc.
Avenion. an.
1179. Ca.
non. 7.ANNO
CHRISTI
1179.

dagia numerandos, ab his in totum A
desisterint, excommunicationis senten-
tia, quam in ipsos ex nunc proferi-
mus, ex tunc subjaceat ipso facto.

„ Nonnulli * propriam salutem oblit-
ti, & sine verecundia non parcentes,
juris sententiam verborum implexu
non sine fraude circumvenire nitun-
tur, non statuta, ut asserunt, banna
tamen faciunt proclamari, praecep-
ta, ac prohibitiones inducunt, quod
non est dubium in libertatis eccle-
siasticae praedictum redundare.

„ Nos itaque fraudibus maligno B
rum Ordinarii ipsius auctoritate Con-
cilio solemniter in subjectis sibi eccle-
siis denunciari faciant usque ad satisfa-
ctionem condignam, & inviolabiliter
observari. Eisdem nihilominus mutila-
toribus & interfectoribus, necnon &
his qui hujusmodi mutilationes & ho-
micidia fieri praecipiant aut procurant,
vel facientibus consilium vel opem im-
pendunt, feuda & beneficia, si quae ab
ecclesiis taliter violatis obtinent, eo
ipso protinus amissuris, quae ad eccle-
siam a qua illa obtinere noscuntur, li-
bere revertantur. Filii eorum, non so-
lum non obtineant de praedictis, sed
ad ecclesiastica beneficia de cetero asse-
quenda eo ipso reddantur profus inha-
biles & indigni.

„ Qui vero contra ecclesiasticas con-
suetudines antiquas, rationabiles, ad-
probatas, & haecenus pacifice obser-
vatas, statuta, banna, & prohibi-
tiones aut praecepta scienter fecerint,
aut fieri procuraverint, sive jam fa-
cta servaverint, aut servari fecerint,
seu facientibus vel servantibus in hoc
consilium vel opem praestiterint: per
diocesanos locorum praesentis aucto-
ritate Concilii moneantur, ut in-
fra mensem, a tempore monitionis D
hujusmodi numerando, statuta de-
leant, banna, prohibitiones & prae-
cepta revocent, ad consimilia nun-
quam ulterius processuri; alioquin
excommunicationis sententia, quam
extunc in ipsos proferimus, sint ligati.

Quorundam insolentias perversorum,
qui Dominum Jesum Christum verbis
tantum consistentes, nec Deum timere,
nec homines revereri pro suorum atro-
citate factorum manifestissime convin-
cuntur, in tantam accepimus temerita-
tis insaniam prorupisse, quod confu-
gentes ad ecclesiarum tutelam, contra
juris utriusque statuta & ecclesiasticam
libertatem, ibidem vulnerant, mutil-
lant, interficiunt, vel incendunt, ac
inde extrahunt, violenter extractos
vulnerare seu mutilare praesumunt,
nonnunquam ipsis supplicium inferen-
tes; aut ista fieri praecipiant vel pro-
curant, seu consilium vel opem adhi-
bent in tantis sceleribus perpetrandis. E

Concil. General. Tom. XXIV.

Nos itaque, quos zelus comedit do-
mus Dei, hujusmodi sacrilegorum ex-
cessus detestabiles & horrendos, quos
non solum evidentia vel docet inhu-
maniter excrevisse, sed inolevisse jam
praesumptione damnabili, recens ita praer-
torum memoria comprobatur & decla-
rat, castigatione canonica cohibere vo-
lentes: praesentis approbatione Con-
cilio statuendum quod taliter delin-
quentes, excommunicationis senten-
tia, quam in ipsos proferimus, subja-
ceant. Quam quidem sententiam loco-
C
rum Ordinarii ipsius auctoritate Con-
cilio solemniter in subjectis sibi eccle-
siis denunciari faciant usque ad satisfa-
ctionem condignam, & inviolabiliter
observari. Eisdem nihilominus mutila-
toribus & interfectoribus, necnon &
his qui hujusmodi mutilationes & ho-
micidia fieri praecipiant aut procurant,
vel facientibus consilium vel opem im-
pendunt, feuda & beneficia, si quae ab
ecclesiis taliter violatis obtinent, eo
ipso protinus amissuris, quae ad eccle-
siam a qua illa obtinere noscuntur, li-
bere revertantur. Filii eorum, non so-
lum non obtineant de praedictis, sed
ad ecclesiastica beneficia de cetero asse-
quenda eo ipso reddantur profus inha-
biles & indigni.

„ Cum nonnulli * temporale domi-
nium obtinentes, seu saeculares judi-
ciarum potestatis gerentes officium,
jurisdictionem sanctae matris Ecclesiae
subvertere, vel minuere exquisitis
astutiis moliantur. Nos eorum mali-
tias ultione canonica reprimentes,
statuimus inhibentes ne quis in foro
ecclesiastico litigantes, seu litigare
volentes, super causis mere ecclesia-
sticis, sive quae ad forum ecclesiae
ex antiqua & approbata consuetudi-
ne, & haecenus pacifice observata,
pertinere noscuntur, ad desistendum
compellat, per ipsorum, vel paren-
tum aut consanguineorum, sive re-
rum eorum vel personarum hujusmo-
di captionem, modisve aliis quibus-
cumque. Si quis vero contra praer-
sumperit, excommunicationis senten-
tia praesentis auctoritate Concilii se
noverit subjacere.

Rubrica de panis.

Cum juris utilitas tot & tantis ir-
rogata vigiliis sufficienter nequeat pro-
sperari, si processus ministrorum justi-
tiae contingat iniquorum machinationi-
bus impediri: ut eorum audaciam quos
amor divinus a malo non revocat,
saltem vigor ecclesiasticae disciplinae: fa-
P 2 cri

* Ex Conc.
Avenion.
Can. 7. an.
1179. XVI
Kal. Junii.F. irrogatis
injuris

ANNO
CHRISTI
1272.ANNO
CHRISTI
1272.

cri provisione Concilii duximus statuen-
dum, quod si quis, cujuscumque digui-
tatis aut conditionis existat, nuncios
aut executores ecclesiasticorum judi-
cium, aut alias litteras eorundem, ac-
teve judicialia deferentes, hac occasione
verberare, capere, detinere, occulta-
re, carceri mancipare, mutilare, aut,
quod gravius est centendum, interfice-
re, litteras vel acta prædicta personis
mancipatis auferre, seu ea rumpere, cen-
cellare, aut alias detinere quoquomo-
do, vel si ablata celare præsumperit,
ut ista fiant procuraverit, vel facien-
tibus auxilium vel opem duxerit adhi-
benda, excommunicationis sententiz,
quam extunc proferimus, subiaceat ip-
so facto, a qua, nisi prius tam iudici,
cujus auctoritatem contempnit, quam pas-

so injuriam, & ceteris quorum intere-
rit, prout excessus postulat atrocitas,
satisfaciat competenter, nullatenus ab-
solvatur.

Ad quorum memoriam in perpetuum
observandam, & præmissorum testimo-
nium, sigillum nostrum præsentibus du-
ximus apponendum. Datum in eodem
Concilio Idibus Septembris an. Domi-
ni MCCLXXIX. Romana ecclesia va-
cante.

In Appendice illa M. Decreta quedam
subjiciuntur. De his, que vi metusve causa sunt.
De immunitate ecclesiarum. De usuris. De sen-
tentia excommunicationis. Quæ omnia Lugdu-
nensis Concilii generalis secundi esse constat ex
hac illorum clausula. Datum Lugduni Pontifi-
catus nostri anno tertio (scilicet Gregorii X.)



CONCILIUM AVENIONENSE

Ab Arelatenfis Provinciæ episcopis, xvi. Kal. Jun. ann. MCCLXXIX.
celebratum.

Nunc primum prodit ex MS. eminentissimi Cardinalis Cbisi.

His titulis
in MS.
* Corr. Ber-
nardum.
* Corr. Por-
tuensem.

Concilium celebratum per dominum
Bertrandum * archiepiscopum Arela-
tensem, postea episcopum Sabinen-
sem *.

TITULI CAPITUM.

1. Adversus invasores & occupatores bonorum ec-
clesiasticorum.
2. De injuriis & damno dato.
3. Ut prælati, cui injuria irrogata est, possit
etiam extra territorium suum sententiam ser-
ve in delinquentes.
4. De iis, qui clericum ceperint.
5. Ut nemo alteri suadeat, in aliena ecclesia co-
meterio eligere sepulturam.
6. Ut serventur jura edita de Judæis.
7. Ne banna fiant adversus ecclesie libertatem.
8. Ne quis in foro ecclesiastico litigantes, ad de-
stendendum compellat.
9. Ut privilegiati excommunicatos ad sacra non
admittant, nec ad sepulturam.
10. De excommunicatis, ad officia publica non
eligendis: & de iisdem banna facientibus
contra excommunicatores, & denunciatores
11. De iis, qui excommunicatos elegerint.
12. Ut clerici non negotientur.
13. Ut clerici advocacionem & judicaturam non
exerceant.
14. De testamentis.
15. Ut prælati hæc statuta publicari faciant.

P R Æ F A T I O.

Gal. 4.
If. 10.

IN nomine Domini, Amen. Jerusalem que
sursum est, libera mater nostra, sterilis,
quia non pariens filios superbiæ, per Prophe-
tam lætari præcipitur & erumpere, pariter &
clamare que non parturit humilitatis liberos,

quia multi, proh dolor! sunt hodie desertæ,
scilicet ancillantis tumidialitatis filii, magis
quam ejus, cœlestis videlicet libertatis, quæ
virum habet dominum Jesum Christum. Hanc
nempe Jerusalem nos B. sola miseratidne Di-
vina Arelatenfis archiepiscopus, una cum ve-
nerabilibus fratribus nostris. B. Tricallino, P.
Vasionensi, P. Carpenteratensi, & I. To-
lonensi, Dei gratia episcopis; necnon & cum
venerabilium fratrum nostrorum Massiliensis,
Avinionensis, Cavallicensis & Aurayensis, per
eamdem gratiam episcoporum, ex cœtis cau-
sis absentium, loca tenentibus in præsentem pro-
vinciali capitulo personaliter constitutis; assi-
stantibus in personis aliis Arelatenfis, & alia-
rum ecclesiarum suæ provinciæ, præsentialiter
ut est moris: efficacius attendentes ad depr-
mendos filios superbiæ, quæ multipliciter ino-
levit, & ad corroborandos humilitatis liberos,
qui multifarie, proh dolor! hodie cernuntur
oppressi, & ad laudem & gloriam cœlestis Je-
rusalem liberæ matris nostræ, statuta præsen-
tia duximus in hoc ipso provinciali capitulo
proferenda concorditer, & edenda.

* Bertrando.
* Petro.
* Joanne.

C A P U T P R I M U M.

Adversus invasores bonorum ecclesiasti-
corum.

IN primis igitur, quoniam aliqui suis
finibus non contenti, passim aliena
diripiunt, & ecclesiasticas libertates ef-
fringere non verentur, approbante præ-
senti concilio statuimus, quod quælibet
persona, sæcularis aut ecclesiastica, no-
bilis aut alia, cujuscumque præminen-
tiæ, dignitatis, officii, conditionis,
aut

ANNO
CHRISTI
1527.

1. Taxas.
2. Decimum tertium quod que ex his que venduntur.
3. Quinquagesima pars pretii rei vendite, debita domino principalis. Loc. & vices.
4. Viginti quatuor.
5. Aliud servitium genus.

aut status fuerit, quæ vel ecclesiasticas capellas, seu earum cœmeteria, hospitalia, reclusoria, domos, possessiones, loca, villas, castra, census, taseas, trezena, laudimia, vintena, feuda, leidas, pedagia, seu alia quæque utilia, seu etiam earum homines aut familias, animalia, sive bona quælibet mobilia seu immobilia, sive domos religiosas, aut hospitalia, sive reclusoria quomodolibet invadere, capere, occupare, detinere, pignorare, seu gadiare; necnon & qui contra ecclesias, vel capellas, aut clericos sive personas ecclesiasticas, seu earum homines, loca, villas, castra, seu mansiones, aut contra libertates ecclesiasticas, vel domos religiosas, aut hospitalia sive reclusoria quomodolibet edere vel facere quævis statuta, sive banna, vel præconizationes, aut novitates quascumque, sive quibuslibet ex prædictis directe vel indirecte violentias, aut molestias irrogare, seu eis super bonis quibuslibet ecclesiasticis seu patrimonialibus, quæstas aut talias, angarias sive parangarias, aut necessitates quælibet aliquantulum imponere vel inferre, sive domos ecclesiarum, aut clericorum, seu personarum ecclesiasticarum, occasione quacumque ferrare seu claudere, vel ferrare seu placare, sive earum banna quæcumque bannire, seu etiam vias novas aliquas ubilibet adinvenire, vel facere, per quas ecclesiarum, seu earum villarum, castra, vel loca, in pedagiis sive leidis aut quibuslibet juribus aliis possint in aliquo diminui, vel etiam peiorari, sive caminos aut vias, seu stratas publicas aut privatas, intra limites sive territoria vel districtus locorum, villarum, seu castrorum ecclesiasticæ ditionis, auferre vel sibi quomodolibet appropriare, attribuire, seu etiam applicare, vel terminos eorum arare præsumpserit, seu attentaverit, per suam potentiam, aut violentiam sive superbiam:

* *Dei* nisi:

intra tres dies super his a die captionis seu invasionis, attentionis sive præsumptionis hujus, & eorum fautores, per emendam aut revocationem debitam, seu alias ut res exigit, plene satisfecerit, excommunicationi subjaceat ipso facto: quam extunc in attentatores & præsumptores hujusmodi, fautoresque eorum, consiliarios, & coadjutores quoslibet, ferimus in his scriptis. Et nihilominus si persona hujusmodi persistit in excommunicatione ipsa per tres dies: extunc loca quælibet ubi fuerit, ecclesiastico subjaceant interdicto. Quam siquidem excommunicationis, seu interdicti sententiam,

cum de præmissis, seu eorum aliquibus, cuilibet ordinario vel ejus officiali summarie consulerit aut de plano: volumus & statuendo mandamus, executioni debitæ per ipsum quemlibet ordinarium, seu officialem ipsius, certificatum de plano mandari per universas ecclesias Arelatensis civitatis, diocesis & provincie, sicut viderit commodius expedire: super quo, tam in genere, quam etiam quascumque personas singulariter nominandas plenam habeant facultatem. Et insuper etiam ad augmentandam hujusmodi sententiam prout ei videbitur expedire, insuper mandamus & precipimus firmiter & districte, quod super omnibus circa præmissa per quoslibet aboleri hæcenus attentantes, fiant post instans festum Pentecostes, per tres dies Dominicis continuos, monitiones in ecclesiis, videlicet generales: ut quicumque super præmissis aut eorum aliquibus, aboleri contra ecclesias & personas ecclesiasticas seu earum jurisdictionem & jura, prout superius sunt expressa, quicquid hæcenus attentaverit, illud & illa quælibet intra festum instans Assumptionis beatæ Mariæ totaliter revocent & emendant, sive de ipsis satisfaciant competenter. Quod nisi fecerint, nos eodem approbante concilio, in quoslibet attentatores hujusmodi, seu etiam præsumptores, ex nunc ut ex tunc, excommunicationis sententiam similiter ferimus in his scriptis, & in eorum quoslibet coadjutores, consiliarios, & fautores. Quam excommunicationis sententiam, cum consulerit ordinario cuilibet, seu ejus officiali, de plano vel summarie per officium vel alias aliter, de præmissis, volumus & mandamus per universas ecclesias civitatum & diocesium publicari, singulis diebus Dominicis & festivis, prout per quemlibet ordinarium, seu officialem ipsius, fiet requisitio super eis.

ANNO
CHRISTI
1527.* *Corr. in*
minandi

II. De injuriis, & damno dato.

Insuper approbante præsentis concilio statuimus, quod si contingat vel homines, vel res quælibet, animalia quævis ecclesiarum, sive personarum ecclesiasticarum, sive hominum aut locorum suorum quorumlibet, abduci per aliquos aut aliquas in prædictam sive pignorationem aut represaliam: abductores hujusmodi, & eorum fautores, & autorizatores, excommunicationi subjaceant ipso facto: qui tamdiu per cellanos ecclesiarum civitatis & diocesis, ubi prædicta commissa fuerint,

au-

ANNO
CHRISTI
1279.ANNO
CHRISTI
1279.

authoritate presentis concilii denunciantur excommunicati cum campanis pariter & candelis, singulis Dominicis diebus & festivis, quousque de damnis & injuriis irrogatis fuerit eas passis plenarie satisfactum. Et nihilominus civitates, castra, loca, & villæ, in quibus prædicta hujusmodi recepta fuerint seu admista, ecclesiastico subjaceant interdicto, si requisiti, qui fuerint inibi requirendi, a se noluerint abjicere prædicta eadem. Et ad hæc eadem exequenda, diocesani singuli, & officiales eorum, se promptos exhibeant sine contradictione quacunque: ut idem faciant fieri per capellanos suos, cum per illum, in cujus civitate vel diocesi res sic detestabilis commissa extiterit, fuerint requisiti. Et nihilo minus super iis etiam observetur attente novella constitutio Gregoriana*.

* Concil.
Lugd. II. c.
15.

III. Ut prælatus, cui injuria irrogata est, possit, etiam extra territorium suum, sententiam ferre in delinquentes.

Præterea quia difficile nimium, & ut plurimum in parte magna damnosum, & periculosum etiam sæpius invenitur, ut contra frequentes & quasi continuos injuriatorum & invalorum aggressus in alienis territoriis, ex absentia sive copia competentis judicis, debita coercitio retardetur: statuimus approbante præsentis concilio, quod si contingat nobis, vel alicui de fratribus nostris suffraganeis, seu nostro vel illorum officialibus, sive nostrum, aut eorum loca tenentibus, aut nostris, seu eorum canonicis, clericis, famulis, seu hominibus quibusvis, etiam laicis, castris, aut villis, feudis, vel retrofeudis, ab aliquibus, cujuscumque præminentis, status, officii, vel conditionis fuerint, in quocumque loco civitatis, diocesis, seu provincie Arelatensis, ubicumque, seu universaliter in locis, vel extra loca, injuriam vel violentiam, seu offensam inferri: prælatus, vel ejus officialis, aut locum tenens ipsius, cui super præmissis injuria, violentia, seu offensa fuerit irrogata, possit per censuram ecclesiasticam, & aliter, ut expedierit, animadvertere ubicumque fuerit, in civitate, diocesi, & provincia supradictis, & punire quolibet irrogantes, seu hujusmodi delinquentes. Nec possit objici, quod quia forsan extra territorium jus dixerit, vel monitiones, aut citationes fecerit, vel sententias excommunicationis, aut interdicti tulerit, vel tales punierit, ei non pareatur impune. In casu enim

hujusmodi civitatem & diocesim Arelatensem, & totam ejus provinciam prælibatam, volumus esse de territorio cujuslibet de prædictis: & quod Insuper ad mandatum seu ad requisitionem illius seu hujus punientis, quilibet prælatorum, & officialium, seu eorum loca tenentium, sive quorumlibet aliorum ecclesiis præsidentium, quamlibet sententiam latam a tali, sine difficultate qualibet, usque ad satisfactionem condignam teneantur executioni mandare: hoc adjecto moderamine, quod per præfens statutum, Arelatensis archiepiscopus in suffraganeos suos, sive prælatus quilibet in prælatos alios, vel eorum subditos, seu eorum communitates & dioceses, jure metropolitico, seu quolibet alio, ratione consuetudinis, vel usus, aut aliter, nullum jus, nullamve jurisdictionem acquirat, præfenti quidem statuto post terminum minime valituro.

IV. De iis, qui clericum ceperint.

Ad hæc etiam approbante præsentis concilio statuimus, quod si officiales, vel locorum domini quilibet sæculares, seu eorum cursores aut bannerii, ceperint clericum aliquem; & requisiti per diocesanos, vel officialem suum, quod clericum illum captum cum omnibus rebus suis restituant sibi confestim: si per unum diem destiterint illum restituere quamquam ipso facto sint excommunicati, extunc officiales illi, seu domini, & quilibet detinentes atque cursores, seu bannerii supradicti, denuncientur excommunicati nominatim & expresse diebus singulis cum campanis pariter & candelis. Et si denunciati per tres dies, clericum illum non reddiderint: extunc locus aut civitas, sive castrum, aut villa, ubi captus ille clericus detentus fuerit, ecclesiastico subjaceat interdicto. Nec teneatur aliquis fidem facere dictis officialibus, sive dominis aut detentoribus, sive quibuslibet aliis, quod captus sit clericus: cum sufficiat, ut illum constet clericum, in eo quod diocesanus, vel officialis, seu locum tenens ipsius, asserat per litteras vel nuncium, clericum illum esse; nec super his fides aliqua sit laicis facienda. Hoc autem de tali clerico intelligimus, qui erat in possessione clericatus tempore captionis.

V. Ut nemo alicui suadeat, in aliena ecclesia cæmeterio eligere sepulcrum.

Posthæc approbante præsentis concilio statuimus, quod nulla persona eccle-

ANNO
CHRISTI
1179.ANNO
CHRISTI
1179.

clericalia vel secularia, cujuscumque religionis, status aut conditionis existat, inducat per se, vel per alium, aliquam personam in infirmitate, vel sanitate constituta, nec etiam moneri faciat, ut dimissa sua parochiali ecclesia, in cœmeterio alterius ecclesie cujuslibet eligat sepeliri. Alioquin contra facientes, scilicet tam inducens, quam induci faciens, & tam monens, quam moneri faciens, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant: quæ sententia debite publicetur.

VI. Ut serventur jura edita de Judæis.

Insuper etiam statuimus, ut jura edita de Judæis serventur: videlicet in pectoribus appendentia vestimentis exterioribus dissimilia signa portent; talia siquidem, per quæ faciliter & distincte valeant a Christianis agnosci pariter & discerni. Sed neque teneant Christianos nutricios aut nutrices: carnes autem per eos occisas nullus vendat fidelibus Christianis. Ipsi quoque Judæi dies * excolant manifeste. In Quadragesima carnes publice non manducant. Obviantes autem cruci, sive Christi corpori, vel penitus se recludant, aut cito recedant, vel reverentiam exhibeant, ut Christiani. Alioquin Judæi quilibet contra facientes, per subtractionem communionis fidelium, & Christiani per excommunicationis sententiam, per ordinarios, vel officiales, seu loca tenentes eorum, sollicitè compellantur.

VII. Ne banna fiant adversus ecclesie libertatem.

Cum in jure canonico caveatur, quod qui de cetero servari fecerit statuta, & consuetudines introductas contra ecclesie libertatem, statutarii & scriptores statutorum ipsorum, necnon potestates, consules, rectores, consilarii locorum, ubi statuta hujusmodi & consuetudines de cetero edita fuerunt vel servata, necnon & illi, qui secundum ea judicare præsumperint, vel in formam publicam scribere judicata, excommunicationis sententiæ debeant subjacere: nonnulli propriæ salutis obliti, & suæ verecundiæ non parcentes, juris sententiam verborum amplexu non sine fraude circumvenire nituntur: non statuta, ut asserunt, banna tamen faciunt proclamari, præcepta & prohibitiones inducunt, quæ non est dubium in libertatis ecclesiasticæ præjudicium redundare. Nos itaque fraudibus ma-

lignorum, quas circa hoc adhibitas fuisse cognovimus, obviare volentes, approbante præsentis concilio statuimus: ut qui contra ecclesie cujuslibet libertatem banna, prohibitiones, sive præcepta, scientes fecerint, aut fieri procuraverint, seu facientibus consilium vel opem duxerint adhibendam, ipsa, postquam per locorum ordinarios, vel officiales eorum, super hoc fuerint requisiti, absque cujuslibet difficultatis obstaculo indilate revocent, seu faciant revocari, ad consimilia nunquam de cetero processuri: alioquin censura simili sint adstricti. Qui vero contra ecclesiasticas consuetudines antiquas, rationabiles, approbatas, & hæcenus pacifice observatas, statuta, banna, prohibitiones, aut præcepta, scienter fecerint, aut fieri procuraverint, sive jam facta servaverint, aut servari fecerint, seu facientibus vel servantibus, in hujusmodi consilium vel opem præstiterint, per diocesanos locorum, aut officiales, præsentis auctoritate concilii moneantur, ut infra viii. dies a tempore monitionis hujusmodi numerandos, statuta *, & banna, prohibitiones & præcepta hujusmodi debeant revocare, ad consimilia nunquam ulterius processuri, alioquin excommunicationis sententia, quam in his scriptis exnunc ferimus, sint ligati.

VIII. Ne quis in foro ecclesiastico litigantes, ad desistendum compellat.

Cum nonnulli temporale dominium obtinentes, seu secularis justitiæ potestatis gerentes officium, jurisdictionem sanctæ matris ecclesie subvertere, vel minuere exquisitis astutiis moliantur: nos eorum malitiam ultione canonica reprimentes, approbante præsentis concilio statuimus, inhibentes ne quis in foro ecclesiastico litigantes, seu litigare volentes super causis mere ecclesiasticis, sive quæ ad forum ecclesie de antiqua & approbata consuetudine & hæcenus pacifice observata pertinere noscuntur, ad desistendum compellat, per ipsorum vel parentum aut consanguineorum, sive rerum eorum & personarum hujusmodi captionem, modisve aliis quibuscumque. Si quis vero contra præsumperit, excommunicationis sententiæ auctoritate concilii se noverint subjacere.

* Locus mendosus.

* ad statuta delent, banna, prohibitiones & præcepta revocent, ad consil.

Cooc. Biturric. ann. 1179. c. 11. id verbum.

Ibid. c. 11.

ANNO
CHRISTI
1179.IX. Ut privilegiati excommunicatos ad sa-
cra non admittant, nec ad se-
pulturam.

Ibid. c. 11. Licet regularis observantiae profes-
sores, & alios, quos sedes apostolica exem-
ptionis seu libertatis majoris decoravit
titulo, & privilegiis insignivit, attolle-
re condignis favoribus intendamus, ip-
sorumque privilegia, quantum ad nos
attinet, observare penitus illibata: sic
tamen eos suis manere contentos juri-
bus affectamus, quod privilegiorum suo-
rum limites in aliorum injuriam non
extendant. Proinde sacro approbante
concilio duximus statuendum, distri-
ctius inhibentes, ne deinceps religiosi
quicumque; vel etiam saeculares, exem-
ptionis seu libertatis sedis apostolicae
privilegiis muniti, excommunicatos pu-
blice, vel nominatim interdictos, seu
uturarios manifestos, ad Divina, seu
ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasti-
cam sepulturam, admittant. Qui vero
contra praesumpserint, praeter poenas a
jure statutas, ingressum ecclesiae eo ip-
so sibi noverint interdictum: donec pro-
latoribus sententiarum hujusmodi, quo-
rum auctoritatem contempserint, &
aliis, quorum interesse contingat, de
praedictis excessibus & omni interesse
& damnis satisfecerint competenter.

X. De excommunicatis ad officia publica
non eligendis, & deisdem banna facien-
tibus contra excommunicatos & denun-
tiantes.

Insuper & praesenti approbante con-
cilio statuimus, ut infrascriptum statu-
tum concilii Valentini ab omnibus fir-
miter observetur, quod est istud: Ex-
communicati, in consules, rectores,
potestates, assessores, ballivos, vel
ad alia officia publica, nullatenus eli-
gantur: & qui tales scienter elegerint,
excommunicentur; & nulla
sententia lata per ipsos, sive aucto-
ritate eorum, valeat, seu processus
habiti per eosdem, sive auctoritate
ipsum. Quia vero intelleximus quod
excommunicati quidam statuta quorundam
faciunt, praescripta, seu banna,
contra excommunicatos vel denun-
tiantes excommunicationem, quod
est quasi haereticum, & a disciplina
ecclesiastica alienum, cum directe
sint hoc in contemptum clavium,
& illusionem ipsarum, quod ipsas
nituntur infringere malitia obstina-
ta: licet excommunicati intelligan-
tur per constitutionem domini Ho-

A „ norii, quia tamen constitutionem ii-
lam contempnunt: statuimus, quod
quicumque statutum, praescriptum,
bannum, interdictum, furni, mol-
lendini, ignis, aquae, seu alicrum
commerciorum, seu mandatum fece-
rint contra excommunicatos, vel de-
nunciatores, apertum, tacitum, vel
occultum, denunciatur etiam ex-
communicati per totam provinciam,
& etiam in vicinis provinciis, si vi-
debitur expedire: & cessetur a Divi-
nis, in omnibus locis, ad quae vene-
rint taliter excommunicati, quam-
diu moram fecerint in eisdem: nec
absolvantur donec satisfecerint com-
petenter de damnis & injuria, illa-
tis propter hanc ecclesiae & perso-
nis ecclesiasticis. Praecipimus autem
quod praelati omnes, cum a dioce-
sano, qui excommunicationem tulit,
ipsis fuerit denunciatum: praedictos
renuncient, & illos evitent, & hoc
medicinale statutum observent invio-
labiliter. Quod si non fecerint, in-
gressum ecclesiae per mensem unum
sibi noverint interdictum.

XI. De iis, qui excommunicatos elegerint.

Huic autem statuto concilii Valenti-
ni adjicimus, approbante praesenti con-
cilio, statuentes, quod quicumque sum-
pserint aut elegerint excommunicatos,
qui semel aut pluries fuerint in eccle-
siis aut in ecclesia denunciati, vel in
consules, vel rectores, vel vicarios, vel
judices, vel potestates, vel assessores,
vel ballivos, vel clavarios, vel nota-
rios, vel alia officia publica, excom-
municationi subiaceant ipso facto; &
omnia in quibus, seu ad quae illi tali-
ter electi fuerint ad officia, si requisi-
ti electores hujusmodi electos ipsos ab
ipsis officiis non amoverint, infra men-
sem post requisitionem hujusmodi sibi
factam, ecclesiastico subiaceant interdi-
cto, donec tales prorsus amoti fuerint
& recesserint de locis eisdem.

XII. Ut clerici non negotientur.

E Ad hoc etiam, infrascriptum statu-
tum editum per bonae memoriae domi-
num B*. Arelatensem archiepiscopum
praedecessorem nostrum in provinciali
concilio, statuimus approbante praesen-
ti concilio cum subsequenti moderami-
mine firmiter observari. Et ante
istud statutum, quod nullus clericus
beneficiatus; nullus etiam in sacris
ordinibus constitutus, per se, vel per
alium emat bladum vel vinum, cau-
sa

ANNO
CHRISTI
1179.

Ibid. c. 11.

Concil. Va-
lentini. an.
1179. c. 11.

Ibid. c. 11.

Bertran-
dum de S.
Martino. Vi-
de supra in
Concil. Arel.
lat. an.
1179. c. 11.
* Cor. Et
autem P. d.
Statuimus
quod.

ANNO
CHRISTI
1178ANNO
CHRISTI
1178

sa revendendi vel negotiandi, neque
huic statuto fraudem aliquam adhi-
beat. Quod si facere præsumpserit,
incurrat excommunicationis senten-
tiam ipso facto: de qua sententia ni-
si per diocesenum possit absolutionis
beneficium obtinere. Et tunc punia-
tur in amissione bladi, vel vini, seu
pretii convertendi in fabricam eccle-
siaz parochialis: salva etiam alia pœ-
na majori, si diocesano videbitur,
imponenda juxta ipsius facti qualita-
tem. Hoc autem moderantes statu-
tum, propter animarum periculum, tol-
limus pœnam excommunicationis im-
positam clericis vendentibus & reven-
dentibus, in ipso statuto contentam:
ipso statuto quoad alia ibi contenta in
suo robore alias permanente: Adjicien-
tes, quod venientes contra ipsum sta-
tutum, & spiritualiter & pecunialiter
arbitrio diocesani sui puniantur debite.

XIII. Ut clerici advocacionem, & judicatu-
ram non exercent.

Aliud etiam infra scriptum statutum,
olim editum per bonæ memoriæ do-
minum Florentinum Arelatensem ar-
chiepiscopum, prædecessorem nostrum,
in provinciali concilio, statuimus, simi-
liter approbante præsentis concilio, cum
subsequenti moderamine, firmiter ob-
servari: quod est istud. Ad hæc,
cum ecclesiastica per ecclesiasticos, &
per seculares seculares tractari con-
veniat, ne forte clericus ad aratrum
ecclesie mittens manum, & respi-
ciens retro, Dei regno efficiatur
ineptus: (nec enim beatus aposto-
lus Marthæus, qui & Levi telonea-
rius dictus est, postquam a Domi-
no vocatus fuit, rursus ad lucra
telonei resedit) inhibemus districte,
ne clericus in ecclesia beneficiatus,
advocationis officium suscipere in cu-
ria laicali præsumat, nec judicarium
exercere: nisi forte pro ecclesia, vel
pauperibus, viduis, & orphanis, pa-
trocinari voluerit intuitu pietatis. Si
quis autem contra hoc attentare præ-
sumpserit ipso facto ab ingressu eccle-
siaz noverit se suspensum. Et si per
prælatum suum requisitus & monitus,
ab hujusmodi officiis desistere nolue-
rit: beneficio suo ecclesiastico prive-
tur per eundem; & per ipsum, be-
neficium alteri conferatur. Quod si
resipuerit, a dicta suspensionis sen-
tentia per ipsum episcopum absolva-
tur. Hoc autem moderantes statu-
tum, volumus statuendo, quod hujus-
modi clericus, de sententia sui episco-
pæ. Concil. General. Tom. XXIV.

pi generali, vel speciali, possit libere
advocationis officium ubi-
libet exercere. Adjicientes prædicto sta-
tuto, ut nullus clericus ecclesiasticum
habens beneficium, præsertim in digni-
tate ecclesiastica constitutus, in aliqua
curia ecclesiastica, vel civili præsumat,
contra ecclesiam vel personam ecclesia-
sticam, advocationis officium in civita-
te, diocesi, & provincia Arelatenſi pro
laicis exercere: nisi per judicem illius
ecclesiasticæ curiæ fuerit datus laicis ad-
vocatus. Alioquin contra faciens ipso
facto sententiam excommunicationis in-
currat.

XIV. De testamentis non occultandis.

Cum autem plurima testamenta so-
leant ex hæredum malitia nequiter oc-
cultari, ut ea, quæ vel ad pias causas,
vel ad faciendas emendas, in ultimis
defunctorum voluntatibus legata, sive
relicta fuerint, ad lucem nequeant per-
venire: nos volentes hujusmodi malitiis
obviare, approbante præsentis concilio
statuimus, quod tam hæres quilibet,
quam notarius, qui notam cujuslibet
recepit testamenti, per ecclesiam,
ut commodius videbitur, requiratur,
quod testamentum, vel notam, si-
ve transcriptum alterutrius, in eo
quod vel pias causas, vel faciendas
emendas tangere dinoscitur, exhibeant
infra octo dies, a tempore requisitionis
hujusmodi computandos. Quod nisi fe-
cerint, ex tunc eos, prout requisiti fue-
rint, decernimus excommunicationis
sententiæ subjacere, quam excommu-
nicationis sententiam volumus nomina-
tim, & solemniter diebus singulis pu-
blicari.

XV. Ut prælati hæc statuta publicari so-
ciant.

Demum, approbante præsentis con-
cilio statuimus, quod quilibet diocesa-
nus, sive prælatus Arelatenſis provinciæ
præfens concilium habeat infra duos
menses, ab instanti festo Pentecostes
numerandos: & per ecclesias subditas
eadem statuta, præsertim excommuni-
cationis & interdictionis sententias conti-
nentia, prout eadem statuta requirunt,
sub pœna excommunicationis, vel alia,
prout eis visum fuerit, a subditis suis
faciat publicari & diligenter exponi,
ut pericula, quæ clericis & laicis ex eis-
dem possunt sententiis imminere, sint
liquide manifesta, & cautius evitentur.

Factum Avenione anno Domini MCCLXXIX.
xvi. Kal. Junii, die scilicet Mercurii ante Pen-
tecosten.

Q

ALIA

ANNO
CHRISTI
1179.

ALIA EJUSDEM CONCILII STATUTA

Super cruceſignatorum & religioſorum
privilegiis.

I. DE CRUCESIGNATIS.

PRO cruceſignatis in terræ ſanctæ ſubſidium, in provinciali concilio, quod celebratum fuit apud Avenionem anno MCCLXXIX. XVI. Kal. Junii, concorditer extitit ordinatum.

Quod cum apoſtolicæ litteræ Gregorianæ D. archiepiſcopo Arelatenſi & ejus ſuffraganeis omnibus ſimul directæ, per eos fuerint hæcenus multipliciter publicatæ, & proceſſus multiplicis autoritate earum per eos ſint habitæ, & quaſi per univerſum mundum ſit publicum & notorium, quod quilibet metropolitanus, & ejus ſuffraganeus, ſuper hoc plenam habeant poteſtatem, tranſcriptum earum, ſive copia nulli detur.

Quod inſuper cruceſignati & cruceſignandi pro ſubſidio terræ ſanctæ, per ipſos dominos, archiepiſcopum & ejus ſuffraganeos, defendantur, juxta indulgentiam contentam in litteris ſupradictis, & in concilio generali.

Quod etiam cruceſignati, licet antequam crucem ſumpſerint, citati fuerint, vel contra eos ſint aliqui proceſſus habitæ, autoritate litterarum ſedis apoſtolicæ de prædictis non facientium mentionem, extra ſuas diœceſes: nihilominus tamen in poſterum ſimiliter poſtquam crucem ſuſceperint, defendantur, ne ad judicia extra ſuas diœceſes evocentur.

Nec in aliis, in quibus eos ſedes apoſtolica privilegiat, offendantur; ita quod proceſſus habitæ coram iudicibus delegatis teneant, ut tenere debebunt, & juxta eos, ſive poſt eos fiat continuatio per cruceſignatorum ordinarios, & finaliter procedatur.

Quod ſi forſitan contra ordinarios, ſeu eorum vices gerentes, quod defenderent cruceſignatos, vel contra ipſos cruceſignatos detentos per eos, aliqui delegati procederent, citando, vel monendo, vel ſententias aliquas fulminando, vel eas denunciari mandando, ſeu alias quoquo modo: nullus in civitate, diœceſi, & provincia Arelatenſi, delegatorum eorundem ſigillet litteras, nec exequatur mandata.

Quodque cum crucis ipſius tranſmarinæ negotium ſit contiuum in favore, & vivente D. Gregorio ſummo pontifice per prælatos fuerit inchoatum, nec per aliquem ſucceſſorem ipſius aliquallyter revocatum, non obſtante morte ipſius domini Gregorii: circa

ipſum negotium per prælatos juxta directum prædictum ſibi mandatum apoſtolicum procedatur, cum negotium crucis adhuc maneat & vigeat, nec dum paſſagium ſit inceptum.

Et omnes diœceſani, & eorum officiales exequantur latic ſententias, per eorum quemlibet pro cruceſignatis contra quocumque.

II. DE RELIGIOSIS.

Super confeſſionibus, quas religioſi paſſim audierint, extitit in eodem concilio ſimiliter ordinatum.

Quod religioſi per ipſos diœceſanos, vel tenentes loca eorum, cautius requirantur, an de licentia, vel ſine licentia prælatorum audiant confeſſiones. Quod ſi privilegia confeſſiones audiendi ſe dicant habere, illa ſine mora qualibet exhibeant & oſtendant, & copiam dent eorum.

Quodque deinceps illi religioſi, qui voluerint confeſſiones audire, veniant ad prælatos, ut ab eis ſuper confeſſionibus audiendis recipiant ſpecialiter facultatem.

Quod etiam iidem prælati non committant religioſo alicui confeſſiones generaliter audiendas.

Quod inſuper iidem prælati retineant illos in cauſis, qui retenti ſunt ipſis prælatiſ per provincialium conciliorum ſtatuta. Si tamen inter religioſos eodem aliquæ ſint perſonæ, per quas prælati ſenſerint tali gratia ſpeciali meritos, ſive dignos: ipſi prælati faciant ſuper his erga perſonas hujusmodi, quod viderint expedire.

Facta ſunt hæc die præcedente prænunciationis concilii ſupradicti, videlicet XVII. Kal. Junii, in præſentia & teſtimonio plurimum perſonatum, & aliorum, & mei Stephani de ſancta Maria domini papæ ſcriptoris, ſacri palatii notarii, qui de mandato prædictorum domini archiepiſcopi, & dominorum episcoporum, & aliorum abſentium loca tenentium, prædictum concilium, ſive ſtatuta contenta in eo, prout omnia ſunt ordinata ſuperius, ſcripſi: & ut ex his publicum inſtrumentum facerem, ſive plura, mandatum ab ipſis recepi. In cujus rei certitudinem, hic apoſui ſignum meum.

G. C. N O T A.

Qui præfuit huic concilio Arelatenſi archiepiſcopus (poſtea episcopus Portuſenſis) Bertrandus hic dicitur, ab aliis omnibus Bernerdus & in ipſo ſuo epitaphio, quod ſano iſticum. Ughello reſte, hodieque cernitur Urbeveti ante aram principis eccleſiæ ſancti Franciſci. Mendofus legitur hæc in parte codex noſter eſt. Et in hoc quoque mendofus quod Sabinenſem episcopum fuiſſe ait: cum Portuſenſem dicere debuiffet. Ex Sabinenſium æ Portuſenſium episcoporum catalogo & epitaphio, cujus paulo ante mentionem facti, res conſtatiffima: Immo & ex hâ ipſis Arelatenſis provincie concilio, eo ſcilicet, cui Bertrandus Amalricus Avenione præfuit, anno MCCLXXII. & eo quod Roſignus Capra, in villa Inſula Venacini, anno MCCLXXXVIII. celebravit.

CON.

ANNO
CHRISTI
1179.

ANNO CHRISTI 1279.

ANNO CHRISTI 1279.



CONCILIUM BITERRENSE,

Præcipi hoc concilium duobus proximè antecederibus debuerat.

De mittendis ad Regis parlamentum procuratoribus pro defendendis ecclesiasticis libertatibus, anno Domini MCCLXXIX. a Petro Narbonensi archiepiscopo cum suffraganeis celebratum.

Notum sit cunctis quod anno Domini MCCLXXIX. in crastinum festi Inventionis S. crucis, fuit celebratum concilium apud Biterrim per reverendos patres dominos, Petrum Dei gratia archiepiscopum Narbonensem, Pontium Biterrensem, Bertrandum Tolosanensem, Berengarium Magalonensem, Bertrandum Elnacensem, Petrum Agathensem, Petrum Nemaufensem, & Galterum Carcastonensem, eadem gratia episcopos. Qui domini episcopi, & etiam Lodovensis & Uticensis, vocati fuerunt per litteras ipsius domini archiepiscopi, quarum tenor noscitur esse talis.

» Petrus miseratione Divina sanctæ Narbonensis ecclesiæ archiepiscopus, venerabilibus in Christo fratribus Dei gratia Biterrensi, Magalonensi, Lodovensi, Uticensi, Agathensi, & Nemaufensi episcopis, salutem & sinceram in Domino charitatem: Cum super magnis & arduis negotiis antiquis, & etiam de novo emergentibus, quæ communem tangunt statum ecclesiarum provincie Narbonensis, vobiscum & aliis fratribus nostris suffraganeis habeamus loqui pariter & tractare; fraternitatem vestram rogandam duximus, tenore presentium, vobis nihilo minus mandantes, quatenus in crastinum post instantem festum Inventionis S. crucis, aliis prætermis negotiis, apud Biterrim nobiscum personaliter interfutis, ut vobiscum tractemus in præmissis quod honoris & utilitati communi ecclesiarum ipsius provincie expediens viderimus, & Dominus ministrabit. Datum Montillis xvi. Kal. Maji, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono.

Sub eadem forma ivit littera ad dominos Tolosanensem, Elnacensem, & Carcastonensem episcopos.

Littera Petri archiepiscopi Narbonensis, de rebus gestis in concilio Biterrensi anno MCCLXXIX.

Petrus miseratione Divina sanctæ Narbonensis ecclesiæ archiepiscopus, discretis & religiosis viris, abbatibus, prioribus conventualibus, capitulis, & conventibus, tam secularibus, quam regularibus per civitatem, diocesim, & provinciam Narbonensem constitutis, ad quos presentes litteræ pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Cum in concilio apud Biterrim, per nos ac venerabiles fratres nostros episcopos provincie Narbonensis, ad cujus convocationem vestris credimus non modicum pepercisse laboribus & expensis, ordinatum extiterit, ut nos una cum venerabili fratre nostro episcopo Tolosano ad instans parlamentum debeamus in Franciam personaliter proficisci, constitutisque sint in ipso concilio procuratores, qui in ipso parlamento comparere debeant pro provincia Narbonensi, super antiquis & de novo novitatibus aliquibus emergentibus, feudis videlicet & retrofeudis, alodiis, & exercitu, & gravaminibus illatis, & quæ quotidie inferuntur, quæ communem tangunt statum ecclesiarum, & monasteriorum ejusdem provincie, libertates, immunitates, & privilegia ostensuri, prout in ipso procuratorio videbitis plenius contineri: universitatem vestram requirendam tenore presentium ducimus & rogandam, quatenus in procuratorio, quod vobis per latorem presentium mittimus, vestrum quilibet sigillum suum apponat.

Datum Biterris III. Nonas Maji, anno Domini MCCLXXIX.



CONSTITUTIONES LATINI

Osienfis & Velletrensis Episcopi.

Anno 1279.

Raymundus Dei gratia Sanctæ Aquilejensis Sedis Patriarcha (1) venerabili fratri... Episcopo Vicentino (2) Salutem in Domino. Noveritis nos Reverendi Patris & Domini Latini Dei gratia Osienfis & Velletrensis episcopi, Apostolicæ Sedis Legati (3) recepisse litteras sub hac forma Venerabili in Christo Patri... Dei gratia Patriarchæ Aquilejensis. Fra-

NOTA P. FRANCISCI ANTONII ZACHARIE SOC. JESU.

(1) Est is Raymundus Torrianus Mediolanensis, quem an. 1273. Gregorius X. Aquilejensi Ecclesie præfecit. (2) Bernardo de Nicellis. (3) Fr. Latinus cognomine Malabraca, quem & de Frangipanis, & Ursinum appellatum legimus. Patrem habuit ex gente Malabraca, matrem vero Sororem Johannis Ursini Tit. Sancti Nicolai in Carcere Diaconi Cardinalis. Hic Pontifex deinde renunciatus, Nicolaus III. adscito nomine Latinum, qui Predicatorum Ordini se se addixerat, sacra purpura decoravit, & Osiensem ac Velletrinum Antistitem dixit. Porro Concil. General. Tom. XXIV. Q 2 10

Frater Latinus permissione divina Ostiensis & A
Velletrensis Episcopus Apostolicæ Sedis legatus
Salutem in Domino.

ANNO
CHRISTI
1177.

Ad honestatem Cleri, animorum salutem,
& utilitatem ecclesiarum, ac monasteriorum
nostræ legationis quasdam nuper constitutiones
edidimus, quas vobis sub sigillo nostro duxi-
mus destinandas Paternitati vestræ, qua fungi-
mur auctoritate, districte præcipiendo mandan-
tes, quatenus ipsas in civitate Aquilejensi vel
alio loco sollempni vestræ diocesis congregato
Clero per vos vel per vestrum vicarium intra
unum mensem a receptione præsentium publi-
care curetis, transmissuri easdem infra eun-
dem terminum omnibus Episcopis, vel eorum
vicem gerentibus vestræ provinciæ eisque tam
vestra auctoritate, quam nostra præcipientes,
ut ipsas in suis Civitatibus, aut Diocesis
congregato similiter Clero infra similem ter-
minum propter mandatum vestrum studeant
publicare. Nihilominus in primis synodis quas
vos & Episcopos celebrare contigerit publicari
eandem sollempniter faciatis. Ita quod eor-
um notitia ad omnes, quos tangit, valeat

pervenire. Insuper operam deitis ut constitu-
tiones ipsæ postquam publicatæ fuerint diligentius
observentur. Si quos vero ex prædictis prælati-
s circa hæc inveneritis negligentes, eos ad id
per censuram Ecclesiasticam appellatione postpo-
sita compellatis mandatum nostrum taliter
impleturi, quod diligentiam vestram exinde
valeamus in Domino commendare.

ANNO
CHRISTI
1177.

I. Contra invasores Ecclesiarum. (1)

Præteriti malitia temporis usque adeo in qui-
busdam partibus nostræ legationis invaluisse di-
gnoscitur, ut non solum plerique clerici sine
iusto, verum etiam quidam laici sine ullo ti-
tulo, quamplures ecclesias & earum iura oc-
cupare præsumperint & eas (2)
aliarumque plurimum animarum periculum deti-
nere præsumant. Nos igitur huic lethali morbo
cupientes opportuni remediti medelam appone-
re, monemus omnes clericos, & laicos nostræ
legationis, eisque in virtute obedientiæ sub in-
terminatione divini iudicii (3) aucto-
ritate districte præcipimus quatenus clerici, qui
eccl-

ro Latinus Bononiæ, inque tota Æmilia; Florentim quoque & in Etruria Legati Sedis Apostolicæ mune-
re functus est. De eo plura invenies apud Quetillum & Echaridium in Bibliotheca scriptorum Ordinis
Prædicatorum, Ciacconium, Eglium *Purpure doctæ* T. I. p. 223. Fabricium in *Bibl. Med. & Inf. Latine*.
Lib. XI. p. 246. edit. Patav.

(1) In MS. Codice Collegii nostri Mutinensis, qui Ravennatensis Concilia, aliaque id genus ad Mutinens-
is Ecclesiæ disciplinam pertinentia complectitur, existant etiam Latini Cardinalis Constitutiones, sed alio
omnino ordine, titulo quoque diversis. Prima est *de Monasteriis visitandis*, quæ heic secundo loco legitur. In-
scripta *de visitatione Monasteriorum*, sequitur heic omnia Constitutio *de honestate Clericorum*, quam pro-
pterea ex Codice nostro exhibebo.

De honestate Clericorum.

Semper & ubique convenit clericos divino ministerio mancipatos in omni sua conversatione prætere-
re honestatem maxime decet, tamen, ut illis in locis eorum honestas reseruetur, in quibus plurimum gentes con-
fluunt nationum, ubi mirum pluribus & ordinata conversatio præbet edificationis exemplum & dissolu-
ta potest scandalum generare. Cum igitur in Civitate Bononiensi antiquum & celebre Studium vigeat,
cujus causa diversarum in ea gentium & clericis & laici commorantur, non immerito tamen alpeus offendit-
ur, cum plures in ea clericos in habitu minus honesto incedere videamus. Nonnulli enim contra Genera-
lis statuta Concilii tonsuram & coronam congruentem non habent, nec clausa deserunt desuper indumentis
ta, sed aliqui ridiculose more palliola de cendaxo post tergum dependentia deserunt, vel manus gestant,
quæ nec sicutam honestæ chamydis, nec alterius habent similitudinem vestimenti. Alia quoque vestimen-
ta quorundam nimis brevitate notanda apparent. Nos igitur clericalis ordinis honestati providere volentes
ordinamus atque statuimus, ut omnes Clerici occasione studii seu beneficii, aut qualibet alia causa Bononi-
æ commorantes, qui vel in sacris ordinibus constituti, vel ecclesiastica beneficia sunt adepti quando ad
scholam vel ecclesiam aut alias per civitatem processerint omnino clausis desuper indumentis utantur. Cap-
pas videlicet clausas aut nuncatas, aut etiam tabordes prout sibi quisque congruere viderit deturari. Pas
vero chamydes quibus deferre placuerit minime prohibemus dummodo sint vel chamydes quæ videlicet utrum-
que operiant humerum, & hinc inde partes corporis anteriores attingant. Pallia vero de cendaxo vel quor-
libet serico panno clerici supradicti per Civitatem non deserant, cum hætenus eorum usus devenerit in
abutum. Si quis ergo desuper hac nostra constitutione contempta tum ejusmodi palliis aut sine cappis, vel
cabitibus, ut chamydibus demotis per civitatem procedere in consuetudinem duxerint eos non solum pri-
vilegiorum omnium scholaribus in prædicta civitate studentibus concessorum volumus immunitate ex-
tere: Sed insuper donec ad arbitrium Bononiensis Episcopi vel rectorum universitatis scholarium convenienter
se correxerint in prædictis in nulla civili causa eorum ecclesiastico vel seculari iudice si voluerint agere
contra quoslibet audiantur. Illis clericis dumtaxat exceptis, quos ne habere valeant vestimenta prædicta
paupertas excusat. Prædictam quoque penam incurrere volumus clericos qui aut capillos nimium longos
aut coronam permodicam, seu breviam nimis consueverint vestimenta deferre si per prædictos Episcopum aut
Rectores secundo communiti sese neglexerint emendare.

Hætenus Constitutio. Mirari autem subit, quæ factum sit, ut heic ea sanctio prætermittetur. Nam
Raymundus ipse in synodo Aquilejensi a. 1182. apud P. de Rubens in *Monum. Eccl. Aquilej.* col. 783. cum
indicat sub titulo *de vita & honestate clericorum* his verbis: *volumus & mandamus, sanctorum Patrum
Canonem, nec non constitutiones tam per ipsos, quam per Reverendum Patrem & D. Fratrem Latinum Ostien-
sem, & Velletrensem Episcopum, tunc Apostolicæ Sedis Legatum super vita & honestate clericorum editas,
in Aquilejensi Civitate, diocesi, & Provincia in omnibus observari.* Redeo ad codicem Mutinensem.
Tertia Constitutio prænotatur *de occupatione Ecclesiarum libere relaxanda*, quæ prima est in Laudensi exem-
plo. Adtextitur quarta *de Clericis concubinariis* heic tertia. Heic quintam habemus *de penitentiaris ab
Episcopis habendis*, seu quartam Laudensium apographi. Sexta est *de honestate mulierum*, item sexta in Lau-
densi exemplo. Tandem *de Indulgentiis concedendis*, quæ quinta est in Laudensi apographo, constitutio ex-
hibetur.

Ceterum quæ heic prima existat constitutio, uti & tertia ab Johanne S. Theodori Diacono Cardinali
Apostolicæ Sedis in partibus Tuscis Legato in suis Constitutionibus Provincialibus verbatim recitatur. Qua-
mobrem nullus amplius locus erit dubio, quod Cl. P. Mantio T. III. *Suppl. ad Cons. Veneto-Labb.* col. 425.
Subortum videmus. *Am,* inquit ille, *Constitutiones illæ F. Latini Hostiensis Episcopi, quos innovat & ser-
vandas edicit (a. 1182.) Raymundus Aquilejensis Patriarcha cum nostris bisce (Johannes Cardinalis) con-
fundenda sint, vel distinguenda, ignoro; non tamen credo statuta a Latino sancta pro Aquilejensi Patriar-
chatu in Etruriam pertraxisse, ibique legi vim obtinuisse. Multo promius est credamus, suas dedisse Consti-
tutiones peculiarias pro utraque provincia. Sed perispectum nunc habemus non solum pro utraque hâc provin-
cia, verum etiam pro Ravennatensi, eique subiectis Ecclesiis eandem plane Constitutiones Latinum edidit-
se. Ex Codice Mutinensi deinceps varias lectiones dabimus, & Laudensium apographi lacunas supplicemus.*

(2) in suorum Cod. Mut. (3) qua fungimur Cod. Mut.

ANNO
CHRISTI
1179.

ecclesias quaslibet propria temeritate invade-
re, occupare vel absque institutione canonica
recipere presumpserunt, & eas taliter occupa-
tas, sive receptas detinere non metuant (1).
Laici vero qui ecclesias detinent sive
eis per clericos faciant deserviri, sive ipsas
debito teneant obsequio defraudatas ecclesias
ipsas cum omnibus bonis mobilibus, & immo-
bilibus, ac juribus quomodo pertinentibus ad
easdem infra unum mensum a publicatione (2)
civitatis ac districtu Bononie, in aliis vero ci-
vitatibus, & Diocesisibus infra (3) similem ter-
minum ex quo in eis presens (4) fuerit publi-
cata libere & absolute dimittant, ut ipsis ec-
clesiis per illos, ad quos de jure in eisdem ele-
ctio, vel collatio, aut pre . . . (5) . . . per-
tinet, de personis idoneis valeat provideri.
Et provisionem (6) hujusmodi ipsi, qui eas-
dem ecclesias tenuerunt (7) nullo modo pub-
lico vel occulto per se, vel per alios impe-
dire presumant. Si qui vero Clerici, aut lai-
ci ex predictis hoc nostrum tam (8)
preceptum infra predictum terminum adimple-
re contempserint aut provisionem ecclesiarum
hujusmodi quo minus infra unum mensem ex
quo ipsi eas dimiserint libere fieri valeat quo-
quomodo presumpserint impedire. Clericos non
solum predictis ecclesiis verum omnibus (9) . . .
ecclesiasticis que infra nostre legationis termi-
nos obtinent omnino privamus & inhabiles
reddimus ad alia beneficia infra eisdem ter-
minis obtinenda; laicos autem si sunt pote-
states, aut iudices, aut notarii, seu Domini
legum, aut quolibet alio publico funguntur
officio hujusmodi officii volumus esse priva-
tos, eosque inhabiles reddimus ad hac vel si-
milis deinceps in loco quolibet exercenda. In-
super ipsos excommunicationis vinculo inno-
damus, a qua non nisi per apostolicam sedem,
vel Legatum de latere Domini Pape missum
absolutionis beneficium valeant obtinere. Et
nisi ante necessitates ultimas sibi de hu-
jusmodi absolutione providerint quamvis in mor-
tis articulo non sit eis si penituerint absolu-
tio, & communio deneganda, tamen ecclesia-
stica careant sepultura, donec ecclesie occu-
patae aut detentae per eos libere, ut predictum
est, fuerint absolute dimissae ac de fructibus
earundem ad mandatum ordinarii vel eius vi-
carii sit integre satisfactum. Omnesque (10)
Religiosos & clericos seculares qui tales scien-
ter ad sepulturam receperint per unum an-
num ab officio & beneficio decernimus esse
suspensos. Omnibus autem prelatiis, ad quos
de jure predictarum Ecclesiarum collatio seu
provisio pertinet, sub excommunicationis pena
districte precipimus, ut eisdem humano timore
postposito de personis idoneis providere non
differant invocato ad hoc si opus fuerit auxi-
lio brachii secularis ad quod exhibendum po-
testates & rectores alios civitatum, aliorum-
que locorum per censuram ecclesiasticam com-
pelleere studeant, si fuerit opportunum.

II. De visitatione Monasteriorum.

Quia pleraque (11) Monasteria infra nostre
legationis terminos in spiritualibus, & tempo-

ralibus miserabiliter sunt collapsa, & ad gra-
viores lapsus videntur male disposita, nisi ca-
dentibus succurratur, omnibus Episcopis & su-
perioribus prelatiis nostre legationis districte pre-
cipimus, ut singuli (12) eorum omnia mona-
stera monachorum aliorumque regularium sibi
immediate subiecta infra sex menses, ex quo
presens mandatum nostrum ad ipsos pervenerit,
per se ipsos, aut si ex causa non possint,
per alios viros idoneos studeant visitare. Cor-
rigentes & reformantes in eis tam in capite,
quam in membris tam sua auctoritate quam
nostra, in quantum cum adiutorio divinae gra-
tiae facultas affuerit, que correctione, & re-
formatione invenerint indigere. Hanc autem
visitationem dicti prelati infra unum mensem
post certam presentis mandati notitiam in-
choare non differant, ut ipsis instantia sedula
prosequatur celeriter inchoandam infra predictos
sex menses hujusmodi visitatio valeat
terminari. Si quis autem Episcopus vel Pre-
latus Superior presens mandatum sive quan-
tum ad inchoationem, sive quantum ad pro-
secutionem implere neglexerit, eum donec ne-
gligentiam suam contraria diligentia con-
venienter emendet, visitationem predictam in-
choando, si non inchoaverit, aut prosequendo
si neglexerit prosequi, ab executione pontifi-
calis officii volumus esse suspensum.

III. Contra Clericos concubinos.

Quamvis concubinos clericos sacri cano-
nes severitate multiplici prosequantur, quia ta-
men plerique timore Dei (13) postposito in
hujus turpitudine vitii non solum occulte sed
etiam publice inveniuntur offendere, nos eo-
rum impudentiam opportuna districtione con-
fundere ac reprimere cupientes monemus cle-
ricos omnes (14) nostre legationis, qui vel sa-
crum ordinem, vel ecclesiasticum beneficium
sunt adepti, seu adipiscuntur in posterum, ut
nullus eorum concubinam seu fornicariam publi-
ce tenere presumat. Et qui suadente diabolo
detinent infra octo dies ex quo presentem con-
stitutionem in civitate aut diocesi publicatam
esse cognoverint, eas a se prorsus abiciant
nunquam de cetero recepturi. Si qui vero ex
predictis clericis concubinam seu fornicariam pub-
lice ac manifeste sive in domibus ecclesia-
sticis, sive alibi per duos menses post termi-
num supradictum non erubuerint retinere be-
neficiis ecclesiasticis que infra nostre legatio-
nis terminos obtinent ipso facto noverint se
privatos. Episcopis autem & superioribus pre-
latis ad quos beneficiorum qui taliter delin-
quentium fuerant collatio seu provisio perti-
net conferendi ea seu providendi de ipsis libe-
ram concedimus potestatem. Aliis vero (15)
ad quos electio, seu presentatio ad beneficia
eadem, vel eorum provisio spectare dignosci-
tur, liceat eligere, seu presentare ad illa vel
etiam providere de illis, ex quo per episco-
pos predicti clerici presentis constitutionis pen-
nam denunciati fuerint incurrisse, ut sic eos
qui damna spiritualia parvi pendunt, tempo-
ralis saltem jactura coerceat a peccato.

IV. De

(1) metuerint Id. Cod. (2) quomodo modo Id. Cod. (3) presentis in Id. Cod. (4) iuxta Id. Cod.
(5) Constitutio Id. Cod. (6) presentatio seu provisio Id. Cod. (7) Et facta provisione hujusmodi Id. Cod.
(8) tenuerunt Id. Cod. (9) salutaris Id. Cod. (10) beneficii Id. Cod. (11) Sane omnes Religiosi Id.
Cod. (12) plerumque Id. Cod. (13) Angulis Id. Cod. (14) De timore Id. Cod. (15) omnes clericos Id. Cod.

ANNO
CHRISTI
1179.

ANNO
CHRISTI
1179.

IV. De penitentibus.

Quia penitentes gravioribus oppellis criminibus aut excommunicationum sententiis innodatos, inferiores presbyteri ad superiores prelatos debent remittere absolvendos, statim ut singuli episcopi & Superiores prelati nostrae legationis unum vel plures proprios penitentiarios habeant religiosos, vel etiam saeculares discretionem providos, conversatione probatos, qui penitentes, quos interdum ipsi prelati audire non possunt, eorum vice audiant, & absolvant vel cum opportunum fuerit ad Apostolicam sedem remittant. Huiusmodi vero graviores casus, in quibus ad ipsos prelatos remitti debent (1.) penitentes, ipsi prelati determinare in suis synodis studeant ut eos inferiores presbyteri de cetero non ignorent.

V. De indulgentiis.

Cum valde deceat ut dispensator Domini sit fidelis & prudens mirari cogimur, quia nonnulli ecclesiarum prelati in concedendis indulgentiis non tam liberales quam prodigi thesaurum dominicum suae dispensationi commissum non tam distribuunt quam effundunt. Nam praefixam sibi (2.) a sacris canonibus regulam excedentes largiores quam eis concessum est indulgentias largiuntur, & hoc non solum in suae jurisdictionis ecclesiis, sed etiam in alienis non solum praesentes, sed etiam absentes attentant (3.) Hinc sequitur fidelium indigna deceptio, dum se indulgentias consequi aestimant, quas aliquando minime consequuntur. Hinc etiam fit ut indulgentiarum dispensatorum prudentium provida moderatione concessae ignorant vulgo veniant in contemptum. Unde dispensatores ipsi solliciti videant, qualem dispensationis huiusmodi domino debeant reddere, (4.) rationem. Nos autem cupientes & dispensatoribus ipsis & familiae domini providere, prelati omnibus nostrae legationis praesenti constitutione praecipimus quod in concedendis indulgentiis modum determinatum per constitutionem felicis recordationis Innocentii Papae tertii editam in Concilio generali nequaquam excedant, ut videlicet cum dedicatur (5.) Basilica non extendatur indulgentia ultra annum sive ab uno sive pluribus Episcopis dedicetur. Ac demum anniversario dedicationis tempore (6.) quadraginta dies indulta remissio non excedat. Hunc quoque quadragenarium numerum in indulgentiis, quae ad ecclesiarum, vel pontium aut piorum operum quaslibet fabricas, seu ex aliis causis quibuslibet per literas conceduntur, prelati diligenter observent. Prohibemus autem ut nullus patriarcha vel archiepiscopus extra suam provinciam, nullus episcopus extra suam dioecesim quamlibet indulgentiam dare praesumat. Nisi praesens in aliena ecclesia fuerit, & dioecesei episcopi seu metropolitani consensus accedat. Si quis vero prelatas supra dictum numerum praetatas indulgentias concedendo transcederit aut extra territorium suum indulgentiam

A quamlibet in absentiam dederit, cum per unum mensem concedendi indulgentias potestate privandus.

VI. De habitu mulierum.

Omnipotens Deus, qui in suis fidelibus virtutum ornamenta requirit, mulieres a corporis ornatu superfluo per prophetarum & apostolorum ora (7.) quam sedulis ammonitionibus revocare, quam diris increpationibus cohibere, quam horrendis (8.) nationibus deterrere studuit ex divinis Scripturis multipliciter elucefcit. Sed quia nonnulla plus mundo quam Deo placere sicut earum gestus indicat, gestientes in hac superfluitate nimis impudenter excedunt & suae (9.) etiam alias pertrahunt ad excessus. Nos & earum providere salutem, & peccatis plurimis, quae frequenter hac de causa proveniunt, praecave-
re auxiliante Domino, cupientes praesenti statuto districte praecipimus, ut in civitatibus & aliis locis nostrae legationis in (10.) constitutio per episcopos vel eorum vicarios fuerit publicata, nulla mulier ex quo duodecimum annum aetatis exegerit, in veste quae ab anteriori parte aperta sit publice per civitatem procedere vel per humum defluentia vestimenta ultra unum palmum (11.) dependentem ab humero chlamydis plicaturam ultra duos palmos deferre praesumat. Adjicimus etiam, ut mulieres nuptae quae decimum octavum annum aetatis attingerint ex quo per unum annum in conjugio fuerint, omnes in publico capitebus velatis incedant, & nulla earum (12.) versis pannis artificiose confutas in publico deferat, ut modesta verecundia & verecunda modestia, quae maxime fideles mulieres exornat, eam quam interius habere debent exterius praeserant castitatem. Eas autem quae vestes praedicto modo confutas (13.) habere noscuntur, easdem vestes abjicere minime cogimus. Sed ne aliqua talis mulier ejusmodi vestes de cetero faciendas post tempus deferat supradictum districte inhibemus. Si qua vero Dei timore postposito & propriae honestatis cura neglecta (14.) nostrum statutum observare contempserit, eam omnium indulgentiarum, quae in ecclesiis vel praedicationibus nostra vel aliorum prelatorum auctoritate concessae sunt hactenus seu concedentur imposterum, nec non omnium Sacramentorum Ecclesiasticorum participatione privamus, & si ad penitentiam venerit ab hoc vel aliis peccatis nullatenus absolvatur, nisi firmiter coram Deo, & Sacerdote promiserit se praedictum statutum de cetero servaturam. Sic nimirum eis quae mundo magis quam Deo placere quisierint habitus testimonium perhibebit, & quae in numero levium seminarum non erubuerint computari non solum ecclesiasticis disciplinae flagellum, sed etiam reprehensibilis nota opprobrium sustinebunt. Demum si quis sacerdos, religiosus aut saecularis eis, quae in praemissis offenderint ante satisfactionem condignam aliquod sacramentum ecclesiasticum nisi in mortis articulo ministrare praesumpserit, ab officio & beneficio pariter per mensem unum noverit

(1.) aliis Id. Cod. (2.) debeant Id. Cod. (3.) praefixam in Id. Cod. (4.) exerceant Id. Cod. (5.) huiusmodi reddere debeant Id. Cod. (6.) dicatur Id. Cod. (7.) dedicati templi Id. Cod. (8.) Prophetarum & Apostolorum ora Id. Cod. (9.) ammonitionibus Id. Cod. (10.) levitatis exemplo Id. Cod. (11.) quibus praesenti Id. Cod. (12.) vestes ex diversis Id. Cod. (13.) in praesentiarum Id. Cod. (14.) hoc Id. Cod.

ANNO
CHRISTI
1179.

ANNO
CHRISTI
1779.

rit se suspendum, & nihilominus si quis circa A hoc notabiliter forte deliquerit, cum potestate audiendi confessiones perpetuo decernimus esse privandum.

Actum Bononiæ II. Kalendas Octobris Pontificatus Domini Nicolai Papæ tertii anno secundo. Nos igitur mandatum supradicti Domini Legati reverenter & exequi cupientes fraternitati vestræ qua fungimur in hac parte auctoritate mandamus quod suprascriptas Constitutiones Domini Legati in Civitate Vicentina, & ejus Diocæsi congregato Clero per vos vel vestrum Vicarium infra unum mentem a receptione præsentium publicare curetis, facientes ut constitutiones ipsæ postquam publicatæ fuerint in civitate ac diocæsi vestris juxta tenorem mandati prædicti Domini Legati diligentius observentur. Mandatum nostrum & prædicti Domini Legati taliter impleturi quod non possitis merito de negligentia reprehendi, sed de diligentia commendari. Datum Laude secundo die intrante Novembre Septima indictione Pontificatus Domini Nicolai Papæ tertii anno secundo.

In codice Mutinensi hæc sequuntur
De publicatione Constitutionum prædictarum.

Lectæ & publicatæ fuerunt hæc constitutiones in millesimo ducentesimo septuagesimo nono. Indictione Septima feliciter in episcopali palatio, in synodo clericorum civitatis Mutinensis die VIII. exeunte Octobri, præsentibus Albertino & Marchatello notariis de binis, Martio notario de Magistris, & aliis pluribus.

Constitutio edita per dominum Bernardum Episcopum Portuensem, Apostolica sedis Legatum qua modificat constitutionem Omnipotens editam per Dominum Latinum.

Triumphantis ecclesiæ ac militantis judicis, sic adinvicem discrepant, quod primum semper sequatur, quæ nec fallit, nec fallitur veritatem; secundum autem opinionem multotiens amplectitur, & fallere sæpe contingit, & falli. Quapropter militantis Ecclesiæ judicium plerisque incertitudo circa eventus sic fallitur futurorum, ut quod utiliter conjectura verisimilis, immo etiam attenda quandoque consideratio pollicetur, non solum inutile, sed etiam damnosum reperiri contingat, & ideo quod consulte interdum statuitur, postmodum consultius revocatur. Sane venerabilis Pater Dominus Latinus Hostiensis episcopus in nonnullis Italiæ partibus dudum Apostolicæ Sedis Legatus considerans, quod omnipotens Deus in suis requirat fidelibus ornamenta non corporum, sed virtutum, & quod per sacras scripturas prophetarum & apostolorum, sedulis comminationibus, diris increpationibus, & horrendis comminationibus a corporis ornatu superfluo prohibuit mulieres; attendens insuper, quod nonnullas mulieres legationis sibi commissas plusquam Deo placere hominibus gestientes, sic ornatus superfluitate, ac vestium excedebant, quod suis levitatis exemplo ad excessus alias pertraherent; pia ductus consideratione, ut animarum occurreret periculis statim quosdam circa ipsarum mulierum habitum, & ornatum per quos si ut deberet fieri servarentur, ipsæ ornatus superfluitatem & lasciviam evitarent, habitus honestatem præstenderent, & eam quam interius deberent habere, præ-

ferrent exterius castitatem, in violatrices constitutionis ipsius certis pœnis adjectis, nec non in sacerdotes religiosos, & etiam sæculares, qui violatrices ipsas abolverent, aut eis ante satisfactionem condignam præter quam in mortis articulo aliquod sacramentum ecclesiasticum ministrarent. Verum quia sicut ex inculcata multorum querela nobis innotuit propter inveteratam lasciviam, impudentiam, & impudentem audaciam plurimarum ex constitutionis ipsius transgressione non solum violatricibus ipsis, sed etiam confessoribus earumdem multa eveniunt pericula, & multo majora, quam ante constitutionem & superfluitate ornatus & habitus provenirent, nos tantis volentes periculis obviare constitutionem ipsam infra scripto adhibito moderamine approbamus, cætera, quæ in constitutione ipsa continentur, propter tam evidenti pericula refecantes. Sancimus igitur, ut nulla mulier ex quo ætatis suæ annum XVII. attingit, in velle, quæ ab anteriore parte scissa sit, publice per civitatem procedere, vel per hunc defluentia vestimenta ultra unum palmum deferre præsumat. Adjicimus etiam, ut mulieres quæ xxx. ætatis suæ annum attigerint, omnes in publico capitis velatis incedant & nulla earum vestes ex diversis pannis artificiose confutas in publico deferre præsumat. Si qua vero Dei timore postposito, & propria honestatis cura neglecta statutum observare neglexerit, & ea confessore suo pro suæ transgressionis temeritate talis & tanta penitentia injungatur, quod facilitas veniæ ipsi delinquendi non tribuat incitamentum. Et si quam notabiliter in his excedere forte contigerit, per diocesanum Episcopum a temeritate sua per censuram ecclesiasticam compeccatur. Ceterum universos episcopos nostræ legationis, aliosque prælatos curam animarum habentes, nec non & sacerdotes sæculares, & Regulares, qui confessiones audierint mulierum instanter requirimus, & hortamur, quod per modos præscriptos ad observantiam constitutionis ipsius operam præstent, & operam efficacem, si divinam volunt effugere ultionem. Sane cum ea, quæ frequentius accidunt, non quæ raro, perstringere intendamus, & eas, quæ frequentius & plurium patient aspectibus, ut pote quæ per civitatem discurrunt & vias, sui ornatus lascivia plurimos ad lasciviam, & peccandum inducunt, per hanc nostram constitutionem a talibus coercere; nobiliores mulieres, quæ ut plurimum in castris habitantes & villis a tam frequenti habent hominum aspectu habitationes semotas, uxores videlicet & filias Marchionum, Comitum & Baronum, quod ipse sicut sanguinis nobilitate præcellunt, sic morum & honestatis nobilitate debeant præfulgere, præsentis constitutionis nolumus distributione coerceri. Quæ autem de habitu Clericorum Bononiæ studentium nosse prædictus edidit Prædecessor, benigne moderari volentes quod de beneficiis statuit, ad habentes dignitates, vel personatus seu Parochiales Ecclesias duximus restringendum.

Revocatio Statuti de habitu mulierum proxime (ideest in Constitutionibus Domini Legati) suprascripti.

F Antonus Dandolo Dei, & Apostolicæ sedis gratia episcopus Paduanus, executor universus Apostolicus ad infra scripta per SS. D. N. in

ANNO
CHRISTI
1779.

Ex cod. Va
tic. 4885.
in quo sunt
Constitutio
nes Card.
Latini
Ostiensis &
Vellethensis
Episcoporum
ecclesiæ se
cularis
in.

ANNO
CHRISTI
1179.

ANNO
CHRISTI
1179.

in Christo Patrem D. Nicolaum divina Provi- A
denta Papam V. specialiter deputatus.

Universis & singulis Christianis, cujus-
scumque conditionis, status, & gradus ordi-
nis, & religionis existant, quos infra scriptum
tangit negotium, seu tangere poterit quomo-
dolibet in futurum, salutem in Domino, &
presentibus fide indubiam adhibere.

Literas presbiterii SS. D. N. domini Papae,
ejus vera Bulla plumbea ad cordulam canapis
mordo Romanae Curiae impendenti bullatas,
sanas, integras, illasas, non vitiatas, non
cancellatas, non abratas, non in aliqua sui
parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & su-
spicione carentes a S. S. directas noveritis nos
ca qua decuit reverentia recepisse, hujusmodi B
sub verborum tenore.

*Nicolaus episcopus servus servorum Dei venerabi-
li Fratri Fantino episcopo Paduano sa-
lutem, & apostolicam benedictionem.*

Romani Pontificis providentia circumspecta
nonnunquam statuta, & ordinata cassari,
irritari, & annullari mandat, aliaque facit prout
rerum, & temporum qualitate pensata id fa-
cit conspicit in Domino talubriter expedire. Ex-
hibita siquidem nobis nuper pro parte tua peti-
tio continebat, quod dudum bonae memoriae
Latinus episcopus Ostiensis in partibus illis di-
ctae sedis Legatus de Latere excerptis rationabi-
libus tunc expressis per eum causis motus au-
thoritate Legationis suae inter alia statuit, & C
discrete praecipit, atque ordinavit, ne in civi-
tatibus, & aliis locis suae Legationis, de quibus
inter alia Civitas Paduana tunc extitit, aliqua
mulierum quae duodecimum suae aetatis annum
transcenderet in veste; quae ab anteriori parte
asserta foret per civitatem Paduanam proce-
dere, vel vestimenta per humum defluentia ul-
tra unum, aut ab humero chlamydis deplenden-
tem plicaturam, ultra duos palmos deferre praesu-
meret. Quodque mulieres nuptae, quae decimum
octavum dictae aetatis annum attingerent, ex
quo per annum in conjugio fuissent, omnes
in publico capitibus velatis incederent, nec
eadem mulieres vestes ex diversis pannis arti-
ficiose confutas in publico deferrent. Quae ta- D
men tunc habere noscebantur, eadem minime
abjicere coegit, sed ne illas post per eum praefi-
xum terminum deferrent districtius inhibuit;
& contrasacientes, sive statuta, & ordinatio-
nes hujusmodi contemnentis omnium indul-
gentiarum, quae in ecclesiis, vel praedicatori-
bus, vel praedicationibus ipsius Legati, vel alio-
rum Praelatorum auctoritatibus tunc haecenus
concessae fuerant, seu in posterum conceden-
tur, necnon omnium sacramentorum eccle-
siasticorum participatione privavit. Etsi ad
penitentiam venirent, ab hoc vel aliis peccatis
suis nullatenus absolverentur, nisi coram
Deo, & sacerdote confessore promitterent se
statutum, & ordinationem praedictam de cete-
ro observaturas. Quodque si quis sacerdotum
saecularis, vel regularis eis quae in praemis-
sis offenderent ante satisfactionem condignam ali-
quod sacramentum Ecclesiasticum, nisi in mor-
tali articulo constitutus ministrare praesumeret,
ab officio, & beneficio pariter per unum men-
sem foret suspensus. Et si quis in praemis-
sis, vel circa ea notabiliter forte delinqueret, il-
lum potestate audiendi confessiones perpetuo
decrevit esse puniendum. Et alia fecit, & sta-

tuit prout haec omnia in statuto & ordinatio-
ne hujusmodi dicuntur plenius contineri. Cum
autem, sicut eadem petitio subiungebat, statu-
tum, & ordinatio hujusmodi nunquam observa-
rum, fuerit, nec in mulieribus dictae Civitatis Pa-
duae fructum fecerit, nec vero similiter creditur,
fructus faciet in futurum; immo mulieres
dictae Civitatis vestes secundum consuetudinem
Patris semper derulerunt, prout etiam dese-
runt de praesenti. Animae quoque tam sacer-
dotum, quam mulierum dictae civitatis potius
ex illis laqueentur, & damnentur; quare pro
parte dictae tuae fraternitatis nobis fuit humi-
liter supplicatum, quatenus statutum, & ordi-
nationem hujusmodi, attentis praemis-
sibus, cassare, irritare, & annullare, & saluti anima-
rum in his opportune providere de benignitate
Apostolica dignemur. Nos igitur qui cun-
ctorum Christi fidelium animas Altissimo sal-
vas reddere intensis desideriis quaerimus, & af-
fectamus de praemis-
sibus certam notitiam non
habentes, hujusmodi tuis supplicationibus in-
clinati fraternitati tuae per apostolica scripta
committimus, & mandamus, quatenus de pra-
missis omnibus & singulis ac eorum circum-
stantiis universis summarie, simpliciter, & de
plano sine strepitu, & figura iudicii sola facti
veritate inspecta auctoritate nostra te diligenter
informes, & si per informationem hujusmodi
repereris praemissa veritati subniti, & ex statu-
to, & ordinatione hujusmodi fructus minime
pervenisse, nec in futurum pervenire posse au-
thoritate nostra penitus & omnino casses, irri-
tes, & annullas. Sacerdotes quoque, & mu-
lieres dictae civitatis ad Statuti & Ordinationis
hujusmodi observantiam minime adstrictos de
caetero fore, nec eadem statuta, & ordinatio-
nes sacerdotes, & mulieres praefatos quoquo
modo ligare debere praefata auctoritate nostra
decernas, & declares, aliasque facias, ac in
praemis-
sibus, & circa ea dicta auctoritate statuas,
& ordines prout tibi secundum Deum, & pro
animarum tam sacerdotum, quam mulierum
dictae Civitatis salute videbitur expedire.

Datum Romae apud S. Petrum Anno In-
carnationis Dominicae 1174. III. Kal. Aprilis,
Pontificatus nostri Anno VIII.

Post quam quidem litterarum Apostolicarum
receptionem nos Fantinus Dandolo episcopus &
executor unicus Apostolicus praefatus, volentes
& intendentes tamquam obedientiae filius man-
datum Apostolicum hujusmodi in hac parte
nobis directum executioni debitae demandare,
de omnibus & singulis contentis in praenotatis
litteris Apostolicis, ac eorum circumstantiis
universis juxta formam ipsarum litterarum Apo-
stolicarum diligenter informavimus, & quia per in-
formationem reperimus praemissa veritate sub-
niti, & ex statuto & ordinatione hujusmodi
fructus minime provenisse, neque in futurum
provenire posse, seu debere; statutum, & ordi-
nationem praedictam, & quaecumque inde se-
cuta dicta Apostolica auctoritate nobis in hac
parte commissa penitus, & omnino cassamus,
irritamus, & annullamus. Sacerdotes quoque,
& mulieres civitatis, & Dioecesis Paduae ad
Statuti, & ordinationis hujusmodi observatio-
nem minime adstrictos de caetero fore; nec
statutum, & ordinationem hujusmodi sacerdo-
tes, & mulieres praefatos quoquo modo ligare
debere praefata apostolica auctoritate decrevi-
mus, & declaravimus, ac cassamus, irritamus,
& annullamus, decernimus, & declaramus per
pra-

ANNO CHRISTI 1179.

ANNO CHRISTI 1179.

presentes, iuxta vim, formam, continentiam, & tenorem litterarum Apostolicarum predictarum, reservata nobis facultate faciendi, ac in praemis, & circa ea dicta apostolica auctoritate statuendi, & ordinandi, prout nobis secundum Deum, & pro animarum tam sacerdotum, quam malierum dictae civitatis & Diocesis Paduae salute videbitur expedire, juxta formam earundem litterarum Apostolicarum. Quae omnia, & singula superscripta, necnon dictas litteras Apostolicas, ac predictas cassationem, irritationem, & annullationem superscripti status, & declarationis, ac declarationem supra-

scriptam vobis universis, & singulis tam conjunctim quam divisim intimamus, insinuamus, & notificamus, & ad vestram, & cujuslibet vestrum notitiam deducimus, & deducti volumus per presentes. In quorum testimonium praesens publicum instrumentum fieri fecimus ad futuram rei memoriam, & in libro Ragulinas post statutum praedictum immediate in publicam formam elevari.

Datum, & actum Paduae in Episcopali Palatio Paduae, in audientia nostra superiori, currentibus Anno 1179. Indictione II. die Martis, XXX. Mensis Julii &c.



CONCILIUM REDINGENSE

A Joanne Peckham Cantuariensi archiepiscopo, cum suffraganeis anno Domini MCCLXXIX. celebratum.

Ex vet. cod. MS. bibliotheca Cotton. editum, Anglicanae collectionis sermo II.

Anno Domini MCCLXXIX. circa festum S. Jacobi apostoli, frater Joannes Cantuariensis archiepiscopus, convocatis universis suffraganeis suis apud Redinges, celebravit concilium, in quo constitutiones concilii generalis, quod silentio praeterito non convenit, innovavit: videlicet quod singuli rectores ecclesiarum, unico tantum beneficio, curam animarum habentes, cogentur esse contenti: quin etiam omnes ad ordinem sacerdotii infra annum se faciant promoveri.

Cassimata, dum pestes atque miseriae, quae ex hac radice proveniunt, & pericula quae sequuntur evidenter enervans, ea studet imprimere in cordibus peccatorum, dum nec in constitutiones decrevit irritas ipso jure, nunc vero ipsum instituendum adigit juramento, nunc perjuros privat beneficiis habitis, & habendis; & contra hoc episcopos venientes a beneficiorum collatione suspendit, donec institutiones a se factas improvide, contra constitutionis tenorem, duxerint revocandas. Licet haec omnia cum gravi studio, magnaque diligentia sint provisa, illorum tamen omnium non secutus est fructus quivis, nec proventus; quin potius, ac si nihil prorsus super ista materia excogitatum fuisset a majoribus seu provisum, nec amore justitiae, nec timore poenae, cessarent hucusque aliqui, per fas vel nefas undique sibi beneficia cumulare: nec ipsi poenas constitutionis verentes, nec alias sacris inhaerentes canonibus, id ipsa beneficia in immersa ferocitate conferre, licet non fuerit cum eis dispensatum. Quae omnia saepe & saepius ad aures summi pontificis pervenerunt: qui haec omnia vehementer abhorrens, necnon admirans vehementius, quod nec constitutiones aut canones, per cautelas aut poenas, hucusque tantae praesumptionis audacia enormiter poterit coerceri: nec etiam remedium eidem adhiberi: vobis etiam injunxit vivo vocis oraculo, quod tanto incommodo celeri reformitate fecerimus occurri, & hujusmodi praesumptores a tantae temeritatis audacia, quacumque possemus coercionem, compesci. Et licet ad haec omnia comprimenda, solius metropolis jurisdictionis potestas apud nos sufficere dignoscatur, qui benignitate tolerantiam, & lenitate ingredi, & progredi, postea affectamus in singulis, quam in severitate nimia, aut rigore, aliter flectere corrigenda: quia cum facti perveritas in tantum se extulit, quod ex eo sit multiplicata ruina, & exortum sit scandalum plurimorum, clamorque ad aures superiorum ascenderit, ut tantum scelus contra decorem ecclesiae honestatis, sub dissimulatione de cetero nequeat pertranstrari, & multis cessantibus, opus sit exemplo, apostoliceque praecipiti nos urgeat auctoritas in hac parte.

Ex vet. cod. MS.

Constitutiones domini Joannis Peckham Cantuariensis archiepiscopi, editae apud Reding. III. Kal. Augusti, anno Domini MCCLXXIX.

I. De institutionibus & destinationibus.

Audistis fratres conscripti, istius constitutionis tenorem: novistis etiam canones sanctorum patrum super hanc materiam editos, tam in Thealoo quam in Romano concilio, necnon & capitulum Dionysii. Quae omnia, seu qui omnes, pluralitatem beneficiorum cum cura, inhihent uni committi; singulas ecclesias singulis sacerdotibus committentes. Secuta sunt deinde concilia Lateranensis sub Alexandro papa, & generale concilium sub Innocentio tertio: in quibus omnibus ista pluralitas inhihetur, hoc addito in ultimo concilio, quod per receptionem secundi beneficii vacat primum: receptoque secundo, primum, per eum, ad quem collatio pertinet, libere alii conferatur: & si id infra sex menses alteri conferre distulerit, non solum ad alios, juxta Lateranense concilium, collatio devolvatur; verum etiam cogatur de suis proventibus in utilitatem ecclesiae, cupus est illud beneficium, assignare, quantum a tempore vacationis ipse constitit esse perceptum. Et cum non sic finis ambitionis, nec cupis cupiditatis, esset impositus: successit praesens legati institutio Othoboni, quae ad multa mala praeterita extirpanda, & ad providendum in futurum, ne de cetero pestis hujusmodi pullularet, sufficiens ab eodem fuerat.

Admoda hoc, & multa quae sequuntur. f. addendum, per f. enervat, ut excedens, potuerit. f. Cor. nobis. f. benigna, & len. f. potius. f. Cor. quia.

Constitutio in concilio London. anno 1169. c. 10. qua lecta est in hac synodo, ut constat infra inferius.

Forst, Tolosano; anno felices 1128. Hard.

ANNO CHRISTI 1179.

ANNO CHRISTI 1179.

f. Dei ad-
vocatorio in-
vocado.
* Corr. ap-
ponimus
* Corr. que
cbr.

* Corr. do-
mini Otho-
boni.

f. nec
etiam me-
dio.

f. de iur.

f. & cor-
rum ad nos

Nos de adiutorio advocato, prout nobis in presenti occurrit, manus huic negotio opponimus. adiutrices: decernentes, juxta formam generalis concilii, omnia illa beneficia curam animarum habentia, qui obtinuerant, & obtinent illi de facto, qui dispensationem sedis apostolicæ super huiusmodi pluralitatem non habent, per beneficii receptionem, quod ipsi sic beneficiati ultimo receperunt, ipso iure vacare. Licet, juxta constitutionis rigorem domino Othobono, sic recipiens plura beneficia, & ipso ultimo iure: præcavere tamen volentes, ne rigorem videamur coæservare rigori, mentem etiam constitutionis tam concilii generalis, quam etiam domini Othoboni, clarius advertentes, quarum etiam neutra & præobtentis, & ultimo similiter privat, cum concilium generale sola auferat præobtentia, ultimum tamen reservat; conciliumque Othoboni, institutionem in ultimo beneficio decrevit irritam, præobtentis tamen non privat: nos misericordiam cum rigore miscentes, non tam misericorditer, quam etiam prudentior, permittimus, ut is qui plura beneficia curam animarum habentia, sine dispensatione apostolica, fuerit assecutus, ultimo sic obtento, & eodem juxta concilii generalis tenorem, de nostra speciali gratia, sit contentus, nisi forsitan ex temeritate contendit etiam præobtentum improprie retinere. In quo casu, nec primo, nec ultimo dignum, nec in medio, immo nec aliquo, judicamus, sed potius de intervacare: quibus omnibus, quatenus ipso facto eadem detinet occupata, censemus perpetuo spoliandum. Beneficia vero quæ, per modum superius nominatum eatenus vacaverint, & Deo ut ad nos, propter negligentiam prælatorum, & capitulorum, fuerit devoluta collatio, nobis seu nostræ collationi reservamus. Quæ autem per tantum tempus vacaverint, ut per consimilem negligentiam ad summum pontificem jus ea conferendi fuerit devolutum: eidem sedi, tanquam ministri sedis apostolicæ, in hac parte specialiter reservamus: decernentes exnunc irritum & inane, si quid circa eadem beneficia committendo, vel personas alias præsentando, seu alias quocumque ingenio, vel colore quæsito, per quoscumque prælatos superiores, vel inferiores, seu per quoscumque clericos, in posterum fuerit innovatum. Ipsi quoque ecclesiarum detentoribus earundem, per nos & fratres coepiscopos nostros, & eorundem confessores nunciamus, & volumus in posterum nunciari: quod nec ad dignitates ecclesiasticas, nisi demum purgato vitio, possunt assumi; & si de facto ad eadem ascenderint, non possunt absque periculo ministrare, nec salvari poterunt in die iudicii, nec in presenti accipere penitentias factas quæ non proficiant ad salutem, nisi cum renunciaverint beneficiis, quæ sic de facto detinent occupata: verum etiam, de fructibus ecclesiæ sic conlumpsis, ecclesiæ Dei quam graviter offenderint, quatenus poterunt, satisfaciant competenter. Cum illa beneficia rutiliter invadentes scienter, falcem in messem inferant alienam; cumque non intrent per ostium, non pastores, sed fures pariter existunt, & latrones; miseræque animas impudenter decipiunt, quas nec valent utique solvere, nec ligare. Et illos quoque, qui confessores talium clericorum existunt, qui eisdem in penitentia non injungunt, ut fructus ecclesiarum taliter non per-

ceptos, sed furtive surreptos, restituant, seu de eisdem faciant, prout ecclesiis, quas sic de eisdem fructibus retinendo lascerint, imperitos decernimus, aut minus benignos, & calidos animarum clericorum huiusmodi deceptores: inhibentes sub pœna excommunicationis, ne ad salium absolutionem manus extendant temerarias, cum huiusmodi ecclesiasticorum beneficiorum improbi sint detentores, in scelere contrinantes. Huic quoque vulneri canceroso, per quod Mo alium in futurum sententari non potest, ferrumque, quod adhuc superest ignitum in causam mucrone anathematis tam enormis flagitii piacula resercentes; decernentes, & pro perpetua stabilitate firman- tes: quicumque in posterum plura beneficia curam animarum habentia, absque sedis apostolicæ dispensatione, receperit; vel fuerit assecutus per modum institutionis, vel commendationis, seu custodiæ; vel unum titulo institutionis, aliud titulo commendationis, sive custodiæ, præter modum illum, quem constitutio Gregoriana edita in concilio Lugdunensi permittit, sit eo ipso privatus omnibus sic obtentis beneficiis, ipso facto excommunicationis sententia permaueat inodatus: a qua, non nisi per nos, vel per sedem apostolicam, absolutionis gratiam valeat promereri: ut ad beneficiorum vacantium, per hunc modum, vel per alium, pervenire notitiam valeamus.

C Nos, fratres carissimi, in virtute obedientiæ firmiter injungendo mandamus, quatenus per nos, seu officiales nostros, archidiaconos, & decanos, nomina & numerum ecclesiarum cum cognitione, agnitione, vel prænomine, ita quod possit haberi notitia personatum, tempora ipsarum ecclesiarum factarum ipsis rectoribus, seu assignatio per modum, quandocumque, quo titulo eas obtineant, institutionis, commendationis, aut solius custodiæ, cuius ætatis sint memorati rectores, seu ecclesiarum huiusmodi detentores, in quo ordine fuerint constituti, utrum alibi, quam in una ecclesia beneficiati existant, item autem cum eis dispensatum fuerit super pluralitate huiusmodi obtinenda; & qui sunt, & in quibus modis censeantur earum ecclesiarum patroni: item cuius æstimationis sint singulæ ecclesiæ, seu valoris, juxta taxationem Norwicentem, faciatis distincte conscribi, & scripturas hæc omnia continentibus clare & distincte confectas, singuli episcopi de singulis diocesisibus suis, nobis ad civitatem London. transmittant in octavis S. Hilarii: quibus loco & die, favente Altissimo, ad ipsius laudem congregati erimus iterato. Illi autem, qui in renunciatione seu descriptione præfata, nobis, ut supra injunximus, facienda, fraudem vel dolum commiserint, vel veritatem instructioni nostræ necessariam subijciendo, falsitatem, quod absit, aliquam immiscendo, vel per vias alias callide quocumque circa præfata servanda, quo minus ad nos perveniat veritas atque notitia præmissorum: pœna falsarii merito poterunt formidare.

II. De institutionibus & ecclesiarum commendatis.

Ut constitutio ista, prout lata est in constitutione Lugdunensi, quoad verba, & quoad sententiam verborum, omnino servetur: ipsa quoque summus pontifex decernit, & nos ipsius vestigii inherentes, decernimus: bene-

* Deest ha-
beamus, aut
quid simile
* f. agno-
minæ.

* sup. item
quando cum
eis

* Corr. sub-
jicendo, vel
fals.
* Deest mo-
do

* Add. que

ANNO CHRISTI 1179.

ANNO CHRISTI 1179.

261 **ANNO CHRISTI 1179.**
 ficia aliter commendata a tempore concilii Lug-
 dunensis, seu quæ diutius sub commendatione
 papæ sint obtenta, quam constitutio Grego-
 riana memorialiter permittit; ipsa quoque quæ
 sub specie custodiæ, quam summus pontifex
 nihil differre æstimat a commenda, aliter vel
 diutius sint obtenta, quam tenor constitutio-
 nis Gregorianæ commemorat; nec non & il-
 la, quæ sunt collata minoribus xxii. annis,
 aut iis, qui infra annum post admissionem ta-
 lis beneficii in presbyteros non fuerint ordina-
 ti, esse vacantia ipso jure: ipsa quoque, quo-
 rum per negligentiam prælatorum seu capitu-
 lorum, ad nos vel ad sedem apostolicam fue-
 rit devoluta collatio, nobis & sedi apostolicæ
 collationem hujusmodi specialiter reservamus,
 decernentes irritum & inane, &c. Ut supra,
 in capitulo de constitutionibus, & in illa clau-
 sula, beneficia quoque, &c.

III. De sententiis excommunicationis publice de-
 nunciandis.

Quoniam malum, nisi cognitum, vitari non
 potest, plures autem sunt excommunicationum
 sententiæ, quibus in sanctorum patrum con-
 ciliis homines etiam prohi percelluntur: ne
 per ignorantiam de cetero in tanti periculi
 foveam demergantur, præcipimus Cantuariensis
 provincie sacerdotibus universis, ut, in omni
 die Dominica sequenti immediate post cele-
 brationem ruralis capituli, exponant aperte po-
 pulo sibi commisso, excommunicationis sen-
 tentias, quæ sequuntur.

Primo quidem excommunicantur auctorita-
 te concilii Oxoniensis, a sanctæ memoriæ Ste-
 phano Cantuariensi archiepiscopo, omnes qui
 malitiose ecclesias jure suo privare præsumunt;
 aut per malitiam, aut contra justitiam, li-
 bertates earum infringere vel perturbare inten-
 dunt. Ex quo intelligimus, vinculo excom-
 municationis subjacere omnes illos, qui litte-
 ras impetrant a quacumque curia laicali ad
 impetrandum processum ecclesiasticorum indu-
 cunt in causis, quæ per sacros canones ad
 forum ecclesiasticum pertinere noscuntur.

Co. eccl. judicium

Secundo, excommunicantur universi, qui
 scienter falsum perhibent testimonium, vel
 perhiberi procurant, vel qui tales testes scien-
 ter producant vel subornant, ad impediendum
 justum matrimonium, vel ad exhæredationem
 alicujus procurandam.

Tertio, excommunicantur omnes illi, qui
 pacem & tranquillitatem domini regis & re-
 gni injuriose perturbare præsumunt, & qui
 jura domini regis iniuste detinere contendunt.
 Ex quo intelligimus excommunicari non solum
 guerrarum suscitantes errorem, verum etiam
 latrones publicos, & prædones, & quoscum-
 que regni justitiam impugnant.

Quarto, excommunicantur advocati omnes,
 qui malitiose per quacumque exceptiones ve-
 rum matrimonium impediunt, ne effectum de-
 bitum sortiatur.

Quinto, excommunicantur omnes illi, qui
 gratia lucri, odii, vel favoris, malitiose im-
 ponunt crimen alicui, cum apud bonos, &
 graves personas non fuerat infamatus, ut sic
 ei purgatio indicatur, vel alio modo gra-
 vetur.

Sexto, excommunicantur omnes, qui, va-
 cante ecclesia, malitiose opponunt vel oppo-
 ni procurant questionem de juré patronatus,
Cancil. General. Tom. XXIV.

ut verum patronum illius ecclesiæ saltem im-
 pediant illa vice.

Septimo, excommunicantur omnes illi, qui
 malitiose contemnunt exequi mandatum regis
 de excommunicatis capiendis, vel eorum im-
 pediunt captionem, seu procurant eorum in-
 justam liberationem, contra decretum eccle-
 siasticæ disciplinæ.

Octavo, excommunicantur in concilio fan-
 ctæ memoriæ Othoboni, omnes illi, qui pro
 impedimento pacis seu compositione litigan-
 tium, quicquid recipiunt, donec ipsium licet
 ceptum restituerint donatori.

Nono, excommunicantur per eundem, qui-
 cumque de domibus, maneriis, vel grangis,
 vel locis aliis archiepiscoporum, vel episcopo-
 rum, vel aliarum personarum ecclesiastica-
 rum, contra ipsorum voluntatem, custodum
 rerum earum, aliquid auferunt vel consumunt,
 vel injuriose contrectant: quæ omnia senten-
 tia ligantur, nec absolvi possunt, donec de
 injuriis satisfecerint competenter.

Decimo, excommunicantur ab eodem, qui-
 cumque abstrahunt violenter reum, ad eccle-
 siam vel cœmeterium vel claustrum fugien-
 tem, vel qui ei victum necessarium prohibent
 exhiberi, vel qui res alienas in locis eidem
 depositas violenter asportant vel asportari fa-
 ciunt, vel qui asportationem talem factam no-
 mine suo vel a familiaribus suis ratam ha-
 bent, vel qui ad hoc publice vel occulte con-
 silium præbuerint, vel consenserint.

Undecimo, excommunicati sunt ab omni-
 bus archiepiscopis & episcopis Angliæ omnes
 qui veniunt & faciunt contra novam char-
 tam: quæ sententia, per sedem apostolicam
 est pluries confirmata & approbata.

Audistis, fratres carissimi, coepiscopi no-
 stri, articulos, in quibus, sanctorum patrum
 conciliis incurritur sententia excommunicatio-
 nis, ipso facto. Sunt etiam articuli præter
 istos, in quibus episcopi, ipso facto, suspen-
 sionis vinculo innodantur per eadem concilia;
 quorum constitutiones, quandoque prælatos ab
 officio, quandoque a quibusdam episcoporum
 insigniis, quandoque a beneficiorum collatio-
 ne suspendunt. Quæ omnia ex ipsorum con-
 ciliolorum tenore colligere poteritis evidenter.

In quo quidam penes verentur
 nos, vel aliquos, tanquam temeratores con-
 stitutum, in ipsis editarum concilio inci-
 disse verentur; & ne sic ligati dominia cele-
 braverint & officia nostra, ut prius fuerint
 executi verentur, & ne notam irregularitatis
 contradus in hac parte. Sed si quid fuerit
 de præterito, hortamur vos ex parte Domini
 Patris omnipotentis, monemus, & in virtute
 obedientiæ firmiter vobis injungimus, quod de
 cetero conciliorum statuta supradictorum, nec-
 non & statutorum nostrorum, in præsentem
 promulgationis primordio editorum, cum Dei ti-
 more, & omni diligentia observetis, & facia-
 tis a vestris subditis observari: aliter super vos
 provocabitis. Nam, ut dicitur: in canoni-
 cam merito formidare poteritis ultionem. Et
 ne istorum ignorantia quemquam reddere va-
 leat excusatum, de omnibus, quæ nostra con-
 gregatione præsentem recitata sunt, publica
 etiam, seu ordinata temerè volumus in futu-
 rum: ut hæc omnia, fratres & coepiscopi no-
 stri, per vos vel archidiaconos vestros faciatis
 in vestris synodis publicari. Nihilominus con-
 stituciones domini Othoboni de baptismo, nec

fr. in
 quas qui-
 dem penes
 vel omnes
 vel aliquas
 tanq. rom
 const. in ip-
 sis edit.
 concilii.
 incid. ver.
 & ne sic
 ligati Divi-
 na cel.
 lig. con-
 traxerint

del. in

ANNO
CHRISTI
1179.ANNO
CHRISTI
1179

non etiam extracta de quatuor conciliis, in A
concessionis nostrae principio memoriter super
diversis articulis, in quibus excommunicatio-
nis vinculum incurritur, ipso facto, jure, in
singulis ecclesiis tam majoribus quam mino-
ribus, per quatuor dies Dominicos, post ce-
lebrationem quatuor conciliorum principalium,
faciatis recitari. Constitutio vero edita super
concupinis in concilio Othoboni, in quatuor
capitulis ruralibus, & in principalibus, exclu-
sis tamen laicis, publicetur. Quae autem a
nobis fuerint in praesenti ordinata, vel adje-
cta conciliis superscriptis Othoboni, immo, in
duobus generalibus capitulis, singulorum auri-
bus * inculcari. Ipsam autem chartam domini
regis, super libertatibus ecclesiarum per regem B
concessis, bene & aperte conscriptam, in sin-
gulis ecclesiis cathedralibus, seu collegiatis,
in loco publico jubemus affigi: ut omnium
intranantium oculis se palam exhibeat, & in fine
anni, in vigilia Paschae & Pentecostes, re-
novetur: ut, sublata veteri, nova recensque be-
ne scripta substituatur eidem.

* add. pre-
cipimus, vel
quod simile.

lusus, ut libere contra omnes hujusmodi
procedi valeat vitiosos; ne causari possint,
cum ad executionem privationis in eos lata
sententialiter in praedicto statuto processum
fuerit, se monitos non fuisse. Si quis autem
dicti statuti recitationem malitiose impedi-
erit: excommunicationi subiaceat, ipso facto. Si
quis autem dicta statuta recitari neglexerit,
seu decanus, seu vicem ejus gerens: omni
sexta feria in pane & aqua jejunet per obe-
dientiam, nisi infirmitas impediatur, donec in
sequenti capitulo ipsum fecerit recitari.

ORDINATIONES DOMINI

Joannis Cantuariensis archiepiscopi in do-
mibus feligiols.

Ex eadem Anglicana collectione.

FRater Joannes permissione Divina Cantua-
riensis ecclesiae minister humilis, totius
Angliae p^rnas, dilectis in Christo filiabus N.
abbatissae & conventui de Godestoune salu-
tem, gratiam, & benedictionem. Pudicitia
virginum, & speciale militantis ecclesiae orna-
mentum, sinceritatem representans angeli-
cam, ac regem gloriae Dominum Jesum Chris-
tum in cordis provocat oculus & ample-
xum. Hunc igitur thesaurum tam incompa-
rabilem, qui perditus recuperari non potest,
quem spiritualis Dei adoptio in vestro colle-
gio reposuit, volentes circumcingere munimi-
ne disciplinae, & solius Dei * alitrigere, cu-
jus, licet indignus, existimus parapyphus: vo-
bis subscripta mandamus inviolabiliter obser-
vari. Frustra enim laboramus pro illibato ser-
vando vestrae lilio castitatis: nisi nostra con-
etur sancta emulatio nostris * vos in cunctis
coaptare.

Ex vet. cod.
MS. in re-
gistro ar-
chiep. Can-
tuar. man-
cupato
Pecnam.
fol. 113.* Adden-
dum timore.
Hardanus.* Corr. no-
bis.

In primis igitur ordinationes sanctae memo-
riae domini Roberti praedecessoris nostri, cum
adjectionibus & modificationibus subjungendis,
praecipimus firmiter observari: ut videlicet ec-
clesiasticum officium, in quo habetis sponsum
alloqui, & ejus suscipere spiramina, temporibus
debitis cum omni reverentia celebratis:
quo tempore nulli sane a choro se liceat ab-
sentare, nisi sit obedientialiter in necessariis,
non in forinsecis colloquiis, occupata. Ipsum
autem officium praecise, & integre praecipimus
decantari: praecise, inquam, ut tam in
Missis chori, quam beatae Virginis, excludan-
tur per annum totum supervacuae novitates,
nec novum aliquid inibi decantetur, nisi de
consilio magistri & abbatissae pariter ac can-
trici; sed novis omnibus vetera proponan-
tur. Integre etiam officium celebretur, reje-
cta penitus mutilatione officii monastici, quam
E invenerunt nuper praesidentes capituli mona-
chorum, Abandonae celebrati. Puerilia autem
solemnia, quae in festo solent fieri Innocen-
tium, post vespertas S. Joannis tantum inchoari
permittimus: & in crastino in ipsa die In-
nocentium totaliter terminentur.

Pro regimine insuper conventus, maturio-
res ac prudentiores teneatur abbatissa vocare,
pro negotiis domus intrinsecis & extrinsecis
salubriter disponendis. Quod si aliqua secun-
do vocata venire contempserit, in sequenti
prandio ei pitancia subtrahatur. Quod si ter-
tio non veniens, aurem obstringerit * im-
peranti: panis ei & aqua in proximo prandio
tan-

* Corr. di-
struxerit

IV. De pueris baptizandis.

Quod in praesenti constitutione cavetur, de
pueris baptizandis, usque ad generale baptis-
mum, Paschae & Pentecostes videlicet, refer-
vandum: pro ipsius statuti reverentia, quod
haecenus videtur esse neglectum, sic duximus
declaranandum esse vel statuendum: ut pueri,
per octo dies ante Pascha, & per dies toti-
dem ante Pentecostem, de matrum uteris na-
ti, si absque periculo reservari valeant, refer-
ventur usque ad illa tempora baptizandi: ita
quod cum medio tempore inter nativitatem
puerorum, & hujusmodi baptismum, perse-
ctum recipiant catechismum, solaque diebus
baptismum faciant super universo faciendum.
Alii autem, qui aliis temporibus nati extite-
rint, tum propter mortale periculum, quod
saepe pueris imminet improvisum, tum propter
simplicitatem parentum, qui contra formam
baptismi sint faciliter erraturi, absque offen-
sionis nota, juxta vetustam consuetudinem,
vel incontinenti cum fuerint nati, vel postea,
prout placuerit ipsis parentibus, baptizentur.
Quod si forte contigerit, pueros propter mor-
tis periculum a laicis baptizari: caveant sacer-
dotes, ne baptismum legitime factum audeant
iterare.

Corr. re-
servandisHac in-
ter-
loc.

V. De concubinariis puniendis.

Quia incontinentiae vitium, clerum macu-
lat, & lamentabiliter debonestat, in scanda-
lum plurimorum: statutum domini Othoboni
contra concubinarios editum praecipimus in
suo rigore inviolabiliter observari. Et ne cri-
minis contagio, caliginem adducens * mentis
vitiosae, & ne tales per ignorantiam vel obli-
vionem se valeant excusare: praecipimus archi-
diaconis universis in virtute obedientiae, &
sub poena suspensionis ab officio & beneficio,
quam in ipsos serimus si sponte contra hoc
fuerint negligentes, quatenus constitutionem
praedictam faciant in quatuor anni principalibus
capitulis ruralibus, per se, vel eorum of-
ficiales, vel saltem per decanos rurales, seu
gerentes vices eorundem, districte & aperte
coram toto capitulo, exclusis laicis, recitari.
Quam recitationem pro monitione haberi vo-

* ser. ad-
ducatur.* Corr. di-
struxerit

ANNO
CHRISTI
1179.ANNO
CHRISTI
1179.

tantummodo concedantur. Idem dicimus in omnibus illis, quæcumque, quodcumque inobedientes, propriæ inhærenti voluntati.

Ad castitatis autem testimonium certius obtinendum: statuimus, moniales ab ambitu monasterii non exire, nisi pro necessitate quæ personis aliis nequeat expediri: unde perendinationes, quæ consueverunt fieri in domibus amicorum, ad solatium, & subterfugium disciplinæ, præsentibus perpetuo condemnamus.

Cum vero pro necessitate aliqua aliquas exire continget, hæc quatuor districte præcipimus observari. Primo, ut tantum secunda & naturalis societas, tam monialium, quam secularium personarum assistentium egredi permittatur. Secundo, ut statim expedito negotio, quatenus per eas expediri poterit, domum illico revertantur: & si negotii expeditio tractatum exigat plurium dierum, post primam vel secundam diem, negotii consummatio procuratoribus relinquatur. Tertio, ut nunquam in religiosarum ambitu, vel clericorum domibus, aut aliis suspectis habitaculis, hospitentur. Quarto, ut nulla a sociæ, vel sociarum suarum aspectibus, ubi humanum potest haberi colloquium, absentetur: sed nec aliquid audiat secretum susurrum, nisi sub testimonium monialium sociarum: nisi forte pater aut mater, frater aut soror, aliquid habeat secretius sibi loqui.

Hoc autem ubique servari volentes, præcipue respectu Oxoniensis studii, præcipimus observari. Cujus etiam rei gratia, cum veniunt ad colloquendum vobis scholares Oxonii, nolumus monialem aliquam ad confabulandum talibus accedere, nisi de licentia abbatis: & nisi sint notorie propinqui ad minus in tertio consanguinitatis gradu, præcipimus eis omnium sic adventantium scholarium colloquia denegari. Nec cum eis familiaritates curetis necere speciales, quia hujusmodi affectus sordidos frequenter excitat cogitatus: nec in congregationibus aliquid existimamus perniciosius, quam familiaritates particulares querere, & in partem affectum trahere, qui habet in omnes communiter ampliari.

Cum autem moniali conceditur colloquium, ex causa rationabili: semper sub duarum aliarum monialium, de quibus nulla sit sinistra suspicio, audientia & testimonio sibi permittatur: adeo ut nihil ex proposito dicat scholarum, seu cuicumque seculari, vel religioso, extra casum confessionis, vel mulieri, præter notorie propinquas nisi sub duarum testimonio prædictarum. Si enim bona & salutaria sunt dicenda, expedit ut sciantur: si mala quis intendat suggerere, non sunt in sanctitatis vestra auribus admittenda. Cum insuper talia sunt colloquia terminata, inhibemus de cetero, ne moniales hujusmodi pro colloquendum conductu locutorii januam exeant ullo modo, nec etiam stent exterius in atrio, ubi secularium est concursus: sed interius tantum in hortis, & pomeriis, quatenus requirit necessitas & honestas patitur, si non desit omnimodo securitas, consolentur.

Adjicimus etiam, ne moniales cum quibuscumque magnatibus, aut personis secularibus vel religiosis comitantur intra monasterii sui septa. Melius est enim, si volunt quicumque aliquid de sua munificentia quibuscumque monialibus erogare, ut id interius distribuantur omnium vel plurium necessitatibus in co-

muni, quam in parte exterius, non sine religionis dedecore, quod frequenter erumpit in conviviis, expendatur. Chorum insuper vestrum, dormitorium, refectorium, claustrum, & interiores ceteras officinas, a personis secularibus, juxta concilium Othoboni, & religiosis etiam, vacua esse præcipimus: nisi aliquando aliud exposcit fieri necessitas manifesta. Et qui contra fecerit, indignationem omnipotentis Dei, se noverit incursum. Religiosi autem omnes, & seculares, ad vestrum monasterium accedentes, in comuni hospitalaria comedant, vel in camera abbatis, & nullatenus in camera infra claustrum. Mulieres etiam seculares, sub specie ancillarum monialibus servientes, quantum patitur necessitas, repellantur: nec hujusmodi velentur de cetero, sine diocesani licentia speciali.

Obsecramus insuper, filie carissimæ, ut locis & temporibus statutis servetis sollicitè silentium disciplinæ, ad memoriam reducentes, quod teste Jacobo apostolo: Vana est religio & seducens, quæ linguam ab indebitis non refrenat. Quidam etiam sapiens dicit, quod ille veraciter est intelligens, qui linguam suam refrenat, ut sit de solo Altissimo sermo ejus.

Circa vestimenta autem monialium, S. Benedicti regula sollicitè observetur. Cujus rei gratia inhibemus, ne de bruneto unquam in posterum induantur, nec rugatas habeant tunicas, nec etiam birrorum immoderantia vestes sibi faciant latitudine fluctuantes: cum hoc nihilo minus sollicitè servantes, quod circa talia in Oxoniensi concilio dudum fuerat ordinatum.

Quia insuper verba humilia humilitatis frequenter affectum excitant: sciatis vos monachas vel moniales dicendas esse, non dominas, sicut nec monachi possunt sine ridiculo domini appellari. Circa confessiones autem taliter duximus ordinandum: ut in loco tantum fiant publico, coram altari, exposito transeuntibus universis, nec valeat absolutio secus facta. Confessores autem sint: magister, qui pro tempore sit, si sacerdos extiterit; pariter & principalis inter capellanos, si nulla obviet suspicio; duo etiam certi fratres Prædicatores; & duo consimiliter Minores, vel pures; quatuor scilicet de illis, & quatuor de istis, si necessitas id requirit. Alii autem religiosi ab auditu confessionum nostrarum penitus sint exclusi. De fratribus autem seu conversis, hæc forma in posterum teneatur: ut videlicet omnes intendant majori capellano, & tam ipse quam ipsi, obediant magistro, nec in dispositione temporalium audeant fratres sine prædicti magistri, vel saltem capellani majoris, consilio, aliquid attentare; sed eorum subiaceant monitis penitus in agendis. Quod si fratrum aliquis, eis vel alteri ipsorum contempserit obedire: si per triduum tertio monitus, inobediens perseveret, ab hac fraternitate, ablato sibi habitu, expellatur, nec restitui valeat, quantumcumque penitens, sine diocesani licentia speciali. Idem dicimus de illis fratribus, qui de receptis & expensis contemnunt reddere rationem. Et quia numerus fratrum prædictorum posset esse faciliter conventui onerosus: prohibemus, ne frater aliquis de cetero novus fiat, donec per mortem,

* Add. 1

* Cor. cum
loc. & mat.
societate dicitur
permittatur.* Cor. religio-
sorum.* Cor. ve-
strarum.* Cor. co-
medant.

vel

ANNO
CHRISTI
1279.

vel modum alium, numerus eorum ad quaternarium sit reducus. Et si qui contrarium facere presumpserint: tam receptores, quam receptos, excommunicationis sententia innodamus. Postquam insuper ad quaternarium redi fuerint, nullus ad fraternitatem illam penitus admittatur, nisi de consilio & assensu magistri domus, qui pro tempore fuerit, abbatissae cum senioribus & prudentioribus monialibus, & majoris inter ecclesiarum capellanos. Et si secus attentatum fuerit, excommunicationi subijcimus

A consentientes pariter & agentes. Fratres etiam ipsi, cum sunt in ambitu abbatissae, comedans in loco communi, ubi comedunt scilicet magister, & ecclesiarum capellani. Qui migister omnes eis speciales delicias subtrahat: nec alibi comedere sustineat, nisi pro infirmitate corporis manifesta. Quod ipsi magistro, quantum possumus, districte precipimus: ei, si fecus fecerit, penam anathematis comminantes. Valet in Christo, & Virgine gloriosa

ANNO
CHRISTI
1279.

AD CONCILIUM REDINGENSE IN ANGLIA

Anno 1279. habitum

A D D I T I O N E S.

Quaedam iustio libertatum scholarium Oxon. per archiep. Cant. promulgata in conc. Redingens.

Ex Vilk.
tom. II.
pag. 39.

Fratres Johannes miseratione divina Cant. archiepisc. totius Angliae primas, dilectis sibi in Christo cancellario ac universitati magistrorum & scholarium Oxon. Lincoln. diocesis salutem, gratiam & benedictionem. Quaescentes in agro scholasticae disciplinae scientiam margaritam non immerito, quo possumus, favore prosequimur, eaque libenter eis concedimus, per quam materia submota gravaminis ipsorum status tranquillitas prosperetur. Hinc est, quod vestris devotis precibus inclinati, personas vestras cum omnibus bonis ad vos communiter pertinentibus, quae in praesentiarum rationabiliter possidetis; aut in futurum iustis modis, praesente Domino, poteritis adipisci, sub nostra protectione suscipimus. Specialiter autem libertates & immunitates ab episcopis, regibus, magnatibus, & aliis Christi fidelibus vobis rite concessas, sicut ea omnia iuste & rationabiliter obtinetis, vobis & per vos vestris successoribus de fratrum nostrorum unanimi & expresso consensu, auctoritate praesentium confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus. Ad haec quia intelleximus, quod nonnulli proprio salutis immemores, cum propter delicta in universitate Oxon. perpetrata, suspensionis vel excommunicationis sententias per cancellarium universitatis ipsius, vel iudices inferiores deputatos ab eo, vel per ipsum cancellarium una cum tota universitate, quandoque solum regentium & non regentium fuerint innodati, a vobis & a vestra iurisdictione recedunt, claves ecclesiae temere contemnendo; ut dictae sententiae robur obtineant firmitatis, quotiens nos vel fratres nostri super hoc a vobis legitime fuerimus requisiti, quod per nos, vel fratres nostros, vel eorum officiales in nostra provincia executioni demandentur, de expresso & unanimi consensu fratrum nostrorum vobis tenore praesentium indulgemus. Volentes insuper tranquillitati vestrae uberius providere, ut vestra communitas in futurum in statu prospero & tranquillo valeat gubernari, vobis concedimus, & de expresso & unanimi consensu fratrum nostrorum ordinamus & statuimus, ut si qui clerici in nostra provincia beneficiati die aut nocte inventi fuerint in pacis perturbationem arma deferentes, vel tranquillitatem ipsius universitatis per modum alium perturbantes, & super hoc convicti

B fuerint legitime aut rite, seu per eorum fugam praesumptive confessi, quod eorum beneficia in manibus praetorum suorum ad denunciationem cancellarii faciendam ipsis episcopis sub ipsius universitatis sigillo communi per triennium sequestrentur, & de fructibus beneficiorum huiusmodi, percipiendis interim vel perceptis, laesa vel laesis per convictos, vel confessos, aut fugitivos huiusmodi, legitime satisfiat. Quod si beneficium ecclesiasticum non habuerint, per quinquennium ad receptionem beneficiorum ecclesiasticorum inhabiles habeantur, nisi laesis ab eisdem interim satisfecerint competenter, & gratiam universitatis meruerint obtinere; fama eorum nihilominus post satisfactionem integra conservata. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum una cum sigillis fratrum nostrorum praesentium huic scripto est appensum. Dat. in concilio nostro apud Reding. 2. Kal. Aug. anno gratiae 1279.

Processus contra episcopum habentem quinque filios.

Reverendo in Christo patri ac Domino Roberto Dei gratia episcopo Portuensi, frater Johannes, &c. Ecclesiarum multiplicationem avidam & effraenem qualiter. Domino juvante, de consensu coepiscoporum nostrorum, provideret, ostendit schedula processum continens signo meo signata, quam lator praesentium vestrae poterit ostendere sanctitati. Processum autem habitum circa notum vobis episcopum, vestro secreto significo, ut per vos sanctissimo pontifici innotescat; cui super hoc ita expresse non scribo, ne hoc ad oculum deveniat adversantis; habet enim exploratores suos in curia, & praecipue mercatores E. Luchan. cum complicibus suis, qui praedicto episcopo defendendo ac praemuniendo amplius sunt solliciti, quam propriis animabus. Novem igitur, pater sanctissime, quod Redingiae finita congregatione vocavi ipsum coram episcopo Landaven. magistro W. de Corner. & Mag. R. de Peryne, praecipiens ei in virtute obedientiae, ut diceret mihi fideliter coram ipsis, si verum esset, quod contra ipsum fama publica testabatur, qui omnem carnis commixtionem penitus abnegavit. Sed ante praecipuum emissum diu solus cum solo extitens in camera praenominatos testes aliquan-

Ex Reg.
Pactum fol.
12. b.

ANNO
CHRISTI
1179.
1180.

tulum expectarem; ipse quasi coniectans agenda, stans cum stante dixit mihi quaedam turpia, & didis adjecit se in confessione illa dicere, cum prius nullum confessionis signum vel minimum ostendisset. Ipsa autem ebdomada apud Mortlac venit ad me quaedam mulier nomine Juliana mecum, ut dicebat, de factis episcopi locutura, quam cum jurare fecissem super sancta Dei evangelia, se nihil mihi falsum vel frivolum relaturam, subiunxit, quod quinque filios adhuc superstites dicto pepererat pontif. utique secundum ordinem non Melchisedec sed Aaron talia perpetranti: fama insuper clamat similia bonarum & gravium personarum. Propono autem eum adhuc aggredi iterato; sed scio quod conatus meus parum proderit, nisi me littera juvet apostolica; vel ut ei inducatur purgatio, vel fiat inquisitio specialis. Aliter enim mox ut eum tetigero, appellationis alis falsidicis rete meum effugiet, infinitam pecuniam effusus. Hæc obsecro deus non invidet alienus. Istud nunc idem domino Matthæo significo, cui, si placuerit, ad sedationem tanti scandali, & extirpationem putredinis, communicare poteritis, & velitis, efficaciter propter Deum, mihi nihilominus vestrum beneplacitum per latorem præsentium intimantes. Fere oblivioni dederam, quod mihi in curia existentis religiosus quidam Anglicus intimavit, dictum episcopum homicidii, usurarum, simonie, ac similibus scelerum esse vinculis alligatum, de quibus adhuc nec per famam, neque inquisitionem publicam aliquid reperi fide dignum. Custodiat Deus incoluntatem, &c. Actum apud Mortlac in octab. S. Laurentii amaritudinis meæ anno primo.

REVOCATIONES PROVISIONUM CONCILII
REDING.

ANNO
CHRISTI
1179
1180

Memorandum, quod venerabilis pater Jo. Cantuar. archiepiscopus venit coram rege & consilio suo in parlamento Regis S. Michaelis, anno regni regis septimo apud Westm. & confitebatur, & concessit, quod de statutis, provisionibus, & declarationibus eorundem, quæ per ipsum promulgata fuerunt apud Reding. mense Augusti anno eodem, inter quasdam sententias excommunicationis, quas idem Archiepiscopus ibidem promulgavit.

Ex Rot. claus. 7. Edv. I. m. l. dorfo Pryn. 1. vol. p. 135. &c.

Primo, deleatur, & pro non pronunciata habeatur illa clausula in prima sententiâ excommunicationis, quæ facit mentionem de impetrantibus litteras regias ad impediendum processum in causis, quæ per sacros canones &c.

Secundo, quod non excommunicentur ministri regis, licet ipsi non parcant mandato regis, in non capiendo excommunicato.

Tertio, de illis, qui invadunt maneria clericorum, ut ibi sufficiat pena per regem posita.

Quarto, quod non interdicit vendere vidualia Eboracensi archiepiscopo, vel alii venienti ad regem.

Quinto, quod tollatur magna charta de foribus ecclesiarum. Confiteatur etiam & concessit, quod nec regi, nec hæredibus suis, nec regno suo Angliæ, ratione aliorum articulo- rum in concilio Reding. contentorum, ullum præjudicium generetur in futurum.



PONTEFRAC TENSIS SYNODUS

In Provincia Eboracensi Anno 1179. habita
Ex Reg. Wickrovens.

An. 1179.
Athen.
Wick. ad
curiam ann.
ibidem.

Villelmus, permissione &c. Dilecto in Christo filio archidiacono Clyveland: salutem &c. Quia communi deliberatione nostra, & capituli nostri Ebor. conformiter habita, provisum est, quod quilibet archidiaconus pro subsidio domino regi faciendo suos subditos convocabit, vota, & liberalitates super hoc attentis & votivis inductionibus scrutaturus: ita quod die veneris proxime ante festum sanctæ Scholasticæ virginis, quilibet archidiaconus cum duobus dignæ eminentiæ viris, & unico ipsius archidiaconatus decano nobis apud Pontefract,

pro communitate totius archidiaconatus faciat; vobis denunciamus, ut modis omnibus in archidiaconatu vestro cum prona celeritate similiter idem fiat, ita quod apud Pontefract. responsum in forma supradicta super quanto & quantitate modo plenius habeamus, quod nullatenus omitatis. Vale. Dat. apud Ebor. 6. Kal. Januarii, pontificatus nostri anno primo.



CONCILIUM BUDENSE

Anno Domini MCCLXXIX. A Philippo S. A. L. celebratum.

Ex Codd. MSS. Vaticano, & Vallicellano edidit Oloric. Raynaldus ad calcem tom. XIV. annalium.

TITULI CONSTITUTIONUM

1. De tonsura prelatorum.
2. De vestimentis eorundem.

3. De arcendo vestium luxu ab omni clero.
4. Quod annulorum usus prelati tantum sit permissus.
5. Ut clerici tabernas non teneant.

6. Ut

6. *Ut episcopi ex religiosis ordinibus assumpti, A religionis sua habitum deserant.*
7. *Ut prelati & omnes clerici, a sacris sacris, & bellicis actibus abstineant.*
8. *De vita & honestate clericorum.*
9. *Ut clerici sententiam sanguinis non dicant, &c.*
10. *Ut vicaria non committantur laicis, vel clericis uxoratis.*
11. *Ut clerici arma non portent.*
12. *Ut non cohabitent mulieribus.*
13. *De reverentia in Divinis officiis adhibenda.*
14. *Ut qui suas dioceses visitant, eas sumptibus non gravent.*
15. *Ne quis beneficium ecclesiasticum accipiat de manu laicorum.*
16. *Ut omnes in beneficiis curam animarum habentibus personaliter deserant.*
17. *Ut ecclesiastici a conspirationibus & conspirationibus abstineant.*
18. *Ut parochi, antequam eant ad synodum, visitent infirmos.*
19. *Ut adeant synodum omnes ad eam convocati, & quo cultu ornatuque.*
20. *Ut omnes curam animarum habentes, in presbyteros ordinentur.*
21. *Ut oleum sanctum & eucharistia, sub clavi ferventur.*
22. *De Divinis officiis celebrandis.*
23. *De intrusis in beneficia.*
24. *Ut ecclesiastici non agant coram iudice seculari.*
25. *Ut coram eodem, de personalibus injuriis, & elemosinis ecclesie factis, non litigent.*
26. *Ne habeant in domibus suis prolem in sacro ordine susceptam; nec alios. Sintque liberi illorum, famuli majoris ecclesie.*
27. *De reliquis sanctorum.*
28. *Qui sine admittendi ad predicandum, & de quaestoribus.*
29. *Ut res ecclesie pignori non obligentur.*
30. *Ut res ecclesie a rectoribus non donentur.*
31. *Ut nemo peregrinetur sine ordinarii licentia.*
32. *Ut nemo incognitus admittatur ad sacra peragenda.*
33. *Ut sacres Divinis officiis interfint in parochialibus ecclesiis.*
34. *Ut rationes reddantur ab iis qui bona ecclesiastica administrant.*
35. *Ut iidem mutuo non dent vel accipiant.*
36. *Ut bona ecclesiastica non alienentur.*
37. *Ut ecclesia non graventur indebitis exactionibus.*
38. *Ut archidiaconi juri canonico per triennium studerint, vel studeant.*
39. *De causis matrimonialibus.*
40. *Quod irrita sint inhibitiones, & alia, quibus impediunt prelati, ne subditi culpas suas reveleant superioribus.*
41. *Ut suppellex non teneatur in ecclesiis, nisi sacra.*
42. *Ut presbyteri parochiales habeant libros ecclesiasticos.*
43. *Ut profana in cimiteriis & ecclesiis non peragantur.*
44. *Ut vigiliae in ecclesiis non fiant a laicis.*
45. *Ut preventur stipendiis, qui bonis canonicis non interfunt.*
46. *De iis, ad quos sepeliendas exigitur una marca argenti.*
47. *Ut laici non teneant concubinas.*
48. *Ut maritrices nemo in domibus & possessionibus suis habitare permittat.*
49. *Ut bona decedentium clericorum a laicis non occupentur.*
50. *Ut alienare bona ecclesiastica non liceat.*
51. *De jure patronatus.*
52. *Adversus bonorum ecclesiasticorum invasores.*
53. *De iisdem.*
54. *Ut iustitia per gratiam aut corruptelam non fiat.*
55. *Ut excommunicati, ab agendo, patrocinando, testificando, repellantur.*
56. *Ut exceptio rei iudicata admittatur.*
57. *Ut iudices seculares compellant ad officium eos, qui sunt rebelles iudicibus ecclesiasticis; & vicifim ecclesiastici eos qui non obediunt laicis.*
58. *De potestatibus secularibus, qua prohibent appellantes sedem apostolicam.*
59. *De immunitate ecclesiasticorum.*
60. *De eadem.*
61. *Ut omnes regulares eodem vestuario induantur.*
62. *De vestibus regularium.*
63. *De abstinentia regularium.*
64. *Ut regulares monasterio non exeant sine licentia.*
65. *Ut regulares non recipiant ecclesias ad firmam.*
66. *Ut religiosi non venentur, non deserant ultra octo dies in parochialibus ecclesiis secularium, &c.*
67. *De vitandis excommunicatis, & servando interdicto, maxime a prelati.*
68. *Ut vinearum & agrorum depopulatores excommunicentur.*
69. *Adversus bonorum & iurium ecclesiasticorum invasores.*

Constitutiones Hungariz Philippi quondam legati circa reformationes prelatorum & cleri.

P R Æ F A T I O.

SANCTÆ constitutiones editæ per venerabilem patrem dominum Philippum, Dei gratia Firmatum episcopum, in Hungaria, Polonia, Dalmatia, Croacia, Rama, Servia, Lodomeria, Gallicia, ac Cumania, apostolicæ sedis legatum, de consilio & consensu archiepiscoporum, episcoporum, electorum, atque abbatum, præpositorum, archidiaconorum, priorum, ministrorum, custodum, guardianorum, plebanorum, canonicorum, rectorum, & aliarum personarum, & clericorum: nec non capitulorum, tam cathedralium, quam aliarum ecclesiarum secularium & regularium, Cisterciensium, S. Benedicti, Præmonstratensium, S. Augustini, Prædicatorum, & Minorum, ac aliorum ordinum, congregatorum in concilio celebrato in castro Budensis Vesprimiensis diocesis, per eundem legatum ad honorem & gloriam sanctæ & individue Trinitatis, ad reverentiam & honorem sanctæ Romanæ ecclesie & beatissimi ac sanctissimi patris domini Nicolai III. & successorum ejus, ac relevationem, sulcimentum, ac defensionem fidei catholicæ, & ecclesiasticæ libertatis: necnon reformationem vitæ, morum, & actuum cleri & populi legationis prædictæ, sub annis Domini MCCLXXIX. Indictione VII. die quartadecima intrante Septembris, in quo videlicet die terminatum fuit concilium supradictum, pontificatus sanctissimi patris domini Nicolai papæ III. anno II.

I. De tonsura presbiterorum.

Quia sicut presbiteri quosque sibi subditos dignitate & auctoritate precellunt, ita moribus, vita, habitu, conversatione honestis, precellere & precedere debent eisdem: cum eorum vita, si sit bona, & amplius si sit mala, trahatur a subditis in exemplum: statuimus, quod ipsi presbiteri coronam & tonsuram patentibus omnino auribus circulari, juxta regularium seu religiosorum generalem consuetudinem approbatam, cum nulla religio pontificali religione sit major, de cetero deferant, ab omni excessu in capillis, & defectu notabili in corona protinus abstinentes. Sicut enim servantes, in predictis sibi subditos poterunt reformare.

Sic enim.

II. De vestimentis eorumdem.

Præterea statuimus & ordinamus, quod presbiteri de cetero, cum equitant, vel etiam in publico pedestres incedunt, habeant & deferant cappas rotundas, sub quibus habeant & deferant camiscias albas sive rosetas, quas semper sub cappis sive mantellis, ante pectus vel post collum hinc inde connexas, deferant, cum in publico, hoc est extra secreta habitationis eorum ipsos contigerit ire vel stare. Prohibemus autem, ne ipsi presbiteri de cetero deferant vel habeant mantellos, cum quibus hæcenus equitare, & quos in propriis & alienis hospitibus non solum coram famulis suis, sed etiam coram aliis consueverunt deferre: permitimus autem, quod possint habere mantellos rotundos sive tabarda longitudinis moderatæ, eosque deferre cum capucis separatis ab eis, tempore pluvioso, nivoso, seu pruinoso: & cum ad exercitus, seu curiationes, aut expeditiones, ex certis & necessariis causis, a sacris canonibus minime reprobatis, eos contigerit proficisci. Insuper prohibemus, ne presbiteri, vel ecclesiarum cathedralium canonici deinceps sub mantellis vel cappis pro paratura varios quorumcumque colorum sive varietatum, nisi forte varietates hujusmodi essent in pellibus agnitis, vulpibus, & linceis, seu zendardum rubrum, vel in aliquibus vestibus simbrias, hoc est premidiones seu ornamenta nobilia exterius appolita de ludria, seu bivaria, seta, aut de aliqua

Concil. General. Tom. XXIV.

III. De arcendo vestium lucum ab omni clerico.

Prohibemus, ne presbiteri aut alii in dignitatibus, personatibus, seu canonicatibus ecclesiarum cathedralium, seu collegiarum, sive in ecclesiis curam animarum habentibus, aut in sacerdotio constituti, manicas deferant confutias, nec togas sive guarnacias, seu supertunicalla, aut quæcumque alia vestimenta desuper portent aperta, sed ipsa superiora indumenta circumcirca usque ad simbrias habeant clausa nulla collaria, nisi forte in tabardis vel mantellis ad equitandum, circumcirca omnino rotunda; vel bottones, sive sibus aureas vel argenteas, aut aliquid auri vel argenti habens ornatum in aliquibus suis vestibus deferentes. Quod si qui contrarium fecerint, vestes hujusmodi per suos ordinarios auferantur in usus pauperum aut in alios pius usus convertendæ: nihil minus qui in hoc inventi fuerint excessisse, nisi ad mandatum sui superioris se correxerint, usque ad satisfactionem a suis beneficiis sint ipso facto suspensi.

IV. Quod annulorum usus presbiteris tantum sit permittus.

Interdicimus omnibus clericis portare annulos, nisi sint presbiteri, quibus licite competat ex officio dignitatis vel ex privilegio sedis apostolicæ speciali, consuetudine in hoc contraria non obstante. Quod si quis de cetero clericus anulum portans inventus fuerit, auferatur ei anulus per suum ordinarium, & non reddatur eidem: immo idem transgressor clericus etiam tantumdem ad valorem illius annuli in rebus aliis cogatur pauperibus erogare. Clericus autem qui anulum dare diocesano, vel prædictam quantitatem solvere contemneret, ab ingressu ecclesiæ arceatur, donec anulum reddat & pœnam solvat prædictam.

V. Ut clerici tabernas non teneant.

Statuimus, quod nulla persona ecclesiastica in domibus sive curiis, in quibus habitant, tabernam ubi vinum minutatim vendatur, vel ubi viles, leves, seu suspectæ hospitentur aut conversentur personæ, habere, tenere, vel sustinere præsumat. Quod si quis in his excesserit, & a suo superiore monitus non emendaverit infra terminum

S sibi

ANNO
CHRISTI
1179

sibi dandum, extunc utque ad emen-
dationem condignam ab ingressu eccle-
siae excludatur.

*VI. Ut episcopi ex religiosis ordinibus as-
sumpti, religionis suae obitum dese-
rent.*

Statuimus etiam, & inviolabiliter ob-
servari praecipimus, quod omnes & sin-
guli, de aliquibus religionibus sive or-
dinibus ad pontificalem dignitatem as-
sumpti aut in posterum assumendi, il-
lius religionis sive ordinis de qua vel
de quo assumpti fuerint, vel de cete-
ro assumantur, habitum tam in vesti-
bus, quam in calceamentis & quibus-
cumque aliis, toto tempore vitae suae
deserere teneantur, & deserant in pu-
blico & secreto; nec habitum illum ullo
tempore dimittant, aut vestes, calcea-
menta, vel aliqua alia deserant, in co-
lore, forma seu materia, contraria vel
dissimilia religioni sive ordini supradic-
tis. Qui vero contra huiusmodi san-
ctum & regulare statutum venire pra-
sumpserint, ingressum ecclesiae, & exe-
cutionem pontificalium sibi noverint
interdicta. Per hanc tamen constitu-
tionem non interdicimus ocreas, nec
cappas rotundas, aut mantellos ante
pectus vel post collum connexos, in
colore & aliis, supradictis religionibus
seu ordinibus congruentes.

*VII. Ut praelati & omnes clerici a sevis
factis, & bellicis actibus abstineant.*

Perpetuo prohibemus edicto, ne pra-
lati & alii clerici cujuscumque sint or-
dinis, dignitatis, aut status, seditioni-
bus, praeliis, spoliis, rapinis, incen-
diis, & aliis sevis factis se aliquate-
nus immiscere praesumant: nec belli-
cis actibus se implicent, vel involvant:
nisi forte pro ecclesiarum suarum &
patriae defensione, non ad impugnan-
dum vel propulsandum, sed ad defen-
sionem tantum, si necessitas eos com-
pellat: & tunc in propriis personis non
pugnent.

VIII. De vita & honestate clericorum.

Clerici officia, vel commercia non
exerceant, maxime inhonesta: mimis,
histrionibus, & jocularibus non in-
tendant, & tabernas proptus evitent,
nisi forte causa necessitatis in itinere
constituti. Ad aleas & taxillos non
ludant, nec huiusmodi ludis intersint.
Comam & tonsuram patentibus auri-
bus habeant congruentes, & in officiis

ecclesiasticis & in aliis bonis studiis se
exerceant diligenter. Exercentes * au-
tem in talibus, a suis moneantur pra-
latis: & si moniti parere contempse-
rint, ab officio & beneficio suspendan-
tur: nec prius talis suspensio revoce-
tur, quam ad arbitrium praetorum
pro eo fuerit satisfactum; ac sub cer-
ta poena sufficienter caveant, quod in
talibus vel similibus ulterius non exce-
dent.

*IX. Ut clerici sententiam sanguinis non di-
cant, &c.*

Nullus clericus sententiam sanguinis
dicat, aut proferat, aut sanguinis vin-
dictam exerceat, aut ubi exercetur,
interit: nec quisquam clericus litteras
dicat aut scribat pro vindicta sangui-
nis destinandas; nec illam partem * ce-
rugiae exerceat, quae ad unctionem, vel
incisionem inducit: nec quisquam pur-
gationi aquae ferventis seu frigidae, seu
ferri candentis, ritum cujuslibet bene-
dictionis aut consecrationis impendat:
quod si ex huiusmodi mors vel
membrum mutilatio fuerit subsequuta, ir-
regularitatis laqueum non evadet.

*X. Ut vicaria non committantur laicis,
vel clericis uxoratis.*

Prohibemus quoque, ne archidiaconi
& alii rectores ecclesiarum, laicis
vel clericis uxoratis suas praesumant
committere vicarias: & ad hoc dicti
archidiaconi & ecclesiarum rectores per
suspensionem officii & privationem be-
neficii, laici autem vel clerici uxora-
ti, ne huiusmodi vicarias reci-
pian, per excommunicationis senten-
tiam a suis diocesanis compescantur
omnino.

XI. Ut clerici arma non portent.

Districte praecipimus, ne sacerdotes
vel clerici, in quovis ordine constitu-
ti, gladium vel cultellum, quod vul-
gariter dicitur bord, portent, nisi eis
manifesti timoris causa ingruerit: nec
tunc absque licentia praetorum por-
tent.

XII. Ut non cohabitent mulieribus.

Inhibemus districte, ut nullus cle-
ricus beneficiatus, aut in sacris ordi-
nibus constitutus mulieres aliquas in
domibus suae habitationis retinere, vel
alibi eis cohabitare praesumat: qui ve-
ro ipsas nunctenet, nisi infra tres men-
ses,

ANNO
CHRISTI
1179* Corr. or-
dinum

chirurgia

ANNO
CHRISTI
1179.

ses, ab ultimo die presentis synodi in A
antea numerandos, eas a cohabitatio-
ne sua prorsus eiecerit, vel qui eje-
ctas resumpserint, vel eis cohabitave-
rint, extunc se sciant excommunica-
tionis sententia innodatos: a qua sen-
tentia per suum diocesenum absolvi
possint, primo de suis cohabitationibus
mulieribus predictis eiekti, ac ipsis
clericis ab earum omnino cohabitatio-
nibus separatis, & sufficienti praestita
cautione, quod contra constitutionem
hujusmodi de cetero non venient, sed
ipsam omni tempore inviolabiliter ob-
servabunt.

XIII. De reverentia in Divinis officiis ad-
bibenda.

Suademus, ut quotiescumque cleri-
cos contigerit simul vel singulariter in-
cedere ante altare, seu figuram B. Vir-
ginis, aut etiam crucifixi, & maxime
cum pro Divinis officiis intrant cho-
rum, inclinent capita sua, depositis
pileis reverenter, atque instruant & in-
ducant laicos diligenter. Volumus,
quod omnes clerici, quotiescumque in
Divinis officiis, Ave Maria audive-
rint, flexis genibus se reverenter incli-
nent: prohibentes, ne clerici benefi-
ciati, aut in sacris ordinibus constitu-
ti, discalciati, seu nudis pedibus, cho-
rum intrare seu in ipso stare praesu-
mant, dum ipsa Divina officia cele-
brantur, quod presbyteri sine cappis
rotundis vel superpelliciiis ad psallen-
dum horas canonicas, maxime vespere-
ras, matutinas, vel Missam, ecclesias
ingredi, vel in eis stare non praesu-
mant; nisi forte essent extranei viato-
res, aut etiam peregrini.

XIV. Ut qui suas dioceses visitant, eas
sumptibus non gravent.

Quoniam, sicut audivimus, nonnul-
li ecclesiarum praelati & personae ec-
clesiasticae nostrae legationis, & maxi-
me regni Hungariae, cum suas dice-
ceses vel parochias visitant, vel ex aliis
causis ad ecclesias ipsas declinant, gra-
vibus & importabilibus fere descensu-
bus non solum in praelatis & clericis,
verum etiam in laicis reprobandis at-
que damnandis, ecclesias, vel paro-
chias ipsas plerumque aggravant &
molestant: nos hujusmodi descensus gra-
ves, onerosos, difficiles & importabi-
les fieri de cetero prohibentes, statui-
mus quod, cum praelatos & personas
predictas ex justis & rationabilibus
causis ad ecclesias ipsas declinare con-
Censil. General. Tom. XXIV.

tigerit, sic se honeste habeant & mo-
deste, se suasque familias a superfluis
& illicitis cohibentes, quod per immo-
deratos descensus hujusmodi, ecclesiae
importabiliter non graventur: in pra-
dictis & aliis taliter se habentes, quod
ipsi non quae sua sunt, sed Jesu Chri-
sti potius, quaerere videantur. Qui au-
tem in praedictis exceßerint, per su-
periores suos abstinere atque desistere,
& de illatis gravaminibus satisfacere
laicis & gravatis ecclesiis, per censu-
ram ecclesiasticam & alia prompta re-
media, sublato cujuslibet frustratoriae
appellationis obstaculo, compellantur.

XV. Ne quis beneficium ecclesiasticum acci-
piat de manu laicorum.

Prohibemus ne aliquis abbatiam,
praeposituram, prioratum, plebana-
tum, capellaniam, vel aliquod benefi-
cium ecclesiasticum de manu recipiat
laicorum: statuentes quod archiepis-
copi, episcopi, & alii, ad quos de ju-
re, vel consuetudine, seu privilegio ab-
batum vel aliorum confirmatio, insti-
tutio, vel provisio spectat, nullum con-
firmare vel instituere praesumant, nisi
eis prius de canonica ipsorum ele-
ctione, & eligentium ac electi, inter
eos plene constet; veris patronis in
illis ecclesiis, in quibus illius obtinent
patronatum, justitia ac jure plene ser-
vatis ac salvis, quae eis a sacris cano-
nibus conceduntur atque servantur.

XVI. Ut omnes in beneficiis curam anima-
rum habentibus personaliter deserviant.

Cum ad beneficia ecclesiastica, cu-
ram habentia animarum annexam, ta-
les quaeri debeant & admitti, qui in
ipsis beneficiis velint & valeant resi-
dere, & personaliter per seipos, & non
per alios deservire: ordinamus, atque
praecipimus, ut omnes & singuli ple-
bani, rectores, & capellani ecclesiarum
parochialium totius legationi nobis
commisae, in ipsis deserviant per se
ipos, & non per vicarios: prohiben-
tes, ne aliqui talium ecclesiarum re-
ctores de cetero absque diocesano
consensu, quibus ecclesiae ipsae subsunt,
aliquos instituant vicarios, vel institu-
tos in eis teneant, vel sustineant: &
qui contra fecerint, fructibus & pro-
ventibus illius ecclesiae per annum sint
ipso jure privati: dictique fructus de
mandato diocesani episcopi in libris &
ornamentis ecclesiasticis ad opus ejus-
dem ecclesiae irrevocabiliter expendan-
tur: nec antea percipiant de fructibus

ANNO
CHRISTI
1179.

ANNO
CHRISTI
1279.

ecclesiarum ipsarum, quam sufficienter A
caverint, quod huiusmodi constitutio-
nem inviolabiliter observabunt. Illos
autem qui contra tenorem constitutio-
nis presentis receperint vicarias, suo-
rum ordinariorum arbitrio relinquimus
puniendo.

XVII. *Ut ecclesiastici a conjurationibus &
conspirationibus abstineant.*

Conjurationes, conspirationes, &
colligationes inter personas ecclesiasti-
cas, quocumque modo, fraude, vel B
ingenio, omnino de cetero fieri pro-
hibemus; factasque, necnon juramen-
ta, promissiones, obligationes, & alia
super predictis prestita, vel quae de
cetero super eis fieri contigerit vel pre-
stari, aut earum occasione, penitus re-
probamus, dissolvimus, atque cassa-
mus & eos, qui huiusmodi promissio-
nes, obligationes, aut etiam juramen-
ta, sub aliquibus, etiam pecuniariis
vel aliis poenis fecerunt, aut etiam
prestitaverunt, protinus absolventes, ip-
sos decernimus, ad observationem con-
jurationum, conspirationum, & obli-
gationum ipsarum, vel solutionem ali-
quarum poenarum sive pecuniarum, ali-
quantenus non teneri; statuentes, quod
qui in talibus de cetero inventi fue-
rint excessisse, praeter excommunicationem,
quam ipso facto incurrunt, a
suis dioecesanis aut aliis suis superiori-
bus, per privationem perpetuam aut
etiam temporalem beneficiorum quae
obtinere, & alias poenas, taliter casti-
gentur, quod poena ipsorum transeat D
aliis in exemplum. Quam constitutio-
nem, quantum ad poenas imponen-
das, ad promotiones seu mediationes
predictarum conjurationum, conspira-
tionum, colligationum, juramentorum,
promissionum, & obligationum
predictarum, extendi volumus & man-
damus.

XVIII. *Ut parochi, antequam eant ad syn-
nodum, visitent infirmos.*

Statuimus, quod cum ex delibera-
tione & ordinatione episcoporum, archie-
piscoporum, & aliorum ordinariorum,
synodus fuerit celebranda, per
duos, tres, vel tot dies qui sufficere
videantur, antequam se ponant in via
eundi ad synodum, rectores patriarcha-
lium * ecclesiarum, earumque perpet-
ual vicarii, qui praesidentes * synodo
facienda fuerint, generaliter, sive spe-
cialiter, seu singulariter evocati, dili-
genter inquirent, si qui sint infirmi,

* Corr. pa-
rochialium
* Corr. pre-
sentes

seu debiles in parochiis suis; eosque
visitent, etiam non requisiti, & sa-
ciant circa eos quidquid necesse fuerit
ad animarum salutem.

ANNO
CHRISTI
1279.

XIX. *Ut adeant synodum omnes ad eam
convocati, & quo cultu ornantur.*

Statuimus etiam, & praecipimus,
ut omnes tam regulares quam saecula-
res, in dignitatibus, seu personatibus,
constituti illius metropolitanae, in qua
provincialis, & illius dioecesis, in qua
episcopalis synodus fuerit celebranda,
veniant: nisi remanserint de suorum
superiorum licentia speciali, de quo-
rum ordinatione synodus fuerit facien-
da. Et si taliter impediti fuerint, quod
ad synodum venire non possint, legiti-
mum excusatorem clericum cum ple-
no mandato ad acceptandum, & reci-
piendum ea, quae in synodo fuerint
ordinata, transmittant. In eundo &
redeundo, honeste ambulent, & hone-
sta acquirant hospitia, & in eis cir-
cumspecte se habeant, & modeste: ne
vita, mores, & gestus clericorum, po-
pulo fiant in scandalum & contemp-
tum. Qui vero ex causa ad synodum
ire vel venire non possunt, cum archi-
diaconis, & archidiaconi suis dioecesa-
nis, studeant nunciare. Quod si in-
veniendi, & denunciando rationabilem
causam, negligentes, seu contempto-
res extiterint: ad dioecesanorum suo-
rum arbitrium puniantur. Praeterea
statuimus, quod archiepiscopi, episco-
pi, abbates, & quilibet alii, qui ex
privilegio mitris utuntur, mitrati cum
superpelliciiis, stolis, & cappis, seu
pluvialibus; praepositi vero, priores,
& alii inferiores praelati, cum super-
pelliciiis, & stolis, si diaconi saltem
sint, & si velint, pluvialibus seu cap-
pis; rectores vero, & simplices sacer-
dotes, cum cottis seu superpelliciiis,
& stolis tantum; inferioris vero status
vel ordinis clerici, cum cottis syno-
dum intrent: & in ea devote &
cum reverentia usque ad finem,
nisi casus necessitatis emerferit, perse-
verent. Religiosi * quoque, nullam
E praelaturam vel administrationem ha-
bentes perpetuam, permittimus in ha-
bitu suo cum stolis in synodo posse
stare, etiam si administrationem ha-
beant.

* Corr. Re-
ligiosos

XX. *Ut omnes curam animarum habentes,
in presbyteros ordinentur.*

Statuimus etiam, quod omnes ab-
bates, praepositi, priores, plebani, &
alii

ANNO
CHRISTI
1177.ANNO
CHRISTI
1177.

alii ecclesiarum prælati & rectores, curam animarum habentium, promoti ad dignitates seu curas prædictas ante concilium Lugdunense noviter celebratum, si presbyteri non sunt, in proximis futuris quatuor temporibus successively se faciant usque ad sacerdotium ordinari, aut omnino dimittant huiusmodi dignitates & curas: & per suos diocesanos seu superiores, sublato cuiuslibet appellationis obstaculo, amoveantur a dignitatibus & curis prædictis, nisi in sacerdotes fuerint ordinati. Instituitis autem sive instituendis, post concilium Lugdunense præfatum, per diocesanos & alios superiores eorum denunciatur singulariter singulis, & universaliter universis, quod nisi infra annum a die suæ constitutionis in dignitatibus & beneficiis, curam animarum habentibus, in presbyteros fuerint ordinati, ipso jure huiusmodi beneficiis sint privati, & beneficia illa per illos, ad quos eorum ordinatio spectat, extunc de personis idoneis libere ordinentur.

XXI. Ut oleum sanctum & eucharistia sub clavi serventur.

Statuimus, ut per omnes ecclesias, chrisma, oleum sanctum & eucharistia sub fidei custodia clavibus adhibitis conserventur: ita ut non possit ad illas manus impia extendi. Si vero is, ad quem spectat custodia, ea incaute reliquerit, tribus mensibus ab officio & beneficio suspendatur: & si per ejus incuriam aliquid inde nefarium contigerit, gravius puniatur.

XXII. De Divinis officiis celebrandis.

Nullus permittatur delervire altari, vel epistolam legere, nisi in superpellicio & cappa clausa. Sacerdos quoque diurnum officium pariter & nocturnum distincte & aperte, quantum Deus deerit, celebret, & devote.

XXIII. De intrusis in beneficia.

Quia multorum assertione comperimus, & pro certo didicimus, quod in multis ecclesiis, ac monasteriis, & ecclesiasticis beneficiis nostræ legationis, multi per sæcularem potentiam absque libero & legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, ad quas ipsarum electio, ordinatio, provisio, & institutio pertinere dignoscitur, damnaabiliter sunt intrusi, ac quotidie intruduntur, contra sacrorum statuta canonum & ec-

clesiasticam libertatem: ex quo multa provenerunt & proveniunt quotidie detrimenta, & animarum deploranda pericula subsequuntur: statuimus, quod nullus laicus, cujuscumque auctoritatis extiterit sive status, aliquem de cetero in ecclesiis, vel monasteriis, aut ecclesiasticis beneficiis legationis prædictæ, ponere vel intrudere quacumque occasione, vel auctoritate, quin potius transgressione seu temeritate, præsumat; salvo & reservato jure patronatus veri competentis patroni, prout

canonica jura declarant. Decernimus autem institutiones, sive intrusiones talium, nullas esse, nullumque jus competere sic intrusis: & nisi intrusi huiusmodi, infra sex menses, ecclesias, monasteria, sive beneficia, quæ de facto, modo sunt adepti prædicto, omnino & sine difficultate dimiserint: & quicumque alii de cetero aliqua beneficia ecclesiastica per manus receperint laicorum, & electionibus, postulationibus, provisionibus, seu institutionibus, ad minas, comminationes, terrores, sive impressiones laicorum quorumcumque aliorum, præsumperint consentire; extunc se sciant excommunicationis sententiæ subjacere; ipsosque per diocesanos, & alios, quibus ecclesie monasteria, & beneficia sunt subiecta prædicta, arctius compellendos ea dimittere, & satisfacere de fructibus & proventibus exinde perceptis, invocato ad talium proterviam conterendam, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

XXIV. Ut ecclesiastici non agant coram iudice sæculari.

Inhibemus, ne personæ ecclesiasticæ agant, vel respondeant, sive fidejubeant, aut se astringant, vel obligent coram iudice sæculari: nisi de his, & super his, quæ ad sæculare, non ecclesiasticum forum spectant, & de quibus absque sacrorum canonum injuria & contradictione in prædictis, vel aliis, potest per ecclesiasticas personas sæculare forum adiri. Personas autem ecclesiasticas, quæ contra huiusmodi inhibitionem venire præsumperint, & iudices sæculares, qui personas præfatas coram se agere, respondere, vel fidejubere, aut se astringere, vel alia facere, quæ ad forum sæculare non pertinent, contra privilegia ordinicali vel personis ecclesiasticis, generaliter seu specialiter ab homine vel a jure concessa, compulerint, nisi postquam de hoc exceptum fuerit coram eis,

ANNO
CHRISTI
1279.ANNO
CHRISTI
1279.

eis, ab hujusmodi processu omnino de-
stiterint, & revocaverint omnem pro-
cessum habitum contra personas præ-
dictas, excommunicationis sententiæ
volumus subjacere: a qua per diocæ-
sanos locorum, in quorum jurisdictione
personæ hujusmodi consistunt, post sa-
tisfactionem idoneam & condignam,
juxta formam ecclesiæ possint absolvi.

*XXV. Ut coram eodem, de personalibus
injuris, & elemosynis ecclesiæ
factis, non litigent.*

Nullus sacerdos, vel aliqua persona
ecclesiastica de personalibus injuriis,
vel elemosynis ecclesiæ factis, coram
seculari iudice audeat litigare, nisi de
licentia sui episcopi.

*XXVI. Ne habeant in domibus suis prolem
in sacro ordine susceptam: nec aleas. Sine
illorum liberti, famuli majoris ecclesiæ.*

Prohibemus sacerdotibus & aliis cle-
ricis in sacris ordinibus constitutis di-
strictè, ne secum prolem habeant, C
quam in sacro ordine genuerunt, pro-
pter scandalum: & ne hujusmodi pa-
rochiales sacerdotes in domibus suis
habeant aleas vel taxillos, districtius
inhibemus. Filii autem sive filii præ-
dictorum, in familia, sive famulatu,
seu pro famulis majoris ecclesiæ, cui
sunt immediate subjecti, redigantur,
ac etiam teneantur.

XXVII. De reliquiis Sanctorum.

In concilio statutum est, ut amodo D
reliquiæ extra capsam nullatenus osten-
dantur, nisi in præcipuis festivitatibus
vel ad hoc ex devotione concurrentibus
peregrinis, sicut quarundam ecclesia-
rum laudabilis consuetudo exposcit,
nec aliquo modo exponantur venales:
inventas autem de novo nemo publi-
ce venerari præsumat, nisi prius au-
thoritate Romani pontificis fuerint ap-
probatae. Qui vero contra fecerit, si
clericus fuerit, ab officio & beneficio
se noverit suspensum; si laicus, per
mensum ingressum ecclesiæ sibi nove-
rit interdictum.

*XXVIII. Qui sunt admittendi ad prædican-
dum. Et de quæstoribus.*

Nullus passim recipiatur ad prædi-
candum, nisi fuerit authentica perso-
na, vel alias per sedem apostolicam
privilegiata, aut ad hoc per episcopum
destinata. Quæstores quoque ecclesia-

rum tantum ea dicant populo, quæ
in litteris domini Papæ vel episcopi
continentur. Sacerdotes tamen loci po-
pulum sibi commissum diligenter in-
ducant ad elemosynas erogandas in-
tuitu pietatis, non animo extorquen-
di. Nullus etiam quæstuarus pro ho-
spitalibus vel aliis similibus locis, re-
cipiatur ad elemosynas quærendas sine
litteris domini papæ aut legatorum
ejus, vel diocæsanorum ipsorum.

XXIX. Ut res ecclesiæ pignori non obligentur,
B

Statuimus, quod ornamenta ecclesiæ
non obligentur pignori, nisi pro ne-
cessitate ecclesiæ, de licentia episcopi,
cum consilio parochianorum. Præterea
statuimus, quod nullus prælatus, supe-
rior vel inferior, aut ecclesiarum re-
ctor, pro alio fidejubere, nec posses-
sionem ecclesiæ suæ, vel alias res ec-
clesiasticas quascumque, mobiles aut
immobiles vel semoventes, præsertim
sacras, pro alieno factio obligare præ-
sumat, nec etiam pro suo factio pro-
prio, nisi evidentem in utilitatem suam
cedat ecclesiæ, & cum licentia diocæ-
sanorum, & cum assensu capituli, sive
conventus illarum ecclesiarum, sive
monasteriorum, quæ habent capitulum
vel conventum. Transgressores autem
constitutionis hujusmodi, per suos su-
periores compellantur reficere omne
damnum, quod monasterio & ecclesiæ
ex fidejussione vel obligatione hujusmo-
di incurrisserint.

*XXX. Ut res ecclesiæ a rectoribus non
donentur.*

Statuimus, & statutum etiam de-
claramus, quod ecclesiarum rectores
de bonis mobilibus, vel juribus, seu
libris, aut ornamentis, ad ecclesias
ipsas spectantibus, nihil dare, conce-
dere, vel donare possint in vita; nec
de ipsis seu aliis, mobilibus vel immo-
bilibus, aut semoventibus, acquisitis,
contemplatione ecclesiarum ipsarum,
possint condere testamentum, nisi in
casibus a jure permissis. Quod si con-
tra factum fuerit, illud decernimus ir-
ritum & inane: præcipientes districtè,
quod successores eorum, qui in talibus
excesserunt, prædicta bona cum au-
thoritate diocæsanorum & etiam judi-
cum secularium, si fuerit opportunum
ad jus & proprietatem ipsarum eccle-
siarum efficaciter studeant revocare;
ipsique prælati se favorabiles & prom-
ptos ipsis rectoribus exhibeant in præ-
dictis. Et si quis de dictis rectoribus
in

ANNO
CHRISTI
1179.

in revocatione hujusmodi fuerit negli-
gens, ipsos ad id per diœcesanos præ-
dictos compelli volumus & manda-
mus: archidiaconi quoque, singuli vi-
delicet in singulis archidiaconatibus
suis, tam de prædictis, quam aliis ad
bonum & utilitatem ecclesiarum suo-
rum archidiaconatum, curam & solli-
citudinem habeant diligentem: & si
quid super prædictis ac aliis difficulta-
tibus emerlerit, illud diœcesanis suis
studeant quam citius nunciare.

*XXXI. Ut nemo clericus peregrinetur sine
ordinarii licentia.*

Nullus clericus nostræ legationis, in
quovis ordine constitutus, peregrinari
extra regnum vel provinciam suam
præsumat, absque diœcesanorum epi-
scoporum vel aliorum suorum ordina-
riorum licentia speciali. Quod si quis
contrarium fecerit, a beneficio eccle-
siaz vel ecclesiarum, in qua, vel in
quibus beneficiatus extitit, per unius
anni spatium sit suspensus.

*XXXII. Ut nemo incognitus admittatur ad
sacro peragenda.*

Decernimus, ut nemo incognitus ad
ministrandum in sacris ordinibus admit-
tatur, nisi sui ordinatoris, vel succes-
soris ejus, litteras omni suspicione ca-
rentes ostendant, suscepti ordinis men-
tionem facientes expressam. Et qui
contra constitutionem hujusmodi veni-
re præsumperint, tales ad celebrationem
Divinorum admittendo vel retinendo:
post trinam admonitionem vel unam
peremptorie, a Divinorum perceptione
& ingressu ecclesiaz arceantur: & de
hoc per diœcesanos episcopos inquisitio
frequens fiat.

*XXXIII. Ut fideles Divinis officiis intersint
in parochialibus ecclesiis.*

Præcipimus, ut ecclesiarum parochia-
ni singulis diebus Dominicis & festi-
vis ad Divina officia, specialiter ad
Missam, vadant ad suas parochiales ec-
clesias, ibique Divina officia, prout
Deus dederit, audiant diligenter: nec
ipsi parochiani, relicta sua parochiali
ecclesia vel contempta, ad alias eccle-
sias, cujuscumque sint ordinis, religio-
nis, aut status, sive hujusmodi eccle-
sias sint parochiales sive non, ad au-
dienda Divina officia, & specialiter
Missam, præsumant accedere, maxime
diebus Dominicis & festivis, aut in
alienis parochiis vel ecclesiis ad hujus-

modi officia permittantur; seu ipsis
per alios, quam per suos parochiales
presbyteros, ministrentur ecclesiastica
sacramenta, exceptis clericis religiosis
transeuntibus & peregrinis, qui ad hu-
jusmodi officia in parochiis, sive eccle-
siis possunt recipi alienis; & nisi forte
causa devotionis majoris aliqui circa
hoc a sede apostolica sint muniti pri-
vilegio, aut indulgentia speciali. Pa-
rochiani vero, contra constitutionem
hujusmodi venientes, a perceptione sa-
cramentorum; illi autem, qui contra
constitutionem hujusmodi parochianos
alienos receperint ad Divina, vel eis
administaverint ecclesiastica sacra-
menta, ab executione suorum ordinum no-
verint se suspensos: & qui parochianis
alienis taliter suspensis ecclesiastica mi-
nistrare præsumperint sacramenta, ex-
communicationis sententiam ipso facto
se noverint incurrisse, a qua, congrua
satisfactione exhibita illi parochiali re-
ctori, cujus parochiano ministrare præ-
sumpsit * ecclesiastica sacramenta, per
diœcesanos episcopos secundum formam
ecclesiaz possint absolvi.

ANNO
CHRISTI
1179.præsum-
pserunt

*XXXIV. Ut rationes reddantur ab iis qui
bona ecclesiastica administrant.*

Omnes autem abbates, præpositi,
priors, & alii prælationem habentes,
saltem semel, de suis omnibus redditibus
& expensis, & statu ecclesiarum
suarum; ceteri vero administratores,
camerarii, seu officiales, tam interio-
res quam exteriores, bis in anno duo-
bus terminis, uno videlicet in festo S.
Thomæ apostoli, altero in festo S.
Gregorii, reddant in capitulo plena-
riam rationem, consuetudine quarum-
dam ecclesiarum, ubi pluries ratio red-
di solet, in suo robore duratura: in
quibus si prælati & officiales prædicti,
negligentes seu infideles & mendaces
inventi fuerint, secundum qualitatem
culpæ, per episcopum vel alium suum
superiorem puniantur. Alii vero ipso
facto administrationes admittant, gra-
vius juxta arbitrium episcopi vel sui
superioris ulterius puniendi.

*XXXV. Ut iidem mutuo non dent vel
accipiant.*

Inhibemus abbatibus, præpositis,
prioribus, plebanis, rectoribus ecclesia-
rum, & clericis universis, ne ipsi mu-
tuo dent, vel accipiant, abbates, præ-
positi, ultra duas vel tres marchas;
ceteri, unam marcham: sine notitia
& consensu capituli sui, vel majoris
par-

partis, ac diocesani episcopi assensu speciali.

XXXVI. Ut bona ecclesiastica non alienentur.

Prohibemus insuper, ne inferiores prelati absque episcoporum, nec ipsi absque archiepiscoporum, nec ipsi metropolitani absque sedis apostolicæ licentia speciali, aliqua de bonis immobilibus, vel juribus ad monasteria sive ecclesias suas spectantibus, nisi in casibus a jure permixtis, alienare presumant. Quod si contra fecerint, pro irrito habeatur: & alienantes, si inferiores prelati sint, a suorum ordinum; archiepiscopi & episcopi a pontificalium executione, sint ipso facto suspensi: quam suspensionem superiores ordinarii alienantium, alienatis prius ad jus & proprietatem monasteriorum seu ecclesiarum revocatis, vel alias indemnitati ipsorum monasteriorum & ecclesiarum proviso, valeant relaxare.

XXXVII. Ut ecclesia non graventur indebitis exactionibus.

Statuimus, quod ecclesie parochiales, vel alie ecclesie, seu monasteria, per majores, seu minores, vel personas, seu magistras, aut capitula cathedralium ecclesiarum, vel aliarum ecclesiarum prelatos, novis, injustis, & indebitis exactionibus non graventur, nec eis novi imponantur census, aut indebitas exactiones inducant, nec veteres augeant pensiones. Qui vero inventi fuerint in talibus ecclesiis molestare aut aggravare predictas: si episcopi, per metropolitanos eorum; si inferiores personæ, per suos diocesanos, a talibus per censuram ecclesiasticam, & alia opportuna remedia destitute compellantur.

XXXVIII. Ut archidiaconi juri canonico per triennium studuerint, vel studeant.

Cum tam de jure, quam de generali consuetudine, multarum ecclesiarum archidiaconi jurisdictionem habeant causas matrimoniales & plerumque alias audiendi, examinandi, atque decidendi: statuimus atque precipimus, quod nulli de cetero in regno Hungariæ & provincia Poloniæ, in archidiaconos assumantur, nisi in jure canonico taliter sint instructi atque periti, quod causas hujusmodi secundum jura & rationabiles consuetudines locorum, in quibus hujusmodi jurisdictionem obtinent, audire, examinare, at-

que decidere possint; vel alias in artibus sint aut in aliis scientiis taliter informati, quod in talibus, annuente Deo, verisimiliter proficere possint: & si tales in archidiaconos assumi contigerit, teneantur ad minus triennio in canonico jure studere, dimissis in ipsis archidiaconatibus talibus vicariis, qui honeste possint supplere vices eorum. Hanc autem * ad studium quantum ad constitutionem triennii, ad jam institutos archidiaconos extendi volumus & mandamus: nisi & instituti jam facti sint, & instituendi, post suas institutiones fiant absque vitio & culpa ipsorum adeo pauperes, debiles, vel infirmi, aut alias inhabiles ad studendum, quod studium incipere nequeant, vel perficere, aut terminare inceptum: quibus impedimentis cessantibus, teneantur incipere, & inceptum perficere studium, ut superius est expressum. Ad predicta quoque implenda archidiaconi supradicti a suis diocesanis, per amotionem & privationem perpetuam a suis archidiaconatibus, compellantur. Indulgemus autem archidiaconis supradictis, quod infra triennium, quo studio prefato vacabunt, archidiaconatum & aliorum beneficiorum suorum fructus & proventus cum ea integritate percipiant, cum qua ipsos perciperent, si indictis archidiaconatibus vel beneficiis personaliter morarentur, quotidianis distributionibus quæ in pane & vino singulis vel certis diebus exhibentur, dumtaxat exceptis: nisi in fraudem prefentis constitutionis, redditus, qui consueverunt in pecunia percipi, ordinarentur pro distributionibus panis & vini.

XXXIX. De causis matrimonialibus.

Prohibemus, ne causæ matrimoniales, nisi discretis & gravibus ac honestis committantur personis, & habentibus juris canonici peritiam vel causarum experientiam in talibus opportunam. Statuimus, ut iudex in causis matrimonialibus testes per seipsum, vel alium discretum & honestum jurisperitum, vel bonam experientiam causarum habentem, examinet.

XL. Quod irrita sine inhibitionibus, & alia, quibus impediuntur prelati, ne subditi culpas suas revelent superioribus.

Quia nonnulli prelati, seculares & regulares, subditis suis inhibent, ne ecclesiarum sive monasteriorum suorum

ANNO
CHRISTI
1179.

statum, personarum, & rerum eorum-
dem, superioribus suis, seu aliis, per
quos ad noticiam eorum perveniat, in-
sinuent, vel exponant, eisdem subdi-
tos sub juramenti interpositione, & aliis
vinculis astringentes, vel in ipsos, si
secus fecerint, excommunicationis sen-
tentiam proferentes; nonnulli etiam ex
eis, subditos ipsos, plerumque alios,
sibi obligant, ne de cetero dicant
sive deponant, denuncient aut faciant
aliquid contra eos, per quod malu-
m vel damnum aliquod incurrere
possint; ex quibus frequenter venit,
quod cum superiores, ecclesias & mo-
nasteria ipsa visitant, ipsorum mona-
steriorum se praelatorum, aut etiam
subditorum, statum scire non possunt:
propter quæ multa in eis tam in ca-
pite, quam in membris, quæ corre-
ctione & reformatione indigent, re-
manent incorrecta: nos contra hujus-
modi detestabiles & periculosas astu-
tias providere volentes, omnia super
his vincula interposita, obligationes
omnes super hoc initas, sententias,
& quæcumque alia hujusmodi occasio-
ne subsequuta, inita seu facta, vel quæ
in posterum ferri vel fieri contigerit,
penitus revocamus, relaxamus, atque
cassamus, ac cassa & irrita nunciamus:
decernentes subditos, & alios iupradi-
ctos, a prædictis obligationibus, sen-
tentiis, atque pœnis totaliter absolu-
tos, & ad eorum observationem ali-
quatenus non teneri.

*XXI. Ut suppellem non teneatur in ecclesiis,
nisi sacra.*

In concilio prohibetur, & nos pro-
hibemus inviolabiliter observari, ne su-
pellesta sacerdotis propria, seu alia,
in ecclesiis reponantur, aut etiam te-
neantur, nisi propter hostiles incursus,
aut incendia repentina, ad eas oport-
teat habere refugium: sic tamen, ut
necessitate cessante, extra ecclesiam
portentur.

*XXII. Ut presbyteri parochiales habeant
libros ecclesiasticos.*

Librum, qui dicitur manuale, ha-
beant singuli presbyteri parochiales,
ubi contineatur ordo baptismi, extre-
mæ unctionis, & hujusmodi; necnon
libros alios, in quibus possint tam diur-
num quam nocturnum officium cele-
brare.

Concil. General. Tom. XXIV.

*XLIII. Ut profana in cœmeteriis & eccle-
siis non peragantur.*

Præcipimus sacerdotibus, ut Divino
officio celebrato, & populo regresso ad
propria, ecclesias suas firmare debeant
diligenter. Prohibeant etiam sacerdo-
tes sub pœna excommunicationis cho-
reas in cœmeteriis vel in ecclesiis du-
ci: quia, ut ait Augustinus, melius
est festivis diebus fodere vel arare,
quam choreas ducere. Sub anathema-
tis interminatione prohibemus, ne quis
civiles causas in ecclesiis vel cœmete-
riis agitare præsumat. Nullus etiam
de novo ædificare in cœmeterio per-
mittatur: nec simus, vel immunditiæ
aliæ in cœmeteriis aduentur. Talia
facientes, quousque satisfecerint, ad
voluntatem rectoris, ab ingressu eccle-
siæ illius arceantur.

*XLIV. Ut vigilia in ecclesiis non fiant
a laicis.*

Præcipimus, quod ecclesiarum re-
ctores in suis ecclesiis vigiliis fieri a
laicis non permittant: cum ex hoc scan-
dala proveniant, & peccata: nisi for-
san in illis ecclesiis, in quibus ex de-
votione fidelium vigiliæ tales consue-
verunt fieri ab antiquo.

*XLV. Ut priventur stipendiis qui horis ca-
nonicis non inserunt.*

Ad dilatandum in Divinis officiis
ecclesiæ decus, præfenti constitutione
duximus statuendum, quod præpositi,
canonici, plebani, & alii ecclesiarum
rectores, & clerici universi, in præ-
posituris, canonicis, & plebanatibus,
rectoriis, & aliis ecclesiis, in quibus
beneficiati existunt, vel a quibus ec-
clesiastica recipiunt stipendia, residen-
tiam facientes, horis canonicis, ad mi-
nus matutinis, Missæ, vel vespers in-
terfint: cum eis ad hoc sint ecclesia-
stica beneficia deputata, ut de ipsis ho-
neste debeant vivere, ac Deo & di-
ctis ecclesiis in ipsis Divinis officiis
cum reverentia deservire. Quod si quis
eorum in prædictis pareat negligens
vel remissus, & per diaecesum, vel
capitulum, vel alium superiorem ad-
monitus non emendaverit; sed hujus-
modi negligentiam, ne dicamus con-
temptum, non videatur emendationi,
sed consuetudini potius deputare: quo-
tidianis distributionibus illius diei, quo
absque rationabili causa absuit a Di-
vinis in aliqua de tribus horis prædi-
ctis,

ANNO
CHRISTI
1179.

*f. apparat

T

tis,

ANNO
CHRISTI
1272.ANNO
CHRISTI
1270.

ctis, ipso sic facto privatus per diœ-
cesanum vel alium superiorem suum:
si huiusmodi negligentiam vel contemp-
tum non studuit emendare, officia
continuando prædicta, gravius punien-
dus. Et ut huiusmodi constitutio me-
lius obſervetur, deputentur aliqui a
singulis capitulis cathedralium, & col-
legiatarum ecclesiarum, qui absentias
& negligentias talium noteant & scri-
bant. Parochialium vero sacerdotum &
aliorum clericorum negligentiz & of-
fensæ in talibus & aliis, quæ a cura
& sollicitudine pendent eorum, per ar-
chidiaconos, præpositos, aut alios, &
demum per episcopos quibus subiunt,
corriganentur & salubriter emendentur.

*XLVI. De iis, ad quos sepeliendos exigitur
una marka argenti.*

Præſenti quoque constitutione decla-
ramus atque decernimus, quod consue-
tudo, secundum quam archidiaconi
Hungariæ, pro occisus gladio, sive fu-
ſte, vel alio armorum genere, seu ve-
neno, aut quocumque alio damnabili
& reprobato modo, consueverunt reci-
pere unam marcham argenti, ante-
quam sic occisi tradantur ecclesiasticæ
ſepulturæ, ad eos qui fulmine percuf-
ſi, fluminibus suffocati, exusti incen-
dio, arboribus oppreſſi, aut de equo ca-
dentes, vel aliis ſimilibus, sive fortui-
tis caſibus, diem clauserunt extremum,
seu interiisse noſcuntur, nullatenus ex-
tendantur; nec ab eorum hæredibus,
propinquis, sive amicis, marcha huius-
modi exigatur: sed sic defuncti, dum-
modo pœnitentes decesserint, vel in
morte pœnitentiæ signa apparuerint
manifesta, sicut alii Christiani ecclesiæ
ſepulturæ tradantur: archidiaconi vero
per suos ordinarios ab huiusmodi exa-
ctione indebita arceantur.

XLVII. Ut laici non teneant concubinas.

Prohibeant etiam sacerdotes, ne lai-
ci publice teneant concubinas; & qui
post admonitionem tenuerit, tam ip-
se, quam ipsa, ab ingressu ecclesiæ ar-
ceantur. Et si per hoc se non emen-
daverint, per suos diœcesanos fortius
compellantur.

*XLVIII. Ut meretrices nemo in domibus &
possessionibus suis habitare
permittat.*

Cum ex vicinitate turpium mulie-
rum, & maxime meretricum publica-
rum, quæ corpora sua pro vili pretio

vel mercede venalia indifferenter ex-
ponunt, multis plerumque peccandi
occasio ministretur, ut de multis aliis
ſpiritualibus & temporalibus, quæ læ-
pissime ex earum vicinitate damnabili
consueverunt contingere, periculis ta-
ceatur, religio Christiana ac multorum
bonorum honestas enormiter infame-
tur: statuimus, quod nulla persona ec-
clesiastica aut etiam sæcularis, univer-
ſitas, collegium, vel conventus, huius-
modi infames & abominandas perso-
nas in aliqua civitate, castro, vel vil-
la, in domibus seu possessionibus suis
habitare permittat, nec eis vel aliqui-
bus aliis ipsarum nomine, vel pro
ipsis, aut infamatis de lenociniis, fa-
vore, commercio, aut conversatione,
sive protectione talium mulierum, do-
mos ipsas, vel possessionem suam eis
concedere, locare, vendere, vel dona-
re quocumque modo vel fraude præ-
sumat. Quod si quisquam contra hu-
iusmodi constitutionem venire præſum-
pserit, tamdiu per ordinarios locorum
& præſbyteros parochiarum, in quibus
violatores constitutionis huius degue-
rint, ab ecclesiæ arceantur ingressu, &
a perceptione sacramentorum habeantur
suspendi, donec ipsis turpibus per-
sonis de dictis domibus & possessionibus
prorsus eiectionis, & præſtita ſufficienti
cautione, quod ulterius in talibus non
excedent; & ad mandatum ordina-
riorum, sive superiorum, vel præſby-
terorum parochialium suorum tantum
de bonis suis in pios usus expendant,
quantum pro huiusmodi locatione,
venditione, seu concessione percepe-
rint, aut percepturi fuerint occasio-
ne prædicta. Personæ autem eccle-
siasticæ, si in prædictis exceſſerint,
præter prædictas pœnas per ordinarios
sive superiores suos gravius puniantur.
Hanc autem constitutionem ad publi-
cos adulteros, & incestuosos, & ad pu-
blicas adulteras, & incestuosas, quos
& quas excommunicationis ſententiæ de-
cernimus ſubjacere, extendi volumus &
mandamus.

*EXLIX. Ut bona decedentium clericorum a
laicis non occupentur.*

Statuimus, quod ad bona deceden-
tium episcoporum seu episcopatum,
& aliorum inferiorum prælatorum, sæ-
cularium seu religiosorum, monasterio-
rum, vel aliarum ecclesiarum vacan-
tium, nullus laicus, quantumque &
cujuscumque ſit altitudinis, existen-
tiæ, conditionis, vel status, manus
suas

ANNO
CHRISTI
1179.ANNO
CHRISTI
1179.

suas extendi faciat vel permittat, bona hujusmodi auferendo, aut etiam occupando, occasione juris patronatus, vel alio quocumque pretextu. Quod si quis laicorum contra constitutionem hujusmodi venire presumpserit: ingressum ecclesiarum, & perceptionem seu participationem sacramentorum usque ad satisfactionem omnium occupatorum, subtractorum, ac etiam ablatorum, sibi noverit interdici: salvis aliis predictis, & in aliis constitutionibus nostris expressis.

L. Ut alienare bona ecclesiastica non liceat.

Statuimus, quod nulla persona ecclesiastica aut etiam secularis, cujuscumque sit existentiae, ordinis, dignitatis, vel status, vel sub pretextu juris patronatus, quod se habere dicat, contendat vel asserat, aut in veritate habeat, in aliquibus monasteriis vel ecclesiis nostrae legationis, seu alio quocumque pretextu vel modo, monasteria vel ecclesias predictas, in quibus jura hujusmodi se habere contendunt, aut aliquid de bonis vel juribus, ad ipsas ecclesias vel monasteria spectantibus, per se vel alios occupare, vendere, donare, permutare, locare, aut alio modo quocumque alienare, seu bona ipsa aut fructus aliquos in perpetuum vel ad tempus, aut alias in feudum sive in pignus dare, concedere, vel recipere, aut aliquid aliud circa dispositionem & ordinationem ecclesiarum & monasteriorum predictorum, seu bonorum, mobilium vel immobilium, aut se moventium, jurium eorumdem propria auctoritate attentare presumant: veris patronis ecclesiarum & monasteriorum legationis praesentat, in quibus ecclesiis & monasteriis jus obtinent patronatus jure competentis, occasione hujusmodi patronatus, servato in tantum, in quantum in hac parte patronis ecclesiarum canonica instituta concedunt. Transgressores autem constitutionis hujus, postquam a dioecetano & aliis superioribus illarum ecclesiarum, in quibus predicta, vel predictorum aliqui attentaverint, per caritatem admoniti fuerint, nisi infra terminum ab ipsis dioecetanis, vel per alios distarum ecclesiarum superiores statuendum eidem, ab ipsarum ecclesiarum, vel monasteriorum, seu bonorum, ac jurium eorumdem super predictis molestatione & perturbatione destiterint, & ad ipsorum dioecetanorum seu aliorum superiorum arbitrium satisfecerint de damnis & in-

Concil. General. Tom. XXIV.

A juriis irrogatis, occasione predicta, monasteriis & ecclesiis praesentatis; extunc se sciunt excommunicationis sententiae subjacere: aqua, juxta tamen formam ecclesiarum, per dioecetanum, satisfactione praemissa & sufficienti cautione quod ulterius in talibus vel similibus non excedant, possint absolvi * praefatos.

Locus mendosus in ipso MS.

L. De jure patronatus.

Præsenti quoque declaramus statuto atque praecipimus, quod quaecumque persona secularis, cujuscumque sit existentiae, dignitatis, aut status, quantumcumque liberaliter & absolute concedat, donec * tradat, seu tradidisse intenderit vel intendat, voluerit vel velit, monasteria seu ecclesias, in quibus jus tantum obtinent patronatus, monasteriis vel aliis ecclesiis secularibus: illud faciat & facere debeat de illorum dioecetanorum seu praelatorum licentia seu assensu, in quorum dioecesi vel jurisdictione ecclesiarum vel monasteria ipsa consistunt. Et tam predictas, quam aliae personae, regulares aut seculares, cujuscumque ordinis, dignitatis, religionis, vel status quantumcumque liberaliter & absolute concesserint, donaverint, vel tradiderint, aut concedant, donent, vel tradant, seu concessisse, donasse, tradidisse, intenderit vel intendat, ecclesias, in quibus jus tantum obtinent patronatus, locis vel personis praedictis, nihil aliud intelligatur seu praesumatur conferre aut etiam contulisse, nec personae, aut loca praedicta aliud ex collatione hujusmodi recipere vel acquirere, quam in eisdem ecclesiis seu monasteriis conferentibus competens patronatus: statuentes & expressius prohibentes, ne aliquae personae ecclesiasticae, aut etiam seculares, quibus de monasteriis, vel ecclesiis hujusmodi sunt donationes, concessiones, vel collationes factae, vel in posterum fient, aliquid, nisi quantum patronis canonica jura concedunt, exigere, vel extorquere, aut capere motu proprio, vel accipere de bonis mobilibus, vel immobilibus, aut se moventibus, vel de juribus monasteriorum, aut ecclesiarum ipsarum; nec in eis statuere aliquas praelaturas, seu etiam rectorias, nec removere sive suppressere, vel etiam revocare statuta, nec de ipsis monasteriis, vel ecclesiis, aut temporalibus, seu spiritualibus, vel juribus eorumdem, nisi quantum ad defensionem pertineat, ad quam patroni tenentur, disponere; aut etiam se in-

* Corr. de-
bet.

ANNO
CHRISTI
1179.

mitttere, vel aliquos in ipſis monaſteriis aut eccleſiis inſtituere, vel deſtituere, hujusmodi juris patronatus prætextu, quocumque invento colore, præſumant. Decernimus autem irritum & inane quidquid a præſatis perſonis circa monaſteria & eccleſias, & alia omnia & ſingula ſupradicta, contra tenorem præſentis conſtitutionis temere contingeret attentari. Per hanc autem declarationem & conſtitutionem, nullum veris patronis ſuper his, quæ ſibi competunt, id eſt, juris patronatus, præjudicium generetur. Si qui vero, quacumque præſumptione contra conſtitutionem hujusmodi venientes, monaſteria vel eccleſias in prædictis vel prædictorum aliquo moleſtare, ſeu perturbare *, aut de ipſis monaſteriis vel eccleſiis, ſeu bonis, & juribus eorum, ſe intromiſerint quoquo modo ingreſſu eccleſiæ & perceptione ſacramentorum eccleſiaſticorum ſe noverint interdicitos, donec ſatisfactione præmiſſa, a perturbatione, & moleſtatione, & aliis ſupradictis deſtiterint, & per diœceſanum illarum eccleſiarum ſeu monaſteriorum, quæ hujusmodi occasione læſerant, ad eccleſiæ ingreſſum & ſacramentorum perceptionem fuerint reſtituti * eccleſiaſtica miniſtraverint ſacramenta, per ſex menſes a collatione ſacramentorum noverint ſe ſuſpenſos.

* add. præſumptionem.

f. qui autem in eccleſiis miniſtraverint.

LII. Adverſus bonorum eccleſiaſticorum inuafores.

Cum multorum aſſertione didicerimus, peſtem quamdam in regno Hungariz, & aliis terris noſtræ legationis, contra clerum & eccleſiaſticam libertatem invaluiſſe jamdudum, videlicet, quod laici eccleſias, monaſteria, earumque poſſeſſiones & jura, juris patronatus, ſeu alio quocumque prætextu, non abſque damnabili & manifeſta ſacrilegii nota, quaſi indifferenter occuparunt hætenus, & quotidie occupant, & damnabiliter detinent occupata, quarum aliquæ ſunt deputatæ habitationi & uſibus laicorum, aliz vero uſibus jumentorum & aliorum animalium, altaribus & aliis ad cultum Divinum ibi ſtatutis pia devotione fidelium & auctoritate pontificum, deſtructis & totaliter deformatis: nos contra hujusmodi peſtem, quam pati nullo modo poſſumus nec debemus, omnino intendentes de ſalubri remedio providere: omnes & ſingulos eccleſiarum & monaſteriorum bonorum ac hujusmodi detentores, ex parte Dei

omnipotentis, & ſub obreſtatione Divini judicii, admonemus, quatenus eccleſias, monaſteria, earumque poſſeſſiones, & jura, quæ taliter occupant ſeu detinent occupata in regno & terris prædictis, diœceſanis episcopis, vel aliis ordinariis, aut aliis eccleſiaſticis perſonis, ad quas prædicta ſpectare noſcuntur, infra ſex menſes a die publicationis præſentis conſtitutionis, computandos, cum fructibus exinde perceptis reddere & reſtituere non poſtponant. Alioquin præſatos detentores, quos excommunicationis ſententiæ decernimus ſubjacere, ad requiſitionem illorum ordinariorum, in quorum diœceſi, vel jurisdictione, aut eccleſiis, vel earum bonis, & juribus, prædicta ſunt commiſſa, vel de cetero committentur, ab omnibus præſatis regni Hungariz, quantum ad Hungaros, & ab illis de Polonia, quantum ad Polonos, uſque ad reſtitutionem & ſatisfactionem condignam excommunicatos publice præcipimus nunciari, pulſatis campanis & candelis accenſis, diebus Dominicis & feſtibus; contra quos ſi opus fuerit, invocetur auxilium brachii ſæcularis.

ANNO
CHRISTI
1179.

LIII. De iſdem.

Cum eccleſiæ & monaſteria, ſecundum traditiones evangelicas, apoſtolicas, atque canonicas, ſint & eſſe debeant domus orationum, non speluncæ latronum, vel munimenta prædonum: dolentes referimus, quod quidam, & non pauci, in regno Hungariz, & terris noſtræ legationi ſubjectis, multa monaſteria multaque eccleſiaſticas poſſeſſiones, & jura ad ipſas ſpectantia occupaviſſe, pleraque ex eis incaſtellaſſe dicuntur, & cum * ipſis & eccleſiis, & monaſteriis, ad laudem Dei continua debeantur eccleſiaſtica officia celebrari, & pro animabus, tam deſunctorum quam vivorum devote preces & orationes deferri, in ipſis tyranni raptores habitant & prædones, rapinæ ſpoliaque reconducunt & prædæ; & quod valde horrendum eſt, loca ipſa Deo dedicata & ſanctificata, frequenter humano ſanguine & ſemine polluuntur. Cum autem ea, quæ ſunt juris Divini, nullo modo debeant ad humanos uſus converti, maxime tam deteſtabiles & profanos: nos nulla ratione volentes tantam iniquitatem & perverſitatem conniventibus oculis pertranſire, omnes & ſingulos cujuſcumque exiſtentiz, nobilitatis, ſtatus, aut conditionis, qui eccleſias, monaſte-

* add. in

ANNO
CHRISTI
1179.

steria, aut bona vel jura ipsorum, occupare, in castellare, vel violenter invadere præsumperunt, aut invasa seu occupata detinent, aut de cetero invadere seu etiam in castellare & occupare propria temeritate præsumperint (nisi infra terminum seu terminos omnibus communiter & singulis singulariter ab illis prælatis, in quorum diocesi & jurisdictione, ecclesiarum, monasteria, bona, & jura consistunt præfata, peremptorie statuendos, monasteria, ecclesias, possessiones & jura illis personis ecclesiasticis, ad quos pertinent (supradicta, libere & absque difficultate reddiderint & restituerint, & de fructibus, proventus, atque damnis, ad mandatum prælatorum ipsorum satisfecerint competenter, caverintque sub certis penis, quod ulterius in talibus non excedent) anathematis vinculo decernimus & volumus esse ligatos: a quo absolvi non possint, nisi prædicta restituerint, & ad mandatum ipsorum prælatorum plene satisfecerint, ut superius est expressum.

LIV. *Us justitia per gratiam aut corruptelam non fiat.*

Statuimus, quod nullus iudex ordinarius, vel etiam delegatus, faciat, vel etiam se facturum promittat, justitiam alicui per gratiam, seu receptam pecuniam vel promissam, aut per alias sordes, prætextu alicujus odii, temporalis emolumenti, favoris, seu lucri: & qui contra fecerit, per annum officium judicandi sibi noverit interdictum: ad eliminationem litis parti, quam læserit, nihilo minus condemnandus, prout in constitutione felicis recordationis D. Innocentii Papæ IV. de re judicata, edita in concilio Lugdunensi, cavetur.

LV. *Us excommunicati, ab agendo, patrocinando, testificando, repellantur.*

Statuimus, quod iudices ordinarii, aut etiam delegati, omnes illos, quos per denunciationem, vel alio legitimo modo, excommunicatos sciverint esse ab homine vel a jure, ab agendo, patrocinando, vel testificando, in suo foro vel curiis, aut judiciis, ex officio suo repellant. Iudices autem, qui exceptionem excommunicationis contra agentes, advocantes, vel testificantes objectam, non admiserint, sed ea non obstante tales admiserint ad prædicta, per mensem unum judicandi officium sibi noverint interdictum: & processus

acum talibus excommunicatis habitus, sit irritus ipso facto, nec per processum hujusmodi iudicium excipienti excommunicationem, sive ipsam, exceptionem habuerint, sive non, ex quo per eum composita fuit hujusmodi exceptio & non fuit admissa, aliquod præjudicium generetur.

LVI. *Us exceptio rei judicata admittatur.*

Statuimus, quod iudices sæculares exceptionem rei judicæ per ecclesiasticum iudicem, de qua quidem re cognitio ad ipsum ecclesiasticum iudicem de consuetudine vel de jure pertinet, & viam ipsi propositam admittere non omittant. Item e contra ecclesiastici iudices, cum de re judicata per sæcularem iudicem, de his quæ ad ejus jurisdictionem spectare noscuntur, ex eis coram eis exceptionem hujusmodi, prout de jure tenentur, admittant. Quod si dicti iudices exceptiones hujusmodi forte admittere recusarent, per ordinarios, de quorum jurisdictione fuerint bona, de quibus, vel personæ, contra quas, fuerit iudicatum, ad recipiendam & ad admittendam exceptionem hujusmodi per opportuna remedia compellantur: cum quos Dei timor de malo non revocat, pœna coercere debeat temporalis.

LVII. *Us iudices sæculares compellant ad officium eos qui sunt rebelles iudicibus ecclesiasticis; & vicissim ecclesiastici eos qui non obediunt laicis.*

Statuimus, quod universi & singuli nostræ legationis, cujuscumque sint existentiæ, dignitatis, aut status, temporalem jurisdictionem habentes, ad requisitionem prælatorum seu iudicum ecclesiasticorum, contra rebelles & inobedientes eis, vel eorum sententias contemnentes, seu non parentes alias rei judicæ ab eis, de his & super his, quæ principaliter vel incidenter, de consuetudine vel de jure, ad forum, jurisdictionem, seu cognitionem ipsorum spectare noscuntur, reverenter brachium suæ jurisdictionis impendant; rebelles & inobedientes, atque non parentes hujusmodi, ac excommunicatos quosque ab ipsis prælatis, seu ecclesiasticis iudicibus, seu alias ab homine vel a jure, redire ad ecclesiæ unitatem, ac satisfacere pro causis, pro quibus excommunicationes hujusmodi incurrerunt, per occupationem bonorum, quæ sub sua jurisdictione sunt, & alia opportuna remedia, compellant.

ANNO
CHRISTI
1179.Corr. Jer.
dicum.

ANNO
CHRISTI
1179.ANNO
CHRISTI
1179.

pellendo: ad quod præfati iudices per
A censuram ecclesiasticam compellantur.
Ipsi vero prælati & ecclesiastici iudices
versa vice, laicorum iudicum sua ju-
risdictione, in his & super his, quæ
canonicis non obviat institutis, quoad
vivent, & contra inobedientes, & re-
belles illorum, ac ipsorum secularium
iudicum iustis sententiis non parentes,
gladium suæ potestatis & auctoritatis,
ecclesiasticam scilicet censuram, impendunt,
cum ab ipsis secularibus iudicibus
super hoc fuerint requisiti.

*LVIII. De potestatibus secularibus, quæ pro-
hibent appellantes sedem apostolicam.*

Statuimus, quod omnes causæ ad
forum ecclesiasticum pertinentes, co-
ram ordinariis vel ecclesiasticis iudici-
bus, juxta sacras & legitimas sanctio-
nes, agitari, tractari, vel ventilari de-
beant, & per eos libere & absque im-
pedimento ullo vel obstaculo termina-
ri: Et si quando super hujusmodi cau-
sis apostolicam sedem ac alios superio-
res, ad quos appellare jura permittunt,
C appellari contigerit: tam appellantes,
quam appellati, ad præfatam sedem,
seu ad superiores prædictos accedere,
super appellationum persecutionibus,
libere & absque inhibitione aliqua per-
mittantur. Si vero rex, seu regina,
vel quicumque alii de regno prædicto,
postquam coram ipsis de hoc protesta-
tionem fuerit vel exceptum, contra con-
stitutionem hujusmodi venerint, de cau-
sis hujusmodi cognoscendo, vel appel-
lantes ad sedem apostolicam seu superio-
res præfatorum, a prosecutione ap-
pellationum ipsarum quomodolibet pro-
hibendo, seu alias contra constitutionem
hujusmodi exercendo, ab hujus-
modi prohibitione, impedimento, seu
cognitione omnino non destiterint: re-
gi seu reginæ præfatis in prædictis ex-
cedentibus, tamdiu ecclesiæ sit inter-
dictus ingressus, quousque omnem pro-
cessum per eos habitum, in causis præ-
dictis (quem casum & irritum non-
ciamus) omnesque prohibitiones &
gravamina revocaverint cum effectu.
Alii vero duces, barones, & alii infe-
riores iudices, contra constitutionem
excedentes præsentem, nisi infra tri-
dium postquam coram eis ut supra de-
nunciatum, protestatum fuerit, vel ex-
ceptum, prohibitiones, impedimenta,
gravamina, ac processus super hujus-
modi revocaverint cum effectu, ac
procedendo in causis hujusmodi desti-
terint: Ipso facto excommunicationis
sententiæ se noverint subiacere, a quo,

congrua satisfactione præmissa, ab epi-
scopis, in quorum diocesi personæ vel
res, super quibus vel contra quos pro-
cesserint, juxta formam ecclesiæ possint
absolvi.

LIX. De immunitate ecclesiasticorum.

Cum regum, principum, baronum,
& aliorum catholicorum fidelium, pro-
prium & peculiare ab antiquo fuisse
noscat, ecclesias, monasteria, loca-
que sacra Deo ædificare; destructas ve-
ro, sive concitas, aut in se sive in
ministria, vel in facultatibus, juribus,
privilegiis, vel immunitatibus suis di-
minuta sive oppressa relevare, reficere,
defendere, ac etiam restaurare, prout
per factevidentiam, videlicet per ædi-
ficationem, refectionem, & reparatio-
nem ecclesiarum & monasteriorum
multis & latis possessionibus, ædificiis,
juribus, privilegiis, prærogativis & im-
munitatibus dotatorum, antiquitas ip-
sa omni digna veneratione & imitatio-
ne testatur: multum profecto ab anti-
quorum & majorum suorum videntur
vestigio deviare, qui ecclesias ipsas,
vel earum bona, seu jura destruunt,
scindunt, occupant, vel invadunt, seu
carum privilegia & immunitates im-
minuunt, & infringunt, aut qui tali-
bus tacite vel expresse consentiunt,
seu qui talia in his similia contra
Deum ejusque ecclesiam atque mini-
stros impie committentes, per assum-
ptæ potestatis vel jurisdictionis officium
non compescunt, & ab ipsis desistere
per remedia opportuna non cogunt.
D Declaramus igitur atque decernimus,
ecclesias, & ecclesiasticas personas ab
omnibus angariis & parangariis, ex-
actionibus & collectis, & aliis superin-
ductionibus, oneribus, & muneribus
sordidis laicorum, necnon a præstatio-
nibus tributorum, pedagogiorum, seu ve-
tigalium pro ecclesiasticis personis,
electionibus, & rebus ipsorum, qui
non causa mercimonii sive negotiatio-
nis, sed pro suis & ecclesiarum sua-
rum necessitatibus per terram sive per
aquam ducunt seu transeunt, omnino
E immunes & exemptas esse juxta cano-
nicas & legitimas sanctiones, nec per
aliquos, cuiuscumque auctoritatis, juris-
dictionis, seu etiam potestatis, ad ta-
lium præstationem posse vel debere
compelli.

LX. De eadem.

Et quia in regno Hungariæ, & aliis
terris nostræ legationis, ecclesiæ & ec-
cle-

* Corr. talia
vel his si-
mil.

ANNO
CHRISTI
1179.ANNO
CHRISTI
1179.

clericali personæ a multis, & in multis, & variis, super prædictis & aliis similibus, indebite & contra iustitiam aggravantur in periculum animarum illorum, qui talia agunt, & ecclesiarum ac personarum ecclesiasticarum non modicum detrimentum, & derogationem ecclesiasticæ libertatis: nos autem animarum salutem, & ecclesiarum ac personarum ecclesiasticarum immunitati super hoc providere volentes, districtius prohibemus, ne de cetero ecclesiis & ecclesiasticis personis talia imponantur, aut exigantur, seu extorqueantur ab eis, vel ipsæ ecclesie aut personæ super talibus præstationibus quomodolibet molestantur. Quod si contra prohibitionem huiusmodi, quisquam ab ecclesiis vel personis prædictis aliquid occasione prædicta extorquere præsumpserit vel auferre, seu super prædictis, vel eorum aliquo, ecclesias vel personas aggravare prædictas: nisi intra triduum omnia restituerit, quæ ab huiusmodi personis occasione prædicta extorsit, ingressum ecclesie & perceptionem sacramentorum sibi noverit interdictos: quod interdictum, satisfactione præmissa, per diæcesanum valeat revocari.

LXI. Ut omnes regulares eodem vestuario induantur.

Et quia inhonestum exitit, quod canonici regulares, vel monachi, diversis vestibus vestiantur, cum ex hoc proveniat invidia, murmur, & scandalum inter ipsos: statuimus, quod omnes in eodem monasterio, vel regulari canonica, & sub eadem professione morantes, indifferenter uno & eodem vestuario induantur: prohibentes expresse, ne quis eorum vestes aliquas alicujus coloris, nisi tantummodo albi, vel nigri, seu grisei habere præsumat, in quibus brunetam nigram, gazzatum, & alium quemcumque pannum notabiliter delicatum, interdiximus universis. Vestes non habeant brevitate vel longitudine deformatas. Qui vero in prædictis excesserit, per suos diæcesanos, vel superiores alios, castigentur salva distinctione ac discretionem diversorum ordinum, servata inter monachos, sive canonicos, & conversos.

LXII. De vestibus regularium.

Quia, sicut audivimus, quidam monachi & canonici regulares, sicut laici & clerici seculares consueverunt incedere in animarum suarum periculum

& scandalum plurimorum: præcipimus, ut canonici regulares sine superpelliceis vel tunicis lineis, seu cappis clausis; monachi vero, sine cappis, aut cucullis, seu scapularibus, extra domos suas de cetero non incedant, nec etiam intra domum. Si vero contra facere præsumpserint: administrationem habens, eam ipso facto amittat; & monachus, sive canonicus regularis, per abbatem, priorem, vel præpositum puniatur: & si negligens fuerit, per episcopum suppleatur.

LXIII. De abstinentia regularium.

Statuimus, ut a die quatuor Coronatorum usque ad diem natalis Domini, a sanguine & carnibus omnes monachi, cujuscumque ordinis (præterquam infirmi, debiles, & delicati, cum quibus abbates discretionem prævia poterunt dispensare) abstineant, omnibus diebus, exceptis Dominicis, jejunantes. Poterit tamen abbas ex causa cum aliquibus, ut aliquando bis comedant, dispensare: nec comedant tertiis die nisi pueri, infirmi, vel qui in refectorio leget: nec comedant extra domos suas in parochiis suis, nisi quando procuratio ab aliquibus debetur eisdem. A septuagesima usque ad pascha quantum ad esum carniū & esum sanguinis, idem præcipimus firmiter observari: canonicos autem regulares suam regulam regulariter præcipimus observare. Præcipimus etiam, quod nullus canonicus regularis diebus Lunæ & Mercurii carnes in refectorio comedat, nisi festum novem fuerit lectionum. Silentium autem in claustris, refectorio, & dormitorio, firmiter præcipimus observari horis debitis & statutis, in loco, ubi ad minus tres monachi aut regulares canonici commorantur: ita scilicet, quod aliquis loqui non audeat, nisi voce adeo submissa, quod tertius ab ipso audire non possit.

LXIV. Ut regulares monasterio non exeat sine licentia.

Quoniam, sicut audivimus, quidam monachi & canonici regulares aliquorum monasteriorum, consueverunt extra septa sui monasterii, tam patenter quam latenter, tam turpiter quam damnabiliter, per terram sæpius evagari: statuimus, ut nullus, excepto capellano, & illis quibus ex necessitate administratio competit, septa monasterii sui exire audeat, nisi prius ab abbate vel priore, seu præposito; & si ab.

ANNO
CHRISTI
1179.

abbas vel prior, seu præpositus præsen-
tes non fuerint, ab eorum vicariis vel
aliis potestatem habentibus, eis specia-
liter licentia sit concessa: quibus ab-
bas, seu prior, vel præpositus, vel eo-
rum vicarii, sine causa necessaria vel
rationabili, excundi licentiam non con-
cedant. Nec etiam obtenta licentia si-
ne locio quis pedes exire præsumat. Si
vero abbates, priores, præpositi, vel
alii regulares prælati, seu eorum vi-
carii, in aliquo præmissorum negligen-
tes inventi fuerint vel remissi: suspen-
sionis vel majoris vindictæ sententia a
diœcesanis suis se noverint puniendos.

*LXV. Ut regulares non recipiant ecclesias
ad firmam.*

Prohibemus ne monachi vel canoni-
ci regulares, ecclesias ad firmam reci-
piant, vel conducant, aut sine licentia
diœcesanorum episcoporum, vel alio-
rum ordinariorum, parochialium eccle-
siarum capellani existant: sed ad sua
monasteria redeant, donec redierint,
non celebraturi.

*LXVI. Ut religiosi non venient, non de-
serviant ultra octo dies in parochiali-
bus ecclesiis secularium, &c.*

Si quis religiosus inventus fuerit
cum canibus & avibus venatoris: cui-
cumque occupanti conceduntur a no-
bis. Nullus regularis cujuscumque or-
dinis, continue deservire audeat in
parochialibus ecclesiis secularium ultra
octo dies, sine illius parochialis ecclesie
ordinarii licentia speciali. Qui vero
tales scienter ultra octo dies loca ca-
pellanorum, ad celebrandum, vel ad
ecclesiastica sacramenta ministrandum,
tenuerint vel sustinuerint, sint ipso fa-
cto ab ordinum executione suspensi:
quæ suspensio per diœcesanos imposta
eis sub hujusmodi excessu seu transgres-
sione, pœnitentia competenti, ac injun-
cto sibi quod in talibus ulterius non
excedant, valeat relaxari. Excommu-
nicentur, monitione præmissa, omnes
monachi & religiosi, qui relictis clau-
stris suis absque prælatorum suorum li-
centia ad scholas ire, vel aliud quam
grammaticam, theologiam, aut logi-
cam, in scholis audire præsumant.

*LXVII. De vitandis excommunicatis, &
servando interdicto, monime a prælatiis.*

Quia, sicut audivimus, & in parte
vidimus in regno Hungariæ & aliis ter-
ris nostræ legationis, ecclesiasticæ perso-

narum, tam seculares quam regulares, &
plerumque, quod gravius est, prælati,
excommunicationum, suspensionum, &
interdictorum sententias in singulares
personas, collegia, universitates, ac ter-
ras, villas, vel loca a suis iudicibus,
vel a jure, sive a canone promulgatas,
usque ad hæc tempora, in grave ani-
marum periculum, & illorum, ad quo-
rum instantiam, vel pro quibus hu-
jusmodi sententiæ latæ fuerint, non
modicum, immo plerumque maximum
detrimentum; necnon in gravissimum
auctoritatis & potestatis ecclesiasticæ
censuræ contemptum, & derogationem
ecclesiasticæ libertatis, prout tenentur
& debent, hæctenus minime servave-
runt, nec fecerunt ab aliis observari,
juxta mandatum Apostoli & statuta
canonica excommunicatos hujusmodi
non vitando; sed in salutatione, oscu-
lo, mensa, Divinis officiis, ac aliis ab
apostolo & sacris canonibus prohibitis,
damnabiliter communicantes cum eis-
dem laicis idiotis, atque simplicibus,
quos ad hujusmodi sententiæ obser-
vandas persuasionibus, monitis, &
exemplis inducere, & per censuram
ecclesiasticam gravius compellere de-
buisset, suis prævis & perniciosis
exemplis viam, immo invium & la-
queos damnabiles ad contemptum li-
bertatis & censuræ ecclesiasticæ para-
verunt; quia, ut scriptum est, quod
fit a prælatiis, trahitur a subditis fa-
cile in exemplum; sicque peccatis exi-
gentibus, ex talium abusu, negligenti-
a, & contemptu, ac plurimorum ma-
litiis, accidit quod pauci inveniuntur
in regno & terris prædictis, qui ec-
clesiasticam censuram reverentur &
timeant, cum videant defensores ip-
sius censuræ prælatos, & alias interio-
ris gradus ecclesiasticas personas, pa-
stres, patres, & medicos animarum
suarum, hujusmodi sententiæ, per ip-
sos potius Divina quam humana au-
thoritate prolatas, quarum ad ipsas
specialiter spectat tuitio, notabiliter &
damnabiliter non servare: quia, ut
Sapiens ait, nec sic inflectere animos
dicta possunt ut vita regentis. Prop-
ter quæ, censura & libertate hujus-
modi vilipensis, jam indifferenter &
impune in regno & terris prædi-
ctis captivantur, verberantur, mutilan-
tur, ac etiam occiduntur clerici:
& quod severius est, prælati bonis ac
juribus suis, tam mundanis quam ec-
clesiasticis, spoliantur; ecclesie, mo-
nasteria, & bona ac jura ipsorum ab
ipsis laicis occupantur, invaduntur,
& damnabiliter detinentur, profanan-
tur

ANNO
CHRISTI
1179.

ANNO
CHRISTI
1179.ANNO
CHRISTI
1179.

tur horribiliter, aliaque ruinis & incendiis destruuntur; earumque ac ceteriorum immunitas intringitur, ac etiam violatur, ac libertate ecclesiastica quali totaliter conculcata, in omnibus fere dissolvitur quotidie nervus ecclesiasticæ disciplinæ. Nos autem, omnibus prælatis, tam regularibus quam secularibus, & universis clericis, in sancta synodo congregatis, cum instantia petentibus, contra mala & pericula supradicta per nostram constitutionem de opportunis remediis provideri: præsentem constitutionem præcipimus, quod omnes & singuli prælati & clerici universi, etiam exempti, cuiuscumque dignitatis, ordinis, vel religionis existant, excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententia ab eisdem regni prælatis nostræ legationis, & aliis ordinariam vel delegatam jurisdictionem habentibus, vel a jure seu a canone, in quascumque personas vel loca prolatas, postquam ei per denunciationem illorum prælatorum, vel iudicum, vel quocumque modo, de talibus sententiis constiterit, C inviolabiliter observent: ipsasque ad requisitionem dictorum prælatorum & iudicum denuncient, & a sibi subditis denunciari faciant, & inviolabiliter observari, se suosque subditos subtrahendo: alioque a communione talium excommunicatorum in salutatione, osculo, cibo, & potu, ac Divinis officiis, necnon a celebratione Divinorum in interdictis locis, vel ecclesiis, quantum in eis fuerit, revocando & expressius prohibendo. Si qui vero propriæ salutis immemores, & huiusmodi sanctæ constitutionis, necnon libertatis ac censuræ ecclesiasticæ contemptores, tales excommunicatos denunciare, ac in prædictis & aliis, in quibus excommunicati sunt de jure vitandi, vitare, & sibi subditis denunciari ac vitari facere diabolica fraude contempserint, vel in ecclesiis sive in locis interdicitis celebrare Divina, quacumque temeritate præsumpserint: si singulares sive privatæ personæ fuerint, excommunicationis; si collegium vel universitas ecclesiastica, secularis aut regularis fuerit, eorum ecclesiis sive monasteria ipso facto ecclesiastico subiacent interdicto: a quibus sententiis, post congruam satisfactionem exhibitam illis prælatis sive iudicibus, qui huiusmodi sententias protulerint, & illis pro quibus, sive in quorum favorem præfata fuerint sententiæ latæ, ab ipsis prælatis & iudicibus, qui sententias protulere prædictas, vel ab aliis

Cæcil. General. Tom. XXIV.

Asuperioribus, ad quos talium absolutio & relaxatio spectat de jure, juxta formam ecclesiæ, abolitionis & relaxationis interdicti beneficium valeant obtinere. Quod autem de denunciandis excommunicatis supra diximus, intelligimus de Polonis, quantum ad Polonos: & de Hungaris & incolis terræ regi Hungariæ subiectæ, quantum ad Hungaros & ipsos incolas.

LXVIII. Ut vinearum & agrorum depopulatores excommunicentur.

Nonnullos execrabiles peccatores, qui solent justis hominum laboribus, ex quibus fragilitas humana reficitur, nonnumquam etiam sanctis viris, in agone hujus sæculi certantibus, opportunis, perveritate quadam diabolica invidere, videlicet vinearum & agrorum dissipatores, depopulatores, seu destructores, nocturnos & diurnos, publicos & occultos, excommunicatione sententia innotamus: a qua, postquam satisfecerint damnum passis, & de publicis idoneam præstiterint cautionem, quod similia de cetero non committent, valeant a suis diocesanis episcopis, juxta formam ecclesiæ consuetam, abolitionis beneficium obtinere.

LXIX. Adversus honorum & jurium ecclesiasticorum invasores.

Cum universalem ecclesiam, quam sibi Redemptor noster suo sanguine copulavit, cui Romana ecclesia adeo specialis & singularis præminentia privilegii est prælata, quod mater sit omnium & magistra; ipsiusque prælati, sacerdotes, & clerici, sint patres, pastores, & iudices animarum religionis Christianæ, super reges & reginas Divinitus exaltati: dictosque prælatos sacros & ministros, quibus potestas ligandi atque solvendi animas a Domino est concessa, reges ipsi & principes, ac fideles populi Christiani honorare atque revereri pro animarum teneantur salute: multum profecto præsumere ac enormiter excedere sunt censendi, si maxime qui gloriantur nomine Christiano, cum ecclesiis & personis ecclesiasticis quibus de bonis sibi a Deo datis erogare, easque suis favorabilibus privilegiis & immunitatibus præmunire, atque ab injuriis, damnis, seu violentiis, suæ potestatis brachio defendere teneantur, per statuta, edicta, conjurationes, confederationes, conspirationes, colligationes,

ANNO
CHRISTI
1179.

machinationes, tacitas vel expressas, A vel alia varia diversorum gravaminum genera, perturbant, inquietant, opprimunt vel molestant, seu ecclesias ipsas, aut bona ipsarum vel ecclesiasticarum personarum, vel jura ipsarum occupando, invadendo, vel de facto indebite auferendo, aut in ip-
sas....

G. C. Hic desinit acta concilii, tum in Vaticano, tum in Vallicellano MS. ut admoet qui ea edidit Ray-

naldus. Cujus rei causam hanc adfert, quod Hungaria rex Ladislaus Luborna us ab impiis, synodum armorum terrore disturbaverit, Budemburgue dederit imperia, ut patres urbe pelierent, nec conatus suppeditarent necessarios. Quam culpam ut expiaret Ladislaus, anno sequenti, publicis litteris, quas Raynaldus idem ex libro MS. privilegiorum Romane ecclesie edidit, extare voluit penitentia sua monumentum. Excessum, inquit, nostrum in quodammodo cupientes misericordia operibus expiari, cum criminosa etiam nosmet ipsi redimantur, in perpetuam elemosinam, ad mandatum ipsius domini legati, con edimus, a quo offerimus eidem reverendo patri domino creato, recipiendi vice eorum, ac pauperum, & infirmorum Christi, centum marcas argenti, annis singulis, perpetuis temporibus, ipsorum pauperum, & infirmorum, ac infirmorum nomine percipiendi, ad opus construendi unum hospitale pro sustentatione dictorum pauperum, &c. Datum an. MCCCLXXX. XI. Kal. Septembris. regis nostris anno VIII.

ANNO
CHRISTI
1179.

CONCILIUM ANDEGAVENSE

A Joanne Turonensi archiepiscopo cum suffraganeis
celebratum anno Domini MCCLXXXIX.

TITULI CAPITULORUM.

1. De trahentibus personas ecclesiasticas, super actionibus personalibus, ad iudicium seculare.
2. Ut ministri nihil exigant pro litteris ordinationis sigillandis.
3. De iis qui corpora ecclesiastica sepultura contra fas tradunt.
4. De clericis, qui excommunicationem per annum sustinent.
5. Ut episcopi possint absolere in casibus, in quibus hoc concilium excommunicat, vel suspendit.

P R Æ F A T I O.

AD honorem & utilitatem ecclesiarum nostrae provinciae Turonensis, quibus auctore Domino praesidemus; necnon ad reformationem eorum, quae in dictae provinciae visitatione innovanda comperimus, vocatis venerabilibus fratribus suffraganeis nostris, abbatibus, capitulis, & aliis qui fuerant evocandi, provinciale concilium Andegavis die Dominica post festum beati Lucae evangelistae duximus celebrandum. In quo de ipsorum episcoporum, abbatum, aliorumque ad hoc vocatorum consilio & assensu, ordinamus capitula quae sequuntur, statuta provincialium conciliorum tam praedecessorum nostrorum, quam nostra alias edita, nihilo minus innovantes.

C A P I T U L A.

- I. De trahentibus personas ecclesiasticas, super actionibus personalibus, ad iudicium seculare.

Cum nuper in Bituricensi concilio, auctoritate domini Simonis tit. sanctae Caeciliae presbyteri cardinalis, legati sedis apostolicae, congregato, provida fuerit deliberatione statutum de justitiariis solam temporalem jurisdictionem habentibus, qui in actionibus

B personalibus ecclesiasticas personas litigare compellunt, quod si iidem justitiiarii dictas personas in praemissis coram se litigare compulerint, eo ipso auctoritate dicti concilii sententiam excommunicationis incurrant: nos ad instar praedicti concilii in eos qui praedictas personas coram dictis saecularibus justitiariis super actionibus personalibus traxerint, trahive procuraverint, excommunicationis sententiam praesentis auctoritate concilii promulgamus: quae circa eos nullatenus relaxetur, nisi laelis hujusmodi de damnis expensis, & interesse, prius per ipsos fuerit satisfactum.

- II. Ut ministri nihil exigant pro litteris ordinationis sigillandis.

Præterea cum scriptum sit in canone, quod sicut non debet episcopus manum quam imponit, ita nec minister vel notarius in ordinatione cuiusquam vocem vel calamum vendere: praesentis approbatione concilii prohibemus, ne quis de cetero pro litteris sigillandis quae conceduntur pro ordinatione clericorum, aliquod pecuniarium commodum, vel quicquam aliud exigat vel recipiat temporale. Alioquin statuti hujusmodi transgressores, si sint in sacris, suspensi; si laici, vel in minoribus ordinibus constituti, excommunicationis sententiae hujus auctoritate concilii se noverint subiacere.

- III. De iis qui corpora contra fas ecclesiastica sepultura tradunt.

Item cum in pluribus casibus prohibeant tam canones, quam provin-

cia-

ANNO CHRISTI 1179.

ANNO CHRISTI 1179.

cialium conciliorum statuta, quorumdam corpora defunctorum tradi ecclesiasticæ sepulturæ: & nonnulli, sicut nuper in aliquibus hujus provincie locis accidit, præter assensum parochialis presbyteri, in ecclesiis vel cæmeteriis propria temeritate intulerint corpora talium defunctorum: nos, transgressores hujusmodi & eorum insolentias pœnæ adjectione cohibere volentes, omnes hujusmodi præsumptores, & illos etiam qui eis opem aut consilium dederint, excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto: sacerdotibus qui ad hoc interesse præsumperint, usque ad sex menses hoc ipso suspensionis sententiam incursum.

Avantur quandiu in excommunicatione persistierint, & quos ad consilium diœcesani loci converti præcipimus in utilitatem ecclesiarum illarum, in quibus obtinuerit beneficia seu administrationes prædictas) si dictam sententiam ultra annum sustinuerint animis obstinatis, per locorum diœcesanos legitime moneantur, ut a dicta excommunicationis sententia faciant se absolvi. Et si post monitionem hujusmodi, abolitionis beneficium non procuraverint infra alium annum a tempore monitionis ipsorum: beneficiis suis per locorum episcopos hujus concilii auctoritate priventur.

IV. De clericis qui excommunicationem per annum sustinent.

V. Ut episcopi possint absolvere in casibus, in quibus hoc concilium excommunicat, vel suspendit.

Item, quia ex eo quod ecclesiastica censura damnabiliter contemnitur, nec ut deceret servatur, clericis maxime, tam sæcularibus quam regularibus, ceteros ad id per exempla perniciose trahentibus ad ruinam, frequenter contingit rumpi vinculum ecclesiasticæ disciplinæ: volentes eorum obviare malitiis, prout possumus remedium adhibendo, præsentis auctoritate concilii duximus statuendum, quod clerici, tam sæculares quam religiosi, beneficium ecclesiasticum seu administrationem quamlibet obtinentes, si excommunicationis sententiam, auctoritate ordinaria vel canonis latam incurserint, postquam solemniter fuerit publicata, per * amissionem fructuum beneficiorum suorum, seu administrationum hujusmodi (quibus a jure pri-

In omnibus autem casibus, in quibus excommunicationis vel suspensionis sententiam in præsentis concilio duximus promulgandam, cuilibet episcopo in suis civitate & diœcesi absolvendi suspensos & excommunicatos, post satisfactionem congruam in foro ecclesiæ, auctoritate præsentis concilii liberam concedimus potestatem.

In cujus rei testimonium, &c. Actum dicta die, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono.

G. C. Fallo in codicibus quibusdam adscribitur huic concilio annus MCCLXX cum mentionem faciam concilii Bauricensis Simonis legati, quod anno MCCLXXVI celebratum esse constat. Fallo item ab auctore metropolitano Turonensis habitum dicitur, sub Judoco Turonensi archiepiscopo. Cum enim anno MCCLXXIX illud recte collocet: satis intelligere poterat, non pertinere ad archiepiscopum Judocum, cujus initia pontificatus anno MCCLVIII obitum anno MCLXXII ipse tribuit. Neque vero alius ullus in Turonensium archiepiscoporum serie, quam accuratissimam exhibuit, Judocus est.

* Corr. præter amissionem



CONCILIIUM TARRACONENSE

PRO CANONIZATIONE RAYMUNDI PENNAFORTII

Celebratum anno MCCLXXIX. sub Nicolao papa tertio.

DE hac synodo Bavaricus ex Scripta ista refert: Tarracone in Atagonia ad septimum Idus Decembris Bernardus Tarracoenensis archiepiscopus, Arnaldus Barcinonensis, Bernardus Gerundenis, Raymundus Ausetanus, qui se Vicensem cognominat, Guillelmus Herdenis, Petrus Urgelitanus, Arnaldus Dertolanus, Petrus Casaragustanus, Jacobus Olcenis, Jaspertus Valentius, episcopi; item abbates & alii prælati concilium celebrarunt. Ex ejus decreto litteris enixe Ni-

Ecolauum pontificem interpellarunt, ut Raymundi Pennafortii viri sanctissimi memoris sua certa destinataque sententia religione omnium consecraretur, atque ei interdivos ritu solenni statuerentur utpote ejus viri sanctitas insigni tunc splendore apud omnes præfulgeret. Nihil tunc in gratiam illorum concedere voluit Nicolaus, quod rex Petrus a Proxima sedibus jam turbas Italiz moliretur, neque centum Romanæ ecclesiæ pendere vellet.

CON.

* Hujus Bernardi tria concilia, quorum postremum est anni 1171. habet in tomo sequenti in Concilio Tarracoeni anni 1179. Ubi etiam Tarracoenis Concilii Labbei, & cardinali de Aguirre ignota legas. Concil. General. Tom. XXIV. V 2

ANNO
CHRISTI
1779.ANNO
CHRISTI
1779

CONCILIUM MONASTERIENSE
IN WESTPHALIA.
ANNO CHRISTI MCCLXXIX.

Ex Marti-
nelm Conc.
Germ. 10. 3.
Pag. 644.

Memimus nos plura statuta pro honesta-
te & defensione nostri Cleri edidisse,
quamvis per sacros Canones, & Sanctorum
Patrum traditiones sufficienter Clericis sit
provisum, quomodo ipsos tamen modestia,
sobrietate, vitæ munditia oporteat conversari,
ut sibi & aliis verbo proficiant & exemplo.
Quia tamen plures ex ipsis Clericis maxime
per illos, qui per Ecclesias positi sunt ad re-
gimen animarum, in hujusmodi observacione
provisionis contingit, non sine nota transgres-
sionis, & statutum ipsorum multipliciter de-
formari, quorum desidia & negligentia pro-
pense occurrere cupientes, & quod dignum est
in eorundem Sacerdotum & Cleri conversa-
tionibus vita & moribus reprehendi per in-
novationem, quæ circa hæc statuta sunt tam
a nobis, nostrisque prædecessoribus, & sacros
Canones ab antiquo, & appositione, quæ sta-
tus temporis addere nos inducit, ipsos Cleri-
cos in omnibus Deo placitis salubriter refor-
mare intendimus toto posse.

I. *Ut omnes Clerici intersint celebrationi Sanctæ
Synodi deputatis habitibus.*

In hac Sancta generali Synodo statuimus,
ut omnes Abbates, Præpositi Priores religio-
sarum Ecclesiarum, & Prælati, Præpositi,
Decani secularium Ecclesiarum, & Rectores
nostræ Civitatis, & Diocesis, ex nunc antea
omni anno in crastino Lætare, & in feria
secunda post festum Beatorum Gereonis, &
Victoris ad sanctas synodos nostras per nos,
& Successores Præsidentes, seu a nobis seu a
nostris successoribus ad hoc deputatos conven-
iant celebrandas. Abbates vero cum albis &
cappis de serico choralibus desuper baculum in
manibus, prout eorum congruit dignitati. **D**
Alii vero præsentis & Decani ordinis & sta-
tus cujuscumque cum superpelliciiis & cappis
choralibus de serico desuper. Item Canonici,
Rectores ecclesiarum, Vicarii, Capellani, ac
Beneficiati quicumque in superpelliciiis aut cap-
pis suis nigris, prout tempus exposcit inced-
ant reverenter. Item mandamus, quod cle-
rici caste vivant, a vitio libidinis præcaven-
tes, & qui incontinenter vixerint, prout ma-
gis, vel minus peccaverint, ab eorum Præ-
latis debite puniantur. Alioquin nos Præla-
torum negligentiam supplentes, talia punie-
mus, secundum Canonicas Sanctiones, & qui
ca de causa per nos, vel prælatos suos sus-
pensus vel excommunicatus Divina officia præ-
sumpserit celebrare, beneficio Ecclesiastico spo-
lietur. Prælati etiam, qui tales præsumple-
rint in suis iniquitatibus scienter sublinere,
maxime obtentu pecuniarum, vel alterius com-
modi temporalis, pari ultioni formidabunt se
subjacere. Item a crapula & ebrietate omnes
Clerici diligenter abstineant: cum ebrietas in-

aducat mentis exilium, & libidinis provocet
incentivum. Item quamlibet cohabitationem
manifestam in sacris ordinibus constitutis sub
pena excommunicationis latæ tententiam pro-
hibemus, mandantes, ut hujusmodi Cohabi-
tatores, si qui sunt, concubinas a se de do-
mibus, & parochiis, ubi manent, infra octo
dies ex nunc omnino amoveant, & repellant;
ammodo non recepturi easdem, nec filias,
aut filios, aut concubinas retineant de patri-
monio, vel descendentes a patrimonio cruci-
fixi. Item Clerici in sacris, officia & com-
mercia secularia non exercent: Vinum, nec
cerevisiam per se, vel per alios, in suis do-
mibus & parochiis, vel alias vendant, nec
tabernas frequentent, sed devitent, nisi forte
causa necessitatis in itinere constituti. Con-
trarium facientes, secundum statuta nostra
super hoc edita, excommunicationis senten-
tiis innodamus.

II. *Aliud statutum de incessu Clericorum.*

Item Clerici volentes privilegio uti Cleri-
cali, coronam & tonsuram habeant Clerica-
lem: arma non ferant, nec gladios, nisi hoc
faciant ex causa legitima & expressa licentia
Prælatorum. Nec Canonici, nec Clerici va-
gentur nocturno tempore per plateas, & si
quos ex justa & legitima causa transire con-
tingat, hoc decenter faciant, sine clamore,
sine fistulis, sine tympanis & quolibet stre-
pitu & chorea. Canonicos contrarium facien-
tes, Decani eorum Præbendas suspendant per
quindenam: aliorumque Clericorum in hoc
transgredientium penam nobis, seu officiali
nostro reservamus.

III. *Qualiter se Clerici habere debeant in le-
gendis Horis.*

Item statuimus, ut Clerici in Divinis Of-
ficiis constituti decenter, & discrete se ha-
beant: ut eorum vita & conversatio laicis ad
similia præster incentivum; at Horas Cano-
nicas, & Domine nostræ Beatæ Mariæ Vir-
ginis omni die nullus eorum dicere præter-
mittat.

IV. *Quomodo se debeat habere Clericus ante
suam Missam celebrandam.*

Item nullus Sacerdos Missam dicat de die
nisi unam, & prius suas Matutinas & Primam
dixerit, nisi in casibus a jure permissis hoc
faciat necessitate incumbente, ut puta unam
de die, & unam pro defunctis funere præsen-
te, vel ex alia justa causa & in Nativitate
Domini. Nec utatur ablutione primæ Missæ,
sed reservet, vel alicui discretæ personæ det
ad sumendum: & in secunda Missa si non
dede-

S dederit, ut est dictum, utatur illa ablutione. Nec celebratio fiat sine socio, vel scholari, qui respondere valeat celebranti, nec mulier seruiat ad altare.

ANNO
CHRISTI
1179.

V. *Ne aliquis Sacerdos admittatur in Ecclesia ignotus, nisi constat de ordinibus.*

Item propter apostatas discursores, vagos & ignotos Clericos, de quibus an Sacerdotes sunt, non immerito dubitatur, statuimus, ut nullus Beneficiatus, seu Rector Ecclesie, vel altaris, tacite, vel expresse admittat aliquem in socium, vel ad celebrandum Missam, vel ministrandum Sacramenta, aut Sacerdotale officium exercendum, nisi notum de ordinibus, moribus, conversatione, & alias commendatus fuerit: & omnino si extraneus, vel peregrinus, per nos vel gerentem vices nostras cum examinatione debita approbatus, & ad Missam, ad huiusmodi officia exercenda. Si quis autem Rector Ecclesie, vel Capelle, aliquem contra hæc admiserit, sententiam excommunicationis se noverit incursum: eo salvo quod peregrini, & honeste personæ & religiose, pietatis & devotionis intuitu Missam dicere cupientes, admitti poterunt, si requirunt.

VI. *Quando non debet celebrare Sacerdos.*

Item statuimus, ut nullus Clericus, vel sacerdos in Ecclesia parochiali, vel Capella celebret, aut parochialem Ecclesiam teneat, sine nostra, vel archidiaconi loci, vel alterius ad quos hæc pertinet auctoritas investitura, quantumcumque a Patronis vel ab eis, qui patronos se fore contendunt, ad hoc licententur: & quicumque sacerdos vel Clericus contrarium fecerit, sententiam excommunicationis, quam propter hoc in ipsum ferimus in his scriptis, incurrat ipso iure.

VII. *Statutum de personali residentia Clericorum in propriis beneficiis.*

Item prohibemus, ne aliquis sacerdos, competens beneficium habens cum cura, vel sine, de quo valeat commode sustentari, eo beneficio dimisso, ad alienam Ecclesiam tanquam Vicarius vel Mercenarius audeat se transferre. Contrarium facientes per nostrum Officium, vel per Archidiaconum loci per censuram Ecclesiasticam præcipimus amoveri.

VIII. *In quibus habitibus Sacerdotes celebrant.*

De Sacramento Eucharistie, sive viatici, præcipiendo mandamus, ut omnes Sacerdotes in vestibus mundis Sacerdotalibus, & benedictis reverenter, mundo & contrito corde, & confessi, si commode fieri potest, accedant ad Missam celebrandam: & Matutina, & prima de die, primo dictis, ut est supradictum. Item statuimus sub pena excommunicationis, ne aliquis Sacerdos sine calcamentis, vel caligis, ad altare pro celebratione Missæ audeat accedere. Item diligenter caveant Sacerdotes, ne cum conscientia in mortali peccato constituti ad celebrandam Missam accedant: quod si aliter manducaverint Corpus Christi, & biberint ejus sanguinem, judicium

æternæ damnationis sibi manducant, & bibunt. Item Missale semper involvatur in pannis lineis & mundis, & apponatur manutergium parvum, quo presbyteri nares & faciem detergant, ne contingat Sacra vestimenta miculari, quæ munda & integra præcipimus observari. Item loca circa Altare ab araneorum telis, & pulveribus, & ceteris immunditiis sæpius emundentur. Item præcipimus, ut sursum super altare ad longitudinem & altitudinem altaris pannus lineus albus extendatur, qui protegat, & defendat altare ab omnibus immunditiis, & pulveribus descendentibus, prout hoc sacri Altaris cujuslibet erectio patitur & requirit. Item cortinæ a lateribus altaris utrumque appendantur. Item præcipimus, ut calix sit integer cum firmo pede, non titubans. Item Ampullæ vini & aquæ integræ, & mundæ intus, & exterius obierentur, & aliquo signo notabili distinguantur, & vinum in ampullis ad minus ad minus in tertium diem, si commode haberi poterit, renovetur. Item Sacerdos sit diligens in electione hostiæ consecrandæ: ut sit integra, solida, non nimis vetusta. Item discernat Sacerdos in appositione vini per odorem, quid sit utrumque, & de aqua apponantur duæ gutturæ, vel tres in calicem.

Præcipimus ut Sacerdotes attente, reverenter, & distincte legant, & dicant in Canone, quæ sunt dicenda: & expediant se, quantoocius poterunt, propter tedium stantium, & alia, quæ occurrere possunt: & faciant signa sua distincte, & reverenter. Item nullus Sacerdos elevet hostiam ad ostendendum populo, nisi postquam dixerit hæc verba. *Hoc est enim corpus meum:* & pulsetur campana tribus vicibus, ut fideles, qui audierint, ubicumque fuerint, adorent.

Item, si Sacerdos cum venerit ad consecrationem sanguinis, vel etiam ad perceptionem, & nihil in calice inveniat; innuat, ut ei offeratur vinum, & aqua: dicat verba canonis ab illo loco: *Simili modo, postquam carnatum, usque ad finem, & faciat signa, quæ fieri solent super sanguinem:* illa autem, quæ facta sunt super Eucharistiam, non reiteret, sed transeat consueto modo. Sed ille, per cuius negligentiam hoc evenerit, tribus diebus jejuset in pane & aqua.

Item, si per casum mortis, ægritudinis, vel passionis, aliquid inopinatum & subitaneum contingat, quod Sacerdos inceptum ministerium explere nequeat; licitum sit alteri Sacerdoti præsentem exequi & perficere consecrationem officii incepti: quod ibidem incipiat, si sciri potest, ubi alter desistit: nisi incepta collecta necdum perfecta, vel inceptis verbis Sacramenti necdum per lectis, prædictus casus contingat: tunc enim a capite illam collectam, vel Sacramenti verba reincipiat, ut sic saluti humanæ fragilitatis, & Sacris Ministeriis, ne interrupta, & incompleta permaneant, consulatur. Si autem dubitetur, an hostia a primo Sacerdote casum huiusmodi passio, consecrata fuerit, nec ne: substitutus Sacerdos novam oblationem faciat, vel offerat, & solito more conficiat, & post missam, primam hostiam sumat, item de Calice bibat, & de eo quod in calice reperitur.

ANNO
CHRISTI
1179.

ANNO
CHRISTI
1579.

IX.

Item præcipimus sub excommunicationis pena, quam ferimus in his scriptis, ne aliquis Sacerdos Missam in die celebrare bis præsumat, nisi ut supra dictum est & distinctum, & in casibus a jure permisis. Item si quid de sanguine aut Corpore Christi ceciderit super corporale vel pallam Altaris, illa pars abscindatur, & comburatur, & cinis ad Sacram piscinam reponatur. Si super lignum, lapidem, vel terram solidam sanguis ceciderit; illa pars, si fieri potest commode, a Sacerdote ablingatur, & postmodum radatur: & illa rasura in sacram piscinam mittatur. Item si in sanguine musca, vel aranea, vel aliquod abominabile ceciderit, quod vix sine vomitu, vel periculo corporis sumi possit, caute extrahatur: & super patenam, vel Calicem abluatur cum vino, & post sanguinis summptionem & ablutioem illa lotio in piscinam mittatur: & bestia vel vermis supra piscinam comburatur, & cinis mittatur in piscinam sive lavacrum.

X.

Item statuimus, ut pixis in qua Corpus Domini reservatur, vel ad infirmos defertur, sit aurea, argentea, eburnea, & semper pannus lineus, albus, & mundus infra pixidem ponatur, supra quem corpus Domini in pixide collocetur.

XI.

Item præcipimus, ut cum aliquis infirmus communicare voluerit, quod Sacerdos, si commode fieri potest, prius cum visiter sine Corpore Domini, & diligenter confessionem infirmi audiat, & postea redeat ad Ecclesiam allaturus Corpus Domini, & communicaturus infirmum. Sacerdos autem eat, dicendo septem Psalmos, & si via fuerit longior, legat Litaniam & alias orationes. Incedat autem Sacerdos ad communicandum infirmum cum campanula, si infirmus est extra villam, ubi est Ecclesia Parochialis: si vero infirmus est in villa, ubi Parochia sita est, Sacerdos incedat ad infirmum cum campana, & lucerna præcedente: & fideles qui cum devotione ibi fuerint, expectent ante ostium infirmi, donec communicatus fuerit, & redeant usque ad Ecclesiam post Sacerdotem, & reverenter adorent.

XII.

Quilibet etiam fidelis, si devote fecerit hanc processionem, quinque dies indulgentiæ pro eundo, & redeundo habeat. Cum autem de nocte Sacerdos Corpus Christi portaverit, mulieres nullatenus ipsum sequantur: qui etiam hanc processionem turbaverit, vel minus reverenter, & decenter in ea se habuerit, per censuram Ecclesiasticam compescatur. Item cum Corpus Domini defertur, fideles, coram quibus defertur, si commode fieri potest, genuflectant, pectora tundant, & inclinato capite juncti, & levatis manibus reverenter adorent. Equitantes vero non dedignentur de equis suis descendere ad adorandum eum, qui pro ipsis descendit de Cælis. Item præcipimus, quod Sacerdos venerabiliter & subtiliter supposito decenti coopertorio, super vas, in quo defertur corpus Domini, deferat ad infirmum. Si infirmus frequenter & ex levi occasione vomitum patiat, nullatenus ei

A Corpus Domini conferatur, sed credat, & sufficit, quia spiritualiter accipit. Item præcipimus, quod quilibet antequam infirmum communicet, interroget eum, si credat, quod sub illa forma & specie panis sit Corpus Christi, natum de virgine, passum in cruce, & tertia die suscitatum; quod si infirmus confessus fuerit verbo & evidenti signo, communicet eum Sacerdos, si alia causa, vel impedimentum non obstat. Item si communicatus evomuerit; partes caute & diligenter, quæ reperiri possunt, colligantur: contritæ cum vino ab aliquo fidei lumantur: residuum autem vomitus comburatur, & ponatur in terra juxta Altare, vel alibi, ubi commode fieri potest.

ANNO
CHRISTI
1579.

XIII. De renovatione Eucharistia.

Item præcipimus, ut Eucharistia servata pro infirmis singulis quindenis Dominicis diebus renovetur, & corpus Domini super Altare in loco honesto clausum cum clave sollicitè & diligenter custodiatur. Item præcipimus, ut Sacerdotes subditos suos doceant, ut cum venerint ad communicandum in die Paschæ, vel alias, jejuni, devoti & confessi accedant: & caveant Sacerdotes, ne alienum Parochianum, vel extraneum communicent, nisi sit viator vel peregrinus, vel nisi communicandus licentiam sui proprii sacerdotis habeat, quam licentiam quilibet viator vel peregrinus petere debet a proprio sacerdote in suo recessu: quod si non fecerit, propter hoc sibi communicatio non denegetur, sed pro negligentia pœnitentia ei injungatur. Item nullus confessus arcendus & removendus est a communione, nisi publice excommunicatus, vel interdictus, vel in aliquo enormi crimine notatus. Item præcipimus, ut sumpta Eucharistia, sacerdos habeat calicem paratum cum vino & aqua, de qua sumant communicantes.

XIV.

Item præcipimus, quod sacerdotes Parochialium Ecclesiarum subditos frequenter admovent & pœnitentiam injungant eis, ut ad confessionem sæpe veniant, & priusquam veniant ad confessionem, diligenter scrutentur corda sua confiteri volentes, & peccata sua sollicitè rememorentur, & cum dolore & vultu supplicis ad confitendum accedant, quasi ad Dei judicium. Sacerdotes autem, ut Dei ministri, circa confessionem audiendam & pœnitentiam injungendam, maximam adhibeant diligentiam, & attente, diligenter, & cum modestia audiant confitentem.

XV.

Item præcipimus, quod sacerdotes ad audiendam confessionem, communem & aptum locum in Ecclesia, ut ab omnibus videri possint, sibi eligant: in locis autem obscuris & tenebrosis confessionem non audiant, nec extra Ecclesiam, nisi ex magna necessitate, vel infirmitate; contrarium facientes, sententiam excommunicationis se noverint incursum. Item præcipimus, quod sacerdotes ad confessionem audiendam ante solis ortum, vel post solis occasum nullatenus sedeant, nisi in magna necessitate vel infirmitate, & in loco illuminato, & aliquibus præsentibus. Item præcipimus, ut Sacerdotes induti superpellicio, vel cappa, stola superposita ad confes-

sio.

ANNO
CHRISTI
1779.

tionem sedent. Item precipimus, ut sacerdotes in audiendis confessionibus vultum humilem habeant, & oculos ad terram, nec faciem respiciant contentis, & maxime mulieris. Item sacerdotes moneant, & doceant subditos suos, ut humiliter, & corde contrito confiteantur, & mulieres coopertis capitibus & collis, submitta voce, pure, & integraliter confiteantur peccata sua. Item Sacerdotes mulierem, quæ sola est in Ecclesia, nullatenus audivant contentem, sed in conspectu honestæ societatis. Item ne aliquis Sacerdos audiat confessionem mulieris, cum quæ peccavit, nec etiam confcios, mediatores, aut fautores peccati, sed mittat eos vel eas ad honestos Confessores. Item precipimus ut Sacerdotes mansuete audiant confessiones, & de consuetis peccatis sigillatim, & diligenter interrogent de circumstantiis peccatorum: de inusitatis autem nominatim non inquirent, sed communia verba, ex quibus confitens, si reus est peccati, possit intelligere, quid dicatur: ut sic intelligens confiteatur; si reus autem non fuerit, de illo non tentetur. Item Sacerdotes diligenter instruant & moneant contentes, ut integraliter & distincte mortalia peccata, & circumstantias peccatorum, quæ peccata aggravant, & peccatum per se patenter confiteantur, ut est sacer Ordo, Sacer locus, circa peccatum luxuriæ & concupiscentiæ: quæ omnia notantur in hoc versu: *Quis, quid, ubi, cum quo, quoties, cur, quomodo, quando.* Venialia autem peccata sufficit generaliter confiteri. Item precipimus, ut Sacerdotes Nobis, vel illi, cui vices nostras in spiritualibus pro tempore committimus, majora peccata & injundionem pœnitentiæ pro eisdem referent, ut sunt homicidia, sortilegia, incendia Ecclesiarum, peccata contra naturam, dehoratio virginum cum violentia, concubitus Sanctionialium, conversarum, vel aliarum religiosarum mulierum, incestus, injectiones manuum in parentes, vel in Ecclesiasticas personas, sortilegia, perjury manifesta, fidei & vororum transgressiones, Symonia, hæresis, apostasia, magnæ blasphemie ierose factæ. D

XVI.

In dubiis autem Sacerdotes consulant Nos, vel vices nostras in spiritualibus gerentem, aut alios Sapientes viros, non prodendo vel revelando contentem, sed in genere, quorum consilio pœnitentem absolvant, aut ad alium mittant. Item audita confessione, Sacerdos semper interroget contentem, si velit abstinere ab omni mortali peccato, & hoc ei consulat, & quibus modis potest, inducat. Et si confitens dixerit, se nolle abstinere, non absolvat eum, nec ei pœnitentiam injungat Sacerdos: sed moneat, ut interim faciat quidquid boni possit, ut Deus citius cor ejus illustret, & ad pœnitentiam reducat. Consulat etiam ei Sacerdos cum diligentia modum vivendi, per quem facilius abstinere possit a peccato. Sacerdotes in injungenda pœnitentia discretionem habeant, ut pœnitentias secundum magnitudinem & qualitatem peccati & possibilitatem contentis peccatoribus injungant: pro peccatis carnalibus injungant pœnitentias corporales, sicut est jejunium, peregrinatio, disciplina, & similia; pro spiritualibus & neglectis injungant orationes, elemosynas, & meditationes peccatis suis contrarias; in assumptione rei alienæ, vel in damno al-

terillato per furtum, rapinam, usuram, per fraudem, per injustam vexationem, per falsam restitutionem, & alios modos, de quibus diligenter inquirent Sacerdotes, primo, & precipue injungant restitutiones fieri eis, quos prædictis modis damnificaverunt, vel læterunt, si facultatem habeant, vel cum facultatem habuerint, si ipsi præfenti non possunt, aliter eos non absolvant. Item precipimus sub pœna excommunicationis, quam in his scriptis terimus in Sacerdotes, qui contrarium fecerint, ne confessores cuiuscumque conditionis, vel status contentibus nomine restitutionis pro pœnitentia injungant, ut Ecclesias, Capellas, & Cœnobias instituunt, vel Ecclesiis legata faciant; sed prius restitutiones, ut prædictum est, faciant illis, a quibus extorta sunt, si inveniantur, vel hæredibus eorum; alioquin ad arbitrium nostrum vel nostri Primarii erogentur. Item diligenter caveant Sacerdotes, ut, si contentes peccata aliorum revelaverint, vel nomina eorum indicaverint cum quibus peccaverint, secreta caveant, sicut peccatum contentis. Item inhibemus sub pœna excommunicationis Sacerdotibus omnibus, ne a contentibus nomina eorum, cum quibus peccaverunt, inquirent, vel circumstantias, per quas possunt nomina eorum sciri: quod si fecerint, ab officio confessionis audiendæ & sacrorum ministeriorum ipso facto noverint se esse suspendendos: & in principio confessionis distincte inhibeant contentibus, ne peccata aliorum confiteantur, nec reveant, vel nomina eorum, cum quibus, ut dictum est, peccaverunt, expriment specialiter, sed generaliter sufficit designari. Item nullus Sacerdos ex ira, vel etiam metu corporis audeat revelare confessionem contentis signo, vel verbo generaliter, vel specialiter dicendo: *Ego scio te talem, qualis es;* & si revelaverit aliquo modo, de hoc convictus, debet abique omni misericordia degradari. Sed, cum indiget consilio, illud, ut est dictum, abique expressione personæ tacite requirat.

XVII.

Item precipimus, quod omnes Sacerdotes parochialium Ecclesiarum frequenter, & diligenter subditos suos utriusque sexus admonent, ut postquam ad annos discretionis pervenerint, omnia peccata sua integre, & ad minus semel in anno confiteantur Sacerdoti proprio parochiali, & injundam eis pœnitentiam studeant adimplere, suscipiendo reverenter & ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi de consilio Sacerdotis proprii, ob aliquam rationabilem causam duxerint abstinendum. Alioquin viventes ab ingressu Ecclesiæ arceantur, & morientes Christiana careant sepultura. Item Sacerdotes diligenter attendant, qui ad parochiam eorum in anno saltem semel ad Communionem veniant, nisi iusta de causa abstinere, & nomina illorum ad Nos, vel Officialem nostrum referant; ut debite puniantur, ne ab ipsis notam negligentiam requiramus. Hoc autem statutum frequenter in Ecclesiis precipimus publicari, ne aliquis exultationis ignorantiam occasionem sumat.

XVIII. Statutum de sepeliendis in cœmeteriis.

Statuimus, ut nullus excommunicatus, & pu-

ANNO
CHRISTI
1779.

ANNO
CHRISTI
1179.

publice denunciatus, in cœmeterio sepeliatur: & si factum fuerit cœmeterium illud, donec extumuletur mortuus, maneat interdictum, si discerni possit corpus, vel ossa ejusdem. Item prohibemus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne aliquis in cœmeterio interdicto sepeliatur, & ne aliquis sepulturæ tali interlit: Laici autem, quicumque tali sepulturæ interfuerint, excommunicationis sententiam, quam super hoc ferimus in his scriptis, incurrat ipso facto, & excommunicati publice nuntientur. Clerici vero, qui interfuerint, sententiam suspensionis ab officio se noverint incursum. Item statimimus, immunitates Ecclesiarum & cœmeteriorum inviolatas & intactas observari mandamus, ut cœmeteria clausa & munita custodiantur, ne a porcis, vel aliis animalibus ossa mortuorum comedantur, & volumus in speciali loco ossa mortuorum fideliter custodiri.

Item statuimus & præcipimus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut quoties quis in loco Religioso, vel alio sepulturam elegerit, corpus illud sine consensu Rectoris Ecclesiæ non deferatur: qui consensus si haberi non potest, tunc corpus primo præsentetur Missæ Parochiali, & tunc demum celebrata Missa sine præjudicio Rectoris, mortuus deferatur in locum, in quo elegit sepulturam. Item Ecclesias, vel cœmeteria a laicis cujuscumque conditionis, vel status fuerint, muniri vel incastellari sub pœna excommunicationis latæ sententiæ firmiter prohibemus: & quicumque contra fecerint, excommunicati publice nuntientur: & quia plures homicidia, mutilationes membrorum, & plura maleficia perpetrantes, ad immunitates Ecclesiarum confugiunt, quæ non essent perpetraturi, nisi quod sperant ab Ecclesia tetueri, & tuorum excessuum impunitatem obtinere; statuimus, quod confugientes hujusmodi ad Ecclesias, vel immunitates, ab inde sine speciali nostra licentia, vel gerentis vices nostras nullatenus extrahantur; sed delictum eorum nobis vel vices nostras gerenti nuntietur, ipsique confugientibus demum, si decreverimus, nobis præsentatis, & eo quod perpetratum fuerit, auctoritate examinato, ad veniam, vel ad pœnam circa ipsos, prout qualitas facti exegerit, procedatur. Alia autem omnia & singula, quæ a jure, vel prædecessoribus nostris, de conservandis immunitatibus Ecclesiarum, & immunitatum, & de violatoribus earundem sunt statuta, Synodali sanctione mandamus & præcipimus inviolabiliter observari: & præcipimus, hoc statutum de immunitate in Ecclesia a Sacerdotibus frequentius publicari.

XIX.

Illud, quod statutum est per nos de Clericis, in suis beneficiis non residentibus, innovamus & præcipimus firmiter observari. Item præcipimus, omnes, & singulas constitutiones nostras, & a nostris prædecessoribus latas, contra publicos usurarios, & novalium detentores, præter scriptum nostrum, ut singulis diebus Dominicis, & festivis denuncientur publice excommunicati in Ecclesiis Parochialibus. Item statuimus & præcipimus universis Clericis nostræ Civitatis & Diocesis, cujuscumque ordinis, vel status fuerint, ne mandatum aliquis delegati vel subdelegati exequantur, nisi prius visio relictio Apostolico in prima

sui forma, vel vera bulla, & si hæsitaverint, an ipsum mandatum in stilofilo, seu bulla falsum, seu alias vitiosum & tale quid in ea contineatur, super quo si executioni demandandum sit, dubitetur; in hoc articulo, antequam exequantur, salubre consilium discretorum requirant & expediant.

XX. Aliud Statutum.

Everhardus Dei gratia, Monasteriensis Ecclesiæ Episcopus, Pæpofitis, Decanis, tam Religiosis, quam Sæcularibus, nec non toti Clero civitatis & Dioceseos Monasteriensis, salutem. Meminimus, nos ad instar eorum, quæ jam dudum statuta & ordinata fuerunt per venerabilem Dominum Conradum, felicis recordationis Colonienfis Archiepiscopum, in provinciali concilio Colonienfi proinde statutis & ordinatis, quod Clerici officia, vel commercia sæcularia maxime inhonesta non exercent. Item manifestam cohabitationem Clericis inhibuisse firmissime, & præsentibus inhibemus, contrarium facientes super hoc a nobis editis innodantes. Item ne arma portent præter necessitatem. Item districte prohibemus sub pœna excommunicationis, ne laici se de decimis novalium intromittant, sive usurpare præsumant: cum non nisi Episcopus in illis jus habeat secundum Canonicas sanctiones. Item Ecclesiarum incendiarios & immunitatum, ac dotium Ecclesiasticarum, & qui mittunt manus violentas in Clericos, vel Ecclesiasticas personas quascumque, & captivatores & detentores earundem, & quorum auctoritate, procuratore, seu opera, hæc fiunt, cum ipso facto incidant in sententiam excommunicationis, uti sacrilegos denunciamus. Item quod in parochia illa, ad quam ductus fuerit Clericus captivatus, vel persona Ecclesiastica quæcumque, cessent Divina, quamdiu ibi contigerit detineri, & ad biduum post ejus recessum. Item omnes, & singulos, qui incendunt bona Ecclesiarum extra immunitatem, & qui surrexerint a rapina & depredatione bonorum Ecclesiasticorum, & pignorum captione, præter judicis auctoritatem: illos, nisi infra octo dies, postquam moniti fuerint, satisfecerint condigne, excommunicamus, & præsentibus excommunicamus; & quod nihilominus cessent Divina in Parochiis illis, ubi spolia fuerint, quamdiu detinentur ibidem, & similiter, ubi tales malefactores se receperint ad manendum, & post eorum recessum ad triduum.

XXI.

Item statuimus, quod in jure cautum est, quod si quis Clericus, vel laicus, pensionem suam, quam tenetur Ecclesiæ solvere, neglexerit infra biennium; nisi celeri satisfactione sibi prospexerit, videlicet infra sex septimanas a tempore biennii elapsi, cadat a jure suo, quod in bonis habebat, unde debuit solvere pensionem, & si ultra contumaciter atque violenter bona hujusmodi detinuerit, in sententiam excommunicationis incidat ipso facto, & nihilominus in Parochia illa, ubi tales manent, cessent usque ad satisfactionem condignam. Item si quis arretraverit, seu obligaverit personas, seu redditus Ecclesiasticos iudicibus sæculari, nisi tam iudex, quam actor respuerint, & emendaverint ipso die, excommunicationis sententiam incidant ipso

ANNO
CHRISTI
1179.

ANNO
CHRISTI
1179

ipso facto. Item qui bona Ecclesiarum, & Monasteriorum, spoliis, rapinis, incendiis, & pignorum captionibus invadunt, live iudicis auctoritate, occasione quæstionis alicujus, quam se adversus Advocatum, seu Officialem ipsius Ecclesiæ, seu Monasterii dicunt habere, excommunicationis sententiam incidant ipso facto: & nihilominus, si resipuerint, & emendaverint, infra quindenam in Parochia ubi manent, cessent Divina: & licet hujusmodi, & alia plurima, innovando aliorum Sanctorum Patrum, & Canonum decreta per nos in nostra Civitate, & diocesi Monasteriensi sunt statuta, malitia hujusmodi maxime Clericorum nostræ dioceseos hæc surdis auribus dissimulantium: & immemores tuæ salutis & Ecclesiasticæ libertatis, cum religiose personæ, nec non Clerici sæculares capiuntur, offenduntur, rebus eorum spoliantur ac alias multipliciter aggravantur, sœvent, manentem ipsos sacrilegos scienter ad eorum Parochias convolantes, præterdentes, eis constare non posse, cum in alienis Parochiis, & Ecclesiis præmissa perpetrantur: ea occasione non servantes sententiam excommunicationis, & interdicti prædicti latis in talia committentes tam a Canone, quam a Nobis, unde nos evidens invitat ratio, ut quæ periculosa sunt, nequaquam absque remedio reformationis relinquamus.

XXII.

Statuimus, itaque, ut ubicumque locorum nostræ Civitatis & Dioceseos persona religiosa, Clericus, seu laicus infra septa immunitatis, nec non Ecclesiæ & cœmeterii enormiter læditur, vulneratur, seu deinde extrahitur, aut per minas, terrores, & subtractiones cibariorum exire hac necessitate cogitur, vel eadem personæ in eisdem rebus suis, vel Ecclesiæ inibi spoliatur manu violenta, ibidem sive sit Ecclesia conventualis, vel parochialis, cessetur a Divinis, nullatenus ea sine Nostra vel Officialis nostri licentia resumendo: ut sic maleficium ibidem perpetratum nobis innotescat, & ad ulteriora contra ipsos sacrilegos, si opus fuerit, procedamus. Insuper præcipimus, in quibus locis & Parochiis hujusmodi sacrilegos perpetrantes maleficia prædicta, vel aliquod præmissorum manere, vel personas prædictas, & rapinas detinere, contigerit: seu domicilia habeant, & quantum ibi fuerint, ad triduum inde post eorum recessum cessetur penitus a Divinis. Insuper præcipimus districte sub pena excommunicationis latæ Sententiæ in his scriptis, quod Sacerdotes Parochialium Ecclesiarum, vel vices eorum gerentes, & omnes alii Clerici, cujuscumque sint conditionis, & status, ut mandata nostræ causæ, & Archidiaconorum nostrorum, prout eis subsunt, fideliter, & viriliter exequantur, & si timeant, quod malum

aliquod per adversarium, vel sæcularem justitiam, vel quemcumque alium debeat inferri portatori mandatorum, caute ipsum expediant.

XXIII. Statutum aliud pro jurisdictione.

Insuper vobis Ecclesiarum Rectores sub eisdem penis mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis & festivis, cum opus fuerit, vestros subditos moneatis, & auctoritate nostra præcipiatis, ne perturbent, vel impediant jurisdictionem nostræ curiæ Monasteriensi, & exponatis eis, in quibus & qualiter intelligatur jurisdictione hujusmodi perturbari: videlicet interdicendo, prohibendo, inhiberi faciendo, vel statuendo, ne aliqui in curia nostra causam suam persequantur. Item arrestando, accipiendo, vel capi faciendo latores mandatorum curiæ nostræ per justitiam sæcularem, vel illos, qui in curia nostra adversarios suos trahunt minis, vel verberando, vel verberari faciendo, vel comminando, vel litteras curiæ nostræ rapiendo, vel lacerando, aut etiam alia faciendo, per quæ processus negotii valeat retardari: contrarium quoque facientes in his scriptis excommunicamus nominatim, de quorum nominibus constat: alias in genere excommunicati publice in earum Ecclesiis nuntientur. Et si in ipsa excommunicatione per septem dies manserint, ipsum locum & Ecclesiam, quem, vel quam ex nunc, ut ex tunc in his scriptis Ecclesiasticis interdicto supponimus, denuncientur ab eorum Ecclesiarum Rectoribus Ecclesiasticis interdicto subiacere, salvo aliis constitutionibus nostris de Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, & Decanis, qualiter in nostra Sancta Synodo comparere debeant, & de audienda confessione, & ne Sacerdos de casibus a jure nobis reservatis se intromittat, sine nostra licentia: ac de funeribus sine præjudicio Plebanorum in locis aliis, quam in propriis Parochiis sepeliendis: & de Clericis vagis, & ne aliquis Ecclesiæ Rector aliquem Sacerdotem in socium, nisi notum, & de cujus receptione ordinum constet per sui Diocesani litteras competentes. Item de litteris libenter antequam exequantur, & si quis contigerit executioni demandari, præcipimus universis nostris subditis sub pena excommunicationis latæ sententiæ, ut accipiat executor copiam earundem, ac aliarum, quarumcumque executionem fecerit, citato, monito, seu excommunicato copiam ipso die executionis dent, & assignent, ac aliis pluribus articulis contentis, & constitutionibus memoratis. Hæc universis vobis sub sigillo curiæ nostræ signavimus. Datum, & pronunciatum feria secunda post Gereonis, & Victoris Martyrum, anno Domini Milleesimo CCLXXIX.

ANNO
CHRISTI
1179

Edidit P.
Benedictus
Benedicti in
opere: Marti-
ris del B.
Mort. Adm-
puro di
Tomo. 1.
Tom. 1. in
Append.
Docum. pag.
516.

SYNODUS DIOCESANA TRIDENTINA

Ab Henrico II. Episcopo Tridentino celebrata An. 1279.

Contra detentores honorum ecclesiasticorum.

A Noo Domini MCLXXVIII. indi. vii. die xi. exeunte Novembri, Tridentini Concilii Generalis. Tom. XXIV.

ti, super chorum ecclesiæ S. Vigiliæ congregatis tam clericis civitatis quam quasi omnibus

X

cl-

323
ANNO
CHRISTI
1179.

ANNO
CHRISTI
1179.

clericis totius diocesis Tridentinae, in presen-
tia dominorum Goxalchi decani, Otrici ar-
chidiaconi, Odorici scholastici, Adelvrandi &
aliorum canonicorum ecclesie Tridentinae, &
Theodaldi abbatis monasterii S. Laurentii ex-
tra muros civitatis Trid. Henrici praepositi
de Novetela Praxinensis diocesis, Henrici praepositi
monasterii S. Mariae de Auga Trid.
Diocesis, Henrici praepositi monasterii S. Mi-
chaelis ordinis S. Augustini, aliorumque Ar-
chipresbyterorum, Plebanorum, Vicariorum &
aliorum clericorum, ibique Venerabilis Pater
& dominus Henricus Dei & apostolica gra-
tia episcopus Tridentinus indutus sacris vesti-
bus, & ornamentis pontificalibus insignitus,
lamentabiliter proposuit de detentionibus &
detentoribus bonorum ecclesie B. Vigili &
specialiter contra D. Odoricum Panzeriam de
Arcu, proponens & asserens, quod idem dom.
Panzeria detinebat in praerudicium ecclesie sua
Burgum Ripae cum palatio & turri, & cum
iurisdictione, & cum redditibus ad mensam
episcopalem pertinentibus; item Burgum Arci
cum iurisdictione & hominibus; item Castrum
Tenni cum hominibus Plebatus, & cum iurisdic-
tione & redditibus ibidem; item Plebatus Leu-
dri, Boni cum castro Romani, Tignali &
Naci cum iurisdictionibus, honoribus, homini-
bus & redditibus ad Ecclesiam Tridentinam
pertinentibus, & quod saepe saepius & sapissi-
me dictus D. Episcopus rogaverit, & monue-
rit dictum D. Panzeriam per seipsum & per
religiosas personas, tam de ordine fratrum Prae-
dicatorum, quam de ordine Fratrum mino-
rum, nec non per supradictum Decanum, ac
per nobiles viros Erardum de Tinquestam,
Frisonum de Belvedero, Bartholomaeum de
Telvo, Beraldum de Levigo, Aproynum de
Castro novo, Simonem de Dosso, Zarboninum
iudicem, Jordanum de Garduno, & Henricum
Sogam fratrem ipsius Panzeriae, & per
alios quamplures, quod deberet dimittere &
restituere omnia bona, redditus & facta, ho-
nores & iurisdictiones, Burgos & Castra, &
alias munitiones, nec non & homines, quos
& quae iam per multos annos detinuit, &
adhuc detinet occupata in ecclesie Trid. &
ipsius praerudicium, nec non propriis
suae animae detrimentum. Ipse autem Odori-
cus Panzeria spreto denunciationibus & mo-
nitionibus, supradicta reddere & restituere re-
cusavit. Unde licet exigente ipsius protervia
& contumacia ipse Dominus Episcopus con-
tra eum procedere potuisset, nullo alio dan-
do termino ad costringendum eum, per cen-
suram ecclesiasticam; idem tamen Episcopus
mitius volens agere cum eodem, ad supera-
bundantem cautelam terminum xv. dierum
peremptorium ipsi Odorico Panzeriae duxit sta-
tuendum, & publice in Synodo generali praec-
eptum & edictum faciens ipsi Panzeriae, quod
supradicta omnia male detenta infra dictum
terminum deberet eidem domino Episcopo re-
stituere, & libere dimittere, alioquin ex nunc
prout ex tunc supposuit ecclesiae & plebes di-
ctarum terrarum, Ripae, Arci, Naci, Leu-
dri, Boni, Tignali, & Condini, & eorum
territorium, quod & quae ei subiacent eccle-
siastico interdito, ulterius ad excommunicationis
sententiam processurus, mala alia facta denunciatione, & amonitione.
Et commisit idem Dominus Episcopus Bene-
venuto archipresbytero Plebis Arci, Jacobo

archipresbytero Plebis Ripae, & Archipresby-
tero Colezi, quod praedictum terminum &
praedicta omnia ex parte ipsius Domini Epi-
scopi denunciare deberent dicto Panzeriae, &
eum charitative admonere, asserendo idem D.
Episcopus quod supradictos archipresbyteros ad
hoc suos constituit nuncios, specialiter praeci-
piendo eis in virtute S. obedientiae, quod
suum praecceptum deberent prosequi in hac
parte, significando & denunciando dicto Pan-
zeriae tam admonitionem quam terminum con-
stitutum, & penas & sententias quas incurre-
ret, & incurrere posset si sibi in restitutione
praedictorum celeriter non provideret. Bene-
ventus autem archipresbyter Arci surgens in
Synodo, rogavit D. Episcopum, ut ipsum de
hujusmodi praeccepto sublevarer, asserens & di-
cens, quod dictus Panzerius odiebat eum ad
mortem; & quod si aliquam denunciationem
sibi faceret, idem Panzeria ipsum sine dubio
interficeret. Dominus autem Episcopus nulla-
tenus eum voluit relevare.

Et praeterea eodem anno, die tertio exe-
unte Novembri, Tridenti, in castro Boni Consilii,
in praesentia dominorum Joannis scribae do-
mini episcopi Gabrielis de Porta, & Dietrici
de Austria & aliis; ibique Venerabilis pater
& dominus Episcopus Trid. supradictus, per
obedientiam requisivit D. Jacobum archipre-
byterum Ripae, quod ipse in virtute S. obedi-
entiae dicere deberet, & recitare denunciationem
ei per ipsum dominum Episcopum commissam
superius nominatam. Qui Archipresbyter res-
pondit, & dixit, quod ipse bene iverat ad
dominum Panzeriam saepe dictum, qui D. Pan-
zeria bene praecipiebat de denunciatione sibi
facienda, & ei inceperat tangere verba de su-
praedictis, & cum D. Panzeria intellexisset pra-
edicta, cepit facere ipsi archipresbytero com-
minationes valde graves, dicendo, o archi-
presbyter, si mihi feceritis aliquam denuncia-
tionem vel admonitionem ex parte domini Epi-
scopi, vel movere mihi aliqua verba, sciatis,
quod incontinenti propria manu amputabo
vobis caput, & dixit publice: si presbyteri
non cantabunt divina, eos here faciam cum
effectu. Unde propter metum mortis ipsa ho-
ra non sunt praedicta integraliter denunciata,
tetigi sibi tamen quaedam verba.

Praeterea ipso anno die xiiii. intrante De-
cembri, in dicto Castro Boni consilii, in praes-
entia Engelpredi & Philippi Camerariorum
Otolini Plonzerii, & Joannis Canevarii de
Levigo, & aliis coram dicto Domino Episco-
po, dictus Archipresbyter Ripae per obedi-
entiam quam ei fecerat, confessus & contentus
stetit, quod ipse bene ex parte ipsius Domi-
ni Episcopi praedictam denunciationem & mo-
nitionem & dictum terminum publice coram
populo in terra Ripae fecerat & publicaverat,
& ibi fuerat Anzelinus notarius de Tocho,
qui est valde amicus D. Panzeriae, fautor &
Secretarius ipsius, & dictus Anzelinus audita
monitione facta ab eodem Archipresbytero, di-
xit, quod Deus poneret in malum annum
dictum D. Panzeriam, si ipse non faceret ip-
sum Archipresbyterum Ripae frustratim dividi
& occidi. Hoc autem dicto, ipse Anzelinus
equitavit statim ad dictum D. Panzeriam, &
revelavit ei dictam monitionem & denuntia-
tionem per eundem Archipresbyterum in Ter-
ra Ripae factam. Unde ipse Archipresbyter
non erat ausus propter metum occisionis per-
sonae

C spem exire hospitio, & ire ad publica; venerunt enim Religiosi ad ipsam Archipresbyterum, dicendo ipsi Archipresbytero, quod ipse sibi praeceperat de dicto D. Panzeria, alioquin damnatum habebit. Et ipse Archipresbyter stetit absconso in quadam domo per xv. dies ex metu dicti Panzeris. Postmodum D. Fraxonus venit Ripam, & rogavit D. Panzeriam pro eo Archipresbytero, & vix ordinavit cum D. Panzeria, quod eum ad dominum Episcopum Tridentinum venire permisit.

Præterea anno Dom. MCLXXX. Indiæ.

VIII. die Mercurii, ultimo exeunte Januario, Tridenti, in Stupa Castri Boni Consilii, in præsentia dominorum Jacobi Archipresbyteri Plebis Ripæ, Joannis scribæ Canonici Tridentini, Manegoldi & Christiani de Alemannia, Odorici de Boltano, & Stephani capitanei Castelmanii & aliis. Nos Fr. Henricus Dei & Apostolica gratia episcopus Tridentinus, ad notitiam univerforum hominum & singulorum commorantium in Ripa, Arcu, Leudro, & Bono, ac alibi sub districtu Panzeris de Arcu, quorum jurisdictione ad ecclesiam Trid. noscitur pertinere, præsentem nostram prohibitionem volumus pervenire. Prohibemus itaque expresse tenore præsentis Otrico Panzeris de Arcu, quod ipse de cetero, vel aliquis pro eo non exerceat jurisdictionem in criminalibus vel civilibus ibidem in terris prædictis, hominibus, & bonis, quorum jurisdictione ad nostram ecclesiam noscitur spectare. Item quod aliquis iudex, advocatus, notarius & præco pro ipso Panzeria, vel pro aliquo substituto ab eodem hominibus & bonis prædictis ibidem officia iudicariæ, advocatiæ, notariæ, & præconis non debeant aliquatenus exercere, sed ab huiusmodi officiis in prædictis exercendis infra octo dies, postquam hoc præceptum ad eorum pervenerit notitiam, eos omnino cessare volumus, & penitus abstinere. Quidquid autem contra hanc nostram prohibitionem temere fuerit attentatum, illud nullius fore decernimus firmitatis, omnia etiam que per eisdem acta & alias antea sine nostra auctoritate fuerint attentata tam in iudicio, quam extra iudicium contra prædicta, ex nunc cassa decernimus, irrita atque vana. Prædictos insuper iudices, advocatos, notarios, & præcones, qui huic nostro mandato contempserint obedire, & coram prædicto Panzeria vel substituto ab eo, postquam hanc nostram prohibitionem ad eorum pervenerit notitiam, præsentem decreto iudicariæ, advocatiæ, notariæ & præconis officia præsumperit prædictis hominibus & bonis exercere, & ab officiis eorum perpetuo præsentem decreto privamus, eosque perpetuo infamie subicimus, nec ad aliquos actus legitimos eos de cetero admitti volumus, ipsos nihilominus ex nunc ut ex tunc si contra præmissa venerint, excommunicationis vinculo lanodamus.

Præterea ipso anno. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Pastoralis cura officii pastoris diligentiam sollicitat, & invitat oves committas pro pascuis ubertatem adducere, ut tamen caveat ne per abrupta gradientes, præcipitiis illabantur, sic quoque Pastorem decet pastorem baculum gerere, ut tunc dispersas attrahendo congreget, aberrantes stimulando baculi aculeo ab erroris latio ad ovile dirigat & reducat. Nos itaque Frater Henricus Dei ac Sedis

Consil. General. Tom. XXIV.

A Apostolicam gratia episcopus Tridentinus, dolentes referimus, quod Odoricus Panzeria de Arcu tanquam ovis erratica extra consortium gregis Domini perversionis semitis, immo in viis innotuit, & præponens sine modo modum avaritiæ ad capessenda lucra illicita debachatur, non solum privatorum hominum nobilium & plebeiorum iura, bona, & possessiones usurpando, verum etiam ea que divini juris sunt, videlicet iura, bona, & possessiones, jurisdictiones & homines beati Vigili, immo potius patrimonium Crucifixi cupiditate nefandissima detinuit & detinet occupata, ex quo ecclesie Trid. nobisque & nostris fidelibus dispendia honorum, bonorum & status multipliciter evenerunt. Licet autem pro restitutione male detentorum, videlicet Burgi Ripæ ac Burgi Arci, nec non jurisdictionis Plebatuum Leudri, Tyggali, Naci, Condini, Boni & Tenni, ac castrorum Castri Romani Tenni, una cum redditibus, honoribus & iuribus, nec non hominibus pertinentibus ad ecclesiam Tridentinam, apud eundem Odoricum Panzeriam per nos & nostros nuntios Clericos & Laicos, castellanos & Civis frequentius infliterimus, ultimo quoque per Archipresbyteros de Ripa & de Blerio admonitione paterna ipsum convenerimus; idem tamen more furda aspidis obturans aures, nesciensque mansuocere, elata obstinatione ac obstinata elatione, omnia detenta supra dicta per multos annos & specialiter nostris temporibus per quinquennium & ultra in salutis propriæ periculum & nostrum præjudicium callidis quibusdam cavillationibus & occasionibus frivole adinventis, restituere distulit & recusat. Interdicti quoque sententiam, quam in dictas Plebes ob dictas causas, præmissa admonitione canonica promulgavimus vilipendens, clavesque ecclesie despiciens, alios ad celebrandum, immo profanandum divina compellit. Archipresbyterum autem de Ripa observantem interdictum sic comminationibus sue tyrannidis terruit, quod habitare apud suam ecclesiam non præsumit. Quid plura? cum processus iudiciales & sententias in plebatibus Ripæ & Arci & Leudri exercitas & lasas, per eundem Otricum Panzeriam vel suos vicarios decreverimus irritas & inanes. Iudicibus, assessoribus, advocatis, tabellionibus, præconibus contra nostrum decretum venientibus penam perditionis, dignitatum & officiorum suorum cum nota perpetui infamie instigando, ipse idem Otricus crudelitate tyrannica, evaginato ensis super dictos, qui nostris præceptis attemperaverint, nisi præcepta nostra violent, amputare capita publice comminatur. Quis igitur in iis culpis culpa est relaxare vindictam, Nos cum Apostolo parati ad ultiscendum ejus inobedientiam, immo Dei offensam manifestissimam, præfatum Otricum in iis scriptis propter detentionem prædictorum bonorum Ecclesie nostræ, & quia sapius requisitus noluit restituere, & quia interdictum nostrum ausu temerario præcepit violari, excommunicamus & anathematizamus, tradentes eum Sathana in interitum carnis, ut Spiritus ejus salvus fiat in die Domini, præcipientes ab omnibus Christi fidelibus attentius evitari, dantes nihilominus in præceptis omnibus Archipresbyteris, Plebanis, Vicariis & Rectoribus ecclesiarum parochialium per civitatem & diocesim Tridentinam constitutis,

X 2

ut

ANNO
CHRISTI
1579.

ANNO
CHRISTI
1579.

ANNO
CHRISTI
1779.

ut eundem singulis diebus dominicis & festi-
vis publice denunciare debeant excommunica-
tionis laqueo innodatum. Ad monemus etiam
Joruanum & Bovelchinum de Garduno, Fran-
ciscum Lorungum & Belesinum de Albano,
Hermanum & Bernardum de Campo, omnes-
que nobiles de Madruzo, quatenus se a dicti
Panzerie communionem, consilio, auxilio &
favore abstineant, ne nostram admonitionem
præmissa, ad ipsos excommunicandos similiter
procedamus. Lata est hæc sententia in scrip-
tis a venerabili Patre Domino Henrico Dei
gratia Episcopo Tridentino, anno Domini
MCCLXXX. indit. VIII. die Sabbati XVI.
intra Martio, Tridenti, in choro Ecclesie
S. Vigili, in præsentia Dominorum Fratrum B

A Clementis Prioris, Florii Lectoris Fratrum
Prædicatorum apud Tridentum, Fratrum Bo-
neinsignis Vardiani Fratrum Minorum, Se-
petchæ de eodem ordine, Fratris Otolini Prio-
ris fratrum Heremitarum de Trid. Dominorum
Gozalchi decani, Odorici Archidiaconi, Odo-
rici Scholastici, Adelurandi, Jacobi, Joan-
nis Scribæ Canonorum Trid. Vigili capel-
lani, Dominici plebani ecclesie S. Petri, Do-
minorum Gerardi Legum doctoris, Gisledi,
Zambonini & Danielis judicum, Aproini,
Odorici de Bolzano, Ebelii, Thomasi, &
Trentini not. & aliorum rogatorum testium.
L. S. Ego Zacheus sac. Pal. not. iis
interfui, & rogatus scripti &c.

ANNO
CHRISTI
1779.



Ex Lunigii
Specieg.
Eccles.
Conto. II.
P. 173

SYNODUS URATISLAVIENSIS

A Thoma Uratislavensi Episcopo celebrata.

NOs Thomas Dei gratia Wratislaviensis
Episcopus: Synodo in Ecclesia Cathedra-
li in castro Beati Johannis Baptiste, An-
no Domini, millesimo ducentesimo septuage-
simo nono, præsidentes; lucris animarum
(sicut decet pastorem vigilantiam) totis
viribus inhiantes, non tam nova eudentes
quam vetera renovantes; Universis personis
Ecclesiasticis per nostram Wratislaviens. die-
cesim constitutis districte præcivimus, ut in
victu, gestu, & aliis circumstantiis sui sta-
tus, sic honeste se habeant & decenter, ne
propter ipsos nomen Ecclesiasticum blasphemetur.
Eisdem imprimis districte inhi-
bentes, ne de patrimonio Crucifixi inimicos se
faciant crucis Christi; sicut illi quorum Deus
venter est, qui terrena sapiunt, non divina;
in conviviis suis modestiam & mediocritatem
observent, superfluitatem indebitam refecan-
tes, ebrietatem fomitem omnium vitiorum
& nutrimentum evitent. Præcivimus etiam,
ut Clerici continenter & caste vivere stu-
deant, quatenus puro corde & mundo cor-
pore Deo possint in officio Ecclesiastico mi-
nistrare. Si vero deprehensi fuerint detinere
publice concubinas; juxta tenorem Constitu-
tionis (bonæ memoriæ) domini Guidonis
Suaden. quondam in partibus Poloniæ Apo-
stolicæ sedis Legati, omni beneficio Ecclesia-
stico sint privati. Archidiaconos vero, qui
hujusmodi concubinos, si de ipsorum cri-
mine eis conspicerent evidenter, in beneficiis
suis toleraverint; contra sententiam antedi-
ctam, extunc suspendimus a divinis.

Eisdem nihilominus sub eadem pena fir-
miter injungentes, ut Ecclesias quarum ad
iplos spectat visitatio, infra tres menses, si
commode poterunt, visitent: ne pretextu ali-
cujus ignorantie se valeant excusare. Et cum
Ecclesias sibi subjectas eos contigerit visitare,
moderentur expensas, coereant numerum com-
mitum; prout in generali Concilio extitit de-
finitum. Munera etiam penitus evitent: nec
visitationis officio non impenso, procuratio-
nem in victualibus, aut aliquid procuracionis
nomine recipere præsumant: horum si face-
re præsumperint, duplum ejus quod receperint,
Ecclesie, a qua id receptum fuerit,
infra mensum restituere teneantur; alioquin

prædicti Archidiaconi duplum ipsum ultra
prædictum tempus restituere differentes, ab
officio & beneficio, juxta Constitutionem (fel-
licis recordationis) Domini Gregorii Papæ X.
noverint se suspensos; quousque de duplo hu-
jusmodi gravatis Ecclesiis plenariam satisfac-
tionem impendant, nulla in eis hoc dantium
libertate, remissione seu gratia valitura
Item: quia peccatis exigentibus, quorundam
Laicorum in nostra diocesi adeo iniquitas ino-
levit, quod in rebus Ecclesie furum reputa-
tur sagacitas, rapina probitas, & violentia
fortitudo; Synodali judicio statuimus ac etiam
definimus, ut quicumque nobiles vel ignobi-
les, cujuscumque conditionis existant, bona
Ecclesiarum scienter detinent occupata, nisi
infra instans festum Assumptionis B. Virginis
eadem restituerint, & de damnis ac injuriis
satisfecerint competenter, extunc juxta tenorem
Constitutionis domini Guidonis præfati,
introitum Ecclesie sibi noverint interdictum,
nec ab Ecclesiarum Prælatibus sive rectoribus
ad communionem Domini Corporis admittan-
tatur. Qui vero obliuata mente dum vixe-
rit satisfacere non curaverit, nullus Clericus
sæcularis, vel Regularis (secundum quod in
eadem Constitutione continetur) sepultura
ejus interesse præsumat. Et quicumque Lai-
cus nobilis vel ignobilis, venditionem deci-
marum clam vel palam impedire præsumpe-
rit, quousque digne satisfecerit, de tali com-
misso introitum Ecclesie noverit sibi interdi-
ctum. Statuimus etiam & districte præcivimus,
ut omnes sacerdotes, tam sæculares
quam Regulares, inter alias circumstantias
diligenter requirant a consistentibus sibi; si
decimas non solverint, vel violenter vel fran-
dulenter obtinuerint; nec talibus injungatur
penitentia, nisi decimas sic detentas ex in-
tegro restituant, vel ei ad quem de jure per-
tinent, de prædictis decimis satisfaciant com-
petenter. Qui vero decimas sic ablatas non
restituerint ei, cui debent de jure restitui,
nec in vita sua satisfacere curaverint, Eccle-
siastica careant sepultura. Præcivimus etiam
universis & singulis Ecclesiarum rectoribus &
Vicariis, per nostram diocesim constitutis, ut
singulis diebus dominicis & festis & Kalendis
Julii usque ad medium Augusti quolibet an-
no,

ANNO
CHRISTI
1179.

no, pulsatis campanis, & extinctis candelis, A vel metu extorserint, excommunicationis sententiam decernimus subjacere. Alia Decretalis: Quicumque pro eo, quod in Reges, Principes, Barones, nobiles, balivos, vel quoslibet ministros eorum, aut quoscumque alios, excommunicationis, suspensionis, seu interdicti sententia fuerit promulgata, licentiam alium dederint occidendi, capiendi, seu alias in personis, seu bonis suis vel suorum gravandi: eos qui tales sententias protulerint, siue quorum sunt occasione prolatae, vel eadem sententias observantes, seu taliter excommunicatis communicare volentes; nisi licentiam ipsam re integra revocaverint, vel si ad bonorum captivum occasione ipsius licentiae sit processum: nisi bona ipsa fuerint infra octo dierum spatium restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa; eo ipso excommunicationis sententiam incurrant. Eadem quoque sint sententia innotati omnes, qui ausi fuerint praedicta licentia data uti, vel aliquid praemissorum ad quae committenda licentiam dari prohibuimus, alia committere suo motu: Qui autem in eadem sententia permanserint duorum mensium spatium, & tunc bea non possint, nisi per sedem Apostolicam absolutionis beneficium obtinere.

Præcipimus autem universis Rectoribus Ecclesiarum & Cappellanis nostrae dioecesis, eisdem in virtute obedientiae, & sub poena unius C Marcæ argenti firmiter injungendo; quatenus Copiam Constitutionis praecedentis recipiant infra mensem: Et eam Constitutionem in scriptis redactam in Ecclesiis suis juxta Altare in tabula lignea affigant, una cum Constitutionibus (bonae memoriae) domini Fulconis Archiepiscopi.

ANNO
CHRISTI
1179.ANNO
CHRISTI
1280

CONSERANENSIS SYNODUS

ANNO
CHRISTI
1280.

Ab Augerio episcopo circa annum 1280. celebrata.

Excerpta
huc dedit
Montfaucon.
Bibliothecar.
MS. 10. II.
P. 157.

AD honorem Sanctæ & individuae Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & gloriose Virginis Mariæ, atque beatissimi Licerii Confessoris & omnium sanctorum. Nos Augerius tota Dei patientia episcopus Conseranensis, cupiens subiectos nostros in iis, quæ ad salutem animarum pertinere noscuntur, feliciter gubernari, infra-scriptas instructiones & constitutiones in praesentiarum duximus promulgandas. Primo igitur instructiones, secundo constitutiones ponuntur. Sicque binario numero praesentis libelli lectio peragatur.

Incipiunt instructiones.

Fratres carissimi & sacerdotes Domini, cooperatores nostri officii estis. Nos quidem licet indigni locum Aaron tenemus, vos Eleazar & Ithamar. Nos vice duodecim Apostolorum fungimur, vos ad formam septuaginta duorum discipulorum estis: nos pastores vestri sumus, vos commisit vobis plebis: nos summo pastori Domino nostro Jesu Christo rationem de vobis reddituri sumus, vos vero de plebibus vobis commissis.

Vestram itaque fraternitatem hortamur in

Domino, sedulo monemus atque obsecramus obnixè, ut quæ his scriptis vobis pro nostra vestraque salute suggerimus, fideliter memorie commendare atque adimplere summo opere studeatis. Officii igitur nobis commissi onus rite atque legitime peragendum: duo quippe principaliter unicuique vestrum necessaria esse noscuntur. Primum est vita & conversatio irreprehensibilis; secundum est scientia commendabilis, illa præcipue quæ in quatuor consistit. Primo in septem sacramentorum ecclesiasticorum administratione infra leviatim dicitur; secundo in sacramentorum cauta custodia & contradictione; tertio in divinorum officiorum celebratione; quarto in animarum atque ecclesiarum regimine & dispositione: & ibi agitur de sepulturis, de decimis, de ecclesiastica censura, de Judæis.

De vita & conversatione Clericorum.

Primo itaque vita & conversatio irreprehensibilis, & quoad nos & quoad alios perquam necessaria est, quia necessaria nobis est vita nostra, sed alius fama nostra. Unde Dominus inquit, luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificentur.

Hoc exordium peti-
tum est ex
hom. Laco-
ris papa
IV. quem
legi non
erat in
consilio,
MANE

ANNO
CHRISTI
1180.

patrem vestrum, qui in Calis est. Alioquin secundum Prophetam, si sacerdos qui est unctus peccaverit, faciet delinquere populum; & iterum, incantatore a serpente percusso, quis maledictus? & rursus: si sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo? Sacerdotes quidem in bene docendo & male agendo Deum instruunt, qualiter eos debeat condemnare, & tot moribus digni sunt, quot perditionis exempla ad subditos transmittunt. Qua enim libertate possunt eos corripere, dum tacite sibi respondent se eadem, quae corripiunt, commisisse? quia esse non potest hortator viduitatis, qui conjugia frequentaverit. In evangelio quoque probatur eum qui trabem portat in oculo suo, non posse testucam in oculo fratris sui videre. Item David: peccatori autem dicit Deus, quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Et secundum Gregorium, cujus vita despiciatur, restat ut ejus praedicatio condemnetur: hinc etiam dum ait Isaias a Domino ad praedicandum mittendus, prius ab iniquitate mundatur, & os ejus calculo tangitur, qui forcipe tollitur de altari.

Prius igitur debent sacerdotes errata sua corrigere, & postmodum ad alia dilucenda festinare. Nam & gallus prius seipsum alarum verberibus corripit, & deinde ad horas praecipientas accedit. Sacerdotes enim plerumque exemplo suae passionis accendunt, quos servitute doctrinae diutius confirmare non possunt: & vita discipuli exempla eruditae religionis de se praestare nescit, quae in seipso experimento non didicit. Ut igitur vita & conversatio vestra irreprehensibilis appareat & ceteris luceat per exemplum, expedit ut sit juxta ecclesiam cella vestra. Nullus vestrum arma vel gladios ad feriendum ferat, nisi forte tempore guerrae, vel ex probabili causa timoris.

Nullus comam nutriat, neque barbam, & uniusquisque coronam & tonsuram habeat congruentes: quas & conjugati non bigami privilegio clericali gaudere volentes, publice portent.

Nullus canum vel avium jocis intersiat. Nullus ebrietatibus, crapulis, litibus, scurrilitatibus, percussionebus & blasphemis vacet. Nullus spectaculis aliquibus, quae aut in nuptiis, aut in scenis exhibentur, intersit; sed pompas saeculi & convivia publica fugiat: privata vero non tantum pudica, sed etiam sobria colat.

Unusquisque vestrum dolos & conjurationes caveat, odium, emulationes, obrestitutiones atque invidiam effugiat, non vagis oculis, non effreni lingua, aut petulanti fluidoque gestu incedat; sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendat.

Obscenitatem & membrorum, & verborum, sicut & operum penitus execretur. Senioribus debitam praebet obedientiam, neque uilo jaentiae studio seipsum attollat, bonis moribus studeat, & ab omnibus illicitis cor ac linguam, & corpus, Deo auctore, conservet. Omnis enim jaentia atque immoderatio a bonis est moribus aliena.

Nullus tabernam intret, nisi forte necessitatis causa in itinere constitutus.

Caram pauperum, peregrinorum & aliarum miserabilium personarum habeant, praesentes eis refectorem: viduas, orphanos & pupillos defendite: & tam in iis, quam in

aliis hujusmodi, totius boni exemplum in vobis praebete.

Officia seu commercia saecularia, maxime inhonesta, mimos quoque, jocolatores & histriones, ac pravorum & infamium consortium fugite.

Nullus baratas ac luera inhonesta, ac cuiuslibet generis senus exerceat, ut undecim pro duodecim in ludo juxtuare, aut bladum vetus & corruptum pro novo & sincero mutare, seu commodare praesumat,

Ad Aleas & taxillos, vel etiam cum laicis ad lustras ludere nolite, vel ludis hujusmodi interesse.

Officiis ecclesiasticis, & aliis bonis studiis cum diligentia vacate. Capitiis brevibus aut aliis inhonestis vel laicalibus diversorumque colorum, aut aurifrisiatis vestibus, aut pannis rubris, seu viridibus, vel virgatis manicis quoque consutiariis ac saecularibus rostratis, vel cordelatis aut incisus chirothecis depictis, frenis, sellis, pectoralibus ac calcaribus deauratis uti nolite: Sed sacerdotes veste desuper clausa atque talari & aliis ornamentis decentibus utantur & honestis.

Continenter & caste vivere studete, & nullus clericus saeculas secum teneat, de quibus aliqua sinistra suspicio esse possit. Sed nec etiam matres, sorores, vel alias suas consanguineas juvenes secum in domibus ecclesiarum tenere praesumat; sed eis forte indigentibus alibi, si voluerit, necessaria subministret.

Clerici quoque membrorum truncationes per se non faciant aut indicent inferendas, sententiam sanguinis dictando vel proferendo aut scribendo: sed nec ubi talia exercentur dum sunt, interesse praesumat.

Nullus in sacro ordine constitutus, praecipue sacerdotes & religiosi, artem chirurgiae exercent, quae unctionem vel incisionem inducat.

Nullus tabellionatus officio fungatur in curia saeculari, aut procuraciones, seu ballivias villarum, aut dicaturas saecularium principum tenere praesumat. Sed nec procuraciones quorumcumque laicorum recipiant. Nec tutor, vel curator vel advocatus in curia saeculari, nisi pro seipso & ecclesia sua, pro sanguineis suis & pupillis & orphanis & aliis miserabilibus personis esse praesumat.

Nullus etiam, privilegio clericali gaudere volens, sergeantariae, seu bannariae officio uti praesumat.

Nullus, sine rationabili causa, mercata seu nundinas frequentet; & tunc in habitu honesto incedat.

Nullus clericus ob amorem, vel gratiam parentum, vel amicorum suorum possessiones alienas, vel fructus earum violenter intrudat: alioquin si ablatis restitutis juxta delicti qualitatem poenam graviolem merito poterit formidare.

Nullus clericus dono, pretio, gratia, amore vel odio sibi credi faciat a laicis; actiones, ut adversiones fatigandi causa ad ecclesiasticum forum trahat.

Quivis presbyter in principio sui presbyteratus vestes sacerdotales sibi fieri faciat, cum quibus obitus sui tempore valeat sepeliri.

Nullus in sacris ordinibus constitutus ruptariis vel balistariis, aut hujusmodi viris sanguinum praesesse praesumat, aut purgationis aquae

ANNO
CHRISTI
1180.

Aquas ferventis, seu frigidae, aut ferri candentis ritum cujuslibet benedictionis aut consecrationis impendat. Ultimo scitote Sacerdotis esse officium omnibus prodesse, nulli autem nocere velle. De iis etiam alia inter constitutiones quaerentur.

Postea vero de scientia Sacerdotum aptissime loquitur.

Hinc de Sacramentis.

De materia restitutionum.

De custodia & contractatione Sacramentorum.

De Divinorum officiorum celebratione.

De officio Missae.

De animarum atque Ecclesiarum regimine.

De Sepulturis.

De Decimis.

De censura ecclesiastica.

De ecclesiis & earum privilegiis & ornamentis.

De officio & potestate rectorum, cappellanorum, & de regimine ecclesiarum. Prohibet multa genera sortilegiorum, & addicit penas eisdem.

Prohibet rectoribus ne absolvant aliquem ab excommunicatione, nisi in articulo mortis & in casibus hic expressis. Statuit ut rectores non tradant curam presbyteris, nisi de licentia.

Prohibet ne religioso communicetur cura animarum, & penam ponit.

De Divinis officiis & aliis ad ea pertinentibus.

Casus reservati Episcopo & Vicario suo.

Prohibet matrimonium in ecclesia solemnizari contractum inter infantes, vel de quo est dubium.

De chrismate & sancto Oleo.

De excommunicatione & interdicto.

Ponit penam pro falsantibus litteras apostolicas & curiae nostrae.

Quod nullus teneat scholas nisi in casibus hic contentis, in diocesi vel civitate Conseranensi.

De officio & collatione tonsurarum.

De actionibus ecclesiarum.

De vita & honestate Sacerdotum.

De cappellanis, monachis & religiosis.

De censibus & procuratoribus.

De Ostensione reliquiarum.

De Pedagiis.

De Judaeis.


De Leprosis.

De Sortilegiis.

De Rapinis clericorum.

De Usuris.

ANNO
CHRISTI
1180.



SENONENSE CONCILIUM.

*In quo Simon Carnotensis episcopus debita subjectionis argumentum
Senonensi archiepiscopo praebet,*

Anno 1180. habitum.

AN. 1180.
EX Gall.
Chr. nov.
edit. 10.
VIII. pag.
177. app.
librum

Anno Domini MCCLXXX. reverendus pater Simon de Perruchejo in Carnotensem episcopum per sedem apostolicam in Romana ecclesia confirmatus ac etiam consecratus, veniens in diocesi Senonensi circa Ascensionem Domini, antequam intraret diocesim Carnotensem, ex parte reverendi patris domini Gilonis Dei gratia Senonensis archiepiscopi per probos viros de ecclesia Senonensi requisitus fuit curialiter, ut accederet ad ecclesiam Senonensem, ipsi archiepiscopo ac ecclesiae Senonensi professionem facturus, prout hactenus, ut tenentur, fecerunt singuli episcopi suffraganei ecclesiae Senonensis. Ipse vero Simon Carnotensis episcopus respondit, se non credere ad hoc teneri, & velle super hoc deliberare; maxime cum ipse in Romana curia immediate post consecrationem suam professionem fecisset debitam ac etiam consuetam. Quod audiens dictus archiepiscopus, per eosdem probos viros praedicto episcopo inhiberi fecit auctoritate metropolitana, ne ipse episcopus in diocesi Carnotensi ordines celebraret, seu aliud officium pontificale in dicta diocesi exerceret, donec fecisset ipsi & ecclesiae Senonensi professionem superius nominatam. Qua inhibitione ipsi episcopo sic facta, idem episcopus contra mandavit ordines suae diocesis, quos ad diem Sabbati post Pentecostem jam fecerat evocari. Demum deliberatione ab eodem episcopo habita cum peritis, tandem die Jovis ante na-

titivatem B. Johannis Baptistae, scilicet XII. Kalendas Julii, qua die ipso anno celebrata fuit Senonis sancta Synodus, praefatus Carnotensis episcopus Senonas venit, & in ecclesia Senonensi receptus cum processione solemnem, prout consueverunt recipi novi episcopi Carnotenses, tanquam aliorum episcoporum decani; ipse episcopus finita processione praedicta, super majus altare praedicto archiepiscopo & ecclesiae Senonensi solemniter & publice fecit & legit professionem debitam a singulis episcopis suffraganeis Senonensi ecclesiae fieri consuetam, & propria manu subscripsit. Actum Senonis praesentibus praedicto archiepiscopo & religiosis viris fratribus Philippo sancti Johannis, Johanne sancti Remigii, Odone sancti Pauli Senonensis, Nicolao Dei loci, Johanne de Morigniaco, Thoma de Jardo, Hugone de Calmis, Guillelmo de Castro-Nantomis abbatibus, Johanne archidiacono, Girardo decano Senonensi, Stephano Wastinensi, Stephano Maledunensi, Johanne Pruviniensi, Simone Stampensi archidiacono, magistris Guillelmo de Mailli & Odone de Blesi, Simone Cornuti & Jacobo de valle Ederae canonicis Senonensibus, Guillelmo de Calvomonte camerario Carnotensi, Johanne de Albiniaco, magistro Raignaudo & Monciaco canonicis Carnotensibus, & magistro Roberto Cornuti Senonensi & Carnotensi canonico.

CON-

ANNO
CHRISTI
1180.

CONCILIIUM GENERALE APUD PERTHUM

ANNO
CHRISTI
1180.

Anno 1180. habitum.

An. 1180.
Ex Vvilk.
co. II. pag.
43.
ibidem

De lunæ post festum S. Bartholomæi concilium generale apud Monachos nigros in oppido Pertho, celebratum fuisse patet ex sententia Archibaldi episcopi Moraviensis hoc anno lata, in chartular. vet. eccles. Moravien. fol. 46. in bibl. juridic. Edinburg. quæ hujus est tenoris.

Sententia A. Moraviensis episcopi contra Vvill. de Fentona lata, in concilio apud Perth. denuncianda.

Universis episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, & ceteris ecclesiarum prælatibus, in concilio die lunæ proxima post festum sancti Bartholomæi, in ecclesia fratrum prædicatorum de Perth. celebrando congregatis. A. Dei gratia Moravien. episcopus salutem in salutis auctore. Noveritis nos in lite inter nos & dominum Willielmum de Fentona diutius agitata subscriptum a iudicibus delegatis obtinuisse decretum. R. Dei gratia episcopus J. Decanus Rossensis ecclesie & prior de bello loco ejusdem diocesis executores deputati, a viro religioso Dei gratia abbate de Dei unico iudice a sede apostolica delegato in causa, quæ super terra ecclesie de Keltalargyn vertebatur inter venerabilem patrem A. Dei gratia Moravien. episcopum, actorem ex parte una, & dominum W. de Fenton. dominum de Beuford in le hard. & Cæciliam sponsam suam reos, exaltera; dilectis sibi in Christo decano christianitatis de Innernys rectori ecclesie de Lundechyn, & vicario de Wardlaw salutem in salutis auctorem. Quum nos die mercurii proxima ante festum sancti Michaelis, anno gratiæ MCCLXXIX. ad ecclesiam de Keltalargyn accedentes, prælatum episcopum Moraviensem personaliter ibidem comparentem nomine ecclesie sue in veram & corporalem possessionem dimidiæ Davach terræ, ad jus & proprietatem dictæ ecclesie de Keltalargyn de jure spectantis, & præfato episcopo nomine ecclesie sue cum ædificiis, aquis, piscariis juribus, ac ceteris omnibus pertinentiis, ad dictam terram spectantibus, per præfatum iudicem ex secundo decreto alias finaliter adjudicato, prout in actis inde confectis plenius continetur, juxta mandatum dicti iudicis immo verius apostolici, induximus, & ibidem publice denunciando, auctoritate apostolica, monuimus, ne præfatus Willielmus, per se, vel per alios, ab illo tempore, in antea præfatum episcopum quocumque modo impedire præsumat, quo minus de prædicta terra & ejus pertinentiis omnibus & singulis, prout sibi visum fuerit expedire, libere valeat disponere & ordinare; ac sprete monitionibus nostris præfatus Willielmus percepta injulte & retenta firma prædictæ terræ de termino sancti Martini, anni gratiæ supradicti, præfatum episcopum quo minus pacifice possessione decreta uti valeat & gaudere hæcenus temere præsumpsit impedire. Vobis mandamus, conjunctim & divisim in virtute obedientiæ, qua sedi apostolicæ tenemini, sub pœna majoris excommunicationis in personas vestras ex tunc la-

te, si in hoc mandato nostro, immo verius apostolico, negligentes fueritis vel remissi; firmiter injungentes, quatenus statim visis literis istis, adjunctis vobiscum quibusdam cappellanis, & aliis fide dignis, ad castrum de Beuford personaliter accedentes, trinas monitiones, videlicet, semel, secundo, & tertio, auctoritate nostra, immo verius apostolica, ibidem faciatis; ut præfatus Willielmus ac Cæcilia, firma prædicta ipsi episcopo plenius restituta, de cetero, per se vel per alios eundem episcopum vel procuratorem suum ad hoc specialiter constitutum impedire non præsumant, quo minus de prædicta terra & ejus pertinentiis, ut prædictum est, libere valeat disponere: & nos, si monitionibus vestris contemptis usque ad proximum Pascha in sua contumacia perseveraverint, ipsos, quos ex tunc ab ingressu ecclesie in his scriptis suspendimus, per totum decanatum de Innernys, & alibi, ubicumque visum fuerit expedire, pro suspensis hujusmodi denunciatis; & si iterato super præmissis legitime moniti, ut prius, infra diem dominicum post, inque festum ascensionis Domini, a sua rebellione desistere non curaverint, ipsos quos ex tunc propter crescentem contumaciam pœna dignos graviori, in his scriptis excommunicamus, sententia supradicta singulis diebus dominicis & festivis pulsatis campanis, candelis accensis, publice & solemniter denunciatis excommunicatos. Sane si adhuc tertio super præmissis legitime moniti, ut prius, animo indurato claves ecclesie vilipenderit & ad gremium matris sue infra festum sancti Petri ad Vincula proxime futurum redire non curaverint, & pœna sententiarum interdicti, quam ex tunc in terras eorum, etiam omnia loca, ubi moram traxerint, quandiu ibi steterint, in his scriptis proferimus, tam diebus quam locis, & sub eadem solemnitate, ut supradictum est, efficaciter publicetis, ab executione mandati nostri, immo verius apostolici, nullatenus cessantes; sed omnia superius vobis injuncta sub pœna præcomminata fideliter exequentes, quousque super præmissis omnibus ad condignam satisfactionem venientes, præmissarum sententiarum relaxationem meruerint obtinere, ut vos super hoc per litteras nostras patentes, ut ab executione vobis in hac parte demandata desistere debeatis, fueritis certiorati. Datum apud kinloss, in crastino annunciationis beate Mariæ, anno Dom. MCCLXXX. Quare vestre universitati attentius supplicamus, quatenus zelo Dei, & justitiæ, & gratia vicissitudinis prædictum dominum W. in singulis ecclesiis vestrarum diocesium sententiis suspensionis, excommunicationis, & interdicti superius expressis subjacere denunciatis, ab omnibus Christi fidelibus arctius vitandum, donec promissa super commissis satisfactione condigna, beneficium absolutionis meruerit obtinere. Datum apud Spyny die dominica post festum assumptionis beate Mariæ, an. D. MCCLXXX.

SE

ANNO
CHRISTI
1280.ANNO
CHRISTI
1280.

SENONENSIS PROVINCIÆ CONCILIUM

Pro deputanda Romam legatione ad ecclesiæ Gallicanæ negotia tractanda

Anno 1280. habitum.

An. 1280.
Ex Gall.
Chr. to.
VIII. pag.
372. A. v.
pend.
ibidem.

Concilii hujus nomen & res in eo decreta continentur in sequenti mandato Simonis Carnotensis episcopi quod hic exscribo. Cum vero Concilii hujus non satis accurate tempus mandatum illud definiat, hinc non inani conjectura opinor sententiam illam latam in Concilio provinciali Senonensi adversus Johannem de Ambasia Anno 1281. Septembris Mense, legendam Gallie Christ. tom. VIII. pag. 436. append. ad hoc pariter concilium pertinere. Vix enim credibile est, ut tam brevi temporis spatium, quod a medio circiter Septembris anni 1280. (hoc enim tempus sententia illi adscribitur) & initium quadragesime anni 1281. qua mandati adscriptio est, totius provincie synodus his haberetur. Igitur hanc sententiam post mandatum referam.

Simon miseratione divina Carnotensis episcopus, dilectis sibi in Christo de Burgo medio, Blesensi de Nealpa veteri; & de Josaphat Carnot. abbatibus, salutem & sinceram in Domino caritatem. Cum a vestra non credamus memoria recessisse in nuper præterito provinciali concilio a reverendo patre G. Dei gratia Senonensi archiepiscopo o, & omnibus ejus suffraganeis, ac omnibus capitulorum abbatibus, prioribus conventualibus non exemptis Senonensis provincie in dicto concilio convocatis & existentibus; ordinatum fuisse & unanimiter concordatum, quod pro statu & negotiis ecclesiæ Gallicanæ speciales nuncii jam a dicto concilio deputati, ad Romanam curiam mitterentur, nobisque a dicto concilio datum fuit in mandatis, ut secundum summam nobis ab eodem conc. nominatam per diocesim nostram vestrum cuilibet certam pecuniæ summam duceremus imponendam, secundum quod vobis sepeperunt facultates nobis vel mandato nostro Carnoti solvendam infra certum terminum a nobis præfigendum. Nos vero diligenti inquisitione & consideratione super præmissis præhabitis, communicatoque bonorum & peritorum consilio, cuilibet vestrum imposuimus sex libras Parisenses solvendas Carnoti nobis vel officiali nostro, quem ad hoc specialiter deputamus, si nos abesse contigerit, infra diem dominicam qua cantatur *Latus Jerusalem*, pro negotio memorato. Vobis auctoritate dicti concilii & nostra mandamus, quatenus de dicta pecuniæ summa satisfacere infra dictum terminum nullatenus omittatis; vobis præcipientes, ne iter dictorum nunciorum propter defectum solutionis prædictæ valeat retardari, quia statim cum poterunt audiri rumores certi de creatione summi pontificis, necesse habebunt iidem nuncii arripere iter suum. Si quos autem casus gravamina, vel capitula habeatis, per que vestre ecclesiæ opprimantur, super quibus per sedem apostolicam consilium habere debeatis, ea infra dictum terminum, si placet, cum dicta pecunia transmittatis. In signum autem præsentis mandati

Concil. General. Tom. XXIV.

vobis directi sigilla vestra præsentibus apponatis. Datum anno Domini 1280. sabbato post Cineres.

Sententia synodi Senonensis adversus Johannem de Ambasia.

Gilo miseratione Divina archiepiscopus Senonensis, Renodus Parisiensis, Guillelmus Autissiodorensis, Johannes Meldensis, Johannes Trecentis, & Gilo Nivernensis ejusdem gratia episcopi, totumque provinciale concilium Senonense, sede Aurelianensi vacante, venerabili in Christo fratri Simoni Dei gratia episcopo Carnotensi, salutem & sinceram in Domino caritatem. Gravem religiosorum virorum abbas & conventus beatæ Mariæ de Pontilevio ordinis beati Benedicti, Carnotensis diocesis, nunc & alias recepimus querimoniam, quod Johannes dominus de Ambasia & de Calvo monte Carnotensis diocesis, quam plurimas violentias, injurias manifestas, ac damna gravia intulit, Dei timore postposito, ac etiam irrogavit, & adhuc non cessat damnabilius irrogare abbati & conventui prædictis, ac rebus monasterii prænotati, propter quas violentias, injurias sacrilegas in personas & res præfati monasterii commissas, a venerabili viro archidiacono Blesensi in ecclesia Carnotensi iudice ordinario ejusdem loci fuit in iudicium evocatus ad instantiam eorumdem religiosorum, & cum mandato dicti archidiaconi & monitioni ejusdem canonice factæ nollet obedire, fuit, sua contumacia exigente, & adhuc est excommunicationis vinculo canonice innodatus, prout in actis coram eodem archidiacono confectis plenius continetur. Verum cum ipsius domini perversa rabies non cessaret, peccatum peccato, malitiam malitiæ cumulando, super violentiis & injuriis postmodum personis a monasterio prædictis ab eodem irrogatis & illatis, fuit ad iudicium evocatus ad instantiam eorumdem religiosorum coram venerabilibus viris decano & capitulo Carnotensis ecclesiæ, sede vacante, qui quidem decanus & capitulum excommunicationis sententiam cerus ex causis, & sua inobedientia exigente, in eundem dominum promulgaverunt, prout in actis coram eisdem decano & capitulo confectis plenius continetur, quas quidem sententias idem dominus, Deum non habens præ oculis, vilipendens, ad emendam venire recusavit, & adhuc pertinaciter recusat, animo indurato claves sanctæ matris ecclesiæ contemnendo, propter que dicti archidiaconus, decanus, & capitulum iudices ordinarii dicti loci, aggravando sententias prædictas, familiam suam & terram suam Carnotensis diocesis supposuerunt ecclesiastico interdicto, quas more solito vilipendens, eas sustinuit diutius, & adhuc sustinet animo indurato, & quia cre-

Y

scen.

ANNO
CHRISTI
1186.

sciente contumacia, crescere debeat & poena, A
Corpus Christi de terra sua Carnotensis diocesis fuit amotum de mandato decani & capituli prædictorum, iustitia exigente. Porro cum dictus dominus, Deum non habendo præ oculis, sententias huiusmodi jam sustinuerit per quadriennium & amplius animo indurato, & adhuc sustinet, quod quidem non caret scrupulo hæreticæ pravitatis, vobis auctoritate prædicti concilii mandamus, quatenus monentis canonice dictum dominum, ut infra mensem a tempore vestræ monitionis absolutionis beneficium postulet, & commissamendet, & de eis satisfaciatur, ac obrineat se absolvi redeundo ad gremium sanctæ matris ecclesiæ, prout forma ecclesiæ hæc requirit. B

Quod si hæc facere contempserit, ex tunc cietia eum personaliter coram vobis super fide & articulis fidei vobis loco nostri sufficienter responditur, & contra eum processurum, prout postulaverit ordo juris: vobis enim quantum ad omnia præmissa & singula dictum negotium contingentia committimus vices nostras, facientes, quod decreveritis per censuram ecclesiasticam auctoritate dicti concilii firmiter observari. In quorum testimonium ad requisitionem præfati concilii sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum & actum Senonis in nostro provinciali concilio anno domini millesimo ducentesimo octogesimo, die mercurii post festum sancti Michaelis.

ANNO
CHRISTI
1186.



STATUTA JOANNIS PERCKAM

Cantuariensis archiepiscopi.

De Eucharistia custodienda.

An. 1186.
Eo. wilh.
t. II. pag.
40. Ex MS.
Colleg.
Baliol.
Oxon. l. 3.
ibidem.

Dignissimum eucharistiæ sacramentum præcipimus de cetero taliter custodiri, ut videlicet in bursa vel loculo propter comminationis periculum nullatenus collocetur, sed in pixide pulcherrima intrinsecus lino candidissimo adornata, in qua ipsum corpus Domini repositum in aliquo cooperticulo de serico, purpura, vel lino purissimo operiri præcipimus, ita quod sine omni comminationis periculo possit inde faciliter extrahi & apponi; quod etiam sacramentum in omni quindena, ne putrescat species, innovetur. Circumferatur autem cum debita reverentia ad ægrotos, sacerdote saltem induto superpellicio, & gerente orarium cum lumine prævio in lucerna, & tintinnabulo sonoro, ut D
populus ad reverentiam debitam excietur, qui ad prosternendum se vel orandum saltem humiliter sacerdotali informetur prudentiæ; ubicumque regem gloriæ sub panis latibulo eveniret deportari. Et de hoc archidiaconi in suorum remissione peccaminum sint solliciti, quos tunc negligentes invenerint, disciplina rigida castigantes.

De chrismate singulis annis conficiendo.

Quum sacri chrismatis consecratio de anno in annum per locorum episcopos sit agenda, juxta sacrorum canonum sanctiones, & ipsum chrisma per eosdem consecutum annuatim fidelibus sit tradendum, & vetus, quod superest, de veteri chrismate in sacris ecclesiis concremandum. Presbyteri quoque, qui præfunt ecclesiis, aut per se, aut per decanos, vel subdecanos a locorum episcopis annis singulis ante Paschæ sollempnitatem, vel quam citius fieri poterit, sacrum chrisma in singulis ecclesiis perere teneantur; adeo viz. ut si quis de alio chrismate quam de illo novo, quod proprii episcopi largitione vel concessione acciperit, baptizare, seu baptismatum in vertice ungere, nisi præoccupante morte, tentaverit, ipse in se damnationis manifestam protulerit sententiam. Quidam tamen vel ignorantia crassa induti, quæ dolo creditur esse vicina, vel spiritu contuma-

Cei sacris in hæc parte canonibus reluctantes, quod a crimine idololatriæ seu peccato arolandi non multum abhorret, vetus chrisma alicubi per biennium, alicubi per triennium, & alio amplius reservantes, eodem in baptismo, & aliis sacrificiis damnabiliter abutuntur, novum ab episcopis locorum de anno in annum non accipientes neque petentes. Quod ne fiat, de cetero præcipimus districte sub poena suspensionis, quam ferimus in contumaciter contrarium facientes. Quod idem immo de sacro catechumenorum & infirmorum oleo sancto accipiendum credimus intellectum.

De obsequiis episcoporum faciendis.

Sanctum & salubre novimus esse pro defunctis Dominum deprecari, pro illis præcipue, qui pervigilant, rationem pro aliis reddituri, quibus ceteri lege gratitudinis fortius astringuntur. Quocirca statuimus, ut pro singulis episcopis decedentibus Cantuar. provinciæ residui fratres superstites sollempne officium defunctorum, non solum in cappellis suis singulis, sed etiam cum post decessum aliquorum vel aliejus recentem in consilio, vel alias pro utilitate ecclesiæ relique congregantur; præcipientes insuper, & in virtute obedientiæ firmiter injungendo, ut singuli sacerdotes tam sæculares quam regulares missas dicant singulas, cum a diocæsano eis fuerit veritas intimata pro ipsius anima a peccati maculis expianda. Et si quis hujus ordinationis per mensem contemptor extiterit, ipsum extunc a celebratione suspendimus divinorum. Rogamus insuper sacerdotes exemptos, religiosos, & si qui etiam sint sæculares, ut ordinationem ipsam salvis in aliis exemptionis sui iuribus, gratis suscipiant, vel eam saltem sibi auctoritate propria constituent observandam: satis quod nos grati erimus gratiæ, & dolebimus, si quos invenimus de ingratis. Quid autem super hoc facere decreverint exempli, nobis in congregatione nostra futura proxima studeant nunciare. Item cum salubriter sit statutum, ut præ-

lati

ANNO
CHRISTI
1580.

ANNO
CHRISTI
1580.

ati in indulgentiis conferendis xl. dierum A numerum non excedant, ne claves ecclesie contemnantur, quibus tamen thesaurus institutus committitur dispensandus; caveant alii quicumque, ne per multiplicatas indulgentias a prelatorum gratia sibi quasitas dedecus faciant prelati ecclesie super ipsos in suis predicationibus indulgentias offendendo, ne qui claves habeant subijci eas faciant vilipendio. Item per misericordiam Jesu Christi studeant fratres & sanctorum in pudicitia rigida conservetur, puniendo sollicitatores & corruptores earum, ipsas etiam a perditionationibus in parentum suorum seu amicorum domibus compescendo, inhibendo monasteriis secularium feminarum. Clerici pro suis criminibus detenti a publica potestate, & tandem pro convictis ecclesie restituti, non facilius liberentur, nec perfundorie pro eis purgatio admittatur, sed cum omni juris solemnitate, & tam provida maturitate, ut oculos merito offendere non debeat regie majestatis, seu quorumlibet aliorum, quos exagitat studium aequitatis. Item precipimus, ut in proxima congregatione nostra tempore parliamenti proximi post festum S. Michaelis ad tres hebdomadas per Dei gratiam futura, preter personam episcoporum & procuratores absentium, veniant duo aut unus a clero episcoporum singulorum, qui auctoritatem habeant una nobiscum tractare de his, que ecclesie & communi utilitati expediunt Anglicane, etiam si de contributione aliqua vel expensis oportet fieri mentionem &c.

De ornamentis ecclesie ad parochianos pertinentibus, & de arboribus crescentibus in cœmeterio.

Ad doctrinam presentium & memoriam futurorum. Cum plerumque altercationes inter rectores ecclesiarum in provincia nostra constitutos, eorumque parochianos super variis ornamentis & rebus ecclesiasticis, que, & quanta, quomodo ad rectorem pertineant infra scripta, que autem ad eorum parochianos, & que ad eos pertineant, ut sequitur teneant pro doctrina. Ut autem existant parochiani in singulis certiores, intelligant & observent universi, quod calix, missale, vestimentum ipsius ecclesie principale, viz. casula alba munda, amictus, stola, manipulus, zona cum duabus tuallis, crux magna processionalis, & alia minor pro mortuis, lanterna cum tintinnabulo, thurribulum, velum quadragesimale, vexilla, campanæ, manuales pro mortuis, feretrum, vas ad aquam benedictam, oculatorium, candelabrum ad ce-

reum paschalem, campanæ in campanili, & cordæ ad eandem, fons sacer cum ferulis, & reparatio navis ecclesie interius & exterius tam in altaribus, quam imaginibus, fenestris earum, & vitris cum clausura cœmeterii ad ipsos parochianos pertinere. Cetera autem omnia tam in reparatione cancelli, quam in ornamentis ejusdem internis & externis, secundum diversas ordinationes & consuetudines approbatas, debent a rectoribus locorum & vicariis reparari. Ceterum advertentes quod ea sacra sunt & religiosa, que sacris vel religiosis adherent, quodque laicis disponendi de rebus sacris & ecclesiasticis non est quavis attributa potestas, nisi quibus incumbit necessitas obsequenti auctoritate sanctorum canonum in hac parte iussu laicis omnibus & ecclesiarum parochianis nostræ provincie prohibemus, ne de herbis, vel arboribus crescentibus seu radicatis, in cœmeterio dedicato, vel aliis locis sacris, quicquam disponant suo nomine, quovis modo, sed sint, sicut essent de jure, herbe, & arbores supradictæ in dispositione & ordinatione rectorum ecclesiarum & cappellarum hujusmodi, quorum dispositioni ecclesie singulæ & earum obventiones omnimode conceduntur. Quibus si abusi fuerint dicti rectores, & arbores in hujusmodi crescentibus cœmeteriis (que quidem arbores cœmeteria ipsa & loca juxta ecclesias & cappellas, ubi plantatæ fuerint, non modicum condecorant) absque sufficienti & rationabili causa evulserint, deturpaverint, seu radicibus extirpaverint, sciant se pro præsumptione hujusmodi, pro modo & qualitate per nos vel nostros tanquam jurium & libertatum violatores canonicè puniendos. Quocirca devotioni vestræ committimus & mandamus, quatenus has litteras nostras, & contenta in eis, in capitulis vestris generalibus, & congregationibus aliis jam venturis solemniter pullicetis, & faciatis per locorum rectores & vicarios presbyterosque parochiales in singulis ecclesiis parochialibus & capitulis nostri archidiaconatus dilucide publicari, injungentes & virtute ebedientie, quod percepta harum copia in aliquibus ecclesiarum & cappellarum libris ad memoriam faciant eam scribi, ut si super præmissis in posterum controversiam vel contentionem, quod absit, contigerit oriri, eidem finis imponi valeat feliciter per præmissa; denunciantes eidem quod in visitationibus nostris faciemus specialiter inquiri, si præsentibus publicatæ, & in libris scriptæ fuerint, ut mandatur, quodque non parentes velut inobedientes ultione canonica percellemus.



SYNODUS COLONIENSIS

A SIFRIDO ARCHIEPISCOPO

Habita circa annum MCCLXXX.

Capitula seu rubricæ statutorum ecclēsię Colonienſis, editorum a bonę memorię D. Sifrido archiepiscopo Colonienſi, in generali ſynodo ex conſilio prælatorum ſuorum, &c.

1. De vita & honeſtate & officio clericorum.
2. De cohabitatoribus mulierum & concubinaris.
3. De ſtatu clauſtralium & religioſorum.
4. Qualiter clerici, & maxime ſacerdotes, populum regentes vel plebem, in adminiſtratione ſeptem ſacramentorum, ſe habere debeant: & primo de baptiſmo.
5. De ſacramento Confirmationis.
6. De ſacramento Extrema unctiōnis.
7. De ſacramento Eucharistię ſive altaris.
8. De ſacramento Pœnitentię & Confeſſionis, & eorum attinentiis.
9. De Ordinibus, & qui ad Ordines admitti debeant.
10. De matrimonio & ejus attinentiis.
11. De ſepulturis & cœmeteriis.
12. De bonis ecclēſiarum non alienandis.
13. De malefactoribus ad ecclēſiam confugiētibuſ.
14. De uſurariis maniſeſtis.
15. De clericis in ecclēſiis vel cappelliſ celebrantibus, ſine noſtra vel archidiaconorum licentiã.
16. De executione mandatorum noſtrorum & curia noſtra Colonienſis.
17. De teſtamentiſ.
18. De obſervatione interdicti, qualiter ſit obſervandum.

Statuta domini Sifridi archiepiscopi Colonienſis.

PRÆFATIO.

Licet de clericis, qualiter eos cum modestia, sobrietate, vitę munditia, in domo Domini oporteat converſari, ut ſibi & aliis verbo proficiant & exemplo, per ſacros canones & ſanctorum patrum & prædeceſſorum noſtrorum traditiones ſufficienter ſit proviſum: tamen quia nonnullos ex ipsis clericis, præſertim illos qui per ecclēſias poſiti ſunt ad regimen animarum, in obſervatione dictę proviſionis, contingit non ſine nota tranſgreſſionis deſides inveniri, & ipſarum ſtatum multipliciter deformari: nos Sifridus Dei gratia ſanctę Colonienſis ecclēſię archiepiscopus, ſacri imperii per Italiam archicancellarius, huic deſidie, immo negligentię,

quantum poſſumus, occurrere cupientes, & quod dignum eſt in eorum converſationibus, vita, & moribus, reprehendi, per innovationem eorum, quę circa hæc ſtatuta ſunt ab antiquo, & appoſitionem, quę qualitas temporum addere nos compellit, noſtros clericos in omnibus Deo placitos, ſalubriter reformare, cum firma ſpe & fiducia, quod ſi integrum fuerit ſacerdotium, ecclēſia Dei florebit ſicut lilium, & in ſpiritualibus & in temporalibus benedictionem a Domino recipiet ſalutarem: ſanctam & generalem ſynodum, propter periculolum ſtatum ecclēſię Colonienſis, & prædeceſſorum noſtrorum occupationes, aliquantis temporibus prætermiſſam, de conſilio prælatorum noſtrorum & capituli noſtri duximus indicendam, ad quam convocatis & convenientibus omnibus prælatiſ monaſteriorum & ecclēſiarum, ac clericis noſtris ſubditis, ſtatuiſmus & ordinaviſmus, ut ſynodus generalis exnunc in antea in ecclēſia Colonienſi, in craſtino Dominicę, ab omnibus prælatiſ & clero annis ſingulis in perpetuum celebretur: & omnes prælati & clerici tam religioſarum quam ſæcularium ecclēſiarum, & clerici ſæculares noſtrę civitatis & diœceſis, ad ipſam ſynodum ſanctam accedant reverenter: & in veniendo, ſtando, morando, & redeundo, in via & in hoſpitiis ſe decenter habeant, ne laicis ex eorum verbis vel factis ſcandalum generetur. Et intrent ſynodum abbates cum albiſ, ſtoſiſ, & cappiſ choralibus deſuper de ſerico vel ſamitto, cum baculiſ & mitriſ, prout hoc eorum congruit dignitati. Alii vero prælati ſæculares cum pelliciſ & ſuperpelliciſ, & cappiſ de ſerico vel ſamitto. Priores item religioſorum locorum cum albiſ & ſtoſiſ. Decani Chriſtianiſtatum & archipreſbyteri ſimiliter cum albiſ & ſtoſiſ. Reliqui vero preſbyteri & clerici in ſuperpelliciſ. Nec aliquis clericus vel religioſus ibi compareat ſine habitu religionis vel choralis. Omneſque ſic induti, in ipſa ſynodo, quouſque per noſ licentientur, permaneant, audituri cum manuſuetudine & ſilentio, quę ibi præcepta fuerint vel ſtatuta.

Si qui vero infirmitate vel alia inevitabili neceſſitate ad ſynodum venire non poterunt, mittant cum ſuiſ litteriſ & propriiſ ſigilliſ (quę præcipimus ut ſinguli habeant) procuratorem pro ſe, qui habeat poteſtatem de huiuſmodi impedimento faciendi fidem, ſi opus fuerit juramento: & in ipſiſ litteriſ ſe obligent, quod ſtatuta huiuſmodi obſervabunt.

Capitula autem & quęlibet collegia, per unicum vel per duos procuratores de ipſorum collegiſ comparebunt, ad obſervationem ſtatuto-

Ex collectione ſtatutorum in ſynodiſ ecclēſię Colonienſiſ edita anno 1553. In hac ſynodo quamjurima ſunt, quę ſoldem verbis leguntur in ſynodo Claramontenſiſ anni 1568. aliſque.

ANNO
CHRISTI
1186.ANNO
CHRISTI
1186.

tutorum in procuratoriis se similiter obligantes. Et omnes juni comparebunt in synodo, quod sub pena excommunicationis lata sententiam precipimus, nisi modicillimum summi consolationem infirmitas urgeat corporalis.

Item ne ignorantia statutorum vel preceptorum synodi aliquem valeat excusare: statuiamus & precipimus sub pena excommunicationis, quam in hoc casu in omnes & singulos contravenientes in his scriptis serimus, quod quilibet sacerdos ecclesiam vel cappellam officians, vel plebem regens, procuret & efficiat cum effectu, quod intra unum mensem ab hac die numerandum, statutorum & preceptorum synodaliu[m] copiam habeat, de verbo ad verbum, ut ea frequenter legens & B volvens, sciat inexcusabiliter & scire possit, ad quod teneatur, & qualiter in omnibus debeat se habere. Et in proximis deinde singulis synodis generalibus in manu sua secum deferat & publice representet, sciens quod cum excommunicatione sequetur pena alia huiusmodi mandati transgressorem.

I. De vita & honestate & officio clericorum.

EX concilio generali statuiamus & precipimus, quod universi clerici continenter & caste vivant, ab omni libidinis vitio praevenientes, quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde & mundo corpore valeant ministrare: & qui comprehensi fuerint incontinentis vitio laborare, prout magis vel minus peccaverint, ab eorum ordinariis seu praelatis debite puniantur. Alioqui nos praelatorum negligentiam supplentes, tales puniemus secutum canonicas satisfactiones, ut pena docente, deinceps abstineant a peccato: & qui ea de causa per nos vel praelatos suos iustrensis, Divina officia celebrare presumpserit, beneficio ecclesiastico spoliatur, & pro duplici causa perpetuo deponatur.

Praelati autem nostri, qui tales presumpserint in eorum iniquitatibus sustinere, maxime obrentu pecuniarum vel alterius commodi temporalis, juris subiaceant ultioni.

Item a crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant, unde vinum sibi temperent, & se vino: nec ad bibendum quisquam incitetur, cum ebrietas inducat mentis excessum, & libidinis provocet incentivum.

Item nullus sacerdos aut clericus in sacris constitutus ordinibus, feminas, de quibus suspicio potest esse, in domo sua teneat: & nullas omnino, nisi sint ille personae, de quibus naturale foedus nihil permittit saevi criminis suspicari. Ex quamlibet cohabitationem mulierum & clericorum manifestam, maxime clericis in sacris ordinibus constitutis & sacerdotibus, sub pena anathematis districtius inhibemus.

Item clerici officia vel commercia secularia non exercent per se, alios, vel alias. Mimis, histrionibus, vel jocularibus non intendant: tabernas prorsus evitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti.

Item ad aleas & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant congruentem: clausa deferant indumenta, maxime sacerdotes, nimia brevitate vel longitudine non notanda. Pannus rubris aut viridibus, necnon manicis aut calcibus consutis non utantur. Intra ecclesiam

A incedant cum superpellicis; nisi forte aliquid ibi fuerit manibus operandum. Fibulas omnino non ferant. Item arma non ferant, neque gladios, nisi hoc faciant ex causa necessitatis, & expressa licentia praelatorum.

Item statuiamus, quod neque canonici, neque clerici vagentur nocturno tempore per plateas, psallentes: & si aliquos transire oporteat ex legitima & iusta causa, hoc faciant sine clamore, sine cantu, sine citharis, sine tympanis, & sine quolibet strepitu vel choro: & volumus quod contrarium facientes decani suspendant a praebendis eorum per unum mensem.

Item statuiamus, quod quicumque sacerdotes seu clerici beneficiati, sententias excommunicationis seu suspensionis per annum & diem animo sustinerint indurato, beneficiis suis eo ipso priventur per locorum ordinarios, & alias propter hoc nihilo minus canonice puniantur.

Item statuiamus ut clerici ubique, & maxime in Divinis officiis, decenter & discrete se habeant: & tales se in moribus, vita, conversatione, verbis & factis, societatibus, corporis compositione, lectionum & orationum assiduitate, & in quibuslibet honestatibus exhibeant, ut verecundia, quam & laicis est invidiata, in ipsis clericis praecipue commendetur. Nullus horas canonicas & horas de Domina nostra, ulla unquam die distinde & discrete dicere praetermittat, maxime qui est in sacris ordinibus vel beneficiis constitutus.

Nullus dicat Missam nisi unam in die, & praecipue de die: nisi in casibus a iure permissis, ut hoc faciat necessitate imminente, utpote Missam pro defunctis. Ne celebratio fiat sine socio vel scholari, qui respondere valeat celebranti. Nec mulier ad altare permittatur aliquatenus ministrare.

Item propter apostatas, discursores, vagos & ignotos clericos, de quibus an sacerdotes sint, non immerito dubitatur: statuiamus, ut nullus beneficiatus seu rector ecclesiae vel altaris, tacite vel expresse aliquem admittat in socium vel ad celebrandum Missam, vel ministrandum sacramenta, vel aliquod sacerdotale officium exercendum, nisi notum sit de ordinibus, moribus & conversatione, ac alias commendatum: & si omnino extraneus vel peregrinus fuerit, per nos vel gerentem vices nostras seu loci archidiaconum, cum examinatione debita approbatum, & admissum ad huiusmodi officia exercenda. Et si quis rector ecclesiae vel altaris aut cappellae, aliquem contra hoc admiserit, excommunicationis sententiam (quam in ipsum in hoc casu serimus in his scriptis) incurrat ipso facto. Eo salvo, quod peregrinantes & honeste personae, non pro questu, sed pietatis & devotionis intuitu, Missam dicere volentes, admitti poterunt, si requirunt.

II. De clericis cohabitatoribus mulierum & concubinariis.

Ex concilio bonae memoriae Conradi archiepiscopi praedecessoris nostri, innovando statuiamus, ut sacerdotes manifesti mulierum cohabitatores, concubinas a se de domibus & parochiis suis intra decem dies post publicationem praesentium, omnino removeant &

ANNO
CHRISTI
1160.

repellant. Alioqui excommunicationis sententiam (quam propter hoc in eos scriimus in his scriptis) se noverint incurrisse. Mulieres autem si post ipsos decem dies repetitæ fuerint in parochia horum sacerdotum remanere, per decanos christianitatum ipsorum locorum excommunicentur, & excommunicatæ publice nunciuntur, invocato super remotione earum, si opus fuerit, auxilio seculari.

Inhibemus etiam ne sacerdotes filios aut filias vel concubinas dotent aut ditent de patrimonio Crucifixi, aut talium nuptiis vel etiam exequiis audeant interesse, & qui contra fecerint, pœna canonica percussantur.

III. De statu claustralium & religiosorum.

Statuimus ut nullus monachus aut monialis claustrum suum exeat per civitates, villas vel oppida discurrendo, aut in villa monasterio adjacente comedere, nisi ex causa rationabili & urgente, & id tunc fiat cum sui prælati vel prælatæ licentia speciali, quam licentiam volumus ut prælatus vel prælata non det, nisi causa examinata, quod sit evidens, & non possit sine scandalo evitari.

Item in oratorio, refectorio, & dormitorio per monachos semper continuum silentium observetur. In claustro vero * illis horis servetur silentium, * quod observantia præcipit regularis.

* vel foris
* f. quibus

In refectorio omnes comedent, sed non carnes, nec extra nisi in infirmaria. Una sit omnibus coquina & communis cibus, nisi de licentia abbatis vel prioris, & ex causa. Speciales cameras & comestiones ibidem districtius inhibemus. In communi dormitorio omnes dormiant, nisi debiles fuerint vel infirmi. Divinum officium, secundum regulam B. Benedicti vel B. Augustini, per institutiones sanctorum patrum celebrent.

Item sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præcipimus, ut omnes religiosi, & præcipue sanctimoniales, habitum, velum, & pepulum, secundum regulam ferant, tubicumque fuerint constituti. Cappas manicatas, tunicas, phalas, indumenta, tabbardos, calcios vel caligas non ferant nisi B. Benedicti vel B. Augustini regulæ congruentes. Et sub pœna excommunicationis latæ sententiæ præcipimus, ab omnibus tam monachis quam monialibus firmiter observari, ut proprium non habeant, nec pecuniam, nisi cui hoc permittitur ex ratione officii vel administrationis sibi commissæ per abbatem.

Item officia vel administrationes habentes, contractus non ineant. Locationes, emptiones, venditiones, & alienationes quarumcumque rerum mobilium vel immobilium, non faciant. Mutuum aliquatenus non recipiant a quocumque, præter scitum & consensum abbatis * & conventus. Et si contra fecerint, sciant contractum huiusmodi non valere: * sed sententiam excommunicationis etiam in eos in hoc casu a nobis latam in his scriptis se noverint incurrisse. Et hæc eadem extendi volumus ad prælatos & canonicos regulares, & Præmonstratenses, & alios quolibet religiosos.

* vel
* &

Item abbatibus & prioribus districtè præcipimus, ut omnia & singula, quæ ad ordinem & regulam pertinent, faciant ab omni-

abus & singulis inviolabiliter observari, cum appositione pœnæ, quæ in regula continetur. Rebelles vero & incorrigibiles ad nos deferentes, ut ipsorum per nos rebellio compescatur.

Item statuimus, ut secundum statutum concilii generalis domini Innocentii papæ tertii, per abbates, priores, & præpositos, nigri ordinis sancti Benedicti nostræ civitatis & diocesis, de triennio in triennium commune capitulum observetur. Cuius concilii tenorem volumus ut singuli habeant, ut sciant quomodo huiusmodi capitulum servare teneantur. Et quia huiusmodi statutum negligenter est observatum, licet dominus Conradus * prædecessor

ANNO
CHRISTI
1160.

B. noster antedictus hoc mandaverit, nos penam adjicimus, & non servantes excommunicamus in his scriptis.

* Ann. 1160.

IV. Qualiter clerici, & maxime sacerdotes, populum vel plebem regentes, in administratione septem sacramentorum se habere debeant: & primo de baptismo.

Statuimus, ut baptismus honorabiliter celebretur cum distinctione verborum, in quibus salus pendet baptizati; ut ille qui baptizat, cum immergit baptizandum in aqua, nihil addendo, vel subtrahendo, vel mutando, dicat hæc verba: *Petre, (vel Joannes) ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.*

Item sacerdos eandem formam doceat mares & feminas observare, cum in necessitate baptizant infantes, etiam parentes, si alii defuerint.

Item sacerdos, ad quem infans sic in necessitate baptizatus deferendus est, quanto citius interroget de forma, quam baptizans servavit. Et si invenerit servatam, & rite baptizatum puerum, faciat ei quæ post baptismum fieri consueverunt. Si autem cognoverit ipsum non baptizatum, vel dubitaverit, baptizet eum sub hac forma: *Petre, (vel Joannes) si es baptizatus, ego te non baptizo: sed si non es baptizatus, tunc ego te baptizo in nomine*

D. Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.

Item si timeatur de morte infantis antequam nascatur, & caput ejusdem infantis appareat extra uterum, infundat aquam quæ adfuerit, super caput nascentis, dicens: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen.* Et si infans sic moritur, sepeliatur corpus ejus in cœmeterio. Si autem pervenerit vivus ad ortum, & de forma dubitetur, de novo baptizetur sub hac forma: *Petre, (vel Joannes) ego te non baptizo si es baptizatus: sed si tu non es baptizatus, tunc ego te baptizo in nomine Patris, &c.*

Item mulieri in partu mortuæ nullatenus negentur jura Christianitatis, nec ecclesiastica sepultura. Et si certum sit quod mulier prægnans moriatur, teneatur os ejus aperiri: & si infans vivus fuerit, educatur & baptizetur. Si autem inventus fuerit mortuus, ipse puer extra cœmeterium tumuletur. Et iste modus & forma frequentius parochianis imprimatur, ut sciant quomodo in talibus debeant se habere.

Item, duo vel tres tantum admittantur ad levandum puerum de baptismo, qui intra quartum gradum parentibus pueri non sint juncti, nisi in necessitate.

Item

ANNO
CHRISTI
1180.ANNO
CHRISTI
1180.

Item in Pascha & Pentecoste, & etiam A
 (supius, fons baptismi, si opus fuerit, renove-
 tur, & amota aqua veteri, ipse fons lavetur
 & bene mundificetur: & nova aqua imposita
 benedicatur & chrismetur.

Item fons sub operculo & sub sera firmi-
 ter conservetur, propter sortilegia & trufas,
 quæ sub pena excommunicationis lata sen-
 tentiæ firmiter prohibemus.

Item chrisma, oleum sacrum, & oleum
 infirmorum, in ampullis metallicis per cer-
 tos titulos designatis, sub clave custodiantur,
 Si autem aliud oleum chrismati vel oleo sa-
 cro opponi oporteat, hoc fiat caute: & id
 quod apponitur, cum chrismate & oleo sacro
 diligenter cum virgula misceatur.

V. De sacramento Confirmationis.

Moneant presbyteri parentes baptizatorum
 nondum Confirmatorum, ut eos ad episco-
 pum, qui solus potest confirmare, ducant
 septennes vel majoris ætatis, & tondeantur
 capilli, maxime contra frontes dependentes,
 & laventur frontes diligenter, & habeant
 bandellos de panno lineo spisso sine * fractu-
 ra, & sine nodo, latitudinis trium digito-
 rum, & longitudinis competentis, albos &
 bene mundos. Exceptis autem patre & ma-
 tre, offerant pueros illi qui eorum notitiam
 habent, & melius noverunt quod non sint
 vel fuerint confirmati. Et tertia die post Con-
 firmationem ducant eos ad ecclesiam, & pres-
 byter frontes eorum lavet, & comburat ban-
 dellos, & cineres bandellorum, & aqua lo-
 tionis in sacrum locum vel piscinam sive la-
 vatorium reponantur. Confirmandi vero, si
 fuerint decem annorum vel ultra, prius suis
 sacerdotibus confiteantur, quam confirmentur.
 Parentes vero confirmatorum eis, & ipsi
 confirmati sibi, sæpe ad memoriam re-
 vocent, quando, a quo, & ubi fuerint con-
 firmati. Nullus clericus ad primam consuetudinem
 accedat, nisi prius fuerit confirmatus.

VI. De sacramento Extrema-unctionis.

Cum reverentia, aqua benedicta, & cruce
 precedentibus, sacerdos deferat oleum sacrum
 ad infirmos, & dicat diligenter septem psal-
 mos. Si via fuerit longa, addat litaniam,
 & alias orationes ad hoc constitutas. Et
 cum inungit infirmum, proferat ista verba:
Per istam unctionem, &c. & inungatur cum
 reverentia ac diligenter cum distinctione ver-
 borum. Et nihil pro inunctione exigatur. Et
 si quid datum fuerit gratis, accipiat. Lau-
 dabilem tamen consuetudinem in talibus præ-
 cipimus observari.

Moneant presbyteri populum, ut infirmi,
 quatuordecim annos & supra habentes, cum
 opus fuerit, inungantur. Nec propter pauper-
 tatem seu defectum candelarum vel indumen-
 torum linearum, quæ in hoc sacramento so-
 lent causa reverentiæ exhiberi, a sacerdote
 vel quovis alio inunctio dimittatur. Sufficit
 enim una candela, & quod infirmi inuncta
 membra singulariter & diligenter extergantur
 cum stippa, quæ post extinctionem in igne
 comburatur.

VII. De sacramento eucharistiæ fons altaris.

Præcipimus ut omnes sacerdotes in vesti-
 bus albis sacerdotalibus & benedictis, reveren-
 ter mundo & contrito corde, & confessi
 (si commode fieri potest) accedant ad Mis-
 sam celebrandam.

Item statuimus sub pena excommunicatio-
 nis, ne aliquis sacerdos Missam celebrare au-
 deat, nisi prius dixerit Matutinas & primam
 de die.

Item præcipimus, ne aliquis sacerdos sine
 calcamentis vel caligis pro celebratione Mis-
 sæ ad altare accedere audeat.

Item diligenter caveant sacerdotes, ne cum
 conscientia mortalis peccati accedant ad Mis-
 sam celebrandam. Quod si taliter manduca-
 verint corpus * Domini, & biberint epus san-
 guinem, iudicium æternæ damnationis sibi
 manducant & bibunt.

Item Missale semper involvatur camisia vel
 panno lineo & mundo, & apponatur parvum
 manutergium, quo presbyteri nares vel ta-
 ciam detergant, ne contingat sacra vestimen-
 ta maculari, quæ integra & munda (ut di-
 ctum est) præcipimus custodiri.

Item loca circa altare, ab araneorum tel-
 lis & pulveribus ac ceteris immunditiis sæpius
 emundentur.

Item præcipimus, ut sursum super altare
 ad latitudinem & longitudinem altaris, pan-
 nus lineus albus extendatur, ut protegat &
 defendat altare ab omnibus immunditiis, &
 pulveribus descendentibus.

Item cortinæ in lateribus altaris * utrisque
 appendantur, nec in aliquo tempore sacrificii
 retro trahantur.

Item præcipimus ut calix sit integer cum
 firmo pede, non titubans. Et sacerdos sine
 clerico ministrante celebrare in altari aliqua-
 tenus non præsumat.

Item ampullæ vini & aquæ, integræ &
 mundæ intus & exterius observentur, & ali-
 quo signo notabili distinguantur, ut vinum ab
 aqua dignosci possit: & vinum in ampullis
 ad minus de tertio in tertium diem renove-
 vetur.

Item sacerdos sit diligens in delectu hostiæ
 consecrandæ, ut sit integra, solida, & non
 nimis vetusta, & in appositione vini & aquæ,
 discernat sacerdos per odorem, quid sit unum-
 quodque. Et de aqua duæ gutturæ vel tres
 apponantur.

Item præcipimus ut sacerdotes attente, re-
 verenter, & distincte legant & dicant in ca-
 none, quæ sunt dicenda. Et expediant se,
 quanto citius possunt, propter tardium ad-
 stantium, & alia quæ occurrere possent, &
 faciant signa sua distincte & reverenter.

Item nullus sacerdos elevet hostiam ad
 ostendendum populo, nisi postquam dixerit
 hæc verba: Hoc est enim corpus meum. Et
 pulsetur noia tribus ictibus ex una parte, ut
 fideles qui audierint, ubicumque fuerint, ve-
 niant & adorent.

Item, si sacerdos cum venerit ad conse-
 crationem sanguinis, vel etiam ad perceptio-
 nem, & nihil in calice inveniat, innuat, ut
 offeratur ei vinum & aqua: quibus appositis,
 dicat verba canonis ab illo loco: *Similis mo-
 do postquam carnatum est*, & cetera usque ad
 finem, & faciat signa quæ fieri solent super san-

* figura,

* cas

* Christi

* utrisque

ANNO
CHRISTI
1280.

sanguinem. Alia autem que facta sunt super A
eucharistiam, non reiteret, sed modo con-
sueto transeat. Ille autem, per cuius negli-
gentiam hoc evenerit, tribus diebus in pane
& aqua jejuset, & unum psalterium dicat.
Item si per casum mortis, aegritudinis vel
passionis, aliquid inopinatum evenerit & su-
bitaneum contingat, quod sacerdos inceptum
ministerium implere non valeat, licitum sit
alteri sacerdoti exequi & perficere consecra-
tionem officii incepti: quod ibidem incipiat,
(si scire poterit) ubi alter desistit, nisi in-
cepta collecta necdum perfecta, vel inceptis
verbis sacramenti, nondum perlectis, &
prædictus casus contingat. Tunc enim a ca-
pite illam collectam vel sacramenti verba
reincipiat, ut sic salutis humanæ fragilitatis
& sacris mysteriis, ne interrupta vel incom-
pleta remaneant, consulatur. Si autem dubi-
tetur, an hostia a primo sacerdote casum
passo consecrata fuerit, necne, substitutus sa-
cerdos novam oblationem offerat, & solito
more conficiat, & post Missam, primam ho-
stiam sumat. Idem de calice fiat, & de eo
quod in calice reperitur. Item præcipimus
sub pena excommunicationis, quam sermo
in his scriptis, ne aliquis sacerdos bis in die
Missam celebret, nisi in casu urgentis & ma-
ximæ necessitatis, & in quibus jus permittit.
Et tunc in prima Missa post perceptionem
sanguinis, non utatur ablutione vini & aquæ:
sed reservet in tuto ac honesto loco, ut eam
accipiat in secunda Missa, vel det honestæ
personæ jejuna, quam noverit ad hoc esse
paratam.

Item si quid de sanguine vel corpore Do-
mini ceciderit super pallam altaris, illa pars
abscindatur & comburatur, & cinis in sa-
crum locum vel piscinam reponatur. Et si
pars corporalis intincta fuerit sanguine, ter
diligenter abluatur: & aqua ablutionis a pres-
bytero vel alia persona religiosa & jejuna su-
matur. Et poterit dicto panno post ablutio-
nem uti sicut prius.

Item si gutta sanguinis super vestimentum
ceciderit, illa pars abscindatur & combura-
tur, & cinis in sacrum locum reponatur,
ut dictum est. Si supra lignum vel lapidem
aut terram solidam sanguis ceciderit: illa pars
(si commode fieri poterit) abluatur a
sacerdote, & postmodum radatur, & illa ra-
tura in sacrum locum vel sacram piscinam
reponatur.

Item, si in sanguinem musca, vel ara-
nea, vel aliquod abominabile ceciderit, quod
vix sine vomitu & periculo corporis sumi
possit, caute extrahatur. Et super patenam
vel calicem alium abluatur cum vino, & post
sanguinis sumptionem & ablutionem, illa lo-
tio in piscinam mittatur, & bestia vel vermis
super piscinam comburatur, & cinis in pisci-
nam sive lavatorium mittatur.

Item statuimus, ut pyxis, in qua corpus
Domini reservatur, vel ad infirmos defertur,
sit aurea, argentea, eburnea, vel ad minus
cuprea bene eliminata: & super lineus pan-
nus albus & mundus, intra pyxidem ponatur,
supra quem corpus Domini in pyxide
collocatur.

Item præcipimus, ut cum aliquis infirmus
communicare voluerit, quod sacerdos (si
commode fieri poterit) prius eum visitet
sine corpore Domini, & diligenter confes-

sionem infirmi audiat: & post ad ecclesiam
redeat, ad comunicandum infirmum, cor-
pus Domini allaturus: & eum sacerdos dicen-
do septem psalmos: & si via fuerit longior,
addat litaniam & alias orationes. Incedat
autem sacerdos ad comunicandum infirmum
cum campanula & lucerna vel candelâ præ-
cedente. Et fideles qui pro devotione occur-
rere voluerint, expectent ante ostium infir-
mi, donec communicatus fuerit: & redeant
ad ecclesiam post sacerdotem, orando reve-
renter. Quilibet autem fidelis, si devote
fecerit hanc processionem, decem dies indul-
gentiæ pro eundo & redeundo habeat. Cum
autem sacerdos corpus Domini de nocte por-
taverit, mulieres ipsum aliquatenus non se-
quantur. Qui autem hanc processionem
turbaverit, vel minus reverenter in ea ha-
buerit, per censuram ecclesiasticam compe-
scatur.

Item præcipimus, ut sacerdotes venerabi-
liter & sublimiter superposito decenti cooper-
culo supra vas, in quo corpus Domini de-
fertur, deserant ad infirmum. Si infirmus
frequenter & ex levi causa vomitum patiatur,
nullatenus ei corpus Domini conferatur: sed
credat, & sufficit quod spiritualiter accipit.

Item præcipimus, quod quilibet sacerdos,
antequam communicet infirmum, interroget
eum, si credat quod sub illa forma & spe-
cie panis, sit corpus Domini, natum de
Virgine, passum in cruce, & tertia die sus-
citantum. Quod si infirmus fuerit confessus
verbo vel evidenti signo, communicet eum
sacerdos, si alia causa non obsistat. Item si
communicatus evomerit, partes diligenter &
eate, que reperiri poterunt, colligantur: &
contrita cum vino, ab aliquo fidei suman-
tur: residuum vero vomitus comburatur, &
ponatur in terram juxta altare vel alibi,
ubi commode fieri poterit.

Item cum corpus Domini defertur, fide-
les coram quibus defertur, si commode fieri
potest, genua flectant, pectora sua tundant,
& inclinato capite, junctis manibus & leva-
tis, reverenter adorent. Equitantes vero, non
dedignentur descendere de equis suis ad ado-
randum eum, qui pro eis descendit de caelis.

Item præcipimus, ut eucharistia servata
pro infirmis, singulis quindenis renovetur:
& corpus Domini super altare in honesto
loco clausum cum clave sollicitè & diligen-
ter custodiat.

Item præcipimus ut sacerdotes subditos
suos doceant, ut cum venerint ad commu-
nicandum in die Pasche vel alias, jejuni,
devoti, & confessi accedant: & caveant sa-
cerdotes, ne alienum vel extraneum paro-
chianum communicent, nisi sit viator & pe-
grinus: vel nisi communicandus licentiam
sui proprii sacerdotis habeat: quam licentiam
quilibet viator vel peregrinus petere debet a
proprio sacerdote in suo recessu: quod si non
fecerit, propter hoc ei communicatio non de-
negetur, sed pro negligentia, ei penitentia
injungatur. Item nullus fidelis arcendus vel
removendus est a communione, nisi fuerit
publice excommunicatus, vel interdictus, vel
aliquo notorio crimine notatus.

Item præcipimus, ut sumpta eucharistia,
sacerdos habeat calicem præparatum cum vi-
no & aqua, de quo sumant communicantes.

ANNO
CHRISTI
1280.

eriam

Christi,

subtus

Christi

ANNO
CHRISTI
1170.VIII. De sacramento penitentiae & confessionis,
& eorum abstinentiis.

* in penitencia

Præcipimus ut sacerdotes parochialium ecclesiarum subditos suos frequenter admonent, & etiam penitentiam injungant, ut ad confessionem sæpe veniant. Et prius quam veniant ad confessionem, diligenter scrutentur corda sua, confiteri volentes, & peccata sua sollicite rememorent, & cum dolore & vultu supplicis ad confitendum accedant, quasi ad Dei iudicium. Sacerdotes autem, ut Dei ministri, circa confessionem audiendam & penitentiam injungendam, maximam adhibeant diligentiam, ut attentè, diligenter, & cum modestia, audiant confitentem.

Item ad confessionem audiendam, communem & aptum locum in ecclesia, ut ab omnibus videri possint, sibi eligant sacerdotes. In locis autem obscuris & tenebrosis confessiones non audiant: nec extra ecclesiam, nisi in magna necessitate vel infirmitate. Contrarium facientes, sententiam excommunicationis se noverint incursum.

Item præcipimus, ut sacerdotes ante Solis ortum, & post Solis occasum, nullatenus ad confessionem audiendam sedent, nisi in magna necessitate, & in loco illuminato, & aliquibus presentibus.

Item præcipimus sub pena excommunicationis, ut sacerdotes in audiendis confessionibus vultum humilem habeant, & oculos ad terram: nec faciem respiciant confitentis, & maxime mulierum.

* ad ad

Item sacerdotes moneant & doceant subditos suos, ut humiliter & corde contrito, oculis in terram defixis, confiteantur. Et mulieres coopertis capitibus & collis, submissa voce pure & integraliter peccata sua confiteantur.

Item sacerdos mulierem, quæ sola sit in ecclesia, nullatenus audiat confitentem, sed in conspectu honestæ societatis. Contrarium facientes, ipso facto sententiam excommunicationis se noverint incursum, & insuper tribus diebus in pane & aqua jejurent.

Item præcipimus, ut sacerdotes induiti superpellicis, vel cappa, stola superposita, ad confessionem sedent.

Item sub pena excommunicationis præcipimus, ne aliquis sacerdos audiat confessionem mulieris cum qua peccavit: nec etiam confocias, aut fautores, aut mediatores peccati sui, sed mittat eos vel eas ad honestos & discretos confessores.

Item præcipimus, ut sacerdotes mansuete audiant confessiones, & de consuetis peccatis singulatim & diligenter interrogent, & de circumstantiis peccatorum. De inuitatis autem nominatim non inquirent, sed per communia verba, ex quibus confitens, si reus est peccati, possit intelligere quid dicatur, ut sic intelligens confiteatur. Si autem reus non fuerit, de illo non tentetur.

Item sacerdotes diligenter instruant & moneant confitentes, ut integraliter & distinctè mortalia peccata & eorum circumstantias, quæ peccata aggravant, & peccatum per se faciunt, confiteantur, ut est sacer ordo, sacer locus circa peccatum luxuria: & concupiscentiæ, quæ omnia notantur in hoc versu:

Concil. General. Tom. XXIV.

A Quis, quid, ubi, cum quo, quoties, cur, quomodo, quando.

Venialia autem peccata sufficit summatim ac generaliter confiteri.

Item præcipimus, ut sacerdotes nobis, vel illi cui vices nostras pro tempore in irritabilibus committimus, majora peccata & injunctionem penitentiae pro eisdem, referent, ut sunt homicidia, sacrilegia, incendia ecclesiarum, peccata contra naturam, defloratio virginum cum violentia, concubitus tantimonialium, convertiarum, inclularum, vel aliarum mulierum religiosarum, incestus, iniectiones manuum in parentes, vel ecclesiasticas personas, fortiligia, veneficia, perjurya manifesta, hæresis, apostasia, & magnæ blasphemie terribile factæ. In dubiis autem sacerdotes semper consulant nos, vel vices nostras in spiritualibus gerentem, aut alios sapientes viros, non prodendo aut revelando confitentem, sed in genere, quorum consilio penitentem absolvant, aut ad alium mittant.

Item audita confessione, sacerdos semper interroget confitentem, si velit abstinere ab omni mortali peccato: & hoc ei persuadeat, & modis quibus potest inducat: & si confitens dixerit se nolle vel non posse abstinere, non absolvat eum, nec penitentiam ei injungat, sed moneat, ut interim faciat quidquid boni possit, ut Deus cor ejus citius illustret, & ad penitentiam reducat. Consultat ei etiam & indicet sacerdos cum diligentia modum vivendi, per quem possit a peccato facilius abstinere. Sacerdotes etiam in injungendis penitentis discretionem habeant, ut penitentias secundum magnitudinem & qualitatem peccati, & possibilitatem confitentis, peccatoribus injungant. Pro peccatis carnalibus injungant penitentias corporales, sicut est jejunium, peregrinatio, disciplina, & similia. Pro spiritualibus autem negligentis injungant orationes & elemosinas, & meditationes peccatis eorum contrarias. In contritione rei alienæ, vel in damno alii illato per furtum, rapinam, usuram, per fraudem, per injustam exactionem, per falsam restitutionem, per falsam monetam & alios modos, de quibus sacerdotes diligenter inquirent: & primo & præcipue injungant restitutiones fieri his, quos prædictis modis damnificaverunt vel læserunt, si facultatem habeant, vel cum facultatem habebunt, si in presenti non possunt: aliter eos non absolvant.

Item præcipimus sub pena excommunicationis, quam in his scriptis ferimus in sacerdotibus qui contrarium fecerint, ne confessis, cujuscumque conditionis vel status, aut contentibus, nomine restitutionis pro penitentia injungant, ut ecclesias, cappellas vel cœnobias instituant, vel ecclesiis legata faciant; sed prius restitutionem (ut prædictum est) faciant illis, a quibus exorta sunt, si inveniantur, vel heredibus eorundem. Alioqui ad arbitrium nostrum vel nostri penitentiarum erogentur.

Item sub pena prædicta prohibemus sacerdotibus, ne Missas quas penitentibus, ut celebrari faciant, injunxerint, aliquatenus celebrent, sed ad alios mittant. Neque sacerdotes inter se faciant conventionem de Missis

Z

fis

ANNO
CHRISTI
1170.

* cul

* construere

lis celebrandis, ut sic mutuo sibi parochia-
mus pro celebrandis Missis transmittant.

Item diligenter in confessione caveant sa-
cerdotes, ut si consentientes peccata aliquo-
rum revelaverint, vel nomina eorum indi-
caverint, cum quibus peccaverunt, ea secre-
te teneant, sicut peccatum consentientis.

Item sub pena excommunicationis omni-
bus sacerdotibus inhiemus, ne a consentien-
tibus nomina eorum, cum quibus peccaverint,
inquirant, vel circumstantias, per quas pos-
sint nomina eorum sciri. Quod si fecerint,
ab officio confessionis audiendæ & sacrorum
ministeriorum ipso facto se noverint esse sus-
pensos. Et in principio confessionis sacerdo-
tes districte inhibeat consentientibus, ne pec-
cata aliorum confiteantur vel revelent, &
nomina eorum cum quibus peccaverint, ex-
primant, ut supra dictum est.

Item nullus sacerdos, in ira, odio, vel
etiam metu corporis, confessionem consentien-
tis audeat revelare verbo vel signo, genera-
liter vel specialiter dicendo: Ego scio te ta-
lem qualis es. Et si revelaverit, aliquo mo-
do de hoc convictus, debet absque omni
misericordia degradari. Si tamen indigeat
consilio, illud (ut dictum est) sine expres-
sione personæ caute requirat.

Item præcipimus, ut omnes sacerdotes pa-
rochialium ecclesiarum frequenter & diligen-
ter subditos suos utriusque sexus admoneant,
ut postquam ad annos discretionis pervene-
rint, omnia peccata sua integre, & ad mi-
nus semel in anno, confiteantur proprio sa-
cerdoti parochiali, & injunctam eis pœnitentiam
studeant adimplere, suscipiendo ad mi-
nus reverenter in Pascha eucharistiæ sacra-
mentum: nisi consilio proprii sacerdotis, ob
aliquam causam rationabilem, duxerint ab-
stinendum. Alioqui viventes, ab ingressu ec-
clesiæ arceantur; morientes, Christiana care-
ant sepultura. Si qui autem proprio sacer-
doto parochiali ad minus semel in anno plene
& integre confessus non fuerit, præcipimus
quod sacerdos in Pascha ei sacramentum
minime administret.

Item sacerdotes diligenter attendant, quia
parochiani eorum, saltem in anno semel ad
confessionem non veniant: & nomina illorum
ad nos vel ad officialem nostrum, seu ad
ordinarium loci referant, ut debite punian-
tur, ne ab ipsis sacerdotibus notam negli-
gentiæ requiramus.

Hoc autem statutum frequenter in eccle-
siis præcipimus publicari, ne aliquis ex igno-
rantia cœcitate vel amena excusationis assumat.
Si quis tamen alieno sacerdoti, vel alicui
religioso, justa de causa, voluerit confiteri,
licentiam primo postulet & obtineat a pro-
prio sacerdote: ita tamen, quod semel ad
minus in anno, proprio sacerdoti plene &
integre (ut dictum est) confiteatur. Sacer-
dos autem cautus & discretus sit, ut more
periti medici, superfundat oleum & vinum
vulneribus sauciati, diligenter inquirens pec-
catoris circumstantias & peccati: ex quibus
prudenter intelliget, quale debeat peccatori
præbere consilium ad sanandum ægrotum.

**IX. De ordinibus, & qui ad ordines admitti
debeant.**

Statuimus ut omnes clerici ad aliquem sa-
crum Ordinem ordinandi, jejuni, diligenter

ante Ordines vel Ordinis susceptionem, in-
tegraliter peccata sua confiteantur, ut munda
mente & corde & corpore, gratiam acci-
pian ampliolem.

Item præcipimus sub pena suspensionis &
excommunicationis, ne aliquis ad sacrum Or-
dinem præficiendus (ut hactenus aliquoties
visum est) epistola vel evangelio lecto, &
Ordine suo recepto, recedere audeat prius,
quam officium Missæ totaliter sit expletum.

Item omnes illi, qui Ordinem aliquem sa-
crum vel non sacrum ab alienis episcopis
receperint, nostra super hoc speciali licentia
non obtenta, executionem Ordinis sibi no-
verint interdiciam.

Item denunciamus omnibus, qui gaudere
volunt privilegio alicujus Ordinis clericalis,
quod nos ipsos non defendemus prætextu pri-
vilegii clericalis vel Ordinis, nisi tempore
quo passi fuerint injuriam, tonsuram & ha-
bitum detulerint clericalem.

Item præcipimus, ne aliquis decanus Chris-
tianitatis, presbyteros ab alienis episcopis
quibuscumque, extra diocesim Coloniensem
Ordinatos, permittat in suo decanatu aliqua-
tenus celebrare, nisi per litteras nostras osten-
dere possint, a nobis super hoc se licentiam
vel dispensationem habuisse.

Item districte prohibemus sub pena excom-
municationis, ne aliquis furtive ad aliquem
Ordinem accedere audeat, nec plures Or-
dines una die aliquis recipiat. Qui contra-
rium fecerit, sciat se executionem suscepti
Ordinis non habere: & irregularis efficitur,
si ministraverit in Ordine sic suscepto. Item
prohibemus, ne aliquis per saltum se faciat
promoveri.

X. De matrimonio, & ejus attentis.

Prohibeant frequenter sacerdotes omnibus
subditis suis sub pena excommunicationis,
ne fidem sibi dent mutuo clandestine & in
occulto super matrimonio contrahendo, vel
etiam clam contrahant matrimonium, sed
publice coram presbytero & coram pluribus
hoc faciant: & si aliter fidem dederint de
contrahendo, vel contraxerint, ipsi (quos
in his scriptis excommunicamus) denuncien-
tur excommunicati.

Item excommunicamus omnes illos, qui
clandestinis nuptiis interfuerint, nisi intra
mensum nobis vel officiali nostro, vel ordi-
nario loci, hoc revelaverint. Et sciant om-
nes, quod si aliquos qui hujusmodi clande-
stinas nuptias celebrarint, vel talibus nuptiis
interfuerint, nos, vel officialis noster, vel
ordinarius loci scire poterimus, eos severis-
sime puniemus. Item præcipimus, quod om-
nes sacerdotes singulis diebus Dominicis &
festivis excommunicent omnes illos & illas,
qui vel quæ contra matrimonium jam con-
tractum, vel etiam super matrimonio con-
trahendo, testimonium falsum tulerunt. Præ-
cipimus etiam, & districte officiali nostro,
& ordinariis locorum, qui pro tempore fue-
rint, injungimus, quod si tales invenerint,
qui vel quæ (ut dictum est) falsum testi-
monium tulerint contra matrimonium jam
contractum, vel etiam contrahendum, eos
vel eas, ligatis a tergo manibus, & charta
in collo, supra scalam in loco publico poni
faciant, ut per hoc eorum falsitas omnibus
in-

idem no
plures

serunt

ANNO
CHRISTI
1180.

innoteat. Et volumus quod in scala permaneant ab hora Primæ, usque ad horam vesperarum. Et si necesse fuerit in huiusmodi casu, volumus invocari brachium seculare. Quod si invocatum fuerit, sub pœna excommunicationis præcipimus exhiberi.

* qui fidem Item excommunicamus omnes illos & illas, qui aliquid dederint, vel aliquid acceperint pro impedimento matrimonii non revelandis, vel qui prece, pretio, gratia, vel favore, impedimentum matrimonii celaverint. Et ista excommunicatio a sacerdotibus in ecclesiis frequenter recitetur.

Item præcipimus excommunicari omnes illos & illas, qui vel quæ contra matrimonium jam contractum, vel etiam contrahendum, fortiligia, incantationes, & maleficia faciunt, vel fieri procurant.

Item præcipimus, cum aliquod matrimonium fuerit celebrandum, ut tribus diebus festivis in ecclesia post evangelium, a sacerdote, in cuius parochia est celebrandum matrimonium, publice proclametur, quod tales volunt contrahere matrimonium: si aliquis sit, qui sciat legitimum impedimentum inter illos, hoc proponat antequam huiusmodi matrimonium contrahatur. Et hoc sub pœna excommunicationis subditis suis præcipiant sacerdotes. Et ipsi sacerdotes similiter de huiusmodi impedimento inquirant. Si autem apparuerit probabilis conjectura contra matrimonium contrahendum, contractus interdicitur expresse, donec nos, vel officialis noster, seu ordinarius loci, quid super hoc fieri debeat, consulatur.

XI. De sepulturis & cœmeteriis.

Statuimus ut nullus excommunicatus & publice nunciatus in cœmeterio sepeliatur. Et si factum fuerit, cœmeterium illud, donec mortuus extumuletur, maneat interdictum.

Item præcipimus sub pœna excommunicationis lætæ sententiæ, ne aliquis in cœmeterio interdicto sepeliatur, & ne aliquis sepulture tali interfit. Laici autem quicumque tali sepulture intertulerint, excommunicationis sententiam (quam super hoc fieri volumus in his scriptis) incurrant ipso facto, & excommunicati publice nuncientur. Clerici vero qui intertulerint, sententiam suspensionis ab officio, quam in eo serimus, ipso facto se noverint incurrisse.

Item immunitates ecclesiarum & cœmeteriorum inviolatas & incontaminatas præcipimus ab omnibus observari: pœnas contra violatores ipsarum immunitatum innovantes, & servari mandantes, quas felicis recordationis prædecessor noster dominus Engilbertus archiepiscopus in suis constitutionibus ordinavit.

Item cœmeteria clausa & munita custodiantur, ne a porcis vel aliis animalibus ossa mortuorum comedantur. Et volumus, ut in speciali loco ossa mortuorum fideliter reponantur.

Item ecclesias vel cœmeteria a laicis, cuiuscumque conditionis vel status fuerint, ad læsiones aliorum muniti vel incastellari, sub pœna excommunicationis lætæ sententiæ firmiter prohibemus: & qui contra fecerint, per locorum ordinarios excommunicati publice renuncientur.

Item statuimus & sub pœna excommunicationis.

Concil. General. Tom. XXIV.

Acationis præcipimus observari, ut quoties quis in loco religioso sepulturam elegerit, corpus primo præsentetur parochiali Missæ: & tunc demum celebrata Missa, deferatur ad locum, in quo elegit sepulturam.

ANNO
CHRISTI
1180.

XII. De bonis ecclesiarum non alienandis.

Præcipimus districte sub pœna excommunicationis, quam serimus in his scriptis in huius mandati transgressores, ne præpositi, decani, vel presbyteri conventualium vel parochialium ecclesiarum, aliqua bona de bonis ecclesiarum alienent, nostra super hoc speciali licentia vel capituli nostri non obtenta: & si aliter actum fuerit, contractum decernimus non valere.

Item præcipimus sub eadem pœna, ut prædictæ personæ, si sciverint aliqua bona ab ecclesia alienata, ea fideliter & diligenter repetant: & si forte propter personarum potentiam, in quas huiusmodi alienatio facta est, repetere non valeant, volumus hoc nobis vel officiali nostro nunciari, ut super hoc competens remedium præbeatur.

Item excommunicamus in his scriptis omnes illos, qui occupant & detinent sine nostro & ecclesie nostræ consensu vel voluntate, vel etiam celaverint feuda, redditus, vel iura, quæ ad nos vel ad ecclesiam nostram Coloniensem pertinent: nisi infra mensem post publicationem huius mandati, prædicta nobis resignent vel revelent.

Item excommunicamus omnes advocatos ecclesiarum, & alios quoscumque, & quocumque nomine censeantur, qui exactiones vel servitia indebita ecclesie vel ecclesiasticis personis imponunt.

Item excommunicamus in his scriptis omnes illos cuiuscumque sint dignitatis vel status, qui ecclesie nostræ majoris, vel aliarum ecclesiarum nostræ diocesis homines, censum capitalem ipsis ecclesiis solventes, pretextu advocacionis vel alterius coloris, exactionibus vel captionibus opprimunt vel molestant, aut bona eorum mobilia vel immobilia, post mortem ipsorum, invadunt vel accipiunt violenter.

XIII. De malefactoribus ad ecclesiam confugiens.

Quia nonnulli homicidia, mutilationes membrorum, & alia maleficia perperrant, quæ non essent perpetraturi, nisi quia sperant quod ab ecclesiis ad quas confugiunt, se tueri possint, & impunitatem suorum excessuum obtinere: statuimus, quod confugiens huiusmodi ad ecclesias vel immunitates, abinde sine speciali licentia nostra vel gerentis vices nostras nullatenus extrahantur, sed stricte custodiantur ibidem, ne inde effugiant, donec factum vel ejus qualitas, nobis vel vices nostras gerenti nuncientur. Ipsisque confugiens nobis præsentatis, & eo quod perpetratum fuerit, auctoritate nostra examinato, ad veniam vel ad penam circa ipsos, prout qualitas facti exegerit, procedatur. Alia autem omnia & singula, quæ a jure vel a prædecessoribus nostris de conservandis libertatibus ecclesiarum & immunitatum, & de violatoribus earumdem sunt statuta, synoda-

contra

ANNO
CHRISTI
1180.

li sanctione innovamus, & precipimus inviolabiliter observari.

Item precipimus, hujusmodi statutum in ecclesiis a sacerdotibus frequentius publicari.

XIV. De usurariis manifestis.

Statuimus ut usurarii manifesti (quos nos in his scriptis excommunicamus) excommunicati singulis diebus Dominicis per parochialium ecclesiarum sacerdotes publice nunciarentur: nec ad communionem altaris admittantur, nec oblationes eorum, nec elemosynas quisquam recipiat, nec Christianam (si in hoc peccato decesserint) recipiant sepulturam. Manifestos autem usurarios esse dicimus & vocamus, qui per sententiam, vel confessionem factam in iure, vel evidentiam rei, quæ tergiversatione celari non poterit, comprobantur. Circa usurarios autem, qui de receptis usuris satisfieri saltem ultima voluntate mandaverint, servetur constitutio D. Gregorii papæ X. concilii generalis: quæ est

Concil.
Lugdunense
c. 27.

talis: Quamquam usurarii manifesti, de usuris quas receperant, satisfieri expressa quantitate vel indistincte in ultima voluntate mandaverint: nihilo minus tamen eis ecclesiastica sepultura denegetur, donec vel de usuris ipsis fuerit, prout patiuntur facultates eorum, plenarie satisfactum, vel illis quibus facienda restitutio, si præsto sint ipsi, vel aliis qui eis possint adquirere, vel eis absentibus, loci ordinario, vel ejus vices gerenti, vel rectori parochiæ, in qua testator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipsa parochia (quibus quidem ordinario, vicario vel rectori, cautionem hujusmodi eorum nomine liceat præsentis constitutionis auctoritate recipere, ita quod illis perinde actio adquiratur) aut terro publico de ipsius ordinarii mandato, idonee de restitutione sit cautum. Ceterum si receptorum usurarum sit quantitas manifesta, illam semper in cautione prædicta exprimi volumus: alioqui aliam recipientis cautionem, hujusmodi arbitrio moderandam. Ipse tamen scienter non minorem, quam verisimiliter creditur, moderetur: & si secus fecerit, ad satisfactionem residui teneatur. Omnes autem religiosos & alios, qui manifestos usurarios contra præsentis sanctionis formam, ad ecclesiasticam admittere ausi fuerint sepulturam, pœnæ in Lateranensi concilio contra usurarios promulgatæ statuimus subjacere. Nullus manifestorum usurariorum testamentis interfit, aut eos ad confessionem admittat, sive eos absolvat, nisi de usuris satisfaciant, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum, præstent, ut præmittitur, idoneam cautionem.

Lateran.
III. c. 27.

Item statuimus, quod nullus omnino advocatus usurario in usurarum causis patrocinium præstet, nisi juramentum faciat, quod quam cito sciverit, vel scire poterit causam esse usurariam, eam ulterius non fovebit, nec patrocinium aliquod usurario ipsi clam vel aperte impertietur.

XV. De clericis in ecclesiis vel cappellis celebrantibus sine nostra vel archidiaconorum licentia.

ANNO
CHRISTI
1180.

Statuimus, ut nullus sacerdos vel clericus in ecclesia parochiali vel cappella audeat celebrare, sine nostra vel archidiaconorum licentia, vel aliorum ad quos hoc pertinet, auctoritate & consensu, quantumcumque a patronis, vel ab eis qui se patronos esse contendunt, ad hoc licententur vel etiam permittantur. Et quicumque clericus vel sacerdos contrarium fecerit, excommunicationis sententiam, quam propter hoc in ipsum fecerimus in his scriptis, incurrat ipso facto. Et si in delicto perseverando, excommunicationem ipsam sustinuerit per septem dies, extunc tanquam irregularis, ad beneficium ecclesiasticum vel Divinorum celebrationem non admittatur, nisi prius cum enarratione facti, dispensationis litteras a sede apostolica ipsum contingat reportare.

Item prohibemus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne aliquis sacerdos secularis vel regularis parochiam aliquam teneat, vel de cetero tenere audeat, ad quam legitime non sit præsentatus, & per nos vel archidiaconos locorum, vel alios, prout hoc ad nos pertinet, institutus.

Item precipimus, ne aliquis beneficium accipiat de laicorum manibus. Qui vero contrarium fecerit, cum amissione beneficii, periculo subiaceat sui gradus. Præsentationes tamen laicorum non reprobamus, in quibus jus obtinent patronatus.

Item prohibemus, ne aliquis sacerdos competens beneficium habens, cum cura vel sine cura, de quo valeat commode sustentari, eo beneficio dimisso, ad ecclesiam alienam, tanquam vicarius vel mercenarius audeat se transferre. Contrarium facientes, per archidiaconos locorum vel alios, prout hoc ad eos pertinet, volumus per censuram ecclesiasticam ab ipsis vicariis, si necesse fuerit, removeri.

XVI. De executione mandatorum nostrorum, & curiæ nostræ Coloniensis.

Præcipimus districte sub pœna excommunicationis latæ sententiæ in his scriptis, quod decani Christianitatum & sacerdotes parochialium ecclesiarum, vel vices eorum gerentes, & omnes alii, cujuscumque sint dignitatis, conditionis, & status, quod mandata nostra & curiæ nostræ & archidiaconorum nostrorum, prout eis subsunt, fideliter & viriliter exequantur. Et si timeant, quod malum aliquod per adversarium, vel sæcularem justitiam, vel quemcumque alium, debeat inferri portitori mandatorum, caute ipsum expédiant, & postmodum mandata curiæ nostræ adimplere procurent. Item precipimus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ in his scriptis, omnibus & singulis sacerdotibus parochialibus vel eorum vices gerentibus, quod singulis diebus Dominicis, accensis candelis & pulsatis campanis, publice & sollemniter excommunicent omnes illos qui perturbant jurisdictionem curiæ nostræ Coloniensis, vel archidiaconorum nostrorum, & qui impediunt quo minus nos jurisdictione

no-

ANNO
CHRISTI
1270.

& alios
qui

nostra utamur libere & quiete. Et exponant presbyteri singuli in suis ecclesiis, suis parochianis, in quibus intelligatur iurisdicatio huiusmodi perturbari, videlicet interdicendo, prohibendo, inhiberi faciendo, vel statuendo, ne aliqui in curia nostra causam suam prosequantur. Item arretando, capiendo, vel capi faciendo per iustitiam secularem latores mandatorum curie nostrae: vel illos qui in curia nostra suos adversarios trahunt in jus, vel verberando, vel verberari faciendo, vel comminando, vel litteras curie nostrae rapiendo, vel lacerando, vel etiam alia faciendo, per quas processus negotii valeat retardari. Contrarium facientes, quos in his scriptis excommunicamus, per plebanos locorum ubi premissa perpetrata dignoscuntur, excommunicati nominatim & publice in ipsorum ecclesiis nuncientur. Et si dicti excommunicati in ipsa excommunicatione per septem dies manserint, ipse locus & ecclesia (quem & quam in his scriptis ecclesiastico supponimus interdico) denuncientur publice ab eisdem locorum plebanis interdico ecclesiastico subiacere.

Item precipimus sub pena excommunicationis late sententiae, ut ecclesiarum rectores, vel eorum vices gerentes, sigilla propria habeant, & procurent, intra mensem unum ab hac die numerandum. Et quod nihil recipiant, nec exigant a litigatoribus vel mandatorum curie nostrae latoribus, pro executione mandatorum huiusmodi facienda.

XVII. De testamentis.

Quia executores testamentorum nonnumquam negligenter, nonnumquam malevole, in bonis defunctorum versantur, & quia haec & his similia debent diligentia episcopi emendari: precipimus, ut coram duobus in singulis archidiaconatibus a nobis deputandis, executores testamentorum singulorum archidiaconatum, in numero & valore bonorum defuncti, de erogatis ab ipsis reddant debitam rationem. Et concedimus his, qui a nobis super hoc erunt deputati, potestatem vocandi coram se executores praedictos, & eorum contumaciam, si venire noluerint, per censuram ecclesiasticam puniendi, & exigendi ab eis debitam rationem. Si quid autem fraudis vel negligentiae perceperint, ad nos referre procurent.

XVIII. De interdico ecclesiastico, qualiter sit observandum.

Cum plerumque & communiter circa observationem interdicatorum perniciose haecenus sit erratum, communi morbo communem volentes adhibere medelam, statimus, ut quotiescumque locum aliquem auctoritate nostra ordinaria vel delegata, ecclesiastico interdico supponi contigerit, omnibus tam extrema unctio, quam sepultura, & alia sacramenta ecclesiastica penitus denegentur: exceptis, baptismo parvulorum, & poenitentia morientium, ac viatico quod morientibus in poenitentia non negatur. Clericos au-

tem decedentes, qui causam interdico non dederint, & qui reverenter interdico servaverint, in caemeterio sine campanarum pulsatione, cessante omni sollempnitate, cum silentio concedimus tumulari.

Item si in aliquam ecclesiam conventualem latum fuerit interdico, licitum sit, duobus vel tribus simul, januis clausis, voce submissa, ita quod extra audiri non possint, excommunicatis & interdico exclusis, horas canonicas dicere, si tamen ipsi interdico causam aliquam non dederint. Praeterea tempore interdico licitum est ecclesiarum ministris, semel in septimana, voce submissa, clausis januis, excommunicatis & interdico penitus exclusis, Missam celebrare ad conficiendum corpus Domini: quod (ut dictum est) morientibus in poenitentia conferri potest.

Item si aliquibus per privilegium concessum sit, ut non obstante interdico, Divinum possint celebrare officium, semper subintelligendum est, excommunicatis & interdico exclusis, voce submissa, januis clausis, campanis non pulsatis, omni sollempnitate praetermissa: & ita deinceps praecipimus inviolabiliter observari.

Et quia nos intelleximus, quod fratres Hospitalarii, & quidam alii asserentes se habere privilegium, quod in locis interdico possint Divina celebrare officia, excommunicatis & interdico nominatim exclusis, abutentes huiusmodi privilegio, in locis interdico Divina officia celebrare praesumunt, & indifferenter quoscumque admittunt, nisi specialiter expressis nominibus ipsorum excommunicatorum & interdicatorum in sententia interdico fiat mentio, irregularitatem ex hoc damnabiliter incidendo. Unde ad vitandum deinceps huiusmodi errorem, illos nominatim interdicos & excommunicatos secundum iura dicimus, si castrum, villa, civitas, vel oppidum, sint interdico: non nominatim interdico vel excommunicati dicuntur, quando sic fertur sententia, excommunico vel interdico tales cum suis participibus. Participes enim non sunt excommunicati vel interdico nominatim: & ideo tales possunt admitti ad Divina, nisi notoria esset eorum participatio: tunc enim non possent admitti ad Divina. Praeterea quia (ut intelleximus) quadam damnabili abusione invaluit, quod loco aliquo supposito interdico, populus vel aliqui de populo loci interdico, ad vicinas ecclesias pro Divinis audiendis accedunt, & ibidem indifferenter ad Divina & alia sacramenta ecclesiastica a plebanis admittuntur: id correctione dignissimum iudicamus. Statuimus igitur, & sub pena excommunicationis firmiter observari praecipimus, ut diebus Dominicis & festivis, presbyteri, antequam Missam celebrent, plebem interrogent, si aliquis de loco interdico in ecclesia sit: quem si invenerint, statim ab ecclesia abiciant. Presbyter autem, qui proprium aut alienum parochianum excommunicatum aut interdico scienter ad aliquod sacramentum ecclesiasticum admittit, ipso facto se noverit esse suspensum.

ANNO
CHRISTI
1270.



CONCILIUM LAMBETHENSE

A Joanne Cantuariensi archiepiscopo, anno Domini MCCLXXX. celebratum.

Ex codice MS. bibliotheca Bodlejana edidit collector Anglicanus.

Anno Domini MCCLXXX. dominus Arit, infra annum, ad ordinem sacerdotii se Joannes Cantuariensis archiepiscopus, convocatis universis episcopis, abbatibus, & toto clero suae metropolis, apud Lambethe, sollempne concilium celebravit: in quo constitutiones Othonis & Othoboni, dudum legatorum in Anglia, in conciliis per eos celebratis promulgatas, innovavit, & in posterum inviolabiliter observandas fore decrevit. Quosdam etiam de proprio superaddidit: statuens, ut omnes rectores ecclesiarum suae metropolis, quibus cura animarum annexa fue-

rit, infra annum, ad ordinem sacerdotii se facerent promoveri, eo quod nullus in posterum admitteretur ad curam animarum, nisi promotus ad sacerdotium; vel infra annum a tempore suae promotionis vel admissionis ordinandus, sub poena privationis beneficiorum suorum.

G. C. In concilio Rodingensi anni superioris, c. 1. Inductum fuerat, habendum hoc anno concilium in octavis S. Hilarii: ne quis illud confundat cum alio Lambethensi, quod anno MCCLXXXI. habitum mox videbitur.



CONCILIUM BITERRENSE

HABITUM ANNO MCCLXXX.

Ex conciliis Galliae Narbonensis editis a Sr. Baluzio V. Cl.

Nihil ex hujus concilii actis superest, praeter epistolas datas, quas hic ex Baluziana editione represento.

Litterae Bernardi episcopi Elnensis ad Petrum Narbonensem archiepiscopum, metropolitanum suum, quibus se excusat quod in concilio praesentiam suam exhibere non potest, & vicariam personam pro se mittit.

Venerabili in Christo patri ac domino, P. Dei gratia sanctae Narbonensis ecclesiae archiepiscopo, Bernardus Sala misericordiae Divina Elnensis episcopus, salutem, & sinceram in Domino caritatem, cum omnimoda reverentia & honore.

Paternitatis ac dominationis vestrae recipimus litteras reverenter, in quibus nobis preces & mandatum nihilo minus direxistis, ut Dominica die proxima, qua cantabitur *Latare Hierusalem*, aliis praetermissis negotiis, apud Biterrim personaliter veniremus, super nonnullis magnis & arduis negotiis communem ecclesiarum Narbonensis provinciae statum tangentibus, vobiscum ceterisque fratribus suffraganeis ac praelatis aliis ipsius provinciae loquuturi, ac etiam tractaturi quod honori & utilitati communi ecclesiarum Narbonensis provinciae expediens visum fuerit, & Dominus ministrabit. Verum quia dicta die & loco, propter solitam & frequentem infirmitatem guttae quam patimur, de quo piget nos, ad praesentiam vestram accedere non valeamus: discretum ac venerabilem virum Berengarium de Palma canonicum Elnensem & sacristam ecclesiae Perpiniani, dilectum no-

strum, huius procuratorii exhibitorum, dominationi vestrae duximus destinandum: quem certum ac specialem procuratorem nostrum facimus, constituimus, ac etiam ordinamus, ad loquendum & tractandum una vobiscum, ceterisque episcopis suffraganeis ac aliis praelatis Narbonensis provinciae omnia negotia, communem Narbonensis provinciae statum tangentia, in agendis tractaturum & ordinaturum quod honori & utilitati communi ecclesiarum ipsius provinciae expediens videbitur & Dominus ministrabit: ratum & firmum perpetuo habituri quicquid per dictum procuratorem nostrum una vobiscum ceterisque Narbonensis provinciae, in agendis super praemissis tractatum fuerit & etiam ordinatum. In cuius rei perpetuam firmitatem praesentem paginam sigilli nostri munimine volumus roborari. Datum Elnae decimotertio Kalendas Aprilis, anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo octuagesimo.

Litterae Capituli Elnensis ad eundem archiepiscopum, quibus significat mittere se procuratorem ad concilium.

Pateat universis, quod nos, capitulum Elnense constituimus, facimus, & ordinamus certum & specialem procuratorem nostrum Raymundum Olivarii canonicum Elnensem, ad comparandum coram venerabili patre in Christo domino Petro Divina providentia sacrosanctae Narbonensis ecclesiae archiepiscopo apud Biterrim in concilio provinciali in instanti Dominica, qua cantabitur

La-

ANNO CHRISTI 1130.

ANNO CHRISTI 1130.

Letare Hierusalem, inibi celebrando, & ad A midis per eundem procuratorem fuerit pro-
audiendum statutus super negotiis universa-
lem statum totius Narbonensis provincie tan-
gentibus, & ad faciendum super praedictis,
prout memorato concilio expedire vitum fue-
rit, & Dominus ministrabit: ratum & fir-
mum perpetuo habituri, quicquid super pra-



Ex Martini
Theol. Assoc.
com. 4.
p. 171.

STATUTUM CONCILII PROVINCIALIS

BITURICIS

Anno MCCLXXX. celebrati adversus Clericos exercentes
vilis opera.

Anno Domini millesimo ducentesimo B
oduaagesimo, mense Aprilis, ordinatum
fuit in Concilio Bituricensi, quod Clerici
exercentes vilis officia moneantur in casibus
infra scriptis.

- In primis Fabri ferrarii & parcolerii.
- Item, Sutores sotularium, sive sabbatarii.
- Item Coyraterii sive balnearii cotiorum.
- Item, Tabernarii plebei.

Item, Macellarii.
Item, vices virgatas continue publice por-
tantes.
Praedicti legitime moniti, quamdiu praedi-
cta officia exercuerint, non defendantur. In-
telligimus autem, quod haec monitio fieri
debeat nominatim & expresse per episcopos,
vel eorum officiales.



CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM,

DE CORRUPTO MALIGNI GREGORII NYSSeni LOCO,

QUO SPIRITUS S. PROGRESSIO EX FILIO ASSEBITUR.

A Joanne Vecco patriarcha CP. celebratum anno Domini MCCLXXX.

IQANNOT C JOANNIS

Ταπεινὴ ἐπισκοπὴ Κωνσταντινουπόλεως

Humilis episcopi Constantinopoli-
tani Sententia Synodalis.

Σημείωμα συνοδικόν.

MΗνι Μαΐου γ' ἡμέρᾳ ἰκτῆ, Ἰνδικτιῶν
ὄγδοῦς, ἀποκαθήμενος τὸ καθέλιπτον
ἡμῶν δεσπότη, τὸ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως
Νικαίᾳ Ρώμης κλητῆ Ἰωάννη, ὅς ποῖς κατὰ τὸν ἄγιον
Θεοφύλακτον κελίους αὐτῶ, συνδεμαζέντων τῆ
μεγάλῃ ἀγιοσύνη αὐτῶ κ' ἱερωτάτων ἀρχιερέων,
τῶ Χαλαδρόν, κ' ὑπερτίμῳ Νικολάῳ τῷ Α-
θηνῶν, κ' ὑπερτίμῳ Μελετίῳ τῷ Λαρισσῆς, κ'
ὑπερτίμῳ Νικάνδρῳ τῷ Σερρών, κ' ὑπερτίμῳ Λιού-
τῳ τῷ Χριστῶν, Θεόδωρῳ, τῷ Σοφδαιῆς Θεο-
δώρῳ, τῷ Πρακονήσῃ Νικολάῳ, κ' τῷ Βέρροιᾳς
Λιούτῳ, πατριάρχῃ κ' διοικηταῖς αὐτῶν δεσπο-
τικῶν ἀρχόντων.

Ἄ. Καὶ θεὸς ἐμπροσθε τοῦ ὀφθαλμοῦ τὸ φαεινόν
τιπὸν, ἐπισκοπῆς ἡμῶν τῆς τῆς, πολλὰ δὲ κ' τῶν ζῆ-
μίων ἐπιφέρει τῷ λοιπῷ σώματι. Εἰ γὰρ τὸ σώ-
ματ' ὀφθαλμὸς ὀφθαλμὸς ἐστὶν τῆς διακεμι-
νικαῖος, πᾶσα θάνατος ἀνάγκη, κ' σὺμψαν τὸ σώ-
ματ' ἡ κατὰ τῆς ταύτης συνδοτικῆς δεῖται, κ' ὅσα κ'
ἀλλοῦ σβηθέντος αὐτῶ, ἀμνησθῆναι τὸ παρὶ ἐκείνου
ποδπηγνυμένων. κ' ὅσας ὡς ταύτης γραφῆς κατὰ τὸ
τυχὸν κεκυρωθῆναι, κ' μέχρις αὐτῆς κηραίας πα-
θῆναι τῶν ὀφθαλμῶν, τὴν ἀφαίρεσιν, ἢ ὅλιγον

MEnsis Maii die 3. feria sexta, Indi-
cione octava, praesidente sanctissi-
mo domino nostro patriarcha Constanti-
nopolitae novae Romae, domino Joanne,
in cellis suis prope sanctum Theophyla-
dum: confidentibus una cum sanctitate
Deus sanctissimis praesulibus, Chalcedonen-
sis, & hypertimo Nicolao, Atheniensis; &
hypertimo Meletio, Larissae; & hypertimo
Nicandro, Serrarum, & hypertimo Leo-
ne, Chelionensis Theodoro; Sogdianae Theo-
doro, Praconensis Nicolao, Berroensis Leo-
ne: adstantibus & piissimis dominis prin-
cipibus.

Leone Al-
lato inter-
prete.

1. Capillus res vilissima in oculum ca-
dens, tenebras offundit, multumque no-
xae reliquo corpori adfert. Etenim si cor-
poris lucerna est, eo male se habente,
prorius necesse est corpus univertum illa
eadem aegritudine male affligi, & veluti
lampade illius extincta, quod ab eo de-
citur, obtenebrari. Similiter & sacra scri-
ptura, utcumque depravata, etiam si unus
tantum apcx vel additione vel detractione
male habitus sit, non mediocrem in uni-
vertum ecclesiae corpus saetaram induxe-
rit.

ANNO CHRISTI 1180

ANNO CHRISTI 1180.

rit. Et duodnam aliud corpori, cuius caput Christus est, oculorum vicem utrumque suppleverit, quam sanctorum patrum monumenta, a capite iplo conspiciendi facultatem possidentia, & perlegentes illuminantia? Quid igitur agendum est de corpore oculo, & quid in spiritali hoc excogitandum, que non dirigente moderantique, nemo Dominum aspiciet? Plane quemadmodum cum purgare, qui in ea scientia plurimum valent, consueverunt, eumque ad utilem & omnium corporis membrorum constitutionem optimam reducere: ita procurandum est, ut ab eo festuca que obicitur, & ipsam trabem exsuperat, per idonea fidei dogmata germanaque dematur, ut eo iam a morbo libero, & in pristinum statum restituto, lumen splendeat, tenebræque fugentur. Verum ad quos cura ista & diligentia magis pertinebit, quam ad nos ipsos, quibus miseratone Dei patrum horum administratio demandata est, necnon alia omnes Divinarum litterarum, & patrum traditiones, ut tanquam legitimi filii paternorum testamentorum depravatione, vel potius hereditate ab illis nobis proveniente, magna equidem, continuoque duratura, iniuste spoliati, summpere indoleamus. & super illis potissimum, in quibus pacis pulchritudo resplendet, & ecclesiarum reconciliario roboratur; & maxime si invective illæ & perfide petradantur: ut multa contingunt a quibusdam, qui veritatem dicerunt, pro libidine adeo immutatam, ut non tantum impune veritas omni scelere laceretur, sed flagitium ipsum ex Divinis quoque litteris robur autoritatemque accipiat. Quod si & Nysæentium lumen injuriæ, & fide dignus liber, antiquisque, depravationi obnoxius sit: quantum id addat ad animi ægritudinem, animas ipsas effundentium, ne aliquid reliquum sit, quod ecclesiasticam pacem impediat? Quænam rursus diligentia invenienda est, & quam ratione conandum, ut veritas libere & cum fiducia appareat, futurumque in tempus securitatem obtineat? Prorsus quam maxima, & qualem nos addeat in similibus ponere, & pro viribus effectu quoque iplo perficere. Quemnam itaque successum res habuerit, & quale principium, hoc nostro sermone aptissime indicabitur.

2. Jam Divini numinis ope, ecclesiastica pace perfecta, & multorum annorum scandalo gratia sancti Spiritus propulsato (oportebat enim aliquando similem caliginem dissolvere, & concordie lumen illucescere, & ex supervacuo Deum pacis devincere) debeamus nos etiam pro viribus pacem promovere, & ex sacris scripturis, ut videbatur peropportunist, eam constabillire, ne ex ventre loqui infimularemur, sed ex fluminibus a Deo paratis, & ventibus viva aqua repletis. Quapropter nunc hanc viam, nunc illam, alias aliam, & divina misericordia ad jam perfectam pacem, & alit viam aperientes. Et licet inter eos ob aliquem metum laudabilem scan-

Α & η λυμην ἐκπαυδοῦσαν ἐν τῇ τῆς ἐκκλησίας ἀπαντι σώματι. Καὶ τί γὰρ ἄλλο τῷ ποιεῖν σώματι, ἢ κεφαλὴ ὁ Χριστὸς, εἰς ὄφθαλμῶν λογιδοῦσα ἀντιζῆν ἢ χρεῖαν, ἢ αἰ τῶ ἀγίων πατέρων γραφαί, ἐκ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς τὸ ἐπιπεῖ κλητημῆν ἀρχὰς ἢ φωταγωγῆσαι τὸς ἐπιτηχαῖνους; Τί γὰρ ποιεῖν ἐπὶ τῷ σώματι τοῦ ὄφθαλμοῦ, ἢ τι διανοῦν ἐπὶ πνευματικῷ τῷ πνεύματι, ἢ χρεῖαν τῆς ὁδοῦ τῆς εὐδοκίας, ἢ εὐδοκίας τῶν κειμένων; πάντως ὅσοι περὶ ἐκείνων ἐκαθάρισται ἐν τοῖς πειρίταισι δεινοῖς, ἢ ἄσπρος τὸ λυσιπλῆν τῶ ὁλομολογῆν τὸ σώματι ἀποκαθίσταν ὅτι καὶ τῶν ἀξίων, καθόστον εἶναι, περιττοιδοῦναι, ἢ τὸ φαινόμενον μὴ κέρφος, ὑπερβαλλόν δε

Β ἢ αὐτῶ τὴν δοκῶν, ὑπερχεῖται τοῖς τῶν δογματικῶν ἀξιοσπειρίας ἐκ ἀνοδοῦναι, ὡς ἀνὸν ὑπεριστάς τετυ, ἢ καθὼς καὶ ἀποκαταστάς, τὸ φως ἐπιλήμπτου, ἢ ἡ σπουδὴ διωκῆσαι. Τί δ' ἀλλοῖς τῆς ποταμῆς μελήσει περιττοῦτος, ἢ πάντως ἡμῶν τοῖς ἐπὶ τῷ ἑλίε τῶ τῶν πατέρων Θεοῦ, τὴν τῶν ποταμῶν οἰκονομίαν λαχῶσι, ἢ ἐπὶ ἐπείρας ἀπάταις γραφικαῖς πῆ πατερκαῖς παραδόσεσιν, ὡς ἀνὸν οἰοφαινόμεθα γνήσιοι, τῶ περὶ φων διαθηκῶν παραχαρτομένον ὑπεραλογώματις, ἢ μάλλον ἡμῶν ἐκαυτῶν ἀδικημῶν τῶν ἀπ' ἐκείνων κληρονομήσαν τὴν μεγαλίαν ὅπως, ἢ αἰεὶ διαμῶσαν, πολλῶν δὲ πλείον ἐφ' αἷς τῆς εἰρήνης ἐπιλάμπει καλὸν, ἢ ἢ ἐκκλησιῶν καταπλασθῆναι ἐκείναις, ἢ ποσπενί τῶν, ὅστον ἢ καχυργῆσθαι ταύτας. ὡς τὴν πολλὰ συμβαίνει παρα ἰσῶν τῆν ἀληθεῖαν σαπαρτῶντων, μεταποῦντων αὐτοῖς ὅστις βύλλονται, ἢ ἀμὴ μοῖον ἀνδοθῶν ἢ τὸ ἀληθεῖς ἀμαρτῶντων ἀμῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν θεῶν γραφῶν λογιζῆται ἰχυροποῦσθαι. Εἰ δὲ καὶ τῶν Νυσσαίων φωνῆ ὁ ἀδικημῶν ἐστὶ, ἢ ἀξιοσπειρίας ἐπιβλήσθαι καλαιά, ἢ παρῶσα τῆν παραχαρῆν. ὅσῶν τῶν, εἰς ὅ δὲ αἰών ψυχῆς τοῖς ἀποειμένοις ἢ αὐτοῖς τῶς ψυχῆς ὑπερ τὸ μηδὲν ἐπιλείψθαι, εἰς τὴν ἐκκλησιαστικῶν εἰρήνῶν μηδὲν σκάνδαλον; ἐποῖαν δὲ πάλιν ἀσφαματῆτον ἰνὸν ἐπιμίλιαν, ἢ ὅπως σπουδασίων, ὡς ἀνὸν τὴν ἀληθεῖς τῆν παρῶσαν ἔχῆ, ἢ τὸ ἀσφαλῆς τὸ εἰσπεῖται; πάντως μεγάλου ἢ διαν εἰκὸς ἐπὶ ταῦτοισ ἡμῶς ἐκποῆσαι, ἢ κατὸ τὸ δυνατὸν διασφαρῆσθαι. Ὅπως πῶντων ἀποῖβη, ἢ οἶαν ἔχῆ τῆν καχυργῆν, ἀσπῆς ὁ λόφος ἀποῖων δηλώσει σαφῆσαι.

β. Ἦδη μὲν σὺν Θεῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πληθεῖσπε εἰρήνης, ἢ τὸ πολυτέρας σκάνδαλον ἐκποδοῖν γνησιότης τῇ τῷ πνεύματι χαρῆται ἰδιοῖ εἰς ποτε τῆν ποταμῶν διαλυθῆναι σκοπομανίαν, ἢ τὸ τῆς ὁμοῖας ἐπιλάμψεως, ἢ πολλῶ τῆ πειρῶσια τῆ τῆς εἰρήνης κηῖσαι Θεοῦ ἢν μὴ ἡμῶν, καθόστον εἶναι, συναίρῶσαι τῆ εἰρήνη, ἢ ἐὰν ἑρατῶν ἀγίων, καθὼς καὶ αἰξῶν, αὐτῆν σμωῖσῶν, ἢ ἀμὴ ἐκκοιλίας λίγωντας εἰς ἰσῶμεθα, ἀλλ' ἐεποταμῶν ἀσφαρῶντων, ἢ κοιλῶν ζῶντος πεπληρωμῶν ὑδατοῖ. ὅσοι καὶ μὴ ταυτῶν, κῶν δὲ ἐκείνων, ἀλλοτ' ἀλλῶν, ἢ ἀσφαρῶν ἀπάταις εἰς ἀκόλων ὡτῆς δεχόμενοι, ἀνοδόμενοι καδ' ἐκάλου ἡμῶν τῶ τῶ Θεοῦ εἰλεφ ἄσπρος τῶν τελευθεῖσθαι εἰρήνην, ἢ ἀλλοῖς ὁδοεικνύοις τῆν εἰρῶν. εἰ τί πεκα σκάνδαλον καὶ ἐπὶ αὐτοῖς δὲ τῶν φεβοῖν ἐκαυτῶν ῥαδίως εἰχομῶ αὐτοῖς ἀπειθεῖς, ἢ μηδὲν ἀντιζῆσω ἀπὸς ἡμῶς ἢ τὸ ἡμέτερα φέροντες. Ἀλλ' ὡ τῷ

ANNO
CHRISTI
1180.

ANNO
CHRISTI
1180.

ὅ τῷ Θεῷ, καὶ Ἰησοῦ Σατανικῶν μηχανῶν; ἐστὶν ἄ
σαν εἰς Ἐκκλησίαν μοίραν; ἢ ἡμῶν τῶν
καὶ δεῖται τῶν ἀγαθῶν τοῦ κοινῶν, εἰ πως διαφο-
ρημοῦσα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, ἐχθισαν ἐκ τῆς ἡ-
μιτέρας ἐκκλησίας, Ἐκαστὸς ἑαυτὸς ἐχθροποιῶ-
σι καὶ ταῖς ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ἀγίας Γραφαῖς ὅσα
παρὰ τοὺς κατορθώματα, ἐμὲλλον μὴ ποτὶ ἀποσιλ-
θεῖν, καὶ ἀποθῆναι μὴ τὸ πνευματικὸν καὶ δυσή-
νησον, ἀγαπήσαι δὲ τὴν μὴ τῶν ἐκκλησίαν, καὶ τῇ
ὀλοκληρίᾳ τῆς ἐκκλησίας συγκολληθῆναι. ὃ δὲ
καὶ ἔργιστο ὄφρον. Ἀλλὰ ποῦ καὶ ὅτι μὴ ἀφῶν
ἢ τῶν ἐν τῇ πεισματῶν χωρὶν εἶχε, καὶ περὶ φλῆ-
νος τῆς ἀληθείας τίς ἴδιαν ἐπίθετον ἀρσενικὴν,
τί ἔπειτα ἐπὶ ταῖς ταύταις γραφαῖς ἢ αὐτοῖς
εὐτορον; Τῶν γὰρ ἐπιβόλων λόγων καὶ γνώσε-
σι ἀνδρῶν ἦσαν, ἀς μὴ ἄλλοι, καὶ ὡς αὐτοῖς βα-
λπητὸν ἐπέφησάν, ἀς δὲ καὶ τοῦδε εἶναι διχου-
ζέσθαι, ἐστὶ δ' ἄφ' ἧς τινος ὁμολογῶν μὴ πῶν κατῆ-
ρησθῆναι, τὸ μόνον ἰσχυρῶς λεγόντες, ἀποδείξω-
σι ἀπολογίαν, φαβερὰν οἶμαι καὶ ἀναξίαν ὅλων
τῆς Ἰησοῦ πατρῶν ἀποδείξεως. ὅτι πρὸς τὰς πῶν κα-
ταβολῆς λόγους, παρὰ πῶν αἰρετικῶν ποιημάτων
ταῖς γραφαῖς, ἐστὶν ἢ καὶ τῶν εἰρησῶν οἱ πατρῶν διέπι-
πτον. πῶν ἢ πῶν λεγόντων μὴ συμφορῶν, ὡς ἡ δό-
ξα ὅλων Θεῷ καὶ εἰς ἅσας ἀληθείας τὸ δια ψαδῶν
τινῶν συγκροτῆσαι καὶ ἀναξίαν τὸ πνευματικόν.
Ἀλλ' ὅπερ ἐλιγοῦσθαι, ὅλοι ποτὶ τὸ ἴδιον θελημα-
τικῶν οἱ εἰρησῶν, καὶ ἑαυτῶν ἰσοφίᾳ, ὅπερ
καὶ ἄδεναι εἶχον λόγων, ἐφ' οἷς Ἐκκλησίαις καὶ εἰς ἅσας
ποτὸν συμφορῶν. πολλὰ μὲν καὶ διαφορὰ λίσον-
τες, εἰς τὴν δὲ καὶ τὴν αὐτῶν κατανύκτων, πῶν ἢ ἰλιγῶν
ἢ εἰρησῶν, καὶ πρὸς τὸν Ἰησοῦ γραφῶν ἀληθείαν δια-
μαχεῖσθαι, ὅσα καὶ διαφορὰς ἕσονται πῶν οἰκίον
ἀποματῶν ὄλεθρον. Ἀλλὰ ταῦτα πάντη
ἦσαν ἡμῖν, ἰαυτῶν δὲ εἰπεῖν καὶ τῇ ἀληθείᾳ ἀ-
νεκτῶν, πῶν γραφῶν ἐκδοῦσθαι, λίσον ἐκίον
πῶν ἐπέφησάν, ὅσαν ἐβόλοντο. Τεθεῖν καὶ εἰς σί-
δρον ἀπιδῆναι, καὶ τῶν γραφῶν ἀποξενῶν, ἐστὶ μὲν
ἐκ ἀποξενῶν κατανύκτων, ἢ οἰδῶν ὅσα ψυχρῶς μό-
νης ὄφρον. τῇ δὲ γὰρ ἐπιβολῆς κατανύκτων Ἐκκλ.
Ἄρα διαγνωσθήσεται, καὶ ὡς ἐστὶ μὴ ὅλων οἱ
πῶν ἀπιδῆναι πρὸς ὑμῶν φαβερὰν ἀληθείαν
εἶχον, ἀπαλείψων ταύτην διγνώσαν. Τίς δὲ
ὁ ἔσθ' ἢ καὶ παρὰ τίνος, καὶ ὅπως, ὁ λογῶν
ἢ ἡ εἶρη.

dalum irrepsisset, facili eos negotio sem-
per obsequiosos, nec nobis nec nostris re-
luctantes habuimus. Sed o invidentia,
& satanicas machinas! Nonnulli ex no-
stris contrarie parti addidi, cum non ab-
sonum id illis vitium fuisset, si aliquo mo-
do paci adversarentur, se te a nostra ec-
clesia inter se congregientes avulserunt;
qui continuo pro pace sacris scripturis ob-
latis angustati, debebant quidem aliquan-
do procedere, deponereque pervicacem,
effranemque animum, & nobiscum una
pacem amplecti, cum reliquis ecclesie par-
tibus congruitari; quod tamen factum
est. Verumtamen cum eorum pertinacia
invalideret, ipsique propria placita veri-
tati preponerent: quid aliud in similes
scripturas auluri erant, quam quod ipsis
offerret occasio? Erant liquidem viri illi
& sermone & cognitione versatiles, has
quidem in alium sensum, & ut illis pla-
cebat, rapiare, has vero tanquam spurias
contententes rejicere; aliquando etiam
quasdam ex illis confiteri patrum esse,
hoc tantummodo recte dicentes; asserre
autem responsum terribile, vix mihi mi-
tero, & profus indignum patrum propo-
sito; quod in questiones eo pervi motas a
sectatoribus commentaria edentes, fuisset,
cum ex equo patres decederent. An hi,
qui talia loquuntur, non intelligunt,
nullam omnino Dei gloriam, nullamque
rei Divinæ constitutionem esse, que a
falsis & spiritu indignis promovetur? Sed
quod jam dicebamus, omnes tum proprii
arbitrii facti, contra semetipsos captiose
agebant, abutebanturque otio dicendi ea,
ex quibus nullum ipsis commodum ema-
nabat; multa quidem ac varia in medium
asserentes, in unum vero ac idem collim-
antes, ut paci contradicerent, & scri-
pturarum veritati adversarentur, variis
multisque modis propriam sibi procuran-
tes ruinam. Sed hæc omnia erant quod-
dem nobis ipsis, quod idem est dicere,
& veritati tolerabilia, si, salvis scripturis,
pravam ipsi suam interpretationem, que-
cumque illa foret, adjicerent. At enim
in ferrum animum intendere, eradereque
scriptum, facile quispiam adverteret, pro
libidine tantummodo, & affectata cupidi-
tate actum fuisse: at is, qui prudenter
res examinat, hinc colliget, similis sortis
homines cum patenti adeo veritati adver-
sari non possent, eam e medio tollere
animum induxisse. Modum, auctorem
rationemque ipsam hæc nostra oratio pro-
sequetur.

3. Habuit inter alios libros magnus æco-
nomus Xiphilinus a suo genero cogno-
mento Penteclesiota, qui simul cum ux-
oris suæ sororis marito, nostræ ecclesie re-
ferendario, Elscammatismeno nuncupato,
adversas partes tuebatur, volumen, ex ip-
sa antiquitate dignitatem habens, in quo
varia commentaria Divinitus inspirata
continebantur, Nyssaensium luminis Gre-
gorii, magni illius atque admirabilis pa-
tris. Inter eas orationes legebatur & il-
la, in *Pater noster* homilia, cujus prin-
cipium: *Cum adduceret magnus Moyses my-
sagogia, quam in monte acceperat, populum
Israelitem*. In ea cum de communibus &

ANNO CHRISTI 1180.

ANNO CHRISTI 1180.

propriis Divinarum hypostaton tractare, A edocereque contingeret, subornavit: Spiritus vero sanctus & ex Patre dicitur, & ex Filio esse affirmatur. Hanc sententiam particulam, indeque comparata pro pace subsidia, in commodum publicum attulit beatæ memoriæ ille magnus æconomus Xiphilinus, volumen illud percurrens, & ad hunc locum perveniens, volumineque sibi ad legendum comparasse ex Penteclestiâ factus est. Omnibus id patuit, & nobis ipsis, & ipsi, qui volumen possidebat, nostrisque advertabatur. Hinc non parvæ suppetitæ, Deo misente, ad pacem ecclesiasticam stabilioris accesserit. B Referendarius ergo fororis uxoris Penteclestiæ maritus, ejusdem cum possessore libri sententiæ, id propriis oculis intuitus, & ad adeo patens dictum non valens se opponere, quod fidem etiam ex multis aliis, quæ in libro continebantur, large comparaverat, planum hoc documentum eradere, cum adhuc nostra oppugnaret, sibi proposuit ferroque usus ex eradit, non considerans alia quoque volumina ad hoc ipsum comprobandum conquisita fuisse, quæ omnia exprimerent, & ex propositionem abunde redderent, cum depravata nondum fuissent.

4. Sed cum aliquando pervicacia cessasset, pacem amplexatus, nobiscum communionem inivit, quemadmodum & alii plures: sæpius cum ipso nostra mediocritas de nonnullis conferebat: casu vero factum est, ut voluminis illius aliquando recordaremur. Referendarius veluti a quopiam summotus, volumen laudabat, de coque, quod ipsi visum fuerat, enunciabat. Inter congressus vero de volumine confessus est: se in eo loco, in quo erat, & ex filio esse affirmatur, gladiolo, e ferre illi verborum ex eradisse. Nescio quam ratione id factus sit, & quam ob causam: id tamen totum veritatis & Dei Patrum fuit. Quid inde subsecutum est? C Consideratio fixa, & ossium tabes nostram petit mediocritatem, quomodo talis sententia adulterata fidem perdidit, ecclesiasticæ paci tantumdem proficua: & quomodo tot per annos e periculo elapsa, cum in ecclesiam veteris Romæ bellum deserviret, nunc demum per crudelem plagiarium corrupta sit, ut in posterum cum desideraretur ex securitas ecclesiæ non esset, & quando etiam apponeretur, fidem volumen non haberet neque soliditatem, cum jam recens apposita fuisset centeretur propter falsæ suspicionem.

5. Itaque hac de re omnes, qui tum aderant, sanctissimos antistites nostros & comministros nostra mediocritas participes facit, medelamque negotio poscit: unaque cum illis comminiscitur, quam ratione ecclesiæ jus conservari posset. Et commune consilium accedit, & synodalis sententia, relinquendum esse locum illum vacuum, in quo ex antea exarata erat, quod tutum non esset, nunc iterum rescribi, rursusque idem posteris suspicionem injiceret, propter scripturam recentem novam: remque gestam signandam scripto, ut inde testimonium publicum &

την παρ' δε πατρί περι κωνσταντινίδων τῆς θεότητος ἰσοστάσιον διαλογησαί τε καὶ διδάξαι, ἰετλθεσιν εἰπεῖν· πῶς ἐν δόγμα πῶς ἄγιοι ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται. Τοῦ πινῶδε ἐν πεμάχιστον τῶ ἱετῶ, καὶ τῆς ἐστῶθεσιν εἰς τὴν εἰρήνην συγκρότησι, συμμετρίσει μὴ πῶ κοινῶ, ὁ τῆς μακαρίας μνήμης ἐκείνῳ· μίσις οἰκονομῶ· Ζεφιλίνος, διερχομῶ· τὴν πτωτῶν βιβλίον, καὶ κατὰ τὸ ποχασον ἡμῶν· ἐν τῶ τῶ τῶ ἐκ τῶ Πεντακλῆστῶν κρηταθαιεῖς ἀναγνώσει, πᾶσι δῆλοι δι' ἐγὼ ὄνει, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ αὐτῶ δὲ τῶ τῶ βιβλίον ἔχοντι, καὶ ἀπὸ τῶ ἀπὸ τῶ ἀμῶν προσ τὸ ἡμῖν πρὸς τὸ πο, καὶ ἐκ ὀλίγῳ συγκροτησις γίγσκει ἐν τῶ ἰλιουαῖτι Θεῶ, εἰς τὴν εἰρήνην ἐστῶθεσιν τῆς ἐκκλησίας πληρώματι. ὁ γὰρ βασιλεὺς οὐκ ἔχοντι ἀπὸ τῶ ὁμογενῶν ἐκ τῶ τῶ βιβλίον ἔχοντι, οἱ εἰσὶν ἐφ' ὁσμῶσι τὸ πῶσι ἰδῶν, καὶ μὴ ἔχον ὁ, τὴ καὶ δρᾶσει ἀπὸ τῶ πο, φανερόν ὄν, καὶ πῶ ἀξιοπιστον ἀπὸ πολλῶν τῶν τῆς βίβλου πτωτων, πῶν σαφῶ τῶ πῶν ἰλεῖ χον ἀπαλείφειν ἔγνω, ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις μαχομῶν, καὶ κρηται σιδήρῳ, καὶ ὑποκρίσει πῶ ἐκ, μὴ ὑπολογισαμῶν, ὡς καὶ ἱεραὶ βιβλῶ εἰς τὸ αὐτὸ ἠρῶν ἠθῆταν, κακῶναι ἕως ἐχῶν, καὶ πῶ ἐκ ἐπλύπω, καὶ πῶ ἀνορθῶν ὑπερφῶρον.

δ'. Αἰετὴ ἐκείνη· ποτε τῶ τῶ ἰδιόπισμον, καὶ τῆς εἰρήνης ἔγχετο, καὶ μετ' ἡμῶν τὸ κοινωτικὸν ἔχετο, ὡς πῶ ἐπρὸς πτωτῶν πολλακίς μῶν πρὸς τῶν ἀπὸ τῶν ἐκκοινολογῶν ἡ μεξιοτῆς ἡμῶν· ἔτι χε δὲ πῶς ἀναμνηθῆναι ποτε τῶ ἡμῶν μεξιοτῆτος τῆς δηλωθεῖσης βίβλου. ὁ δὲ τῶ βασιλεὺς οὐκ ἔχοντι ἀπὸ τῶ ὁμογενῶν ἐκ τῶ τῶ βιβλίον ἔχοντι, οἱ εἰσὶν ἐφ' ὁσμῶσι τὸ πῶσι ἰδῶν, καὶ μὴ ἔχον ὁ, τὴ καὶ δρᾶσει ἀπὸ τῶ πο, φανερόν ὄν, καὶ πῶ ἀξιοπιστον ἀπὸ πολλῶν τῶν τῆς βίβλου πτωτων, πῶν σαφῶ τῶ πῶν ἰλεῖ χον ἀπαλείφειν ἔγνω, ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις μαχομῶν, καὶ κρηται σιδήρῳ, καὶ ὑποκρίσει πῶ ἐκ, μὴ ὑπολογισαμῶν, ὡς καὶ ἱεραὶ βιβλῶ εἰς τὸ αὐτὸ ἠρῶν ἠθῆταν, κακῶναι ἕως ἐχῶν, καὶ πῶ ἐκ ἐπλύπω, καὶ πῶ ἀνορθῶν ὑπερφῶρον.

ε'. Κοινῶσι τῶν πῶν τῶ πρὸς τῶ ἡμεξιοτῆς ἡμῶν τοῖς παρῶρεθεῖσιν ἱερωτῶσις ἀρχιερωσιν, ἀδελφοῖς ἡμῶν καὶ συλλαετρωσιν· ἀναζητῶ θεραπειαν τῶ ἀσάματος, σκοπεῖ σὺ αὐτοῖς πῶς ἀν' ἐπανασῶθεῖ τῆ ἐκκλησίᾳ τῶ αὐτῆς δὲ καλον· καὶ κοινῶ βελῶ ἀσβαίνει, καὶ γνῶμη στωδοκῆ, εἶναι μὲν τῶν πῶν κενόν, κατ' ὄν τῶ ἐκ κείμῶν διαγγραπται, ὅτι μὴ ἀσφαλῆς ἀπὸ τῶ τῶ γραφῆναι καὶ γάλιν αὐτῶ, ὑποβῶν τοῖς εἰς ἔπειτα ἔχον διὰ τῆς γραφῆς ὑπόγειον. σημειωθῆναι δὲ τῶ τῶ ἀσάματος, καὶ κοινῶ μαρτυρῶν καὶ πῶσι ἐστῶν ἐστῶ εἶναι, ὡς τῶ γραφικῶν παρεχαραχῶν ἡτη

ANNO CHRISTI 1190.

των, δια τῆς ἰσχυρῆς ἀσφάλειας· μηδὲ γὰρ ἀνεῖναι τὸ ἀπὸ τῶνδε, ὅτε συμμεθίστος τῷ ἀληθῆς, διακρίνει τὴν, κ' ἀποφασίσει, ὡς ἔχρη, κατὰ τὸ μὲν ἀποφασίζουσαι. ἰδοὺ τῶν κοινῶν, κ' ἡδὴ τῶν σήμερον περατῶται διὰ τῆς παρούσης συνδικτικῆς ἀσφάλειας, ὁμολογῶντος μὲν κ' πάλιν τῷ βασιλεὺς ἡμεῶν, κ' ἐκ ἀρνημένῳ τῷ συμβόλων, ὅτι τὸ ἐκ παρ' αὐτῶν διαγίγνεται, ζητῶντος δὲ κ' συγγνώμῃ, ὅτι κατ' ὄν καὶ ἡμῶν ὄντος ἰσχυρῆς, πῶς τὸν πεποιθῶσθε. ἴδου κ' ἡ περὶ τα συνδικτικῆς ἀσφάλειας εἰς δηλωσιν γεγονῶτα ἀπειθῶν τῶ κατ' ἡμᾶς χαρτοφυλακίῳ, εἰς ἀσφάλειαν μὲν τῶ εἰς ἵκεται, ἀσφάλειαν δὲ τῶ ἐπιτοχῶν τῶ βίβλων, μανθανόντων ἐπιτοχῶν καθαράν κ' ἀδύλων τῶ ἀληθῆσαν.

A fides proveniat, scripturæ sententiam depravatam fuisse, propter eorum, qui postmodum venturi sunt, securitatem: neque enim fieri posse, ut, sic veritate signata, alius diffidat, & pratextus haud decoros contra dictum pratextat. Vitium id fuit omnibus, & jam hodie hæc synodica actione perficitur, rursus idem fatente referendario, & non negante, ab eodem abraham fuisse, veniamque petente, quod eo tempore id perfecerat, cum a nobis diffidebat. Quare hæc synodalis actio, quæ rem revelat, nostro chartophylacio reposita est, ad posterorum securitatem, eorumque, qui librum percurrunt, utilitatem, cum inde dicant puram atque incorruptam veritatem.

ANNO CHRISTI 1190.

GABR. COSSARTII NOTA.

Non extant hodie illa Gregorii Nysseni verba in eo quam designat Veccus homilia, sed neque in quatuor aliis, quas in orationem Dominicanam idem Gregorius scripsit. Ex quo intelligimus eas hæc parte a Grecis truncatas ad nos pervenisse. Neque enim dubitare de Vecci fide possumus, qui in oratione quam de Spiritu S. processione scripsit locum integrum retulit, ex quo decerpta ea verba sunt. Neque Veccus tantum, sed Hugo Ethertanus, & Manuel, Calceas, locum illum representant. Ceterum quod ab illo referendario in Nyssenum, idem a Photio in Crystostomum admittum est. Cujus in homilia de Incarnatione Domini (vel certe ipsi tributa) cum apud Jo. Veccum, & Man. Calceam, & in Anglicana Savillii editione legitur, τὸ ἐκ παρ' αὐτῶν, Photius Cod. 277. particulam τῶ ὀμίσει. Nimirum cum negare Græci S. Spiritum esse τὸ τὸ μὲν, ex sibi, sentiant negare se non posse, quia sit τὸ μὲν, sibi.



Ex Cossartii Append. Tom. XI.

CONCILIUM NOVIOMENSE

INCERTI TEMPORIS.

At sæculi, ut probabile est, decimi tertii.

Ci. Hemeræus in Augusta Virmanduorum, hæc Noviomensia decreta, sive unius concilii, sive plurium, profert ex codice MS. Sueslionensis episcopi

TITULI CAPITULORUM.

- 1. De eo qui suam in alterum actionem cedere voluerit.
- 2. De eo qui coram diversis iudicibus, & de diversis querelis, cum altero litigat.
- 3. De usuris refræmandis.
- 4. De juramento ab advocatis præbando in causis usurariis.
- 5. De puniendis iudicibus qui prædictis non obsecraverint.
- 6. De advocatorum multitudine moderanda.

Cret. Et si ex cessione tali agere tentaverit, & monitus ab ordinario suo infra xv. dies non destiterit: extunc sciat se excommunicationis vinculo innodatum.

II. De eo qui coram diversis iudicibus, & de diversis querelis litigat.

D Adhuc statuimus, ut si quis coram diversis iudicibus, & super diversis querelis, aliquem in causa traxerit, eligat, coram quo iudice suas simul velit prosequi actiones. Si vero coram diversis iudicibus, & super diversis querelis maluerit experiri: hoc faciat unam post aliam successive. Qui vero contra hoc statutum fecerint, modo prædicto sint excommunicationis vinculo innodati.

CAPITULA.

I. De eo qui suam in alterum actionem cedere voluerit.

AD quarundam personarum malitiam refræmandam, statuimus, ut si privatus in collegium, vel privatus in privatum, suam voluerit cedere actionem: hoc coram episcopo loci, vel archidiacono ordinariam jurisdictionem habente, causa cognita ab eo, faciat diligenter. Si vero aliter facta fuerit cessio, qui cessit, cadat a jure suo; & is in quem fuerit cessio facta, commodum non reponit. Concil. General. Tom. XXIV.

In hoc concilio continentur quæ prædicta sunt in synodalibus, scilicet quod cruce signati crucem deferant, & quod clerici conjugari tonsuram deferant, & habitum congruentem. Item quod sacerdotes & clerici negotiationibus sæcularibus se non immisceant. Item de concilio Noviomensis, sine data.

Ex eodem MS. Sueslionensi.

ANNO CHRISTI 1586.

ANNO CHRISTI 1586.

III. De usuris refranandis.

Ad refranandas sceneratorum fraudes, quas jugiter meditantur, ut possint aliorum substantias exhaurire, remedium aliquod nos convenit invenire. Statuimus igitur, ut si quis super usurarum crimine graviter fuerit diffamatus, licet nullus accusator appareat, praelatus loci sola fama deferente descendat & inquirat: & si clamorem opere completum repererit, in criminolum canonicam exercere non differat ultionem. Si vero reus probatus non fuerit, fama autem ad hoc concrebrescat, ad sedandum scandalum, secundum discretum praelati sui arbitrium, taliter diffamatio purgatio canonica indicatur, in qua si defecerit, canonicè puniatur, secundum quod in primo Lateranensi concilio continetur.

Item de eodem concilio.

IV. De juramento ab advocatis prestando in causis usurariis.

Adhuc quia saepe per advocatorum calliditates causae hujusmodi prorogantur, & sic tales in suis criminibus defenduntur: praecipimus, ut in qualibet causa usuraria, statim porrecto libello, per quem futurae litis species demonstratur, juramentum hujusmodi ab advocatione quolibet exigatur, videlicet quod ipse credat se justam

A causam defendere: si non credat, non solum a patrocinio prestando in eadem causa desistat, sed ab omni consilio & auxilio, tam publico, quam privato. Si vero aliquis advocatus tantae pompae fuerit, quod ore proprio non proponat aliquid, sed proponenti assistat: praecipimus, ut ipse similiter praestet juramentum. Hanc autem constitutionem extendimus ad procuratores gerentes officium advocati. Qui vero praemissa jurare renuerit, quandiu eadem causa durabit, a curia iudicis penitus excludatur. Si quis autem advocatus fuerit detectus dejerare, infamia notetur: & non solum advocacione careat, immo foro,

V. De puniendis iudicibus qui praedicta non observaverint.

Ut autem haec constitutio firmiter observetur: poena suspensionis unius mensis a iudicandi officio iudices, qui circa praemissa negligentes extiterint, decrevimus puniendos.

VI. De advocatorum multitudinem moderanda.

Quia vero per advocatorum multitudinem effrenatam, & imperitiam causarum, multoties processus impeditur: praecipimus iudicibus, ut ipsi provideant diligenter, ut eorum onerosa multitudo in causis omnibus refranetur, & soli ad hoc officium digni admittantur.



CONCILIIUM RAVENNENSE

Ex Confus. Append. Tom. XI.

A Bonifacio archiepiscopo cum suffraganeis celebratum anno Dom. MCCLXXX.

Hierronymus Rubens historia Ravennatis lib. XI. ad annum Christi MCCLXXX. ubi de Bonifacio archiepiscopo loquitur: Paucis inquit, post diebus, concilium provinciale Ferocornelii habuit suorum omnium episcopo-

rum, extra Octavianum Bonionensem, qui cum interesse non posset, procuratorem suum VI. Id. Maii Bonifacium e Loliano canonicum Bonionensem eo miserat. Haec tantum Rubens.

SYNODUS SANTONENSIS,

Anno Domini MCCLXXX.

Ex codice Constitutionum ecclesie Santonenfis.

Constitutiones factæ per dominum G. A. fionis, vel excommunicationis, ut quilibet
de S. Bricio editæ in synodo hie- malis, anno Domini MCCLXXX. presbyteratu, qui non venerint ad hanc no-
stram synodum, infra quindecim dies tra-
dant in scriptis.

TITULI CAPITULORUM.

1. *Ne quis perturbet que in synodo agenda sunt.*
2. *Ut veniant omnes, qui tenentur, ad synodum, sub pena suspensionis.*
3. *De nominibus rectorum ecclesiarum.*
4. *De sacris fontibus.*
5. *De sancto chrismate.*
6. *De numero patrinorum.*
7. *Qualiter se debent habere laici, quando corpus Christi defertur ad infirmos.*
8. *Ut quilibet sacerdos habeat præcepta synodalia.*
9. *De arcis & dolis in ecclesiis positis.*
10. *De litteris recipiendis.*
11. *De eodem.*
12. *De nominibus excommunicatorum.*
13. *Ne littera concedantur Judæis.*
14. *De illis qui mittendi sunt ad episcopum.*
15. *Ne diffamentur fratres Prædicatores & Minores super detectione contentium.*

CAPITULA.

- I. *Ne quis perturbet que in synodo agenda sunt.*

In primis monemus in generali, primo, secundo, tertio, ac in hibemus, ne aliquis impediat aut perturbet nos, vel officium nostrum, circa ea quæ in præsentis synodo sunt agenda; & si quis contrarium fecerit, de ipsius conditionis & status consistit, ipsum in his scriptis excommunicamus.

- II. *Ut veniant omnes, qui tenentur, ad synodum, sub pena suspensionis.*

Item monemus omnes & singulos rectores ecclesiarum, & alios quoscumque, qui ad hanc nostram synodum venire consueverunt, aut tenentur, de quibus nos & prædecessores nostri sumus & fuimus in possessione, ut veniant. Et si venire neglexerint, nisi legitime fuerint excusati, vel legitimo impedimento detenti, vel a nobis eorum excusatio sit dimissa, in his scriptis ab officio suspendimus: & si quis alicujus excusationem habeat, illam incontinenti præterdat. Illos vero qui se non excusaverint, vel legitimum impedimentum non habuerint, citamus peemptorie.

- III. *De nominibus rectorum ecclesiarum.*

Item præcipimus omnibus archipresbyteris in virtute obedientiæ, & sub pena suspen-

- IV. *De sacris fontibus.*

Item præcipimus omnibus rectoribus ecclesiarum, ut sacros fontes teneant mundos, & ipsos renovent quotiescumque opus fuerit, & honestum: clausus sub serâ teneant & custodiant, propter fortilegia. Adjicientes, quod si a nobis, archidiaconis, vel præbyteris visitantibus, inventi fuerint dicti fontes, vel alia sacramenta ecclesiastica sine serâ, cappellanus illius ecclesiæ solvere tenebitur visitatoribus quinque solidos pro pœna.

- V. *De sancto chrismate.*

Item cum alias statutum fuerit, quod honor, & reverentia singulis sacramentis ecclesiasticis debeat exhiberi, & nonnullis locis istius diocesis invenerimus sanctum chrisma, & sanctum oleum, in vasis minus honestis: monemus & præcipimus, ut omnes cappellani, & alii qui ad hoc tenentur, quarant in suis locis vasa seu repositoria honesta & decentia, ad dicta sacramenta tenenda & conservanda. Illos vero, quos in hoc culpabiles invenimus, graviter puniemus.

- VI. *De numero patrinorum.*

Item præcipimus, quod ista Constitutio synodi, qua cautum est alias, quod tres personæ ad plus ad levandum puerum de sacro fonte admittantur, firmiter observetur.

- VII. *Qualiter se debent habere laici, quando corpus Christi defertur ad infirmos.*

Item cum creatori nostro sit summa reverentia exhibenda, & ideo fuerit alias provide constitutum, quod laici moneantur, ut ubicumque viderint corpus Christi deferri, statim genua flectant, tanquam domino & creatori suo, & quocumque transferit, orent: nos ad excitandam ad hæc fidelium devotionem, omnibus, qui corde contrito presbyterum cum corpore Christi duxerint devote, decem dierum de condigna penitentia injuncta relaxamus: & hoc præcipimus in ecclesiis publice publicari.

- VIII. *Ut quilibet sacerdos habeat præcepta synodalia.*

Item præcipimus, ut quilibet cappellanus statuta synodalia, nova & vetera, habeat & observet; ac provideat diligenter, ut cum in sequentibus synodis fuerit requisitus, sciat ea plane

ANNO
CHRISTI
1280.ANNO
CHRISTI
1280.

plane legere & intelligere, ac super officia suis modo debito exequendis notitiam habeat plenior. Quos vero super hoc negligentes invenerimus, animadversione debita puniemus.

IX. De arca in ecclesiis positâ, & dolis.

Item cum ea quæ Divino cultui sunt deputata, humanis non sint usibus applicanda: grave gerimus & molestum, quod in quibusdam ecclesiis reponuntur arca*, & dolia, & alia suppellectilia privatorum; & non tam ecclesiæ, quam grangiæ videantur. Quocirca districte prohibemus, ne talia in ecclesiis de cetero reponantur, apposita amoveantur: nisi instante necessitate, puta incendii, vel alia: qua cessante, ea præcipimus amoveri.

* scriptum
erat, archa
pro illius
vatis more.

X. De litteris recipiendis.

Item frequenter contingit, ut executores quibus mandata dirigitur, excommunicationi debite demandata, adjecto, quod executione facta reddant litteras sigillatas, ipsas litteras, executione non facta, sigillatas reddunt, sic in præjudicium eorum contra quos impetratæ fuerunt, ipso facto mandatum alruentes, & crimen falsitatis minus quam oporteat formidantes, sub pœna excommunicationis, id de cetero fieri prohibemus.

XI. De eodém.

Item frequenter littera contra aliquem impetratæ dirigitur non cappellano ipsius, sed alii, executioni mandandæ: & sic multoties excommunicatur, ignorante proprio cappellano, & excommunicatus in sua parochia nunciatur: ex quo multa pericula proveniunt animabus: Prohibemus, ne a nobis, nec aliis iudicibus nobis subditis, litteræ de cetero impetrentur alii dirigendæ, omisso proprio cappellano: nisi iudex aliqua de causa motus, hoc duxerit concedendum. Et tunc causa illa in littera exprimitur: executores vero alias non adimpleant quod mandatur.

XII. De nominibus excommunicatorum.

Item præcipimus, quod omnes cappellani nomina excommunicatorum parochianorum suorum, & cujus auctoritate iudicis, & ad cujus instantiam, & a quo tempore excommunicati fuerint, in scriptis redigant: hæc omnia nobis tradituri in scriptis, cum fuerint requisiti.

XIII. Ne littera concedantur Judæis.

Item inhihemus sub pœna excommunicationis, ne aliqui iudices ordinarii, vel eorum vicarii, civitatis & diocesis Santonenfis, aliquas litteras concedant sigillis suis sigillatas, seu confessiones audiant, super tractatibus Judæorum contra Christianos, nec aliquas litteras executorias executioni demandent, seu faciant demandare. Et si aliqua litteræ pro ipsis contra Christianos emanaverint, easdem decernimus non valere: inhihemus sub pœna excommunicationis prædicta, ne aliquis iudex ordinarius civita-

tis & diocesis Santonenfis, vel eorum vicarii, aliquos debitores compellant ad solutionem discurum Judæorum, etiam si prædicti Judæi super huiusmodi debitis, litterarum testimonio sint muniti.

XIV. De illis qui mittendi sunt ad episcopum.

Sacerdotes in confessione majora majoribus reservantes, mittant ad episcopum poenitentes de homicidio, & perjurio, seu fide merita*: item de iniectione manuum in parentes seu in clericos, vel quocumque religiosos: item de incendio & simonia, delictorum falsitate, de incestu tam naturali, quam legali, & spiritali, videlicet qui consanguineam suam cognovit, & qui consanguineam uxoris, & qui consanguinei uxorem, & qui cognovit filiam spiritualem, scilicet filiolam, vel cujus confessionem audivit: item de lapsu carnis in masculo: item de lapsu carnis cum brutis: item cum monialibus, item de violatione cœmeteriorum, vel ecclesiarum: item de hæresi, de schismate, de fortilegiis factis, de sacramento ecclesiæ, & omnes etiam qui ad hoc consilium & auxilium impenderunt. Item mittendi sunt ad episcopum, qui abortivum coeundo vel alio modo facere præsumperunt, & qui ad hoc auxilium, & consilium præstiterunt: item clerici qui furtum commiserunt: item clerici quocumque modo facti irregulares: item qui bis se permiserunt baptizari, vel qui interfuerunt: item qui sine tonsura aliquem susceperunt: item qui in suscipiendis ordinibus saltum fecerunt: item qui quocumque modo per se, vel per alium, homicidium fecerunt, vel procuraverunt, vel iudicio sanguinis interfuerunt, & qui auctoritatem, consilium, auxilium impenderunt, vel consensum in aliquo præbuerunt, unde mors hominis, vel membrorum mutilatio sequeretur, vel occasio fuerit, seu aliqua causa: item qui litteras dictat, scribit, aut legit, aut aliquod adminiculum præstat, ne aliquis mutiletur, vel occidatur: item clerici seu presbyteri, qui in suspensione vel excommunicatione promoti sunt, & sic Divina celebrarunt: item sacerdos seu minister, cujus negligentia aliquid circa sacramentum altaris inhonestum quocumque modo evenerit, ad episcopum vel ejus concilium sunt mittendi.

* f. violata:

XV. Ne dissimulentur fratres Prædicatores & Minores super detectione confidentium.

Quia quidam presbyteri, quos conscientiam reatus accusat, timentes quod si parochiani sui fratribus Prædicatoribus vel Minoribus confessi fuerint peccata* fingentes mendaciter contra ipsos, dicunt quod confessiones confidentium detegere non verentur, peccata notoria, de quibus in populo scandalum generatur: sub pœna emendæ, vel gravissimæ pœnæ, districtius inhihemus, ne dictos fratres super detectione confidentium audeant diffamare. Peccata notoria, de quibus in populo scandalum generatur, significant sacerdotes decano; & decanus archidiacono, vel episcopo; nisi forte per eos sint sopita: timentes ne pœnam incurraat, si per alios scandalum deferatur.

* Deest ali-
quid.



SYNODUS PICTAVENSIS,

Anno Domini MCCLXXX.

Ex MS. Collegii Parisiensis Soc. Jesu.

Constitutiones factæ per fratrem
Gualterum tunc episcopum
Pictavensem.

TITULI CAPITULORUM.

1. De sigillatione vacuarum litterarum.
2. De jurisdictione archipresbyterorum.
3. De officio subcappellanorum.
4. Qui debent domino episcopo consisteri.
5. De his qui absolvere non possunt.
6. De servientibus Judæis & usuriis.
7. De purgatione.
8. De subjicientibus scripta prædecessorum.
9. De perturbantibus synodum.
10. De quatuordecim decanis, & archipresbyteris.
11. De bissexto & aliis.

CAPITULA.

I. De sigillatione vacuarum litterarum.

Multiplicata pericula quæ ex sigillatione vacuarum scedularum comperimus spiritualiter & temporaliter provenire, nos inducunt ut ad obviandum hujusmodi periculis, congruis remediis intendamus. Unde districtius inhibemus, & universos & singulos in generali monemus, ne quis fungens jurisdictione ordinaria, aut quacumque judiciaria potestate, vacuas scedulas, officii occasione sibi commissi, sigillare præsumat, vel sigillum suum alii tradere, ut vacuæ scedulæ apponatur, vel ut aliquid in fraudem nostræ inhibitionis quomodolibet attentet, nec etiam in hujusmodi scedulis sigillatis, sub nomine alterius quid scribatur, nec scriptis quis utatur. Si quis autem contra præmissa fecerit, vel in his præberit consilium aut consensum: ipsum excommunicationis sententiæ volumus subjacere. Cujus sententiæ absolutio- nem, & pœnæ super hoc imponendæ taxationem, nobis specialiter reservamus.

II. De jurisdictione archipresbyterorum.

Cæca ac damnosa cupiditas sic aliquorum animos occupavit, ut suis finibus non contenti, ad non usitata & non licita se inclinent. Nonnulli scilicet decani rurales & archipresbyteri nostræ diocesis Pictavensis, lucrum quærentes proprium, non commodum subsecutorum, varios in diversis locis officiales constituunt, generales vicarios vel ministros quosdam, pro citationibus in futuris causis seu negotiis faciendis, pro ineundis vel recognoscendis contradictibus, vel testamentis, seu faciendis recognitionibus coram ipsis: causas etiam & lites audiunt, & causarum audientiam convocant, & exercent per se, vel per alios, in locis & villis pluribus, & diversis, in quibus ipsi & eorum prædecesso-

res prædicta non consueverunt facere ab antiquo: necnon ipsorum officiales, vicarii, vel ministri, acta coram eis tam in judicio quam extra, ipsi decanis & archipresbyteris absentibus, sub eorum nomine, ac si præsentibus fuissent, scribi faciunt, & litteris signatis vel oblatiis ab eis super præmissis, apponunt sigilla propria eorumdem archipresbyterorum & decanorum, & sigillata proprio ipsorum decanorum & archipresbyterorum sigillo, in eorum absentia sub eorum nomine approbant, & iis fidem adhibent, ac si coram illis præsentiter essent facta. Unde considerantes quod occasione præmissorum, & occasione ipsorum vicariorum, officialium, & etiam ministrorum, injuria vel ignorantia, fraude seu malitia, eis seductis per gratiam, velordes, plures læsi fuerint, & quanto amplius facultas in talibus laxaretur, tanto amplius lædendi opportunitas panderetur: deliberatione provida statuimus, ne præmissa fiant de cetero, vel aliquid præmissorum; & ne aliquis decanus, vel archipresbyter, in pluribus locis & villis archipresbyteratus & decanatus sui, causam audientiam convocare, vel generaliter exercere præsumat, sed in uno loco tantummodo sit contentus: nisi sunt tales, qui vel quorum prædecessores consueverunt ab antiquo in duabus villis vel pluribus audientiam exercere. Et illi, duorum locorum ad hoc antiquitus assuetorum numerum non excedant, nec pluribus sigillis, sed uno ad causas & ad contractus utantur ad hoc. Cum ipsi archipresbyteri & decani, majores causas, & negotia maxima, quæ majores causas exigunt, non debeant pertractare: inhibemus, ne de causis matrimonialibus sacrilegiis, fortilegiis, usuris, & aliis causis & negotiis criminalibus & famosis, sive criminaliter, sive civiliter intentatis ex officio tuo, vel ad partis instantiam, se aliquatenus intromittant de eis cognoscendo, pœnam super his imponendo, & ne pro subeunda purgatione vel assecuratione protestanda, aliquos præsumant coram se ad iudicium evocare, nisi pro tuitione jurisdictionis suæ, si aliquis litigantium, occasione litis notæ coram eis, alibi vexaretur, vel minæ vel violentiæ inferrentur. Eos qui contrarium fecerint, pœna viginti librarum Turonensium volumus & statuimus esse multandos. Quæ pœna a quolibet contrarium faciente, pro quolibet excessu exigi poterit, & quartam partem ejusdem pœnæ pecuniarum deferenti prædicta in publicam notitiam, & residuum pauperibus consistentibus in presbyterio vel parochia excedentis volumus applicari.

III. De officio subcappellanorum.

Cum sit ars artium regimen animarum, perniciosum debet non immerito reputari, quod

ANNO
CHRISTI
1550.

quod hi quibus regimen est commissum, & quorum industriz ad hoc specialis est electa, subcappellanos sibi associant, & assumunt, rudes maxime, & ignaros, quibus potestatem absolvendi, & administrationem sacramentorum ecclesiasticorum, & ea quæ ad curam pertinent animarum, committunt generaliter pro sua libito voluntatis, in suorum & subditorum periculum animarum. Unde nos volentes super his conveniens adhibere medclam, firmiter inhibemus, & in generali monemus, ne rectores ecclesiarum parochialium, sæculares vel religiosi, subcappellanos vel presbyteros ad executionem hujusmodi potestatis in suis ecclesiis vel parochiis admittant, & ne ipsi subcappellani, vel presbyteri eandem executionem usurpent sine nostra licentia speciali. Si quis hujusmodi nostræ inhibitionis temerarius violator extiterit, post tres menses a tempore edictionis ipsius, tam recipientes, quam receptos excommunicationi volumus subjacere. Non tamen propter hoc eisdem rectoribus adimimus, quominus ipsis, in necessitate inevitabili, vel causa rationabili temporaliter impeditis, liceat ad supplendum ea quæ sibi in dictis incumbunt, alios presbyteros invitare. Super impedimentis vero perpetuis, vel longo tempore duraturis, ad nos volumus haberi recursum.

IV. *Qui debent domino episcopo confiteri.*

Cum cura & sollicitudo totius diœcesis nobis incumbere dignoscatur: præcipimus, quod abbates, abbatissæ, priores, & alii prælati, qui pro suis conventibus, vel capitulis, tam secularibus quam regularibus, immediate nobis subiectis, archipresbyteri, decani, & sacerdotes curati, nobis vel penitentiariis nostris confiteantur, vel illis quos specialiter dederimus confessores: & inhibemus, ne aliquis eos absolvat, nisi super hoc a sede apostolica vel legatis ejusdem, vel a nobis, habuerit potestatem. Item inhibemus ne canonici in locis collegiatis constituti, vel aliz personæ in conventualibus ecclesiis, vel congregationibus ecclesiasticis, secularibus vel regularibus non exemptis, constitutz, quibus non præcît a nobis superior curam habens ipsorum specialiter animarum, aliquem eligant confessorem, nec ab eo recipiant ecclesiastica sacramenta, nec ea aliqui sibi ministrant, vel ipsorum confessiones audiant in foro penitentiali absolvendo, quibus hoc non fuerit specialiter a nobis injunctum, vel quibus ab episcopo Piſtavenſi cura ipsorum commissa non fuerit. Item interdicens dictis abbatibus & prioribus, curam habentibus animarum, ne subditos suos attentent absolvere in causis, in quibus est a jure absolutio specialiter reservata, sed ipsos ad nos vel penitentiarios nostros remittant: nisi eis in casibus prædictis absolvendi licentiam dederimus specialem.

V. *De his qui absolvere non possunt.*

Abutum erroneum qui in nostræ diœcesis ex pernicioſa ignorantia inoluit, eradicali volentes, inhibemus, ne diaconi confessiones audiant, & ne in foro penitentiali absolvant: cum certum & indubitatum sit ipsos

absolvere non posse, cum claves non habeant quas in solo sacerdotali ordine conferuntur; & contrarium facientes, post monitionem quam super hoc in generali facimus, excommunicationis sententia innodamus.

VI. *De seroiensibus Judæis & usurariis.*

Cum Judæis, ne sub pretextu alendorum puerorum, vel pro servitio, vel alia qualibet causa, nutrices vel servientes cujuscumque sexus fidem tenentes catholicam, in domibus secum habere præsumant, canonica inhibeat instituta; nos volentes inhibitionem hujusmodi, quam multorum fertur temeritas præterire, pœnz adjectione innovare: statumus, quod quicumque Judæus contra præmissa fecerit, pro quolibet excessu in quinquaginta solidos puniatur secundum jura: Judæi possint ab illicitis per ecclesiam, etiam pecuniariter coerceri: quarta parte pœnz detegenti promissa, & deferenti in publicam notitiam, & residuo pauperibus parochiæ in qua delinquens Judæus morabitur, applicando. Christianus vero vel Christiana, qui contra inhibitionem nostram & monitionem prædictam, quam super hoc in generali facimus, servitio insiterit Judæorum, excommunicationis ipſo facto incurrat sententiam. Ceterum cum fere omnes Judæi, in civitate & diœcesi Piſtavenſi, usuras utriusque testamenti pagina detestatas non vereantur publice exercere: nos considerantes quod eo magis adimetur Judæis libertas vel opportunitas scœnebrem pecuniam exercendi, cum minor sibi aderit commoditas scœnerandi: distictius inhibemus, ne decani rurales, archipresbyteri, & alii subditi nostri, super contractibus Judæorum, obligationibus, seu conventionibus, ad commodum eorum initis, litteras sigillare, vel eas scribere, vel auctoritatem impertiri præsumant. Item ne aliquis Christianus audeat Judæis mutuo dare pecuniam, vel rem aliam consistentem pondere, numero, vel mensura, nec cum ipsis Judæis, alium contractum in fraudem mutui celebrare, nec ipsos Christianos a Judæis, vel Judæos a Christianis delegatos suscipere debitores, nec cum ipsis potu, vel cibo, vel medicamento participare. Item inhibemus, ne aliquis Christianus, extra catum necessitatis, a Judæis voluntariam pecuniam accipiat sub usuris, vel cum eis contractum in eam sapientem utarariam pravitatem. Si vero necessitas ipsum Christianum compulerit recipere a Judæis pecuniam, sub usuris eam non accipiat, nec super hoc se obliget, nisi sub duarum vel trium testimonium peritorum: pœnam quinquaginta solidorum pro quolibet actu imponentes cuilibet contrarium facienti: quarta parte deducta in plenam notitiam, & aliis partibus, pauperibus parochiæ ubi delinquens morabitur, juxta nostrum arbitrium applicandis. Prædictum vero statutum de non sigillandis litteris super contractibus Judæorum, vel obligationibus ad eorum commodum initis, volumus ad officialem nostrum, & ad auditorem nostri capituli Piſtavenſis, qui in hoc consenserint, extendi.

ANNO
CHRISTI
1550.

ANNO
CHRISTI
1220.

VII. De purgatione.

Sicut iustis oppressorum petitionibus inclinari convenit iudicantem, sic voces malignantium querelotas ipsum decet & convenit obaudire. Eapropter tam officiali nostro Pictavensi, quam auditori caularum curia: nostri capituli Pictavensis, de consensu ipsius capituli, & aliis subditis nostris, qui iudicialia praevident potestate, districte inhibemus: ne passim & indistincte, ad supplicationem & petitionem cujuslibet, praesumant quoslibet pro subeunda purgatione, vel securitate praestanda, coram se ad iudicium evocare, nec sint nimis faciles in citationibus vel talibus concedendis; sed tunc demum ad hoc procedant, quando pensatis conditionibus & meritis personarum, & incumbens negotii qualitate, consideratisque circumstantiis quae circa hoc fuerint attentatae, sive propter majoritatem vel gravitatem personae conquirentis, & super hoc, personae iurantis, sive propter adjunctionem duarum huiusmodi dignarum personarum, una cum iis iurantium se credere in dicta littera purgatoria, vel assecutoria, vera esse, verisimiliter praesumitur, quod si impetravit, aliquid ex malitia non procedit. Item inhibemus, ne quis ad subeundam purgationem super lepra, ad iudicium vel eorum superiorum valeat evocari, nisi per litteras patentes capituli, in cuius parochia moratur ille qui suspectus de lepra dicitur, vel per litteras iuridicani, vel archipresbyteri, prima facie innotescat, quod ipse citandus est super hoc publice diffamatus. Item prohibemus, ne aliquis iudicium praedictorum, aliquem, pro perhibendo testimonio veritati in causa litigantium aliquorum, praesumat ad iudicium personaliter evocare, nisi prius inspectis actis causa appareat manifeste, quod status ipsius requirit testimonium fieri, & citationem huiusmodi concedendam. Si vero aliter quam superius exprimitur, citatio concessa fuerit in praemissis nullius sit momenti, nec processus qui secutus fuerit ex eadem.

VIII. De subscritibus scripta praedecessorum.

Cum bonae memoriae dominus Hugo praedecessor noster, privilegia & indulgentias, litteras, & scripturas haberet tempore mortis, quae erant ad certificationem & ad reedificationem episcopatus in spiritualibus & temporalibus, & certitudinem sive memoriam rerum ipsius episcopi, vel episcopatus, tam immobilium, quam mobilium, & se moventium, ne per occultationem, seu subtractionem litterarum, sive indulgentiarum scriptorum illorum, nos vel episcopatum nostrum damnificari contingat; omnes & singulos, tam clericos, quam laicos, cujuscumque status, dignitatis, vel conditionis existant, generaliter una monitione praehabita pro omnibus & hortamur attente, ut si sint vel fuerint, post dicti praedecessoris nostri obitum, litterarum vel scriptorum dictorum detentores aliqui, quod ea nobis vel officiali nostro restituant si habeant, vel dolo habere desierint: alioquin in nostram vel officialis nostri notitiam deferant infra duos menses. Monemus etiam una monitione perhibita.

Concil. General. Tom. XXIV.

Abita pro omnibus, & hortamur attente omnes, & singulos, ut si qui sciant vel retro sciverint aliquos, qui litterarum & scriptorum illorum, post mortem dicti praedecessoris nostri, sint vel fuerint detentores, super hoc nos vel officialem nostrum certificent plene infra dictum terminum. Alioquin extunc, tam istos, quam illos, excommunicamus in his scriptis. Item cum dominus praedecessor noster multa bona immobilia & se moventia tempore mortis suae habuerit: monemus una monitione perhibita pro omnibus, ut quicumque dictorum immobilium vel se moventium, vel quorumcumque mobilium ipsius episcopatus, post mortem dicti praedecessoris nostri, sint vel fuerint quidam detentores, infra duos menses nobis vel officiali nostro restituant, si habeant, vel dolo habere desierint: alioquin in nostram vel officialis nostri notitiam deferant, ut exinde faciamus, quod fuerit faciendum. Sed & si qui sciunt vel scriverint aliquos, qui dictorum mobilium vel se moventium, post mortem dicti praedecessoris nostri, sint vel fuerint occasione aliqua detentores: super hoc infra dictum terminum, nos, vel officialem nostrum, plene certificent: alioquin extunc, tam illos, quam istos, excommunicamus. Item monemus & una monitione perhibita pro omnibus, archidiaconos, & archipresbyteros, ut quidquid de proventibus ecclesiarum, & aliorum beneficiorum vacantium curam habentium animarum annexam, ultra quarentenas suas, sede vacante perceperint, & alios qui de praedictis aliquid habuerint, necnon omnes illos qui de bonis sacerdotum & clericorum beneficiorum intestatorum aliquid habuerint sede vacante, nobis vel mandato nostro restituant infra mensem.

IX. De perturbantibus synodum.

Monemus una monitione perhibita pro omnibus universos & singulos in generali; ne quis audeat sanctam synodum impedire, aut quoquo modo perturbare praesumat: & contrarium facientes, excommunicationis sententia innodamus. Monemus in generali universos & singulos habentes ecclesias parochiales vel cappellanas, seu beneficia curata, ut faciant in eisdem residentiam personalem. Monemus in generali omnes illos, qui sede Pictavensi vacante, beneficia curam animarum habentia, vel cappellanas, seu domos eleemosynarum sint adepti, vel ad ea praesentati, sede Pictavensi vacante, qui se nobis non praesentaverint, infra tres menses coram nobis ubi fuerimus se praesentent, titulum sibi competentem in praemissis ostenturi. Inhibemus sub poena excommunicationis, ne retores ecclesiarum parochialium admittant aliquos cappellanos non beneficiatos ad celebrandum in ecclesiis suis continuo ultra duos dies, ubi ipsi cappellani litteris nostris fuerint praemuniti, quod sibi in nostra dioecesi.

X. De quatuordecim, decanis, & archipresbyteris.

Inhibemus sub poena excommunicationis, ne aliquis quatuordecim recipiatur absque nostris litteris. Inhibemus archipresbyteris & decanis, ne recedant absque nostra licentia & iungimus eisdem, quod antequam recedant.

B b scri.

ANNO
CHRISTI
1220.

ANNO
CHRISTI
1181.

scribant, & nobis referant excessus factos contra jurisdictionem ecclesiasticam. Item quod nos certificent de locis ubi morantur Judæi in diocesi Pictavensi, & de prioratibus ubi contulerunt esse duo monachi, & modo nulli sunt, vel unus tantum. Item & de illis qui habent cappellanas, & beneficia curata, & non sunt promoti in sacerdotes, licet ea habuerint per annum & amplius.

XI. De bissexto & aliis.

Monemus in generali, quod de bissexto &

aliis juribus episcopalibus reddant nobis, vel mandato nostro: item de synodo, parata, & aliis juribus archidiaconorum, Capicerii, & aliorum prioratuum ecclesiæ nostræ, sibi ab his qui ad ea tenentur satisfactum, antequam recedant. Et inhibemus sub pena excommunicationis, ne recedant satisfactio- ne non facta. Suspendimus omnes, & singulos, qui ad synodum venire tenebantur & non venerunt, nisi impedimento canonico fuerint detenti. Anno Domini MCCLXXX.

ANNO
CHRISTI
1180.

Corr. 6

ANNO
CHRISTI
1181.ANNO
CHRISTI
1181.

VITA ET EPISTOLÆ MARTINI PAPÆ II. VULGO IV.

Martinus hujus nominis secundus, Si-
mon ante dictus, natione Gallus, pi-
tria Briensis, quondam Turoni canonicus,
vir pius & sanctus, post obitum in Gallia
legationem sedis apostolicæ, ex cardinali
presbytero tituli sanctæ Cæcilie creatus est
pontifex octavo Kalendas Martii anno Do-
mini 1181. tempore Rudolphi imperatoris
Viterbii coronari recusat, quod propter vio-
lentiam illatam illa urbs interdicto subja-
cet. Sed Orvieti 23. Martii inauguratus est:
ipso die pascha sex cardines creavit. Ca-
rolus rex Sicilia ibi eum invitit: eique te-
natoriâ dignitatem, non sine aliqua igno-
minie nota, restituit. E familia Ursinorum
cardinalem Romam misit, qui Ursinos cum
Hannibaldis reconciliavit: ubi Richardus, la-
queo in collum injecto, ad pedes cardinalis
humiliter se dimisit. Cumque Romanis concel-
sisset, ut duos senatores deligere possent, Han-
nibaldis Petri Hannibaldis filius, & Pandolphus
Gabellus electi fuere. Palæologum, quod prom-
issis in reconciliatione ecclesiæ Græcæ cum
Latina factis non stetit, & Perusinos,
quod de facto Fulgentium invasisent & con-
trivissent, Petrum etiam Aragoniæ regem,
ideo quod a tempore pacis, se auctore cum
Carolo factæ, regnum Neapolitanum divexa-
re, Siciliamque, adjutus viribus Joannis Pro-
vidæ, auctoris illius truculentissimæ stragis,
quam vespertas Sicilianas vocant, occupare
non desineret, excommunicavit. Tandem
Perusum, quo ipse propter certos tumultus
inter Gibellinos & Guelphos exortos se con-
tulit, morbo correptus, anno 1185. animam
Deo reddidit, ac in ecclesia cathedrali te-
pulturæ honorem accepit, dum annis qua-
tuor, mente uno, septemque diebus ecclesiæ
præsidisset. Ad ejus sepulcrum plurimi ægro-
ti, claudi ac cæci in ejus sanctitatis testimo-
nium sanitati restituti sunt.

EPISTOLA I.

MARTINI PAPÆ IV. AD FRATRES MINORES.

Eis privilegium concedit prædicandi, & con-
fessiones audiendi.

*Martinus episcopus servus servorum Dei dile-
ctis filiis ministro generali, & provincialibus
ministri ordinis Fratrum Minorum, salutem
& apostolicam benedictionem.*

AD fructus uberes, quos in agro Dômi-
nico, prædicando pariter & exemplo,
confessiones audiendo, & per alia virtutum
exercitia satis ordo vester, & humiles ipsius
ordinis professores produxerunt hæcenus, &
sperantur in futurum, Deo auspice, produ-
cturi, attentæ considerationis aciem conver-
tentes, ut fratres ejusdem ordinis, prædica-
tionis & audiendi confessiones officia eo li-
berius & efficacius exequi valeant, quo ci-
tius de ipsorum circa eadem de auctoritate
apostolica constabit tibi, fili, ministro gene-
rali per te, vobis vero provincialibus mini-
stris cum diffinitoribus in provincialibus ves-
tris capitulis congregatis, committendi au-
thoritate apostolica fratribus ejusdem ordinis
sacra pagina eruditis, examinatis & appro-
batis a vobis, prædicationis officium, audien-
di vero confessiones, absolvendi penitentes,
salutares eis injungendi penitentias, & fra-
tribus alias idoneis concedendi: eisdem quo-
que sæpe facti ordinis, quibus dicta officia
per vos taliter concessa seu commissa fue-
rint, quod eadem libere valeant exercere,
plenam damus & concedimus auctoritate
præsentium facultatem: districtius inhibentes,
ne quis fratres ipsius ordinis, quibus dicta
officia taliter concedenda duxeritis, ut præ-
mittitur, sive etiam committenda in exerci-
tio sive executione officiorum ipsorum, au-
deat quomodolibet impedire. Volumus au-
tem quod hi, qui fratribus confitebuntur ei-
dem, suis parochialibus presbyteris confiteri
sal-

ANNO
CHRISTI
1121.

saltem semel in anno, prout generale concilium statuit, teneantur: quodque iidem fratres eisdem ad hoc diligenter & efficaciter secundum datam eis gratiam a Domino exhortentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum apud Urbem veterem, quarto Idus Januarii, pontificatus nostri anno primo.

II. AD CAPITULUM ECCLESIE

SANCTI MARTINI TURONENSIS.

De privilegiis eiusdem ecclesie.

Martinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis decano & capitulo ecclesie sancti Martini Turonensis, ad Romanam ecclesiam nullo modo pertinentis, salutem & apostolicam benedictionem.

Eccliam vestram, in qua dudum in minori officio constituti, thesaurarie officium gessimus, sinceræ dilectionis brachiis amplectentes, in his quæ personis in ea virtutum Domino famulantibus votiva secundum Deum fore prospicimus, nos favorabiles exhibemus. Cum itaque ordo, qui circa celebrationem Divinorum officiorum in ecclesia ipsa consuevit hætenus observari, sit per aliquorum additionem & subtractionem etiam immutatus: nos intendentes super hoc salubriter providere, auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut in celebratione officiorum prædictorum, ordinem, quem ecclesia Romana in Divinis officiis celebrandis observat, uti libere, si eidem ecclesie videritis expedire, possitis: & nihilo minus speciales ipsius ecclesie vestræ festivitatis, si velitis, more solito celebrare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli se noverit incursum.

Datum apud Urbem veterem, Idibus Februarii, pontificatus nostri anno primo.

II. A D I D E M.

De privilegiis eiusdem ecclesie.

Martinus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis decano & capitulo ecclesie beati Martini Turonensis, ad Romanam ecclesiam nullo modo pertinentis, salutem & apostolicam benedictionem.

Specialis illa dilectio, quam ab olim ad venerabilem sancti Martini Turonensis ecclesiam ex sinceræ devotionis integritate concepimus, sollicita nos pulsat instantia, ut ejus incommodis utiliter obviando, & ipsius quieti providendo, salubriter ipsam privilegiis decoramus insignibus, & condignis favoribus fovemus. Hæc enim gloriosi præsidis suffulta præsidis, præter illa devotionis &

Concil. Genr. Tom. XXIV.

A honoris obsequia, quæ ad reverentiam ejus, cuius sacramentum corpus in ea celeberrima memoria requiescit, toto orbe terrarum generaliter promeretur ab omnibus, eo specialius est a nobis amplioris honoris titulis extollenda, quo peculiaris quodammodo reverentia debito, ratione multiplici ex cordis intimis eidem adstringimus, & dudum ante susceptum apostolatus officium, ab ipsa nos beneficia potiora meminimus percepisse. In hac siquidem veneranda Dei ecclesia magnificis laudum attollenda præconis, quæ velut mater benefica, non sine suavitate materna dulcedine, suis nos diutius lactavit uberibus, canonicatum, præbendamque ac peronatum

Bnobilem thesaurarie suscepimus, ac ipsos cum multis honoribus, magnisque profectibus, per curricula temporum non parva tenuimus sic susceptos, donec Excelli dextere mutatione misericorditer in patrem vocati de filio, licet immeriti, ad apicem summus apostolicæ dignitatis assumpti. Digne igitur ad ipsam ecclesiam speciali prærogativa dilectionis afficimur: digne beneficia grata ab ipsa nobis exhibita debita gratitudine contemplantes, nos eis gratiosos gratanter offerimus, & eius non immemores, uberem ipsam ubertate apostolicæ gratiæ secundamus. Volentes itaque præfatam ecclesiam, quam prædicti sancti, nec immerito, merita clara clarificant, non tam ob memoriam mæuerum ab ea perceptorum, ut diximus, quam ob ejusdem sancti reverentiam, qui ibidem præcipue veneratur & colitur, nobili privilegio decorare: universitati vestræ auctoritate apostolica indulgemus, ut in omnes qui ejusdem ecclesie bona, sive quæ ad vos communiter, sive quæ ad aliquem, seu aliquos vestrum specialiter, ut ad cappellanos seu clericos prædictæ ecclesie ratione ipsius ecclesie pertineant, manifeste invaserint, vel occupaverint, aut raperint, seu prædati fuerint, vel vobis, seu cappellanis, aut clericis præfatis, sive aliquibus ex vobis vel ipsis super hujusmodi bonis injuriari præsumperint, nisi canonice a vobis moniti satisfactionem ex his exhibuerint competentem, possitis libere, sive clerici fuerint sive laici, appellatione remota, centuram ecclesiasticam exercere. At si sano usi consilio satisfactionem impenderit, prolatas propter hoc a vobis in ipsos sententias iuxta formam ecclesie relaxare, non obstantibus quacumque apostolica indulgentia quibuscumque sub quavis verborum forma concessa, quod excommunicari aut interdicti nequeant, vel suspendi, & constitutione de duobus dictis edita in concilio generali. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se noverit incursum.

C Datum apud Urbem veterem, quarto Nonas martii, pontificatus nostri anno I.

Datum apud Urbem veterem, quarto Nonas martii, pontificatus nostri anno I.

Datum apud Urbem veterem, quarto Nonas martii, pontificatus nostri anno I.

ANNO
CHRISTI
1121.

V. Excommunicationis sententia contra Petrum Aragoniæ regem Siciliae regni invasorem.

Martinus episcopus servus servorum dei ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum.

Cogit nos temporis qualitas, & nequitia plurimum detestanda sollicitat, ut infra scriptorum prædecessorum nostrorum gesta, quæ plenius in archivis conservantur, ecclesie ipsius providere quieti cautius studeamus. Sane felix recordationis Innocentius papa IV. prædecessor noster, culpas graves, immo gravissimas ac multiplices, ac manifestos excessus quondam Friderici olim imperatoris Romanorum, propensi maturitate consilii, recti iudicii censura dijudicans, eique secundum prava sua opera reddens, ipsum honore imperii, regno Siciliae, ducatu Apuliae, ac principatu Capuae, generali super hoc congregato Lugdunensi concilio approbante, ac iustitia exigente, privavit, prout in universalium Mundi notitiam non est dubium devenisse: nec ab eadem creditur verisimiliter alienum, qualiter Fridericus ipse aucto superbiae spiritu, quamquam sic digne depositus, sic iuste privatus, sententiae huiusmodi privationis prolatae in eum pertinaci animo parere contemnens, regnum & imperium supradicta, post ejusdem prolationem sententiae, occupata detinere praesumpsit. Qualiter autem post jam dicti Friderici obitum quondam Conradus natus eius, paternae malitiae imitator, dictum regnum praesumptuosis ausibus occupavit, & tandem praedicto Conrado humanis rebus exempto, quondam Manfredus olim princeps Tarentinus, ejusdem ut dicitur Friderici filius, qui etiam absque privatione praedicta non iniuste legitima successione participium perdidit, quia ipsum partus legitimus non agnovit, utpote de damnabili commixtione susceptum, ad occupationem praedicti regni temerarias & occupatrices manus extendit. Gravibus ergo & enormibus admodum per potentiam & malitiam eorumdem injuriis irrogatis ecclesiae, ipsique in suis afflictis multipliciter fidelibus: respexit Altissimus sponsum suam, & convertens illi nubilum in serenum, scelestam praedicti Friderici domum, quae consueverat quantumvis malis abundare personis, sic pene redegit in nihilum, sic illam iactura multimoda dissipationis oppressit, ut de ipsa non scintilla unica remaneret. Conradinus videlicet Conradi filius supradicti, qui, cum in eo malitia suppleret aetatem, ipseque annorum suorum curricula nequitia superaret, progenitorum suorum nefarios actus sequens, ac illorum profanas iniquitates amplectens, mentisque ambitiose vitio impetum expetens, sibi regnum intitulando Siciliae, se ipsius regni regem denominare temere praesumebat: & cum nonnullis ecclesiae inimicis, Lombardis, Tuscis, Marchianis, & Apulis praecipue de regno profugis praesibato, fraudulentis se implicando commerciis, in urbe Lombardia, Tuscia, & per alia diversa loca, suas disseminare litteras praesumebat, sub expressione sui proprii nominis & praemissae intitulationis temere sigillo regiae majestatis

A impressas, per quas commovere populum, concitare gentes, ac turbare pacem ecclesiae nitebatur, in ipsius ecclesia ac carissimi in Christo filii nostri Caroli Siciliae regis illustris grave praedictum & discrimen. Unde pia memoriae Clemens papa praedecessor noster, cum sibi de his evidentius constitisset, diligenter attendens multam ipsius Conradini malitiam, & suorum conatuum perversorum volens obviare principiis, certum habuit contra eum in hac parte processum, prout vidit rationabiliter expedire, ac negotii qualitas persuasit. Demum praefato Conrado sublato de medio, eidem regno pax rediit, aurora tranquillitatis illuxit, sedatisurbationibus & fluctibus, quos ipsius Conradini prava studia suscitabant. Sed sicut nuper non sine multaurbatione, fide dignorum relatu percepimus, nonnulli proterve assurgentes, ad nostram, necnon ecclesiae distique regisurbationem & scandalum aspirantes, in praedicto regno ignemurbationis emortuae reaccendere moluntur, ad id sua studia inique congerunt, ad id suarum virtutum potentiam coacervant, manus praesumptuosas apponunt, & etiam occulti favoris auxilium largiuntur. Testatur haec inter cetera, horrendi sceleris feralis immanitas de novo in civitate Panormitana patrati, ubi sic debachatus est gladius, ferrum intremuit, furor incanduit, rabies insanivit, manus truculenta desavit, quod, sicut rumor moestus enunciat, non sufficit virorum ac mulierum multitudinem inibi caedi dari, nisi & hi, quos nondum in lucem natura produxerat, maternis apertis uteris necarentur, trucidarentur innati, & delitescens visceribus genetricum impiae praefocationis exitium terretur. Quia ergo praefatum regnum Siciliae ad Romanam ecclesiam spectare dignoscitur, siueque juris & proprietatis existit, ac propter hoc nos, qui una cum ecclesia ipsa medullitus in hac parte contingimur, & quasi cujusdam acerbae punitionis aculeo excitamur: volentes tam gravibus huiusmodi malorum dinitis, prout possumus, obviare, ne tam horrenda principia convalescant, praesente haec fidelium multitudine copiosa, de fratrum nostrorum consilio, universos & singulos, cuiuscumque praesminentiae, dignitatis, conditionis, aut status, monemus attente, districte praecipientes eisdem, ne in praedicti regni vel ejus partes, nos & eandem ecclesiam & praefatum Siciliae regem, qui praedictum regnum ab eadem tenet ecclesia, per se, vel per alium aut alios molestant, seu impetant, aut perturbent, occupando, vel invadendo hostiliter, seu occupari vel invadi hostiliter faciant regnum ipsum, vel aliquam partem ejus. Praecipimus insuper universis & singulis Christi fidelibus, specialiter autem marchionibus, comitibus, baronibus, civitatibus, communitatibus, & universitatibus villarum, & aliorum quorumcumque locorum Italiae, & maxime jurisdictioni temporali ecclesiae Romanae subiectis, ne praedictis in occupatione vel invasione huiusmodi profus intendant, & ne cum armis vel sine armis, ad turbandam in praedicto regno pacem ejusdem Romanae ecclesiae, ac praefati regis Siciliae in eadem, praesentent eis occupationem vel invasionem praedictis consilium, auxilium, favorem, publice vel occulte, & ne super hoc

ANNO
CHRISTI
1282.

societatem, conjugationem, aut fœdus ali-
quod ineant cum eisdem. Si qui autem con-
tra monitionem & præcepta nostra præmi-
ssa, per se, vel per alium aut alios quoscum-
que, dolo, fraude, arte, vel machinatione
fecerint, cujuscumque sint præminentie, di-
gnitatis, conditionis, aut status, excommu-
nicationis sententia, quam exnunc in illos
proferimus, ipso facto se noverint innoda-
tos. Civitates quoque & communitates quas-
libet, quæ contra monitiones & præcepta no-
stra prædicta, quocumque dolo, fraude, in-
genio, arte, vel machinatione venire præ-
sumpserint, ecclesiasticæ sententiæ interditi,
quam exnunc in illos proferimus, volumus
subjacere. Aperte quoque prædicimus patriar-
chis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, &
aliis inferioris gradus prælatis, quod si con-
tra monitionem & præcepta nostra præmi-
ssa, vel eorum aliquod, venire tentaverint,
nos eos omni ecclesiasticæ dignitatis hono-
re, ceteros autem clericos non prælationis
officium, sed dignitatis forsitam, vel perso-
natus, aut alicujus ecclesiasticæ beneficia ob-
tinentes, & obtentis privare curabimus, &
inhabiles reddere ad alia obtinenda, prout
nobis facti qualitas suggeret, & justitia sua-
debit. Laicis vero, cujuscumque præminen-
tiæ, dignitatis, conditionis, aut status, & præ-
cipue jurisdictioni temporali ecclesiæ Roma-
næ subiectis, denunciamus expresse, quod si
contra monitiones & præcepta nostra hujus-
modi, per se, vel per alium, seu per alios
temere veniendo, ea non curaverint obser-
vare, nos tantæ temeritatis audaciam non
intendentes relinquere impunitam, ipsos seu-
dis & aliis omnibus, quæ a prædicta, & aliis
ecclesiis personis ecclesiasticis, obtinere no-
suntur, privare, & vassallos eorum, quos
habent, a fidelitatis juramento, quo tenen-
tur, eisdem reddere penitus absolutos, & per-
sonis eorum citra mortis & mutilationis pe-
riculum expositis, ad expositionem bonorum
eorum procedere, Deo auctore curabimus,
prout eorumdem culpæ exegerint, & videbi-
mus expedire. Ceterum quia prædicta civitas
Panormitana, & nonnulla castra seu villæ il-
larum partium, contra præfatum regem Car-
olum, qui regnum ipsum ab eadem tenet
ecclesiæ, rebellionis spiritum assumpsisse di-
cuntur: nos circa illa nolentes in hoc juris
rigorem observare, sed uti potius mansuetu-
dinis lenitate, quam in actibus nostris liben-
ter amplectimur, intendentes ac volentes ea-
dem ab hujusmodi erroris initio paternis stu-
diis revocare; comitatibus, civitatibus castro-
rum ac villarum prædictarum, districte præ-
cipimus, ut, sublato cujuslibet difficultatis
& dilationis objectu, ad nostra mandata &
ecclesiæ ac regis prædictorum redire procu-
rent. Eisdemque comitatibus districte præci-
pimus, ne predictos molestatores, & turba-
tores, occupatores, seu etiam infautores, aut
dantes eisdem in prædictis consilium, auxi-
lium, vel favorem, in civitatem, castra &
villas, seu districtus eorum, quovismodo re-
cipiant, vel receperint, nec ipsorum vel ali-
cujus eorum dominio vel regimine quovisli-
bet se submittant; neque ipsi, vel eorum
alicui, contra nos & eandem ecclesiæ ac
regem prædictum in ea, impendant in præ-
dictis consilium, auxilium, vel favorem, pu-
blicum vel occultum. Nos enim considera-

ationes seu colligationes quaslibet, si que in-
ter communitates easdem, vel ipsos & quo-
cumque alios, initas vel factas super occu-
patione vel invasione prædictis, penitus dis-
solventes, ac juramenta de illis servandis,
vel alio quocumque modo, prædictis hinc
inde præstita, relaxantes omnino; comitati-
bus ipsis aperte prædicimus, quod, nisi præ-
missa curaverint quantocius adimplere, con-
tra eos & civitates & castra & villas eorum
spiritualiter & temporaliter, auctore Domi-
no, procedemus, quod pœna dicente cogno-
scere poterunt, quam sit temerarium & su-
perbum mandatis apostolicis contraire, ut
aut, &c.

B Datum apud Urbem veterem in platea di-
ctæ majoris ecclesiæ, in die Attentionis Do-
mini; pontificatus nostri anno secundo.

V. AD EDUARDUM I. REGEM ANGLIÆ.

Monet ut duellum inter Carolum regem Si-
ciliæ & Petrum Aragonium prohibeat.

*Martinus episcopus servus servorum
Dei Eduardo regi Angliæ illustri.*

D Ecet excellentiam regiam, & saluti tuæ
nihilominus congruit, quod in te sem-
per vigeat sic ordinatus affectus, ut animum
libenter ad promovenda Christi negotia diri-
gas, tranquillitatem publicam votive promo-
veas, desideranter horum impedimenta præ-
pedias, & prout ex alto conceditur, incre-
menta procures. Ideoque conventiones multa
indecentia plenas, & temeritate non va-
cuas, reprobas quidem & merito reprobandas,
inter carissimum in Christo filium
nostrum Carolum illustrem Siciliæ regem, &
Petrum, exigentibus suis excessibus per se-
dem apostolicam vinculo excommunicationis
adstrictum, quondam Aragonum regem, non
absque nimis animositatis inordinatione ha-
bitas: circa quod ambo, cuilibet eorum comi-
titiva centum militum assistente, ad illud
concurrant, altrinfecus insimul configant,
celtitudini regis confidenter exponimus: &
ut ibi earum qualitas plenius pateat, sub
bulla nostra, ipsarum de verbo ad verbum
seriem, prout eam a memorato Siciliæ rege
recepimus, destinamus. Ex quarum circum-
spectione, manifeste circumspedio regalis ad-
vertet, quantum sint conventiones eadem
obviæ Crucifixi negotiis & præcipue terræ
sanctæ, quantumque toti Christianitati dam-
nosæ: cum illarum persecutio non solum
memoratum regem ab eisdem negotiis & ip-
sius Christianitatis promovendis utilitatibus
abtrahat, sed & alios principes & magna-
tes, ceterosque fideles, qui, circa profecutionem
eamdem in se vel in suis occupantur,
avertat: & proinde manifesto exponatur ter-
ra præfata discrimini, dum ejus subsidium
multis excogitatum vigiliis, inultisque sum-
ptibus & laboribus præparatum, damnabiliter
impeditur. Nec minus attendere poterit
ejusdem tuæ circumspedionis industria, quam
periculosa potest inter Christianos ex profecutione
hujusmodi excitari commotio: quantaque
illis corporum & animarum pericula
ingeri: ac quantum nobis ecclesiæ, tibi, cun-
ctisque catholicis, quibus est eis quemodolibet
obviare possibile, posset a Deo & ho-
mi-

ANNO
CHRISTI
1282.

ANNO
CHRISTI
1111.

minibus negligentia imputari: ad quantam A
notam adscribi, si talia procedere pateremur:
Propter quas, necnon & alia non facile nu-
meranda discrimina, quæ distarum conven-
tionum executio, Christiani proculdubio pro-
diga sanguinis, animarum inimica saluti, pu-
blicæque pacis æmula & quietis, verisimili-
ter comminatur: nos illis promptis remediis
obstare volentes, promissionem factam a me-
morato rege Siciliæ, super dictis conventio-
nibus observandis prorsus illicitam, utpote
rem prohibitam expressius continentem, cum
non solum in principibus, similibusque per-
sonis, sed etiam in privatis duellum non sit B
ab ecclesia tolerandum, reprobendam irritan-
damque duximus, & penitus vacuandam, &
juramentum super eis præstitum, non solum
temerarium declarantes, sed & carere viri-
bus, ipsumque regem Siciliæ ad illorum de-
cernentes observantiam non teneri: absol-
vendo eum nihilo minus ab eisdem, quate-
nus processerunt de facto, sibi districte præ-
cipimus, ut a prosecutione promissorum &
juratorum taliter prorsus abstineat, & om-
nino desistat: eidem nihilo minus sub pœna
excommunicationis, & comminationis pro-
cessus cujuslibet, quam contra eum quomo-
dolibet habere possit ecclesia, ne ad execu-
tionem tam damnati certaminis & tam ne-
fandi procedat, & universis & singulis Chri-
sti fidelibus, ne illa sibi prosequenda sua-
deant, neve consilio, auxilio, vel favore, in
illis prosequendis assistant, districte inhiben-
do. Cum itaque impediendi tam detestabi-
lia, tam nociva, tibi sit in promptu facul-
tas, pro eo quod, sicut earumdem conven-
tionum docet inspectio, loci determinatio ad
hujusmodi conflictus exercitium deputandi de
arbitrio tuo dependet, & secundum earum
conventionum tenorem idem conflictus, no-
vo eorumdem Siciliæ & olim Aragonum re-
gum non interveniente consensu, absque tua
præsentia non procedit: expedit ut ad id te
promptum exhibeas, solers & operosus oc-
curras, ne si, quod absit, perturbare tam
perversa negligeres, ea fovere non immeri-
to censeris; sicque pœnæ & comminatio-
nis adjectæ in præmissa nostra prohibitione
periculum, ut decet tam catholicum princi-
pem, non vitares. Quocirca serenitatem re-
giam monentes, rogantes, & hortantes, ac
obsecrantes in Domino Jesu Christo, & per
asperionem sui pretiosi sanguinis obstan-
tes, & nihilo minus in remissionem tibi pec-
catorum injungentes, mandamus, quatenus
conflictum hujusmodi tam detestabilem, tam
horrendum, ejusque præparatoria, omni stu-
dio quo potes impediās: dictorum Siciliæ &
quondam Aragonum regum adventum ad ci-
vitatem Burdigalensem, ejusque territorium,
quin etiam ad quancumque partem Vasco-

nie, omni quo poteris remedio præpeditio-
nis impediās, & apertius interdicas: tuam
nihilo minus in his præsentiam denegando,
& tuis insuper in partibus illis vicariis & of-
ficialibus acrius injungendo; ne prædictorum
regum guardiam recipere, vel ad dictum lo-
cum deputare certamen, aut aliquod aliud
in his ministerium exhibere præsumant: su-
per quibus eis omnem penitus adimas pote-
statem. Nos enim ad tam pernicioſa, tam
noxia omnimodis evitanda, ne dictos Siciliæ
ac dudum Aragonum reges, civitatem eam-
dem, seu quamvis, ut prædicatur, Vasconiæ
partem, ad hæc ingredi patiaris, neve in
his præsentie tuæ copiam facias aut promit-
tas, seu locum sæpe fato certamini deptes,
aut dictos tuos in eisdem partibus vicarios
sive officiales in his aliquod ministerium exhi-
bere permittas, districte subjicimus prohibi-
tionis edicto: ac illa omnia & singula, quan-
tumcumque in aliis regio intendimus hono-
ri deferre, tibi & eis sub pœna excommu-
nicationis expressius inhibemus: sub eadem
pœna mandantes, ut si aliquid horum est
processum, illud studeas cum celeritate qua
poteris revocare. Et nihilo minus dilectum
filium nostrum, tituli sanctæ Ciceriliæ presby-
terum cardinalem, virum utique grandi scien-
tia præditum, prudentia & morum honesta-
te decorum, quem suæ probitatis obtentu
grandi affectione protequimur, cujusque con-
siliis te in his adquietere rogamus & peti-
mus, ad id inter cetera destinamus, ut tam
te, quam prædictos vicarios, & officiales
tuos, per te, si facultas adfuerit, vel per
suos nuncios vel litteras efficaciter moncat
& inducat ad parendum præmissis apostolicis
monitionibus, inhibitionibus & mandatis:
D alioquin per excommunicationis in personas,
& interdicti sententias, si opus fuerit, in re-
gnum tuum, & alias tuas ac eorumdem vi-
cariorum & officialium terras, apostolica,
prout expedire viderit, auctoritate compel-
lat: non obstantibus aliquibus privilegiis, vel
indulgentiis, tibi vel eisdem vicariis sive of-
ficialibus, sub quacumque verborum forma
seu expressione concessis, quod tu vel iidem
vicarii & officiales excommunicari vel inter-
dicti non possitis, aut eadem, regnum &
terra nequeant ecclesiastico interdicto suppo-
ni, per litteras apostolicas non facientes ple-
nam & expressam, seu de verbis ad verbum
de privilegiis & indulgentiis hujusmodi, sive
obtinentium eadem nominibus, mentionem;
E & qualibet alia ejusdem sedis indulgentia,
cujuscumque formæ vel tenoris existat, per
quam præsentibus non expressam, aut toto-
liter non insertam, effectus earum quomo-
dolibet impediri valeat, vel differri.

Datum apud Urbem Veterem, Nonis Apri-
lis, anno tertio.

CONCILIUM SALTZBURGENSE

In causa ecclesiasticæ disciplinæ, tempore Friderici archiepiscopi habitum
anno Domini MCLXXXI. sub Martino papa IV.

* Corr. II.

TITULI CAPITULORUM.

1. De alienationibus ecclesiarum.
2. De dispensatione & prelatorum ratione facienda.
3. De jejunio religiosorum.
4. De monachis & regularibus proprietatibus.
5. De habitu religiosorum.
6. De discursu religiosorum.
7. De capitulis episcoporum, abbatum, & aliorum prelatorum.

8. De

ANNO
CHRISTI
1181.

ANNO
CHRISTI
1181.

8. De immoderatis sumptibus visitatorum.
9. De monialibus in claustris communem vitam non ducantibus.
10. De pluribus beneficiis curam animarum habentibus.
11. De residentia plebanorum.
12. De advocatis ecclesiarum.
13. De his qui violentas manus mittunt in clericos.
14. De his qui loca sacra excraverint violenta sanguinis effusione.
15. Contra patronos & iudices, qui bona decedentium clericorum invadunt.
16. De psalmo, Domine quid multiplicati sunt.
17. De falsariis clericis & laicis quocumque modo.
18. De his qui a laicis instituantur.

Ac haec fraus & alienationis materia praeludatur, volumus ut sigillum capituli non apud abbatem, vel apud praelatum, sed apud maturiores & fide digniores tres fratres capituli referretur.

II. De dispensatione & praelatorum ratione facienda.

Item, ne etiam res ecclesiasticæ in usus indebitos convertantur, & fidelis dispensatio praelatorum apparentius clucescat: diffinimus, ut de bonis ecclesiæ semel in anno praelatus cujuslibet conventus ecclesiæ convenientium, suo de omnibus redditibus & proventibus monasterio plenam faciat rationem, præsentem episcopo, vel ejus nuncio ad hoc specialiter deputato, si episcopus fuerit ad hoc requisitus: & bis vel ter in anno a suis officialibus, monachis & laicis computationem discretam faciant & fidem: & alioquin incidit supradictam.

f. penam.

III. De jejunio religiosorum.

Item a festo Martini ab omnibus religiosis usque ad Nativitatem Domini jejunium observetur: & a quinquagesima eidem præcipimus jejunium in cibis quadragesimalibus inchoare: salvo omnibus jejniis aliis a suorum regulis institutis.

IV. De monachis & regularibus proprietatibus.

Item statumus, ut monachi vel regulares, nisi a notitia presentium infra dies quindecim, vel ante, ad manus suorum offerant praelatorum, usque ad restitutionem debitam, ab officio sint suspensi; & nihilo minus, si manifesta sit proprietas, carcerali custodiæ mancipentur.

V. De habitu religiosorum.

Item ut habitus debitus unicuique, religiosos & religiosas distinguat a secularibus, a quibus debent esse vita & moribus separati: volumus etiam, ut quilibet religiosus & religiosa, tam

HÆC SUNT INSTITUTA VENERABILIS domini Frederici archiepiscopi ecclesie Saltzburgerensis, apostolica sedis legati, instituta in provinciali concilio Saltzburgerensi anno Domini MCLXXXI.

P R Æ F A T I O.

Cum instantia nostra quotidiana esse debeat sollicitudo ecclesiarum nobis commissarum, ideo ad laudem & gloriam domini nostri Jesu Christi, qui est omnium bonorum solidum firmamentum, nos Fredericus Dei gratia Sanctæ Saltzburgerensis ecclesie archiepiscopus, apostolicæ sedis legatus, Hannono, Wilhelmus, Bruno, Thimon, Bernardus, Gerardus, Frisingensis, Ratibonensis, Pataviensis, Brixinensis, Chimentis, Secovensis, Laventinenensis, episcopi, Saltzburgeræ in provinciali concilio congregati, infra scriptas constitutiones ex causis rationabilibus sollempniter ac communiter edidimus, & promulgatas publice mandamus per eandem provinciam inviolabiliter observari.

C A P I T U L A.

I. De alienationibus ecclesiarum.

Quia multi praelati bona ecclesiastica alienant, vendunt, vel distrahunt minus juste, vel etiam locationes longi temporis & nocivas faciunt: de eisdem statuimus, ut nihil talium de cetero attentare præsumant, nisi expresse auctoritate episcopi, & consensu conventus monasterii accedente; alias locatio & alienatio prorsus sit irrita, & alienator ab administratione temporalium, & ab ingressu ecclesiæ tamdiu sit suspensus, donec ecclesiam reddat indemnem. Et ut cir-

Fortis, Timoleon. hic decem episcopi anni nominis. Har.

1. Nomina Præfulum hujus Concilii referuntur in Collectione Conciliorum apud Labbeum & Harduicum; verum adeo mendose, ut qui ibidem nominantur. Nam, Vilhelmus, Thimonis nomen in Catalogo Episcoporum apparent. Nam Frisingensis erat Fredericus; Ratibonensis Henricus; Pataviensis & Brixinensis erat Wilhardus & Bruno; Chimentis Conradus; Secovensis Bernardus; Laventinenis Herbertus, seu ut ab aliis vocatur, Gerhardus. Ex decreto vero XVI. colligitur Synodum esse celebratam paulo ante adventum Domini, utpote quam imperator preces ab instanti Adventu inchoandæ. Hundius hanc Synodum ad an. 1180. non recte rejicit. Hæc sunt Germs. Loc. tom. 2. p. 390.

ANNO
CHRISTI
1101.

ANNO
CHRISTI
1101.

monachi, quam extra monasteria, ve-
ste suæ religionis utantur, & vestes
læculares nullatenus assumere præ-
sumant.

communibus cibis utantur. Et quod
abbatissa ab adventu Domini usque in
octavam Epiphaniæ, & a Septuagesi-
ma usque in octavam Paschæ, in dor-
mitorio dormiat, & in refectorio co-
medat cum eisdem.

VI. De discursu religiosorum.

Item inhonestos & indecentes reli-
giosorum discursus amputare volentes,
determinamus, ut quicumque prælatus
monachum fugitivum vel ejectum, ad
admonitionem episcopi, rectorum vel
visitatorum ordinis, non receperit,
extunc sit a temporalium administra-
& inobedientes coercere possint per
pœnas in sua regula constitutas, &
mancipare carceribus penitus incorri-
gibiliter obstinatos, ubi magis visum
fuerit expedire, quod de consilio or-
dinarii ad alia sui ordinis claustra de-
sinentur.

X. De pluribus beneficiis curam animarum
habentibus.

Item, cum in nostro provinciali con-
cilio proxime celebrato clericis plura
beneficia curam animarum * habenti-
bus duxerimus injungendum, ut in-
fra certum terminum & tempus, dis-
pensationis suæ fidem nobis facerent,
ut ultimo eis remanente beneficio jux-
ta Lateranense * concilium prioribus
essent iplo jure privati: ex superabun-
danti expectantes expectavimus usque
modo. Quare volumus districte præ-
cipientes, ut durante tempore præ-
sentis nostri concilii litteras suæ dis-
pensationis nobis exhibeant: alioquin
quod prius contra tales beneficiatos
statutum est, efficaciter exequemur,
hujusmodi beneficia, tanquam de ju-
re vacantia personis idoneis conse-
rendo.

Later. IV.
c. 29.

VII. De capitulis episcoporum, abbatum,
& aliorum prælatorum.

* Corr. pro-
vide.

Item, licet felici recordationis Gre-
gorius papa nonus providere * statue-
rit ut in singulis regnis, seu provin-
ciis, prælati ordinis sancti Benedicti
de triennio in triennium capitula regu-
laria celebrare deberem, & nos idem
statutum in provinciali duxerimus in-
novandum: quia tamen nullus fructus
adhuc est ex prædicto statuto & in-
novatione, repetita vice decrevimus
eadem capitula celebrari; jure tamen
ordinariorum per omnia salvo.

XI. De residentia plebanorum.

Item licet rectoribus ecclesiarum qui
a residentia excusantur, mandaverim-
us in proximo concilio, quatenus
personas idoneas ordinarent in eccle-
siis suis in perpetuos vicarios institui
ac locari, trimestri tempore ad hoc
exequendum indulto: tamen quia in
hoc exhibuerunt se aliqui negligentes,
nos institutionem hujusmodi vi-
cariarum seu locationem ecclesiarum,
simul & moderamen præbendarum,
præcise ad nostram providentiam re-
vocamus, sublata eis omni circa pro-
visionem hujusmodi potestate: ut sic
puniantur, ex eo in quo delinquere
præsumperunt.

VIII. De immoderatis sumptibus visita-
torum.

Item, ne monasteria immoderatis
visitatorum sumptibus graviter onerentur;
statuimus, qui quilibet abbas,
qui pro tempore visitator fuerit,
vel etiam capitulum generale accesserit,
oculo evectionum numerum non
excedat: inferiores vero abbates, pau-
cioribus sint contenti.

XII. De advocatis ecclesiarum.

Item, sub velamento advocacionis
nonnumquam gravantur monasteria,
conventualium, parochialium, & alia-
rum ecclesiarum libertas, & * immu-
nitas perturbantur: decrevimus: ut
omnes qui occasione hujusmodi, ali-
quod jus sibi vendicant in ecclesiis,
nisi de jure suo ordinarium loci con-
tractum * fecerint, ante festum san-
cti Joannis Baptistæ, quem eis ad hoc
terminum peremptorium assignamus;
extunc super hoc de cetero nullatenus

* Manu-
ptus habet.
emunitas.
Emendavit
Binus, qui
vocem illam
relinquere
debuisse.
barbaram
quidem, at
minus poli-
tis feculis
receptif-
mam.
* f. certum
fec.

IX. De monialibus in claustris communem
vitam non ducentibus.

Item, cum dolore accepimus, quod
quædam moniales in eodem mona-
sterio communiter habitantes, com-
munem vitam non ducunt, nec in
eodem comedunt refectorio, sed seor-
sum per cameras speciales. Volumus
igitur ut communiter regularia loca
frequenter, & in eodem refectorio

ANNO
CHRISTI
1131.
c. 22.

audiantur; & clericus, qui se non
opposuit taliter usurpanti, pœnam sus-
sineat nuper in Lugdunensi concilio
statutam.

*XIII. De his qui violentas manus mittunt
in clericos.*

Item, cum hi qui violentas manus
mittunt in clericos, incidant ipso fa-
cto in canonem legitime promulga-
tum: districte præcipimus, ut in pa-
rochia, in qua tale delictum commis-
sum fuerit, vel talis malefactor do-
micilium habuerit, rectores illarum
ecclesiarum ipsum excommunicatum
devitent, & denuncient singulis die-
bus Dominicis & festivis; ut sic ru-
bore perclusus, ad matrem ecclesiam
citius revertatur. Illos vero clericos,
qui vel alios nominatim excommuni-
catos, vel interdictos, ad Divina vel
ecclesiasticam sepulturam scienter re-
ceperint, ab omni officio ecclesiastico
suspensos decernimus remanere: ut-
pote qui sua temeritate nituntur fran-
gere nervum ecclesiasticæ disciplinæ.
Et cum * qui in prædictam denun-
tiationem, postquam sibi per ordina-
rium fuerit demandatum, negligens
fuerit aut remissus, per quindecim
dies ab ingressu ecclesiæ, & ab offi-
cio sit suspensus, & culpam reitera-
tam pœnæ reiteratio subsequatur. Mo-
nemus etiam religiosos quoslibet, ut
circa prædictum statutum ordinatio-
nem * recolendæ memoriæ domini
Guidonis curent inviolabiliter obser-
vare.

* Concil.
Vleon. ann.
1167. c. 4.

*XIV. De his, qui loca sacra cœmteraverint
violenta sanguinis effusione.*

Item statuimus, ut quicumque vio-
lenta sanguinis effusione cœmeterium
vel ecclesiam execraverit, ad expensas
pro reconciliatione impendendas, exe-
crationibus hujusmodi * teneatur. Si
solvendo fuerit rebellis, per censuram
ecclesiasticam a rectore loci, auctori-
tate hujus concilii ardeatur: si vero
solvendo non fuerit, alias pro ipsius
diœcesani arbitrio puniatur.

* Hæc vo-
cula in ma-
nascripto
desideraba-
tur, ut de-
mus, qui
primus edi-
dit.

*XV. Contra patronos & iudices, qui bona
decedentium clericorum invadunt.*

Item statutum bonæ memoriæ Gui-
donis contra patronos & iudices &
præcones editum, qui bona invadunt
decedentium clericorum, pro necessi-
tate temporis aggravantes, statuimus,
ut raptores rerum hujusmodi vacan-
Cancil. General. Tom. XXIV.

Atium ecclesiarum ipso jure excommu-
nicationem incurrant; & in locis, ad
quæ eadem bona violentè ablata,
deducta illa eo * fuerint, postquam
hoc ecclesiarum rectoribus innotuerit,
cessetur tamdiu a Divinis, donec sub-
repta eadem, successori defuncti red-
dantur, & in loca pristina reporten-
tur, & alias satisfactio competens sub-
sequatur. Et hoc statutum non solum
ad futura, sed ad præterita exten-
datur.

ANNO
CHRISTI
1131.

* f. deducta
illico

*XVI. De psalmo, Domine quid multi-
plicati.*

Item reminiscens Moyse servi Do-
mini, qui hostes populi sui non fer-
ro pugnando, sed prece orando de-
jecit; statuimus, ut per præsentis anni
decursum in instanti adventu Domi-
ni inchoandum, in singulis cathedra-
libus, conventualibus & parochiali-
bus ecclesiis, psalmus, *Domine quid
multiplicati*, cum oratione Dominica,
& versu, *Fiat pax in virtute tua*,
C. *Esto nobis turris fortitudinis, & col-
lecta, Deus, a quo sancta desideria,*
clerus, provolutis in terram genibus,
& erectis in cælum cordibus, in Mit-
sa post tertium Agnus Dei quotidie
semel dicat: quatenus Dominus no-
ster Jesus Christus, rex pacificus, se-
datis tribulationibus, & ecclesiarum
persecutoribus & invaloribus humili-
tis, pacem in populo suo multiplica-
tis intercessoribus largiatur.

Psal. 3.

XVII. De falsariis clericis & laicis quocumque modo.

Item ad falsariorum malitiam re-
primendam definimus, ut qui clerici
vel laici sigilla vel litteras principum
vel prælatorum falsare, vel falsis scien-
ter uti præsumunt, aut etiam falsam
monetam cudere, vel quodcumque æs
seu metallum adulterine fabricare,
aut his omnibus vel similibus uti scien-
ter præsumperint, ipso facto senten-
tiam excommunicationis incurrant.
Clericis nihilo minus, si de hoc con-
victi fuerint, carcere episcopali man-
cipandis; laicis autem sæculari judi-
cio condemnandis.

XVIII. De his qui a laicis instituntur.

Item constitutio concilii proxime
celebrati, quæ clericis de manibus lai-
corum, antequam per ordinarios in-
stituantur, ecclesias recipientibus, pœ-
nas ingerit & infligit, in eo, quod
C c ex

ANNO
CHRISTI
1131.

experientia deesse docuit, supplere autem, in quatuor temporibus anni, in
volentes: statuimus, ut quicumque clericus contra processus pœnas, &
ordinationes ordinarii contra eum habens defensionem præsidio laicorum,
illaque ausus fuerit uti, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.
Verum cum parum sit jura condere, nisi sint qui eadem tueantur; præci-
pimus, quatenus salutaria nostra monita, ut moribus utentium approben-

atur, in quatuor temporibus anni, in
singulis cathedralibus & conventuali-
bus ecclesiis recitentur. Rectores va-
ro ecclesiarum ipsa scripta habeant, &
per singulas synodos ab archidiacono
de earum rerum observantia interro-
gari præcipimus, & inquiri, nihil
minus sine delectu personarum præ-
cipimus in obedientiam, qui nostra-
rum sanctionum inventi fuerint con-
temptores.

ANNO
CHRISTI
1131.Vox
scripta.

CONCILIUM LAMBETHENSE,

A Cantuariensis provincie antistitibus celebratum, anno Domi-
ni MCCLXXXI.

ANno gratiæ MCCLXXXI. ait *Vvalsh-B*
ghamus, qui est annus regis Eduardi,
a conquestu primi, octavus: frater Joan.
Peckham Cantuariensis archiepiscopus, ne ni-
hil fecisse videretur, convocat concilium apud
Lambeth, in quo constitutiones Othonis &
Othoboni quondam legatorum in Anglia, in-
novans, iussit eas ab omnibus custodiri.

Constitutiones fratris Joannis de Pe-
ckham quondam archiepiscopi Can-
tuariensis, editæ apud Lambeth, an-
no Domini MCCLXXXI. & regis
Eduardi primi, IX.

TITULI CAPITUM.

1. De sacramento Eucharistia.
2. De annalibus celebrandis, & anniversariis.
3. De baptismo, & ejus effectu.
4. De sacramento Confirmationis.
5. Ne simul & semel quinque ordines conse-
crantur.
6. De Confessione.
7. De eodem.
8. De Pœnitentia.
9. De uno confessore in quolibet decanatu fa-
ciendo.
10. De informatione simplicium.
11. De hospitalitate tuenda.
12. De certificationibus faciendis.
13. De falsis procuratoris non signandis.
14. Ne fiant clandestina inquisitiones.
15. De firmis.
16. De religiosis.
17. De corruptoribus monialium,
18. Item in eodem.
19. Item in eodem.
20. De apostatis.
21. Ne religiosi, executores testamentorum fiant.
22. De habitu clericali.
23. De filiis presbyterorum.
24. De institutionibus.
25. De clericis plura beneficiu occupantibus.
26. De advocatis.
27. De suffragiis pro archiepiscopis & episcopis
habendis.

P R Æ F A T I O.

AB exordio nascentis ecclesiæ Christianæ,
orthodoxi patres, retroactis temporibus,
errorum laqueis, morum corruptionibus, ad-
versitatum molestiis, conciliorum tractatibus
obviarunt. In eis siquidem sapientes se mu-
tuo exacuunt, & congregati sancti viri, Chri-
sti domini sensum & consilium faciliter im-
petrarunt, qui se spondet talibus sui nomi-
nis honorem zelantibus in medium affuturum.
Sanctorum patrum igitur vestigiis inhzeren-
tes, jurisque auctoritate compulsi, ac ne-
cessitate multiplici ecclsiæ urgente: nos
frater Joannes, permissione Divina, Cantua-
riensis archiepiscopus, totius Angliæ primas,
cupientes præsentibus incommodis obviare;
sperantemque, Christi patrocinante gratia,
ad hoc nos posse proficere, cum fratrum
ac coepiscoporum nostrorum, ac ceterorum
provinciæ nostræ prælatorum assentientia effi-
caci, de prudentum virorum consilio, hoc
sacrum concilium mandavimus convocari. In-
tendentes, prævia Spiritus sancti gratia, ope-
re & consilio, transgressores canonum cor-
rigere; quedam etiam olim salubriter edi-
ta, non tamen satis moribus utentium com-
probata, recentia stabilire; & contra novel-
las quasdam tergiversationes, quas in furno
sulphureo non cessat abyssi puteus exhalare,
novis quibusdam remediis occurrere, ut
valemus, in quo obtrectatorum dentes mini-
me formidamus. Quoniam, etsi res Divina
tanquam perfectissimæ in certis consistant
finibus, humani tamen juris conditionem in
infinitum currere cogit necessitas manifesta.
Contemptum autem canonum immane esse
E piaculum, utriusque docet pagina testamen-
ti. Decretis enim apostolicis, & conciliorum
diffinitionibus obstitentes, a sanctæ matris ec-
clesiæ meritis sunt præcisi: utpote quos rom-
phæa Mosaica plectit sententia capitali; &
sapientia incarnata illos, qui ecclesiam non
audiunt, ethnicis & publicanis similes esse
decrevit, ac contemptum auctoritatis apo-
stolicæ in contemptum patris omnium re-
dundare. Quippe quos legum suarum Petrus
ligat vinculis, in summi & cælestis impera-
toris palatio sunt ligati. E contra tamen
quos-

ANNO CHRISTI 1582.

ANNO CHRISTI 1582.

quosdam frivole de Christiani nominis titulo gloriantes, tam clericos quam laicos, quotidianis angustiis experimur jugum abjicere, & apostolicas sanctiones arrogantia diabolica conculcare, illius gloriosi martyris Thomae patriarchae nostri immemores, qui se pro hujusmodi juribus defendendis murum opposuit pro ipsis, primum sustinens exilium, & postea passionem. Lateranensis igitur concilii auctoritate praeconiti, faciemus canonicas regulas revocari. Ex quia Lugdunense concilium ultimo celebratum, eo enormius, quo recentius infringitur: ne quis possit se in temeritate hujusmodi per ignorantiam excusare, ipsum volumus in principio recitari; non solum ut omnibus innotescat, verum etiam, ut si quid in ipso videatur intolerabile istius regionis consuetudini, quae in multis ab omnibus aliis est distincta, circa illud, temperamentum apostolicae clementiae humiliter imploretur. Quoniam, sacro testante eloquio, *melior est obedientis quam vitiosa*: & quia peccatum ariolandi est repugnans: & quasi scelus idololatria, nolle acquiescere. Hanc enim inobedientiam credimus esse causam mutationis utriusque parentis ecclesiae Anglicanae. Secundo, constitutiones sanctae memoriae domini Othoboni eo legi faciemus reverentius, quo ipse in eisdem statutis suis hoc mandavit fieri hujusmodi per singulos annos ab archiepiscopis, episcopis, in synodis suis, de verbo ad verbum, postea ad honorem apostolicum sublimatus. Tertio vero recitari volumus concilium de Lambeth, quod, sanctae memoriae, praedecessor noster Bonifacius cum fratribus & coepiscopis sui temporis noverit salubriter edidisse: ut circa ipsum quod dicitur fuisse appellatione suspensum, qualiter procedi debeat videatur. Ultimo vero adjicimus quae nobis videntur necessario ordinanda.

o. Reg. 11.

o. f. penult.

CAPITULA.

I. De sacramento Eucharistiae.

Altissimus de terra assumpti corporis creavit humani generis medicinam in septem vasculis repositam, quae ecclesiae septem sacramenta; quae a plerisque nec cum condignis tractari reverentia, nec cum debita diligentia dispensari, fide didicimus oculata. In his igitur praesens correctio sumat exordium, & praecipue circa corpus & sanguinem Domini sacramentum, quod est sacrum & sacrificium sacramentum, sanctificans manducantes, & sacrificium oblatione sua universis tam vivis quam defunctis proficiens, pro quorum suffragiis immolatur. Multos igitur esse numero, & paucos merito, Domini sacerdotes, quotidianum scandalum experimur: inter quorum damnabiles aedias, hanc plangimus praecipue, quod ad hoc ipsum Eucharistiae sacramentum se irreverentes exhibent supra modum quod ex ecclesiasticis linguis conficiunt, contemptibiliter custodiunt, & reponunt, & ipsum tanto tempore negligunt immutatum, donec corrumpantur species continentis, ut salutis auctor, qui in seipso amore se in viaticum dedit ecclesiae, pro tanta irreverentiae injuria offendatur. In ejus remedium discriminis, statuimus, ut

o. f. per quos licent.

o. Nic. mandum aliquod subesse videtur. 11.

Concil. General. Tom. XXIV.

quolibet sacerdos, quae canonica necessitas non excusat, confiteatur omni hebdomada saltem semel, & ut in qualibet ecclesia parochiali fiat tabernaculum cum claustris, decens & honestum, securum magnitudinem & ecclesiae facultates, in quo ipsum corpus Domini in pyxide pulcherrima & lineis tegumentis, sed nullatenus in loculo, propter comminationis devitandum periculum, collocetur: quod in omni Dominica praecipimus renovari. In elevatione vero ipsius corporis Domini pulsentur campanae in uno latere, ut populares, quibus celebrationi Missarum non vacat quotidie interesse, ubicumque fuerint, seu in agris, seu in domibus, stent genua, indulgentias concessas a pluribus episcopis habituri. Sacerdotes autem in custodia Eucharistiae negligentes puniri praecipimus, secundum regulas concilii generalis, cap. *Statutus*, & gravius, si negligentia perseveret. Circa deportationem vero Eucharistiae ad aegros, servetur honestas alias & alibi constituta. Attendant insuper sacerdotes, quod cum communionem sacramentum porrigunt simplicibus, Paschali tempore vel alio sollicitate eos instruant, sub panis specie simul eis dari corpus & sanguinem Domini, immo Christum integrum, vivum, & verum, qui totus est sub specie sacramenti. Doceant etiam nos, illud quod ipsis eisdem temporibus in calice propinatur, sacrum non esse, sed vinum purum eis hauriendum, traditum ut facilius sacrum corpus glutiant, quod perciperunt. Solis enim celebrantibus, sanguinem sub specie vini consecrati sumere, in hujusmodi minoribus ecclesiis est concessum. Instruant etiam eisdem, sumpsum ore sacramentum non nimis dentibus comminere, sed tritum modice sorbere perfecte, ne particula aliqua eveniat in dentium interstitiis, vel alibi remaneat. Parochiales insuper sacerdotes caveant diligenter, ne aliqui dent corpus Domini, nisi prius constet eis, ipsum fuisse confessum, testimonio vel iudicio fide digno, & hujus certificationis onus ipsi suscepturo imponimus sacramentum, qui habet ea quae salutis suae sunt necessaria procurare. Nullus ergo sacramentum communionem praebet parochiano alterius sacerdotis, sine ipsius licentia manifesta: quam ordinationem non intendimus ad peregrinos extendere, ut nec necessitatis casus derogare.

Lateran. IV

II. De annis celebrandis, & anniversariis.

Sacerdotes insuper caveant universi, ne Missarum peculiarium seu familiarium se celebrationi obligent, quo minus valeant canonico officio commissam sibi ecclesiam officiare, ut tenentur. Nec praesumat aliquis annalia celebranda suscipere, nisi pro defuncto celebret quotidie, vel procuret specialiter celebrari. Nullus insuper plura recipiat annalia celebranda, quam habet socios celebrantes: illo casu excepto, in quo procurans suffragia fieri pro defuncto, consentit expresse defuncti memoriam alibi vel aliis copulari. Nec credat celebrans se dicendo Missam unam, posse satisfacere pro duobus, pro quo utroque promisit specialiter & in solidum celebrare. Licet enim dicat de consecr. dist. 5. c. non mediocriter, capitulum, quod licet minus acci-

ANNO
CHRISTI
1181.
d. Legi.
suam h.

capitur, cum Missa una pro eundis dicitur: quasi pro unoquoque eorum una diceretur: loquitur tamen de iis Missis, quæ anxio corde dicuntur. Abiit enim ne a quoquam catholico credatur, tantum intentione prodesse Missam unam devote celebratam mille hominibus, pro quibus forsitan dicitur, quantum si mille Missas pro eis devotione simili canerentur. Licet ipsum sacrificium, quod est Christus, sit infinitæ virtutis, non tamen in sacrificio suæ immensitatis summam plenitudinem operatur: alioquin, pro uno mortuo nunquam oporteret nisi unam Missam dicere. Operatur enim in huiusmodi mysteriis, distributione certa suæ plenitudinis, quam ipse eisdem lege infallibili alligavit. Illos autem, qui pro annalibus seu anniversariis celebrandis stipendia receperunt, nec ex certa malitia vel acedia satisfaciunt, ut teneantur, monemus, ut omnia suppleant, & ad plenum satisfaciunt in futurum. Et quandoque id fecerint, fructus taliter perceptorum pro annalibus eorum qui eis talia contulerint, erogent pauperibus: aut si utrumque istorum sponte neglexerint, sicut fraudatores fidelium ab ordinariis suis asperere corrigantur.

III. De Baptismo & ejus effectu.

Circa sacrum baptismum quosdam reperimus deliquisse. Cum enim periclitantibus parvulis, pro necessitatis inevitabilis articulo, quibuscumque laicis vel mulieribus sit concessum in casibus huiusmodi periclitantes taliter baptizare, & huiusmodi baptismum ad salutem constet sufficere, si forma debita observetur; nec debere baptizatos taliter iterum baptizari: quidam tamen solidi sacerdotes, sic baptizato parvulos, non sine sacramenti injuria rebaptizant. Quod ne de cetero fiat, firmiter inhibemus: sed super sic baptizatos exorcismi & catechismi propter reverentiam ecclesie facientes. Forma autem sacramenti in lingua vulgari consistit, non solum in significatis, verum etiam in ordine eorum, quo ipsum sacramentum est Divinitus institutum: quo Christus dominus illis verbis & taliter ordinatis, ut sunt, lingua Latina, regenerativam contulerit potestatem. Dicitur ergo sic a taliter baptizantibus, *Job cristum tbe in tbe faderes nome, &c.* vel aliter in lingua Latina, secundum patris consuetudinem, vel in Gallico sic: *Je baptize tcy en noun del peere, &c.* Quod si sacerdos rationabiliter dubitet, an parvulus baptizatus fuerit in forma debita, tenens modum decretalem cum exorcismo & catechismo dicat: *Si non es baptizatus, ego te baptizo &c.* Attendat etiam sacerdotes, ne Latina nomina, quæ scilicet prolata sonant Latinam, imponi permittant parvulis baptizatis, sexus præcipue scemini. Et si fiat contrarium, per confirmantes episcopos corrigatur.

IV. De Sacramento Confirmationis.

Confirmationis insuper sacramentum multi negligunt temerarie, quia desunt forsitan ad talia vigiles hortatores: adeo ut plures immo innumeri, inveterati dierum malorum, qui nondum Confirmationis gratiam

receperunt. Cui negligentie damnaibili obviantes, statuimus, ut nullus ad sacramentum corporis & sanguinis Domini admittatur, extra mortis articulum, nisi fuerit confirmatus, vel nisi fuerit a receptione Confirmationis rationabiliter impeditus.

V. Ne simul & semel quinque Ordines conferantur.

Cum, secundum doctores theologicos, milita clericalis septem muniatur ordinibus, singulorum characteribus in anima consignata, per singulos etiam augmentum recipiens gratiæ, nisi ordinati, sine ordinem suscipiant crimine irretiti: expedit plurimum ipsos ordines minime inculcatos, quoniam inculcatio reverentiam minuit, gloria per consequens per irreverentiam repercutitur ab ingratia. Contra dignitatem igitur tam reverentissimi esse dignoscitur sacramenti, quinque simul Ordines, scilicet ordines non sacros, cum uno sacro alicui uni homini exhibere. Unde in nonnullis aliis provinciis quatuor minores Ordines non simul faciliter conceduntur, aut conferuntur: ut ascendentes clerici ad Christi mysteria, quasi graduum canticum concinentes, cum probati extiterint in minoribus officiis, gradatim demum procedant ad majora. Quia igitur ex singulis ecclesiis, quæ pia, quæ religiosa, quæque honesta sunt, tenemur eligere, & ea tanquam fasciculum in angelorum colligare: præcipimus, ut episcopi in his quantur canonicas sanctiones. Minores etiam Ordines, quando id potest fieri, bono modo pro sacramenti reverentia dentur aliquotiens combinati. Et recipientes eos, seu simul, seu sigillatim, in vulgari lingua publice instruantur de distinctione Ordinum, officiorum & characterum, ut de profectu gratiæ, quæ in singulis Ordinibus digne accendentibus augmentatur.

VI. De Confessione.

Sacramentum Pœnitentiæ, naufragantium remedium singulare, per quorundam insipientium sacerdotum debito caret fructu: & qui credit a fluctibus emergere, perniciosius in damnationis pelagum demergitur, dum de facto absolvunt plurimos, quos de jure absolvere nequeunt, & vivificant, ut ait propheta, *propter pugillum bordei & fragmentum panis, animas que non vivunt*, utpote absolveres de facto excommunicatos de jure, & præcipue ab Oxoniensi concilio, propter lationem seu perturbationem ecclesiasticæ libertatis, vel propter consimilia scelera in eodem concilio simili poena damnata, seu decimas, seu alia jura ecclesiastica detinentes. Quibus obistentes ut seductoribus animarum, & pulvillo consuentibus sub cubitis reproborum: omnibus cautis provinciæ confessoribus, sub nobis & coepiscopis nostris constitutis, strictius inhibemus, ne de cetero per absolutionis signaculum, quod novimus sine satisfactione debita & speciali commissione archiepiscopi & episcopi tenere, dum sunt in suis sceleribus pertinaces. Existimantes nihilo minus huiusmodi, non tam confessores, quam fovearum diaboli confessores, peccare gravissime, cum convincantur saltem tacite eisdem sceleribus consentire, & scelerosos in sua perfidia confortare. Unde caveant ipsi,

Hic aliquid
deest.

c Forte, verborum. H.
d Forte,
quod H.

Deest
fuit

ANNO
CHRISTI
1181.

* for. Incul-
cari

vox certe
PLA.

* Corr. Insi-
pientiam.

Excb. 13.

* Deest non
* hoc non
coherent.

ANNO CHRISTI 1321.

ne eodem cum talibus excommunicationis laqueo involvantur.

Cum insuper nos dudum pluralitatem beneficiorum sacrilege usurpata cohibere volentes, inhibuerimus sub pena excommunicationis, ne quis de facto ad tales in suis futuris & sacrilegis consumaces manus extenderet absolvendos: quidam tamen sacerdotes post Belial, quamdiu salvatoris contrarium facere præsumperunt, occidentes animas Christi sanguine redemptas, & enervantes disciplinam ecclesiasticam. Istos igitur, quasi vulpes demolientes vineas Domini veraciter reputantes, sub pristina districtione iterato precipimus, quatenus a talibus absolvendis de cetero abstinant, & ad renunciandum beneficiis illicite obtentis vel retentis, sollicitè inducant: alioquin, sciant se certissime diem * maledictionis fulgere feriendos.

f. in die maled. fulgure fer.

VII. In eodem.

Sunt præterea nonnulli, qui pretextu quorundam privilegiorum generalium a sede apostolica obtentorum, ipse contra intentionem apostolicam auctoritate pontificali, ipsorum pontificum irrequisito beneplacito & assensu, ingerunt se subditorum eorumdem confessionibus audiendis. Quorum præsumptiones volentes reprimere, ut tenemur, prohibemus sub pena excommunicationis, ne quis de cetero, absque episcopi licentia expressa vel probabiliter præsumpta, confessiones suorum audiat subditorum, nisi in audiendis confessionibus a jurisdictione ordinaria diocesana, & metropolitana expresso tenore sui privilegii sit exemptus. Et si qui contrarium fecerint, procedatur contra eos, sicut contra privilegiorum temerarios abutores.

VIII. De Pœnitentia.

Præterea, cum juxta sacros canones peccata graviora, ut incestus, & similia, quæ vulgarissima suo scandalo totam commovent civitatem, sint solemniter pœnitentia castiganda: quorundam tamen negligentia id agente, hujusmodi pœnitentia videtur quasi in oblivionem tradita, & crevisse per consequens audacia, hujusmodi horrenda facinora & flagitia perpetrandi. Quocirca precipimus, ut hujusmodi Pœnitentia solemniter de cetero imponatur secundum canonicas sanctiones. Abolutionem autem ab homicidio voluntario, tam publico, quam occulto, solis episcopis, extra necessitatis articulum, reservamus: per quod minorum intendimus refrænare audaciam, & non majorum reverentiam in aliquo derogare.

IX. De uno confessore in qualibet decanatu faciendo.

Licet a sanctis patribus jampridem fuerit ordinatum, ut in qualibet decanatu unus sit rector, aut vicarius, litteraturæ sufficientis illustratus, gratiæ saneque laudabilis assignatus, ad confessionem rectorum, vicariorum, aliorumque sacerdotum, ac ministrorum ecclesiarum audiendam, injungendaque pœnitentia: ut sit mare facile in templi introitu, juxta templi typica sacramenta: hoc tamen hæcenus non fuit cleri moribus approbatum,

non sine multis Dei injuriis, ac celebrationibus * quæ extraditionibus potius dicerentur. Ordinationem igitur prædictam a disuetudine revocantes, precipimus, ut ipsa de cetero inviolabiliter observetur. Ex hoc minime inhibere intendimus quin possint, si voluerint, ad alios communes pœnitentiarum, dum tamen constet, pro sacramento pœnitentiæ, convolare.

ANNO CHRISTI 1321.

Locus corruptus.

X. De informatione simplicium.

Ignorantia sacerdotum populum præcipitat in foveam erroris: & clericorum stultitia vel ruditas, qui diffinitione canonica filios fidelium instruere jubentur, magis aliquando ad errorem profuit quam doctrinam. Quidam etiam ceteris prædicantes non semper loca visitant, quæ magis constat mentis lumine indigere: testante Propheta, quod parvulus petierunt panem, nec erant qui frangerent: & alio clamante: Quia egeni & pauperes quaerunt aquas, lingua eorum siccis aruit. In quorum remedium discriminum statuendo precipimus, ut quilibet sacerdos plebi præsidens, quater in anno, hoc est, scilicet in qualibet quarta anni, die uno solemniter vel auribus, per se, vel per alium, exponat populo vulgariter, absque cujuslibet subtilitatis textura phantastica, quatuordecim fidei articulos, decem mandata decalogi, præcepta evangelii, duo scilicet geminæ caritatis, septem opera misericordiæ, septem peccata capitalia cum sua progenie, septem virtutes principales, ac septem gratiæ sacramenta. Et ne quis a prædictis per ignorantiam se excuset, quæ tamen omnes ministri ecclesiæ scire tenentur: ea perstringimus summaria brevitate.

Thren. 9. 11. a. 11.

Sciendum igitur septem esse fidei articulos pertinentes ad mysterium Trinitatis: quorum quatuor pertinent ad Divinitatis intrinsicam, tres vero ad effectus. Primus est unitas Divinæ essentia in trium personarum indivisibili Trinitate, juxta illud, Credo in unum Deum. Secundus est, credere patrem ingenitum esse Deum. Tertius est, credere Filium genitum esse Deum. Quartus est, credere Spiritum sanctum, nec genitum nec ingenitum esse Deum, sed a Patre & Filio pariter procedentem. Quintus est, creatio cæli & terræ: hoc est, omnis visibilis & invisibilis creaturæ, a tota indivisibiliter Trinitate. Sextus est, sanctificatio ecclesiæ per Spiritum sanctum, & gratiæ sacramenta, & cetera omnia quæ communicat ecclesia Christiana. In quo intelligitur, quod ecclesia cum suis sacramentis & legibus, per Spiritum sanctum omni homini quantumcumque peccatori sufficit ad salutem: & extra ecclesiam non est salus. Septimus est, confirmatio ecclesiæ per gloriam æternam, in anima & carne veraciter suscitanda, & per oppositum intelligitur damnatio reproborum.

Item alii septem articuli pertinent ad Christi humanitatem. Primus est Incarnatio, seu vera carnis assumptio ex sola per Spiritum sanctum virgine gloriosa. Secundus est, vera incarnati Dei nativitas ex virgine incorrupta. Tertius est, veri Dei Christi passio & mors in cruce, sub tyrannide Pilati. Quartus est, descensus Christi Dei ad inferos inanima, quiescente corpore in sepulchro, ad spoliationem Tartari. Quintus est, vera Dei Christi

ANNO
CHRISTI
1181.ANNO
CHRISTI
1181.

resurrectio. Sextus vera ejus ad caelos ascen-
sio. Septimus est ejus venturi ad iudicium cer-
tissima expectatio.

Item, decem mandatorum veteris testa-
menti, tria ordinantur ad Deum, quae di-
cuntur mandata primae tabulae: septem vero
ad proximum, & dicuntur mandata secun-
dae tabulae. In primo prohibetur omnis ido-
latria, cum dicitur: *Non habebis Deos alie-
nos coram te*. In quo implicite prohibentur
omnia sortilegia & omnes incantationes, cum
superstitionibus characterum & hujusmodi
figmentorum. In secundo, cum dicitur: *Non
assumes nomen Dei tui in vanum*: prohibetur
principaliter haeresis universa, & secundario
omnis blasphemia & irreverens Dei nomina-
tio, praecipue in perjurio. In tertio manda-
to dicitur: *Memento, ut sabbatum serves*:
praecipitur cultus religionis Christianae, ad
quem differenter clerici & laici obligantur.
Unde sciendum est, quod obligatio ad ser-
vandam in sabbato legali, secundum for-
mam veteris testamenti, expiravit omnino
cum ceteris in lege ceremoniis, & successit
in novo testamento modus vacandi cultui
Divino diebus Dominicis, & ceteris diebus
sollemnibus: quibus diebus modus vacandi
non est sumendus a superstitione Judaica,
sed a canonicis institutis. Primum quidem
mandatum secundae tabulae. *Honora patrem
& matrem*. In quo explicite praecipitur tem-
poraliter & spiritualiter parentes honorare:
implicite vero & secundario omnis homo,
pro sui gradus merito, ex eodem mandato
intelligitur honorandus. In hoc autem manda-
to intelliguntur non solum pater & mater
carnaliter, verum etiam spiritualiter, ut pa-
ter sit praelatus ecclesiae mediatus vel imme-
diatus, mater autem ecclesi., cujus sunt filii
catholici universi. Secundum est: *Non occi-
des*. In quo explicite inhibetur illicita per-
sonae interemptio, consensu, opere, verbo,
& favore: implicite hic omnis iniusta perso-
nae laesio inhibetur. Unde spiritualiter occi-
dunt, qui non reficiunt indigentes: civiliter
occidunt, qui detrahunt, vel qui innocentes
opprimunt & confundunt. Tertium manda-
tum: *Non machaberis*. In quo explicite inhi-
betur adulterium, implicite vero fornicatio,
quae explicite prohibetur Deuter. xxiii. ubi
dicitur: *Non meretrix de filiabus Israel neque
scortator*. Inhibetur etiam in eodem manda-
to omnis conjunctio viri & mulieris, quam
bona matrimonii non excusant: omnis etiam
voluntaria pollutio, quocumque modo aliter
studiose procurata. Quartum mandatum est:
Non furtum facies. In quo explicite prohibe-
tur clandestina rei alienae, invito domi-
no: implicite vero omnis iniuriola seu per-
fraudem, seu per usuram, seu per violentiam,
seu per metum, rei usurpatio alienae. E
Quintum mandatum est: *Non loqueris contra
proximum tuum falsum testimonium*. In quo
explicite prohibetur falsa testificatio ad no-
cendum: implicite vero falsa testificatio ad
indignum contra merita promovendum. In
hoc etiam mandato omne mendacium, licet
perniciosum, condemnatur. Sextum
mandatum, *Non concupisces rem proximi tui*,
supple, ex injuria. In quo mandato impli-
cite inhibetur cupiditas possessionis immobi-
lis, catholici praecipue cujuscumque. Septi-
mum mandatum est: *Non desiderabis uxore*

*rem ejus, non servum, non ancillam, non
bovem, non asinum, nec omnia quae illius
sunt*. In quibus omnibus cupiditas pos-
sessionis alienae quantum ad res mobiles
condemnatur.

His autem decem mandatis duo superad-
dit evangelium: dilectionem Dei scilicet
& proximi. Deum diligit, qui ex amore,
non ex timore principaliter custodit. Pro-
ximum autem debet quilibet diligere sicut
seipsum: ubi haec conditio, sicut, non dicit
aequalitatem, sed conformitatem; ut videlicet
diligas proximum tuum ad quod te ipsum:
hoc est, ad bonum, non ad malum; & quo-
modo te ipsum, hoc est spiritualiter, non car-
naliter, secundum quod carnalitas dicit vitium.
Item quantumcumque te ipsum; hoc est in pro-
speritate & adversitate, sanitate & infirmi-
tate. Item, quantumcumque te ipsum respec-
tu temporalium, pro tanto ut plus diligas
omnem hominem & singulum, quam omnem
affluentiam temporalem. Item, sicut te ip-
sum, pro tanto, ut plus diligas proximi tui
animam, seu animae salutem aeternam, quam
tuam vitam temporalem; sicut animae tuae
vitam debes vitae praepone re carnis tuae.
Item, qualiter te ipsum, ut videlicet omni
alii in necessitate subvenias, sicut tibi velles
in necessitate subveniri. Et haec omnia intel-
liguntur, cum dicitur, *Diligas proximum
tuum, &c.*

Septem sunt opera misericordiae, quae ex
Matthaei evangelio patet: videlicet, fameli-
cum pascere, potare sitibundum, hospiti-
o recipere peregrinum, vestire nudum, vi-
sitare infirmum, consolari carceri mancipia-
tum. Septimum ex Tobia tollitur, scilicet
sepelire corpora mortuorum.

Septem exceptiones verum matrimonium
impediunt, ne effectum debitum sortiatur,
vel in quibuscumque causis, ut contra justi-
tiam processus ecclesiae diutius suspendatur.

Item, excommunicantur omnes illi, qui
gratia laici vel favoris malitiose imponunt
crimen alicui, cum apud bonos & graves
non fuerit infamatus, ut sic ei indicatur pur-
gatio, vel alio modo gravetur.

Item, excommunicantur omnes, qui va-
cante ecclesia, malitiose opponunt, vel op-
poni procurant quaestione de jure patrona-
tus, ut verum patronum a collatione ipsius
ecclesiae saltem impediunt illa vice.

Item, excommunicantur omnes illi, qui
malitiose contemnunt exequi mandata regis
de excommunicatis capiendis, vel eorum im-
pediunt captionem, seu procurant eorum in-
justam liberationem contra decreta ecclesia-
sticæ disciplinae.

Item, excommunicantur in concilio bona
memoriae Othoboni omnes illi, qui pro im-
pedimento pacis, seu compositione litigan-
tium, quicquam recipiunt, donec ipsum sic
receptum restituerint donatori.

Item, excommunicantur per eundem qui-
cumque de domibus, maneriis, vel grangiis,
vel locis archiepiscoporum, episcoporum,
vel aliarum personarum ecclesiasticarum, con-
tra ipsorum voluntatem, vel custodiam re-
rum earum, aliquid auferunt aut con-
sumunt vel iniuriolose contredant: qua sen-
tentia ligantur, nec absolvi possunt, donec
de injuria satisfecerint competenter.

Item, excommunicantur ab eodem quicum-
que

* Corr. usum
patio, vel
aliquid p-
tine.

* Corr. sci-
licet

* Deffe vi
detur non
data

ANNO
CHRISTII
1191.

que abstrahunt violenter reum, ad ecclesiam, vel cœmeterium, vel claustrum fugientem, vel qui ei victum prohibent exhiberi, vel qui res alienas in locis ipis depositas violenter asportant, vel asportari faciunt, vel qui asportationem talem factam nomine suo, vel a familiaribus suis, ratam habent, vel qui ad hoc publice vel occulte consilium vel auxilium præbuerint seu assensum.

Item, excommunicati sunt omnes, qui veniunt aut faciunt contra magnam chartam Angliæ, quæ sententia est per sedem apostolicam pluries confirmata.

De hac publicatione inquirent archidiaconi diligenter: & quoties presbyteros invenerint prædictam moralem instructionem, seu prædictas excommunicationum sententias, statuis temporibus minime populo prædicasse, toties eos arguant a pœna canonica castigandos, & supplicare compellant quod temere omiserunt.

XI. De hospitalitate tenenda.

Præterea, cum, sacro testante eloquio, pastores greges sibi creditos pascere teneantur, ac os bovis triturantis non debeat alligari: statuimus, ut rectores ecclesiarum, qui in ecclesiis suis non faciunt residentiam corporalem, nec habent vicarius, per æconomos suos hospitalitatis gratiam exhibeant, juxta quod sufficiunt ecclesiæ facultates: adeo ut parochianorum pauperum saltem necessitati subveniatur extrema, & ut qui ibidem transientes prædicant verbum Dei, recipiant necessaria corporis alimenta: ne ecclesiæ eorum, inopie violentia, a prædicantibus merito deferantur. *Dignus est operarius cibo suo: nec quisquam tenetur propriis militare.*

XII. De certificationibus faciendis.

Quidam ruralium decanorum, in citationibus faciendis contra communem juris ordinem, de Luciferiana veritute merito diffamantur: qui videlicet certificationem subdolum vendunt, pro pecunia, filiis falsitatis, nulla citatione ad notitiam citati ante certificationem hujusmodi, vel post eam, aliquatenus veniente: unde frequenter evenit ut innocens damnetur. In cujus nequitiæ remedium statuimus, ut nulli concedatur certificatorium, nisi die sollempni, inter Missarum sollempnia, in ecclesia ubi citatus fovet larem, vel amplius conversatur, publice recitatum: hoc adjuncto moderamine, ut citatus sufficientes habeat inducias, & ut die & loco sibi præfixis competenter valeat comparere. Quod si casu aliquo tantum tempus arceat, quod dilationi non pateat locus: citatione publice facta coram testibus, detur certificatorium in ecclesia vel alio loco publico, coram testibus fide dignis. Ita quod dies citationis & locus in ipso certificatorio exprimantur, & nulla fiat certificatio ante citationem: quod jurent se fideliter facturos decani.

XIII. De falsis procuratoriis non signandis.

Exhorrenda quorundam malitia perpendum accidisse, quod, aliquo pastore ecclesiastici beneficii in remotis agente, aliquis dolosus ipsius adversarius, domum ejus vel rem

aliam contra inhibitionem diu concupiscens, spiritu satanico se in lucis angelum transfigurans, fingit mendaciter prædictum absentem vocari coram iudice, & se ipse procuratorem existere, & vocare nomine absentis ad causam ejus in iudicio defendendam. Præterea etiam falsum procuratorem alicui decano vel superiori totum supplicat in hæc verba: *Quia sigillum meum patris est agnitum, peto ut sigillum auctoritatis vestre meo procuratorio apponatur:* & sic, data mercede iniquitatis, obtinet quod requirit. Deinde, obtento falso procuratorio, altero se ipse fingente adversarium mendaciter, licet ingreditur, & in hac fraude procedens, possessionem nanciscitur per sententiam, vero Domino, cujus status sic de facto subvertitur, hoc penitus ignorante. Volentes igitur tam detestandis fraudibus obviare, statuimus, ut nullus decanus seu archidiaconus, vel epus officialis, seu etiam officialis episcopi, sigillum suum alicui procuratorio apponat: nisi hoc ab eo petatur publice in iudicio vel extra iudicium, & is, qui procuratorem constituit, quem constet esse verum dominum, præsens corporaliter hoc requirat, ut fraus quælibet excludatur. Quicumque vero decanus, archidiaconus, vel officialis ejus, vel etiam officialis episcopi, ex certa malitia, contrarium fecerit, per triennium postea ab officio & beneficio sit suspensus. Quicumque etiam advocatus, hujusmodi facinus procuraverit, suspensus sit per triennium ab officio advocacionis, & inhabilis ad beneficium ecclesiasticum obtinendum. Quod si sit uxoratus aut bigamus, excommunicationi subiaceat ipso facto: eo quod per talem procuratorem actum fuerit vel procuratum, modis omnibus pro infecto penitus reputato. Procurator etiam ipse, totius falsitatis inceptor, ab omni actu legitimo perpetuo repellatur: & si qui nihilo minus super hoc convinci valeant, parti lætæ ad interesse & restituendum omnia damna teneantur.

XIV. Ne fiant clandestine inquisitiones.

Per provinciam nostram frequenter perpendum, multos ecclesiasticorum beneficiorum possessores suis beneficiis fraude diabolica spoliari. Dum enim nonnulli infernalis ignis facibus agitati, in ipsorum beneficia oculos ambitionis insigunt, procurant se per patronos præsentari ad eadem, impetrantes clandestinas inquisitiones fieri per decanos & alios, & possessiones nanciscuntur beneficiorum hujusmodi, iustis eorundem possessoribus hoc penitus ignorantibus. Unde contingit de petitore perfido fieri possessorem, & de possessore vero fieri actorem, omni iustitia reclamante. Nos autem cupientes a provincia nostra tantam nequitiam funditus extirpare: statuimus, & perpetuo ordinamus, ut nullus decanus, seu quisvis prælatus alius, exceptis personis episcoporum, quorum hac ordinatione auctoritas non ardeatur, inquisitionem faciat de præsentationis hujusmodi nepotio, nisi in pleno loci capitulo, eo, cui possessio ecclesiæ incumbit, vocato legitime, sub tanti temporis spatio, quo possit ibi prudentum virorum consilio prospicere, & defensionem status sui sufficienti remedio provide-

ANNO
CHRISTII
1191.

Corr. 90
121
Corr. procuratorium

Mark. 10.
"Deq. At-
prodis
Fide
1. Corr. 9. 7.

ANNO CHRISTI 1180.

ANNO CHRISTI 1181.

dere. Quicquid autem contra hanc ordinationem nostram fuerit attentatum, decernimus penitus non tenere. Ad satisfactionem vero nihilo minus de omni damno, quod idem possessor perpessus fuerit, decanum vel praelatum alium taliter clandestine inquirentes, presentis sanctionis concilio condemnantes: ambitiosum ipsum ab alio beneficio, sic nequiter ambitio, excludentes perpetuo, & nihilo minus eundem ab omni obtentu ecclesiastici alterius beneficii per triennium suspendentes.

A nibus deferentes, ad castitatem sanctimonialium custodiendam editis, cum ipsis sacrilegum incestum committere non formident. Cui horrendo flagitio remedium apponere cupientes, omnes tam clericos, quam laicos huiusmodi turpitudinis patratores, majoris excommunicationis sententia innodamus, solum * episcoporum huiusmodi absolutionem sententia reservantes, excepto mortis articulo, in quo absolvi valeant a quolibet sacerdote: ut * si convulerint, piaculum suum huiusmodi teneantur, sub pena praedicti anathematis, infra trium mensium spatium, propriis episcopis confiteri, aut sede ipsa vacante, custodi spiritualitatis aut decano ecclesiae cathedralis.

* for. for.

* for. ar.

XV. De firmis.

Vendentes & ementes qui de templo dudum cepit ejicere, si cepta penitus perfecisset, non fraudarentur pauperes firmarum contractibus, quibus convertitur in mammonam quod est Christi visceribus infundendum. Huic igitur pesti remedium apponentes, praecipimus firmiter observari, quod circa firmas in Oxoniensi concilio salubriter est provissum: ut videlicet ecclesiae ad firmam minime tradantur, nisi ex causis necessariis per suos episcopos approbatis. Statuimus insuper, ut nulli tradantur ad firmam nisi personis ecclesiasticis sanctis & honestis, quos locorum episcopi libere valeant coercere: proviso etiam, * parochiae pauperibus de firmis huiusmodi pinguis portio juri consona, secundum arbitrium episcopi assignetur, sub testimonio quatuor fidelium parochianorum eidem fideliter eroganda. Et ut ab huiusmodi firmis omnis contractus imaginarius subducatur, quia in personis clericorum falso suppositis, vel sub nomine ballivatus ecclesiae, ad firmam laicis conceduntur, sacro approbante concilio, ordinamus: ut si quis clericus in tali vertutia repertus fuerit, puniatur secundum statutum bonae memoriae Othoboni; & gravior, si praelatus visum fuerit expedire.

* For. ut parochie. II.

XVIII. Item in eodem.

Sanctimoniales plurimas in vagationis vitio delectatae, Dinae vagantis exemplo in consimile corruptionis scandalum, immo longe perniciosius, assidue prolabantur. Cui periculo providentes, magis intendentes earum salutem consulere, quam vanis earumdem desiderii complacere: sub poena excommunicationis totaliter inhibemus, ne qua illarum, etiam cum socia, ne dum sola, apud parentes vel affines, quantumcumque famae, vel eminentiae, vel religionis existant, ultra tres dies naturales, causa recreationis perennare, vel pro necessitate vel occasione, ultra sex dies, cessante infirmitate, commorari praesumant: nisi locorum episcopi aliud ex causa necessaria aliquoties videatur; de quo eorum conscientias in tremendo iudicio oneramus. Hanc autem ordinationem ad illas non extendimus, quae exterius coguntur mendicare, * sibi quaerere necessaria dum

* For. & sibi. H.

XIX Item in eodem.

Item, moniales quaedam tantum desipiunt, ut cum sint aetatis legitimae, & doli capaces, postquam ultra annum inter moniales monastice vixerint, putant se non esse professas, ac sibi licere redire ad saeculum, pro eo quod benedictionem episcopalem cum solemnitate voti emissi minime receperunt. Nos vero errorem huiusmodi excludentes, presentis concilii auctoritate declaramus, eas ipso facto professas existere reputandas, postquam ultra annum vitam sponte in collegio duxerint regularem: adeo ut ad saeculum redire nullatenus permittantur, nihilo minus ab episcopis cum solemnitate debita consecrandas suo tempore vel velandas. Idem etiam, quantum ad professionis vinculum, sentimus de monachis & religiosis aliis quibuscumque, nisi obstet canonicum: & eos, si ultra annum, religionis habitum in monasterio sponte detulerint, & ipso facto ad saeculum redierint, esse sicut apostatas ab ecclesiasticis officiis repellendos, & ad repetenda sua monasteria, secundum juris exigentiam, esse compellendos. De quibus diligens fiat inquisitio per archid. quoniam multos huiusmodi, sub ovino vellere, lupinum animum noverrint palliare.

* leg. archid. diaconum

XVI. De religiosi.

Plures religiosas domos invenimus ordinis sancti Augustini, quae, eo quod olim quibusdam matricibus ecclesiarum ultra maris adhaerant, a quibus modo, immo diurno tempore separatae noscuntur, occasione quarundam ceremoniarum a dictis matricibus acceptarum, per quas discrepant a ceteris ejusdem ordinis domibus in Cantuariensi provincia constitutis, nec conveniunt cum ceteris in capitulo generali, singulis trienniis, juxta generale concilium celebrando. Sed quia turpis est pars, quae non convenit suo toti: statuimus, ut de cetero omnes huiusmodi domus, salva sibi ceremoniarum observantia speciali, moveantur per locorum episcopos, ut veniant cum aliis canonicis in capitulo generali, de regimine & reformatione ordinis communiter tradaturi; vel si inter eos, quantum ad substantiam religionis, sit notabilis diversitas, igitur ipsis constituentur capitulum generale; alioquin hoc facere per censuram ecclesiasticam compellantur.

XVII. De corruptoribus monialium.

Tantum invaluit detestanda lubricitatis enormitas, ut quidam nec legibus, nec cano-

XX. De

ANNO CHRISTI 1582.

XX. De apostatis.

Præterea sunt nonnulli, quos apparet per facti evidentiam sæculum intendere perpetuo relinquere, & per certa indicia in claustris excubiis velle suo toto tempore Domino militare. Qui cum, prævalente in eis carnali desiderio, redeunt ad vomitum, sæculum repetentes inter sidera errantia computandi. Quavis igitur jura manifeste definiunt hujusmodi non posse habitum religionis omnino deserere, quin saltem in religione aliqua perpetuo maneat: luxuriari quidam cum atritate frontis audacia, apostaticæ infamiam non verentes, postquam absolute se velle tæculum relinquere ostenderunt, reliqua Jerusalem, redeunt in Ægyptum. Quocirca statuimus, ut ordinarii locorum tales cum omni diligentia investigent, & subtractione, tam officii, quam beneficii ecclesiastici, si quod habent, ad statum pristinum vel laxiorem regulam cogant pertransire. Quod si sint laici hujusmodi apostatæ: & ipsi ad salutis suæ studia per censuram ecclesiasticam compellantur. Hanc autem ordinationem ad illos non extendimus, cum quibus sedes apostolica aliter ordinavit.

* In Questis

XXI. Ne religiosi, executores testamentorum fiant.

Religiosa sinceritas ab omni secularis implicationis macula est eo salutius observanda, quo devotionis sanctæ simplicitas facibus retardatur, cum in curis extrinsecis mentis oculus distractus, ab unitatis studio præpeditur. Quocirca in concilio Lambethensi salubriter est provisum, ne aliqui religiosi, cujuscumque professionis, sint executores testamentorum, nisi de ordinariorum licentia & voluntate procedat. Cui statuto adjiciendum duximus, ut nullus religiosus permittatur executor alicujus existeret testamenti, nisi suus superior sufficienter caveat pro religiosis hujusmodi, quod exsequentur fideliter & reddent integre rationem de residuis, si quæ fuerint: de damnis, si quæ per ipsos evenerint, loci ordinario abique difficultate qualibet responsurus. Et quia nonnulli religionis habitum deserentes, licet non sint executores, tamen distributores defuncti bonorum efficiuntur temeritate propria vel imprudentia aliena, ex quo magnam provenire vidimus bonorum hujusmodi læsionem; idem circa hujusmodi distributionem præcipimus observari, quod circa executionem superius est provisum, ne aliter se executioni vel distributioni se immisceant, sub pena anathematis inhibentes. Unde qui sufficienter cavere non poterunt, sciant se tam ab executione, quam a distributione bonorum hujusmodi, præsentis dispositione concilii perpetuo elongatos.

* In Collectis
* Corr. factum

XXII. De habitu clericali.

Quamvis nomen religionis vitæ monasticæ loquentium usus appropriet, habet tamen clericalis honestas religiose vitæ gradum eximium, si ea custodiat vita & habitu, quæ sacri canones decernunt clericis observanda. Sed (proh pudor!) clerici plurimi hujus

Council. General. Tom. XXIV.

A in chymæ religionis, judiciorum antequam infamiam immutantes, qui greges glorias paternis honoribus prætulere, dum verecundantur clerici apparere, militari se contigunt apparatu: ut stultis placeant, quos constet cunctis sapientibus displicere, & satius reputari. Et cum corona sit character ecclesiasticæ militiæ & revelati cordis ac patuli radiis cælestibus insigne, ipsi ut veraciter ostendant se hujus characteris titulum erubescere, tena coronas abscondunt, quasi cælestes radios repellentes, & indiciorum infra corda sua gerentes, erroris velamine obscurata. Statuto igitur adherentes domini Othoboni, nihilo minus ordinamus, & distri-

ANNO CHRISTI 1582.

Atrodela hoc, et consequentia.

B de præcipimus, ut clericus quilibet in sacris ordinibus constitutus vestem exteriorem gerat dissimilem militaris: utpote antequam & posterior non birratam, vel saltem ex forma sua militari vel laicali congrua dissimilem honestate. Et qui secus facere præsumpserit, quamdiu formæ contrariæ vestem tulerit, ab ingressu ecclesiæ suspendatur. Et prædictus legatus contra portantes infulas, aut tenas coram prælatis aut coram populo publice deserentes: statuit, ut si moniti se minime emendaverint, ipso facto ab officio suspensionem incurrant. In qua si tres menses persisterint, a beneficio sint suspensi, a qua suspensione absolvi nequeant, nisi data cetera parte ecclesiasticorum bonorum suorum per manus episcoporum eroganda, nihilominus poenis aliis puniendi juxta arbitrium prælatorum. Nos igitur statutum hujusmodi advertentes modicæ efficacis hæcenus existisse, pro eo quod inferiores prælati hujusmodi clericos monstrosos non audeant monere; propter quod in poenas a dicto legato statutas videntur pusillanimitatis suæ merito incidisse, & rati episcoporum aspectibus clerici hujusmodi se præsentant, statuimus, ut omni monitione cessante, cum clericis ignorantia excuter, prædicti clerici suæ proterviæ merito quotiescumque publice coram populo vel prælatis hujusmodi infulas portaverint, nisi forsitan in itinere, in poenas omnes incidant supradictas. Caveant omnes illi, de quibus loquitur legatus, qui moniti infularum insolentiam publice detulerint, per prætaxati temporis spatium, ne in suspensionem ab officio & beneficio inciderint merito culpæ suæ. Mandamus etiam in posterum, ut de talibus fiat per decanatus singulos inquisitio specialis, & cujuscumque sint gradus vel excellentiæ, contra eos in forma canonica procedatur.

* Corr. non excus.

XXIII. De filiis presbyterorum.

E Cum a jure sit inhibendum, ne absque dispensatione apostolica præficiantur filii presbyterorum aut rectorum in ecclesiis, in quibus patres eorum immediate seu proxime ministrarunt, & comitet ipsa beneficia vacare, si contrarium fuerit attentatum: præcipimus, ut prælati de ecclesiis sic vacantibus diligenter inquirent, & juxta juris exigentiam de eis differant ordinare, cautius præcaveant de cetero, ut clerici ad hujusmodi beneficia nullo modo admittantur, ne contra justitiam in hereditate Crucifixi, per surreptionem, locus pateat successioni.

D d XXIV. De

ANNO
CHRISTI
1531.

XXIV. De institutionibus.

Ex solito cursu causarum multos comperimus conquerentes, quod nonnulli coepiscopi nostri clericos presentatos ad vacantes ecclesias admittentes, litteras testimoniales eis recusant impendere facti sui: propter quod suboriente inter huiusmodi presentatos & alios materia questionis, subcumbit plerumque veritas falsitati. Nos autem ecclesiasticis regulis adhaerentes, quae fidem gestorum ex legalibus colligunt instrumentis: statuimus, ut unusquisque episcopus clerico, quem ad ecclesiam aliquam admittit, litteras patentes de sua admissione concedat: inter alia continentibus in quo assistat ordine, & quo titulo ad huiusmodi beneficium admittatur.

XXV. De clericis plura beneficia occupantibus.

Langor prolixior gravat medicum, nec faciliter evellitur plantatio infernalis, quae in innumeris perditionis filiis est infixae; nec alicui mortalium legitur esse concessum, similem totam convertere multitudinem impiorum, sacra pagina testante: *Deus* (inquit) *consumet nationes has in conspectu tuo paulatim, atque per partes.* Sane ecclesia Anglicana a membris putridis ac falsis clericis ab olim constituit plagas duras, qui pompae & avaritiae aestibus inflammati, beneficia cum cura, absque dispensatione apostolica, ac contra canones acervantes, nec veriti sunt haereticas animas perdere adquisitas sanguine Redemptoris, nec erubuerunt fures existere, & vitam infamem agere tandem, donec horrenda morte, ut in multis vidimus, Divinae severitatis flamma percussis, de medio sunt sublati. Quoniam plagam paulatim atque per partes sanare cupientes, huiusmodi multiplicationem in futurum salubriter inhibebimus, circa adventus nostri principium, sub certa forma rigoris, ne quis auderet extunc huiusmodi pluraliter se involvere ullo modo; praeteritam etiam minis salubribus decernentes, quas minas intendimus, auctore Deo, effectui mancipare; ut sic, juxta sacra eloquia, radicatam nequitiam valcamus paulatim quidem, dicente Scriptura: *Non poteris eas delere pariter, ne forte multiplicentur contra te bestiae terrae.* Huiusmodi autem processus nostris conatibus boni fructus ex ordine contulit pietas Redemptoris, dum saltem ex prophetica prillina effrenatio beneficia huiusmodi sine scrupulo admittendi, quibusdam dedit compunctionis spiritum, ut damnata pluralitatis suae magnam partem abiciderint: quibusdam insuper vel ut superfluitatem suam nostrae submisserint discretionis arbitrio moderandam. Qua submissione noverint universi, huiusmodi excessus non purgari vitium, cum non possimus cum ipsis in talibus dispensare, licet purgationem huiusmodi quodammodo, quamvis tenuiter, inchoare. Ceteros autem omnes & singulos huiusmodi pluralitatem damnabiliter occupantes, & in suae adhuc persistentes supercilio arrogantiae, monemus primo, secundo & tertio, quia cum parata

*Corr. Quorum plarum.

*Deest vel-
tere, aut
quid simile.
Deut. 7. 22.
Mendis car-
tens locus.

A sit eis absorbendis, nisi citius penitentiam egerint, vorago infernalis, mola stinaria deprimente, ulteriori deliberationi nulla potest concedi dilatio, quatenus huiusmodi beneficium libere & absolute infra sex mensium spatium in episcoporum suorum manibus omnino resignent; satisfacientes nihilo minus, ut eorum status patitur, ecclesiae sic fraudatis: numquam per se vel per alios clam, vel palam, vere vel imaginarie, aliquid de huiusmodi fructibus illicite recepturi. Salvo nobis jure de illis beneficiis ordinandi, quorum collatio est ad nos per lapsum temporis devoluta: alioquin, extunc contra ipsos, favente Altissimo, in forma canonica procedemus. Interim autem hac monitione nec nobis, nec fratribus coepiscopis nostris praedicare intendimus, quin contra huiusmodi ordinario progressu particulariter procedatur.

XXVI. De advocatis.

Veloces ad audiendum, & tardos ad loquendum existere beatus Jacobus imperat, & a juventute usque ad maturitatis annos edoctum decet ceteris praestare ducatum. In schola siquidem Pythagorae, quinquennale tenebant auditores silentium, priusquam de illa vel de alia gentium sapientia disserere sinerentur. Cujus prudentiae disciplinam plurimi advocatorum huiusmodi temporis non sectantur: quin potius post unum librum juris vix auditum, arrogant sibi officium in causis ecclesiasticis publice postulandi. Et quia veritatem juris ignorant, ad fraudes horribiles impeditivas processus judicialis tantummodo se convertunt. Cui petiti remedium appone-re cupientes, statuimus, ut nullus de cetero admittatur advocacionis officium publice exercere, nisi prius ad minus per triennium audierit cum diligentia jus canonicum & civile. Huiusmodi autem fidem nec condigno apparet testimonio, nec per facti evidentiam proprio faciam sacramento.

*Locus
m. adofus.

XXVII. De suffragiis pro archiepiscopis & episcopis habendis.

Ingratitudinis vitium plurimum est detestandum, & subditorum praecipue ad praelatos, qui sollicite pervigilant, tanquam rationem reddituri pro sibi creditis animabus. Quocirca statuimus, ut archiepiscopo vel episcopo decedente, quilibet sacerdos tam religiosus quam secularis, qui defuncto subditus exstiterit, pro ipso Missam unam dicere teneatur. Fratres etiam & coepiscopi omnes, in congregatione sua sequenti proxima faciant sollempne officium simul pro defuncto: singuli nihilo minus in cappellis suis condigna suffragia exhibentes, sicut desiderant sibi in casu consimili exhiberi.

Datum apud Lambeth ultimo die concilii, scilicet, die Veneris sexto Idus Octobris, E. littera Dominicali, anno Dom. MCCLXXXI. Indictione nona, Pontificatus domini Martini papae quarti primo: & anno regni regis illustris Domini Eduardi nono, & consecrationis nostrae vicelesimo tertio

ANNO
CHRISTI
1281.ANNO
CHRISTI
1281.

AD CONCILIUM LAMBETHENSE

Episcoporum & Cleri provincie Cantuariensis

Anno 1281. habitum

A D D I T I O N E S.

An. 1281.
Ex Wik.
no. II. pag.
50.
Ex Suppl.
Mans. com.
3. pag. 70.

Concilium hoc (forsan idem quod tri-
bus hebdomadis post Pascha hoc anno
indicium fuerat) celebratum fuit apud Lam-
beth septimo die Octobris, uti constat ex
mandato archiepiscopi Cantuar. citato in
registro Peckam fol. 175. b.

“ Frater J. &c. episcopo London. &c.
Quia pro necessitate ecclesie manifesta inten-
dimus Dei ope & gratia secundum sacrorum
canonum sanctiones instanti mense Octobri
apud Lambeth concilium celebrare, fraterni-
tati vestrae committimus, & in virtute obe-
dientie firmiter injungendo mandamus, qua-
tenus venerabiles fratres coepiscopos nostros
universos, nec non abbates, priores electi-
vos, exemptos & non exemptos, decanos
cathedralium & collegiarum ecclesiarum,
archidiaconos & capitulorum procuratores,
ceteris peremptorie per vos & per alios, quod
septima die dicti mensis coram nobis apud
Lambeth personaliter sint presentes, concili-
um ibidem secundum sacros canones cele-
braturi, nobiscum facturi & recepturi quod
ipsum sacrum concilium duxerit ordinandum;
denunciantes eisdem, quod contra absentes in
forma canonica procedemus. Nec debilitatis
excusationem sufficere reputamus illorum,
qui per maneria sua juxta dioceses suas &
extra, & ad alia loca per Cant. provinciam
se faciunt pro familiaribus negotiis in qui-
buscumque vehiculis deportari; mandantes in-
super singulis episcopis, quod secum deserant
in scriptis nomina omnium in forma prædi-
cta de suis diocesis ad concilium vocato-
rum. Denuncietis etiam ceteris omnibus,
qui sentiunt se gravatos, quod in casibus il-
lis, quorum correctionem ad concilium no-
scitur pertinere, audientis per Dei gratiam
eis in forma prædicta concedatur. Vos au-
tem prædictis die & loco in forma prædicta
comparentes, comite sanitate, certificetis nos
per patentes vestras litteras, quid feceritis de
præmissis. Valet in Christo & virgine glo-
riosa. Dat. apud Syndon III. kal. Augusti
anno consecr. nostræ tertio. “

Antequam autem concilium hoc congregatum esset, rex duas sequentes archiepiscopo Cantuar. misit prohibitiones, ne aliquid in eo agatur, quod in præjudicium coronæ & dignitatis sue regie cedere possit. Extant amba in reg. Peckam fol. 101. b.

“ Edwardus, &c. venerabilibus in Christo patribus J. Dei gr. Cant. archiepiscopo,

totius Angliæ primati, & omnibus episcopis,
& aliis prælatis in instanti concilio apud
Lambeth celebrando conventuris, salutem.
Mandamus vobis, quod sicut baronias ves-
tras, quas de nobis tenetis, diligitis, nullo
modo concilium de aliquibus, quæ ad cor-
nam nostram pertinent, vel quæ personam
nostram, vel statum nostrum, vel statum
concilii nostri contingunt, tenere, seu aliquid
contra coronam & dignitatem nostram in
eodem statuere præsumatis. Scitur pro certo
quod si feceritis, nos ad baronias vestras
graviter capiemus. Teste meipso apud Lind-
hurst 28. die Septemb. anno regni nostri
nono. “

“ Edvardus, &c. ven. in Christo patri-
bus J. &c. & omnibus episcopis, & aliis
prælati in instanti concilio apud Lambeth
&c. Vinculo juramenti nobis estis, ut nostis,
adstricti, quo nobis in omnibus ad coronam
& regiam dignitatem nostram spectantibus,
omnem quam poteritis fidelitatem observare
debetis. Quapropter vobis mandamus in fide
& fidelitate, quibus nobis tenemini, firmiter
injungentes, quod tam ad conservationem,
quam ad defensionem jurium nostrorum, &
regni nostri, omnem quam poteritis diligen-
tiam adhibere curetis. Et vobis omnibus &
singulis sub vinculo juramenti memorati, &
sub pena amissionis temporalium, quæ de
nobis tenetis, firmiter inhibemus, ne in præ-
judicium nostri vel ejusdem regni in dicto
concilio contra nos vel jura nostra, quibus
prædecessores nostri reges Angliæ, & nos ex
antiqua & approbata consuetudine usi fuimus,
procurare vel attemptare aliquid præsumatis,
vel etiam aliqui hujusmodi procurare, attemptare
seu statuere volenti, assensum præbeat. Sed
taliter vos habeatis in hac parte, quod vos
debeamus potius specialiter commendare,
quam de contrariis, quod absit, increpare.
T. m. &c. ut supra. “

Tho. Walsingham Hist. Angl. in anno
1281. ita de hoc concilio & constitutionibus
in eo factis loquitur. “ An. gratiæ M. CC.
LXXXI. qui est annus regni regis Edwardi
a conquestu primi octavus, frater Johannes
Peckam Cantuariensis archiepiscopus, ne ni-
hil fecisse videretur, convocat concilium apud
Lambeth; in quo constitutiones Othonis
& Octoboni quondam legatorum in Anglia
innovans, jussit eas ab omnibus custodiri. “

ANNO
CHRISTI
1281.

ANNO
CHRISTI
1281.

PROVINCIAE CANTUARIENSIS CONCILIUM

Anno 1281. habitum.

Ex Reg.
Ps. Alam.
fol. 55. a.
ibidem

Concilii hujus nihil superest aliud præter eas, quas hic subiungo litteras forte synodicas adversus monachos ceterosque exemptos, quos ad concilium venire detrectantes Joannes Cantuariensis archiepiscopus verbis, & facto ipso castigat. Litteras vero has damus ex Wilhins Concil. Britan. tom. 2. pag. 63.

Littera archiepiscopi Cant. contra exemptos non venientes ad concilium provinciale pro ecclesiis appropriatis.

Frater Joannes, &c. episcopo London. salutem, & sinceram in Domino charitatem. Celebraturi nuper, ut scitis, apud Lambeth provinciale concilium cum coepiscoporum nostrorum venerando collegio, universos nostræ provinciæ prælatos inferiores, quos conciliorum tractatibus interesse jubent sacri canones, vocandos decrevimus, ac inter ceteros religiosæ sanctimonie personas præcipuas, abbates scilicet ac priores, non solum episcopali gradui subiectos, juxta ordinem ecclesiasticæ hierarchiæ, verum etiam alios ab episcopali obedientia exemptos, ratione saltem ecclesiarum non exemptarum, quas in proprios usus, permittente Domino, detinent occupatas; sperantes nos solius Dei honori, ac communibus ecclesiæ Anglicanæ commodis servientes, eorum juvandos potentia, dirigendos consilio, & sanctitatis suæ meritis promovendos: exempti vero, tanquam pullos onagri liberos se putantes, minime vel modice condolentes suæ sanctæ matris angustiis, cuius viscera multi ex eis plus onerant quam honorant, quasi per effectum vel defectum verius de se dictum illud Joannis propheticum allegarent: animum quod foras extra templum ejice foras, & ne metiaris illud: nec porturientium cervarum audire rugitus, nec ad ipsum concilium in anxietate matris auxilium, consilium, & solatium venire dignati sunt, utpote filii alieni a se-

Amitis claudicantes; quin potius ne aliquo detumesceret dissentia eorum nimis elatio, nec procuratores ad suæ excusationem absentiam mittere curaverunt, tam reverendum collegium contempnentes, Agar ex parte sumiles, quæ illustrem despexit dominam, videns se divisionis filium concepisse. Sic agonizante olim Dei militia, & se laudabiliter periculis exponente, divisi a præstantibus Reubenitæ intra terminos proprios quieverunt, grecum sibilis delectati. Nos autem tam ingrata præsumptionis audaciam secundum sacri juris regulas corrigere cupientes; scientes, juxta salvatoris sententiam, contra nos esse qui nobiscum esse despiciunt, severitati tamen plurimum detrahentes quam possemus in contemptores hujusmodi, si vellemus, canonicè exercere; vobis in virtute obedientiæ, qua sedi Cantuar. tenemini, firmiter injungendo mandamus, quatenus omnes ecclesias non exemptas in London. diocesi. quarum nomina sub sigillo nostro præsentibus sunt appensa, exemptis monasteriis appropriatas, cujuscumque ordinis existant, auctoritate nostra sine moræ dispendio sequestrantes, eas faciatis sub arcto sequestro nihilominus custodiri, donec super hoc aliud receperitis in mandatis. Non exemptos quidem, quorum nomina in scheda annexa præsentibus continentur, quos nos propter eorum contumaciam ab ingressu ecclesiæ suspendimus, justitia exigente, sic suspensus faciatis publice nunciari; nomina vero ecclesiarum ipsarum, quarum fructus taliter sequestratis, & qualiter hoc mandatum nostrum fuerint executi, nobis proximo die juridico post festum sancti Thomæ apostoli significare curetis per vestras litteras patentes, harum seriem continentes. Dat. apud Morrelak XIV. Kal. Novembris, anno consecrationis tertio.



LITTERÆ JOANNIS ARCHIEPISCOPI

Cantuariensis, Edvardo ejus nominis regi Angliæ, post conquestum primo, de libertate ecclesiæ.

Edita a collectore Anglicano, ex MS. in registro principali archiepiscopi Cantuariensis, nuncupato Peckham.

Excellentissimo principi, ac domino Edvardo, Dei gratia illustri regi Angliæ, domino Hybernæ, & duci Aquitanie, ac ejus consiliarii: litteratis, frater Joannes, permissione Divina, Cantuariensis ecclesiæ minister humilis, totius Angliæ primas, cum omni reverentia & honore orationes anxius peccatoris.

Auctore Domino præcipimur majestatem regiam honorare, & ad idem beneficiis innumeris obligamur. Quia tamen oportet

Domino magis quam hominibus obedire, ad prævaricationem legum illarum, quæ Divina auctoritate absque omni dubio subsistunt, nulla possumus humana constitutione ligari, nec etiam juramento: quoniam quicquid Divinis beneplacitis adversatur, est illicitum & damnatum. Væ qui condunt leges iniquas. Quia igitur ab antiquo tempore, inter reges ac magnates Angliæ ex parte una, & archiepiscopos & episcopos ac clerum ejusdem regni ex altera, duravit amar a dissensio, pro

ANNO CHRISTI 1181.

ANNO CHRISTI 1181.

pro oppressione ecclesie, contra decreta summorum pontificum, contra statuta conciliorum, contra sanctiones orthodoxorum patrum, in quibus tribus summa auctoritas, summa veritas, summaque sanctitas consistunt: supplicamus regie majestati, quatenus pro honore Dei, ac anime sue, suorumque salute, ac prosperitate stabili successione sue ab imperatore omnium obtinenda, in cujus redundat injuria ecclesie, contra predicta conculcatio huic periculosa regno, & perniciose clero discedit, dignemur finem imponere salutarem, cui finis aliter imponi non potest, nisi vos sublimitatem vestram predictis tribus, scilicet decretis pontificum, statutis conciliorum, & sanctionibus orthodoxorum patrum, juxta Domini beneplacitum, cum catholicis imperatoribus dignemini inclinare. Ex his enim tribus sunt canones aggregati, & jura coronae vestrae, Christi coronae subponenda, cujus sunt diadema ac sponte sua monilia, univertae ecclesiasticae libertates, ipso per prophetam dicente. *Quasi sponsum decoratum corona, & tanquam sponsam ornatum monilibus suis.* Decretis autem summorum pontificum auctoritatem dedit omnium Imperator, dicens Petro in evangelio Matthaei: *Quidquid ligaveris super terram, erit ligatum & in caelo.* Ligat siquidem summus pontifex, non vinculis corporalibus, sed spiritalibus, sacris saltem legibus, quibus tenentur universi homines obedire; dicente eodem Domino per Moysen in Deuteronomio. *Qui superciserit, nolens obedire sacerdoti imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo suo, & decretis iustis, morietur homo ille.* Ab hac autem obedientia non est altitudo regia absoluta, sed plus quam ceteri laici ea interiores, eodem obnoxia. Unde subiungitur consequenter. *Postquam sederit rex in throno regni sui, describet Deuteronomium sui legis huius in volumine, accipiens exemplar a sacerdotibus Levitica tribus, legetque illud omnibus diebus vitae suae, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & caeremonias eius, quae in lege praecipita sunt, ut longe ipse regnet, ipse & filius eius.* Tenetur igitur rex ipse ex praecipito legis expresso, summo pontifici obedire: quod si non fecerit, timere potest rex legis insinuatione, ne regni sui prolongatio minuatur. Item Salvator ipse dixit in Lucae evangelio discipulis congregatis. *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.* Quod exponens dicit beatus Dionysius: Hierarchis in his quae agunt hierarchice obediendum est, sicut a Deo motis: ergo nulla obstante consuetudine obediendum est canonicis hierarchice impositis; hoc est sacris arbitriis praetatorum. Sed dicet forsitan ecclesiae inimicus, quod non pertinet ad summum pontificem iura huiusmodi legum vel canonum imponere principi saeculari, cujus nos cum universali ecclesia, & omnibus mundi sanctis & sapientibus, ex adverso contrarium affirmamus. Huic autem dissidio si quaeratur qualiter debeat pacis remedium adhiberi: docet Dominus in Deuteronomio ut supra, dicens. *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, & iudicium intra portas tuas videris verba carissimi: surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, venique ad sacerdotes leviticae gentis, & ad iurarem,*

qui fuerit illo tempore: quareque ab eis, qui indicabunt tibi iudicium veritatem; & facies quodcumque dixerint, qui praesunt loco quem elegerit dominus, & docuerit te iuxta legem eius. Ergo ad summum pontificem pertinet omnis controversiae terminatio, quae non potest per interiores iudices quocumque terminari.

Item quantae auctoritatis sit in ecclesia, in concilio, Christi nomine congregata, patet ex evangelio Matthaei, dicente Domino: *Ubi ego sum in medio eorum.* Et ibidem: *si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethiops & publicanus.* Qui igitur ecclesiae non obediunt, in concilio praecipue congregatae, haeretici sunt censendi. Item quantae auctoritatis sit sanctorum patrum sincerissima doctrina, patet testimonio Salvatoris dicentis in evangelio Matthaei: *Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Idem est ergo sanctorum patrum diffinitionibus resistere, quod Spiritus sancti oraculis adversari.

Haec attendentes imperatores catholici, leges suas omnes sacris canonibus subdiderunt, ne schismatici vel haeretici putarentur. Cum igitur ad vos, excellentissime domine rex, pertineat pax inclita imperii: & vos etiam tenemini leges vestras canonicas sustinere, & contrarias abolere. Turpis est pars quae tuo non convenit universo. Constantinus intus rex Angliae, & orbis nihilo minus imperator, universa concessit quae petimus, & specialiter personas clericorum, a totis praetatis ecclesiae iudicandas esse decrevit. Hoc idem Wygredus rex Cantiae, canones affirmans esse servandos, fieri concessit: ut patet ex concilio a Brighevaldo archiepiscopo celebrato, anno Domini septingentesimo nonagesimo quarto. Hoc & rex Canutus de personis ecclesiasticis, in suis scriptis legibus diffinit. Sanctus etiam Edvardus in regnum Angliae sublimandus, prius juravit se leges Canuti regis inviolabiliter servaturum. Vilhelmus etiam rex, cui sanctus Edvardus regnum contulit, leges ipsius sancti servandas esse concessit: Ut si quis pacem ecclesiae infringent, ab episcopis sit iustitia exercenda, & non a regis iustitarius, nisi propter episcopi impotentiam vel neglectum. Et plura alia sanctissima sancivit: quae servata, honori Domini proficerent, & regis merito coram Deo. Ecclesiam etiam huius intus credimus fuisse in possessione libertatum quas petimus, tribus temporibus regum diversarum linguarum intus supradictae, tempore scilicet regum Britannorum, sicut patet de parte illius ecclesiae, quae haecenus mansit in partibus Walliae, quae contra libertates huiusmodi non didicit conculcare. Item tempore regum Anglorum, utpote regum, Cotti, & Ardenuti; & praecipue ac indubitanter tempore sancti Edvardi. Item tempore regis primi Normannorum triumphatoris incliti, domini Vilhelmi primi, & oppressiones quas plangimus, credimus sumpsisse exordium tempore regis Henrici primi, & praecipue regis Henrici patris Henrici junioris, quando noluit articulos gravaminum, per consentium sancti Thomae archiepiscopi, & ceterorum pontificum Angliae confirmari. Quibus, quia noluit conecere, sustulit exilium, & huius occasione postea passionem. Si igitur

1181.

Matth. 16.

Deuterom.

ibid.

1181.

Deuterom.

Matth. 16.

rur

ANNO CHRISTI 1182.

tur martyrem non facit pœna, sed causa, illiciti & damnabiles sunt articuli, quibus quia assentire noluit, sustinuit agoniam: cujus injuriæ tollens repetuntur, quotiens clericus vel ecclesia contra canones illos opprimitur, quos voluit observari.

Corr. v. stro

Quia igitur, excellentissime domine, ista vobis metu conscientie cogimur scribere, sicut volumus in tremendo judicio respondere, supplicamus humiliter, quatenus istis nostris exhortationibus aurem dignemini inclinare, qui & juramento nostro tenemini, a regno nostro malas consuetudines extirpare; nec juramento aliquo potestis ad ea quæ repugnant libertati ecclesiasticæ obligari. Et ex abundantia ab omni vos juramento absolvimus, quod potest conscientiam vestram contra ecclesiam aliquam excitare: & firmiter opinamur, quod vos nec animæ vestræ potestis salubriter prospicere, nec stabilitati regni vestri in posterum providere, nisi exhortationem nostram dignemini exaudire, pro qua tot sancti patres, & penultimus sanctæ memoriæ dominus Bonifacius, illustris genitricis nostræ avunculus, tam anxie laborarunt: Ad quod bonitatem cordis vestri credimus esse proclivem, nisi vos decipiant impii suggestores: quod si fecerint, Altissimo supplicamus, ut eos sic temporaliter feriat, ut ipsorum animæ salvæ fiant. Datum apud Lamethe, quarto Nonarum Novembris, anno Domini MCCLXXXI. consecrationis nostræ anno III.

Quæ debeant in Ecclesiis inveniri per rectores, & quæ per parochianos.

ANNO CHRISTI 1181.

Vidit collector Anglicanus, ex MSS. bibl. Cotton.

Statuta fratris Joannis Peckham Cantuariensis archiepiscopi, ad doctrinam præsentium, & memoriam futurorum.

Cum plerumque altercatio inter rectores ecclesiarum in provincia Cantuariensis constitutos, eorumque parochianos, super variis ornamentis, rebusque ecclesiasticis, quæ & quanta & quomodo ad rectores pertineant infra scripta; quæ autem ad eorum parochianos: & sic altercatum plerumque: tenent pro doctrina quæ sequitur, ut docti existant parochiani in singulis subsequentibus certiores, sciant, intelligant, & observent taliter universi: quod calix, missale, vestimentum ipsius ecclesiæ principale, videlicet casula, alba munda, amictus, manipulum, zona, cum duabus tuellis, crux processionalis, alia crux minor pro mortuis, feretrum, thuribulum, lucerna, cum tintinnabulo, velum Quadragesimale, manuales, vexilla, campanæ, vas ad aquam benedictam, cum sale & pane, osculatorium pacis, cereum paschale, cum candelabro, campanæ in campanili & cordæ, fontes cum seruris earumdem, reparatio navis ecclesiæ interioris & exterioris, tam in altaribus, quam in imaginibus, fenestraq; vitreæ, cum clauturis cœmeteriorum, ad ipsos parochianos pertinent omnia supradicta.

Hoc mem. 494

Cetera autem omnia, tam in reparacione cancelli, quam ornamenta hujusmodi, interioris & exterioris, secundum diversas ordinationes & constitutiones approbatas, debent a locorum rectoribus seu vicariis reparari.

ANNO CHRISTI 1182.

AQUILEJENSE CONCILIUM

ANNO CHRISTI 1182.

A Raymundo Patriarca Aquilejensi

Anno 1182. habitum.

An. 1182. Synodi hujus provincialis acta, quæ anno 1182. nulla extant apud Labbeum, sufficit P. de Rubris in Monumentis Ecclesiæ Aquilejensis cap. LXXIX. Perfamilia sunt, & in multis eadem cum canonibus concilii anni 1339. Sed & in multis discrepant; quare hic danda censio adscriptis in margine locis, quæ in statutis illis posterioribus representantur.

CONSTITUTIONES PROVINCIALES AQUILEJENSES.

Hoc totum deest in conc. an. 1319. Ex Suppl. Mansi tom. 3. pag. 74.

Raymundus Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriar. ad præsentium certitudinem, memoriam futurorum. Super speculam a Domino constituti ex injunctæ nobis servitutis ministerio super grege sollicitudini nostræ commisso, ne veri pastoris nomine abutamur, mentem, & spiritum sollicitudine dirigere cogimur accurata; ut impetus, quos in eum facit hostis antiquus, aut præveniendi eminus propulsemus; aut si in eum per partem aliquam fraudulenta calliditate irrupit, cooperante divina gratia, collectis in unum viribus, excludamus. Consid-

erantes igitur, quod humani generis inimico, qui insidiari non desinit, procurante, sic jugiter crescit diei malitia, sic mala tempora invalescunt, quod divina tepet devotio, moribus & actis deformatis dissolute vivitur, & sacris reverentia non habetur: quinimmo peccatis exigentibus, impunita temeritas adeo excandescit, & per agrum licentiæ vagatur effrenis, quod pro dolor, libertas ecclesiastica miserabiliter ancillatur, nonnulli iniquitatis filii, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, exultantes in rebus pessimis, & cum male fecerint gloriantur.

Riantes, non solum ad ecclesiarum bona caeca cupiditate manus improbas moluntur extendere, verum etiam interdum in Christos Domini, & tangi prohibitos, delavire sacrilege non verentur: ad opportuna provisionis tam reformationis, quam obviantia remedia juxta possibilitatis nostrae modulum decrevimus recurrendum. Ea propter ad restaurandas ruinas graves, & varias, quibus ecclesiae Aquilegensis Diocesis & Provinciae subjacere noscuntur, & restaurandas scissuras quibus tam ipsarum, quam ecclesiasticarum personarum status multifariam remittitur fluctuare, diligenti studio, ne de negligentiae vitio damnari possimus, & summo patrifamilias, qui pro grege suo etiam mori dignatus est, cum ad exactionem processerit, de credita nobis dispensatione gratam valeamus reddere rationem, quantum fragilitati nostrae bonitas divina permittit, proviribus laborantes, ad honorem Dei, Cleri honestatem, animarum salutem, ecclesiarum commodum, & ecclesiasticae libertatis tutelam, praesenti sacra synodo approbante, infrascriptas constitutiones edimus perpetuo validuras: universis suffraganeis nostris in virtute obedientiae praecipientes, quod ipsas & diligenter observent, & per suos subditos mandent, & suo posse faciant observari. Subditis autem tam nostris, quam ipsorum suffraganeorum sub excommunicationis poena, quam ex nunc in transgressores hujus nostri mandati promulgamus his scriptis, mandantes ut eas studeant inviolabiliter observare.

De celebratione Festi Beatorum Hermachora & Fortunati, & eorum commemorationis faciendae.

Est primus
canon anni
1337.

Devotione congrua, & debitis honoribus gloriosus Christi Martyres Hermachoram, & Fortunatum, S. Aquilegensis ecclesiae Patres pariter & patronos, a grege nobis credito venerari, ut eorum apud Dominum adjuvetur patrocinis, cupientes, ipsorum festum per Aquilegensis Civitatem, diocesim, & provinciam sollempniter a Clero & populo anniversary celebrari, ac per ecclesias ejusdem civitatis, & Diocesis, & provinciae universas, singulis diebus ferialibus in Maturinis & Vesperis eorum commemorationem fieri cum Antiphona, & collecta, & eorum in eisdem Ecclesiis praecipimus haberi legendam.

De divinis Officiis celebrandis devote.

Conc. anni
1337.

Quoniam reverentiae, ac devotionis sinceritas obsequia etiam modica reddit grata, divina officia ut grata sint Domino & accepta, reverenter, & devote juxta SS. Patrum

A statuta & consuetudines in Ecclesiis rationaliter hactenus observatas, statuimus celebrari.

De vita, & honestate Clericorum.

ANNO
CHRISTI
1337.

In canonicarum sanctionum observationibus Clerum nostrae Civitatis, Diocesis, & provinciae dilatato corde currere delectati volumus & mandamus. Sanctorum Patrum Canones necnon constitutiones tam per ipsos, quam per Reverendum Patrem, & D. Fratrem (a) Latinum Ostiensem, & Veletrensem episcopum, tunc Apostolicae Sedis Legatum super vita & honestate Clericorum editas, in Aquilegensis Civitate, Diocesi & Provincia in omnibus observari.

Conc. idem

Contra Sacrilegos in personas Ecclesiasticas uxcedentes.

Horribilium scelerum nefanda praesumptio, sic fallente Diabolo, contra Clerum noleitur esse visse, quod clericalis ordinis dignitas non tam in minoribus, verum etiam in majoribus prout etiam experientia docente praesertim didicimus, contemptui, & morti exponitur. Conteruntur velut vasa testea filii Sion incliti; & sicut oves ad occisionem deputantur a Belial filio Ecclesiae filii, & Praelati, in quibus Dei Filius se honorari asserit, & contemni, & pupillam oculi tangi prohibens in eisdem. Ne igitur magis & magis per impunitatis licentiam crudelium insoleat cervicositas, impiorum & superbia invaleseat, statuimus, & sancimus, quod si contingat D. Patriarcham Aquilegensis, qui pro tempore fuerit, capi, (b) quod ablit: omnes deus suffraganei, quomodo id ad notitiam ipsorum pervenerit, Aquilegensis Capitulum nunciare teneantur apud Aquilegiam, si absque proprio periculo potuerint, vel apud locum alium, quem idem Capitulum duxerit statuendum, tractaturi cum effectu de libertate illius, praefixo eis termino personaliter convenire. Donec autem detentus fuerit, in tota Aquilegensis Civitate, Diocesi, & Provincia Divina sint officia interdicta. Sacrilegi quoque qui praesumpserint in eum taliter manus extendere, ac eorum complices, & fautores, cujuscumque praesentiae, dignitatis, aut status existant, singulis diebus Dominicis, & festivis, pulsatis campanis, & candelis accensis per universas tam Cathedralis, quam Collegiatis, & Parochiales Ecclesias Civitatis, Diocesis & Provinciae memoratae, postquam per Aquilegensis Capitulum ipsorum nomina suffraganeis scripta fuerint, nominatim excommunicati publice denunciantur; & tam ipsi, quam eorum filii, & heredes, usque in

NOTE C. V. PATRIS DE RUBEIS.

(a) Frater Latinus cognomine Malabranca, quem & de Frangipanis & Ursinum appellatum legitimus, Filius erat Sororis Joannis Ursini Tit. S. Nicolai in Carcere Diaconi Cardinalis, qui postea summus Pontifex fuit Nicolaus III. appellatus, & patris ex gente Malabranca equalis nobilitatis conjugum. Ordinis Praedicatorum alumnus ab eodem Nicolao III. ad purpuram evedus fuit, renunciatusque Ostiensis, ac veletrenus Antistes. Legatum Sedis apostolicae curae Bononiae & in tota Emilia, Florentiae, & in Tuscia, ut Guelforum compesceret, & Gibellinorum seditiones. Plura disserunt Quercius & Echarius in Bibliotheca scriptorum ordinis praedicatorum. Constitutiones, quas Latinus de Vita & honestate Clericorum ediderat, servari mandat in Aquilegensis provincia Raymundus Patriarcha.

(b) Recons adhuc vigeat memoria Gregorii de Montelongo, quem Albertus Comes Gorititanus ceperat, & in carcerem trulerat. Rem narravimus cap. LXXV. allegatis Clementis Papae IV. Epistolis, ac Juliani & Dandali Chronicis.

in quartam generationem omnibus feudis, A
quæ tunc tam ab Aquilegenſi eccleſia, quam
ab aliis eccleſiis ſub ſuffraganeis ſuis ſubje-
ctis habuerint, & univerſis dignitatibus, be-
neficiis, honoribus, & officiis, quocumque
nomine cenſentur, tam Eccleſiaſticis, quam
ſecularibus, quæ tunc in Civitate, Diœceſi,
& Provincia obtinuerint ſupradicta ſine
ſpe reſtitutionis perpetuo ſint ipſo factò pri-
vati, & inhabiles ad omnia obtinenda. Si
vero forte præterea de factò dignitates, be-
neficia, honores vel officia quamvis Eccle-
ſiaſtica, vel ſecularia, per collationem, ele-
ctionem, vel aſſumptionem fuerint aſſequuti,
collatio, electio, ſeu aſſumptio hujusmodi ipſo
factò non valeat; & nihilominus collato-
res, electores, & aſſumptores ipſi ſint ipſo
factò excommunicationis ſententia, quam in
eos ex nunc ferimus, innodati.

Si autem (quod Deus avertat) D. Pa-
triarcham Aquilegenſem, qui pro tempore
fuerit, contingat interfici, vel captum clau-
dere diem extremum in carcere, iidem ſaci-
legi, & eorum complices & fautores cu-
juſcumque ſint præminentie, dignitatis, aut
ſtatus, & ab ipſis deſcendens poſteritas uni-
verſa, in deſolationem tam horrendi ſeci-
leris, dignitatibus, beneficiis, honoribus, &
officiis omnibus, tam eccleſiaſticis, quam ſe-
cularibus, necnon feudis, allodiis, & bonis
aliis univerſis mobilibus, & immobilibus ſint
privati perpetuo, ac inhabiles ad alia obti-
nenda; & ipſorum bona omnia ad uſum &
utilitatem Aquilegenſis Eccleſiæ conſiſcentur.
Ejuſque ſucceſſor cum conſilio, & auxilio
ſuffraganeorum & capituli Aquilegenſis tam
apud Sedem Apoſtolicam, quam apud Im-
peratoriam majeſtatem, hujusmodi injuriam
perſequi teneantur. Ingrediente vero aliquo
eorumdem civitatem aliquam vel locum di-
ctæ Diœceſis, vel Provinciæ, ſtatim uſque
triduum poſt ejus recessum ibidem divina of-
ficia ſint ſuſpenſa. Qui autem eum ſciens
eſſe ſacrilegum, ſibi aliqua neceſſaria dederit,
vel vendiderit, ſive quovis modo præſtiterit,
aut ipſum hoſpitiuſuſceperit excommunica-
tionis ſententia, quam in eum proferimus,
ſubjaceat ipſo factò. Et inſuper loci Diœce-
ſanus, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, au-
xilio brachii ſecularis, illum, ſeu illos cape-
re toto poſſe labore, ipſius D. Patriarchæ
aſſignandos.

Ceterum, ſi contingat, D. Patriarcham
Aquilegenſem per aliquem laicum invadi de
guerra; omnes ejus ſuffraganei hominibus
ſuarum civitatum & Diœceſum, ne vadant
vel mittant in ſubſidium hujusmodi invalo-
ris, inhibere diſtictè teneantur: contraire,
vel mittere præſumentes, tam ſpiritualiter,
quam temporaliter, quanto durius poterant,
proceſſuri. Ei autem, qui ire vel mittere in
ſubſidium D. Patriarchæ voluerit, nullum
impedimentum præſtetur.

Si forte (quod abſit) aliquem Episcopum
Aquilegenſis provinciæ capi contigerit, tam
D. Patriarcha Aquilegenſis, quam omnes alii
ejuſdem Provinciæ Coepiſcopi, quæſcito in
ad eorum auditum pervenerit, ſacrilegos ip-
ſos & complices & fautores eorum, cujuſ-
cumque præminentie, dignitatis, aut ſtatus
extiterint, ſtatim inquirere; & poſt quam
ipſi D. Patriarchæ per capitulum ejusdem
Episcopum eorum nomina ſcripta fuerint, no-

minatim excommunicatos teneantur per uni-
verſas Eccleſias ſuarum Civitatum & Diœce-
ſum tam Cathedrales, quam Collegiatas,
& Parochiales pulſatis campanis, & candelis
accenſis ſingulis diebus Dominicis & fe-
ſtivis, denunciare ac facere denunciari. Quæ-
ſcito per ipſum D. Patriarcham vel per Aqi-
lejenſe Capitulum, abſente D. Patriarcha
vel Aquilegenſi Sede vacante, fuerint apud
Aquilegiam vel alium locum vocati præfixo
eis termino, ad tractandum efficaciter de de-
 liberatione ipſius capti Episcopum, convenient.
Civitas quoque, & Diœceſis ejusdem Episcopum,
nec non civitas & Diœceſis, in qua cap-
tus, vel detentus, aut ad quam ductus fue-
rit, Eccleſiaſtico ſubjaceat interdicitò, donec
libertati fuerit reſtitutus, & de damnis, &
injuria ſatisfactionem receperit competentem.
Ita tamen, quod ipſo Episcopo relaxato, ſint
ſuæ Civitatis, & Diœceſis relaxata divina,
niſi forte in ipſa civitate, vel aliquo loco,
ſeu Parrochia illius Diœceſis captus vel de-
tentus aut illuc deductus exſiſterit. In quo
caſu Civitati, loco, ſeu Parochiæ captivis,
ductionis & detentionis hujusmodi, niſi ip-
ſius ſatisfactione competenti præſtita, Divi-
na nullatenus relaxentur. Præſati vero ſaci-
legi, & eorum complices, ac fautores cujuſ-
cumque fuerint præminentie, dignitatis,
aut ſtatus, ac eorum filii, & heredes uſque
in quartam generationem omnibus feudis,
quæ tunc ab ipſo Episcopo, & ejus eccleſia,
& ab aliis Eccleſiis eidem ſubjectis habue-
rint, & univerſis dignitatibus, beneficiis, ho-
noribus, & officiis, quocumque nomine cen-
ſentur, tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus,
quæ tunc in civitate, Diœceſi obtinue-
rint memorata, ſint privati perpetuo, & in-
habiles ad alia obtinenda. Si autem poſtmo-
dum de factò dignitates, beneficia, honores,
vel officia Eccleſiaſtica, ſive ſecularia fuerint
eis collata, vel ipſi electi fuerint, ſeu aſſum-
pti, collatio, electio, ſeu aſſumptio talis non
valeat ipſo factò; & nihilominus ipſi colla-
tores, electores & aſſumptores ipſo factò ex-
communicationis vinculo ſint innodati.

Si quem autem Episcoporum dictæ Pro-
vinciæ interfici, vel captum in carcere con-
tingerit expirare; ſacrilegi hujusmodi & tota
poſteritas ab eis deſcendens dignitatibus, be-
neficiis, honoribus & officiis omnibus tam
Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, allodiis &
bonis aliis univerſis mobilibus, & immobili-
bus, quæ tunc in Civitate, & Diœceſi ha-
buerint ejusdem Episcopum, & feudis quæ tunc
obtinuerint ab ipſo Episcopo, & ejus Eccle-
ſia, & aliis eccleſiis ſibi ſubjectis perpetuo
privati ſint, & inhabiles ad alia obtinenda,
eorumque bona ad uſum, & utilitatem Ec-
cleſiæ ipſius Episcopum conſiſcentur. Cujus
etiam ſucceſſor cum conſilio, & auxilio D.
Patriarchæ, Suffraganeorum ejus, & Aquile-
genſis Capituli, & apud Sedem Apoſtolicam
& apud Majeſtatem Imperatoriam perſequi
hujusmodi injuriam teneatur. Si quando ve-
ro dictorum Sacriligorum aliqui civitatem
aliquam, vel locum Diœceſis, vel provinciæ
Aquilegenſis intraverit, ſtatim ſint ibi ſuſ-
penſa Divina, donec ibi fuerit, & triduum
poſt ejus reverſum. Is quoque, qui eum ſciens
eſſe ſacrilegum, neceſſaria quævis ei vendi-
derit vel donaverit, ſive quocumque modo
præſtiterit, vel eum hoſpitiuſuſceperit, ſit
ipſo

ipſo factō excommunicationis vinculo innodatus. Loci etiam Diœceſanus, illum, ſeu illos capere assignandos ſucceſſori dicti epiſcopi pro viribus elaboret, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Ad hæc, ſi aliquis Suffraganeorum Aquilegenſis Eccleſiæ per aliquem laicum fuerit de guerra invaſus, tam D. Patriarcha Aquilegenſis, quam omnes alii ſuffraganei ſuarum Civitatum, & Diœceſum, hominibus ne in ſubſidium dicti invaſoris aliquatenus præſumant ire, vel mittere diſtrictè inhibeant: & contra præſumentes huiusmodi, quanto durius poterunt, tam ſpiritualiter, quam temporaliter procedentes, nullum præpeditio- nis obſtaculum volentibus in ſubſidium ejuſdem Suffraganei ſe conferre, vel mittere aliquatenus interponant.

Ceterum, ſi D. Patriarcha Aquilegenſis, qui pro tempore fuerit, vel aliquis Suffraganeorum ejus in Civitate ſua vel caſtro, burgo, ſeu quocumque alio loco ſuæ juridi- ctionis obſeſſus fuerit, ita quod egredi, & regredi non valeat pro ſuæ libito voluntatis, ipſi obſidentes, ſi perſonæ ſingulares fuerint, cuiuſcumque præminentię, dignitatis, vel ſtatus extiterint, & eorum complices, & fautores, excommunicationis vinculo ſint ipſo jure ligati. Si autem Communitas alicujus Civitatis vel Terræ culpabilis fuerit in hoc facto, præſtando conſilium, auxilium, vel favorem quacumque machinatione, arte vel dolo; Civitas ipſa, vel terra Eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto. Si vero vaſalli fuerint, feudis, quæ ab ipſo Domino ſuo obſeſſo, ſeu ab ejus Eccleſia obtinent, ſint ipſo facto privati. Ad hæc ſi quem Episcopum Provincia memoratæ pro defenſione ſuæ Eccleſiæ, ac libertatis ejuſdem, vel pro exequutione, ſeu obſervatione Conſtitutionum huiusmodi, ejici de Civitate ſua forte contigerit, ipſo facto Civitas Eccleſiaſtico ſubjaceat interdicto: & tam Potestas, ſeu Rectores, quam Officiales, Conſules, Conſiliarii, & univerſi, qui ad hoc conſilium præſtiterint, auxilium, vel favorem, excommunicationis vinculo ſint adſtricti per Univerſas Eccleſias Cathedralis, Collegiatis, & Parochiales Aquilegenſis Civitatis, Diœceſis & Provincia, poſtquam per ipſum ſuis litteris D. Patriarchæ Aquilegenſis, & ſuis Suffraganeis ejectionis huiusmodi fuerit intimata, uſque ad ſatisfactionem condignam excommunicati, pulſatis campanis, & candelis accenſis, quolibet die dominico, & feſtivo publice nunciandi.

Si autem de Episcopatu ſuo ejectionis fuerit occaſionem aliqua prædictarum dictus D. Patriarcha cum aliis ſuffraganeis ſuis & Clero Aquilegenſis Civitatis, Diœceſis, & Provincia, ſibi cum quatuor equis & quinque perſonis ipſius perſonam incluſam teneatur in omnibus neceſſariis providere.

Circa inferiores quoque Prælatos, ut puta Abbates, Priores, Præpoſitos, Archidiaconos, Decanos, Archipreſbyteros, Plebanos, & quoslibet in perſonatu, vel dignitate conſtitutos; necnon Eccleſiarum Cathedralium Canonicos Aquilegenſis Civitatis, Diœceſis, & Provincia, ſi aliquem capi, vel interfici

aut captum in carcere mori contigerit; prædicta omnia ſicut circa Episcopos ſtatuumus, & præcipimus obſervari.

At ſi Clericus alius aut perſona Eccleſiaſtica prædictæ Civitatis, Diœceſis, vel Provincia captus, vel interfectus fuerit, vel captus in carcere forſitan expiraverit, ſacrilegus, ſeu ſacrilegi, & eorum complices, per omnes Eccleſias Civitatis, & Diœceſis, in qua ſacrilegium perpetratum extiterit, ſingulis diebus dominicis, & feſtivis, pulſatis campanis & candelis accenſis, excommunicati publice denuncientur. Civitas quoque (a) ſeu locus & tota Parochia, ubi tale ſacrilegium ſive capiendo, ſive detinendo, aut ducendo, vel interficiendo fuerit perpetratum, interdicto eccleſiaſtico ſit ſubjecta.

Si vero decanus, vel aliquis Canonicus Aquilegenſis Eccleſiæ, vel Prælatos, aut Clericus inferior præſatæ Aquilegenſis Civitatis, Diœceſis, ſeu Provincia pro defenſione jurium Eccleſiæ ſuæ, vel pro harum Conſtitutionum obſervatione, ſive executione fuerit de Eccleſia ſua ejectionis, Diœceſanus ipſius cum ſuo Clero ſibi ſecundum ejus ſtatutum providere teneatur.

Ne quis Episcopus alicui de aliena Civitate, vel Diœceſi, abſque ſui Diœceſani litteris conferat primam tonſuram.

Conſiderantes quod aliqui, non ut divinis inſiſtant obſequiis, ſed ut privilegio clericali muniti declinent in perpetratis ſeu perpetrandis malitiis iudicium ſeculare, clericali procurant; ſtatuumus, ut nullus Episcoporum noſtræ Provincia alicui de aliena Civitate, vel Diœceſi abſque litteris ſui Diœceſani, qui agnitionem habere debet ſui peccatoris pleniorum, primam tonſuram conferre præſumat. Qui autem præſumpſerit, per annum ab executione collationis huiusmodi ſuſpenſus.

De Statutariis contra Eccleſiaſticam libertatem.

Plerique indevotionis filii ſic Matris Eccleſiæ utero, pro qua etiam ſe defenſionis murum deberent exponere, alienos ſe reddere non reverentur; quod Dei timore poſtpoſito, & materna reverentia retrojecta, ſtatuta execrabilia, quæ ad juſtificationis colorem, Reformationes, ſeu Conſuetudines nuncupatione rei diſſona, nominant, cum deformationes, ſeu corruptelæ, ut nomen rei conſonet, verius dici poſſint, conſtare præſumunt in conculcationem Eccleſiaſticæ libertatis. Conſtitutione namque perpetuo valitura ſancimus, quod nulla ſtatuta, vel Reformationes, ſeu Conſuetudines, aut quævis edita, quocumque cenſeantur nomine, in Aquilegenſi Civitate, Diœceſi, vel Provincia contra Eccleſiaſticam libertatem edantur. Si quæ vero per Communitates, Potestates, Rectores, Ancianos, Officiales, Conſiliares, ſeu perſonas alias, cuiuſcumque ſint præminentię, dignitatis, aut ſtatus, fuerint edita, infra duos meſes ex nunc computandos de ſuis

ANNO
CHRISTI
1332.

ANNO
CHRISTI
1332.

(a) Hanc indicat conſtitutionem Juliano in Cronico Forojul. (a P. de Rubis ibid. vulgato) ad annum M. CC. LXXXIV. ubi eadem narra: Rubi Senefchalchi in Civitate Auſtria, quam propterea Eccleſiaſtico interdico ſuſpoſitam voluit Raymundus.

Suis Capitularibus totaliter aboleantur, per ip-
sos ullo unquam tempore iteranda. Hos enim
Potestates, Rectores, Judices, Ancianos, Of-
ficiales, Consiliarios, Scriptores & quoslibet
alios, cujuscumque sint præminentis, di-
gnitatis, seu status, qui eis uti in advocan-
do, judicando, vel alias exequendo de facto
præsumperint, & qui Constitutionis hujus-
modi extiterint contemptores, ex nunc pro
ex tunc præsentis scripto declarantes, auctori-
tate Canonum, excommunicationis sententias
subjacere; ac mandantes ab omnibus usque
ad satisfactionem condignam evitari, Civita-
tes contemptorum hujusmodi cum suburbis,
ac castra, & loca generali supponimus in-
terdicto.

*De occupatoribus bonorum, & juriurum ecclesia-
sticorum.*

Quin vero nonnullos sic seducit cæca cu-
piditas, quod voluntatis libito, abstinentiæ
ruptis habens, ad illicita relaxato, circa in-
vasionem & occupationem bonorum & ju-
rium Ecclesiasticorum tanto impudentius de-
lectantur, quanto qui ea eripiunt rariores
inveniunt Nos hujusmodi pravorum
improbis conatibus resistere cupientes. ne ne-
glecta incendia vires sumant; universos tam
Duces, quam Marchiones, Comites, Baro-
nes, Potestates, Capitaneos, Vavasores,
Communitates, & universitates Civitatum, Ca-
strorum, Villarum, & quorumcumque loco-
rum, ac Cives, & qualvis alias personas,
cujuscumque præminentis, dignitatis, ho-
noris, gradus, conditionis, status, & sexus,
qui loca, castra, villas, jura, jurisdictiones,
seuda, decimas, census, mutas, argentifon-
dinas, privilegia, instrumenta publica, seu
quaslibet alias scripturas authenticas, prata,
nemora, molendina, pascua, piscarias, pos-
sessiones, montes, vales, insulas, paludes,
aquas, salinas, domos, & alia loca quæcum-
que Ecclesiis, Capitulis, & personis Eccle-
siasticis Aquilegensis Civitatis, Diocesis vel
Provinciæ spectantia occupaverint, vel quo-
vis modo detinent occupata; vel Ecclesias
ipsas, Capitula, seu Ecclesiasticas personas
impediunt quominus eis libere pro suæ vo-
luntatis libito uti possint, aut in eis anga-
rias, vel parangarias exercere præsumunt;
aut qui prædictæ civitatis, Diocesis, vel Pro-
vinciæ Ecclesias aut Capitula seu Ecclesia-
sticas personas impediunt, ne in Terris, seu
possessionibus suis possint uti aquis, aquarum-
ve ductibus, salinas facere, vel molendina
construere, ac illis uti pro suæ libito volun-
tatis; præsentis constitutione diligentius admo-
nemus eis mandantes; ut infra duos menses
a præsentis constitutionis publicatione perem-
ptorie res ipsas & earum possessiones prædi-
ctis Ecclesiis, Capitulis, seu ipsarum Rectori-
bus, aut prælatis restituant cum effectu: de
perceptis etiam, & quæ percipi potuerunt,
ac de damnis, & injuriis illatis satisfaciant
competenter, ac ab exactione angariarum
& parangariarum & impedimentis ac occupa-
tionibus hujusmodi deinceps penitus conquie-
scant. Alioquin de voluntate & assensu Suf-
fraganeorum nostrorum, & tam nostra, quam
totius præsentis auctoritate Concilii, ex nunc
pro ex tunc in universos, & singulos, qui
hujusmodi Constitutionis tenorem per se vel

per alium, quæcumque machinatione, inge-
nio, arte, vel dolo violare præsumperint;
si Duces fuerint, vel Marchiones, Comites,
vel Barones, Capitanei, Potestates, Vavasores,
Cives, aut quævis alis personæ, cujuscumque
præminentis, dignitatis, honoris,
gradus, conditionis, status, vel sexus, excom-
municationis sententiam promulgamus: Civita-
tes, Terras, & loca eorundem Ducum,
Marchionum, Comitum, Baronum, Pote-
statum, Capitaneorum, & Vavasorum, seu
aliorum Nobilium interdicto Ecclesiastico sup-
ponentes. Si vero fuerint communitates, sive
universitates Civitatum, Castrorum, Villarum
& quorumcumque aliorum locorum, Potesta-
tes, Gastaldiones, Maricos, Rectores, An-
cianos, Conciliarios, & officiales ipsorum
voluntate, assensu, & auctoritate prædictis,
excommunicationis ex nunc vinculo innoda-
mus: & Civitates, Castra, Villas, & loca ec-
clesiastico supponimus interdicto. Non ob-
stante, quod detentores, seu occupatores hu-
jusmodi, illicitæ venditionis, locationis, con-
cessionis, impignorationis, seu infuscationis
sibi factarum per Prælatos, seu quaslibet
alias personas, juxta sanctiones Canonicas vel
Civiles, prætendant titulum, seu allegent:
Diocesanis auctoritatem & licentiam conce-
dentes, quod excommunicatos excommuni-
cationibus supradictis possint absolvente vice
nostra, & ibidem hujusmodi relaxare, cum
ab ipsis delinquentibus satisfactum fuerit com-
petenter.

*Contra defraudatores decimarum & Quartifor-
narum Ecclesiis debitorum.*

In tantum erroris demum quidam prolap-
si noscuntur, quod saluti animarum tempo-
rale commodum præferentes, decimas, quas
in signum universalis domini, sibi reservavit
Dominus in Ministris, eis subtrahere seu de
ipsis avaritiam defraudare præsumunt eod-
dem: non considerato prudenter, quod Ana-
nia, & Saphyra, pro eo quod agri pretium,
quem vendiderant, defraudaverint, ab Apo-
stolorum Principe terribili fuerint morte mul-
tati. Ea propter statuimus, quod omnes Sa-
cerdotes Aquilegensis Civitatis, Diocesis, vel
Provinciæ, sub excommunicationis pena,
qua, si secus fecerint, noverint se ligatos ab
omnibus, suorum confessiones audierint, spe-
cialiter inquirere teneantur, si ex suis posses-
sionibus, & earum obventionibus, & rebus
aliis, ex quibus decimæ, vel Quartifia solvi
debent, decimas & Quartifia illis Ecclesiis,
sive Prælati, Rectoribus vel Capitulis ea-
rundem, ad quas spectare noscuntur, inte-
gre duxerint persolvenda. Eis, quos decimas
seu Quartifia ipsa non plene solvissent repere-
rint, absolutionis beneficium nullatenus im-
pensuri, donec sibi non constiterit illos de
subtrahis, seu retentis satisfacturos, vel sa-
tisfactionem plenariam impendisse, & de sol-
vendo in posterum promississe. Ad cujus Con-
stitutionis observantiam Fratres Prædicatores,
Minores, Heremitanos, & Religiosos alios,
cujuscumque sint ordinis, teneri volumus &
mandamus.

ANNO
CHRISTI
1182.

*Ne excommunicatorum corpora tradantur Eccle-
siastica sepultura.*

Ne prout plerumque consuevit accidere, in animarum periculum, temporalis rei dispendium, ac transgressionis pejus incentivum, speratam satisfactionem & debitam absolutio adimat statuimus, quod excommunicatorum a canone, vel ab homine corpora, si ante mortem excommunicati denunciati fuerint, etiamsi fuerint absoluti, sepultura Ecclesiastica non tradantur; nisi prius de his, pro quibus excommunicati fuerant, damnum seu injuriam passo, si praesens fuerit, vel ipso absente in manus Dioecesei, seu eius Vicarii, aut Plebani, sive vices ejus gerentis, satisfactione, vel satisfactione praestita competenti. Si quis autem Sacerdotum, quacumque dignitate, professione, vel Religione praefulgens, hujusmodi Constitutionis transgressor extiterit, ab officio, & beneficio sit suspensus, & nihilominus corpora hujusmodi exhumentur.

Ut Suffragani Aquilegensis Ecclesiae ipsam singulis annis visitent, ut tenentur.

Fidei & dilectionis zelus, quo S. Aquilegensis Ecclesiae Sponsae nostrae adstringimur, nos, prout nos decet, circa ipsius honoris decorem negligentes esse non sinit. Nolentes igitur, Sponsam ipsam congruis honoribus defraudari, praecipimus quod omnes nostri Suffraganei praedictam Ecclesiam annis singulis, prout ex debito juramenti (a) tenentur, visitare procurent. Si vero, a quibus nondum nobis est praestitum debitum juramentum, infra mensem ex nunc praestare nobis nullatenus non omitant.

Ut quilibet suffraganeus Aquilegensis Ecclesiae praesentes Constitutiones habeat.

Ut autem praedictarum constitutionum plenior habeatur notitia, statuimus, quod quilibet Suffraganeorum nostrorum ipsas usque ad proximam Dominicam reminiscere, & habeat, & in Ecclesia sua publicet, vel faciat publicari; semel deinde anno quolibet in sua Synodo publicandas.

Actum Aquilegiae in Majori Ecclesia anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, Indictione decima, die vero quatuordecimo exeunte Decembre, & die sabbati sequenti in generali nostra Synodo Constitutiones ipsas laudante & etiam approbante, Dilectis Filiis Leonardo de Farnigaco Vicecedecano, & capitulo Aquilegeni, ac Venerabilibus Fratribus nostris Henrico Tridentino, Bernardo Vicentino, Adalgero Feltrensi (b) & Bellunensi, Ulcino Tergestino, Bono (c) Justinopolitano, Bonifacio Parentino, Marcio Cenetensi, Egidio Emonensi, Wernardo (d) Petensi Episcopis, nec non Procuratoribus Venerabilium Fratrum nostrorum infra-scriptorum, scilicet Presbytero Antonio Canonico Garden. Bartholomaei Veronenis, Petro Presbytero S. Laurentii de Padua Johannis Paduani, Eppone Abbate Monasterii S. Michaelis de Monte de Pola, Petro Canonico Polen. Johannis (e) Polensis, Presbytero Avancio Praevii Tarvisini, & Bernardo Decano Civitateni Folcheri Concordiensis Episcoporum Procuratoribus nobis assistentibus in eadem: praesentibus quoque Dilectis filiis Conrado Rosacensis, Pagano Belinienis, & Federico Oziacensis Monasteriorum Abbatibus Fratribus Prosperino Curatore Fratrum Minorum in Foro Julii Jacobo Lectore Fratrum Praedicatorum Conventus Civitatenis, ac aliorum fidelium, tam Clericorum Religiosorum, & Secularium, quam laicorum Aquilegensis Civitatis, Dioecesis & Provinciae multitudine copiosa.

ANNO
CHRISTI
1182.

CONCILIUM AVENIONENSE.

Ab Arelatenis provinciae praefulibus celebratum anno Domini
circiter MCCLXXXII.

Ex MS. eminentiss. cardinalis Cbisi.

Concilium domini Bertrandi Amal-
rici archiepiscopi Arelatenensis.

TITULI CAPITULORUM.

1. Contra usurarios.
2. Ut pro ecclesia preces fiant.
3. Ut bona ecclesiastica non alienentur.
4. Ut sint procuratores, qui citationes ecclesiae

- ficorum coram iudicibus non suis, communibus omnium impensis prosequantur.*
5. Ut fideles non contemnunt ecclesias suas parochiales.
 6. Ut privilegiati sententias praelatorum non violent.
 7. Ut in causis ecclesiasticis non adeantur curiae seculares.
 8. Ut colligationes & confratris non fiant.
 9. Ut

(a) De lege seu consuetudine, qua Episcopi Suffraganei singulis annis Metropolitanam, ac Metropolitanam invisere Ecclesiam, tenebantur, Tomassinus agit in Nova, & veteri Ecclesiae disciplina. Loca citavimus superiori capite num. 2. praelato visitationis documento, quam anno 1296. per dejectum procuratorem egit Joannes Episcopus Patavinus.

(b) Utramque Ecclesiam, Feltrensem, & Bellunensem administrabat Adalgerus; quem Algerum, quem Algerum, & Adigerum nuncupatum legimus apud Ughellum.

(c) Synodo Raimundi anno 1282. interfuisse Bonum Justinopolitanum, legimus in Veneta Italiae Sacrae editione. In eundem Chronologiae lapsum impigit Jo: Franciscus Palladius in Historia Foro-Julienae Parte I: lib. VI. Memque utroque in loco occurrit error in Egidio Emonensi.

(d) Wernardus, seu Bernardus Petenensis desiderantur in hujus Ecclesiae Tabulis apud Ughellum.

(e) Non legitur Johannes Polensis apud Ughellum. An idem dici debeat ipse eum Anonymo Polae Antistite, quem extant Innocentii IV. litterae anno 1251. conscriptae apud eundem Ughellum, divinare non licet.

ANNO CHRISTI 1282.

ANNO CHRISTI 1282.

- 9. Ut privilegiati non effugiant sententiam excommunicationis, nisi clarum privilegium ostendant.
- 10. Ne quis faciat testamentum sine suo parochiali presbytero.
- 11.

Aloquamur rectius, direptores possumus merito appellare; ne ulterius eorum promptuarie eructantia ex hoc in illud, quorum sæces adhuc exinatari nequeunt, quin in malignis caloribus pericula mortifera per pravitatem usurariam ministrent assidue pauperibus & egenis, ut facilius ad extremam paupertatis discrimina perducant eosdem, & etiam quamplures divites, ut rei evidentia & clamor validius attestatur: statuimus, quod omnes usurarii sint ipso facto vinculo excommunicationis innodati: intelligentes usurarios etiam eadem sententia fore ligatos, qui pannos, bladum, vinum, oleum, vel alias quascumque * mobiles vel se moventes, præsertim ad soltam, sive ad solutionem post tempus aliquod faciendam, carius vendunt propter temporis dilationem, quam essent alias vendituri, si tempore solutionis esset venditio facienda: & etiam illos, qui quoscumque contractus alios faciunt in fraudem usurarum, quocumque alio nomine censeantur; & quod contra tales Ordinarii procedant ex officio ad inquirendum super id, & etiam ad puniendum, & maxime ad denunciationem conquirentium, vel ad famam: a qua quidem sententia non possint absolvi, etiam si in foro pœnitentiali satisfactionem præbuerint, nisi dumtaxat a suis diœcesanis, vel ab eo, cui hoc specialiter duxerint committendum. Excipimus autem evidens mortis periculum, exclusis malicia qualibet atque fraude: quas ab aliquibus circa talia nonnumquam audivimus adhiberi.

II. Ut pro ecclesia preces fiant.

Cum juxta scripturæ testimonium, qui pro alio orat, pro se Dominum interpellat, multumque valeat *justi deprecatio assidua, eoque oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum, ut Psalmista testatur: pia deliberatione duximus statuendum, ubicumque Christianus fidelis devotas orationes & pia vota prosternere curavit, in Missarum præsertim sollempnis, ante Divinæ majestatis conspectum, a quo cuncta bona procedunt, ut per suam ineffabilem misericordiam nobis elementer annuens, sacrosanctam ecclesiam matrem cunctorum fidelium & magistram conservet, pacificet, & regat, ac custodire dignetur, fidemque catholicam toto orbe terrarum multiplicare & conservare, una cum patre bea.*

P R Æ F A T I O.

Bertrandus miseratione Divina sanctæ Arelatensis ecclesiæ archiepiscopus, ad futuram rei memoriam. Inter pressuras præsentis temporis multiplices, atque curas, que nostro cohærent officio servitutis, illa præcipue nos affligit, visceribus nostri cordis infixæ profundius, atque solidius radicata, nostrum incessanter pungens animum suarum aculeis punitionum: aut ecclesiæ comprovinciales, ac ministri earum nostro subjecti regimini, sollicitæ provisionis remedio, prout nobis desuper ministratur, a malignorum defendantur incurfibus, cohibeantur injuriæ & violentiæ, ac omnis materia malignandi radicibus extirpetur, & adversis omnibus propulsatis, in pacis pulchritudine delectentur habitantes in eis, & ut hostium sublata formidine, & tranquillitate serena & serenitate tranquilla, pacis auctori, cujus manciantur obsequio, eo devotius quo tranquillius, & quo devotius eo acceptius, valeant famulari.

Libenter itaque assiduos labores amplectimur, quanquam nostris impares humeris ad portandum, nocturnis pariter & diurnis insistentes vigiliis nonnumquam etiam supra vires, ut personis ecclesiasticis infra sortem nobis traditam constitutis, molestationum, injuriarum crebrarum turbinibus relegatis, Divino fulti præsidio, nostris laboribus pacem, & propria sollicitudine quietem opportune provisionis commercio præparemus. Sane in concilio quod nuper cum prælatis nostræ provinciæ apud Avinionem duximus convocandum, & auctore domino feliciter celebrandum: quædam statuta ad honorem Dei, n. atris ejus reverentiam, apostolice ejus Trophimi almi nostri patroni, & sancti Stephani protomartyris gloriosi, animarum lucrum, ecclesiarum pacem, & ministrorum ipsorum quietem tranquillam edenda decrevimus, de venerabilium fratrum suffraganeorum nostrorum consilio & assensu: quæ brevi stilo, omni curiositate repulsa, sunt inferius annotata.

C A P I T U L A.

I. Contra usurarios.

In primis nostræ considerationis oculos dirigentes, ac pleno intuitu clarius intuentes, quod morbis noviter irruentibus opportuna sunt antidota adhibenda: ne totam terram inficere valeant infigentes rapaces oculos bonis alienis, quorum substantias exhauriunt infelici commercio usurariæ pravitatis, quæ quasi passim colitur a nonnullis divitibus, & aliis, qui se solo nomine asserunt mercatores, quos, ut

Admiratus est Simonis legatus præsentium concilii Bituric. ann. 1277. Vide supra.

* Corr. in

Ex præfatione concilii Bituric. hic lineam restitimus, sine qua bituric. erat lectus.

Dei. 10

Jacob. 5. Psalm. 33.

* Deip. orat.

ANNO CHRISTI 1572.

ANNO CHRISTI 1572.

beatissimo domino nostro papa, ac cardinalibus universis. Et ut facilius deprecationes servorum suorum, quam exiles, Deus miserator exaudiat: precipimus, & volumus etiam, quod quilibet sacerdos parochialis dicat singulis diebus Dominicis in Missa parochiali pro ipsa orationem pro populo: *Ecclesia tua, quasumus Domine, preces placatus intende.* Et moneant populum publice, & diligenter inducant, ut fideliter orent pro eisdem Dominum, significantes ipsis, quod quotiescumque pro predictis humiliter oraverint, quod nos cum fratribus nostris, tamen vere poenitentibus & confessis, quadraginta dies de injunctis poenitentis eis misericorditer relaxamus.

Acibus, vel etiam peregrinis, expensis communibus omnium prosequantur contra quascumque personas cujuscumque praecminentiae, dignitatis, religionis, conditionis, ordinis, aut status existant: quousque a vexatione indebita cessaverint, & justitia suum consequatur effectum. Et quod omnes predicti, in expensis super hoc faciendis contribuant, juxta taxationem super his faciendam per venerabiles viros Cavallensem & Aurensem episcopos: privilegiis, honore, beneplacito, & auctoritate sedis apostolicae ac legatorum, omnibus semper salvis.

III. Ut bona ecclesiastica non alienentur.

Quoniam sacrorum statuta canonum, principum decreta, & ceterae legitimae sanctiones prohibent manifeste, ut possessiones, praedia, census, & alia quaevis bona, usibus caelestium ^C deputata; ex quorum proventibus veri Dei ministri vitae percipiunt necessaria, & sustentant pauperes & egenos, aliquo alienationis titulo distrahantur, vel quodcumque ad cetera eadem commercium habeatur: ideo statuimus, ne aliquis possessiones ecclesiasticas, redditus, aut quaecumque alia jura ecclesiastica alienet quocumque titulo, in quascumque personas, cujusvis status, religionis, ordinis, aut dignitatis existant, sine diocesani ^D consilio & assensu: & qui contra fecerit, incurrat excommunicationis sententiam ipso facto.

* f. ecclesiarum

IV. Ut sint procuratores, qui citationes beneficiorum coram iudicibus non suis, communibus omnium impensis prosequantur.

Attendentes quod aliqui Divinum iudicium non imentes, praelatos & rectores ecclesiarum, & ceteros beneficia ecclesiastica obtinentes, coram ^E diversis iudicibus fatigant laboribus & expensis, & ipsos indebite ac fraudulenter vexationem suam compellunt redimere, propter vexationem indebitam & injustam: statuimus, quod omnes praelati, rectores ecclesiarum, & ceteri beneficia ecclesiastica in nostra Arelatensi provincia obtinentes, unum vel plures procuratores constituent, qui citationes factas & faciendas, & litigia indebita, coram non suis iudi-

V. Ut fideles non contemnans parochiales suas ecclesias.

Insuper advertentes, quod parochiani ecclesiarum in plerisque locis parochiales ecclesias deserunt, & quasi contemnentes easdem, ad villas vel alias ecclesias accedunt: praesenti concilio statuimus, quod quilibet parochiani saltem quibuslibet diebus Dominicis & sollempnibus, venire ad suas parochiales ecclesias, cessante impedimento canonico, tenentur: & in eis ^F Missarum sollempnis Eucharistiae nostrae peregrinationis viaticum a propriis presbyteris, corde contrito, devotione & reverentia debitis, recipere, omnium cunctatione postposita, studeant diligenter, praesertim in festis Resurrectionis Domini, Pentecostes: ^G tunc contingat & alia sacramenta ecclesiastica ab eisdem. Qui si venire recuserint seu recipere, eorum ordinarii, juxta datam a Deo sibi providentiam, ipsos puniant & castigent: & quod parochiales presbyteri, singulis Dominicis diebus, & festivis, moneant & inducant, dum Divina celebrantur, populum, ut praedicta observare debeant sollicitudine diligenti.

* dicitur de se int.

* dicit ali quid

VI. Ut privilegiati sententias praelatorum non violant.

Quia, sicut ait Scriptura, sententia pastoris tenenda est, & per omnia a quolibet observanda: ne forte apud Dominum, qui antea ligatus non erat, per contemptum damnabilem merito se involvat sententia in ipsum occasione aliqua prius lata: statuimus, quod si privilegiati seu exempti, praetextu suorum privilegiorum quibus utuntur, inhærendo intellectui litterali dumtaxat vel cortici eorundem, sententias praelatorum

ANNO
CHRISTI
1172.

prælatorum & censuram ecclesiasticam a
ausu temerario præsumperint quomo-
dolibet contemnere, seu etiam viola-
re: quod in suis querelis hujusmodi
descendentibus prius non audiantur,
donec super his satisfecerint compe-
tenter: salvis in omnibus sedis apo-
stolicæ privilegiis & indulgentia, au-
thoritate, beneplacito, & mandato
eiusdem.

VII. *Ut in causis ecclesiasticis non adcur-
entur secularis.*

Frequens & detestanda præsumptio
apud plures invaluit clericos, & etiam
regulares, juris ordinem pervertentes,
ut clerici necnon laici clerico suo re-
lictio pontifice, non expaveant, in
eversioem juris manifestissimam utrius-
que, ad judicia secularia pertrahere
passim, ac eosdem ad reddendum con-
nantur compellere coram iudicibus pe-
grinis: sicque inique de ecclesiæ con-
sortio iudicant, quod universa eccle-
sia male sentiendo de iudicio pos-
cunt auxilium seculari, cum priva-
torum causas Apostolus ad ecclesiam
deserri, ibique præcipiat terminari.
Volentes igitur hujusmodi morbis sa-
lubre antidotum præparare: præsentem
concilio statuimus, quod si aliquis su-
per causis spiritualibus vel ecclesiasti-
cis negotiis quoquoque vel per se
vel per alium adiverit curiam secu-
larem, & monitus infra tres dies de-
sistere reculaverit, eo ipso sit excom-
municationis sententia innodatus.

VIII. *Ut colligationes & confratria non
fiant.*

Quia vero colligationes, societates,
confratriæ, seu conjurationes, quocum-
que nomine censeantur, reprobate no-
scuntur a canonibus, & humanis le-
gibus introductæ, & constitutionibus
conciliorum factorum per legatos Apo-
stolicæ sedis in partibus & provinciis
istis, & omnino cassatæ, & sententia
excommunicationis lata in fautores:
ideo nos approbatione & assensu præ-
sentis concilii, prædictas factas & fa-
ciendas in posterum conjurationes,
colligationes, societates, clericorum,
regularium, cujuscumque ordinis, sta-
tus, conditionis existant, in nostra
provincia Arrelatensi, ubicumque &
civitatum, castrorum, baronum &
omnium aliorum existentium in civi-
tatis, villæ, dominio ecclesiastico sub-
jectis, contra statuta canonum & con-
ciliorum facta relaxantes, dissolvimus

Mend. sa.
sed in istis
an facilia.

& cassamus: decernentes sacramenta
præstita, ad prædicta observanda, il-
licita, a quibus eos qui hujusmodi
sacramenta præstiterant, absolvimus,
& pro juramento incaute præstito seu
illicito volumus ut a confessoribus suis
pœnitentiam recipiant salutarem. Et
ubi infra decem dies post publicatio-
nem presentis statuti se ad invicem
absolverint, denuncientur auctores,
fautores, tractores, defensores, & fide-
justores pro his observandis excom-
municati: & frequenter hæc dissolu-
tio excommunicationis sententia per
prælatos in suis diocæsiibus, in suis
synodis, diebus festis & sollempni-
bus publicetur; & faciant per subje-
ctos sibi prælatos vel presbyteros pu-
blicari.

ANNO
CHRISTI
1181.* f. diff. &
excom.

IX. *Ut privilegiati non effugiant senten-
tiam excommunicationis, nisi clarum
privilegium ostendant.*

Advertentes quod nonnumquam ple-
rique exempti, pro aliquibus casibus,
nostra statuta contemnere non formi-
dant, in suarum periculum anima-
rum, ecclesiarum damna, & non mo-
dicum plurimorum scandalum, & ener-
vationem ecclesiasticæ disciplinæ; &
quoniam per prædicta, licet sint exem-
pti, non est dubium ipsos extra lo-
cum exemptum excommunicationis
sententiam incurrisse: præsentem ap-
probante concilio statuimus, ut si ali-
qui exempti, occasione statutorum no-
strorum, excommunicationis sententia
taliter fuerint involuti, quod in ec-
clesiis, ex quo certum fuerit, seu
constiterit, ad requisitionem ordinarii
per totam nostram provinciam excom-
municati publice nuncientur: nisi pro-
bare possint, & etiam fidem facere
pleniorum, quod per sua privilegia
debeant lucidius, & absque dubitatio-
ne qualibet excusari, quo minus hu-
jusmodi sententiis involvantur.

X. *Ne quis facias testamentum sine suo
parochiali presbytero.*

Quia quidam prædecessores nostri
retroactis temporibus deliberatione pro-
vida statuerunt, & quasi quodammo-
do per abusum statuta hujusmodi in
desuetudinem abierunt, ut scilicet
aliquis non auderet sine suo parochia-
li presbytero condere testamentum,
propter damnum, & animarum peri-
cula, potissime quæ circa restitutio-
nem male adquirentium in ultimis vo-
luntatibus ex debito faciendam ali-
quo-

ANNO CHRISTI 1511.

Corr. rom. 1510

ANNO CHRISTI 1511.

quotiens obvenierint, præsertim, cum A convalescentiam, male adquirentium quomodolibet fieri debeat restitutio integra, quamdiu ejus sufficere poterint facultates, antequam legata quæcumque favorabilia persolvantur. Statuentes nihilo minus quod homines in ecclesiis moneantur diebus Dominicis & festivis, ne intersint talibus testamentis.

X I.

Præterea injungimus parochialibus B presbyteris, quod statutum editum per dominum Portuensem, tunc Arclateniensem archiepiscopum, contra illos qui in

dispendio post testatoris obitum, seu



DE CONCILIIIS GRÆCORUM

Michaeli Palæologo Andronico Seniore imperante

HISTORICA SYNOPSIS.

suppl. Nam. item. 1. pag. 86.

Græcorum episcoporum sæpe adeo insi- C tute sunt Michaeli Palæologo & Andronico seniore imperantibus coitiones, ut longus fuerim, si acta singularum, prout a Pachymero narrantur, describenda susciperem. Id mihi olim consilium fuerat; nec ejus immutandi cogitatio occurrit, nisi postquam unius vel alterius fusio rem descriptionem absolvi. Suscepto jam labore, simulque iterum perpendens, rem agere a præfixo mihi scopo paulo aberrantem intellexi (neque enim propositum fuit nisi catholicorum concilia tradere); hæsi primum: dein consilium cepi schismatica hæc concilia non omittendi quidem, at synoptice & in unam omnia seriem conjuncta tradere; ex quo fiet, ut lectores meos a molestia relevarem, simulque in re præsentem erudirem, nec ea in parte quidquam illis desiderandum in opere hoc meo relinquerem.

Igitur eorum, quæ sub Michaeli & Andronico seniore coiverunt, conciliorum indicendorum causæ potissimè occurrerunt duæ. Sive enim patriarchæ incumbentium capitibus suis malorum pondere oppressi, dignitate seu spontanei, seu coacti cedebant; statimque de cessione illa admittenda relictaque concilium deliberabat. Sive animus principis religio aliqua sollicitabat; rei que discutiendæ concilium indicabatur. Rursus vero convocandorum ad ea concilia Patrum haud una fuit ratio. Interdum pro re nata celerrimum consilium quærebatur: tunc a patribus CPoli forte præsentibus raptim concilium cogebatur; sive graviorem maturioremque consultationem tempus permittebat, rei que dignitas postulabat; atque tunc demum proximi remotioresque episcopi præviis litteris ad certam diem invitabantur. Hæc nosse eruditos lectores meos in limine Dissertationis hujusce volui, ne forte tantam conciliorum frequentiam admirati, imponi sibi existiment.

Horum omnium conciliorum caput consti-

tuo conventum illum sacrorum hominum cum adjunctis Reipublicæ optimatibus, in quo de tutore seligendo Joanni Lascari Theodori Lascaris filio, puero novenni, agendum fuerat. Coitionem hanc ex utriusque hierarchiæ viris principibus, constantem *sacram synodum* appellat Pachymerus histor. lib. 1. cap. XXIX. Summa rerum tunc decretarum fuit tutela principis & magni Ducis dignitas Michaeli Comneno collata. Cur in eo conventu describendo immeret diutius, nihil est; neque enim ecclesiastici quidquam negotii tunc expediendum proponebatur; neque in ea re tradanda, cujus causa acciti sunt Patres, memorabile quidquam accidit. D preter callidam illam Michaelis artem in occupando omnium principum, ac præsertim episcoporum & patriarchæ favore, quo vellicante haud diu post vestus est ad imperium. Actum id anno 1359. Postinus in Chronologia notat.

In gradu summæ potestati vicino constituto Palæologo, haud difficile fuit ad summa imperii scandere. Favebat illi senatus, ferebant in eum populi & cleri studia, quare Despota prius renunciatus, id dein egit ut collega pueri imperatoris salutaretur. Propositum est id in communi ex clero & Reipublicæ principibus conventu. Post haud morosam disceptationem e Republica fore censuerunt, si imbeli puero socius adderetur princeps moribus sanctissimis instructus, in omnes artes belli pacisque expeditissimus. Unum supererat impedimentum: submovendum, juramentum scilicet quo Palæologus hæc suam avo pueri Joanni imperatori ejusque stirpi sponderat; id vero demum sacro præfatum cœtui discutiendum commissum est. Visum patribus, nihil id obfistere, quominus Palæologus imperii particeps fieret; cum hoc potceret Reipublicæ bonum, imperii servandi necessitas exigeret. Conferre id pariter ad sacrum tectum servandum juniori principi impe-

imperium; cuius principatum eo majori studio esset defensus, quod non alienum, ut antea, sed ut proprium tuebatur. Addebant precariam hanc Palæologi potestatem in posterum suos nequaquam transmittendam, de hereditario jure familiarum nihil demere seu officere. Utraque hæc synodus Nicææ convenit.

ANNO
CHRISTI
1131.

Tertia celebris episcoporum convocatio tunc indicta, cum Arsenius patriarcha, non prodita causa, ex ædibus episcopalibus recessit in monasterium Agalmatim. Rei tunc novæ gravitatem in synodo discutere oportere censuit Michael novus imperator. Conquisiti ergo undique episcopi, variantibus primo sententiis, tandem convenerunt, ut Nicetas Heracleæ episcopus synodi ablegatus ad Arsenium se conferret, regressionem communi nomine suaturus, vel, sin minus, ambitionis suæ causas exponeret; quas si probabiles judicasset, concilium ut tollerentur curaturum; sin minus, exorari se permetteret ad regressionem. Patriarcha, quem mordebat conscientia imperii Michaeli Comneno delati legitimi heredis incommodo, causam, quam forte unicam hanc debebat, se proditurum negavit; ceterum petenti demum concilii nomine, Nicetæ se daturum consensit dimissionis suæ libellum. Is vero dum scriberetur didante eodem patriarcha, Nicetas suggestit scribi oportere se dignitatem illam dimittere, quod minus ea se dignum nosceret; indignatus tunc ille inceptum perficere recusavit, remque infectam dimisit. His synodo renunciatis, cum de patriarcha revocando desperarent patres, moneretque Nicephorus Ephesus Arsenii illius ordinationem minime canonicam extitisse, quod Theodorus tunc imperator expediri omnia ita celeriter jussit, ut gradus omnes sacerdotii minus idoneis temporis interstitiis, (vix unius dieculæ inter eos interjecto spatio) percurreret; his aliisque rationibus persuasi, ad novam patriarchæ electionem, velut sede jam vacante, processerunt, & vota in Nicephorum tandem convenerunt. Hæc synodus tertia Nicæna anno 1160. habita ex Pachymero lib. II. cap. XVI. qui & addit dejectioni huic Arsenii, & Nicephori assumptioni Andronicum Sardanensem, & Manuelem Thessalonicensem episcopos palam restitisse: nec in communionem novi electi unquam venire consensisse.

Nicephoro patriarcha in locum amoti Arsenii brevi e rebus humanis exempto, de patriarcha sufficiendo arduum negotium tradari cœptum est. Difficultatem rei expediendæ præbebat Arsenius, quem injuria amotum alii quidem contendebant, quare jure reparandum, quod iniuste erat actum, censabant; alii ut priora illa jure sentiebant gesta, ita nihil iniuste agi rebantur, sicut Nicephoro olim, ita & nunc aliquo quopiam substituen- do. In hæc studia scissi patres nihil certi definiebant. Fluctuabat etiam incertus imperator, qui cum secum meditaretur, ut puero, legitimo imperii collega, dejecto, solus imperaret; id ut majori firmitate obtineret, auctoritate patriarchæ muniri optabat: an vero id sperare ab Arsenio posset, ambigebat. Demum expensis in utramque partem rationibus, ad Arsenii jura accessit; atque ita factio illa prævaluit. Judicatum ergo pro Arsenio; senex revocatur;

acceptat; CPim (quam urbem imperator haud diu antea reducerat e Latinorum manibus) venit, resumptaque rerum sacrarum traditione, imperatorem, id poscentem, in Urbe principe iterum coronat. Hæc de synodo CPiana anni 1161. Pachymerus in Michaelis Comnen. lib. 3. cap. I. & II.

Quemadmodum Arsenio juri suo restituendo synodi auctoritas valuit; ita & reducendo iterum ad privatam fortunam suffragia patrum in synodo collectorum valuerunt. Michael Comnenus, qui principatus ambitioni jura omnia postposuerat, cum Joanne imperii herede legitimo primo dignitatem æquavit; dein nec æqualem patiens, summam sibi auctoritatem usurpavit solus, sociumque fastidens, in gradum inferiorem dejectum, ne unquam timeret pristini juris exactorem, luminibus orbavit. Egerrime id boni omnes tulerunt ac præsertim Arsenius, qui muneris sui id esse ratus, ut usurpatorem debiti sui admoneret, orbatumque innocentem principem ordini suo convenientibus armis defenderet, anathema in Michaelis pronuntiavit. Tactus eo fulmine imperator alte indoluit, & remedio quocumque, leni, aspero frustra tentato, tandem desperans restitutionem suam, quandiu Arsenius rebus præfesset, ad eum iterum amovendum animum adjecit; quare criminibus quibusdam, de quibus illum sycophanta quidam tunc accusaverat, opportune usus, synodo, quam frequentissimam ea de causa collegerat, vel ipsis invitatis Nicolao patriarcha Alexandrino & Euthymio Antiocheno, reum illum accusavit. Coeundi locus statutus est triclinium Alexii in ipso imperatoris palatio; quo coacti patres, primo quidem accusatorem admiserunt, eoque præbente lectus est libellus, hæc serens ex Pachymero lib. IV. cap. III.

„ Primum: Ex principio matutinæ hy-
„ mnodiz psalmum pro imperatore recitum
„ a patriarcha jubente solo Trifagio, & su-
„ per ea commemoratione, præmium abi-
„ solvi. Secundum: nimium se propensum
„ & familiarem Sultani præbuisse, adeo ut
„ ei & comitibus permisit sæpius lavari in
„ lavacro ecclesie, ubi sunt signa veneran-
„ dæ Crucis marmoribus insculpta, cum isti
„ essent Agareni & Christi mysteriorum ex-
„ pertes. Tertium: quod filius ejus commu-
„ nicari per suum monachum sacras Eucha-
„ ristie reliquias jussisset, cum non consti-
„ ret, an sacro baptismo initiati fuissent.
„ Prætereaque ipse Sultani cum suis Satta-
„ pis per matutinum splendide magnæque
„ Dominicæ, patriarchæ litanias celebranti
„ adfuisset, & simul litanias recitasset. Hæc
„ & id genus alia libello inerant.

Tunc judicium sistat se patriarcha vocatur, missis ad illum episcopis tribus, & clericis totidem. Sed accitus recusavit, quod iudices & locum habere se suspectos diceret. Eadem invitatio semel iterum & tertio est habita, ac tertio pariter repulsa. Recusanti patriarchæ judicium, cui imperator adesset, reposuerunt patres, in cognitione rerum ecclesiasticarum potissimum olim partem habuisse principem; eum proinde excludi tunc minime debere, cum de re gravissima ageretur.

Postremo vocatur ad synodum patriarcha

ANNO
CHRISTI
1131.

judiciali appellatione novissima; obfirmatumque in recusando, reum canonis Apostolici de recusatone iudicii censuerunt: accesserunt ad cumulum pristinae accusationes in libello Imperatori porrecto expressae; addebatur tandem contumacia non sistendi se iudicio. Haec simul omnia satis habita sunt ad ferendam in reum depositionis sententiam; cui tamen ex episcopis nonnulli obstituerunt, rati inauditum praesulem, nec nisi de ambiguis criminibus accusatum, injuria damnari. Inter eos, qui iudicium illud improbarunt, eminebat Nicolaus Alexandrinus patriarcha, ejusque socii, alii quidam episcoporum, & monachorum ac laicorum plures; quibus una sedit sententia, ut communionem omnem cum ceteris episcopis & reliquis iis adherentibus praeciderent. Hinc natum schisma, quod Graecorum ecclesiam saepe annis pluribus dilaceravit. Acta haec anno 1266. Possinus in adnotationibus chronologicis ad Pachymerum evincit.

Alterius synodi inceptae, non absolutae, sermo est apud Pachymerum in Michaelis lib. IV. cap. XV. Conspiraverant scelesti quidam in caput Imperatoris; verum indicio facto comprehensi, quaestione interrogati sunt ut socios prodarent. Illi ceteros siluerunt, patriarcham jam depositum Arsenium, quasi facinorosum conscium & consortem prodiderunt. Succensens Imperator reum, illum ad synodum dicit; postulavitque simul ad eum transmitti e sacro ordine delegatos, qui synodi nomine eum interrogarent. Interim optare se dixit, ut reus ille anathemate districtus teneretur, quoadusque vel convictus supplicio puniretur; vel accusationem aequa defensione frustraret. Nihil denegatum principi est. Missi qui censuram a synodo latam misero Monacho significarent; simulque quid pro se excusando afferret, acciperent. Ille attonitus primum, dein calumniam detestari, tum hominum & Dei fidem pro sua innocentia deprecari, statimque proripuit se e conspectu interrogantium, omnia Dei iudicio permittens. Is erat hominis habitus, ut synodales nuntii satis intelligerent calumniam innocentis irrogatam; quare regressi, exposuerunt omnia Imperatori, qui placatus, quaestionem de Arsenio omnem dimisit. Acta haec anno 1267. ex Possini chronologia.

Venio nunc tandem ad synodos in causa conciliandae Latinis inter & Graecos pacis habitas, quarum multas in unam confusas exhibet Venetus Labbei editor, qui si plus aliquid in Pachymero legendo indulisset, rem porrecto multo accuratius tradidisset atque explicuisset. Gregorius X. vix in summum sacerdotem renunciatus, negotium componendae pacis inter Graecos & Latinos sub Urbano IV. ceptum, atque a Clemente IV. continuatum, absolvendum suscepit. Ejus rei gratia missae ultro citroque legationes; tum & in utraque ecclesia virorum doctorum coitiones factae sunt plures. Eo tamen discrimine, ut Romanus quidem pontifex cum S. R. E. cardinalibus virisque doctis, quos Romae praesto habebat plures, rem agerit; eidem vero discutendae Graeci frequentia episcoporum concilia habuerint. Pachymerus lib. V. cap. XII. concilii cujusdam meminit, cui adfuerit Rom. pont. legati, nempe fratres non-

Council. General. Tom. XXIV.

Annulli Ordinis Minorum, inter quos idem scriptor Joannem quemdam distinguit, *Parastron* denominatum, quod Graecum arigionem dicunt; Hunc virum instituisse vehementer ait apud Graecos, ut conjunctionem hanc amplecterentur; monuisse peraepe *Patriarcham & Synodum* ut pro viribus quique ad tantum boni obtinendum admitterentur. Haec prima mentio synodi ad negotium illud tractandum coactae apud Pachymerum in Michaelis lib. V. cap. XI. Ad hanc porro synodum pertinere credo orationem illam Graecorum praesulum, quam Pachymerus ibidem recitat, eo tendentem, ut persuaderet, Graecos quidem paratum gerere ad ecclesiarum conciliationem animum, nec pro se obstituros quominus id boni contingeret. Ceterum cum ex accretione symbolo facta tanquam re aliqua interjecta, ecclesiarum divortium proveniret, interpositionem hanc, qui posuerunt, Latinos tollere necesse esse iudicabant. Se, ea sublata, paratos ad coitionem spondebant.

Adco aversos a veritate Graecos suos intelligens Michael Imperator, novam episcoporum synodum coram se coegit (Pachymerus lib. V. cap. XII.). Ipse ad Patres verba fecit; demonstrare obnitens, adductis ex historia exemplis, Latinos nulla haereticis nota inuendos esse, quod Spiritum Sanctum ex Patre, & Filio procedentem sentiant. Quare ut ad communionem admitterentur, obstare nihil; id modo obtineretur ab illis ut e symbolo additamentum tollerent. Multa in hanc sententiam perorans, tandem quievit, expectans quid patres sive dictis suis consonum, sive oppositum. Quieverunt omnes; & patriarchae quidem expectatio tota in Charthophylacem (is erat celebris Joannes Veccus, qui dein catholicae sententiae strenuus assertor fuit apud Graecos); sed cum ille obstinato silentio insisteret; anathemate intentato ni diceret, vocem tandem emisit in eam sententiam, Latinos quidem esse & non dici haereticos. Ea vox patres in schismate obfirmavit, & Imperatorem exacerbavit, adeo ut audacem hominem aditum in carcerem detruserit.

Hoc fulmine tacto Vecco, tempestas alia ingruit ex instituta in ipsum Joannis Chumini accusatione de male gesta legatione ad Cralem Serbiam. Auditus denunciator in synodo, eoque statim missi ab Imperatore viri senatorii ordinis, qui toti causae adfuerunt. Vetitum id est ab episcopis, qui per sacros canones nefas esse censuerunt, clericum patriarchae iudicari, ipso non permittente patriarcha. Igitur instantibus pro iudicio instituendo senatoribus, recusantibus episcopis, re infecta discessum est. Gesta haec in annum 1273. Possinus in Chronologia Pachymeriana confert.

His impedimentis unionis negotium procedebat parum; quare eidem promovendo Imperator volumen confecit multis obnitens, Latinos nulla haereticis nota aspergi. Scriptum hoc missi ad patriarcham, idemque coacta e selectissimis viris synodo, palam legendum curavit. Reddita ea in re singulorum patrum sententias iussus est Jasites Job colligere, & in unam continuati sermonis feriem digerere. Id opus brevi absolutum synodo iterum representatur, & singulatum exquisitis sententiis, approbatione omnium &

F f

sub-

Subscriptionibus munitur: hanc se tenere fidem atque ab ea nunquam se recessuros Patribus in commune affirmantibus. Tum scripti ita approbati transmissi sunt ad Imperatorem. Nova hæc synodus eodem, quo prior, anno 1274. convenit, habeturque apud Pachymerum lib. V. cap. XIV.

Inter has ultro citroque tractationes major anni pars extraxit, donec tandem Græci ad ecclesiam catholicam consortium admitti sunt a pontifice, admissionisque suæ litteras legati Græcorum CPim retulerunt. Is legatorum reditus obstrictam patriarchæ fidem tenebat, qui eo tempore quo negotium tractari coeperat, negavit se conjunctionem illam admittendum, fidemque suam obligavit, cathedram se dimittendum, statim ac unio illa perficeretur. Coacta de ea causa synodus. Judicatum constare ex facto ipso de patriarchæ libera & spontanea abdicatione; nam abdicationem illam juratus sponderat, siquidem ecclesiarum conjunctio perficeretur; quare ea impleta, sponsonem efficiebat liberam & absolutam, ac propter jurisjurandi religionem necessario implendam. Ita ergo volens nolensque Josephus exaudoratur, iussu synodi, ac pro legitima sedis vacatione pronunciatum est. Convenit synodus hæc anno 1274. ut Possinus supputat.

Ita viduata schismatico patriarcha ecclesia, Joanni Vecco viro in primis catholico & docto regenda committitur: ejus electio pro consueto more in synodo episcoporum & cleri CPiani decreta est anno 1275.

Haud ita multo post Imperator nuptias filiz suæ Annæ cum Michaelæ despota occidentis (quas rebus maxime conducturas rebatur) statuerat. Connubio huic obstabat lex a Sifinnio patriarcha lata de conjugio inter propinquos minime jungendo. Porro Nicephorus juvenis pater, & Michael Imperator sponsæ parens, fratres erant germani. Insuper Nicephori uxor Anna alteri Annæ, de cujus nuptiis agebatur, consobrina erat. Huic igitur multiplici vinculo implicatæ necessitudini solvendæ synodus convenit. Visum est patribus bonum pacis, quæ ex eo conjugio sperabatur, causam offerre justam ad relaxationem vinculi; si quid fuisset indecentiæ tollente sive excusante commodo publicæ quietis ex eo foedere proventuro. Ita judicatum a synodo, nec aliter præstitum. Synodo annum statuo eundem qui supra 1275.

Crescebat hæc inter pro junctiōe utriusque ecclesiæ in Græcia tumultus; cui augendo plurimum dedit incitamenti legatorum papæ adventus CPim. Veccus patriarcha unus & forte unicus erat, qui Latinorum partes strenue defendebat. Ea, aliisque de causis Imperatoris invidiam incurrit, (Imperator enim ita Latinis palam favebat, ut Græcis tamen clam adhereret) apud quem non uno de crimine, sicut licet, delatus, demittere se dignitate statuit. Secessit igitur in monasterium, dum interim causa ejus in concilio tractaretur; sed cum accusationum illarum calumnia tandem patuisset, vel sycophantiarum illarum inanitatem Patres intelligerent, quin & politica alia suadente ratione, judicio omni suppresso, manum iterum clavo sacræ gubernationis admovit. Tunc habitum est concilium pro exhibendo fidei Græcæ eccle-

Pachym.
lib. VI.
cap. VI.

siæ testimonio, coram legatis a pontifice missis Constantinopolim. Scriptas litteras ita ea de re per dolum compositas fuisse scribit Pachymerus lib. VI. cap. XVII. ut Græcorum quidem sententiam servarent, sed tantis verborum involucribus tectam, ut Latini secum convenire Græcos arbitrarentur. Nec minus fraudis adhibitum est in subscriptionibus; nam prolixus ille nominum catalogus iis litteris adjectus, vel inania erant nomina a Calligrafo confecta, vel homines erant vulgares, nullo dignitatis splendore illustres, quamvis ibi se specioso episcoporum titulo velabant.

Hoc inivit consilium Imperator, ut neutri parti, Latinis scilicet Græcivæ, displiceret. Quin & Latinorum gratiam sibi magis magisque conciliaturus, cum intellexisset ex Græcis quosdam vel ipsa Græcorum sacra post factam utriusque ecclesiæ conjunctionem execrari, concilium frequentissimum collegit, in quo rei hujus indignitate latius expolita, rogavit, ut anathema diceretur in eos, qui sacra violare contumeliose tentassent, nihil singulatim exprimendo. Hæc est arte, ut Latinis fucata zeli specie placeret, nec displiceret Græcis, qui sanctionem hanc frequentes admiserunt, rati opinioni suæ nihil ex illa officii, cum nihil extra jus se facturos judicarent, si eorum sacra reculerent qui essent orthodoxæ fidei injuriosi. Concilii hujus annus est 1276.

Hic finis extitit conciliorum sub Michaelæ Palæologo coactorum; eorum saltem, quorum nulla mentio in Collectionibus huc usque vulgatis facta est. Veniunt nunc suo ordine concilia sub Andronico seniore Michaelis patris anno 1282. defuncti successore coacta. Quo in censu omittenda consulto duxi concilia illa, sive quæ pro Vecco exaudorando, sive quæ illo jam deposito pro catholico dogmate disputante convenerunt. Utrorumque enim conciliorum istorum acta & historiam partim ex Labbeana, partim ex nostra hac collectione repetas. His ergo omissis, unum præ ceteris describendum mihi venit concilium, cujus summa eo terendit, ut Gregorius Cyprius, post obitum Josephi patriarchatu potitus, dignitate se illa demitteret, ejusque commentarius in testimonium quoddam S. Joannis Damasceni scriptus damnaretur.

Petitum e S. Joanne Damasceno sententiam hanc: *Producentem* (Patrem) *per Verbum unigenitum Spiritus*; in Græcos vehementer urserat Veccus, in plena Græcorum synodo orthodoxam causam defendens. Quod vero recta impeti hæresim suam hac S. Doctoris sententia intelligerent Græci, illius retundendæ accomoda opinionis suæ interpretatione negotium patriarchæ Gregorio commiserunt. Ille vero munere hoc suo functus est, edito de hoc argumento tomo, quem acturum ex episcopis plures, instante Imperatore, subscriptione sua roborarunt. Verum ex quo dissidia tollenda censebantur, id magis seditionem concitavit. Continuo enim rationem exponendi mentem Damasceni obscuram & implicitam criminati sunt quidam. Ulterius procedebant alii accusantes Gregorium, vocem illam *εὐλογίαι* *producentis* in qua sententiæ Damasceni tota vis inerat, minus orthodoxæ & sensu a mente SS. Patrum plane alieno ab illo exponi: ac si scilicet non qui-

ANNO
CHRISTI
1276.

Pachym.
lib. IV. c.
XVIII.

ANNO
CHRISTI
1181.

quidem pro principio activo emanationis S. A Spiritus vocem illam accepisset cum SS. Patribus, sed potius pro principio *explorandis* quam a *processione* distinguebat. Id vero demonstrabant ex commentario tunc edito a Marco Monacho ejus discipulo, qui hanc ipsam Damasceni sententiam, ista plane interpretatione seu exposuerat seu corruerat. Hoc vero discipuli scriptum non sine censura & approbatione Magistri prodierat, ut Marcus ipse asserbat, & res erat exploratissima. Eo igitur nomine ingens in Gregorium invidia creata est; nec diu res processit, quin synodus frequens colligeretur, in qua & de abdicatione patriarchæ, & de ejus orthodoxa lris instituta fuisset, nisi intercessisset Imperator, persuasus ex eo judicio nihil commodi in publicam quietem proventurum. Eo persuadente res ita convenit, passionibus tamen occultis. Spondebat patriarcha se sponte cessurum; vicissim & synodus, fide data, sese obstrinxit, iuramentum pro orthodoxa patriarchæ sententiam. Ita data utrinque & recepta fides. Quibus præmissis, patres orthodoxum se noscere patriarcham pronunciant. Aditum patriarcha libellum spontaneæ cessionis suæ porrigit, ita tamen artificiosè dolosèque contextum, ut de sinceritate cedentis suspicionem justam præbuerit. Nec concilium pro se quidquam attulit sincerius; nam vix e medio subducto patriarcha, tomî ab eo scripti discussio instituitur. Variantes tamen super ejus damnatione Patrum sententiæ, tandem convenerunt in tollenda ab ea lucubratione loci Damasceni interpretatione; atque ita a litibus cessatum est. Hæc de synodo anni 1189.

In hunc modum amoto Gregorio Cyprio, alius querendus erat Constantinopolitanus patriarcha. Ea de causa itum est in concilium; tumultuatum ibi plurimum ab Arsenianis, ab iis nimirum qui Arsenii olim patriarchæ exautorationem oppugnabant, eaque de causa secessionem a reliqua ecclesia fecerant. Statuendum a Patribus contendeabant, Josephi, qui in Arsenii locum assumptus olim fuerat, patriarchalem ordinationem nullam & irritam haberi; tum & dogma ecclesiæ Latinæ damnari de *processione* Spiritus Sancti per *Filius*; denique de sacerdotum ordinatione exacto judicio discuti oportere aiebant, tum & ecclesiæ administrationem sibi committi postulabant, spondentes se rotam ad leges canonicas reformaturos. Nihil horum impetrarunt; quin & cum indignatione illis rejectis, Patrum tota cura in querendo novo patriarcha conversa est. Is tandem inventus in Athanasio, cujus indoles ultra modum severa, quanquam multos terrebatur, rigidus tamen ecclesiasticæ disciplinæ exactores in ejus favorem pertraxit. Hæc concilii anno eodem 1189. octobri mense habiti, de quo Pachymer. in *Audron. lib. II. cap. XII.* summa est.

Ea dignitas hominem rigidum & severum brevi destituit; cujus abdicationis causas varias lege apud Pachymerum: neque enim patriarcharum res gestas, sed concilia describenda hic assumo. Nihil quidem in ea cessione acceptanda concilii intercessit, cum Imperator ipse per se illam admisisset, mandavitque ecclesiæ, ut de successore provideret. Verum dum ista geruntur, accidit ut

Concil. General. Tom. XXIV.

Andronicus Imperator filiam Muzalonis magui Logothetæ fratri suo desponderit, nec post multum puella vitata, injuria confanguinei cujusdam, indicio tumentis uteri deprehensa fuerit. Questio tunc orta, numquid irrita extunc desponsatio centenda esset; an procedi ad nuptias per sacras leges liceret. Sententiæ Patrum variarunt; nihilque certi statutum est; quare Imperator juris indagine abjecta, cum fratre quidem filiam pincernæ Libadarii conjunxit; puellæ vero nuptias Constantini filii sui destinavit, suo tempore celebrandas, postquam scilicet longioris oblivio vitii infamiam obliterasset; quod & executioni summa fide mandavit.

B Concilio huic annum statue ex Possini chronologia 1192.

Alteri sub Andronico concilio argumentum præbuit delicatula Imperatoris religio. Mos erat reliquis ante illum Imperatoribus cum ad Saracenos principes litteras scriberentur, illos fratris nomine salutare. Scribendum igitur cum esset Imperatori ad Sultanum Babylonie, num pro more agere sibi liceret ex episcopis forte præsentibus exquisivit. Plerique licitum negarunt; a ceterorum opinione recessit Theoleptus Philadelphienis episcopus, ageret fide sua imperatori suadens; neque enim nefas cenferi hominem Saracenum fratrem appellari, cum vel ipsos malos dæmones filios matris suæ scriptura in Cantico appellet: *Fili matris mee pugnaverunt contra me*; quod de malis spiritibus dictum esse ille ex Nysseni interpretatione asserbat. Excepta est cum indignatione episcopi oratio, ac motum ea de re dissidium in causa fuit apud Imperatorem ut synodum convocaret. Ibi dicti invidia in Philadelphiensem concitata est ab episcopo Dyrrachiensi; sed teniente sententiæ Philadelphienis asperitatem Imperatore, tandem nihil grave in illum statuerunt Patres; immo nihil illum in religionem offendisse censuerunt. Atque ita demum Synodus altera anni 1192. solvitur.

Proxime ab hac synodo quinquennio celebre aliud concilium Græcos episcopos exercuit. Illud nimirum quod convenit occasione inventarum chartarum ab Arsenio olim patriarcha in foramine quodam reconditarum, anathematibus in auctores depositionis suæ (Arsenii scilicet) referentissimas. Puer quidam casu repererat. Totam hanc historiam ex ipso Pachymero ad concilium CPranum anni 1197. retuli.

Alteram etiam synodum ab hoc biennii divortio secundam peculiari sub titulo dedi; ea vero disquisitum est, num valeret nuptiæ quas pupillus, tutore eodemque Imperatore invito, conciliaverat.

Regebat per hos dies ecclesiam CPranam Joannes Cosmas patriarcha, qui cum multa haberet in quibus Imperatorem argueret, nec ulla se daret opportunitas principem ipsum commode alloquendi, (id enim de industria Imperator evitabat) secessionem in monasterium fecit ad vitam privatam. Grave id Imperatori & plenum invidiæ; quare ad monasterium illud se contulit, ubi sollemne colloquium, præsentibus episcopis, ceterisque imperii principibus, institutum est. Primus querelas suas exposuit patriarcha, quarum hæc summa: sœdus & nuptiæ cum Crali Serbiæ conciliatæ; illi enim viro jam conjugato

F f 2 filiam

ANNO
CHRISTI
1181.

Pachym.
lib. II. c.
XXVI.

Pachym. lib.
III. cap.
XXIV.

ANNO
CHRISTI
1201.

455

filiam suam Simonidem omnino desponde-
rat; ejusque vicissim uxorem jam repudia-
tam, filiam Tertius sibi in conjugem adsci-
verat; tum exprobravit vestigialium exaggera-
tionem nimiam; tandem contemni se, si quid
forte justum precaretur, dolebat. Postquam
his satis peroratis fuit, tunc Imperator a
capite exorsus, apologiam pro se instituit,
obtendens urgentem illam imperii necessita-
tem, qua cogente in fœdus consensisset, nun-
quam alias a se impetrandum nisi gravissima
mala extorsissent; ceterum filiam suam de-
spondisse se viro non quidem cum legitima
uxore sed cum pellice conjuncto probabilibus
argumentis demonstrabat; nec se conjugem
alterius, sed pellicem tantummodo justo ma-
trimonio ducturum statuisse. Reliquas accu-
sationes minori opera diluit, cauans ararii
angustias, & suam in favoram ecclesiam pro-
pensionem, cui ne semper obsecundaretur,
rerum circumstantias obtulisse affirmavit. Ea
Imperatoris oratio arrisit pluribus; nec pa-
triarcha displicuit, qui tandem exoratus, mi-
nisterii sui munera resumpsit. Ita solutum
in presens concilium, quod tamen haud diu
post alterum excepit in causa Joannis cele-
brandum. Episcopus ille acerrimorum Grego-
rii Cyprii olim patriarchæ accusatorum fa-
cile princeps, nec ejus exaudoratione placatus,
bellum in totum ab eo scriptum, de
quo supra, instituit. Imperator primo fu-
rantem compescere tentavit; mox frustra se
sibi intelligens, lenitate in iram conversa,
& dignitate illum exautoravit, & in cella
recluit. Acciderunt hæc juxta Possinum an-
no 1209. Quare solidis undecim annis usque
scilicet ad annum 1300. damnationis suæ po-
enam toleravit. Tunc vero tandem sera po-
nitentia animum Imperatoris cepit; falsus
que est crimen suum coram frequenti Pa-
trum concilio ad id coacto. Omnem in se su-
mebat rei actæ culpam, infontemque ab iis
criminibus, quorum obtentu reum damna-
verat, pronuntiavit episcopum; rogare pro-
inde se patres dixit, ut canonica sententia
virum pristinae famæ & dignitati restituerent.
Inclinabant in eam rem ex patribus plerique:
summa contentione retinebatur cum aliis non-
nullis patriarcha. Hinc dissidium ortum in-
ter Patres, ex quo factum, ut judicium pro-
rogaretur, nec de ferenda sententia spes ul-
la affulgeret. Moræ hujus pertæsus patriar-
cha, simulque offensus, quod tam multos sibi
resistentes haberet, novam secessionem in mo-
nasterium adornavit. Hæc viro exitio sue-
runt; ut mox in historia sequentium conciliorum
narrabitur.

Secessionis suæ causam non satis idoneam
habuisse se Joannes Cosmas agnoscebat, bre-
vi se patriarchatui restituit; sed nec diu post,
ut iterum secederet, causam hanc præterdidit.
Hilarion Selymbrensis episcopus crimen quod-
dam turpe, tanquam a patriarcha clam ad-
missum, quod ab homine deploratæ famæ &
calumniatore audierat, secreto detulit ad Im-
peratorem, simul indicans quoniam auctore
hæc teneret. Princeps rem, ut erat, calum-
niam judicans, ut perpetuo silentio præme-
ret Selymbrensi mandavit. Ille nihil muti-
turum spondit; nihilo tamen secius brevi
ejus accusationis fama tota urbe insonuit,
sparsumque est pariter, quisnam Imperatoris
auribus hæc insultra verat. Patriarcha calum-

nam tulit impatientissimæ, nec in delatorem
se gessit moderatius; quin frequentes ea de
re synodos habuit, teste Pachymero lib. IV.
cap. XXVIII. contendens apud Patres ve-
hementer, ut pena calumniæ in illum decar-
neretur. Sed patres morosiores ea in puni-
tione nactus, adeo excanduit, ut aditum
se nova secessione quieti suæ privatam con-
sulturum, addito ad fidem adstruendam ju-
ramento pro concilio affirmaverit. Nec cus-
tatus, illico se proripuit in monasterium,
ex quo continuo abdicacionis suæ synographam
misit ad Imperatorem. In eo scripto cum sin-
gula inique in se gesta percerussisset, adjecit,
tantis debilitatum contumeliis onus sacræ ad-
ministracionis ferre se nequaquam posse, ei-
que resumendo ne ullis deinceps precibus &
auctoritate forte adigeretur, jurato se æter-
num vale dixisse sacerdotio affirmavit. Im-
perator ea accepta abdicacione, quid inde
sibi præstandum esset, in commodius tempus
differendam consultationem censuit, atque
in presens solutum concilium est, cui annum
1303. Possinus assignat.

Brevi tamen altera episcoporum longe ce-
lebrior coitio, Imperatore invitante, indicta
est CPim. Quid per canones statuendum so-
ret de spontanea illa Patriarchæ cessione,
aliqua saltem in specie, juramenti religione
firmata disquirendum erat. In duas senten-
tias pro consueto more abitum est, aliis ab-
dicacionem illam valere, nec integrum deinceps
esse patriarchæ repudiatam dignitatem
resumere, vetante juramento, contententi-
bus; aliis injuria ab invito extortam nec va-
lere tuentibus, nec juramenti, forte nuncu-
pati vinculum tale fuisse quo obstringeretur;
relaxari quin illud posse ac debere, idque
petitis e tota antiquitate sacræ exemplis fa-
ctum sæpius demonstrabant. Ita Flavianum
recipere sacram ordinationem vel jurato re-
cusantem, iniatum nihilo secius constat.
Inter hæc dissidia visum est tandem patriar-
cham destinata e patribus legatione interro-
gare, & quid sibi mentis fuisset, cum seces-
surus, professus est: *per quam serpens Dei sum
non sum vobiscum*. Ille sciscitationibus lega-
torum de scripto reposuit, se quidem ea
semper mente fuisse, ut nunquam juraret
passim; formulam vero illam, de qua que-
rebatur, habuisse familiarem, nec unquam
se a proposito non jurandi consilio, ea lo-
quendi consuetudine recessisse putabat. Ex
eo, quid sentiret de sententia illa sua disce-
rent. Equidem fatebatur in sua ad Impera-
torem abdicacione scripsisse se juratum abie-
cisse dignitatem; sed hæc dolore injuriæ ac-
ceptæ turbato & imprudenti excidisse. Cete-
rum ea tunc fuisse mente & nunc pariter
esse, si paranda ecclesiæ necessarium fore
E judicaretur, ut ipse iterum clarum resume-
ret, præsto esse se, sin minus abdicacionem
suam acciperent ratam confirmatamque. Id
vero tunc demum se intellecturum dixit, si
omnes XL. episcopi in abdicacionem suam
consenserint, uno alterove dissentiente, velle
se destinatam sibi a Deo administracionem
resumere. Valuit ea responsio ad augenda
dissidia; cum quidam integrum negabant pa-
triarchæ regressum post juratam (id enim
pervincebant) cessionem; aliis coactionem
mentisque perturbationem in ea secessione
causatis. Erant inter hos tertius veluti sa-
cio.

ANNO
CHRISTI
1201.

ANNO
CHRISTI
1394.

tionis homines, qui juramenti vim omnem A
in verbis patriarchæ agnoscebant; sed abdi-
cationem suam jurasse illum asserbant con-
ditioni alligatam; siquidem nullam penam
pro evulgata temere calumnia Selymbrensis
tulisset; hac pœna decreta & juramenti vin-
culum exolveretur, & patriarchæ nihil ob-
stitisset ad regressum. Verum eam in Selym-
brensem animadversionem alii ut injustam
improbabant, alii stricto jure debitam asser-
mabant. Dum ita episcopos. dissidia serve-
rent, alia quædam inciderunt, unde novis
conciliis occasio nata est & argumentum.

Athanasius, olim patriarcha, tunc mona-
chus, nescio quid de terramotibus in urbis
everisionem imminetibus, nisi malum instans B
precibus & vigiliis sacris averruncaretur, præ-
dixerat. Vaticinium istud ad Imperatoris au-
res statim delatum est, qui dum sacra om-
nibus urbis monasteriis per triduum indicit,
summo mane succedentis diei levem, peren-
die validiorem terræ concussione sensit. Is
casus fidem conciliavit oraculo; unde tanta
de vate opinio increbuit, ut statim Impera-
tor, episcopi, & populus de restituenda illi
sede cogitarint. Inducto in eam rem concilio,
propositum est ab Imperatore deliberandum,
quo pacto, & quando conveniret re-
sumi patriarchalem dignitatem ab Athanasio.

Ac prima quidem concilii sessione totus Pa-
trum favor illi velificabat. At dato se eccle-
ligendi spatio, altera sessio inter multos fau-
tores multos tulit Athanasio adversarios. To-
ta ergo res inter altercationes stabat. Cum
interim Joannes Cosmas accitum Imperato-
rem ut habuit in conspectum, subdolis verbo-
rum illecebris ab eo obtinuit ut patriarcha
agnosceretur. Ita vero agnitus, continuo pro
jure patriarchali anathema in eos dixit, qui
restituendo in sedem patriarchalem Athanasio
operam darent. Terribili religione concussus
superstitiosus timidusque Imperatoris animus
ad concilii solamen se convertit. Invitantur
adatum patres, scinduntur in diversa, prout
quisque affectus erat in Joannem bene vel
secus. Qui abdicacionis juratæ religione ad-
stringi illum rebantur, illi tanquam ab exau-
ditorato latam excommunicationem inanem
judicabant; secus illi pronunciabant, quod
nondum depositi acta omnia valerent. In his
angustiis versans Imperator; unam quæ su-
pererat, evasionem tentavit, ipsum enim per
se iterum adiens patriarcham rogavit supplex,
ut eam relaxaret religionem, quam ille obli-
gaverat. Res pro voto successit; Joannes
enim hoc rescriptum dedit ad Concilium.

» Domine mi sancte Imperator, & vos
» divina & sacra synodus, tuque senatus, &
» qui adstat atque audit Domini populus,
» quotquot in clero censemini, quique habi-
» tu insignes Monachico estis, & multitudo E
» reliqua. Ego ex Orthodoxis genitoribus
» natus ac sancte educatus, prius quidem sa-
» cerdotali dignatus honore sum; postea Mo-
» nachus factus, judiciis quæ novit Deus in
» thronum evocatus patriarchalem fui; gra-
» tia primum ac beneplacito Dei, deinde
» consilio, voluntate, sententia prævio exa-
» mine perlata vestrum omnium, qui digni-
» tate præminotus. In ea dignitate, uti me
» gesserim pie ac recte, novit solus Deus.
» Gloriarum enim mihi non expedit, juxta di-
» vinum Apostolum. Contigerunt autem in-

» terim scandala, quot qualisque, vos sci-
» tis: ob quæ, ne quod inde nocumentum
» inferretur Christiani ullius animæ; & quo
» in pace ac statu tranquillo sancta Dei ec-
» clesia stabiliretur, cessi ad tempus thro-
» no, & cellula clausus mea, quievi. Obor-
» ta autem mihi in secessu illo dubitatio-
» ne, an bona ista esset, ac Deo probata quies
» mea; cum quid sibi super eo cordi esset,
» ut demonstrare dignaretur, Deum orarem;
» species quædam divina superadstitit mihi,
» dicens: Si amas me Petre, Pasce oves
» meas. Rursus igitur propter hoc reddi ad
» thronum. Quoniam vero iterum move-
» bantur majorem in modum scandala, &
» ecce propter hoc afficiebatur contumelis:
» secundo e cathedra patriarchali descendi,
» eundem, quem prius, intuens scopum,
» pacis meo secessu statuendæ. Postquam au-
» tem deinde contigere, quæ vobis sunt co-
» gnita, & excommunicatio pronunciata est
» a me in eum, qui restituere attentaret
» throno patriarchali dominum Athanasium,
» quod mihi futura videretur hujus istiusmo-
» di promotio odiosa omnibus & molesta;
» vos vero super ista recens excommunica-
» tione consulti, non admittitis illam, tam-
» quam, ut dicitis, non sit canonicè perla-
» ta. En ego ultro ipse qualescumque est,
» aut esse potest, excommunicationis istius
» vinculum solvo, revocansque illam, pro
» relaxata deinceps, neminemque in poste-
» rum ligante habeo. Neque tamen in do-
» mini Athanasii regressum ad thronum de
» cetero assentior. Quomodo enim ipsum
» in pontificem admittam, hominem accu-
» satum & deformatum ignominia nondum
» absterisa; denique pejoris ad hoc, quam
» ego sim ipse, conditionis; adeo quidem,
» ut parum absit, quin de religione ejus
» æquam dubitandi causam præbeat; præfer-
» tim cum super hæc omnia, patriarchatu
» ipse dudum ultro cesserit ecclesiasticæ, ac
» canonicæ? Hæc omnibus dico & conte-
» stor. Si quid vero posthac secus quam fas
» fuerit accidat, vos videritis. Meum enim
» sensum plane declaravi. Deus autem pa-
» cis, qui proprium pro sancta ecclesia da-
» re sanguinem non pepercit, ipse quod huic
» expedit ad pacem & turbam amotionem
» faciat. *Subscriptio. Abbas Joannes.*

Hæc recreatus syngraphe Imperator, con-
cilio se offerens, chartam usque eo legit, quo
de restitutione Athanasii non permittenda
agebatur; urisque vehementer apud coactos
in unum patres, ut tandem in Athanasium
convenirent. At surdis plerisque canebar;
cujus moræ inanis pertæsus princeps, assump-
tis in comitatum iis quos consilio suo fa-
vere norat, recta se contulit ad monasterium
Athanasii, cumque nactus, salutavit patriar-
cham, ceteris acclamatione consentientibus.
Ita abruptum est concilium, cujus tamen pars
illa, quæ restitutioni Athanasii resisterat, per-
severans in sententia, secessionem ab ecclesia
facere constituit, in qua & aliquandiu perseve-
ravit. Hæc omnia habet Pachymerus lib. V. c.
3. 6. 7. Acta sunt hæc anno 1394. ex Possini
supputatione. Atque hic finis Græcicorum
conciliorum ex Pachymero, qui historiam suam
ad undecimum usque Andronici senioris annum
producit, & cum eo hic pariter & nos Dis-
sertationem hanc nostram claudimus.

CON.

Ex Pachy.
in Andr.
lib. V.
Cap. VI.

ANNO
CHRISTI
1394.

ANNO
CHRISTI
1182.ANNO
CHRISTI
1182.

CONCILIIUM LONDINENSE

Anno 1182. habitum.

AN. 1182.
EX. W. I. K.
COUN. BRIT.
CO. II. PAG.
67.
IBIDEM

Hanc synodum archiepiscopus Cantuar. convocavit apud novum templum London. post Purificationem B. Mariæ ad tradendum de libertate Almarici de Monteforti. Mandatum archiepiscopi in registro fol. 142. vocatur: *littera convocationis pro libertate Almarici de Monteforti*. Quid autem in synodo hac actum sit, ex sequentibus constabit.

Littera directa domino papa de litteris suspectis exhibitis in concilio apud novum templum London. Ex reg. Pecham. fol. 14. a.

Sanctissimo in Christo patri ac domino reverendo Martino, Dei gratia sacrosanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summo pontifici, frater Joannes permissione divina Cantuar. ecclesiæ minister humilis, totius Angliæ primas, cum filiali reverentia pedum oscula beatorum. Sanctitati vestræ tenore presentium innotescat, quod cum ego & vener. fratres & coepiscopi mei, London. scil. & Rossen. cum procuratoribus aliorum episcoporum absentium, ad complenda piæ paternitatis vestræ mandata, circa liberationem domini Almarici de Monteforti cappellani vestri, nuper apud novum templum Londoniat. die Jovis, viz. quinta mensis Februarii, essemus personaliter congregati, quasdam litteras a venerabili patre archiepiscopo Dublinen. & discreti viro magistro Ardicione Punterii Mediolanensi, cappellano vestro, collectoribus decimæ in subsidium terræ sanctæ proviisæ, in regno Angliæ a sede apostolica deputatis, recipimus sub hac forma.

Martinus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Joanni archiepiscopo Dublinen. & dilecto filio Magistro Ardicioni sedis apostolicæ cappellano, collectoribus decimæ in subsidium terræ sanctæ proviisæ in Anglia, salutem & apostolicam benedictionem.

Conquesti sunt nobis mag. Symon de Micham cancellar. Saresburien. ac Robertus perpetuus vicarius de Sturminster Saresburien. diocæs. quod cum felicis recordationis Gregorius papa prædecessor noster in generali concilio Lugdunen. decimam omnium proventuum ecclesiasticorum terræ sanctæ subsidio, vos fratrem Joannem de Derlington, archiepiscopum Dublinen. & quemdam mag. Raymundum de Nogeris cappellanum apostolicæ sedis in regno Angliæ, collectores decimæ, hujusmodi primo anno per ipsius prædecessoris sub certa forma litteras deputavit; volens etiam, ut singulæ personæ tunc deputandæ ad colligendas hujusmodi decimas, de pecunia ex ipsa decima tunc colligenda singulis diebus, quibus circa præmissa vacarent, tres solidos esterlingorum singuli reciperent pro expensis. Demum cumque idem prædecessor bonæ memoriæ Gerardum Verdunensem episcopum tunc electum in partes Regni Angliæ pro negotio ipsius decimæ spe-

cialiter destinavit, eligendi aliquas personæ idoneas, & ipsas mutandi, & in earum locum subrogandi, quoties expedire videret, concessit plenariam potestatem. Idem Gerardus cancellarium & vicarium præfatos ad colligendam prædictam decimam usque ad quinquennium ex tunc immediate sequens in Saresbur. civitate ac diocæs. ut asserunt, deputavit; sic idem cancellar. & vicar. præfati per hujusmodi quinquennium ad colligendam decimam ipsam continue non absque fagitatione gravi laborantes, decimam prædictam per eos collectam ad mandatum nostrum, ut asserunt, integre & sine diminutione aliqua persolverunt. Sed vos de dictis tribus solidis, quos & singuli eorum pro suis expensis, quibus propter hoc interim subierunt, deberent recepisse juxta hujusmodi beneplacitum dicti prædecessoris nostri cancellario & vicario præfatis de decima ipsa satisfacere indebite contradicit. Quocirca vobis per apostolica scripta mandamus, quatenus cancellario & vicario præfatis de decima ipsa speciali gratia concessimus prædictas expensas per prædecessorem nostrum concessas, utriusque eorum integre ac sine diminutione aliqua restituatis. Alioquin vos ad id exequen. per dilectos filios archidiacon. Cant. & Dublinen. quibus super his nostris litteris damus in mandatis, compelli, sicut expedit, faciemus. Dat. apud Urbem veterem calend. Novemb. pontificatus nostri anno primo.

Quas litteras dictus cancellar. Saresbur. coram nobis ibidem personaliter constitutus, asseruit se porrexisse dictis archiepiscopo & cappellano, sub protestatione, quod nolebat eis uti, nisi essent legitime & veraces. Dum autem ipsæ litteræ in nostra præsentia legerentur, filium quod ad hærebatur eidem, separatum fuit a bulla, & dixit tunc publice cancellarius memoratus, quod ipsis litteris ex tunc renunciavit, & eis uti noluit ullo modo; quodque Ricardus de Burtun. eisdem litteras sibi tradiderat tanquam veraciter impetratas; qui Ricardus statim præsens existens, interrogatus super hoc, respondit, quod Robertus vicarius ecclesiæ de Sturminster Saresb. diocæs. dominus suus in præscriptis litteris nominatus, in Romana curia eas sibi tradiderat, & quod ante quindecim dies tradiderat eisdem de mandato domini sui prædicti cancellario memorato. Ad hæc idem Ricardus nobis quasdam alias litteras obtulit in tenore subscripto.

Martinus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Cant. & Dublin. archidiaconis, salutem & apostolicam benedictionem.

Conquesti sunt nobis magister Symon de Micham Cancellar. Saresbur. & Robertus perpetuus vicarius de Sturminster Saresbur. diocæs. quod cum felicis recordationis Gregorius papa prædecessor noster in generali concilio Lugdun. decimam omnium proventuum ecclesiasticorum terræ sanctæ subsidio venerab. fra-

ANNO
CHRISTI
1181.

fratrem nostrum fratrem Johannem de Derlingun, nunc Dublinen. archiepiscopum, & quendam magnum Raymundum de Nogeris sedis apostolicæ cappellanum in regno Angliæ, collectores decimæ hujusmodi primo anno per ipsius prædecessoris sub certa forma litteras deputavit, volens etiam ut personæ tunc deputand. ad colligend. hujusmodi, singulis diebus, quibus super præmissa vacarent, singuli tres solidos esterlingorum reciperent pro expensis. Demum cumque secundo anno idem præcessor bonæ memoriæ dominum Gerardum Verdun. episcopum tunc electum ad partes regni Angliæ pro negotio ipsius decimæ specialiter destinavit, eligendi aliquas personas idoneas, & ipsas mutandi, & in earum locum alias subrogandi, quotiens expedire videret, concessit plenarie potestatem. Ac idem Gerardus cancellarium & vicarium præfatos usque ad quinquennium immediate sequens ex tunc in Saresbur. civitate ac dioc. ut asserunt, deputavit: sic quod idem cancellar. & vicarius per hujusmodi quinquennium ad colligendam decimam ipsam continue laborantes decimam ipsam cum per venerabilem fratrem nostrum fratrem Johannem de Derlingun, archiepiscopum Dublinen. magnum Ardicionem sedis apostolicæ cappellanum, principales collectores decimæ prælibatæ fuissent requisiti, integre & sine diminutione aliqua persolverunt. Sed dicti frater Joannes de Derlingun, & magister Ardicio cancellario & vicario antedictis de expensis, quas propter hoc interim subierunt, juxta hujusmodi beneplacitum dicti prædecessoris nostri de decima ipsa indebite, ut asserunt, satisfacere contradicunt. Quocirca vobis per apostolica scripta mandamus, quatenus præfatos fratrem Joannem de Derlingun, & mag. Ardicionem moneatis, quod de dictis expensis cancellario & vicario præfatis, quibus, ex nostra gratia speciali concessimus, & super hoc eisdem nostris litteris dedimus in mandatis, sine diminutione aliqua satisfaciant competenter; alioquin eisdem usque ad satisfactionem condignam per omnem censuram ecclesiasticam, auctoritate apostolica compellatis. Dat. apud Uibem veterem non. Novembris pontificatus nostri anno primo.

Quæ cum publice lectæ fuissent, interrogavi dictos archiepiscopum & mag. Ardicionem utrum præscriptas litteras ambas veras esse crederent sive falsas: & dictus archiepiscopus ipsas esse suspectas; capellanus vero eas falsissimas existere testabantur; instanter petentes, ut in dicto negotio tam arduo facerem, quod esset per me legitime faciendum. Unde dictum Ricardum tanquam suspectum feci detineri, custodiæ dicti London. episcopi, in cujus eramus diocesi, commendatum; præscriptas litteras, quas etiam sanctitati vestræ sub sigillo meo transmittito, tanquam suspectissimas retinendo, quousque super hoc vestræ recipiam beneplacita sanctitatis. Insuper cum a prædicto Ricardo quaereremus, utrum aliquas alias litteras apostolicas secum a curia deportasset, idem sic interrogatus respondit; quod portavit secum a Curia usque ad duodecim paria litterarum Herforden. episcopo tunc presenti directarum, quas asseruit se cuidam civi London. commisisse, eidem episcopo liberandas, qui

Atamen episcopus statim negavit, se aliquas ab eo litteras accepisse. Quid autem super præmissis fuerit faciend. me dignetur sanctitatis vestræ clementia plenius informare. Custodiat Dominus, &c., scriptum XVI. cal. Martii anno a nativitate Domini, 1181.

Martini IV. Bullam pro Almarico de Monteforti, de qua in hoc concilio actum est, profert ex Wilkins ibidem pag. 69.

BULLA MARTINI IV. PRO ALMARICO DE MONTE FORTI.

Ibid. fol. 64. a.

Martinus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Cant. & ejus suffraganeis salutem, & apostolicam benedictionem. Olim cum ad felicis recordationis Nicolai papæ prædecessoris nostri audientiam pervenisset, quod dilectus filius Almaricus de Monteforti cappellanus noster, dum dilectam in Christo filiam nobilem mulierem sororem suam, uxorem dilecti filii nobilis principis Walliæ, per partes mantianas regno Angliæ vicinas ad eundem principem conducebat, laqueum captivitas incurreret; & quod carissimus in Christo filius noster rex Angliæ illustris eventum hujusmodi non absque affectu compassionis intelligens, de conservando sororis prædictæ pudore, sibi sollicitudinis studium vigilantis indiderat, procurando benignius, ut nobilis eadem traduceretur ad virum; quodque præfatus cappellanus ex ordinatione felicis recordationis Johannis papæ prædecessoris nostri sub quorundam prælatorum dicti regni custodia permanebat, dictus Nicolaus prædecessor noster circa liberationem ipsius cappellani, quantum secundum dominum, & absque turbatione status pacifici dicti regni poterat, solerter intendens, ne diutius præfatus cappellanus detentionis hujusmodi tædio gravaretur; attente quoque considerans, quod & pietatis affectio circa prædictam, sicut præmittitur, servatam sororem, ac memoria sanguinis, quo eidem cappellano rex ipse connectitur, regalem animum ad eum verisimiliter inclinare debebant, sibi que fontem aperire dulcedinis cordis sui: dilectum filium Raymundum de Nogeris decanum Anniensis ecclesiæ, cappellanum nostrum pro liberatione Almarici prædicti ad eundem regem specialiter destinavit, serenitatem regiam per suas litteras rogans attentius, ut pro sua & apostolicæ sedis reverentia circa liberationem Almarici jam dicti sic opem & operam efficaces impenderet; eumque faceret, postquam existeret liberatus, extra regnum prædictum sub favore regio usque ad loca sibi tuta conduci, quod exinde ipsius regis nominis gloria susciperet incrementum. Et ne prætextu captivitas seu detentionis hujusmodi, similitatem aliquam suscitandi aliqua occasio suscitaretur, & eidem regno ejusque incolis alicujus timendæurbationis materia immineret; ab eodem mag. Raymundo per alias suas litteras nonnulla exequenda, & a prædicto Almarico facienda providit, per quæ hujusmodi posse obvari periculis ab aliquibus credebatur: viz. quod

ANNO
CHRISTI
1181.* filo no-
ro 1181.

ibidem

C

E

si præ-

si præfatus Almaricus certe formæ in prædictis ad eundem regem directis insertæ litteris, simpliciter, absolute ac libere consentiret: de quo quidem consensu libero voluit memoratus Nicolaus prædecessor, ut magister ipse cognosceret & diligenter adhiberet industriam & cautelam, ne forte in posterum a calumniis consensu huiusmodi diceretur extortus, ab eodem Almarico obligationem reciperet corporali præfatis iuramento, quod memoratum regnum absque apostolicæ sedis expressa licentia nullo unquam tempore reniraret, quodque præfatus Almaricus regnum ipsum, aliasque terras præfato regi subiectas, per se, vel per alios hostiliter nequaquam invaderet, nec etiam occuparet, nec invadi vel occupari ab alio procuraret. Et si secus forte prælumeret, excommunicationis sententia, quam per eundem mag. Raymundum ferri voluit in eundem, ligatus existeret, & omnibus ecclesiasticis beneficiis ac privilegio clericali privatus, & per eundem mag. R. ad illa redderetur inhabilis vel alia obtinenda. Et quod postquam idem A. ad loca tuta regni Franciæ perveniret, obligationem similem renovaret, etiam sub iuramento, & pœnis similibus sibi per eundem mag. R. imponendis, vel etiam infligendis, perpetuo servaretur. Quod si postquam ad loca tuta dictum Almaricum pervenire contingeret, ipse obligationem non renovaret eandem, aut contra præmissa vel aliqua præmissorum veniret; extunc eidem excommunicationis, privationis, & inhabilitatis pœnis dictum Almaricum prælibatus N. prædecessor voluit subicere, prout hæc in prædictis ad sæpessatum regem directis litteris plenius continentur. Sed eodem Nicolao prædecessore morte prævento, huiusmodi negotium non potuit expediri. Porro litteras regias, quas pridem vacante tunc apostolica sede, per eundem magn. R. venerabilibus fratribus nostris Romanæ ecclesiæ cardinalibus, de quorum tunc temporis eramus numero, rex ipse direxit, intelleximus diligenter dilate liberationis Almarici prædicti causam plenius advertentes. Et quia tam ex ipsarum litterarum tenore, quam ex præfati magistri relatione collegimus, quod idem rex ad eisdem sedis in hoc beneplacito exequenda promptum se exhibet & paratum, sibi uberrimum dona rependimus gratiarum; ipsum per nostras litteras rogantes attentius & hortantes, ut æterni regis intuitu, per quem idem rex regnat & regitur, ac pro apostolicæ sedis & nostræ reverentia, regisque dignitatis honore, huiusmodi gratæ nobis regis promptitudinis studium prosequens, circa liberationem Almarici jam dicti, opportunum & efficax studium de benignitate regia largiatur; faciens eundem Almar. postquam liberatus extiterat, extra regnum suum sub favore regio usque ad loca sibi tuta conduci, ut dictus rex illum sibi proinde retributorem constituat, qui de sua munificencia largitatis pro minimis grandis recompenset; & sedis apostolicæ gratiæ, quam libenter devotis filiis explicamus, circa personam suam votivum suscipiat incrementum. Et quantum sedes ipsa ex quodam piæ compassionis affectu, quo conscriptos militiæ ordinis clericalis prosequitur, negotium huiusmodi cordi gerit, memoratum mag. Raymundum de cuius exper-

ta probitate confidimus, ad præfatum regem propter hoc duximus remittend. ut ab eodem Almarico diligenter, ut expedit obligationem recipiat supradictam; in qua per eundem Almaricum adiri volumus, ad ipsius regis sui que regni cautelam, quod dictus Almaricus eidem regi vel regno suo, aut ipsius regni personis adversari volentibus, favorem vel consensum aliquem non præstabit, prout dictus rex per easdem litteras regias postulavit. Rogamus etiam regem ipsum, ut in hac parte beneplacitis apostolicis conformans, devotius desideria cordis sui efficaciter exequi studeat, quod ab eo petitur confidenter, ut ex hoc regis devotionis sinceritas clarius eluceat, & Romana ecclesia mater sua, quæ ipsum gerit inter charitatis viscera prædilectum, laboristæ dia occasione huiusmodi non cogatur ulterius experiri. Cum itaque huiusmodi negotium sedes apostolica non immerito cordi gerat, ac ipsum absque præiudicio ecclesiasticæ libertatis nequaquam deferere valeat imperfectum; nos diligentis vestræ studium, quod circa promotionem ipsius negotii præstitistis, dignis in Domino laudibus commendantes, fraternitatem vestram rogamus & hortamur attente, per apostolica nihilominus scripta vobis districte præcipiendo mandamus; quatenus vota vestra beneplacitis apostolicis conformantes, ac huiusmodi studium prosequentes, opem operamque sollicitam, prout utilius expedire videritis, impendatis, ut festina, prout optatur, proveniat eiusdem liberatio Almar. sic efficaciter vos in hac parte gerentes, ut devotionis vestræ promptæ sinceritas condignis laudibus attolatur, ac sedis apostolicæ gratia erga vos digne suscipiat incrementum, nec oporteat propter hoc sedem ipsam ulterius laborare. Dat. apud urbem veterem XII. cal. Octobris, pontificatus nostri anno primo.

Archiepiscopi & episcoporum provincia Cantuar. littera synodalis directa domino papa super liberatione Almarici de Monteforti.

Sanctissimo in Christo patri ac domino dom. Martino, divina providentia, &c. sui humiles & devoti fratres J. permissione divina &c. & eiusdem ecclesiæ suffraganei universi, cum filiali reverentia pedum oscula beatorum. Eminentia vestræ sedis, pater sanctissime, quæ omni potentatui totius ecclesiæ dominatur, & præ cunctis principibus & sedibus universis coruscare cernitur sapientiæ radiis præcellentis, per vener. virum mag. R. de Nogeris decanum Anniciens. capellanum vestrum supra liberatione venerabilis viri dom. Almarici de Monteforti, vestri similiter capellani sua nobis nuper mandata provida deliberatione transmisit, quæ, prout decuit, reverenter & devote suscepimus: & ad eadem exequenda opem & operam, quam debuimus, quamque potuimus, exhibuimus efficacem: nempe, cum periculo quod ex ipsius capellani liberatione circa turbationem regni Angliæ poterat formidari, per formam ipsius mandati prescriptum utique videtur iuratoriæ remedio cautionis, quam subire debebat Almaricus prædictus, pœnis nihilominus quibudam adjectis quas idem incurreret contra pro-

ANNO
CHRISTI
1171.

ANNO
CHRISTI
1171.

ANNO CHRISTI 1582.

ANNO CHRISTI 1582.

proprium juramentum veniens ipso facto, & ad demum in littera apostolica memorata provide supplementum fuisse, quod in quadam alia littera precedenti, quæ viz. a domino Nicolao piæ recordationis prædecessore vestro super eadem emanavit materia, fuerat defectivum; viz. de præfati serie juramenti, non tantum ad actum & consensum, verumetiam favorem noxium extendend. nobisque ex ipsius magistri Raymundi decani Annicien. prædicti fida relatione nihilominus & aliunde constaret, quod antedictus dom. Almaricus memoratam obligationem sibi impositam sponte suscipere, & quantum in se fuerat, pollicitationem hujusmodi extitit adimplere paratus. Nos cum pace domini regis juxta mentem ipsius litteræ vestræ in ipso negotio procedere satagentes, ipsum requisivimus; supplicantes eidem, ut pro apostolicæ sedis reverentia, nostrarumque multiplicata precum instantia, liberationi plenariæ prædicti domini Almarici regium, absque ulterioris moræ dispendio, dignaretur de cetero adhibere consensum; præcipue cum suæurbationis & regni, quæ ex hoc poterat provenire periculo, fuisset plenarie satisfactum. Et licet evocatis plerisque principibus atque magnatibus regni sui, eorum assensibus super ista materia requisitis, nonnullorum vo-

ta & consilia obtulissent; ipse tamen rex mansuetus & Deo devotus, proprii pectoris sinceritate, & ad ecclesiam Romanam pia devotione promotus, liberaliter a nobis exhortata concessit. Quod in eo tanto laudabilius æstimamus, tantoque celsiori laudis præconio ducimus attollendum, quanto ex turbatione seu rebellionem Wallensium recentem in Anglia suscitata, magis excitativa deventionis quam suæ liberationis a carcere procedere viderentur judicia; & verisimiliora opinione vulgari prodirent in medium argumenta, propter quæ nos eidem affluentium rependentes vicissitudinem gratiarum, ipsum dom. Almaricum de carceris custodia educentes, usque civitatem Londoniarum salvo deduci fecimus & conduci; ipsumque in multorum fide dignorum præsentia ad hoc specialiter vocatorum, liberatum pronunciamus & a carcere penitus & plenarie absolutum; ipsumque præfato magistro Raymundo liberum fecimus omnino assignari, & per eundem mag. ipsum domi. Almaricum sub securo conductu regio ad loca tuta regni Franciæ conducendum, sanctitati vestræ cum gaudio transmittimus liberatum. Puigat in ecclesia Dei, pater sanctissime, vestræ sanctitatis auctoritas per tempora longiora. Act. London. IX. cal. Martii, anno Dom. 1582.

SYNODUS SANTONENSIS,

Anno Domini MCCLXXXII.

Ex codice Constitutionum Santonenfis ecclesie.

Constitutiones Domini Gaufridi de sancto Bricio, promulgatæ in synodo Palchali, anno Domini MCCLXXXII.

TITULI CAPITUM.

* leg. non sepel.
* leg. cappellanorum

1. De sepultura excommunicatorum.
2. De sepeliendis excommunicatis per capitulum absolutis.
3. Ut ab ecclesiarum rectoribus publicentur constitutiones.
4. Qualiter se debent habere prelati in procuratoribus.
5. De testamentis.

CAPITULA.

I. De sepultura excommunicatorum.

Cum in diocesi Santonenfis corruptela inoleverit, quod cadavera excommunicatorum defunctorum ita prope cœmeteria, vel intra, a quibusdam contemptoribus nervi ecclesiasticæ disciplinæ intumescant, ut vix discerni possint sepulturæ profana excommunicatorum, a sepulchris fidelium: hæc de cetero fieri prohibemus, sub pena excommunicationis, cui subiacere volumus violatores constitutionis hujus ipso facto. Adicientes sub pena prædicta, ne excommunicatorum corpora tradantur sepulturæ prope sacra cœmeteria, per spatium duorum terræ jugerum circumquaque, nec ultra quam duo cor. Concil. General. Tom. XXIV.

II. De sepeliendis excommunicatis per capitulum absolutis.

* Cor. D.
* Cor. per cappellanorum

Cum quidam obstinato animo diutius sustinere excommunicationum sententias non verentes, expectant sub confidentia, quod in mortis articulo per sacerdotem proprium absolvantur, & tradantur ecclesiasticæ sepulturæ, non dubitantes quominus in mortis articulo absolvi possint per proprium sacerdotem: districtius inhibemus sub pena excommunicationis, ne, quanquam in mortis articulo per cappellanos suos fuerint absoluti, eorum corpora tradantur ecclesiasticæ sepulturæ: nisi de licentia eorum judicum, quorum auctoritate excommunicati fuerint, si sint ordinarii judices eorum. Si sententiam excommunicationis publicæ per duos menses sustinuerint, debent compellere brachium sæculare, ut ipsum compellant ad sanctæ matris ecclesie unitatem, mittendo manus suas in ipsum & res ejus.

III. Ut ab ecclesiarum rectoribus publicentur constitutiones.

Præcipimus universis ecclesiarum rectoribus nostræ diocesis, ut constitutiones provinciales, synodales, & Gregorianas habeant, &

ANNO
CHRISTI
1281.

teneant & publicent in ecclesiis suis, quas Arum mortuus fuerit, nobis afferant vel mittant testamentum defuncti, si in scriptis factum fuerit, vel ad minus transcriptum, si originale non possunt habere. Quod si neutrum haberi potest, vel si dictum testamentum factum fuerit sine scriptis: mittant nobis sub sigillis suis nomina heredum & executorum: ut super his canonice consilium apponamus. Cappellanos vero, & subcappellanos, & alios curam animarum habentes, quos in hoc invenerimus negligentes, graviter puniemus. Dicos autem detentores predictorum testamentorum, ut voluntatum occultatores, & celatores fraudulenter, & qui bona dictorum decedentium in proprios usus convertere ausi fuerint, nisi in quantum jura permittunt, excommunicationis sententiam volumus incurrere ipso facto.

ANNO
CHRISTI
1281.

IV Qualiter se debeant habere pralati in procurationibus.

Cum illis quibus predicamus, non debeamus existere onerosi: considerantes ecclesiarum istius diocesis facultates, statuimus, quod archidiaconi, archipresbyteri, duobus sculis in suis procuracionibus, cum eas receperint, sint contenti, cum & nos secundum hujusmodi formam eveditionum nostrarum numerum moderemur. Nullus quoque in procuracionibus predictis, vel in nostra, aliquem invitare presumat: ne possit dici, ex procuracionibus predictis aliquem plus debito pragravari. Sola nocte pernoctent iidem archidiaconi & archipresbyteri in locis, quibus ratione procuracionis, visitationis, duxerint declinandum. In mane sine prandio exinde recedentes, quassus in frumento, vino, avena, vel aliis quibuscumque, facere non presumant, cum in jure sint exactiones hujusmodi interdixit: per ipsosque teneri ibidem assisus prohibemus. Sed de causis minoribus cognoscere poterunt, dum ecclesias visitabunt. In omnibus autem premissis casibus transgressorum penam excommunicationis infligimus ipso facto.

* Exce.
transgressoribus.
Harduinus.

V. De testamentis.

Cum ad episcoporum spectet officium, ut decedentium ultimæ voluntates, quæ pro lege servantur, secundum jura civilia, & canonicas sanctiones debeant executioni debitæ demandari: sunt nonnulli, qui eas in toto vel in parte annihilare cupientes, videlicet tam heredes, quam executores, ipsorum defunctorum testamenta seu ultimas voluntates detinent, occultant, & celant: ac etiam bona ipsorum decedentium in proprios usus convertunt. Ex quo accidit, quod redditus & legata relicta ecclesiis, monasteriis, & aliis locis & personis, ab ipsis defunctis pro anniversariis suis, & parentum suorum faciendis, per hujusmodi detentiones, occultationes, & celationes, penitus amittuntur. Nos volentes huic morbo celeri remedio providere, præsentis constitutione præcipimus, statuendo, ut omnes cappellani, subcappellani, infra duos menses, ex quo parochianus eo-

Item saepe contingit, quod personæ decedentes suam ultimam voluntatem in aliquorum seu alicujus dispositione & voluntate committunt: præcipientes quod de bonis suis ordinent, & disponant pro libito voluntatis, secundum quod saluti animarum decedentium viderint expedire. Ipsi vero, qui tales executiones seu dispositiones recipiunt, modico quandoque vel nihilo de bonis defuncti ipsius erogato, retiduum, quodcumque fuerit, retinent, & in suos usus proprios convertunt: quod est contra Deum, & ipsorum decedentium voluntatem. Ideoque excommunicamus & excommunicationis sententia innodamus omnes illos, qui tales executiones, vel dispositiones in se suscipiunt: qui quidquam de bonis ipsorum defunctorum scienter vel fraudulenter duxerint retinendum, nisi quantum jura sibi permittant, vel decedentium processerit voluntate.

Præterea sunt & alii, qui postquam infirmus loqui non potest, vel intelligibiliter suam non potest exprimere voluntatem, vel etiam est alienatus a mente, eidem faciunt testamentum; seu fingunt, quod ordinationem bonorum suorum in eorum dispositione, seu voluntate commisit: & tales ultimas voluntates sigillari procurant, quod non potest dici testamentum, cum mentis ipsius defuncti testatio non existat. Incidunt enim tales in vitium falsitatis. Quare nos talia præsumi & fieri de cetero prohibemus: illos qui contra hanc inhibitionem nostram talia testamenta, sive ordinationes fecerint, seu sigillaverint, vel sigillari procuraverint, excommunicationis vinculo innodamus.



CONCILIUM TURONENSE

A Joanne archiepiscopo & suffraganeis episcopis celebratum anno Dom.
MCCLXXXII.

Ex duobus MSS. altero Collegii Paris. Soc. JESU, altero donato ab
Egid. Menagio V. Cl.

TITULI CAPITULORUM. E 4. De furantibus libros & ornamenta ecclesiastica, & librorum folia scindentibus, vel corruptentibus.

1. De vexatoribus.
2. De incitantibus ad lites.
3. Ut clerici & religiosi tabernaculis non frequentent.
5. De processionibus faciendis.
6. De usurariis puniendis & evitandis.

7. De

ANNO
CHRISTI
1122.

7. De opprimentibus ecclesiasticas personas, & A perturbantibus jurisdictionem ecclesiasticam.
8. De purgatione præstanda super turbata jurisdictione, & poena non purgantium.
9. Contra illos qui ponunt conestros vel eufodes in domibus ecclesiasticorum.
10. De applegiamentis.
11. De iubenstibus subditis suis ne participant cum personis ecclesiasticis.
12. De decimis.
13. Ut statuta priorum conciliorum observentur.

III. Ut clerici & religiosi tabernas non frequentent.

ANNO
CHRISTI
1122.

Item statuimus clericos, in sacris præcipue ordinibus constitutos, & religiosos, tabernas, contra cleri honestatem, & prohibitionem canonum, frequentantes, nisi peregrinationis necessitate compulsos, modo simili prohiberi.

P R Æ F A T I O.

AD honorem omnipotentis Dei, & ad reformationem status ecclesiarum provincie Turonensis: nos Joannes Dei patientia archiepiscopus Turonensis: intimo mentis desiderio corrigere cupientes ea, quæ correctione legitima circa personas ecclesiasticas, visitando nuper illam provinciam, novimus indigere: convocatis venerabilibus in Christo fratribus, ejusdem provincie episcopis, suffraganeis nostris, necnon abbatibus, capitulis, conventibus, & aliis qui fuerant evocandi, apud Turones, provida deliberatione habita & tractatu, communicato quoque præsentium ipsorum suffraganeorum consilio prout decet, ac volentes adversus quorundam clericorum & laicorum, qui ecclesiasticum forum frequentant, calliditatem & versutiam providere, qui fraudulentè illos contra quos non habent aliquid questionis, sæpe faciunt quandoque per se, quandoque per alios vexari multipliciter & citari, ut pro redimendis vexationibus hujusmodi, prædam possint assequi ab eisdem.

* al. quodam

IV. De furantibus libris, & ornamenta ecclesiastica, & folia librorum scientibus, aut corruptentibus.

Item illos qui se esse dixerint sacerdotes, qui ecclesiarum calices, libros, aut cruces, reliquias, vel alia ecclesiastica ornamenta, furtive subtraxerint: statuimus præsentis auctoritate concilii excommunicationis sententiæ subjacere; & aliter per locorum ordinarios, prout furci qualitas exegerit, corporaliter puniendos, donec restituerint sic subtrahita, & competentem egerint poenitentiam de commissis. Quam poenam extendi volumus ad omnes illos qui librorum ecclesiarum sciderint folia, aut diminuerint, seu deleverint, aut corruerint malitiose in eis scripta, in ecclesiarum præjudicium quoquomodo.

* al. illos. præcipue sacerdotes, qui

C A P I T U L A.

I. De vexatoribus.

STATUIMUS omnes tales, ut ita dixerimus, vexatores, præter poenam damnorum & expensarum, in quibus volumus eos per locorum ordinarios illis quos tali fraude & dolo vexari faciunt, taxatione legitima præcedente, prout jura statuunt, condemnari, excommunicationis vinculo, donec a tanta præsumptione resipiscant, percellendi.

II. De incitantibus ad lites.

Item præsentis approbatione & auctoritate concilii prohibemus, ne quis de cetero ad lites excitet, vel ad rixas, sicut a nonnullis, qui ad hoc pervillas, oppida, & tabernas discurrunt, ut causam vexandi simplices homines habeant, comperimus esse factum. Qui vero contra hanc prohibitionem nostram in aliquo venire præsumperint, censura simili compescantur.

Concil. General. Tom. XXIV.

V. De processionibus faciendis.

Item pro eo quod in faciendis processionibus, ob devotionem populi antiquitus introductis, multi ecclesiarum rectores & alii ministri se exhibent negligentes: præcipimus eos ad processiones hujusmodi, diebus Dominicis & aliis, ubi & prout fieri consuevit, faciendas, ut per hoc loca ipsa in majori reverentia habeantur, & devotio fidelium augeatur, per locorum ordinarios censura ecclesiastica, nisi tempestas temporis, vel alia necessaria causa eos impederit, fore cogendos.

VI. De usurariis puniendis & vitandis.

Item quia multi in observatione canonis a felicis recordationis Gregorio X. sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo pontifice, de manifestis usurariis, de omnium & singulorum fidelium terris penitus expellendis, & habitationibus non locandis eisdem, dudum in concilio Lugdunensi editi, se exhibent negligentes: præcipimus in virtute obedientiæ, & sub anathematis

ANNO
CHRISTI
1191.

vinculo inungentes, sententiam prædicti canonis, usque ad proximum provinciale futurum concilium, in singulis cathedralibus, collegiatis, ac etiam parochialibus ecclesiis provincie Turonensis, diebus Dominicis publicari: ut saltem rubore confusi ipsius canonis contemptores, ad ejus observantiam inducantur.

VII. De opprimentibus ecclesiasticas personas, & perturbantibus jurisdictionem ecclesiasticam.

Item potestates seculares, ecclesias ecclesiasticasve personas opprimentes, (quas statuta conciliorum volentia immunitati ecclesie providere, statuunt usque ad satisfactionem congruam excommunicationis sententie subiacere) præcipimus præsentis provisione concilii excommunicatas, per omnes cathedrales, collegiales, & parochiales ecclesias hujus provincie diebus Dominicis nunciandas, necnon omnes & singulos, qui jurisdictionem ecclesiasticam ordinariam, antiquas ecclesiasticas consuetudines, & etiam libertates, impedire, diminuerent, turbare, vel in aliquo usurpare præsumperint; & omnes illos qui consilium, auxilium, auctoritatem, mandatum operum præbuerint ad præmissa, clam vel palam, cujuscumque conditionis, ordinis, atque status existant, auctoritate hujus concilii excommunicationis sententia innodamus. Qui vero super denunciationibus præmissorum faciendis inventi fuerint negligentes, per locorum ordinarios puniantur.

VIII. De purgatione præstanda super turbata jurisdictione, & pena non purgantium.

Item omnes illos qui de oppressionibus, usurpationibus, læsionibus aut diminutionibus, perturbationibus aut impedimentis, aut aliquo præmissorum, suspecti fuerint, nisi ad mandatum ordinarii se purgaverint, tanquam de hoc convictos merito (quos auctoritate præsentis concilii usque ad satisfactionem congruam excommunicationis sententie volumus subiacere ipso facto) præcipimus nominatim simili modo publice nunciari.

IX. Contra illos qui ponunt comestores vel custodes in domibus ecclesiasticarum.

Item statutum provincialis concilii contra illos qui ponunt comestores

in religiosis domibus, dudum editum, ad illos extendimus, qui ponunt hujusmodi comestores vel custodes in domibus prælatorum, aut aliarum ecclesiasticarum personarum quarumcumque: quos simili sententia, auctoritate præsentis concilii, innodamus.

X. De applegiamentis.

Item præcipimus potestates, baillivos, & quoscumque alios justitie secularis ministros, qui amodo personas ecclesiasticas, pro eo quod super possessionibus, redditibus, & rebus aliis quibuscumque, quas ecclesiarum & beneficiorum seu administrationum suarum nomine & ratione possident, se applegiaverunt, vel contraplegiaverunt coram eis, ut ita dixerimus, hujusmodi possessionibus, redditibus, & rebus aliis quibuscumque, in quibus sunt auctoritate ecclesie merito defendendi, privare, aut possessiones ipsas alias eis auferre, & in illos qui de personis hujusmodi ecclesiasticis super his conqueruntur, in aliosve transferre vel in manu sua tenere præsumperint possessiones ipsas, redditus, & res alias quascumque personis ecclesiasticis sic ablatas, excommunicationis sententiam cum suis consiliariis & auctoribus, præsentis auctoritate concilii, incurrere volumus ipso facto.

XI. De inibentibus subditis suis ne participant cum personis ecclesiasticis.

Item, quia nonnulli laici falcem appetentes in messem ponere alienam, hominibus quidem suis, vel alias sibi subditis, ne personis ecclesiasticis, cum quibus habent aliquid questionis, ignem aut aquam ministrent, & ne aliquid eis vendendo seu emendo, aut aliter communicent quoquomodo, districtius inhibere præsumunt in suarum periculum animarum: ipsos Iudeis quodammodo comparantes, dum eis alios communicare non sinunt, præsentis provisione concilii statui-
E mus, hujusmodi præsumptores excommunicationis sententie subiacere.

XII. De decimis.

Item omnes illos, cujuscumque status aut conditionis existant, qui personas ecclesiasticas, aut ecclesiarum ministros, quo minus possint decimam ad ipsos seu eorum ecclesias pertinentem colligere, percipere, aut ad firmam

ANNO
CHRISTI
1191.

ANNO
CHRISTI
1182.

nam tradere, cui aut quibus expedi-
re viderint, impedire præsumpserint
quoquomodo, post inhibitiones & mo-
nitiones eis in generali competentes
factas, præcipimus excommunicatio-
nis vinculo generaliter innodandos,
& excommunicatos usque ad satisfac-
tionem congruam nunciandos.

XIII. Ut statuta priorum conciliorum ob-
serventur.

ANNO
CHRISTI
1182.

Item omnia & singula statuta pro-
vincialia, tam a nobis, quam a præ-
decessoribus nostris bonæ memoriæ ar-
chiepiscopis Turonensibus, hæcenus
edita, renovantes, præsentis auctori-
tate concilii confirmamus.

Actum Turonis, die Mercurii post festum
B beati Petri ad Vincula, continuata seu ex-
pectata a die Lunæ præcedente, Anno Do-
mini MCCLXXXII.



AD CONCILIUM TURONENSE

Anno 1182. habitum

A D D I T I O

EPISTOLA MARTINI PAPÆ IV. AD J. TITULI S. CECILIÆ PRESBITERUM
CARDINALEM IN FRANCIAM APOSTOLICÆ SEDIS LEGATUM,

Ut quædam statuta per archiepiscopum Turonensem in suo provinciali concilio facta
corrigas.

Ex MS. illustrissimi domini Chauvelin.

Afferit
Mart. ver.
Moo. to.
VII. p.
27b.

Martinus episcopus servus servorum Dei
dilecto filio J. tituli S. Cæcilie pres-
bytero cardinali S. & A. B.

Non indigne sollicitudinis studium aposto-
lica sibi sedes inducit, ut veluti cunctorum
mater & magistra fidelium que corrigenda
viderit, & que cognoverit reformanda con-
firmet, & humanis actibus regula limitatis,
grex dominicus, cuius nobis est, disponente
Domino, commissa custodia, pacis tranqui-
litæ commodis gratuletur. Intelleximus squi-
dem, quod venerabilis frater noster archie-
piscopus Turonensis, favens propriæ volunta-
tis arbitrio, pridem inter cetera, que in suo
provinciali concilio noscitur statuisse, ut po-
testates seculares ecclesiasticæ personas op-
primentes, quos statuta canonum volentia
immunitati ecclesiæ providere, statuunt usque
ad satisfactionem congruam excommunica-
tionis sententiæ subjacere, præcepit ejusdem
provisione concilii excommunicatos per om-
nes cathedrales, collegiatas, & parochiales
ecclesias Turonensis provincie diebus domi-
nicis nunciandos, nec non & singulos qui
jurisdictionem ordinariam ecclesiasticam, an-
tiquas ecclesiasticas consuetudines & etiam li-
bertates impedire, diminuere, turbare, vel
in aliquo usurpare præsumpserit quoquo mo-
do, ac omnes illos qui consilium, auxilium,
auctoritatem, mandatum, openve præbue-
rint ad præmissa, clam vel palam, cujus-
cumque conditionis, ordinis aut status exi-
stant, prædicti auctoritate concilii excommu-
nicationis sententiæ innodavit. Illos etiam

qui de oppressione, usurpatione, læsione aut
diminutione, perturbatione seu impedimento,
vel aliquo præmissorum hujusmodi suspecti
fuerint, nisi ad mandatum ordinariorum se
purgare curaverint, tanquam de hoc ob hoc
convictos merito, quos auctoritate prædicta,
usque ad satisfactionem congruam excommu-
nicationis sententiæ voluit præfatus archie-
piscopus subjacere ipso facto, præcepit nomi-
natim modo simili publice nunciari. Statu-
tum quoque provincialis concilii contra il-
los, qui, ut ejusdem archiepiscopi verbis
utamur, ponunt, in religiosis domibus co-
mestores, olim editum, ad illos archiepi-
scopus memoratus extendit, qui comestores hu-
jusmodi vel custodes in domibus prælato-
rum aut aliarum personarum ecclesiastica-
rum etiam quarumcumque ponere dinoscun-
tur, quosque simili sententiæ innodavit. Cum
itaque statuta hujusmodi eorum generalitate,
perplexitate, involutione ac qualitate pen-
satis, spiritualiter & temporaliter quampluri-
mum captiosa fore, si diligenter attenditur,
dinoscantur, ac proinde limam debitæ cor-
rectionis exposcant, discretioni tuæ per apo-
stolica scripta mandamus, quatenus statuta
ipsa tibi faciens exhiberi, ea prudenter &
provide corrigas, immutes, emendes, tem-
peres, modereris, & reformes, in quibus,
& prout tibi ratio suggeret, & æquitas sua-
debit, contradiçtores auctoritate nostra ap-
pellatione postposita compescendo. Datum
apud Urbem veterem IV. nonas Maij ponti-
ficatus nostri anno III.

PROCESSUS CONTRA PETRUM REGEM ARRAGONUM,

Ejusque fautores, anno MCCLXXXII. & MCCLXXXIII.

Continetur negotium hoc totum Martini pontificis epistolis, seu potius sententiis tribus, quarum prima, ne quid de Binis ordine mutaremus, superius edita est, pag. 724. inter Martini epistolas, continetque sententiam excommunicationis, ipso Ascensionis Domini festo ann. MCCLXXXII. latam Urbesetere, in eos qui Siciliam Romanam ecclesiam stipendiariam, & Carolo regis Francorum fratri jure fiducia-rio traditam, invaderent. Male ergo vocavit Binus, sententiam excommunicationis in Petrum Arragonum regem, eique hunc titulum praefixit. Nihil enim illic contra eum nominatum decretum est.

Secunda Monte Flaſcone anno eodem, festo dedicationis basilicæ SS. Petri & Pauli, nominatim in Petrum Arragonum regem ejusque adfectas lata est. Tertia, in eodem, Urbesetere ann. MCCLXXXIII. Martii 23. Utraque ab eruditissimis viris Franc. Dumbisio, tomo V. histor. Franc. & Luca Dacbario tom. II. aberranti Spicilegii, jam edita est: atque hic a me illorum ex editionibus representanda, ut Libris nostri, qui eas non inter Martini epistolas, sed hoc loco edendas spondit, fidem liberem.

Sententia Martini PP. in Petrum Arragonum regem ejusque sectatores, Monte Flaſcone lata xiv. Kal. Decembr. anno MCCLXXXII. Martini papæ secundo.

Martinus episcopus, servus servorum Dei, ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum.

Longa retro series, ipsiusque diffusa narratio, cui vix tempora multa sufficerent, tædio grandi nimium audientes afficeret, si quondam Friderici, olim Romanorum imperatoris, posterorumque suorum, culpas horrendas & excessus nefandos, contra Deum & Romanam ecclesiam commissos, ac processus perinde, per Romanos pontifices prædecessores nostros, rite habitos contra ipsos, pœnasque julle illis indictas, repetitio seriosa narraret. Ideoque summa rerum fastigia, prout imminentium casuum necessitas exigit, abique seductionis injuria materia patitur, decrevimus persequenda.

* Parte, & abque. H.

Et quidem communem non credimus latere notitiam, qualiter felcis recordationis Innocentius papa IV. prædecessor noster, memoratum Fridericum, qui per se, per eodem suos excessus & culpas innumeras, indignum imperio & regnis, omnique honore ac dignitate reddiderat, in concilio Lugdunensi, eodem approbante concilio, propter suas iniquitates, a Deo, ne regnaret vel imperaret, abjectum ostendit, & denunciavit omni honore ac dignitate privatum a Domino, & nihilominus sententiando privavit, ut in ejusdem prædecessoris sententia contra Fri-

dericum lata plenius continetur. Qualiter etiam post ejusdem Friderici obitum, quamquam regnum Siciliae ad dispositionem Romanæ ecclesiae, cujus juris & proprietatis existit, esset libere devolutum, auctusque prædecessor se de illo publice in eodem prædixisset concilio provitutum, quondam Conradus prædicti Friderici natus, licet in eodem regno ex ipsius sui genitoris successione nullum penitus jus haberet: tamen, sicut ex præmissis apparet, nec ille mortis suæ tempore habuisset, nec alias prædicto Conrado jus competere in eodem, ipsum regnum,

præsumptione temeraria occupavit. Nec illius recentioris facti memoriam obliteravit oblitio, videlicet quod ipso Conrado sublato de medio, quondam Manfredus, tunc princeps Tarentinus, quem velut de copula damnata susceptum, a dicti regni successione, non solum præmissa ejusdem Friderici privatio, sed etiam macula illegitimæ nativitatis arcebat, contra juramentum fidelitatis quod dicto prædecessori præstiterat, temere veniens, sub quondam Conradini nati dicti Conradi sui pronepotis, simulata protectione tutoria, ad

quasdam civitates, castra, & alia loca regni ejusdem, manus occupatrices extendit. Propter quod & alios suos actus nefarios, & graves offensas, pæ memoriam Alexander papa IV. prædecessor noster, ipsum ex causis variis, excommunicationis vinculo innodatum, Tarentino principatu, honore Montis sancti Angeli, omnibus comitatibus, terris, feudis, dignitatibus, & honoribus aliis, ac bonis & juribus quæ in præfato regno, & quæ alibi etiam ab ecclesiis & personis ecclesiasticis obtinebat, necnon & vicaria in quadam ipsius regni parte sibi ab apostolica sede concessa, & etiam omnibus concessionibus, donationibus, largitionibus, confirmationibus & privilegiis, sive a prædictis Friderico patre, vel Conrado fratre suis, sive a sede apostolica in regno sibi factis eodem, vel alibi etiam ab ecclesiis quibuscumque; vel personis ecclesiasticis, tanquam rebellem & hostem ecclesie Romanæ, ac violatorem fidelitatis sibi præstitæ manifestum, suorumque jurium invasorem, occupatorem, & detentorem sacrilegum, & tanquam sociatum nefando federe Saracenis, eorumque complicem, ductorem & protectorem publicum, apostolica auctoritate privavit.

Cumque Manfredus memoratus nec iis aliisve remediis contra malitiam ejus adhibitis, in sua iniquitate remissior, sed in committendo quotidie prioribus deteriora ferventior, postmodum fraudulenter præfati nepotis sui morte confecta, dictum regnum proprio nomine occupans, & regium in illo titulum & nomen usurpans, se, ortus sui non erubescens primordia, in ejusdem regni regem inungi & coronari fecisset: idem prædecessor noster, ejus iniquitates & fraudes abominans & detestans, cassavit & irritavit, cassum & irritum nunciavit, quicquid circa dictum Man-

fre.

ANNO
CHRISTI
1282.

ANNO
CHRISTI
1282.

fredum per unctionem, sed potius execratio-
nem, & coronationem, quas recipere de fa-
cto præsumperat, quas nullas esse constabat,
exiit tam temerarie, quam dolose præsumptum.

Eisdem vero Manfredi, & domum Conradino (qui civitatem præveniendæ malitiæ, a dictorum prædecessorum suorum iniquitate non declinans, sed ad eadem imperium & regnum aspirans, præfatum ecclesiam, & carissimum in Christo filium nostrum Carolum Siciliæ regem illustrem, insidus multis impetuit, & multipliciter apertis conatibus infestavit, propter quod contra ipsum & fautores suos per recolendæ memoriæ Clementem papam prædecessorem nostrum vari habiti sunt processus) sua sorte successis, nobis, & regi ac regno prædictis, pacis, & quietis serenitas arderet, in subitas tempestates adita est aditiva tranquillitas, bellum in medio pace surrexit, facti sunt hostes ex subditis: & qui eidem regi Sicilia ad fidelitatis debitum tenebantur, rebellionis spiritum fideliter allumentes, non solum hostilia, sed etiam tyrannica patnaverunt. Sicut enim gravis clamor infamia, processit adeo Panormitanæ civitatis & civium præsumptuose rebellio, quod rebellandi audacia & jurium interventionem regalium, suique, quantum in eis fuit, abiectione domini non contenta, ferine immanitatis dexteræ ad crudelitates inauditas exposuit: dum eorum exitialis iniquitas, non solum quos ex devotis regis ipsius concepta potuit præoccupare nequitia, sine ulla ratione delectu inhumaniter occidit; verum etiam partus, quos adhuc viscerum portione claustra materna celabant, illis læve defectis, sic præcipiti festinatione produxit in lucem, quod eis minus procul dubio naturaliter lucis usum, antequam concederet natura, subtraxit: ipsis adeo præmatura & impitissima eade casu, quod eorum principia vitæ prævenit occasus.

Quia vero sicut ex tunc plurimorum habebat assertio, & jam probat exitus evidenter, hæc in nostram & ejusdem ecclesiæ turbationem & dispendium tentabantur; & plurimum ad hoc intentio laborabat & studium, ut fornacis quasi extinctæ recenter, nos, ecclesia, & rex idem, renovata eo graviora sentiremus incendia, quo solent nocere graviter pericula recidiva: nos tantorum malorum cupientes obitare principis, ne tero medicina ipsis iam procedentibus pararetur, in festo Ascensionis Domini præterito, nuper apud Urbem veterem, præsentem multitudinem copiosa fidelium, de fratrum nostrorum consilio, universos & singulos, cujuscumque præminentie, conditionis, aut status, attente monuimus, eisque districte præcipimus, ne in prædicto regno, vel ejus parte, nos, & eandem ecclesiam, aut præfatum Siciliæ regem, qui regnum Siciliæ tenet ab ipsa, per se, vel per alium molestant, impeterent, vel etiam perturbarent, occupando, invadendo, seu occupari aut invadi faciendo regnum ipsum, vel aliquam partem ejus. Præcipimus insuper universis & singulis Christi fidelibus, & specialiter marchionibus, comitibus, baronibus, civitatibus, communitatibus, & universitatibus castrorum, villarum, & quorumcumque locorum Italie, maxime ipsius Romanæ ecclesiæ temporali jurisdictioni sub-

jectis, ne prædictis molestantibus, impetitoribus, perturbatoribus, occupatoribus, vel invasoribus, seu occupari vel invadi facientibus dictum regnum, vel aliquam partem ipsius, in præmissis intenderent: & ne cum armis vel sine armis ad turbandam in eodem regno pacem, præfatorum ecclesiæ ac regis felicitatem, præstarent illis auxilium, consilium, vel favorem, publice vel occulte: neve super hoc societatem, conjurationem, aut fœdus aliquod cum ipsis inirent. Si quis autem contra nostram monitionem, & præcepta præmissa, per se vel per alium, quibuscumque dolo, fraude, vel machinatione facerent, cujuscumque forent præminentie, dignitatis, conditionis, aut status, excommunicationis sententia, quam ex tunc in eos protulimus, ipso facto se noverent innodatos. Civitates quoque ac communitates quaslibet, quæ contra monitionem & præcepta eadem, quocumque dolo, ingenio, arte, vel machinatione venire præsumerent, interdictionis ecclesiæ sententiæ, quam ex tunc in illo promulgavimus, volumus subjacere.

Ad hæc prædiximus patriarchis, archiepiscopis, abbatibus, & aliis inferioris gradus prælatibus, quod si contra monitionem & præcepta præmissa, vel eorum aliqua venire attentarent, nos eos omni ecclesiæ dignitatis honore; ceteros autem clericos (non prælationis officium, sed dignitates forsitan vel personatus, seu alia beneficia obtinentes) & private curaremus obtentis, & inhabiles reddere ad alia obtinenda, prout facti qualitas suaderet. Laicis vero, cujuscumque præminentie, dignitatis, conditionis, aut status, & præcipue temporaliter ipsi Romanæ ecclesiæ subiectis, expresse denunciamus, quod si monitiones & præcepta hujusmodi, contra per se vel per alium veniendo, temere non servarent: nos tantam temeritatem impunitam remanere nolentes, ipsos feudis, & aliis omnibus quæ ab eadem vel aliis tenerent ecclesiis, private; vassallos eorum, si quos haberent, a fidelitatis juramento quod tenerentur eidem reddere, penitus absolutos, & personis eorum, citra mortis periculum & mutilationis, expositis, ad expositionem bonorum procedere illorum, prout culpa ipsorum exigenti, & videretur expediens, curaremus.

Et licet Panormitanæ civitatis & civium, nonnullorumque castrorum illarum partium, quæ contra eundem regem Siciliæ rebellarent, culpa gravis, acerbiorum processum exigeret: nos tamen desiderantes, quod civitatem, cives, & loca prædicta, mansuetudo corripere, & a tanti erroris invio revocaret: erga eos non rigorem sed mansuetudinem prolequentes, universitatibus prædictorum civitatis, & castrorum, aliorumque locorum, districte præcipimus, ut cujuslibet difficultatis & dilationis obiectu sublato, ad nostra & ecclesiæ ac regis eorumdem mandata redirent; quodque prædictos molestantes, turbatores, occupatores, invasores, aut dantes eis in hoc auxilium, consilium, vel favorem, in didis civitate, castris, villis, seu districtionibus eorumdem, nullo modo receptare vel recipere attentarent: nec ipsorum, aut alicujus eorum dominio vel regimini se quoquo modo submitterent, neve ipsi vel eorum alicui, contra ecclesiam vel regem præ-

ANNO
CHRISTI
1111.

prædictos, impenderent in prædictis consilium, auxilium vel favorem, publicum vel occultum. Et nihilo minus confederationes seu obligationes quaslibet, si quæ inter universitates eandem, vel inter ipsas & quoscumque alios, initas sive factas super occupatione & invasione prædictis, & juramenta de illis servandis, vel alia pro prædictis hinc inde præstita, relaxantes omnino, universitatibus ipsis aperte prædiximus, quod nisi præmissa celeriter adimplerent, contra civitatem, castra, & villas earum, spiritualiter & temporaliter sic procedere auctore Domino, curaremus, quod poena docente, suæ temeritatis & superbiæ recognoscerent qualitatem.

Ceterum licet dum iis & aliis modis & viis, filiorum salutem paterna venabatur affectio reliquorum, civitatum, castrorum, & villarum, ceterorumque locorum civium & incolarum Siciliae, in nostram notitiam perlata rebellio (& præcipue Messanenorum qui eorundem Panormitanorum imitati seditiam, quamplures ex ministris & devotis ejusdem regis ipsius, post securitatem illis præstitam, crudeliter trucidasse dicuntur, castrum regium ejusdem loci temerariis ausibus occupantes) tantæ commotionis causam induceret: nos tamen propterea non desistentes a cæptis, venerabili fratre nostro G. episcopo Sabiunensi ad partes illas, cum plenæ legationis officio, tanquam pacis angelo destinato, bona illis & pro illis partibus quæstivimus, nec vernerunt; pacem expectavimus, & turbis gravioris tempestas apparuit: machinatis jamdudum, ut communis quasi fert opinio, & subsecutorum consideratio satis indicat evidenter, dolis, & insidiis revelatis.

Siquidem Petrus rex Arragonum, quem earum filium nominari non patitur exprimens inferius status ejus, de procedendo adversus Africam quæsito colore, insulam Siciliae, terram utique peculiarem ipsius ecclesie, militum & peditum caterva stipatus, invadens, & occupans, ac in illa ejusdem ecclesie pacem turbans, gravem seditionem excitans contra eam, graviterque populum concitans: in eam temeritatis prorupit audaciam, quod cum civitatibus aliisque locis, universitatibus, civibus & incolis ejusdem insule (quibus ratione uxoris, filie scilicet memorati Manfredi, natorumque suorum, se tueri prætendit) confederationibus, pactis, & conventionibus, ut fertur, quin potius conspirationibus & scelestis factionibus initis, regium in regno prædicto nomen usurpat, se regem Siciliae nominat, & gerere pro Sicilia rege præsumit: in majoris præsumptionis augmentum, regi Carolo suprascripto in suis litteris regni Siciliae titulum subtrahendo. Sicque non solum Panormitanos, quos alias pluries per nuncios ad hoc sollicitasse dicitur, in inceptæ contra dictum regem Carolum seditionis & rebellionis contumacia obfirmavit, eos per se ac gentem suam fovens, ipsique favens in illa; & tam ipsos, quam ceteros insule memoratæ rebelles, adeo contra eandem ecclesiam, eorum specialem matrem & dominam, concitavit, quod nonnulli ex eis, & specialiter Messanenenses, qui ante ipsius in insula memorata præsentiam, dicti legati nuncios humiliter admitterent, dominium ejusdem recognoscentes ec-

clesie, nomenque publice invocantes; eos postea contumaciter admittere denegarunt, baculo arundineo, eidem scilicet regi Arragonensi prætextu, dictorum uxoris & filiorum ipsius, ut dicitur, innitentes. Quos tamen uxorem & filios, sive regem per eos, seu ipsorum ratione, in eadem insula, vel aliqua dicti regni Siciliae parte, jus aliquod non habere, præmissa declarant; & nos nihilo minus decernimus, & etiam declaramus.

In quæ autem crimina, falsa regie dignitatis, immo & simplicis magistratus assumptione, seditio, violentiarum cum armis committio, incidant, quibus addicendi sunt poenis talium patratores; non est opus exprimere, quia id nota & veritissima decreta sanxerunt. Nec leve his pondus adjicitur, si ejusdem regis & regni Arragonum conditio explicite describitur. De archivo namque ipsius ecclesie munimenta prodeunt manifeste testantia, qualiter pie memorati Innocentius papa IV. prædecessor noster, quondam Petrum regem Arragonum, dicti Petri Arragonensis regis avum, Arelatensi ejus temporis archiepiscopo, & aliis personis ecclesiasticis, necnon & quampluribus suis associatum proceribus, per mare ad sedem Apostolicam accedentem, ut inibi ab eodem prædecessore Innocentio militare cingulum & regium acciperet diadema, honoravit multipliciter,

honorifice ac benigne recepit: & in ecclesia sancti Pancratii martyris trans Tiberim, per bonæ memoriæ Petrum tunc Portuensem episcopum faciens in regem inungi, deinde propriis manibus coronavit, & regalia insignia universa, manum videlicet & colobium, sceptrum & pomum, coronam & mitram, quæ ad opus ipsius non solum speciosa, sed etiam pretiosa parari fecerat, ex more in regum coronationibus observando, munifice largitus eidem, ab ipso corporale juramentum recepit. Per cujus religionem memoratus rex inter cetera fidelitatem & obedientiam ipsi summo pontifici, ejusque successoribus, & ecclesie Romanæ; regnumque suum in ipsius obedientia fideliter conservare promisit. Ac demum idem rex, cum multo tripudio & applausu coronatus, juxta ipsum prædecessorem nostrum Innocentium, ad basilicam sancti Petri rediens, super illius altare sceptrum & diadema deposuit, & militarem enssem de manu ejusdem prædecessoris accepit: dictumque suum regnum, antea censuale a suis prædecessoribus eidem ecclesie constitutum, cupiens principali, post Deum, ipsius beati Petri & apostolicæ sedis protectione muniri, prædecessori eidem Innocentio, & per eum ipsi sacrosanctæ apostolicæ sedi obtulit; illudque sibi & ejus successoribus in perpetuum, Divini amoris intuitu, & pro remedio animæ suæ, & progenitorum suorum, novo adjecto censu constituit censuale: pollicendo adjiciens, & adjiciendo pollicens, quod ipse ac successores sui, specialiter eidem sedi fideles & obnoxii teneantur. Hæc autem perpetua lege fore servanda decernens, ut hujusmodi regalis concessio firmitatem inviolabilem obtineret, ipsam in scriptis redactam, de procerum curiæ suæ consilio, præsentibus dicto Arelatensi archiepiscopo, quondam Sanctio patruo suo, Hugone de Baucio, & Arnaldo de Faciano, suis baronibus, sigilli sui munimine

ANNO
CHRISTI
1111.

ANNO
CHRISTI
1181.ANNO
CHRISTI
1182.

roboratam eidem Innocentio prædecessori concessit.

Numquid igitur præmissa, collata pariter & solerti examinatione discussa, dictum regem Arragoniæ nepotem, fidelitatis (ad quam memoratus avus suus, cuius est in eodem Arragoniæ regno hæres, ipsum sicut & successores suos ceteros tam publice, tam sollemniter obligat) eidem ecclesiæ debitorem, ac violatorem publicum, reum grandis infidelitatis & damnabilis non acculant? Profecto fidei debita violatio, violentam procul dubio arguit infidelem: præsertim cum præmissa non leviter aggravet fraudulenta confictio, qua idem rex Arragoniæ nepos, non absque fraudis commento notabilis, finxisse detegitur, & apud nos, etiam per sollemnes nuncios affirmasse, quod cum sumptuoso & sollicito apparatu ad Dei & ecclesiæ servitium, & exaltationem catholicæ fidei, potentia suæ brachium dirigebat. Quod tamen contra fidei ejusdem utilitatem, dictum regem Carolum, crucesignatum in terræ sanctæ subsidium, & publice ad Dei ejusdemque fidei obsequia persequenda dispositum, nulla diffidatione præmissa, quod multorum judicio proditoris notam non effugit, hostiliter impetendo; necnon & contra ipsam matrem ecclesiam, ejus, ut prædicatur, terram invadendo & occupando direxit. Nec eum excusat, sed acculat potius, quod ad partes Africæ, insulæ prædictæ vicinas, diebus aliquibus declinavit. Id enim ipsum ideo concinnate probat, immo & convincit eventus, ut opportunitate captata commodius iniquitatem quam conceperat parturiret: maxime cum per suos nuncios missos exinde pluries, dictos Panormitanos sollicitasse, ac ipsis in præsumpta malitia consilium & auxilium attulisse dicatur: nec sit verisimile, quod eandem Africam, terram quippe diffusam vastam ambitu, referam incolis non prorsus imbellibus, crebris munitionibus, ut habet fama, non vacuum, opibus & aliis opulentam, cujus invasionem vix multorum regum principumve quorumcumque potentia coacervata præsumeret, ipse ad hoc procul dubio divitiis impar & viribus, cum comitiva tam modica bellatorum, solus assumeret invadendam.

Numquid & iterum hæc non patenter ostendunt, quod sæpe fatus rex Arragoniæ nepos, tanquam insulæ memoratæ, dicti regni Siciliae partis non modicæ, manifestus invalens & occupator, ac Panormitanorum rebellium, & seditionis, commotionis, seu concitationis, pacisque turbationis, contra præfatum regem Carolum motæ, notorius factor & fautor, & adversus ipsam ecclesiam actor & fautor, suique complices, comites, satellites, & ministri, præmissam per nos in festo prædicto latam in omnes, nostris monitionibus, præceptis & inhibitionibus non parentes, excommunicationis sententiam incurrerunt? nec absolutionis vassallorum suorum a juramento fidelitatis, si quo tenentur eidem, præstationis feudorum, quæ ipsi a Romana vel quibuscumque aliis tenent ecclesiis, & expositionis personarum citra mortem & mutilationem, bonorumque suorum, comminationem in eodem festo periculum evitarunt?

Universos autem sæpe fatus rebelles insulæ, scilicet Messanenles, Agrigentines, & ceteros civitatum, castrorum, villarum, alio-

rumque locorum ejusdem insulæ cives, habitatores, & incolas, cujuscumque sint præminentia, dignitatis, conditionis, aut status, qui dictis Panormitanis in pertinacia rebellionis assumptæ saltem se illis simili audacia sociando, ac flos proinde validiores & firmiores in illa reddendo, nec non societatibus, confederationibus, pactionibus, pœnarum & juramenti adjunctione firmatis, ut dicitur, juvando favorunt: & tam alios, quam Panormitanos eisdem, qui præfato regi Arragonum nepoti, contra prohibitiones & monita nostra præmissa, intendere in invasione aut occupatione prædictis, ipsum recipere ac receptare, se illius regimini submittere, sibi-que, contra ecclesiam vel regem Carolum prædictos, favorem, & auxilium impendere præsumperunt, eidem sententiæ subiectos & periculo esse procul dubio liquet expositos: civitates vero, castra, villas, & alia loca prædicta, necnon & universitates ipsorum, ecclesiastico supposita interdicto. Hæc sunt igitur, quæ per eundem regem Arragoniæ nepotem Deo & ecclesiæ servitia offerebantur. Hæc sunt, quæ ipsius ecclesiæ prosequi se iactabat obsequia. Hæc fidei catholicæ incrementa: sic exaltationem religionis Christianæ prosequitur, & sic procurat: sic Dei, fidei, ecclesiæ ac religionis earundem hostes persequitur, sic impugnat: talibus in te regalem dignitatem intitulat: talibus titulis vitam suam, famam, genulque decorat.

Licet itaque tantis excessibus excedendumque demeritis, processus gravior deberetur, & ad executionem præmissarum comminationum prosecutionem procedere non injulle possemus; immo etiam, sicut prædictorum consideratio pehabet, deberemus: quia tamen necit a curis caritas etiam læta recedere, inductu paternæ caritatis inducimur, ut cum simus, licet insufficientibus meritis, illius vicarii, qui non mortem peccatorum, sed ut convertantur & vivant se velle fateatur, regem Arragoniæ & alios præfatos, denunciationibus, monitionibus, mandatis, prohibitionibus, & comminationibus, ad conversionem celerem, ne in peccatis, iniquitatibus, & sententiarum laqueis, quibus se, ut præmissa docent, apertius involverant, in morte obdormiant, excitemus.

Indeque præsentem hac multitudine copiosa fidelium, de fratrum nostrorum consilio, denunciamus eisdem, Petrum Arragoniæ nepotem, suos comites, complices, satellites & ministros, ac insulæ memoratæ rebelles, ex supradictis causis, excommunicationis; civitates, castra, villas, & alia loca præfata, necnon & universitates ipsorum, interdicti, præmissis sententiis latis per nos subjacere: de novo tam in regem & alios sæpe fatos, quam in universitates, castra, villas, & loca prædicta, ex causis eisdem, & propter auctam eorum contumaciam in non parando nostris monitiis & præceptis, & a nobis prohibita pertinaciter prosequendo diutius, similes sententias promulgantes. Ipsum regem, & ceteros, universos & singulos, qui cum eo aut alias, in auxilium præsentis turbationis sive rebellionis, istam insulam intraverunt, vel inibi existentibus eidem turbationi seu rebellionis quomodocumque favorunt, attente monemus, eisdemque districte præcipimus, ut ab hujusmodi suis excessibus

H h & ol-

ANNO
CHRISTI
1187.ANNO
CHRISTI
1187.

& offensis deficientes, eandem insulam petentibus exeat, nunquam illuc in nostrum, ecclesiam, vel regis Caroli, quoad præmissa, qualecumque præjudicium redituri. Adjicientes, ne quis de novo ad id eandem insulam intret, vel aliquam eisdem regni partem publice vel occulte impetat, turbet aliquatenus; vel molester. Universis quoque civibus, incolis, habitatoribus & universitatibus civitatum, & aliorum locorum ipsius insule, cum similibus monitione ac distictione jubemus, ut regem Arragonum, & excommunicatos memoratos de ipsa insula prorsus expellerent, nunquam eos vel alios ad præmissa vel similia inibi recepturi. Distictius insuper inhibemus, ne idem rex Arragonie se regem Siciliae nominet, sigillum regium sub institutione regni Siciliae assumat, vel utatur assumpto; neque privilegia, immunitates, feuda, donationes, bona vel quæcumque, in eo, aut aliqua eius parte, concedat, vel tanquam rex Siciliae quidquam agat; neque dominium vel subjectionem aliquam in quascumque singulares personas aut terras ipsorum, seu potestariam, vel quamlibet rectoriam, sive officium, quocumque nomine censeantur, in civitate vel quovis alio loco, maxime ipsius regni Siciliae, aut alicujus partis Italiae, in nostrum, ecclesiam, ac regis Caroli eorundem, quodcumque vel qualecumque gravamen, per se vel per alium, recipiat vel acceptet, aut cum eis vel eorum aliquo in ipsorum ecclesiam ac regis gravamen, ut prædicatur, societatem sive aliam confederationem contrahat, vel conservet qualitercumque contractam: neque singulares personarum præmissarum, vel aliarum undecumque civitates, vel alia loca, eidem, in ecclesiam ac regis Caroli prædictorum persecutione huiusmodi persistant, vel alii pro eo, seu in favorem ipsius, præmissa concedant, vel aliquem præmissorum, aut alium pro eo, vel favorem ipsius, ad prædicta vel eorum aliquod eligant, nominent, recipiant, vel assumant: nec ipse rex Arragonie, vel quisvis alius eisdem singulares personas, civitates & loca, vel universitates ipsorum, specialiter autem cuiuscumque partis regni Siciliae, ut se vel terras suas eisdem regis Arragonie dominio vel obedientiam quicumque supponant, aut eum vel alium pro eo, seu in favorem ipsius, in potestatem, rectorem, vel aliud quodcumque officium, ut prædicatur, eligant, nominent, vel admittant, sive cum eo societatem vel confederationem aliquam contrahant, vel qualitercumque contractam observent, seu quod civis, incolæ, habitatores, civitates, vel alia loca prædicta, sive universitates eorum, præsertim cuiuscumque partis ipsius regni Siciliae, a nostra, ecclesiam, ac regis Caroli prædictorum fidelitate seu devotione, quomodolibet avertantur, vel averta etiam in huiusmodi aversione persistant, per se, nuncium, vel litteras inducere, aut donis, promissionibus, seu alio quovis modo allicere, seu sollicitare præsumant: neve singulares personarum, civitates, castra, villæ, aut loca prædicta, se dicti regis Arragonum, huiusmodi ecclesiam ac regis Caroli persecutioni quomodolibet insistentis, dominio, regimini vel obedientiam qualemcumque subiciant, sive in nostrum, ecclesiam, sive regis Siciliae præjudicium vel

gravamen, ut prædicatur: ipsum regem Arragonum litteras vel nuncios suos, vasa quavis apta cuicumque navigio, gentemve recipient vel recipient, vel ad ipsius vadant, ipse litteras mittant, aut sibi, genti, vel nunciis suis, aut aliis pro eis, maxime in aliqua parte ipsius regni Siciliae, obediant vel intendant, fodrum ministrent, equos, arma, vel vasa huiusmodi, sub venditionis titulo, aut aliter, quomodocumque concedant, seu ad ipso rege Arragonum, vel alio pro ipso, immunitates, feuda, & largitiones quaslibet in eodem regno Siciliae, quas conitat, & nos nihilo minus declaramus, & decernimus non tenere; vel alibi, occasione instantis negotii eiusdem regni Siciliae, aut stipendia ubicumque, contra nos, ecclesiam, vel regem Carolum prædictos, recipient, vel pro receptis promissum audeant servitium exhibere, aut alius præstare consilium vel favorem, publicum vel occultum: nec cum ipso rege Arragonum, vel alio pro ipso, seu in favorem ipsius, societatem, colligationem vel quascumque conventiones, in nostrum, ecclesiam, aut regis Caroli eorundem, qualescumque dispendium contrahat, aut contractas, etiam sub vinculo juramenti, vel quarumlibet ad editionem penarum seu pactorum, audeant observare.

Singulariter autem Michaellem Palæologum, qui se imperatorem nominat, quemque super his, & præcipue super imperio in prædictis memorato regi Arragonum nepoti, contra nos & prædictos ecclesiam ac regem Carolum, consilio, auxilio, vel favore; necnon pactis, conventionibus, & confederationibus initis cum eodem, argumenta verisimilia deserunt, vox præterea publica & communis quasi assertionis incessat; omnesque sibi de facto vel quomodocumque subiectos, attente monemus, eisque distictè præcipimus, ut omnia, monitiones, præcepta, inhibitionesque præmissa, qua Michaellem & subditos contingunt, vel possunt quoquo modo contingere, vel in eis seu quæ ad eos qualitercumque locum habere (quæ omnia & singula volumus pro nominatis singulariter, & expresse repetitis haberi, & velut taliter repetita robur efficaciamque scripti) & diligenter observent, eisque studeant in omnibus & per omnia humiliter obedire.

Alioquin tam ipsos, regem Arragonum nepotem, & Michaellem Palæologum, quam alios universos & singulos, dictis nostris monitionibus, præceptis, vel inhibitionibus non parentes, cuiuscumque sint præcipientis, dignitatis, conditionis, aut status, ecclesiastici vel mundani, excommunicationis sententiam quam in eos de ipsorum fratrum consilio ex nunc serimus, perinde innodatos esse decernimus ipso facto, ac si expresse fuissent in huius processus nostri serie nominati.

Civitates vero, castra, & alia loca quælibet, necnon universitates, quæ jam dictis monitionibus, præceptis, vel inhibitionibus non parebunt, ecclesiastico interdicto quod ex nunc promulgamus in illa, esse volumus eodem modo subiecta. Interdicta vero præmissa sic arte præcipimus observari, ut in locis quæ inciderunt in ea, vel in futurum inciderint, nulla ecclesiastica sacramenta (exceptis dumtaxat baptismate parvulorum &

ANNO
CHRISTI
1182.ANNO
CHRISTI
1182.

penitentibus morientium) ministrantur: nulla Divina celebrentur officia, nisi solum Missarum sollemnia, quæ in cathedralibus, vel aliis collegiatis, & parochialibus ecclesiis, ad conficiendum corpus Christi morientibus ministrandum, submissa voce, clausis januis, interdictis & excommunicatis prorsus exclusis, semel tantum in septimana permittimus celebrari. Non obstantibus quibuslibet privilegiis vel indulgentiis, Cisterciensibus, Prædicatoribus, Minoribus, vel aliis religiosis, aut secularibus personis, dignitatibus, civitatibus, castris, locis, vel universitatibus quibuscumque, sub quavis forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis: quæ omnia, quoad hoc, omnino viribus vacuumus.

Et nihilo minus societates, colligationes, conventiones hujusmodi, & quaslibet alias factas, vel etiam faciendas, in favorem dicti regis Arragonum, quæ ad inilians negotium ejusdem regni Siciliae, aut in ecclesie seu regis Caroli prædictorum qualecumque dispendium vel gravamen (etiam si fuerint juramentorum, pœnarum adjectione, vel quovis alio vinculo roboratæ) de potestatis plenitudine dissolventes, & carere decernentes omni robore firmitatis, universos & singulos qui se ad earum observationem quomodocumque; seu quacumque sollemnitate attrinxerunt, ad eas observandas decernimus non teneri; nec pro eo quod ipsas deinde de cetero non servaverint, de reatu perjurii, aut ratione pœnarum vel conventionum quarumlibet adjectarum in illis, posse in iudicio vel extra iudicium impetii seu aliquatenus molestari. Quinimmo eos ab illarum observatione, sub pœna excommunicationis quam ex nunc ferimus, & ipsos si secus fecerint incurrere volumus ipso facto, præcipimus penitus abstinere.

Sane omnibus tam personis ecclesiasticis & secularibus, quam civitatibus, locis, aut aliis & universitatibus supradictis, quæ hujusmodi mandatis nostris, præceptis, & inhibitionibus contumaciter non parebunt, aperte prædicimus: quod non solum ad exequendum comminationes præmissas, sed & alias, gravius spiritualiter & temporaliter contra eas, & specialiter contra civitates quas contigerit in hujusmodi contumacia deprehendi, ad privandum eas archiepiscopali vel episcopali dignitate; contra memoratos vero rebelles insulas supradictas, ad interdicens ipsas cum quibuslibet aliis, & aliis quibuscumque cum eis, omne commercium, quando & prout facti fuerint qualitas, & expediens fore viderimus, procedemus.

Ad hæc præcatis, regi Arragonum, Michaeli Palæologo, & aliis universis, qui contra præmissa nostra monita & præcepta, vel inhibitiones, prædictum regnum Siciliae in præfata insula, sive in reliquis ejusdem regni partibus, invadere, turbare, impetere, seu molestare quomodolibet præsumpserint, publice vel occulte, hoc generali & publico denunciavimus edicto, quod nisi rex ipse Arragonum, alique prædicti, in eadem insula & regno Siciliae, ac vicinis seu quibuscumque Italicis partibus, commorantes, infra instans festum Purificationis beatæ virginis, alii vero magis remoti infra Kalendas mensis Aprilis, ac dictus Palæologus infra Kalendas

Calendas Maji proxime futuras (quod tempus eis ad hoc pro preterito termino adfirmamus) humiliter ad nostra & ecclesie mandata resierint, præcite nostris pariter beneplacitis, & tam nobis & ecclesie, quam memorato regi Carolo, de contumacia & contemptu, damnis & injuriis, omnique interesse, satisfactionem plenariam, competentem tempore quod eis ad id præfiximus, impensuri; ex nunc personas eorum, cura mortis & mutilationis periculum, & omnia bona mobilia, exponimus, a quibuslibet locis libere occupanda: ipsosque tenens, bonas & iuris, quæ a Romana, vel a quibuscumque tenent ecclesiis, privilegiis, indulgentiis, & gratis quibuslibet, ipsis ab eadem sede sub quavis forma concessis, apostolica auctoritate privamus; vasallos eorum a juramento fidelitatis, quo forsitan tenentur eidem, penitus absolventes. Lapso vero dicto termino, quandocumque nobis situm fuerit, ad privandum eundem regem Arragonum, ipsius etiam absentia non obstante, præfato regno Arragonie, omnibusque aliis terris suis, seu ad ipsa regnum & terras similiter exponenda, quoad ipsum regnum, & terras præfatas: temper nostro & ejusdem Romanæ ecclesie jure salvo. Et nihilo minus contra eum pro qualitate criminum, quibus, ut præfatum est, eum obnoxium superiora præcedunt, quantum nostrum officium patietur, facti qualitas suggeret, & nobis expedire videbitur, auctore Domino procedemus.

Præmissas vero excommunicationis sententias prohibemus, absque speciali mandato sedis apostolicæ, nisi forsitan in mortis articulo, relaxari. Quo casu nisi absolutionis beneficium obtinentes, infra tres menses postquam restituti fuerint sanitati, de loco interdicto, si forsitan ibi fuerint, recedentes, apostolice se conspectui curaverint præsentare, satisfacturi de suis excessibus pro quibus hujusmodi sententias incurrerunt, & ipsius sedis beneplacitis pariter, coopto in eadem sententias relabuntur.

Ipsas quoque sententias sic firmiter & inviolabiliter volumus observari, quod absolvendi ab eis vel relaxandi eadem, nisi forsitan in mortis articulo, ut dictum est, tam omnibus nostris penitentibus, quam aliis quibuslibet confessoribus, sive generalibus, sive specialibus, seu familiaribus quarumcumque, vel quantumcumque sublimium personarum, ubilibet consistentium, ad minus potestatem: etiam si a nobis vel aliquo prædecessorum nostrorum sub quacumque verborum forma, generalem vel specialem, aut liberam, absolvendi aliquem vel aliquos a sententia hominis vel canonis, seu aliis quomodolibet relaxandi, obtinuerint facultatem. Si quis autem sine dictæ sanctæ sedis specialiter mandato, ex nunc obtinendo, contrarium forte præsumpserit, tam absolventem a prædictis sententiis, seu relaxantem eadem, quam hujusmodi absolutionem vel relaxationem recipientem, in quacumque dignitate, præminentia, statu, vel ordine fuerint constituti, ex hac causa, excommunicationis vinculo innodamus; relaxationem etiam hujusmodi sententiæ, sed præfate humiliter relevantes, mortis articulo duntaxat excepto: & tunc nisi sanitæ recepta, infra

ANNO
CHRISTI
1112.

tempus competens, juxta locorum distantiam, ad eandem sedem venerint, suum humiliter recognituri reatum, & ipsius sedis beneplacitis parituri, relabantur in eadem sententias ipso facto. Ab iis vero mulieres in hoc tantum excipi volumus, ut si solum ratione præstiti favoris in hujusmodi sententias fortan inciderint, possint per dioecesanos suos, juxta formam ecclesie, absolutio- nis beneficium obtinere.

Ut autem hujusmodi noster processus ad communem omnium notitiam deducatur: chartas sive membranas processum continentes eundem, in præsentis ecclesie sancti Flaviani martyris appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt: ita quod dicti Petrus rex Arragonum, & Palæologus, ac alii quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem prætere quod ad eos talis processus non pervenerit, vel quod ignoraverint eundem: cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Actum apud Montem Flaconem, ante prædictam ecclesiam S. Flaviani, in festo dedicationis basilicæ principis apostolorum, pontificatus nostri anno II. sub anno Domini MCCLXXXII. Indictione XI.

ANNO
CHRISTI
1113.

Altera sententia in Petrum Arragonum regem a Martino papa IV. lata, Urbevetere, XII. Kal. April. anno Domini MCCLXXXIII.

Martinus episcopus servus servorum Dei; ad certitudinem præsentium & memoriam futurorum.

DE insurgentis in regno Sicilia fremitu tempestatis, quod execranda Panormitanæ rebellionis auauacia inchoavit, & reliquorum Siculorum malitia Panormitanam imitata prolequitur, ad sedem apostolicam infausto rumore perlato: nos post processum in hac Urbevetana civitate, in festo Ascensionis Domini transacto, novissime habitum, ad compescendam tempestatem eandem, quia procellarum illius spiritus non cessabat, sed per insidias Petri regis Arragonum, quem stilo circa reges solito non describi subcripta ejus demerita meruerunt, invalescere potius videbatur: ut ejusdem regis qui regis dignitati non desereas, & generis sui claritati non parcens, dictorum rebellium se ducem constituit & aurigam, nequitia reve:aretur apertius, & ecclesie Romanæ instantia contra eum evidentius appareret: pridem in festo dedicationis basilicæ principis apostolorum præterito, nuper in platea ecclesie S. Flaviani Monti Flaconis Balneoregionensis dioecesis, præterite tunc multitudine numerosa fidelium duximus recensendum, qualiter felicitate recordationis Innocentius papa IV. prædecessor noster quondam Fridericum, &c. *Ut supra pag. 768. ubi asteriscus ad marginem notatus est; usque ad has voces, absolutio- nis beneficium obtinere, pag. 778. lin. 37.*

Tantis itaque ac talibus, per præmissas monitiones, prohibitiones, & poenarum com-

minationes, memoratis Petro Regi Arragonum nepoti, rebellibusque Siculis, ministris, complicibus, & satellitibus, & fautoribus eorumdem, tanquam apertis datis significationibus ut a facie arcus fugerent, & se ab instantia recti judicii merita duritia liberarent: non humiliatum, sed obduratum est in suis perversitatibus insipiens cor eorum. Nec enim adqueverunt monitionibus, nec prohibitionibus paruerunt, nec comminationum horrere sævitiam, nec ab earum instantia expaverunt: sed eis contemptis, omnimodis suas non solum continuatione aggravare nequitas, verum etiam multiplicationibus variis ampliarunt, ad alias partes regni Siciliæ extra sæpe fatam insulam constitutas hostiliter impetendas, suos, sicut fertur, conatus nefarios extendentes.

Ne igitur tam justæ comminationes sicut injustæ ludibrio, si eorum justitia perfectione debita fraudaretur; neve sine vindicta gravis adeo crescat infamia dignum putavimus, ut memoratum Petrum nepotem regem Arragonum, tantamque ipsius proterviam ultrix sententia prosequatur. Et ideo regnum Arragoniæ, ceterasque terras regis ipsius, de fratrum nostrorum consilio exponentes, ut sequitur, ipsum P. regem Arragonum eidem regno & terris, regioque honore, sententialiter, justitia exigente privamus: & privantes, exponimus eadem regnum & terras occupanda catholicis, de quibus, & prout sedes apostolica duxerit providendum, in dictis regno & terris ejusdem, Romano ut præmittitur jure salvo: vassallos ipsius, quos, ut præmissa declarant, a juramento fidelitatis, si quo tenebantur eidem, jam absolvimus, denunciantes penitus absolutos, & denuo ab eodem & a quolibet fidelitatis vinculo & homagio expressius absolventes, ac eisdem P. quondam regem, Siculos, complices & fautores eorum, omnesque alios singulares qui prædictas monitiones, inhibitiones, & comminationes, damnabiliter contempserunt, præmissæ communicationis; universitates vero, castra, civitates & loca cetera, denunciamus interdicti sententiis subjacere; ipsos & ipsa ex causis eisdem, & propter continuatam auctamque ipsorum contumaciam, similibus sententiis supponentes.

Universis præterea Christi fidelibus, cuiuscumque conditionis, præminentie, sive status, etiam si dignitate pontificali, seu regia forsitan decorentur; & specialiter archiepiscopis, episcopis, aliisque inferioris gradus prælatis, & personis ecclesiasticis, religiosiis cuiuscumque religionis aut ordinis, & sæcularibus, ipsique P. quondam regi Arragonum, comitibus, vicecomitibus, baronibus, universitatibus civitatum, castrorum, ceterorumque locorum, ac universis incolis & habitatoribus eorum regni & terrarum, quibus dictum P. tunc Arragonum regem privavimus, districtius inhibemus, ne ipse P. de dictis regno & terris se de cetero aliquatenus intromittat, neve ceteri quibuscumque eidem P. dudum regi, vel aliis quibuscumque contra dictas privationem & expositionem, persequentes eandem (per quos dicta regnum & terras occupanda sedes eadem providebit) tentantibus se opponere, assistant, vel qualitercumque saveant, sive præ-

ANNO
CHRISTI
1113.. f. tamque
apertis

. f. iusto

ficut

ANNO CHRISTI 1282.

ANNO CHRISTI 1282.

sent in hoc consilium, auxilium vel favorem, publicum vel occultum, quocumque occasione quaesita, vel pretextu alicujus hominij, vel cujuscumque colligationis, confederationis, societatis, seu cujusvis conventionis, aut jure contracte hactenus, sive in posterum contrahende: etiamsi colligationes, confederationes, societates, & conventiones hujusmodi, & alia supra dicta, poenarum adjunctionis, litterarum, vel juramenti, seu cujuslibet alterius sint vinculo firmitatis innoxia. Nos enim colligationes, confederationes, societates, conventiones, ceteraque hujusmodi praemissa, quoad hoc, de poenarum plenitudine dissolvimus, juramenta super illis praestita, poenaeque propter ea promissas penitus relaxantes, & universos & singulos qui eas contraxerunt, se ad earum observantiam quantumcumque solemniter astringendo, ab ipsarum in praemissis observatione penitus absolventes.

Specialiter autem archiepiscopis, episcopis, & ceteris personis ecclesiasticis, comitibus, vicecomitibus, baronibus, incolis, & habitatoribus supradictis earundem regis Arragonum terrarum, prohibemus expresse, ne dictum P. olim regem Arragonum, pro rege vel domino recipiant vel habeant; neve sibi obediant vel intendant, aut ipsi, vel alii pro eo, de redditibus vel obventionibus sive juribus regalibus, seu ratione domini debitis, respondeant. Alioquin memoratum P. quondam regem, & omnes singulares personas, cujuscumque praeminentiae, conditionis, aut status, ecclesiastici vel mundani, etiamsi regalis dignitatis honore praefulgeant, excommunicationis; civitates vero, castra, villas & loca cetera, necnon universitates ipsarum, quae dictas inhibitiones vel earum aliquam praeterire propria temeritate praesumpserint, interdicti sententias quas ex nunc ferimus, decernimus subjacere. Non obstantibus quibuslibet privilegiis vel indulgentiis quibuslibet imperatoribus,

A regibus, principibus, archiepiscopis, seu quibuslibet praetatis aliis, Cisterciensibus, Praedicatoribus, Minoribus, Hospitalariis, Templariis, seu religiosis aliis aut saecularibus personis, etiam in dignitate qualibet constitutis, civitatibus, castris, locis, communitatibus, collegiis vel quibusvis universalibus, sub quacumque verborum forma vel expressione ab eadem sede concessis; & quibuslibet aliis indulgentiis ejus sedis, per quas praesentis processus effectus impediri valeat vel differri. Quae quidem omnia privilegia & indulgentias, quoad hoc, omnino viribus vacuumus. B Et nihilo minus contra hujusmodi praesumptores, & specialiter contra dictos praelatos, religiosos, comites, vicecomites, barones, incolae, habitatores, civitates, castra, villas, & alia loca, & universitates ipsorum, ad privandum eos, & ea, quibuslibet privilegiis, indulgentiis, immunitatibus sive gratiis, ipsis ab eadem sede concessis, necnon terris, feudis & juribus, quae a praefata Romana vel aliis quibuscumque tenent ecclesiis, seu personis ecclesiasticis, ac alias gravibus spiritualiter & temporaliter, quando & sicut facti fuerint qualitas & expedire viderimus, praevia Divina gratia procedemus.

C Ut autem hujusmodi noster processus ad communem omnium notitiam deducatur: chartas sive membranas, processum continententes eundem, in majoris ecclesiae Urbevane appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus faciemus: quae processum ipsum suo quasi sonoro praeconio, & patulo indicio publicabunt: ita quod idem Petrus, vel alii quos processus ipse contingit, nullam postea possint excusationem praetendere, quod ad eos talis processus non pervenerit, vel quod D Ignorarint eundem: cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Actum apud Urbem veterem, in platea dictae majoris ecclesiae XII. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.



CONCILIIUM TARRACONENSE

Anno 1282. celebratum.

I.

Affert Mart. Ver. Decem. 60. VII. pag. 279. Ex MS. Colberziano. Dat. Mens. Suppl. tom. 1. pag. 107.

Cum nos RERNARDUS misericordie divina Tarraconensis archiepiscopus effectus in civitate Tarracona personaliter constituti, praesentibus venerabilibus fratribus AL. Barchinonensi, G. Herdensi, F. Tironensi, R. Vicensi, A. Deturicensi, JA. Oicensi episcopis suffraganeis nostris; sed V. Calaguricensi, A. Pampilonensi, P. Cesaragustano, A. Valentino, P. Gerundensi, P. Urgellensi assentibus, & se per procuratores & litteras excusantibus, & capitulorum ecclesiarum cathedralium & aliorum praetorum Tarraconensis provinciae procuratoribus, ac venerabilibus & discretis fratre ARNALDO DE CASTRONOVO magistro militiae Templi in partibus Aragoniae & Cataloniae & fratre BERENGARIO DE AL-

MANARRA tenente locum magistri Ultramanni S. Johannis Jerosolymitani in Castellania Empositi similiter praesentibus, ad honorem sanctae & individuae Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus-sancti, sacrosanctum concilium celebrantes, de assensu omnium praedictorum laudamus, concedimus, approbamus, & per omnia confirmamus omnes constitutiones factas per praedecessores nostros ad utilitatem, libertatem & defensionem ecclesiarum, clericorum, religiosorum, monasteriorum, & rerum omnium praedictorum.

II.

De honestate vestium.

Item statuimus, quod clerici omnes provinciae Tarraconensis, sive sint in sacris, sive

Sive in minoribus ordinibus constituti, non portant nec induant camisas, tunicas, vel alias vestes cordatas, nec botoneos aureos vel argenteos, vel alicujus alterius metalli deferant in pectore, nec in manicis, nec in aliqua parte vestis; nec portent sotulares consutitos, nec rota tractos; nec aliquas induant seu portent vestes virgatas cum cabiscio fisso in longum. Et si quis contra fecerit, pœnam x. solidorum usualis mœntæ pro quolibet excessu incurrat: quam exigat quilibet diœcesanus, & in proprios usus convertat.

ANNO
CHRISTI
1181

ANNO
CHRISTI
1181

III.

Contra inuasores, raptores & clericos percutientes.

Item, declarando constitutiones prædecessorum nostrorum, videlicet dominorum **PE-TRI & BENEDICTI** bonæ memoriæ, quarum prima incipit, *Olim excommunicasse*; & secunda, *Cum nos dictus, &c.* statuimus, quod quamdiu personæ inuasorum & raptorum rerum ecclesiasticarum, & persona etiam illorum qui in prælatos cathedralium ecclesiarum & aliorum locorum religiosorum Terraconensis provinciæ supradictæ, aut infra terminos locorum fuerint prædictorum, quod ipsa civitates, castra, seu villæ & alia loca cessent, ipsis inuasoribus, raptoribus, seu percussoribus præsentibus, penitus a divinis, & dicti malefactoribus, percussoribus, seu raptoribus, per rectorem seu cappellanum loci ipsius excommunicati nihilominus nuntientur, & tamquam excommunicati ubique ab omnibus evitentur.

IV.

Contra diffidentes clericos.

Item, sacro approbante concilio, addimus constitutioni olim editæ per dominum **PE-TRUM** bonæ memoriæ prædecessorem nostrum, contra illos qui clericos diffidarent, quod si aliquis temeritate propria diffidaverit seu acunydari fecerit aliquas personas religiosas Terraconensis provinciæ, fatiga juris in diœcesano, in cujus diœcesi prædictæ personæ religiôsæ morentur, primitus non inventa, ipsum ex tunc, recepta per dictum diœcesanum ab ipsis personis de parendo iuri idonea cautione, si monitus diffidationem non relaxaverit, decernimus excommunicationis sententiæ subjacere, & per ipsum diœcesanum aut rectorem loci illius ubi ipse diffidator fuerit, excommunicatus, ab omnibus evitetur.

V.

Quod christiana non habitans cum Judæis, & eorum filios non nutriant.

Statuimus etiam, sacro approbante concilio, quod nulla mulier alicujus loci provinciæ Terraconensis audeat habitare cum Judæis, aut filios eorum nutrire seu lactare; & quæcumque contra hujusmodi inhibitionem nostram, postquam monita super hoc fuerit, præsumserit supradicta, decernimus

Acam ex tunc excommunicationis sententiæ subjacere: ita videlicet, quod cum illud diœcesano, aut rectori loci illius ubi mulieres super hoc culpabiles inventæ fuerint, extiterit nuntiatum, per jam dictum diœcesanum aut rectorem ipsæ mulieres excommunicatæ nuntientur, & tanquam excommunicatæ ab omnibus faciant evitari; & ne ipsæ mulieres de facili in excommunicationis laqueum incidere valeant, ipso factò, volumus & mandamus, quod præsens constitutio per diœcesanum, aut rectorem locorum, in quibus Judæi morantur, semel annis singulis publicetur.

VI.

De publicatione constitutionum.

Ut autem prædictæ constitutiones ad notitiam perveniant singulorum, mandamus omnibus episcopis suffraganeis nostris, quod in synodis suis prædictas constitutiones facient publice nuntiare.

VII.

Contra illos qui episcopos interficiunt, vulnerant, capiunt, vel percutiunt, vel alium prælatum.

Quoniam exempla præterita cavere nos ammonent in futurum, idcirco nos **BERNARDUS** divina miseratione Terraconensis episcopus, assistentibus nobis venerabilibus fratribus nostris **ARNALDO** Barchinonensi, **R. Vicensi**, **P. Urgellensi**, **JAC. Oscensi**, **JASPETRO** Valentiniensi, **GARGIA** Tirafonensi, **BN. Gerundensi**, & **G. Herdendi** episcopis, ac procuratoribus aliorum episcoporum absentium, necnon & capitulorum cathedralium ecclesiarum & collegiatarum & quamplurimis aliis prælati præsentibus, sacro Terraconensi approbante concilio, statuimus, ut quicumque, instigante diabolo, per se, vel per alium interfecerit, vel vulneraverit, vel ceperit, aut percusserit aliquem episcopum, omnibus feudis, ac rebus aliis, & beneficiis universis, quæ in ecclesiis quibuscumque Terraconensis provinciæ tempore commissi sceleris obtinebit, ipso factò, perpetuo sit privatus, & pleno jure ecclesiis a quibus prædicta tenuerit, applicentur; nec descendentes ab eodem malefactore usque ad quartam generationem ad gradum aliquem clericatus provehantur, nec beneficium aliquod ecclesiasticum feudale, vel aliud quodlibet in Terraconensi provincia assequantur, ne minus vindictæ quam excessus memoria tanti facinoris prorogetur. Adjicientes, quod si quis episcopus, vel alius quicumque prælatus, aliquem de prædictis descendentes ad aliquem ordinem promovere, vel aliquod ecclesiasticum beneficium, seu quodlibet aliud conferre præsumserit, & a collatione illius ordinis, quem scienter contulit, per biennium sit suspensus, & collatio ejusdem beneficii sit irrita ipso jure, & ea vice per proximum superiorem de illo beneficio ordinetur. Si vero aliquem de prælati inferioribus ab episcopis, seu aliis, vel canonicum ecclesiæ cathedralis ausu temerario quisquam interficere aut mutilare præsumserit, & filii sui in-

493
ANNO
CHRISTI
1162.

TARRACONENSE.

494
ANNO
CHRISTI
1162.

incurrant poenam expressam superius ipso facto, proviso quod illis feudis & possessionibus quibuscumque tantummodo sint privati, que ab ecclesiis quarum personas sic laferint, modo quolibet obtinebunt. Hoc salvo quod alias super hoc in canonibus continetur. Et prelati qui tales malefactores, vel filios eorum ad aliquem ordinem promovere, vel cuiquam beneficium ecclesiasticum conferre presumpserit, a collatione illius ordinis, quem scienter contulit, per annum noverit se suspensum, & collatio huiusmodi sit irrita ipso iure, & ea vice de beneficio per superiorem proximum ordinetur. Quicumque autem de predictis male-

factoribus vel filiis suis a quocumque episcopo sciente vel ignorante ordinem receperit, executionem non habeat ordinis sic suscepti, nec beneficii collatio valeat, ut est dictum, salvo tamen omnibus aliis poenis canonicis, quibus per hanc constitutionem non intendimus in aliquo derogari. Hæc autem statuta salubriter per dioecesanis episcopos provincie Tarraconensis singulos in synodis suis & dioecibus præcipimus publicari, & nihilominus, hi, qui prædictas poenas incurrerint, in synodis nuncientur. Datum apud Terraconam XI. kalendas Aprilis, anno Domini MCCLXXXII.

IN SUPERIORES CONSTITUTIONES

JOANNIS DOMINICI MANSI

ADMONITIO.

Ex meis ad Raynaldum adnotationibus ad an. 1162.

Apud Martene die XI. kal. Aprilis anni 1162. inscriptum extat concilium quod Bernardus Tarraconensis archiepiscopus cum sex episcopis suffraganeis habuit, quo latus a prædecessoribus suis constitutiones omnes ita confirmavit, ut constitutionibus VI. adjectis priora statuta reformavit, auxerit, roboravit. Sed collato huc Tarraconensi Concilio cum alio concilio Tarraconæ pariter habito anno 1139. in quo priorum conciliorum constitutiones plures ex integro referuntur, intelligimus concilium illud anni 1162. nihil esse aliud quam trium conciliorum sub Bernardo archiepiscopo collectionem; nam canon tertius inscriptus contra invalores, raptores, & clericorum percussores, idem est cum canone in priori concilio a Bernardo edito. In quo pariter concilio reperias canonem alterum ibidem recurrentem, quo cavetur ne Christiani cum Judæo contubernium habeant, quod in Martenio toridem verbis legitur. Denique Bernardus in concilio tertio anno 1162. celebrato, ut ex concilio anni 1139. constat, constitutionem dedit in eos qui interficiunt vel capiunt episcopum vel prelatum, quam pariter constitutionem totidem expressam verbis habes in statuto sexto concilii apud Martenium. Est igitur Martenis istud concilium conciliorum trium sub Bernardo collectio, quorum postremum tantummodo præfati anno 1162. XI. Kal. Aprilis celebratum fuit. Id præterquam ex iis, quæ dicta sunt, perspicue constat, tum pariter demonstrant nomina episcoporum, quæ adscripta leguntur in primo statuto ejusdem concilii. si conferantur cum nominibus episcoporum, quæ novissimæ ejus concilii constitutioni præstantur. In priori enim legitur F. Tivolsensis; in novissimo vero Gargas Tivolsensis; ibi P. Gerundensis per procuratorem adest; hic Ba. Gerundensis per se præfens adfuit; in illo suffraganei sunt sex; in hoc vero octo. Quis ergo concilia plura simul collecta non agnoscat?



CONSTANTINOPOLITANUM CONCIL. SCHISMATICORUM

In quo Veccus olim CPTanus patriarcha ex conjunctione cum Latinis communiione reus damnatur & inter duas ecclesias unio scinditur.

Anno forte 1283. habitum.

Um Græci ad sciendam conjunctionem illam ecclesiarum, suæ scilicet & Latinæ, quam Veccus CPTanus patriarcha tanto molimine procuraverat, summo studio ferrentur; Veccus rebus suis melius se consulturum censuit, si sponte se summa dignitate abdicaret, quo a curis publicis remotus sibi & Deo vitam ageret in monasterio. Sospitus hisce adversariorum furor, sed non extinctus: brevi iterum exarsit, magnisque incendiis urbs conflagravit; tum tota furoris flamma in eundem Veccum incitata est. Eo igitur perdendo Synodus CPoli convenit vivo adhuc Josepho patriarcha, qui in locum Vecci successerat. Quid in ea actum, narrat Pachymerus in vita Andronici lib. 1. cap. VIII. cujus verba hic damus. Annus synodi quamquam a Pachymero nullus proditur, ex iis tamen que ille narrat deductus, annum 1283. supputante Possino in observationibus Pachymerianis lib. 3. cap. 2. signat.

CONSTANTINOPOLITANÆ SYNODI ACTA

Ex Pachymero in Vita Andron.

An. 1283. Ibidem

Tuoc igitur huius motores machinam, omni genere delinquentium cum ceteris qui aderant antistites, tum Alexandrinum præ omnibus patriarcham Athanasium, virum existimationis & auctoritatis maxime, in suas attrahere partes non utiliter conati, duos thronos statuerunt. alterum vacuum, insignibus ornatum patriarchæ Constantinopolitani Josephi, & quasi eum representantem, quod is morbi necessitate decumbens præesse synodo nequiret; alterum cui palam præfideret Alexandrinus Athanasius,

sius, se autem ipsos, ut Josephi, aegroti vicarios, & ejus sensuum nuncios, ac voluntatis executores, in capite synodi fixerunt. Frequens inde convenit episcoporum cœtus, præsentibus ibidem magno Logotheta, præsentibus insuper Georgio Cyprio & Rethore Holobolo nuper ex magni agri monasterio Constantinopolim reverso: assidente præterea Monacho Theodosio Saponopulo, qui ex ordine protonotariorum Imperatoris in vitam monasticam transierat; aliisque pariter assistentibus plurimis. Delatas ad hunc conventum Joannis Vecci, & præcipuorum cum illo concordiam duarum ecclesiarum auctorum accusationes sunt; de quibus qui pro Josepho agebant, ferri sententias studebant; non quæ dogma ipsum dijudicaret; & quid, ut securum ad pacem Ecclesiæ tenendum: quid ut minus probatum, rejiciendum esset declararent: sed quia causabantur scandalum ortum ex impetiva ventilatione questionum quas inexploratas relinqui præliterat; contendebant non esse inquirendum, recte ne an secus, qui de controversiis nuper motis suas ediderant sententias, scripsissent: verum eos hoc ipso quod dogmata movissent, quod in disputationem prius in usu habita vocassent; quod scripturas replicassent; quod per illos fando auditæ dum recitarentur Patrum auctoritates essent, tamquam perturbatores quietis publicæ, ac gravissimi reos criminis, condemnari satagebant: & obsequentibus quos convocaverant, revera condemnandos curaverunt, ac gravissima quæque animadversionis ecclesiasticæ exempla in eos ediderunt, quos se ne minima quidem asperos conscientia hæreseos, & nunquam a recta fidei declinasse regula, & affirmantes & paratos demonstrare offerentes, ut atrocium convictos delictorum damnaverunt, poenitentie addiderunt maximis, in quo erat hæc mira procedendi ratio. Libellos ab unoquoque flagitabant quibus exponerent, quid crederent. Prolatis iis, si quid quispiam de Dogmatibus misisset videretur, damnabatur, non scriptum, ut agebant, sed scriptor: isque idcirco solum quod ea consignasset litteris, quæ prava, recta ne essent, in medio relinquebatur, extremis Ecclesiasticæ censuræ notis affectus declarabatur. Primus ad ceterorum exemplum isti se subiecit ignominie, quasi remedium canonicæ absolutiois poenitentie professione ambiens, magnus Logotheta Muzalo: qui simulans, se de doctrina nihil præjudicare, frustra erat. Eminerat enim ejus flagrans studium in partes processionem ex Filio Spiritus negantium. Cujus dogmatis tanto flagrabat zelo, ut flammam spirare videretur. Tamen ille libellum a se prius imperante Michaelē palam datum, quo se professus erat idem cum Latinis credere, ultro jam execrans, & comburendum offerens, jurejurando etiam interposito est coram synodo professus se se haud ideo flammis hoc scriptum donare, quod sibi esset conscius pravam in eo aut a sana doctrina exerrans quidpiam positum: sed quoniam agnosceret eo ipso se graviter peccasse, quod omnino scribere de dogmate ausus esset; quod de talibus differere; quod Patrum testimonia de his inquirere, congerere, accommodata, & utilia tunc visa ad causam, quæ ageretur; licet non ignoraret idem

aliam a multis, & magnis viris simili occasione factitatum. Verum quia illa tunc a se non tempore pacis allegata fuissent, at importune oggesta, tunc cum atrox & vehementissima procella sævis hinc inde fluctibus multorum undecumque insurgentium Ecclesiam ageret, ferretque. Ergo quia in eo se religione supervacanea intemperanter elarum, sero tandem poenitens intelligeret, velle in derelictionem ejus erroris igne consumi hoc suum scriptum; non quatenus testimonia continebat Patrum, sed quatenus sui ipsius foetus esset ingenii. Consequenter scriptum super eodem argumento veteris magni Logothetæ proscriptum, aliaque aliorum, & quibus qualicumque mentio inesse dogmatum deprehensa est, universa, ut eo nomine abunde rea, igni sunt tradita. His quasi præstrudis ad Vecci causam præjudiciis, ipsum sunt denique aggressi animo infensiori, quippe quem non intempestive modo motionis dogmatum, sed hæreseos reum peragere studebant. Et erat ille quidem haud dubie ejus affinis de qua modo est dictum, intemperantiæ, nimia curiositate scrutandarum arcanarum veritatum, quas scriptis abstrusas Patrum, illic tamquam in sacro quodam opero, ut humano superioribus captu, tacite obnoxieque venerari fuerat satius: ceterum ulterius nitebantur ejus accusatores, qui eum ista investigatione impetu concitatum nimio, præcipitasse in hæresim demonstrare conabantur.

Pulsibus ergo crebris Æris Ecclesiæ campani turbam simul advenarum sibi faventem, urbanum simul populum magno numero convocarunt. Congregandæ multitudinis hæc factiosa erat causa. Sperabant ipso apparatu synodi quæ cogi ferebatur ad emendanda quæ perperam acta fuerant in conventionem cum Latinis, intellecturos homines e vulgo, se deceptos ab auctoribus conventionis ejus, in impietatem fuisse prolapsos, quam nunc expiari oporteret. Inde autem confidebant exarsuros eos, & in seditionem concitandos adversus Veccum, quem ejus rei totius præcipuum artificem suspicarentur. Quare illum huic invidiæ objecturi, ardentem petebant, citari rite ac juberi se sistere judicandum a synodo. Crebris igitur Viatorum misitationibus Veccus comparere coram congregatis Patribus jussus est ad reddendam rationem eorum quæ scripserat: idque dum fieret, interim qui hæc curabant, scripta illa Vecci, ut errorum & fraudum plena invidiosissime apud populum tradebant, magno opere ostentantes, exaggerantesque perniciem illorum. Id Veccus non ignorans cunctabatur obtemperare vocantibus, morasque innectebat longas suo in valedimonium occursum: non inverisimiliter allegans, manifestum esse periculum, ne populus persuasus gravi se implicatum malo, piaculoque subiectum per pacem cum Latinis initam, furiose in ejus pacis auctorem erumperet, cum is primum in conspectum esset datus. Itaque cum non ignoraret, arte adversariorum totam ejus negotii culpam in se conferri, haud sibi videri tutum proficisci quo vocaretur; discerpendo utique a multitudine, cui qui se vellent perditum sinistris ante sparsis rumoribus persuaserant, penes se unum residere causam mali omnium.

ANNO
CHRISTI
1119.

nis. Hac jure causari eum magus Logotheta intelligens, acri nec inutili opera incubuit ad seditionem comprimendam populi, metu huic admoto ab Imperatore, quem, si qua vis fieret, offendendum graviter, & severe animadversurum in violentia comperos, denunciavit. Sic sedato plebis impetu, Veccum aggreditur, demonstrans; non esse jam quod causaretur ullam a seditione formidinem: nec ille abouit venire: cui comparenti ultimus in synodo locus datus est; indeque ut causam ille sedens diceret, seque purgaret ab objectis circa ea scripta sua vehementer instabant. At Veccus aliud potius quodvis, quam quod tunc erat, talia purgandi tempus esse sciens, respondebat. B *causis quibus defendi suum scribendi consilium posset, ei fuisse temporis affixas quod nunc prateriisse fatebatur. Scire sese qua tempestate illa scripsisset quae modo in crimen vocabantur, exegisse a se tunc praesentem rerum statum, ut talia scriberet: inique secum agi si post conversionem rerum tantum praestare nunc cogatur, ea recta esse, quae cum suam ab opportunitate reatitudinem ducerent, mutatione, quae incidit temporum, suam quasi defensionem amiserunt. Omittatur ergo crimen modo intempetivum, aut in tempus differatur, ejus quod nuper extitit, simile. Res quae tunc gerebantur imposuisse sibi necessitatem scribendi quae scripserit, nemine alio ad id agendum occurrente, quod publice intererat ab aliquo fieri. Vocare autem in examen sermones bene in tempore prolatos, remotis jam circumstantiis quibus illorum opportunitas palam monstrabatur, ut in rationem exigentibus inquisitionem habet intempetivam, sic respondentibus conditionem injungit iniquissimam causae talis dicendae, cujus omnis defendendae conatus vanus ac stultus merito existimetur. Illud solum decidere oportere Patres synodi praesentis, an non eum quem nec cogitantem nec volentem ad Patriarchatum ipsi vocaverunt, modo redactum in ordinem per illos, & priore in proprium Thronum revocato passore, equum sit, ipsis iudicantibus, retinere etiamnum honorem quem illorum antea eligentium, & ad Patriarchatum vocantium suffragiis acceperat? Hae postrema praesertim Vecci popositio plerorumque cordibus infixit spiculum: audiebanturque indignantium voces: Tu scilicet Patriarchatus honore gaudebis, praesente jam legitimo Patriarcha? Tu, inquam, suspectus Haresios, a quo jure, scripto edita fidei professione exigatur, cuique multis argumentis opus sit ad persuadendum te recte ac catholice sentire? Sic illi repulsa iracunde Vecci postulatione, mitius deinde cum illo agentes, blande perpulerunt, ut sistere se coram Josepho vellet, quo ipso adducto, & persuaso detinere sibi offensum supplici significatione poenitentiae; deinde ipsi compositum Libellum, quo professio rectae fidei conjungebatur cum amolitione suspicionum, si quae in contrarium extarent, quibus ad extremum annectebant abdicacionem Sacerdotii, Vecco ut subscriberet dederunt: atque ita verbis officisque paulo benignioribus commodiuscule tractatum dimiserunt. Quod cum postea Josephus cognovisset, vim illatam homini Orthodoxo, ut dignitatem abdicaret, Concil. General. Tom. XXIV.*

A uti minime regulae Patrum conformem, injustam fuisse judicavit.

Hac ipsa concilii in se constituti acta ita describit Joannes Veccus in libello de injusta sui depositione vulgato ab Allatio Graec. Ortod. to. 2. pag. 22. unde hic dantur.

Horum itaque principium fuit, ut dixi, ante synodale decretum contra nos latum, loco nostri in thronum nostrum promovere aemulum, nec non ab ipso, eoque solo contra nos sententiam publicari, & quod immanius est, neque ab ipso, sed ab hominibus profanis, & his antiquae adversum nos improbitati deditos, sub nomine nihilominus illius dictari, quae usque quo processerit, ex factis ipsis enunciabimus. Quartus dies erat, ex quo, quae ab illis depositio nomen habuit, pronuntiata fuerat cum nos ad tribunal vocamur, *Audi calum, & auribus percipe terra.* Depositis accessit ad respondendum, qui decreto condemnatus est ad illi contradicendum; a throno etiam ante sententiam latam ejectus, ad depulsandam calumniam. Sed quo scopo? ut quae ille respondendo, contradicendo, injuriam depulsando protulisset, non absque ratione prolata esse existimata, proprium robur haberent. Et quis tandem eorum roboris finis futurus erat? Patriarchicus thronus? Sed hic antea ablati est, alius super illo jacet, namque C generaliori nomine cathedram ipsam vocitamus. Et quisnam etiam ex iis, qui ad intelligendum ineptissimi sunt, inania, quae cumque nos in nostri defensionem sive iusta sive vera adduxissemus, futura non dignovisset? Tu vero, nuntii praecipiebant, absque ullo praesulatus signo ad nostrum procedito tribunal. Gratia sit nobis ob hanc veritatem, neque enim dicam, injustitiam. Hinc enim veritatem apertissime ostendistis, vos, non ut judicaretis, sed ut contra nos praeter fas latam sententiam stabiliretis, congregatos fuisse. O amorem fraternum a vobis tanti habitum! Probe igitur vereque supra veluti ex vobis innocens declaratus in his, quae injuste passus sum, pro vestra dignitate respondi. Neque enim nostrae innocentiae parva declaratio est, cum res supradictae modo quo diximus processerint.

Sed quae subsecuta sunt, fortasse quispiam magis ex canonum legumque praescripto aditata esse existimabit? Qui aequo animo audis, attendito. Ut enim secundum canones nobis nuntii missi sunt, qui hoc etiam in se canonicum continebant, cum non per praesules, sed laicos quosdam, & administratos Clericos, facti sunt, Pauli vocem nos mutuo accipientes, ut Paulus clamans, Caesarem appellavit, ita & ipse Caesarem appello auditorem rerum mearum, & perturbationis expertem, cognitorem voces has nostras cum illis, qui mala omnia in nos moliebantur, nuntiis attulissent, inde reversi; haud fas est, inquam, tibi vel solo imperatoris aspectu frui. Ne id cogites, neque inde tibi utilitatem ullam expectes. An non etiam hoc, interrogabo enim te, quem oratio mea aequo auditorem appellavit, magnam ad jus observandum meorum iudicium propensionem ostendit? An vero si homicida, sive aliorum, quae acerrimis poenis prohibentur, facinorum patrorum, imperatoris audientiam appellasset, pro quibus se inju-

ANNO
CHRISTI
1119.

ANNO CHRISTI 1181.

stilia affectum ab iis, qui calculum tulerant, cognoscit, ob appellationem criminis notam incurrisset? At nobis hoc quoque crimen reputatum est, nec dum capio quoddam aliud iudicium reus præ illo, quod imperatoris est, appellabit. Etenim si cum, qui iudicio sistitur, Patriarcha est, crimen, adversus Græcos odium, & in dogmatibus error, suppetvacaneum quid & prope inutilis imperatoris auditio reputata est, in quam alia persona, & in quo alio iudicio, qui simili obnoxii reputantur, præsentiam imperatoris appellabunt? Hac igitur ratione hoc quoque de nobis transactum est: tum deinceps ipse nodus dissoluta est, & adversus nos coactus congressus dissipatus.

Tertia postmodum die Synodalis congregatio cum principum assensu cogitur, iterumque cum eadem multorum ex vili plebecula improbitate, & si non omnium, impetus, & concursus, & nuncii prioribus non abimiles. Nos potero Deo nosmetipsos primum committentes, & animo postmodum quæ nobis utilia esse videbantur, revolventes, & ad accerentes accessum, & in spernendis imperiis contumaciam, æque periculolum esse dæprehendebamus, illum si cum nostra defensione comitaretur, hanc, tanquam quæ nostra calumniantibus, plenam facultatem omnia agendi concessisset. Namque nostra præsentia cum defensione poterat ad nostra damna multitudinem concitare, quod in ea pars, quæ minus ratione uteretur, non nostri defensionem, sed conatus adversus nos publici accusationem, & demolitionem illam esse repulset: & nos non nobis suppetias ferre, sed Latinis esse adiumento, si id ageremus, existimaremur. Et forte etiam ob hanc eandem causam sacrificium Deo offerre opinatus quispiam, neci nos pessima tradidisset. Talis enim homo est, & nulla ratione duce res dijudicat, cum de Deo ac Fide quaestio est, & iudicium constituitur. Et contumacia magis ac magis in noxam nostram excitasset, tanquam quæ criminosa. Cum itaque utraque nobis periculosa viderentur, tertium inire consilium decrevimus. Namque cum in omnibus nostris conluctantibus invulneratam & nostræ pietatis infractam integritatem conservatam a nobis cum apprime teneremus, facto opus esse iudicavimus, accessum nempe non diutius protrahere, & satis pro nobis responsum, si nostræ fidei professionem emitteremus, reliqua vero omnia, quæ nobis adversarii contentiose opponerent, silentio pertransiremus, & ad omne, quod iniuste passi eramus, vel in posterum toleraturi essemus, nihil tum responderemus. Quod & factum est. Et ad tribunal accessimus non iudicandi, sed quam antea condemnationem subivimus, firmiter reportaturi, ob quod ut videbatur, tantummodo nostram præsentiam studiose poposcebant, qui atrocissima quæque in nos moliebantur, & nobis præter iniustitiam infamiae quoque notam inurebant. Quæ enim tum dicimus? Quæ & audivimus?

Statim illa, quæ nos de unione Ecclesiastica scripto tradidimus, in iudicium vocata sunt. Et adversarii tantum illud in-

ANNO CHRISTI 1181.

ambabat, disputationis stadium aperire, & ingens contradictionis certamen constituere, ut per pravas interpretationes, ac quas construendas illi nomothetarum magis more, quam demonstrationum methodis Patrum vocibus utuntur, vesaniorem plebecule multitudinem quasi lenocinio allicerent, sicque adversus nos victoriam reportarent. Nos porro eorum machinæ, & molimina cum non præterirent, erant vero, iram populæ contra nos succendere, qui ab antiquo tempore famæ apud eosdem vulgatæ hærebant ad unionem stabiliscendam maxime in modum ab eodem modo habitam studium nos nec exiguum contulisse. Et responsio quidem, utcumque illa fuerit, ita se habuit. Si de hinc nos hodie inquirimus, palam & libere vocem sustollentes, dicimus, credere, & profiteri, & tenere quemadmodum sancta catholicaque ecclesia profitetur, & tenet, a qua sacro lavacro abluti sumus, & qua sincerum Fidei lac hausimus, a qua sermones dogmaticos didicimus, quos ab infantia ipsa ad canitudinem hanc capitis peræqua ætatibus proportionem pertractavimus, prius addicentes, & postmodum docentes. Ad hæc vero, quæ subsecuta est eorum responsio, hoc in loco digerere, ineptum profus existimo. Namque Christianos nos & orthodoxos esse indices declararunt, nihilominus præiudatus privationem decreverunt, nescio qua ratione, & unde moti, ad simile decretum prolapsi sunt, & plane non aliunde, neque rebus aliis, nisi iis, quas supra præmemoravimus. Neque enim poterant vix compositis animi multitudinis rabiei, & elhænatæ appetitioni resistere, quam in se quisque convertendam fore putabat, si vel minimum illis obstitisset, quæ adversus nos potentes alioquin viri intentabant. Condemnatio itaque uti diximus, nec aliam ob causam hæc fuit.

Nos vero qui tum propter jam adductas rationes nihil respondimus, nunc palam, apertoque, ut omnes audiant, ore, respondemus. Addecebat ne, o universi Sacerdotes, & qui divinatorum canonum, & sanctorum constitutionum scientiam tenetis, sacerdotio eum privari, qui prælaudatam fidei professionem & animo credit, & lingua deprecatur? Orthodoxum nobis, o Iudex, Christianismum attestaris, & sacerdotium adimis? Forte dices, quod pro ecclesiastica unione scripta publicaverim. Bene, bene, si nostra sententia non reclam sinceramque, & excellentissimo quodam modo pietatem præferret: si res vestras imploravimus: si alienum ab ecclesia dogma introduximus. Quod si in his omnibus innocui, & animo & mente sumus, & nostra scripti tractatio non alia erat, quam utriusque ecclesiæ nexus, bene & admodum utiliter Dei gratia procedens, si quæcumque diximus, aut scripsimus mediatores nos, & pacificatores, non novorum dogmatum assertores comprobant, & non ut contra veritatem impudens audaxque lingua calumniantium contendit, quare indignum illis qui patiuntur, indignum & illis, qui ita decreverunt, de nostri sacerdotii ademptione decretum latum est?

ANNO
CHRISTI
1283.ANNO
CHRISTI
1283.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIABULUM.

In quo episcopi, qui utriusque ecclesie Latine & Græcæ conjunctionem procuraverant, damnantur,

Georgio, sive Gregorio Cypri CPTano archiepiscopatu potente.

Anno facile 1283. habitum.

ibidem

Paulo post a priori synodo, sed Patriarcha CPTano plane diverso, nempe sub Gregorio Cyprio, synodus altera CPoli convocata, id agente in primis Athanasio, qui Sardonorum episcopatu potitus Andronici nomen assumpsit. Hujus cogenda causa prætendebatur tuendi schismatis studium; reipsa vero Arseniana factioni Andronicus ille fovebat in primis. Hic imperatori Andronico, cujus favore pollebat, persuasit, ut coactis synodo de illorum causa cognosceretur, qui in celeberrimam Græcorum cum Latinis conventionem operam suam contulerant; qua in re pro merito urgenda, quod seignorem se Gregorius præbuisse, ut ipsi quidem distabant, ideo synodo huic habenda Chazalam quendam ab imperatore præficiendum jurarunt. His ita constitutis, quid in ea synodo actum sit exponit Pachymerus, cujus verbi statim dabimus. Annus rei gesta idem statuitur a Pofino qui & superioris synodi fuit, nempe annus 1283. quod ille tota discussa Pachymeriana narrationis serie deducit.

Feria secundæ hebdomatis, quam *Diakinesimam* vocant, statim sequentis post diem Resurrectionis, proponitur editum imperatoris; & quia fuerat eatenus Monachus Athanasius in antistitem Andronicum transformatur; idemque non modo decernitur, & scribitur episcopus Sardinum, sed in patrem, ac confessionum imperatoris arbitrum legitur.

Proponitur palam editum imperatoris, Chazalam titulo spiritualis Augusti patris honestans; ac quidquid ipse decrevisset, ratum esse iubens. Delegatur præterea, qui personam imperatoris repræsentaret Michael Strategopolus, qui postea Protolatoris dignitate ornatus est. Locus autem conventui, cui & ipse adfuturus patriarcha esset, Desparæ templum assignatur in Blachernis situm. Erat autem & hoc præter cætera statutum, ut quisquis adversaretur qualicumque istius synodi decreto, reus læsæ Majestatis ageretur. Præsidebant porro simul quidem patriarcha, simul autem Sardenis, una cum plurimis eorum qui occasione damnationis, & secessus Arsenii sese dudum a communione cæterorum absciderant. Assidebant ex diverso regii ministri missi ad exequendam inexorabiliter quamcumque synodus decerneret reorum ob acta nuper, & olim, tunc vituperabilia viâ, peragendorum vindictam. Tunc qui accusabantur Antistites singillatim causam dicturi, citati nominalim introducebantur, nihilque ibi audiebatur aliud, nisi: ducatur hic, aut ille. Mox cuique in faciem dica impingebatur violatarum legum. Plerique accusantium monachi erant, summam criminis in eo ipso constituentis, quod

Cencil. General. Tom. XXIV.

aut quærebantur, persecutionem ab his injustam passi essent. Subito Judex, torve reum intuens, tollatur, aiebat; nempe impius, & malo dignus; acclamabant assessores. Quas ad voces imperatorii, qui aderant, satellites, condemnatum vinculis manibus, & pedibus ignominiose trahebant foras; Monachis interim accusatoribus partim magna voce diris devoentibus damnatos, partim manus sacras non abstinentibus a pulsandis miseris & sacris eorum penulis, quas indigne gestari ab iis exprobrabant, contumeliose dicebant. Dum ea per illam hebdomadam ita gererentur, nemine recta undique tenta crudelitatis vindictæ inhiantis effugere valente, haud obscuris indicibus deprehendebatur, iniquo hæc animo patriarcham ferre. At is, utcumque ringebatur mærore, ac indignatione intimis, cernens quæ fierent, sequebatur tamen præeuntes assentiens in speciem ipsorum placitis; cæterum clam damnans, & detestans immania decreta: adeo ut privatim apud fidas aures non dubitaret synodum vocare conciliabulum sceleratum. Denique cum eos, qui se ultro non siltent, trahere frustra repugnantes per ministros imperatorios cœpissent, incescit eos cupido Theodori quoque Cyziceni coram se in reorum sublellis videndi. Quare satellitibus, ut eum abducerent mandarunt. Porro ille non comparere certus, quam potuerat tutissime se absconderat in Prodromi monasterio, procellam sub tecto dum detonaret opperens. Causa huic, & alii declinandi vadimonii non tam erat judicii periculum & damnationis aut de gradu dejectionis ignominia, quam metus contumiliarum intolerabilium, quibus se coram illic a vilissimis humunculis debonitandos prius expertorum acerbiteram illam exemplo didicerant. Igitur missi a synodo corripuerunt repertum in latebris Theodorum. At ille oblitans resistebat; ut lepas petre sic monasterio inhærens. Lidiores trahendi impares sociis adhibitis, vim ingeminabant; quam sæpius auxerunt aliis atque aliis accitis. Quorum inter summa ope conantium & ad invisum tribunal raptantium infestas manus elapsus ille templi adita subiit, & inviolabili, ut putabat, sacre mensæ asylo positus, inde per ecclesiasticos ministros quorum eo penetrandi jus est, denunciabat satellitibus se nequitiam quidquid contra molirentur inde abcessurum. Quare illi die in iis frustra consumpto, coacti sub vesperam redire re infecta, ut synodo renunciarent quod evenerat, percussus qui ut judex sedebat, nempe, ait, inanis circa Cyzicenum longi

I i 2

tem-

ANNO
CHRISTI
1183.

ANNO
CHRISTI
1183.

temporis opera otium inutiliter contempnit multis ceterorum absolvendis causis suffe-
durum. Et his dictis surrexit; prescripta patriarche formula quam tenere deberet in aliis pari exemplo panendus. Ita post eos, qui vexati maleque multati presentes fuerant, reliqui ut contumaces in absentia damnantur: hoc uno benigne agere in hos visis feris illis arbitris quod acerbitates contumeliosissimarum incontinentiarum in praesentes exercitatum remisissent; loco movere non comparantes citra ignominiosam ipsorum adstantium traductionem contendit.

Sed ut ad synodi acta redeamus, in his & illud est. Ab augusta Theodora Fidei libellum exegerant, praetereaque, ut scripto dato se renunciare profiteretur conventioni Ecclesiarum & Obedientiae papae paulo ante publice admissis: sancte deique polliceretur, se nunquam peturam perfolvi viro suo defuncto iusta funebria, decantatione psalmodiarum, & cetero ecclesiastico ritu celebranda. Harum rerum merces ostendebatur, honore commemorationis nominis eius in ecclesia, inter sacra conjungendi cum nomine imperatoris ipsius filii. Ab Alexandrino item patriarcha postularunt Athanasio, ut assensu comprobaret suo damnationem, & dejectionem e gradu privatorum suis sedibus Antistitum: insuper ut ipse quoque diserte declararet pro irritis, perperam decretis se habere, quae nuper in causa papae ac conciliationis Graecae cum Latina ecclesiarum statuta fuissent. Hoc postremum ab eo petendi causa fuit, quod is propter rationes a nobis ante memoratas, communicasset cum illis qui illa egerant. Addebatur haec dumtaxat: conditione, si haec scripto, & chirografo firmaret, ei tribuendum, ut e sacris Diptychis nomen eius inter ceteros patriarchas memoraretur. At Antiochenus patriarcha Theodosius princeps, occulto tactus metu, ne quid hi gravius in sese consulerent, exterius tamen praeferebat, haud sibi probari, sed nec ad se quidquam arbitrari pertinere, quae

A fierent. Ergo aspernabundus, & speciose securus, conscriptam abdicationem patriarchatus, Imperatore inscio, Antiochus reliquit. ipse in Syriam migrans; ubi Latino-rum in potestate multum tum adhaec. & magna civitates erant, Ptolemais, Berytus, Sidon, Tirus, oraeque illa maritima universa, in qua Itali adversus Opes Aethiopum tuum egregie imperium tuebantur. Ceterum porro Antiochenus abdicatione principis accepta, concordibus calculis patriarcham creavit Hagio Symeonem Arsenium, virum praecleara sanctimoniam specie venerabilem, quem statim Constantinopolitani agnoscentes in communionem admisissent, pronuncio palam eius e Diptychis nomine. Postmodum tamen, fama sparsa, communicasse ipsum cum rege Armeniae ab Ecclesia discisso, minime sumpto ad inquisitionem veri spatio, cupide multarunt honore isto, & e sacris tabulis eius nomen expunxerunt. Coniugit autem ipsum sub hoc tempore e vivis cedere. Quae est credibile, si vel modicum superfuisset, ad causam dicendam Constantinopolim venturum. Ceterum antistites ad ei successorem eligendum congregati, duas in sententias scissi sunt. Cillices quippe Pompeopolitani Diophysium, Syri vero Cyrillum Tyrium in Patriarchatum vocaverunt.

Inter quae deliberante ac trepidante Diophysio, praecipuavit thronum Cyrillus, & in eo firmatus prevaluit. Igitur Alexandrinum hic Constantinopoli degentem nullo admodum doloris affectu sentit, quod inter patriarchas non recitaretur nomen eius: societas enim in pari sorte multorum privatum ipsius molestiam levabat. Neque spes illi oblata istius honoris adipiscendi, magnum habuit illicium; praeterea quod caro emenda proponeretur; exacta in id comprobatione inconuenientium actorum synodi praesentis: quorum quin se fundum, & auctorem diceret, ac consequenter eorum invidiam in se susciperet, qui talia gerentibus communicaret, vitare non posse, facile videbat.

ANNO
CHRISTI
1184.

SYNODUS APUD SANCTUM HIPPOLYTUM

ANNO
CHRISTI
1184.

GODEFRIDO PATAVIENSI EPISCOPO.

Ex Mansizii
Germania
facta Tom.
1. pag 417.

Anno Domini MCCLXXXIV. 14. Calendas Aprilis celebrata.

Quodiam Sedes Apostolica nos in partem sollicitudinis evocavit, ut super reformatione Patavienis Diocesis providere debeamus afflictis Ecclesiis & personis, ne iunctum nobis ministerium negligamus, & tamen gravamini possimus parere subditorum, hac vice non multas intendimus addere constitutiones, sed antiquas, quas minus observatas invenimus, auribus singulorum & memoriae inculcare, quas etiam ab omnibus in nostra Diocesi volumus inviolabiliter observari. Ut igitur ab eo sumamus exordium, qui omnium fons est & principium, quae circa ipsius cultum & obsequium negligenter hactenus sunt omissa, primo duximus corrigenda, ne propter incuriam eorum, qui Ecclesiasticis sunt officiis mancipati, Divina contra nos indignatio graviter exardescat.

De Custodia Eucharistiae.

Statuimus igitur, ut secundum constitutionem Lateranensis concilii Chisma & oleum sacrum, & Eucharistia sub fidei custodia, & lampadibus adhibitis conserventur, ne possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, & nefaria exercenda, quorum etiam custodia nunquam laicis committatur. Si vero is, ad quem spectat custodia, incaute reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur, & si per eius incuriam aliquid nefarium inde contingit, graviori subiaceat ultioni juxta ordinationem nostram, quam juxta qualitatem delicti studebimus moderari.

Cam.

ANNO
CHRISTI
1114.*Campana in gestatione Sacramenti.*

Item statimus, ut secundum Statuta Canonum Sacerdotes, & non alii iustimos in extremis laborantes, in viatico & confessione visitent, & praesentem Campanam tecum deferentes, ex cuius tono primo devotio fidelium excitetur ad tanti reverentiam Sacramenti & ipsi Sacerdotes portantia Sacramenta, Hostiam, Christum, & Oleum innummum superpellicio & tarcoccio sint induti cum Candela accensa vel lucerna, reverentia debita incidentes; omnibus etiam, qui ob reverentiam tanti Sacramenti Sacerdotem infra civitatem & villam congrua devotione sequantur, sive unum innummum communicet sive plures, XX. dies iniquitate poenitentis relaxamus; si autem ad aliam villam sequuti sunt, indulgentia duplicetur.

Clerici ludas & Tabernas vitent.

Item districtissime inhiemus, ne clerici ludas alearum & taxillorum inordinatos & indecentes & turpia lucra & inbonella mercimonia praesumant de cetero exercere; ne tabernas, nisi necessitatis causa, vel in itinere constituti; alioquin poenam eis Canonice infligimus.

Quod Quatuorarii non admittantur.

Item praecipiendo mandamus, ut ad petendam Eleemosynam nulli prius de cetero Quatuorarii admittantur: Ecclesiae vero vel domus, sive hospitalia, pro quorum subventionem indulgentias & litteras nostras penitentialis concedimus, per suos fratres vel notos, & constitutos nuncios eisdem transmittant litteras pro Eleemosyna colligenda, & tales admittantur secundum continentiam litterarum. Si qui vero talium notabiles inventi fuerint, falsum videlicet Religionis habitum deferentes, vel tabernarii, lutores, seu Apostatae, tanquam falsarii ab omnibus repellantur, & quicumque plebanorum, Vicariorum, seu Rectorum, pretextu pecuniae, vel cuiuscumque commodi seu lucri, tales non repulerit, toties in hoc casu deliquit; & nisi infra mensem, postquam incidit in talem poenam, nobis vel Archi-Diacono, seu Decano suo de hoc recognoverit, ex tunc elapso eodem mense ab officio sit iure ipso suspensus.

Item inherentes vestigiis praedecessorum nostrorum, monitis ipsorum, ac orationibus ipsorum salubribus, aliqua addenda esse decernimus, quae saluti subditorum & nostrae sollicitudini declarat ratio temporis plurimum opportuna.

Quod curas animarum habentes per se resideant.

Omnes igitur & singulos curam animarum habentes, ad receptionem Ordinum, quae ipsorum cura, & Officium, ac sollicitudo requirit, nec non ad personalem in suis beneficiis Residentiam mandato districtissimo evocamus: Si autem aliqui defuerint in ipsis, per alios, quod ex iusta causa & de nostra licentia speciali oportere sic

ari, & debere intelligimus, illi in suis Ecclesiis tales instituant sive locent, quos notos, dignos, & idoneos sciverint evidenter; qui vero scientes Clericos peregrinos, concubinariorum, vel alios indignos collegerint in locis vel vicariis, vel si eos, quos tanquam dignos assumpserint & bonos, postmodum malos effectos non removerint, ex tunc tam illi, qui tales colligunt, quam illi, qui collectos non removerint, integrum mensem, postquam iniquitas ipsorum detecta fuerit, ab ingressu Ecclesiae suspendantur.

Quod Clerici noti, ignotis praesertantur.

Item cum scriptum sit, quantum quisque meretur, non quantum dare sufficit, ultimetur, districte prohibemus, ne aliquis in locationibus Ecclesiarum amplioris lucri gratia bonis & idoneis atque notis, minus idoneos sive ignotos seu male meritis anteponat, si postquam id nobis constitit gravem a nobis efugere voluerit ultionem.

Quod Rectores in filiis Ecclesiarum locent idoneos.

Ad haec statimus, ut Rectores Ecclesiarum in suis filiis subjectis Ecclesiis notos & idoneos, de sui Decani conscientia instituant Sacerdotes, nequaquam diminuendo praebendam antiquitus deputatam, neque exactione aliqua seu conditione vel servitio extraordinario onerando; ubi vero non inveniantur praebendae antiquitus deputatae, vel deputandae hactenus praebendae non sufficientes Parochiis, per quatuordecim, vel ex causis aliis delolatis, in eisdem praebendae Archi-Diaconi vel Decani consilio statuantur.

Quod Peregrini Clerici non admittantur in Ecclesiis.

Item cum plerumque infames loca consueverint tunc relinquere nationis, statimus, ne clerici peregrini, & ignoti per nostram Diocesim de cetero ad officium tanquam Vicarii, & Socii in Ecclesiis vel Cappellis aliquibus admittantur, nisi nostras exhibeant litteras, quibus eis officium in nostra Diocesi licentiam concedimus; praecipimus etiam ex nunc omnes dictos clericos, peregrinos & ignotos, nostras non habentes litteras super admissione sua, a Vicariis Ecclesiarum seu Cappellarum, Castorum, Civitatum, Villarum, quarumcunque Diocesis nostrae, & a Societate Domestica penitus removeri: qui autem in utroque vel altero hujus mandati nostri articulo transgressor extiterit, ab ingressu Ecclesiae & divinis per nos se noverit suspendendum; graviori poena, si ejus culpa exegerit, nihilominus puniendus.

Quod clerici nuptias non celebrent.

Item statimus, ut si quis presbyter de suis filiis & filiabus sollemnes nuptias praesumpserit celebrare, ab executione sui ordinis suspendatur, & nisi infra duos menses se de hoc apud nos vel suum Archi-Diaconum recognoverit, Ecclesia vel aliquod beneficium, si quod habet, auferatur ab eo.

Quod

ANNO
CHRISTI
1114.

ANNO
CHRISTI
1684.*Quod excommunicati sint, qui tollunt res
clerico pertinentes.*

Item quia quidam Ecclesiarum Patroni tam Clerici, quam laici, Advocati, Judices, seu alias potentes, bona mobilia, seu immobilia decedentium Clericorum occupant, rapiunt, & uturpant, volentes ipsis ab intestato succedere, pro suae voluntatis arbitrio non iudicio rationis, provide duximus statuendum, ut decedentibus clericis ab intestato, tam plebanis quam aliis clericis, bona eorum mobilia, & immobilia, in quocumque loco fuerint, in nostra protectione & potestate consistant; & quicumque laicorum bona huiusmodi uturpaverint, rapiant, vel distulerint, occasione quacumque, non post trinam admonitionem abiata taliter plene restituerint, excommunicationis vinculo sint obligati; immo cum gravius sit peccare in mortuum, quam in vivum, precipimus ut non solum talibus, sed & eorum familiaribus servantibus, seu Colonis ubicumque fuerint residentes, nulla divina penitus ministrantur, exceptis poenitentis morientium, & Baptismate parvulorum, nisi infra mensem ab eius familiaritate & servitio se subtrahant vel cultura.

Quod excommunicati non sepeliantur.

Item statuendo interdiximus firmiter & districte, ne aliqui plebani, Praelati, Rectores Ecclesiarum vel Vicarii de cetero excommunicatos, vel interdictos ad Ecclesiasticam recipiant sepulturam; si qui vero contrarium fecerint, ex tunc omnibus suis beneficiis novenerint se privandos. Religiosi vero pro transgressione huiusmodi constitutionis, excommunicationis se ferant vinculo incedendos, & nihilominus pro qualitate sui delicti secundum nostrum arbitrium puniendos; qui autem tales sepeliverunt, nisi infra mensem cadavera extulerint eorumdem, suis se sciant privandos omnino beneficiis, & excommunicationis sententiae nihilominus inno-

*Quod excommunicati ab Ecclesia repel-
lantur.*

Districte etiam inhibendo mandamus, ne de cetero in locis non consecratis vel in Ecclesiis violatis Divina celebrentur, nisi ex nostra permissione & licentia speciali; nec in cimiteriis non consecratis vel violatis corpora defunctorum sine nostra speciali licentia tumulentur.

*Quod Urina non fiat in praesentis excom-
municati.*

Item inhibemus, ne plebani vel sacerdotes aliqui excommunicati a D. Papa vel a nobis, vel ab aliquo Iudice Ordinario seu delegato, ante obtentum absolutionis beneficium in festis diebus vel privatis de cetero introitum Ecclesiae indulgeant, vel eos recipiant ad Divina, cum ante absolutionem excommunicationis vinculum non possint ad tempus suspendere, nec sine peccato medio tempore, possint eis, nisi in certis casibus,

A communicare: qui vero contrarium fecerit, ipso iure ab officio sit suspensus.

Unus Clericus unam regat Vicariam.

Item statuimus, ut nullus clericus plures quam unam sibi praesumat regendam assumere Vicariam, & qui contra fecerit, se per poenam graviter sciat deliquisse.

Quod Rector Ecclesia non sit Vicarius.

Item statuimus, & ordinamus, ut quicumque Clericorum nostrae Dioecesis beneficium cura animarum, vel sine cura habuerit, non praesumat ullam sibi assumere Vicariam regendam, sed in suis non omnittat beneficiis retinere.

Item qui tales in clero nostro fuerint, ex nunc intra unius mensis spatium, ad eadem sua beneficia revertantur; alioquin ex tunc suis se beneficiis novenerint privandos.

*Quod Penitentia Ecclesiastica libere conse-
rantur.*

Item statuimus ut beneficia Ecclesiastica absque omni pacto, & diminutione per eos, ad quos eorum collatio pertinet, conferantur; si quod factum haecenus in contrarium extitit, quasi irritum venitus revocamus.

*Quod Clerici de Matrimonio non cogno-
scent.*

Item statuimus, & sub poena excommunicationis firmiter inhibemus, omnibus Praelatis, & Clericis universis & singulis per nostram Dioecesim constitutis, ne de cognitione causarum matrimonialium se aliquatenus intromittant, nisi a sede Apostolica vel a nobis mandatum super receperint speciale, excepto Decano Patavensis Ecclesiae, cui volumus antiquam & approbatam consuetudinem observari.

Quod nulli contrahant, nisi publicentur.

Item decernimus statuendo, ut plebani alique Ecclesiarum Rectores ac Vicarii nostrae Dioecesis inhibeant publice in Ecclesiis suis, singulis diebus Dominicis, & festivis sub poena excommunicationis, ne aliqui matrimonialiter conjungantur, nisi sit prius diebus tribus Dominicis in Ecclesia publice insinuatam, quod tales simul contrahere velint; in qua insinuatione populus moneatur, & per poenam excommunicationis arceatur, ut si quis sciverit impedimentum inter eos, qui matrimonialiter volunt conjungi, illud proponat publice, si sine periculo & scandalo hoc fieri potest; alioquin proponat occulte sacerdoti, & post trinam insinuationem, si nullum proponitur impedimentum, tunc in nomine Domini conjungantur. Si autem impedimentum evidens & legitimum proponatur, tunc nullatenus contrahere permittantur. Si vero dubium sit, an impedimentum sit sufficiens ad matrimonium impediendum, in hoc casu non permittantur contrahere, donec per nos, quid fieri debeat, decidatur. Denuncient quoque plebani, quod quicumque contra solemnitatem huiusmodi

ANNO
CHRISTI
1684.

ANNO
CHRISTI
1144.

iusmodi contraxerit matrimonium extra fa-
ciem Ecclesie, propter poenam inobedi-
entiae, quam nostro arbitrio reservamus, pro-
les ex tali matrimonio suscepta, prorsus est
illegitima; si ex impedimento aliquo postmo-
dum contigerit matrimonium separari, in
illa nullam prorsus exculationem de paren-
tum ignorantia valere.

Quod confirmatio recipiatur ab Episcopo.

Item quia confirmatio est unum de Sa-
cramentis Ecclesie, volumus, & precipien-
do mandamus omnibus Ecclesiarum Red-
toribus, ut diebus Dominicis & festis subdi-
tas sibi plebes tam in publico quam priva-
to moneant, & inducant, ut ad recipien-
dam confirmationem de manibus Episcopi
festinent, vice qualibet, quando possunt: de-
clarando & lucidius exponendo, quod qui-
cumque ex negligentia vel contemtu Sacra-
mentum confirmationis non receperit, non
erit de numero salvandorum.

Item statuimus quod quilibet in sua Ec-
clesia vel Capella sive sit Plebanus, Vica-
rius, vel Capellanus, sibi subiectis precipiat
& iungat, ut saltem semel in anno con-
fiteantur sua omnia proprio sacerdoti, vel
de licentia sua alteri: cum ad hoc Christia-
nus quilibet teneatur: & si quis in hac par-
te se recognoverit hactenus deliquisse, hoc
ante diem Palmarum corrigat & emendet;
alioquin ipso die Palmarum omnes tales,
quos ex nunc excommunicamus, excommu-
nicationis sententiae denunciatur subiacere.

*Quod Ecclesiarum Rectores Decanis con-
fiteantur.*

Item statuimus, ut singuli plebani, Re-
ctores, Vicarii, & Capellani nostrae Diocesis
de gravioribus seu maioribus suis peccatis
confiteantur suo Decano: Decani nobis,
ac etiam Archidiacono, seu iis, quos eis
dederimus confessores. De minoribus autem
& venialibus conteantur aliis sacerdotibus,
prout sibi viderint expedire, si tuos com-
mode accedere non possint Confessores.

Item cum summa sit ratio, quae pro re-
ligione facit, hortamur & precipiendo man-
damus, ut nullus nostrae Diocesis Clericus
cujuscumque Religionis hominem, praesertim
Praedicatoris & Minores verbis injuriis af-
ficere vel malignis detractionibus infamare
audeat vel praesumat: cum scriptum sit: ma-
ledicti regnum Dei non possidebunt. Immo
Praedicatoris & Minores, quos evidens utili-
tas ex eis generali Ecclesiae veniens appro-
bata prohibet, caritative pariter & honeste
recipi & tractari ab omnibus volumus &
mandamus.

Quod rectores Haereticos excommunicent.

Volimus insuper & in virtute S. Obedien-
tiae districte precipiendo mandamus, ut om-
nes plebani & Ecclesiarum Rectores, seu
Vicarii nostrae Diocesis, omnes Haereticos,
fautores, eorum Receptores, & credentes,
nec non & Defensores eorum denunciarent
quater in Anno, videlicet in Nativitate Do-
mini, in die Palmarum, in Pentecoste, in
festo omnium Sanctorum, Excommunicatio-

nis sententiae subiacere; & nihilominus om-
nes eos cujuscumque status, & conditionis
existant, tales esse scientes, vel ex verisimi-
li conjectura vel alia suspitione probabili,
non acculerint, vel denunciaverint publi-
ce; vel si publice hoc non audent metu per-
sonae, vel eorum plebano, Rectori vel Vi-
cario loci, vel si ex quacumque causa eos
denunciare tectice non possent, ad nostram
hoc notitiam non detulerint, tanquam fau-
tores & conservatores eorum, quos ex nunc
excommunicamus excommunicatos volumus
eisdem temporibus nunciari.

*Quod Christiani servientes Judaeis excommuni-
centur.*

Item cum dudum Judaeis prohibita & in-
terdicta sint mancipia Christiana, volumus
& precipimus, ut plebani & alii Rectores
Ecclesiarum, ubi sunt domicilia Judaeorum,
diebus Dominicis omnes de hae Catholica
Judaeorum nutrices, & servientes denunciarent
excommunicatos: etiam denunciarent omnes
alios Christianos, qui apud Judaeos pecuniam
suam locant, aut a Judaeis usuram reci-
piunt, vel ut Judaeis eandem pecuniam mu-
tuent ad usuram.

Quod Incendiarii sint excommunicati.

Item omnes Incendiarios nocturnos & de-
populatores agrorum & vinearum noctur-
nos, quos ex nunc excommunicamus, singu-
li in Ecclesiis suis & Capellis quater in an-
no, scilicet in die Palmarum, in Pentecoste,
in Assumptione S. Mariae, & in Nativitate
Domini denunciarent excommunicatione etil-
ligatos.

Granaria non fiant in Ecclesiis.

Item tabernacula & omnem venditionum vi-
ni in Ecclesiis & coemeteriis penitus prohi-
bemus, sub poena excommunicationis. Item
granaria & receptacula in Ecclesiis & co-
emeteriis, nisi necessitatis tempore, sub ea-
dem poena similiter prohibemus.

*Quod Divina non fiant in Ecclesia, ubi adul-
teria judata sunt.*

Item si necessitatis tempore, quae lege ca-
ret, homines ad Ecclesias & coemeteria in-
castellata confugiant, & uxoribus ibidem
convivant, & quod pejus est, adulteria &
supra committant, ac etiam vagas mulieres
invecunde adducant, ex quibus & tunc
coemeteria execrantur; statuimus, ut pleba-
ni, & Rectores talium Ecclesiarum statim,
cum factum hujusmodi quasi pro notorio &
publico praedicatur, idem faciant & obser-
vent, quod de execratis Ecclesiis & coem-
eteriis in aliis constitutionibus est expressum,
scilicet, quod in Ecclesia non celebrent, ni-
si de nostra licentia in altari mobili: nec
in coemeteriis tumulent corpora defunctorum,
donec reconciliationis gratiam mereantur:
si autem extra terram constituti esse-
mus, ut ad nos non posset de facili recur-
sus haberi, tunc admittimus, ut usque ad
nostrum adventum ad terram, Rectores talium
Ecclesiarum possint in ipsis Ecclesiis

ANNO
CHRISTI
1184.

in altari portatili celebrare, sed a nobis ad A
terram venientibus, statim licentia est pe-
tenda.

De vagis Scholaribus.

Item de vagis Scholaribus duximus sta-
tuendum, districte præcipientes, ut cultellos
longos & gladios ac arma deferentes non
recipiantur omnino, nec aliquales eidem
exhibeantur consolationes. Aliis autem hu-
manitatis causa uni vel duobus tantummo-
do venientibus, & non pluribus, detur mo-
dicus passus in caritate: & si importuni vel
infesti fuerint, vel alia dona petiverint, pu-
ta denarios vel vestes, penitus repellantur. B
Quicumque vero contrarium fecerint, si sit
pastor Ecclesiæ Dominicalis sive Vicarius,
LX. denarios solvere teneatur: & nisi apud
suum Archidiaconum vel Decanum se de
hoc recognoverit infra mensem, totiens quo-
tiens deliquerit in præmissis, ab ingressu Ec-
clesiæ post mensem se noverit esse suspen-
sum. Admittimus tamen, si quis necessitate
suadente, ex liberalitate vestem aliquam
Scholari pauperi dare voluerit propter Deum.
Vagos autem Scholares detrahentes Clericis
nullus omnino Clericorum modo aliquo reci-
piat, vel ad panem admittat, cui hoc
constiterit: quod qui non fecerit, pœna sub-
iaceat prædictæ. De vagis vero sacerdotibus
idem, quod vagis Scholaribus statuimus, &
sub eadem pœna volumus per omnia obser-
vari.

De Depositariis.

Item cum occasione Depositum sæpe sæ-
pius, prout cognovimus, multa pericula &
quam plura scandala deponentibus ac depo-
situm recipientibus personis & Ecclesiis, ad
quas ex res de jure pertinere deberent, ob-
venerint, & occurrant, Depositario tam in
vita, quam post mortem deponentis quan-
doque negante depositum, in grave depo-
nentis & Ecclesiæ, de cujus stipendiis hujus-
modi depositum est collectum, dispendium: D
alio quoque proponente, se quandoque de-
posuisse quod non deposuit, ex quo probor-
um fama plerumque gravatur, & opinio
minuitur; Nos huic morbo volentes, quan-
to possimus cautius, provisionis remedio ob-
viare, statuimus, ut sub pœna excommuni-
cationis, quam ex nunc ferimus in rebel-
les, nullus Clericorum, Prælatorum, seu
Religiosorum vel secularium nostræ Diece-
sis, Depositum ultra decem libras æstimat-
ionem earum faciat vel suscipiat, sine duo-
rum fide dignorum ad minus præsentia &
notitia, per quos necessitate suadente in vi-
ta vel morte deponentis possit veritas com-
probari.

Testes etiam hujus sub habita pœna, sci-
licet ex nunc excommunicationis latæ, &
juramento adstringi volumus, quod in vita
deponentis contra voluntatem ipsius hoc
nulli communicent, vel revelent. Post mor-
tem autem deponentis, sive testatus sive in-
testatus decesserit, infra mensem prædicti tes-
tes, & depositarius, vel ejus Successor, aut
vicem gerens ipsius, ad nostram vel succes-
sorum nostrorum notitiam quantitatem de-
positi, vel qualiter sit depositum, sub præ-

dictis pœnis scilicet juramenti & excommu-
nicationis, quas ipso facto eos incurrere vo-
lumus si negligentes fuerint, deserent; ut
& Defuncti voluntas & Ecclesiarum utilitas
impleatur, & salubrius procuretur. Et si
unus, vel ambo testes adjuncti decesserint,
infra mensem alium vel alios illi vel illis
deponens subroget, coram quo vel quibus
depositum sub forma præhabita renovetur:
quos etiam ad ea sub pœnis præmissis tene-
ri volumus, ad quæ ille vel illi, in quorum
loca subrogantur, fuerint adstricti. Et hoc
non solum ad futura, sed etiam ad præsen-
tia & præterita extendi volumus, indulgen-
tes unius mensis spatium, qui ex nunc in-
cipiat currere his, qui ex præterito deposue-
runt, vel deposita suscepserunt, infra quem
sollemnitatem testium adhibeant superius me-
moratam. Et quia constitutionem hujusmo-
di volumus inviolabiliter observari propter
utilitatem & evidentem necessitatem, sta-
tuimus, ut si quis in fraudem ipsius statuti
depositum dividere præsumpserit, vel in ter-
ra recondere seu in muro, prædicta senten-
tia ipso facto ligetur.

Quod Episcopo Novales Decime serventur.

Item cum ad nos omnium Novalium Dec-
imæ per nostram Diececesim pertineant, &
a nostris sint prædecessoribus repetitæ, sta-
tuimus & nihilominus districte præcipiendo
mandamus, ut omnes Plebani, Vicarii, &
Ecclesiarum Rectores Decimas Novalium per
suas parochias ortas vel tunc orituras, nos-
tro & Ecclesiæ nostræ nomine suis tempo-
ribus repetant, colligant, & requirant, no-
bis eas fideliter & sollicitè conservando, nec
aliqui præscriptionem, vel Privilegium seu
infundationem prætendenti deserant in hac
parte, sed Rebelles & impediens, nobis
quam cito poterint, vel suis Archi-Diaco-
nis vel Decanis denuncient, ut adhuc de par-
te nostra per censuram Ecclesiasticam ar-
ceantur. Quicumque autem in executione hu-
jusmodi Mandati nostri se negligenter ha-
buerint, vel eadem Decimas novales, suis
propriis usibus usurpare præsumpserint, illo-
rum negligentiam, ac etiam temeritatem
gravissime puniemus.

*Quod Capellani Jura Parochialis non
usurpent.*

Item de Capellis in castris, in Civitati-
bus seu Villis, ubi Parochiales Ecclesiæ sunt
vicinæ, statuimus, ut earum Capellani se de
cetero de Juribus nullatenus intromittant,
videlicet benedictione nubentium, de intro-
ductionibus mulierum post partum, vel nu-
ptias, de collationibus Sacramentorum, de
benedictionibus cereorum, cinerum, Palma-
rum & sollemnis Baptismatis, ac carnum;
& festa non indicant, nisi doceant, sibi
prædicta, vel aliqua alia eorum, de Privi-
legio competere speciali; in Capellis vero
Castrorum & Villarum a sua Parochiali Ec-
clesia remotarum, permittimus festa iudicii
& consecrationem fontis fieri diebus Domi-
nicis, & cineres, & carnes benedici, nisi ul-
teriora competant de Privilegio speciali, de
quo debent fidem facere coram Plebanis.

Quod

ANNO
CHRISTI
1184.

ANNO
CHRISTI
1184.*Quod Rectorum Ecclesiarum Vicinos ac-
cusant.*

Item cum sanguis subditorum requiratur de manibus Prælatorum, nec possit esse Pastor excusatio, si lupus comedit oves, & Pastor nescit; tanto diligentius correctioni subditorum volumus, & debemus intendere, quanto damnabilis erroris deterimus incorrectos. Statuimus igitur, ut Plebani, Vicarii & Ecclesiarum seu Cappellarum Rectores, universaliter singuli & singulariter universi suis Decanis denuncient omnes in scriptis, quos defectibus seu criminibus noverint laborare, infra unum mensem, postquam eis claruit; Decani vero postquam circa Anasum ad partes Austriæ nos venisse constitit, infra unum mensem nobis denuncient de singulis, & accusent, quæ fuerint accusanda: si vero Rectores Decanis, nobisque Decani, ut præmissum est, occasione quacumque neglexerint accusare, noverint se per nos graviter puniendos. Ne autem ex tali nostro mandato maliis aditus referetur, vel calumniandi materia suggeratur, volumus & mandamus eos defectus, delicta seu crimina duntaxat nobis insinuari, quæ si opus foret, possent probari legitimis documentis.

Accusandi sunt circa infra scripta.

Hisunt defectus & culpæ, crimina, & articuli, de quibus sunt Clerici quilibet accusandi; contra quos poterunt comprobari: absentes a Capitulo tam plebani, quam Vicarii; itena absentes a suis beneficiis; item vocati ad ordines & non venientes; item ordinati ab aliis Episcopis; item cohabitantes manifeste; item concubinas in aliis domibus habentes publice; item Tabernarii, lusores, & alios dissolutæ vitæ. Item Clerici tabernas in suis domibus habentes. Item Plebani, qui Vicarios suos sustinent cohabitare. Item Clerici usurarii, anticipatores, & antiquam monetam pro nova mutuantes. Item Alchimiæ, & qui utuntur falsa moneta & argento. Item qui peregrinos, & ignotos recipiunt in socios. Item qui Sacramenta Ecclesiæ vendunt, & super remediis decedentium, conventionem faciunt, antequam sepeliatur defunctus. Item qui propter augendum censum consuetum amoveant idoneos ab Ecclesiis & instituunt minus dignos. Item qui Decimas & proventus, sive redditus Ecclesiarum suarum laicis conferunt, quibus in posterum Ecclesiæ defraudantur. Item Cappellani castrorum, villarum, seu civitatum, qui non veniunt ad Capitula & Convventus. Item Apostatæ & de Apostasia suspecti. Item qui interdicti, suspensi vel excommunicati celebraverunt, vel se ingesserunt Divinis. Item qui voluntarie laicos sibi constituunt Advocatos. Item qui in foro seculari præsumunt Advocati officium exercere. Item habentes pluralitatem beneficiorum. Item qui corpus Christi & Christina sub fideli custodia non reservant. Item sine Ministro celebrantes. Item Religiosi sine licentia Episcopi plebes regentes. Item Plebani, qui suas aliis locant Ecclesias, & Vicarias assumunt regendas. Item dilapidatores suarum Ecclesiarum. Item qui Symoniace

Concil. General. Tom. XXIV.

A ordines vel beneficium susceperunt. Item illegitimi habentes beneficia cum cura animarum. Item qui sine investitura Episcopi & institutione Canonica Ecclesias recipiunt, atque regunt. Item qui per Subdiaconum vel Decanum plebes suas in viatico & Confessione procurari permittunt. Item qui excommunicatos, vel interdictos recipiunt ad Ecclesiasticam sepulturam. Item qui sine licentia nostra in Oratoriis vel Ecclesiis non consecratis, vel violatis Missas celebrant. Item qui in cœmeteriis non consecratis vel violatis permittunt mortuos sepelire. Item qui subplantatores sunt & Anticipatores. Item transgressores omnium prædictorum statutorum.

*Quod non fiat pactum de mediis ante
sepulturam.*

Ceterum distridissime inhibemus, ne super defunctorum mediis ante exequias & sepulturam defuncti aliqua pactio, vel conventio intercedat; defuncto autem sicut convenit sepulto, quidquid ex testamento vel laudibili consuetudine sacerdoti debetur, vel Ecclesiæ suæ convenit persolvendum, ab Heredibus defuncti, vel ab illis, qui in bonis ejus succedunt, præstetur, & ad ejus solutionem, si opus fuerit, per censuram Ecclesiasticam compellantur.

*Excommunicati sunt, qui occupant pos-
sessiones alienas.*

Item quia sunt quamplures per Diocesim nostram, qui feuda Ecclesiæ nostræ Pataviensis & proprietates, quæ vulgo *Minder Aign* dicuntur, tanquam suas proprietates usurpant; & sunt, qui feuda Ecclesiæ ab aliis Dominis recognoscunt; sunt etiam, qui feuda & proprietates Ecclesiæ nostræ, sine prædecessorum nostrorum & nostro consensu & conscientia, per venditionem vel alio modo in alios transfulerunt; præcipiendo statuimus, ut omnes Ecclesiarum Plebani, Rectores, & Vicarii omnes tales prædictos, nec non & eos, qui scienter alios feuda Ecclesiæ nostræ, a se recipere & recognoscere, vel violentiam vel modum alium induxerunt; vel qui sine nostro & prædecessorum nostrorum conscientia, & consensu proprietates Ecclesiæ nostræ, vel feuda scienter ab aliis comparaverunt; proximo die Dominico vel festivo moveant & inducant, ut infra mensem, quem eis terminum preceptorium deputamus, apud nos Jus Ecclesiæ nostræ in prædictis recognoscant; alioquin mense finito, singulis diebus Dominicis & festivis tales publice denuncient excommunicatos; quam excommunicationis sententiam ex nunc ferimus in eisdem: omnes autem, qui ad cor redeunt jura Ecclesiæ nostræ apud nos recognoverint in præmissis, promittimus benigne recipere, & cum eis agere gratiose; quod statutum non solum ad nos & Ecclesiam nostram, sed etiam ad Principem terræ, & omnes Prælatos nostræ Diocesis extendi volumus & mandamus.

K k

Omnes

ANNO
CHRISTI
1184.

ANNO
CHRISTI
1544*Omnes Clerici horas Canonicas dictas tenentur.*ANNO
CHRISTI
1544

Item cum nil sit Divino operi præponendum, præcipimus universis Ecclesiarum & Rectoribus, & omnibus in sacris ordinibus constitutis, ut nulla omnino occupatione horas Canonicas, ad quas tenentur, omittant; immo diebus omnibus & singulis cum devotione debita eas dicant. Ad hæc sunt hæc apud S. Hyppolitum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto XVI. Calendas Aprilis.

A D D I T I O.

Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto. Nos Gotfridus Dei gratia Ecclesie Patavienſis Episcopus, apud Sanctum Yppolitum Capitulum celebrantes, & de consilio fratrum nostrorum Prælatorum ac Archidiaconorum nostrorum, statutis & ordinationibus prædecessorum nostrorum, quæ ibidem publicari fecimus, declarationes quasdam, ordinationes, ac statuta addenda decrevimus, quæ pro instantia temporis cognovimus expedire: Salvis autem constitutionibus Conciliorum Provincialium, nec non Reverendi Patris Domini Gwidonis titulo Sancti Laurentii in Lucina Presbyteri Cardinalis: ac etiam salvis statutis & ordinationibus prædecessorum nostrorum, quibus derogari nolumus ac debemus. De accusatis nobis in Capitulo misericordiam poscentibus, & iudicium non requirentibus ad excusandas excusationes in peccatis, & correctioni ac emendatione se exponentibus eligentes miserari potius quam irasci; ejus exemplo, qui in ira misericordiam non restringit, duximus decernendum; ut in primo Capitulo præsentis, scilicet quod post nostram promotionem celebravimus, ipsis misericorditer parcendo pro commissis delictis, quibus accusati fuerant, injungeremus poenitentiam salutarem. Accusatis itaque de cohabitatione extra domum, pro commissis præteritis injungimus pro poenitentia Missas duodecim, pro peccatis sex sextas ferias in pane & aqua, & sex psalteria, complenda omnia infra annum. Accusatis vero de cohabitatione in domo sua propria vel hospitio, injungimus pro commissis præteritis viginti Missas, pro peccatis duodecim psalteria, sex ferias sextas in pane & aqua, complenda omnia infra annum; ita tamen, ut tam diu ab officio sint suspensi, donec a domibus suis & ab aliis se removerint, cum effectu, ad quas si pari modo rediverint, tam officio quam beneficio sunt privandi. Tabernarius vero sacerdos sex Missas, & sex ferias sextas in pane & aqua pro culpa præterita compleat infra annum. Tabernarius autem non sacerdos sex ferias sextas & sex psalteria similiter pro culpa præterita compleat infra annum. Quas poenitentias illis similiter injungimus, qui licet non sint accusati in Capitulo, in eisdem tamen se cognoscunt culpis & defectibus deliquisse.

Item absentibus a Capitulo, tam accusatis quam non accusatis, ad præsens parcere volumus, & deferre quoad absentiam ita, quod in antea se corrigant, ne contra eos tanquam contumaces ratione absentie proce-

dere compellamur. Omnes etiam ad Capitula & Conventus Archidiaconorum & Decanorum vocatos venire præcipimus & mandamus: & qui sine causa legitima se absentaverit ab eisdem, si Plebanus fuerit . . . vel unum, si Vicarius fuerit, domui Hospitalis Sancti Yppoliti solvere teneantur. Quod si infra mentem non persolverint, per suos Archidiaconos, vel Decanos ab officio suspendantur. Eis etiam qui ad ordines vocati fuerant, & non venerunt, parcimus ista vice; ita tamen, ut in proximis ordinibus procedere ad Ordinem, quem contra ipsorum exitum, non omittant, si penam Canonice voluerint evitare.

B Item absentes temere a beneficiis, si sint infra provinciam, usque ad festum sancti Georgii, ad personalem residentiam revocamus. Si vero sint extra provinciam temere constituti, usque ad festum S. Michaelis, ad residentiam revocamus eosdem. Eos vero, qui sunt de culpis & defectibus majoribus & gravioribus accusati, sub pena præcipientes prohibemus ab hinc recedere, sine nostra licentia, & permissione speciali.

Item præcipimus, ut, præter Religiosos omnes in sacris ordinibus constituti ad executionem Ordinis & Officii nullatenus admittantur, nisi suas formatas habeant exhibere. Et ne ab hoc modo aliquo excusetur, de dandis formatis certum salarium statuimus statuendum: ut Subdiaconus det octo denarios, Diaconus duodecim, sacerdos non habens beneficium, sexdecim; & habens beneficium, viginti quatuor usualis monetæ.

Ut autem statuta prædecessorum nostrorum, quibus aliqua addidimus pro necessitate temporis opportuna, diligentius observentur, & observari & memorie commendari valeant, districte præcipimus, & decernimus statuendo, quatenus monita nostra & statuta salutaria, quæ volumus utentium moribus approbari, a Decanis quibuslibet præsentibus recipiantur in scriptis, in nostra Synodo constitutis. Decani vero singulis Ecclesiarum Rectoribus & Vicariis eorum copiam faciant infra mensem, quatenus in libris Ecclesiarum redigi ordinent & inscribi, in quibus statuta ipsa lecta, & sæpius repetita ungulorum memorie inculcentur.

Item quia sunt quamplures per diocesim nostram, qui feuda Ecclesie nostræ Patavienſis & proprietates, quæ vulgo ein Vest-Aigen dicuntur, tanquam suas proprietates usurpant: & sunt, qui feuda & proprietates Ecclesie ab aliis Dominis recognoscunt: sunt etiam, qui feuda & proprietates Ecclesie, sive prædecessorum nostrorum, & nostro consensu & conscientia, per venditionem vel alio modo in alios transfulerunt. Quare præcipiendo statuimus, ut omnes Ecclesiarum Plebani, Rectores, & Vicarii omnes tales prædictos, nec non & eos, qui scienter alios feuda Ecclesie nostræ a se recipere & recognoscere per violentiam vel modum alium induxerunt, vel qui sine nostra, & prædecessorum nostrorum conscientia & consensu proprietates Ecclesie nostræ vel feuda ab aliis comparaverunt; vel qui proprietates Ecclesie sub certa annuali pensione & etiam sine omni pensione pro tempore vite sue ipsis concessas vel eorum prædecessoribus, tanquam sua feuda, vel tanquam proprietates detinent

linent & usurpant; proximo die Dominico vel festivo moneant & inducant, ut infra mensem (quem eis terminum peremptorium deputavimus) apud nos jus Ecclesie nostrae in praedictis recognoscant: alioquin mense finito, singulis diebus Dominicis & festis tales publice denuncient excommunicatos, quam excommunicationis sententiam ex nunc ferimus in eisdem. Omnes autem, qui ad cor redeunt, jura Ecclesie nostrae apud Nos recognoverint in praedictis, promittimus benigne recipere, & cum eis agere gratiose. Quod statutum non solum ad Nos & Ecclesiam nostram, sed etiam ad Principem terrae, nec non ad omnes Praelatos terrae Diocesis nostrae extendi per omnia volumus & mandamus.

Item quia omnibus Vassallis nostris feuda a Nobis recipientibus praecipimus sub debito juramenti, ut infra sex septimanas a receptione computandas feuda, quae a nobis recognoscerent, in scriptis Nobis assignare deberent; quod quia quamplures ex eis facere neglexerunt, vobis omnibus praecise injungimus & mandamus, quatenus omnes Parochianos vestros sollicitè moneatis, ut infra Dominicam Judica Nobis feuda sua omnia,

quae a Nobis recognoverint, dent in scriptis: alioquin ex tunc denunciatis omnes hoc exequi negligentes, excommunicationis sententiae subjacent, & eidem denegent Ecclesiastica Sacramenta.

Item omnes alios, qui nostrae Patavienſis Ecclesiae attinent, & Dominis adherent alienis, eisdem tanquam sui proprii servientes, & eos, qui tales Ecclesiae nostrae homines per violentiam sibi servire & adherere compellunt; praecipimus in omnibus praecipuis festivitibus anni excommunicatos publice nunciari, videlicet in Nativitate Domini, in Coena, in Ascensione & Pentecoste, in festivitibus S. Mariae, & in festo S. Joannis Baptistae, Michaelis, & omnium Sanctorum.

Item quia per nostros praedecessores primus annus vacantium Ecclesiarum ad nostram collationem pertinentium, fabricae Patavienſis Ecclesiae deputatus fuit; praecipimus sub poena excommunicationis omnibus, qui tales habent Ecclesias, ut infra spatium quatuor mensium pecuniam pro anno praedicto debitam seu proventus doceant se solvisse, vel solvant.

AD SYNODUM S. HIPPOLYTI IN AUSTRIA

Anno 1284. habitum.

A D D I T I O.

Synodi ad S. Hippolytum in diecesi Patavienſi acta ex Hansizio dedit venetus Labbei editor; Hansizius vero ex Lunig, Spicileg. ecclesiast. & ex P. Hieronymo Pezio edere se illa profitetur. Cum vero Pezium hanc ipsam synodum anno 1274. consignatam dederit, id typographi mendo pro anno 1484. scriptum affirmat Hansizius, cum reipsa Lunigius ex Vienensis codice sub anno 1284. produxerit. An vera sit haec Hansizii conjectura de anno celebrati Concilii ignorare me profi-

teor. Ceterum acta synodi a Pezio ex MS. cod. Seiffensteinensi vulgata obiter tantum inspexisse Hansizium oportet; alioqui enim admonuisset lectores suos acta illa non ita plane congruere cum cod. Caesareo Lunigi; sunt enim canones quidam in alterutro qui non recurringunt in alio. Hic vero mearum esse partium duco geminos canones hujus Concilii referre ex eodem Pezio, quos frustra repetas sive ex Hansizio, sive ex Veneto Labbei editore.

C A N O N E S.

De vicariis triennio instituendis.

E De anticipatoribus & supplantatoribus.

Item quia mutationes Sacerdotum, quae de anno in annum a plerisque fieri consueverunt, dispendium in dotibus, & scandalum in plebibus frequenter inducunt, & nihilominus generant pericula animarum; adjicimus districtius decernendo, ut vicarii locati in ecclesiis Plebanorum, quorum absentiam toleramus, infra triennium non mutantur, nisi ex tali causa, propter quam ipsi debent eorum suo archidiacono vel decano...

Item omnino supplantatores & anticipatores clericorum in ecclesiis & cappellis a divinis volumus esse suspensos, ipsorum iniquitatem, si nobis legitime detecta fuerit, parati poenam subjicere graviorem. Intelligimus autem anticipatores in proposito, qui plus exhibentes, vel etiam ante tempus pecuniam offerentes, Clericos in ecclesiis vel cappellis institutos instituendos praeveniunt & supplantant.

ANNO CHRISTI 1184.

ANNO CHRISTI 1184.

CONCILIUM PARIENSE

Anno Domini MCCLXXXIV.

Chronicon Dionysianum ab optimo & eruditissimo viro Luca Dacherio editum, tomo II. Spicilegii, hac habet ad annum MCCLXXXIV. Eodem anno, tertia die octavae B. Virginis Assumptionis, Joannes Cholesius apostolicæ sedis legatus, apud Parisios congregavit concilium, & advenit ibi maxima multitudo prælatorum. Hoc tantum.

SYNODUS PATAVIENSIS

A GODEFRIDO EPISCOPO

In Monachos quosdam Altabenses celebrata.

Ex Hanziil Germaniæ sacra Tom. 1. pag. 417.

Anno 1284. aleram Synodum Godefridi Patavis collegit, in qua decreta sententia in Monachos quosdam Altabenses seditionis sacrilegæ auctores. Contigerat anno 1282. facinus abominandum, quando flagrante inter Volchmarum Abbatem de Altah, & quosdam fratres ejusdem loci discordia, eo demum sunt odia progressa, ut laici quidam seditiosorum monachorum cognati prædictum Abbatem in trajectu Danubii in Werd prope monasterium duabus sagittis in ipso flumine occiderint, Facinoris execrandi patratores laici apud Straubingam oppidum meritis dedere pœnas. De monachis autem seditionis auctoribus Poppo Volchmari successor ad Martinum IV. id temporis Papam dedit litteras supplices, ubi potestatem faceret Episcopo Patavensi aut Ratisbonensi, aut etiam sibi Abbati, cum eisdem secundum sanctam discretionem misericorditer dispensandi, ut absolutionis beneficio præstito secundum qualitatem, & quantitatem excessuum injungatur eis pœnitentia salutaris &c. Pontifex negotium diocesano Patavensi Godefrido mandavit; is ablegatis ad monasterium venerabilibus viris de Alderspach, & de Furstencell Abbatibus ordinis Cisterciensis inquisitionem commisit: qua rite

facta Godefridus collecta Synodo diocesana sententiam tulit, ut sequitur.

Nos Godefridus Dei gratia Ecclesia Patavien- sis Episcopus. Scire volumus quoslibet litterarum præsentium inspectores, quod in anno Domini 1284. 2. Kal. Maji apud Pataviam capitulum celebrantes, & in cathedrali Ecclesia Synodo præ- sidentes inter alia que super conservatione boni status, & reformatione ac emendatione Cleri nostri cum dilectis in Christo fratribus tractavi- mus, ad memoriam nobis extitis miserabilis quondam Volchmari Abbatis &c. De consilio ita- que fratrum nobiscum in Synodo existentium eos, qui in lite & dissensione principales fuerunt (septem numero) ab Altabensi monasterio & Patavien- si diocesi perpetuo amoventes ab excom- municationis sententiis absolutos ipsos duximus sua conscientia relinquendos. Reliquos vero, quos Dominus quam alios invenimus deliquisse (octo fuerant) dilecti in Christo fratris nostri Poppo- nis Abbatis ipsorum in Altah discretionem relin- quimus ponendos, concedentes auctoritatem di- spensandi &c. Hac tamen modificatione adjecta, ut iidem fratres sint ultimi in ordine & voce Capituli in omnibus: electionibus & tractati- bus careant: nec ad aliquod officium & admi- nistrationem honoris, sed tantum oneris admit- tantur &c.

PRÆMONITIO IN CONCILIUM

NEMAUSENSE.

Concilii hujus canones reperi in MS. codice Bibliothecæ PP. Monachorum ord. Camaldulensis S. Michaelis de Murano; sed ibi titulus est Liber Synodalis ecclesie Remensis. Verum cum nomen Episcopi, qui Synodo interfuit & præfuit, littera B. exprimat, sicut etiam eadem designatur in canonibus a Labbeo editis. non dubitavi quin codex iste vitiatas sit in titulo, & pro eo quod in hoc legitur Liber Synodalis Ecclesie Remensis, ponendus sit Liber Synodalis Ecclesie Nemausensis, ut est in editis. Errat intuper codex in anno habiti concilii, quem signat 1252. cum ponendus fuerit annus 1284. quo Bertrandus infulus Nemauleses habebat; nisi fortasse dixerimus. constitutiones synodales Ecclesie Remensis habitas anno 1252. adoptatas fuisse a Bertrando episcopo Nemausensi anno 1284. Utrumque res sese habeat, codex iste Muranensis quamvis mendis scateat & corruptus sit ex humiditate, itaut interdum litteras non referat, valet sepe plurimum ad emendandos canones editos, sicut & implet bene latum hiatum, qui in editis canonibus in fine occurrit. Animadvertendum est insuper titulos canonum per sepe variare ab editis, cujus rei causam assignare nullam auferim. Igitur variantes hasce hic in extrema pagina indicandas suscipio, lacunam vero in textu eorundem canonum impleo.

S Y N O D U S N E M A U S E N S I S

circa annum Domini MCCLXXXIV.

Ex codice MS. bibliothecæ Chisianæ, cujus copiam Alexander VII. Pont. Max. ad hanc editionem benignissime fecit.

Bertrando

(1) Incipit liber synodalis ecclesiæ
Nemausensis editus a domino B.
episcopo Nemausensi.

Quoniam in sacramentorum collationibus, & animarum regimine, cautela multiplex debet necessario adhiberi: idcirco nos (2) B. miteratione Divina episcopus Nemausensis, considerantes non sine cordis dolore simplicitatem & insufficientiam quorundam presbyterorum nostræ diocesis, quibus circa curam eis commissam diversæ frequenter quaestiones; & casus periculosi emergunt multipliciter, & occurrunt: ad instructionem, & vitæ reformationem clericorum, præcipue curam regentium animarum, atque laicorum contra ecclesias & viros ecclesiasticos etiam insurgentium malitiam refræandam, & ad procurandam eorundem salutem animarum: cum consilio, & assensu venerabilium fratrum nostrorum, præpositi, & capituli Nemausensis, quædam utilia & necessaria sub certis titulis in hoc contenta opere sub compendio notavimus: quæ de diversis collecta auctoritatibus & statutis, aut sunt (3) de jure, aut rationi consona, atque juri. In hoc igitur opere:

Primo tractatur de Baptismo. Secundo de Pœnitentia. Tertio de sacramento (4) Eucharistiæ. Quarto de Missarum celebratione. Quinto de veneratione ecclesiarum. Sexto de alienatione rerum ecclesiasticarum, & obligatione ipsarum. Septimo de vita, & honestate clericorum. Octavo de testamentis. Nono de sepulchris. Decimo de decimis, & primitiis. Undecimo de sponsalibus, & matrimonio. Duodecimo de sententia excommunicationis, & interdicti; & quomodo infirmis absolutionis beneficium sit impendendum. Decimotertio de perjuriis, & pœna ipsorum. Decimoquarto de Judæis. Decimo quinto & ultimo quædam ponuntur capitula, & præcepta, speciales rubricas seu ritulos non habentia. Et quia longum esset ad plenum tractare de materiis supradictis, ea quæ pro majori parte ad (5) contentiosam jurisdictionem & causarum strepitum pertinent, omittentes, in subsequendis specialiter tractabimus de iis, quæ ad regimen ecclesiarum, & curam pertinent animarum.

Verum quia prodest parum statuta promulgari, & mandata fieri, nisi ad eorum observationem ardeant improvidi transgressores: idcirco nos prædictus episcopus Nemausensis districte præcipimus & mandamus, ut clerici nostræ diocesis in sacris ordinibus constituti, & maxime ecclesiarum rectores,

& cappellani habentes curam animarum, hæc statuta præsentia, & prohibitiones synodales, frequenter legant, & diligenter intelligant, & observent: ut si super his eos delinquere contigerit, se non possint postmodum per ignorantiam excusare; scituri pro certo quod transgressores hujusmodi pœna debita puniemur. Et quæ de infra scriptis fuerint clericis intimanda, eis per rectores, & parochiales presbyteros intimentur: & ea quæ tangunt laicos, eisdem laicis, diversis temporibus & diebus, secundum quod opus fuerit, (6) intimentur. Et ibi maxime ubi est populi multitudo: ut sic clerici in bonis moribus & honestis actibus informetur, & laici ab ecclesiarum & clericorum gravaminibus refrænentur.

De Baptismo.

Quoniam Baptismus omnium sacramentorum janua est, & etiam fundamentum, merito de ipso hic primitus est tractandum. Præcipimus itaque, ut infans quam cito natus fuerit, si periculum mortis sibi imminet, ita quod presbytero nequeat presentari, a circumstantibus masculis, si præsentis fuerint, baptizetur in aqua calida, vel frigida, non in alio liquore, & in vase mundo, ligneo, vel lapideo, vel quolibet alio. Vel si vas haberi non possit, fundatur aqua super caput baptizandi, & dicantur verba, quibus debet aliquis baptizari. Vel si masculi præsentis non fuerint, a circumstantibus feminis baptizetur, etiam a patre, vel a matre, si alii non fuerint a quibus valeat baptizari. Sed quamdiu fuerint, a patre, vel a matre nullatenus baptizetur. Et si ex necessitate, a patre proprio vel a matre infans fuerit baptizatus, matrimonio inter eos in sua firmitate manente, nulla propter hoc pœnitentia injungatur baptizanti, qui ex hoc potius debet commendari. Si vero malitiose pater, vel mater baptizavit, vel catechismo, seu in confirmatione tenuerit (7) infantem uxoris suæ ex alio viro procreatum: matrimonio ut dictum est in suo robore permanente ad nos transmittatur, de tanto excessu a nobis pœnitentiam (8) suscepturus. Si autem casu, vel ignorantia illud accidit, non sunt propter hoc in aliquo puniendi. Ne vero propter imperitiam laicorum, infans absque forma debita baptizetur: districte præcipimus, ut frequenter admoneant, & instruant plebem suam, ut cum ex necessitate prædicta aliquem baptizari contigerit, hanc formam in traditione ipsius baptismi cum diligenter studeant observare. Sed ut infantem ter injungendo in aqua baptizans

* Corr. Gili-
cet inf. ter
immergendo.

(1) Incipit liber Synodalis ecclesiæ Remensis editus a Domino B. episcopo Remensi. (2) B. episcopus Remensis. (3) B. episcopus Remensis. (4) divina auctoritati atque juri. (5) Eucharistiæ & extrema unctione. (6) contentiosam, interdictionem & eorum strepitum. (7) deest immutatur ad refrænentur. (8) infantem proprium vel infantem uxoris suæ. (9) suscepturus vel juxta discretionem proprii sacerdotis eis condigna pœnitentia injungatur.

ANNO
CHRISTI
1584.

zans dicat sic: Petre, vel Martine, ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Si tamen (1) una tantum immersio facta fuerit, erit nihilo minus baptizatus; & licet proprium nomen infanti non fuerit impositum: licet etiam (2) paternum, vel maternum non habuerit, nec dictum fuerit, ego: dum tamen infantem immergendo in aquam, a baptizante dictum fuerit, baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. (3) Amen. Idem dicimus, scilicet infantem baptizatum esse, si baptizans dixit: Baptizo te in nomine Christi. Quod tamen non est laicis exprimentum, ne a forma prædicta statuta per ecclesiam recedatur. (4) Si quis autem se ipsum baptizaverit, talem non esse baptizatum ecclesia iudicabit, eo quod formam baptizandi non servavit a Domino traditam: qui dixit, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Scilicet ipse etiam Dominus se ipsum non baptizavit, sed potius ab alio, scilicet a sancto Joanne Baptista, voluit baptizari. Et idcirco talis est denuo ab alio baptizandus: quamvis si continuo decederet, ad cælestem patriam protinus evolaret propter sacramenti fidem, etiamsi non propter fidei sacramentum. Si tamen tanta copia aquæ haberi non possit, ut infans in ea totaliter mergi possit; cum scutella, vel scipho, vel alio vase, aliqua quantitas aquæ super infantem effundatur a baptizante, & effundendo dicat baptizans: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et erit baptizatus infans.

* Fulgo in
fibula, vo-
rum sacra-
mentum.

Hæc omnia supra dicta, si quando a laicis baptizetur, præcipimus in necessitate articulo observanda: sed necessitate cessante, omnibus laicis, & etiam clericis, nisi fuerint in presbyteros canonicè ordinati, catechismum faciendi, baptizandi, atque in Dominicis diebus exorcizandi, & mortuos sepeliendi, interdiximus potestatem. Sustinentes quod diaconi & subdiaconi possint prædicta facere, ubi sacerdos non est præiens vel ea facere non potest, & necessitatis articulus noscitur imminere. Cum vero secundum formam prædictam infans in necessitate a laico fuerit baptizatus: præcipimus, si supervixerit, ut presbytero, quam citius fieri poterit, præsentetur, qui inquiret sollicite, qualiter fuerit baptizatus; & si forma prædicta non fuerit servata, faciat catechismum, & baptizet infantem juxta ecclesiæ formam.

Si autem dubitaverit an legitime fuerit baptizatus, quia forte baptizans non recordatur ad plenum de verbis in baptismo prolatis, vel circumstantes discordant, vel forte infans expositus inventus est juxta ecclesiam vel alibi, nec habetur certitudo, vel aliud signum, utrum sit baptizatus, vel non: in his casibus faciat sacerdos catechismum, & baptizet cum tubis verbis: si baptizatus non es, non te baptizo: sed si baptizatus non es, ego te baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Sed in tali dubio statatur unus testimonio, si plures testes haberi non possint. Si vero infans a laico bap-

tizatus, mortuus fuerit antequam presbytero præsentetur, & presbyter dubitaverit an fuerit in baptismo debita forma servata: si de hoc certificari non possit, in tali dubio infans debet in cœmeterio ecclesiastico sepeliri. Et idem credimus posse fieri, quando expositi juxta ecclesias, vel alibi mortui reperiuntur, nec de baptismo ipsorum potest haberi aliqua certitudo. Si autem in baptismo infantis a laico baptizati, & mortui antequam presbytero præsentetur, inventum fuit formam debitam non fuisse servatam; vel infantem expositum, & mortuum inventum, constitit per scripturam, vel per alia signa, baptizatum non esse: non debet in cœmeterio ecclesiastico sepeliri.

Ad hæc si sacerdos invenerit, infantem a laicis juxta formam ecclesiæ baptizatum, ita quod non sit de hoc aliquatenus dubitandum: non rebaptizet, nec faciat catechismum, sed inungat eum in pectore & inter scapulas oleo benedicto, secundum illam interrogationem, abrenunciatis, & tunc dicendo, *Ego te unio*, &c. Tutius enim est, licet non necessarium, quod fiat prædicta unctio. In hoc casu inungat etiam eum chrismate sacro in vertice, dicendo orationes, quæ dicuntur post baptismum, & faciendæ alia, quæ post baptismum fieri consueverunt, sicut in libris baptismalibus continentur. Si vero infanti pro baptismo ad presbyterum apportato non potest propter mortis periculum secure fieri catechismus: baptizet eum presbyter incontinenti, dimisso catechismo, & inungat eum oleo benedicto, & chrismate sacro: & alia quæ sunt post baptismum, sicut superius continentur.

Prohibemus autem districte, ne in patrinum aliquis (5) regularis admittatur, nec aliquis alius, qui excommunicationis vel interdicti est sententia ligatus, vel qui non est baptizatus, vel etiam confirmatus. Tamen si aliquis de prædictis patrinus fuerit, non nocet aliquid baptizato. Præcipientes ut in catechismo, & baptismo, & confirmatione, unus tantummodo sit patrinus, hoc est, unus in quolibet sacramento. Si vero per negligentiam sacerdotis, vel per errorem, infantem inungi contigerit oleo, loco chrismatis: nihil propter hoc iteretur, sed caute suppleatur quod incaute fuerat prætermisum, & illa unctio chrismatis tantum fiat, quando per negligentiam vel errorem fuerat prætermisum. Si autem chrismate loco olei inunctus fuerit baptizandus, nihil propter hoc iteretur, nec fiat unctio olei prætermisum, quia in chrismate, quod ex oleo fit & balsamo, oleum continetur.

Districte etiam præcipimus, ut fontes cooperiti, mundi, & nitidi teneantur: & quod chrisma, & oleum sacrum, tubi fidei custodia, & clavibus adhibitis teneantur. Præcipientes, ut singulis annis in hebdomada sancta, presbyteri parochialium ecclesiarum, per se ipsos, vel diaconum, seu subdiaconum, vel clericos adultos, chrisma novum & oleum, a nobis vel archipresbyteris nostris suscipiant sicut est consuetum. Sed antequam chrisma novum & oleum suscipiant,

vetus

(1) Una tantum immersio facta fuerit, erit &c. (2) paternum vel maternum. (3) amen. (4) infans nihilominus baptizatus. Idem. (5) Si quis regularis &c. qui ad propter idcirco sacramentum dicit. (6) regularis &c. si quis ad aliquid baptizato dicit.

ANNO
 CHRISTI
 1144.

de novo
 cbr.

venis chrisma & oleum effundant infra fontes ecclesie baptismalis, & ampullas suas diligenter abluant in eisdem, & denuo chrismate & oleo per totum annum imingant pueros baptizandos. Et si forsan contigerit, oleum vel chrisma deficere: incontinenti mittant ad archipresbyteros pro chrismate & oleo: & si ab eis haberi non possunt, vel absque periculo expectari, si aliquid rescui fuerit, admisceant presbyteri cum illo residuo olei vel chrismati aliud oleum non consecratum, & ex eis unctiones faciant supradictas. Districte autem precipimus, & sub pena excommunicationis officii, & beneficii, mandamus, ut quocumque tempore, & quacumque hora diei, vel noctis, sacerdos pro baptismo & penitentia fuerit requisitus, omni occasione & mora postpositis, ad conferendum ea exhibeat libenter se preparatum. Verumtamen si propriam capulam propter paupertatem, vel aliam quamcumque causam, non habuerit, vel habere nequiverit: baptizandus, capilla etiam alia, cum qua alius baptizatus fuerit, quam sacerdos precipue gratis exhibeat, baptizetur. Si vero matre in partu laborante infans extra ventrem matris tantum caput emiserit, & in tanto periculo infans positus nunci nequivit: infundat aliqua de obstetricibus aquam super caput infantis dicendo, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Postremo quoniam frequenter contingit matrem in puerperio decedere, & partus in matricis visceribus adhuc creditur esse vivus: ex quo pro certo mulierem mortuam esse conlitt, si partum credant vivere obstetrices, aperiatur mulier per aliquem, vel per aliquam, sine mora, & partus si vivus fuerit baptizetur. Et ut quilibet ad hoc se exhibeat promptiorem, quicumque aperiendo mulierem partum procuraverit baptizari, in remissionem sibi proficiat peccatorum, & hoc per ecclesias annis singulis publicetur. Si autem partum cum matre simul mori contigerit, sine aperiendo in coemeterio ecclesiastico tumuletur.

A sacerdoti, in cuius parochia commorantur, districte precipimus observari) alioquin vivens, sive clericus fuerit, sive laicus, ab ingreſſu ecclesie arceatur, & moriens Christiani careat sepultura. Et hoc salutare statutum publice in ecclesiis annis singulis proponatur. Si quis autem clericus, vel laicus, alio sacerdoti nulla de causa voluerit sua confiteri peccata: licentiam praesens postulet, & obtineat ab ipso sacerdote. Praecipientes districte, ne aliquis presbyter super hoc requisitus, praesumat alicui malefice licentiam huiusmodi demerere. Notandum tamen est, quod in quinque casibus sine licentia proprii sacerdotis, potest aliquis alieno presbytero confiteri. Primus est, cum episcopus hoc alicui specialiter delegavit. Secundus cum quis peccat in aliena parochia, & de illo peccato sacerdoti illius parochiae confitetur. Tertius si causa domicili, se duxerit ad aliam parochiam transferendum. Quartus est cum vagabundus circumit. Quintus cum imminet sibi mortis periculum, & non potest habere proprium sacerdotem, in quo casu possunt etiam laico confiteri. Verum quoniam periculosum est valde, moram facere in peccato: precipimus quod parochiales presbyteri frequenter moneant plebes suas, ut ad confessionem veniant quam cito poterunt post commissum peccatum, & hoc propter incertitudinem horae mortis; item quia in extrema aegritudine vix potest aliquis de peccatis nedum poenitere, sed nec etiam cogitare, quia, ut ait (3) Joannes, cum aegritudine opprimeris, vix aliud potes cogitare quam tenus, & illuc rapitur intentio mentis, ubi est vis doloris. Debet autem se ipsum confitens accusare, non alium, nec personam nominatim exprimere cum qua peccavit, nec sacerdos querere: nisi peccati circumstantia talis esset, quod alius non posset confiteri peccatum, ut si cognovit matrem, sororem, filiam, vel huiusmodi, quia non posset se ipsum aliter liberare. Item non debet confiteri per nuncium, nec per scripturam, sed viva voce, ore proprio, & praesentialiter, ut qui per se peccavit, per se ipsum confiteatur, & erubescat. Item non debet confiteri verbis, vel nominibus peccatorum seu criminum palliatis, sed quodlibet peccatum suo proprio nomine quantumcumque turpe, exprimat, & etiam circumstantias quantumcumque turpes, ut sic tota peccati sanies expellatur. Debet etiam confiteri singula peccata, quae commisit, distincte & separatim, non confuse, nec etiam in transeursum. Si qui vero confitentium surdi fuerint, caeci, vel muti: inducat eos presbyter, prout melius poterit, ad contritionem & poenitentiam, verbis, nutibus, atque signis exprimendam. Nullus autem presbyter, vel sacerdos saecularis, vel regularis, cui a nobis animarum cura commissa non fuerit, parochianum alterius ad confessionem rapiat, etiam de licentia proprii sacerdotis, absque nostra licentia, & assensu, nisi necessitatis articulo imminente, aut parochiali sacerdote in aegritudine constituto, vel nisi tanta esset parochianorum multitudo, quod ad confessiones audiendas parochialis sacer-

ANNO
 CHRISTI
 1144.

non ab-
 solet.

(1) De Poenitentia.

Poenitentia est, ut ait Ambrosius, mala praeterita plangere, & plangenda non committere. Omnis autem poenitens vere debet dolorem habere de peccatis commissis, & voluntatem & propositum iterum non peccandi. Sunt enim in vera poenitentia principaliter necessaria tria, videlicet cordis contritio, oris (2) confessio, si confitens, loquitur, & operis satisfactio iuxta posse: alioquin vere non est vera poenitentia, sed simulata potius, atque ficta. Confessio vero est coram sacerdote vera declaratio, seu revelatio peccatorum. Et quia post lapsum peccati est necessaria vera poenitentia ad salutem: statutum est, quod omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenit, omnia peccata sua solus confiteatur fideliter saltem in anno semel proprio sacerdoti, & inunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere (quod & de clericis, scilicet quod confiteantur proprio

(1) De confessione & poenitentia injungendis. (2) confessio est operis satisfactio. (3) Hieronymus.

ANNO
CHRISTI
1124.

sacerdos sufficere non valeret: concedimus, quod tunc possit de licentia proprii sacerdotis. Districte vero precipimus, quod illi, qui confessiones audierint, in loco patenti audiant confitentes, non in occulto, & precipue si fuerint mulieres. Debet ergo sacerdos sollicitudinem diligentem adhibere, ne, dum audit confessiones, in faciem respiciat confitentes, & precipue mulieres: sed si cappam habeat indutam capucium, indutum in capite teneat, & etiam inclinatum. Et si peccatum horribile intellexerit, non spuat, non faciem neque caput avertat, aut retorqueat huc illucque, aut signum aliquod, aut nutum faciat, sed nec aliquod verbum proferat, per quod abominari peccatorem, vel peccatum videatur, ne peccator rubore vel verecundia confusus, peccata reliqua, vel similia, timeat revelare. Cum vero peccator primo ad sacerdotem venerit, quærat ab eo, si non sibi notus, utrum parochianus ejus, & si dixerit, quod non, quærat ab eo utrum venerit de licentia proprii sacerdotis; & si responderit, quod non, dicat ei, frater non debeo te audire, vade ad tuum sacerdotem. Si autem sit parochianus ejus, vel venerit de licentia sui episcopi, vel proprii sacerdotis: quærat primo ab ipso utrum aliqua excommunicationis sententia, vel interdicti, sit ligatus. Et si dixerit quod sic, dicat ei, frater non audiam te, nisi prius fueris absolutus: & si occulte excommunicatus fuerit, occulte dicat ei; si autem publicum fuerit eum excommunicatum esse, publice pœnitentiam denegabit, quia nullus excommunicatus, vel interdictus debet recipi ad pœnitentiam, nisi prius faciat se absolvi. Si vero dixerit se non esse excommunicatum, vel interdictum, debet eum primo interrogare presbyter, utrum sciat, *Pater noster, Ave Maria, Credo in Deum*: & si nesciat, moneat eum, ut addiscat. Deinde admoneat eum familiariter ac benigne, ut omnia peccata sua confiteatur humiliter, nec ob verecundiam celet aliquod peccatum, vel timore, quia non est homini locuturus sed Deo, cujus personam ipse presbyter repræsentat, qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, & vivat, & dicendo sibi quod ipse sacerdos est, & quod ipse confitens non potest tor, & tanta commisisse peccata, quin alii majora & plura commiserint, & quod illi, qui bene pœnitent, magis postea diliguntur a Deo, sicut patet in B. Petro, Paulo, Latrone, Maria Magdalena, & multis aliis: & tota cœlestis curia gaudet de pœnitentia peccatoris, quia gaudium est angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente. Dicit etiam: Confiteor frater, quia homines sumus, & sine peccato in hoc mundo esse non possumus. Nam si vere confessus fueris, & contritus, & proponis amplius non peccare, Deus sine dubio tibi remittet culpam, & ego auctoritate Dei absolvam a pœna. Si autem nolueris confiteri in hac vita, confiteberis in alia invitus in conspectu angelorum, amicorum, inimicorum, & damnaberis in perpetuum. Deinde confessionem ejus audiat diligenter, qua audita incipiat interrogare, si vult alia

* Deest peccator.

peccata dicere sollicitando eum, ut cogitet suaviter ne peccatum aliquod prætermittat, quod si dimidiaret dividendo peccata inter diversos sacerdotes, vel celando, vel omitendo scienter aliquod mortale peccatum, sibi talis pœnitentia vel confessio non prodest. Et si peccator dixerit se non alia habere confiteri, incipiat interrogare ordinate & discrete confitentem, ita quod interrogationibus faciendis, ad peccata (1) specialia, vel speciales circumstantias, non detendant: quia multi forte propter multas interrogationes in his peccarent, quæ nescirent (2) aliter cogitare.

Interroget igitur sacerdos confitentem, si aliquando tentetur ad peccatum aliquod faciendum, & qua tentatione, & qualiter tentationi resistat, & sic indirecte aperiet confitens peccatum suum, quod celabat. Item interroget si exerceat officium aliquod, & si dixerit, quod sic, interroget de circumstantiis pertinentibus ad officium quod dixerit se habere. Si regularis fuerit, interroget eum specialiter de tribus substantialibus circumstantiis regulæ, scilicet si obediat in omnibus licitis & honestis suo superiori, & an sit proprietarius, & an custodiat castitatem. Item de simonia, utrum receptus fuerit pecunia mediante, vel si consenserit quod aliquis alius reciperetur per simoniam. Item an loquatur in locis prohibitis, & horis indebitis, & utrum in capitulo resistat, vel contradicat malitiose, cum est aliquid ordinandum, vel faciendum. Circa clericos seculares, interroget utrum commiserint simoniam pro se ipsis, vel pro aliis, seu alii pro ipsis. Item de mercatura, & aliis quæ pertinent ad avaritiam, & cupiditatem. Item de dilapidatione, si habeat beneficium ecclesiasticum, & utrum de pecunia de rebus (3) acquisita emerit aliquas possessiones nomine proprio, vel nomine consanguineorum suorum, & utrum bona ecclesiastica expenderit in usus licitos & honestos. Item utrum intersit Divinis officiis, nocturnis pariter & diurnis, precipue in ecclesia in qua est prælatus. Item de irregularitate: item de ludis alearum, & talorum. Circa principes, castellanos, & milites, & eorum bajulos interroget, an fecerint, vel fieri fecerint constitutiones seu præcepta contra ecclesiasticam libertatem, & an bonam reddiderint justitiam cuilibet conquirenti, & an homines sibi subditos gravaverint indebitis talis, collectis (4) toties, vel quoties. Item de rapinis. Circa mercatores burgenles, & alios ministrales quærat sacerdos de (5) mendacio, dolo, usura, pignoribus, & baratis, & de injustis ponderibus, & mensuris. Circa agricolas, interroget de furto, maxime circa decimas, & primitias, tributa, quartas & tascas, & de eradicatione terminorum, & de occupatione alienarum terrarum. Item de talis, & incendiis. Circa mercenarios, bubulcos, servientes, pastores, & personas similes, quærat sacerdos, an fideliter custodiant res dominorum suorum, & utrum fideliter se habeant in operibus, & servitiis sibi impositis.

Item interroget quemlibet confitentem prout

ANNO
CHRISTI
1124.

* Deest ecclesiasticus, vel aliquid simile.

* De hac voce vide Glossarium Du Cangii Hard.

(1) Spiritualia vel spiritualia. (2) alias. (3) ecclesiis acquisitis. (4) collis vel quæstus. (5) datus dolo.

ANNO
CHRISTI
1584.

ANNO
CHRISTI
1584.

prout secundum conditionem personæ vide-
rit faciendum. Scilicet de perjurio, invidia,
odio, detractione, de superbia, & utrum in-
iuste habeat, vel detineat alienum. Item
de fornicatione, adulterio, & incestu. Et
si dixerit, se peccatum incontinentiæ com-
misit, quærat utrum peccaverit cum mo-
nacha consecrata, vel non consecrata, vi-
dua, virgine, seu corrupta, Christiana, Ju-
dæa, vel Saracena, & utrum in loco sa-
cro, vel non sacro, & an in diebus Domi-
nicis, vel festivis, & temporibus jejuniorum,
& utrum unam cognoverit, vel plures, &
quoties, & an in aliis peccatis alios invita-
verit, vel induxit ad peccandum: ut sic
omnibus cum diligentia inquisitis, & consi-
deratis peccatoris circumstantiis intelligat pres-
byter, quale peccatori præbere debeat consi-
lium, & cuiusmodi remedium adhibere,
quærendo ab ipso an proponat amplius non
peccare, & agere condignam pœnitentiam
de commissis; & si respondeat se a peccatis
abstinere non posse, aut nolle, vel quod a
quibusdam vult abstinere, & aliquibus re-
manere, ejus confessionem sacerdos debet
nihilominus audire, & ei de peccatis con-
fessis consilium exhibere: sed antequam det
ei consilium, sibi exprimat diligenter, quod
si totus Mundus suus esset, & pauperibus
erogaret, & in pane, & aqua jejunaret to-
to tempore vitæ suæ, nil sibi proficeret ad
vitam æternam consequendam, quamdiu in
peccato commisso remanebit, vel voluntate
& proposito peccatum iterum committendi:
nec ipse sacerdos eum absolvere potest ab
aliquo peccato, nisi de omnibus pœniteret,
& haberet propositum iterum non peccan-
di: & hoc sæpius dicat, monendo ipsum
dulci, pio, ac suavi eloquio, ut de omni-
bus pœniteat, & abstineat in futurum, &
exprimendo ipsum timorem de die iudicii,
& pœnas perpetuas quas in inferno, nisi
veram egerit pœnitentiam, perpetuo susti-
nebit.

Si autem ad veram confessionem, & pœ-
nitentiam ipsum inducere nequiverit, debet
ei de peccatis confessis in hunc modum con-
silio exhibere. Frater, dico & consulo,
quod jeunes, ores, & elemosynas facias &
alia bona. Dicat ei etiam, quod licet dicta
bona quæ ipse sibi pro peccatis confessis con-
sultat facienda, non sint ei fructuosa ad vi-
tam æternam habendam, cum in peccato
commisso remaneat vel voluntate peccandi:
ea tamen consulat facienda, ut per ipsa bo-
na quæ faciet, dignetur Dominus cor ejus
ad veram pœnitentiam illustrare, & ne dia-
bolus in eo tantam habeat potestatem, quan-
tam haberet, si mala continue exerceat. Et
facta confessione generali, scilicet *Confiteor*
Deo, non absolvat eum a peccatis, sed di-
cat ei quod recedat, & faciat juxta consi-
lium sibi datum. Dicat etiam ei quod non
recipiat corpus Christi quamdiu in peccato
remanebit commisso, vel voluntate, & pro-
posito peccatum iterum faciendi. Caveat ta-
men sacerdos in quantum poterit, ne indu-
cat in desperationis periculum.

Si autem de omnibus confitetur, & pœ-
nitet, & propositum habet in posterum ab-
stinere, consideret sacerdos, an tale pecca-
tum inter alia confessus fuerit, propter quod
ad episcopum sit mittendus. In quo casu ad
Concil. General. Tom. XXIV.

episcopum ipsum mittat, si potest: sin au-
tem, imposta sibi pœnitentia de illo, & de
aliis peccatis confessis, consideratis peccato-
ris circumstantiis, & peccati: & licet secun-
dum canones pro quolibet peccato mortali
septennis esset regulariter pœnitentia injun-
genda, sacerdos tamen injungat minorem,
vel majorem prout secundum quantitatem
peccati, & contritionem & qualitatem pec-
catoris, salutis ejus viderit expedire.

Ut autem possit sacerdos contraria contra-
riis curare, imponat pœnitentiam ipsi pec-
cato per contrarium respondentem; ut si
peccaverit per superbiam, injungat ei ora-
tionem, & suadeat humilitatem. Si per ava-
ritiam, injungat elemosynarum largitatem.
Si per gulositatem vel nimiam comestio-
nem, abstinentiam ciborum. Si peccaverit
per luxuriam, injungat ei jejunium, oratio-
nem, peregrinationem, disciplinas, & alias
carnis macerationes. Si tamen talis luxu-
rius, senex, & dives fuerit, & dixerit se
jejunare non posse: aggravabit eum sacerdos
orationibus, elemosynis, & relevabit je-
juniis. Si autem peccator fragilitatem alleget,
& recuset recipere asperitatem pœnitentiæ,
quam sacerdos vult sibi imponere, debet pri-
mo sacerdos inducere ut animum habeat pa-
ratum ad omnem satisfactionem, ostenden-
do sibi magnitudinem peccatorum, quæ sibi
confessus est, & quot, & quanta perdidit
bona, propter illa quæ commisit peccata,
quæ omnia recuperabit per pœnitentiam. Si
vero non possit inducere ad pœnitentiam
pro suo arbitrio sibi imponendam, imponat
talem ei satisfactionem, seu pœnitentiam
cum voluntate ipsius peccatoris, quam simi-
liter velit, & possit portare, ne forte pec-
cet postea deterius, pœnitentiam infrin-
gendo.

Imposita sibi pœnitentia, & facta genera-
li confessione, scilicet *Confiteor Deo*, dicat
Pater sic: Ego injungo tibi talem pœnitenti-
am propter peccata quæ confessus es. Et
ponens manus super caput ipsius, dicat: *In-*
dulgentiam absolutionem & remissionem omnium
peccatorum tuorum tribuat omnipotens Do-
minus: *Et ego te absolvo auctoritate domini tibi II.*
nostri Jesu Christi, & beatorum apostolorum
Petri & Pauli, & officii tibi commissi, ab his
peccatis, quæ confessus es, & aliis obistis. Item
dicat ei quod si reducentur aliqua alia pec-
cata postea ad memoriam, quæ non fuerit
confessus, redeat ad eum, & confiteatur.
Circa infirmos non est taliter procedendum,
quia non debet eis sacerdos pœnitentiam in-
jungere, sed tantum innotescere, seu decla-
rare dicendo sic cum ejus peccata audiverit:
Si tu esses sanus, pro tot peccatis quæ com-
missisti, & confessus es, deberes tot annis pœ-
nitere: sed quia tu es infirmus, non impo-
no tibi pœnitentiam, sed injungo tibi quod
si de hac infirmitate te mori contigerit, fac-
cias tantum dari pauperibus, vel piis locis,
loco prædictæ pœnitentiæ, vel facias Missas
celebrari, vel illud fieri. Si tamen conva-
lueris, injungo tibi talem pœnitentiam. Et
his dictis, imponat manus super caput ejus,
& absolvat eum a peccatis tuis sicut dictum
est de sano. Si vero infirmus petierit sacer-
dotem pro pœnitentia recipienda, vel ali-
qua alia signa pœnitentiæ fecerit, & intir-
mum dum sacerdos veniret, obmutuit infir-
mus,

ANNO
CHRISTI
1554.

mus, vel factus est amens, aut freneticus, sacerdos veniens, sive ad nutum infirmi, sive ad testimonium eorum qui audierunt ipsum petentem poenitentiam vel presbyterum, vel alia signa poenitentiae facientem, debet ei quicquid humanitatis vel consolationis poterit, impendere absolvendo eum, & reconciliando, orationes dicendo, & crucis osculum, si praesens crux fuerit, sibi dando.

Qualiter autem absolvi debeat infirmus in mortis articulo constitutus per proprium sacerdotem, vel per alium, si proprius haberi non possit sacerdos, infra in tractatu de sententia excommunicationis continetur. Sane considerandum est diligenter, quod quaedam sunt peccata, de quibus nullus potest vere poenitere, nisi restituat, vel emendet, si potestatem habeat emendandi, videlicet rapina, furtum, sacrilegium, incendium, usura, & indebita extorsio talliae, quatuor, vel (1) toutze. Item retentio census quarti, quinti, contra voluntatem dominorum quibus debentur. Item damna data contra iustitiam, & generaliter cujuslibet alienae rei scienter indebita detentio. Et in his omnibus praecipendum est poenitenti quod incontinenti satisfiat juxta posse. Et si peccata occulta fuerint, occulte praecipendum est poenitenti: & talis occulta restitutio debet fieri per ipsum sacerdotem, vel aliquam religiosam personam suppresso nomine poenitentis. Si autem non habet poenitens rem, quam debet restituere, neque mobilia, vel etiam immobilia, unde commode incontinenti satisfacere possit, vel licet habeat, non est tamen praesens nec esse potest ille, cui facienda est restitutio, & appareat vere poenitens, & contritus, & proponat satisfacere cum poterit, ei poenitentia injungatur; & si talis fuerit infirmus, praecipiat tuis haeredibus, quod illi satisficiant pro eodem, si de illa infortuna contigerit ipsum mori. Omnibus autem poenitentibus tanis, vel infirmis, qui tenentur alius satisfactionem facere, seu emendam, est sollicite intimandum, quod non excusantur, nec liberantur ab illo peccato praecipiendo tuis haeredibus quod restitutionem faciant pro ipsis, vel emendam, nisi ipsi principales raptores, usurarii, fures, seu alienarum rerum detentores illiciti, in toto vel in parte faciant restitutionem vel emendam, si eam facere possunt commode, sicut superius continetur. Tenentur enim raptor, seu alienae rei detentor ad restitutionem, tenentur etiam ejus haeredes quantum haereditas ipsius sufficere potest, si ad restituendum fuerit necessaria haereditas vota. Tenentur etiam ad restitutionem omnes illi, qui scienter rem raptam, vel alienam emerunt cum mala fide, scilicet animo sibi retinendi eam domino suo, nec taliter ementes possunt recuperare, seu petere pretium, quod dederunt pro ipsa, nec possunt recuperare, seu retinere expensas, si quas fecerunt ipsam rem custodiendo vel meliorando, & hoc propter malam fidem, quam habuerunt emendo. Debet etiam restitui res aliena, sive raptam, non deteriorata: sed si deteriorata fuerit, vel casu fortuito perierit,

vel restitui non possit, restituatur integre quantum valeat cum omni utilitate, quam consecuti sunt ex ipsa re; si cum mala fide, ut dictum est, pervenerit ad eoldem. Sed facta restitutione integraliter ab uno, ceteri liberantur quantum ad restitutionem domino faciendam: sed nihilo minus debent agere poenitentiam juxta arbitrium sacerdotis, quia rem alienam fraudulenter, & invito domino tenuerunt. Facienda est autem domino rei restitutio, vel ejus haeredibus, si poterunt inveniri: sed si diligenter inquisiti, & expectati non inveniuntur, vel ignorantur, tunc cum consilio sacerdotis poenitentialis, res illa distribuatur in duas causas, & maxime in pauperum sustentationem, pro anima illius cujus fuerit res illa. Verum si persona scitur cui est solutio, vel restitutio facienda; sed si tamen est in remotis partibus, nec speratur quod debeat redire: mittantur ei si commode fieri possit, & secure; alioquin pro anima ejus cum consilio ecclesiae pauperibus erogetur, & hoc fiat si res sit modica, quae restitui debet in expensis: si res est magni valoris mitti debet in expensis detentoris ad illum absentem, cui est restitutio facienda. Qui vero invenit pecuniam vel aliam rem in via vel alibi, debet eam reddere illi, qui eam perdidit, si eum poterit invenire: & si nescit cujus fuerit, publicetur per sacerdotes in ecclesiis, & in locis quibus est inventa: & si diu expectatus non invenitur cujus fuerit, pauperibus pro anima illius, cujus fuerit, erogetur. Si autem aliquis voluntarius, & causa cupiditatis, lucratus fuerit aliqua in ludo, quod restituat sibi est in poenitentiali iudicio injungendum. Caveat autem omnino sacerdos, ne verbo, aut signo, aut alio quolibet modo peccat seu revelet aliquatenus peccatorem: sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque ulla expressione personae caute requirat: quoniam qui peccatum in poenitentiali iudicio sibi detectum vel dictum praesumpserit revelare, non solum deponetur, verum etiam in arctum monasterium detrudetur ad perpetuam poenitentiam peragendam. Praecipimus autem quod nomina illorum omnium, qui peccata sua confessi fuerint, scribentur singulis annis a propriis cappelianis, qui confessiones audierint eorundem, ut de ipsis possint laudabile testimonium perhibere. Item praecipimus medicis corporum, ut infirmos ante omnia moneant, & inducant, quod medicos advocent animarum, ut postquam fuerit infirmo de spirituali salute provisum, ad corporalis medicinae remedium salubrius procedatur. Et si quis medicorum hoc non servaverit, supponatur ecclesiastico interdicto, quousque satisfecerit competenter: sub intimatione anathematis eisdem medicis prohibentes, ne quis eorum aliquid pro corporali salute infirmo suadeat, quod in periculum animae convertatur.

Concedimus autem ex gratia, ut sacerdotes, & rectores parochialium ecclesiarum nostrae dioecesis alios sacerdotes ejusdem (2) dioecesis, si viciniore fuerint suis ecclesiis sibi possint eligere confessores, prout saluti ani-

(1) Coluz. (2) Dioecesis, vel alterius dioecesis si &c.

ANNO
CHRISTI
1184.

ANNO
CHRISTI
1184.

animarum suarum viderint expedire, & præcipue archidiaconos, archipresbyteros, fratres Minores, & Prædicatores, quibus scilicet fratribus licentiam concedimus (1) quando venerint ad ecclesias causa prædicationis, confessionis clericorum, & laicorum nostræ diocesis, possint audire, & eis injungere pœnitentias salutares. Præcipientes quod nomina eorum, quorum confessiones audierint, dicant, vel in scriptis reddant in Quadragesima saltem, & in Adventu Dom. parochialibus sacerdotibus, ut de parochianorum tuorum sacerdotibus, ut de parochianorum tuorum sacerdotibus, prout viderint expedire (2). Nolumus tamen quod prædicti fratres, confessiones infirmorum audiant absque licentia proprii sacerdotis, nisi tamen infirmis mortis periculum immineret, quam scilicet licentiam eis præcipimus liberaliter concedendam. Item nolumus quod dicti fratres testamentis ipsorum infirmorum inter sint, nisi sacerdos proprius præsens esset, vel in expectatione ipsius sacerdotis periculum immineret. Ceterum licet sacerdotes possint facere commutationes jejuniorum, vel alterius pœnitentiæ ab ipsis impostæ circa parochianos suos, discrete tamen, & propter justam causam votorum tantum commutationes per eos fieri prohibemus cum nostra licentia speciali, quia in eis est cum majori providentia procedendum. Districte etiam prohibemus, ne aliquis sacerdos (3) provincialis inducat aliquem confitentem ad votum emittendum seu promissionem faciendam de non committendis peccatis, & maxime de illis quæ non possunt de facili evitari, sicut quidam presbyteri faciunt aliquando hoc fieri indistricte. Nam contra votum, seu promissionem peccando dupliciter sunt rei, & culpabiles apud Deum, & ideo gravior sunt puniendi.

Add. nisi

(4) *Isti sunt casus in quibus pœnitentes ad episcopum sunt mittendi.*

SI quis confitebitur se credere aliquam hæreticam pravitatem. Item simoniacus quocumque modo commiserit simoniam. Item clerici excommunicati majori excommunicatione, vel interdicti, aut suspensi, qui ante absolutionem Divina officia celebrant, scilicet Missam cantando, evangelium, epistolam, vel alias horas canonicas dicendo, faciendo principaliter officium suum in ecclesia. Item clerici per saltum promoti aliquo ordine prætermisso. Item clerici, qui ab alieno episcopo se fecerunt ordinare, nostra licentia non obtenta. Item incendiarii. Item illi qui suos filios occiderunt studiose, vel etiam negligenter. Item illi, qui tradaverunt in malos usus Eucharistiam, seu chrisma. Item illi, qui tradaverunt factio, verbo, consensu, vel alio modo, homicidium. Item sacrilegi, & violatores ecclesia-

rum. Item illi, qui luxuriam expleverunt cum matre, sorore, vel aliqua contanguinea sua, vel uxore fratris, vel cum sanctimoniali consecrata, (5) vel non consecrata. (6) Item illi, qui in ecclesia luxuriam commiserunt. Item illi, qui cum Judæa, vel Saracena, vel bruto animali coire ausu nefario præsumpserunt. Item mulier quæ de adulterio concepit infantem quem maritus credit esse suum, propter quem legitimi liberi fraudantur hæreditate paterna. Item illi, qui cum mulieribus aliquid faciunt, propter quod fecerint abortivum, mulier etiam si hæc fecerit vel sibi fieri procuraverit, transmittatur. Item illi, qui contra aliquos saltem tulerint testimonium in aliquibus causis. Item illi, qui contractis sponsalibus cum aliquibus præstito juramento, & non dissolutis postmodum, contrahunt cum aliis sponsalia, vel matrimonium, contra juramentum prius temere veniendo. Item qui excommunicati vel nominatim interdicti a quocumque iudice, ingerunt se Divinis in ecclesia ante absolutionem invito proprio sacerdote, nec ad monitionem sacerdotis volunt exire de ecclesia, Divinum officium perturbantes. Item illi, qui in cœmeterio ecclesiastico præsumunt scienter excommunicatorum corpora tepelire. Si vero prædicti confitentes, ad mandatum & monitionem sacerdotis ad nos venire noluerint, in suis peccatis & duritia remanentes, & peccata occulta fuerint: eis a sacerdotibus pœnitentia injungatur; & nihilo minus sacerdotes postmodum cum poterunt commode a nobis, vel a fratribus Prædicantibus, vel Minoribus, super hoc habeant consilium, & requirant. Si autem manifestum fuerit aliquem commisisse aliquod peccatum de prædictis, ad nos mittatur, nec ei ab aliquo presbytero de illo peccato manifesto pœnitentia injungatur sine nostra licentia speciali, nisi tenex fuerit, vel corporali impedimento detentus, seu in mortis articulo constitutus.

(7) *De sacramento Eucharistia, & Extrema unctione.*

QUIA post receptam pœnitentiam, infirmis aique sanis, & præcipue Paschali tempore, exhiberi consuevit Eucharistiæ sacramentum: ideo de Sacramento Eucharistiæ sequitur hic tractatus. Ne propter incuriam seu negligentiam sacerdotum, Divina indignatio gravius inardescat; districte præcipimus, quatenus a sacerdotibus Eucharistia in loco singulari mundo, & clavi firmato, semper honorifice collocata, devote ac fideliter conservetur. Sacerdos vero quilibet in ecclesia Eucharistiam semper habeat paratam, quam in qualibet hebdomada præcipimus renovari in hunc modum: videlicet quod sacerdos duas vel plures, si opus fuerit, consecret hostias, quarum unam recipiat, & ea recepta incontinenti ante receptionem sanguinis recipiat reservatam, & in loco illius quam servaverat ponat noviter con-

(1) *Desunt hæc usque ad confessiones.* (2) *Nolumus usque ad imminere deest.* (3) *pœnitentialis.* (4) *de majori excommunicatione clericorum.* (5) *deest vel non consecrata.* (6) *additur.* Item clerici, qui scienter celebrant in ecclesia interdicta. (7) *de conservatione Eucharistiæ & extrema unctione.*

consecratas, & postea recipiat sanguinem, & alias receptiones sicut mos est in ecclesia Nemaufensi. Et quando ab infirmo, vel confesso fuerit requisitus, statim eum communicet, ne sine communione moriatur, quam etiam sub honesto habitu, cruce, lumine, squilla, procedentibus, & subposito mundo velamine, ipse sacerdos per se, & nunquam per alium ferat, & referat caute, & manifeste, ante pectus, cum omni reverentia & honore: ut ex hoc apud omnes fides & devotio augeatur: prohibentes districte, ne aliquis qui non sit in presbyterum ordinatus, Eucharistiam communicantibus præbeat. Diaconus tamen hoc facere potest de licentia sacerdotis, ubi idem sacerdos hoc per se non potest facere, vel quia absens est presbyter, & necessitatis articulus noscitur imminere, & in hoc ultimo casu non est necessaria licentia sacerdotis. Volumus etiam & mandamus, ut quilibet fidelis postquam confessus fuerit, ad minus in Pascha reverenter suscipiat singulis annis Eucharistiae sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius receptione duxerit abstinendum: alioquin vivens ab ingressu ecclesiae arceatur, & moriens ecclesiastica careat sepultura: præcipientes, ut sacerdotes vinum purum habeant paratum in ecclesia, quod statim tribuant populo postquam receperint corpus Christi, prohibendo communicantibus, ne a præsentia ipsorum sacerdotum recedant, donec de vino aliquantulum biberint, & diligenter abluerint os suum. Sacerdotes autem habentes curam animarum, ante communionem parochianos suos moneant publice in ecclesia diebus illis, in quibus est generalis communio facienda, ne aliquis in peccato mortali constitutus, occulto vel manifesto, præsumat accipere corpus Christi. Et si videant vel sciant aliquem in mortali peccato constitutum, paratum communicare: trahant ipsum ad partem, & eum (*) severe moneant ne communicet ullo modo, nisi prius de illo peccato contritus fuerit, & confessus: dicentes sibi, quod si taliter communicaret, in damnationem animæ suæ redundaret, & si monitus noluerit abstinere non debet ei publice communio denegari. Si a falso sacerdote, nemine alio præsentem, communionem petet: non est audiendus, sed potius repellendus. Verum tamen si peccatum fuerit manifestum, & non est de ipso confessus: vere ante satisfactionem condignam debet ei manifeste & publice communio denegari. Manifestum autem intelligimus in hoc casu, quod potest sufficienter & legitime probari per testes idoneos contra ipsum, præcipue si de illo peccato fuerit per sententiam condemnatus, vel sponte confessus in iudicio, vel fuerit adeo manifestum seu notorium per rei evidentiam, quod nulla possit tergiversatione celari. Et hæc eadem in osculo crucis dicimus, & volumus observari, cum in die Veneris sancti ab omnibus generaliter adoratur. Hostias autem de alio, quam de puro, & mundo, & electo grano frumenti, fieri prohibemus. Ca-

veat autem sacerdos, ne aliquid de sanguine Christi extra calicem cadat. Quod si per negligentiam ejus acciderit, & in tabula stillaverit, lingua lambatur, & tabula radatur. Si vero non fuerit, comburatur, & cinis infusa altare, si fieri potest, vel juxta altare abscondatur: & quadraginta diebus ille cui acciderit pœniteat. Si vero super altare stillaverit sanguis, & tangat tantummodo pannum primum, ita quod non transeat ad secundum, sorbeat minister stillam incontinenti, si fieri potest, & tribus diebus pœniteat: & si stilla usque ad secundum pannum pervenerit, tantum pœniteat quatuor diebus; si autem ad tertium pannum pervenerit, novem diebus pœniteat; & si ad quartum pannum pervenerit viginti diebus pœniteat: & lintamina, quæ tetigerit stilla sanguinis, tribus vicibus, & tribus aquis, minister, seu presbyter, vel diaconus tantum abluat calice supposito, & aqua abluitionis juxta altare recondatur. Si quis per ebrietatem, vel nimiam comestionem evomerit Eucharistiam, si laicus est, quadraginta diebus pœniteat; si clerici fuerint, vel religiosi, vel diaconi, vel presbyteri, septuaginta diebus pœniteant: & si per infirmitatis causam evomerit, septem diebus pœniteat.

Qui chrisma, vel eucharistiam reliquerit incaute in loco clavibus non firmato, & clavibus fideliter non custoditis, tribus mensibus debet ab officio suspendi. Et si per ejus incuriam, seu negligentiam mus, vel aliud animal comederit, ultra tres prædictos menses quadraginta diebus pœniteat. Si vero aliqua enormis, seu nefaria inde fieri contigerit, graviori subiaceat ultioni. Ubi- cumque autem dicitur quadraginta, vel octuoginta, seu pluribus, vel paucioribus diebus pœniteat, sic debet intelligi, ut per omnes illos dies aliquam penitentiam agat secundum arbitrium imponentis. Si hostia inventa fuerit sub palla altaris, & dubitetur utrum fuerit consecrata, dicimus quod sacerdos in fine Missæ post receptionem sanguinis potest eam recipere, & idem dicimus de aliqua parte hostiæ, si ita inventa fuerit in altari, & dubitatur utrum fuerit consecrata.

De unctione vero extrema, quæ fit infirmis a presbytero oleo infirmorum, hic non tractatur, quia de modo inungendi infirmos, & orationibus tunc dicendis, instruitur quilibet sacerdos per libros ecclesiarum juxta consuetudinem ecclesie Nemaufensis. Verumtamen iterari potest, quoties aliquis graviter infirmatur, & ab infirmo uinctio postulari.

De celebratione Missarum.

Quia inter Divina officia Missarum solemnitates propter excellentiam, & reverentiam corporis & sanguinis Jesu Christi, cum omni humilitate & devotione sunt ab universis presbyteris celebranda: prohibemus sub pena suspensionis, ne quis sacerdos Missam cantare præsumat, nisi prius plene expleverit officium Matutinum. Nec

extra

(*) Secreto.

ANNO CHRISTI 1184.

extra ecclesiam in oratorio privato, vel in domo, Missam celebret sine nostra licentia speciali. Nullus quoque, post cibum potumque minimum sumptum, audeat celebrare.

Sacerdos vero postquam Missam incepit, non presumat dimittere imperfectam, nisi repentina infirmitate & intolerabili fuerit occupatus: & tunc si alius sacerdos praesens fuerit, qui non celebraverit, per ipsum inceptum officium compleatur, qui debet officium incipere ubi nescitur dimisisse. Si vero nescitur ubi alius dimiserit quia defectit forsitan in secretis: incipiat a capite secretorum. Verumtamen si secundus sacerdos praesens non fuerit, quacumque hora diei usque ad Nonam haberi poterit, quae primus sacerdos dimisit, secundum doctrinam quae superius est expressa, poterit supplere. Si autem sacerdos usque ad Nonam haberi poterit, remanebit officium non completum.

Præcipimus etiam quod in calice magis de vino, quam de aqua ponatur, & quod sacerdos postquam totum acceperit corporis & sanguinis Christi sacramentum, duas receptiones faciat juxta consuetudinem ecclesiae (1) Nemausensis. Videlicet primam de vino puro tantum, secundam de vino, & aqua, & cum illa secunda simul perfundat digitos super calicem, & postea recipiat; nisi cum eodem die aliam Missam debuerit celebrare, quia tunc non debet nisi sanguinem; quod si faceret, celebrationem secundam impedit.

Prohibemus, ne Missa nisi cum vino puro possit & aqua, & calice aureo vel argenteo, vel etiam stanneo, aliquatenus celebretur, nec quiquam celebrare presumat in corporali serico, aut tincto, sed in puro linteo ab episcopo consecrato, quia corpus domini nostri Jesu Christi in sindone linea & munda sepultum fuit.

Illud autem districtissime prohibemus, ne aliquis in mortali peccato constitutus Missam celebret, nisi prius confessus fuerit expresse & nominatim de illo peccato, si sacerdotem inveniat, cui valeat confiteri. Si vero non possit alium sacerdotem habere, cui confiteatur, non celebret: nisi necessitas imminet, quae sine gravi scandalo nequeat praeteriri, ut si dies festivus advenit, & populus jam convenerit ad Divina, vel corpus alicujus parochiani defuncti praesens sit in ecclesia, vel nubentes ad ecclesiam conveniant matrimonium contracturi: propter quae ut scandalum evitetur ipsum oporteat celebrare. In ipsis vero casibus si veram contritionem habeat sacerdos de illo peccato mortali, in quo est constitutus, & proponat quam cito (2) poterit, confiteri alio sacerdoti: credimus, magistrorum nostrorum sententiis inhaerendo, quod valeat celebrare. Sed si eam contritionem non haberet, nec propositum confitendi, celebrare in his casibus non presumat; quantamcumque necessitatem, vel scandalum videat imminere. Si autem sacerdos, postquam Missam incepit, reducat ad memoriam se commississe aliquod peccatum mortale, de quo non fuerit confessus, & de quo ante-

Aquam Missam inciperet non recolebat, nec habebat sacerdotem, cui incontinenti valeat confiteri: perficiat ministerium jam inceptum, si tamen contritionem habeat de illo peccato, & proponat, quam cito poterit confiteri. (3) Si vero contritionem veram non habeat, nec propositum confitendi, & nondum verba confessionis, seu consecrationis expresserit, videlicet, *Hoc est corpus meum*, dimittat officium inceptum, quia tunc ipsum implere non debet. Si autem post consecrationem reducat ad memoriam primo illud peccatum mortale, indistincte compleat officium quod incepit, & contristetur, atque doleat, quia tarde poenitet, & confiteatur quam cito poterit habere copiam sacerdotis. Si pollutio in somnis ex infirmitate, seu superfluitate naturae, alicui advenit, non est a celebratione Missae abstinendum, nisi ob devotionem vellet aliquis abstinere, quia in hoc casu nullum est peccatum, cum magis pati, quam agere videatur. Si vero ex intemperantia, vel potatione nimia acciderit, honestum est, non tamen necessarium, quod a celebratione Missae abstineat illa die, si nulla fuerit necessitas quare debeat celebrare, quia in hoc casu est tantum veniale peccatum: nisi nimia crapula vel potatio ex prava consuetudine consueverit provenire, & tunc quousque fuerit confessus, tenetur a celebratione Missae abstinere, quia tunc reputatur peccatum mortale. Si autem contigerit ex turpi imaginatione praecedenti vel inhonesta confabulatione, & illicita: tenetur a celebratione & perceptione Eucharistiae abstinere quousque contritus fuerit, & confessus, si habere poterit copiam sacerdotis, quia in hoc casu est peccatum mortale. Et licet in duobus his casibus, post contritionem (4) & confessionem factam non teneatur a celebratione Missae necessario abstinere: honestum tamen est quod a celebratione Missae abstineat illa die, maxime si non fuerit necessitas quare debeat celebrare. Si vero habere non poterit copiam sacerdotis, contritionem tantum habuerit, & propositum confitendi: celebret, si necessitas fuerit, sicut dictum est & distinctum superius de alio presbytero peccatore, quoniam necessitatis articulus nocetur imminere.

Nullus sacerdos in altari, in quo episcopus Missam cantaverit, eodem die Missam cantet. Prohibemus autem districte ne aliquis sacerdos duas Missas celebret una die. In die tamen natali Domini idem sacerdos tres Missas poterit celebrare. Aliis vero diebus potest in casibus infra scriptis cantare duas Missas, scilicet unam de die, & aliam pro defunctis, videlicet propter necessitatem nuptiarum. Item in Pascha, & Pentecoste, & in festo Ascensionis Domini, & S. Joannis Baptistae, & omnium Sanctorum, & in festo Apparitionis Domini. In istis solemnitatibus, & festivitibus supra proxime dictis, si omnes parochiani ad unam Missam simul non possunt convenire, eo quod in diversis locis habitant distantibus ab ecclesia, & remotis, sicut est in montanis, nec sunt in ecclesia duo sacerdotes, & dicta prima Missa.

ANNO CHRISTI 1184.

* Fuit, confessio. H.

(1) Romanæ. (2) poterit habere copiam sacerdotis. (3) deest usque ad si pollutio. (4) confessione facta a celebratione abstinere illa die maxime. &c.

ANNO
CHRISTI
1184.
* huj. poterit
turo

Missam postmodum parochiani venientes possulent Missam aliam sibi dici, poterit tamen sacerdos Missam aliam celebrare. Tamen si in prima Missa post receptionem corporis Christi & sanguinis, profusionem acceperit, non debet secundam Missam in prædictis casibus celebrare. Caveant sacerdotes, ne primam Missam de die dimittant in magnis locis & populosis celebrare, propter aliam quæ non sit de die illa: hoc salvo, quod de officio beatæ Mariæ singulis hebdomadis celebrando a nobis noscitur constitutum. Studeant etiam horas suas dicere juxta ecclesiam Nemaufensem.

(1) De veneratione ecclesiarum.

Quia quidam clerici ecclesias sic exponunt suppellectilibus, & arsinis ipsius, & etiam alienis, ut potius domus laicorum, quam Dei basilicæ videantur: idcirco firmiter prohibemus, ne hujusmodi suppellectilia seu arsinæ in ecclesiis admittantur, nisi propter bellum, aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes, ad eas oporteat habere, sic tamen, ut necessitate cessante res in loca pristina reportentur. Ligna, seu lapides ecclesiarum, in aliis usibus non ponantur, nisi in usibus ædificio, vel reparatione alterius ecclesie, vel hospitalis, seu claustris, dormitorii, vel in clausura cæmeterii, seu in alio honesto ædificio ad opus clericorum ecclesiis servientium deputato. In laicorum autem ædificiis seu usibus non ponantur. Et idem observetur de vestimentis, cortinis, & ceteris ecclesiasticis ornamentis: præcipientes, ut ecclesie vasa, altaris corporalia, pallæ altaris, vestimenta ministrorum, munda & nitida conserventur. Ad corporale autem lavandum habeatur proprium vas, in quo nihil aliud fiat, & lavetur per sacerdotem, aut diaconum tantum, & aqua ablutionis in ecclesia ubi conculcari non possit, recondatur. Vestimenta, & ornamenta ministrorum, ecclesiarum cruces, & calices benedicti, consecrari debent per episcopum, antequam Divino officio deputentur, nec post benedictionem debent a laicis contrectari Corporale, aut pallæ altaris, & vestimenta ministrorum ecclesie, si fuerint vetustate consumpta, & in aliis usibus ecclesiasticis non sunt apta, comburantur, & cineres eorum in ecclesia recondantur, ubi nullus transitum faciat, ne introeuntium pedibus conculcentur. Prohibemus, ne laici in ecclesia, vel extra, ad (2) processionem vel ad aliud Divinum officium utantur vestibus benedictis, nec laici qui nesciunt cantare, vel legere, infra cancellos in choro cum clericis stent, vel sedeant, dum Divina officia celebrantur: maxime ubi sunt impedimento clericorum, non possunt laici in choro commorari. Nec aliqua femina, seu monialis alia secularis, præsumat presbytero dum celebrat ministrare, vel juxta altare, vel infra cancellos sedere, dum Divina officia celebrantur. Item prohibemus ne in ecclesia consecrata, sanguinis aut (3) e-

* f. recursum habere.

* f. aut alia fac.

Amnis effusione polluta, priusquam per episcopum reconciliata fuerit, Divina officia celebrentur. Si vero in ecclesia non consecrata hæc fieri contigerit, aqua per presbyterum exorcizata protinus aspergatur, priusquam in ea Divina officia celebrentur; est tamen, quam cito fieri poterit, consecranda. Si autem in cæmeterio hæc fieri contigerit, ante reconciliationem per episcopum factam non sepeliantur in ea corpora defunctorum. Districte etiam prohibemus ut nullus præsumat ædificare ecclesias, cappellas, oratoria, hospitalia, vel alia loca religiosa, in diocesi Nemaufensi, seu altare erigere in ecclesia consecrata, sine nostra licentia speciali: præcipientes, ut quælibet ecclesie nostræ diocesis, calicem argenteum habeant cum patena; & alia vasa pulchra & nitida, Divino officio necessaria, atque apta. Item inhibemus, ne iudices sæculares, vel ballivi, officiales, seu nuncii curiæ sæcularis, in ecclesiis causas, lites, contentiones, seu placita audiant laicorum, nec in ipsis ecclesiis vel cæmeteriis præsumant aliqui choreas ducere, vel facere, vel dicere cantilenas. Item sub pena excommunicationis præcipimus, quod nullus laicorum, seu officialium curiæ sæcularis, aliquem hominem, vel bona ejus, seu res de ecclesia, cæmeterio, hospitali, vel domo religiosa, extrahat violentè, quantumcumque gravia maleficia, nisi publicus latro, vel nocturnus fuerit, depopulator agrorum, seu qui homicidium, vel mutilationem membrorum in ipsis ecclesiis, vel earum cæmeteriis committere non verentur, qui nisi per ecclesias ad quas fugiunt, crederent se defendi, nullatenus ipsa maleficia in ipsis ecclesiis, vel cæmeteriis, fuerant commissuri. In aliis autem casibus confugientes ad ecclesias, vel prædicta loca religiosa, cum rebus suis in eis existentibus, a rectoribus & clericis ecclesiarum defendantur, nec ab aliquo extrahantur sine nostra licentia speciali.

ANNO
CHRISTI
1184.

D (4) De alienatione rerum ecclesiarum, & obligatione ipsarum.

Prohibemus districte, ne quis prior, seu rector ecclesiarum nostræ diocesis, calicem, libros ecclesiasticos, vestimenta sacerdotalia, seu alia ornamenta ecclesiastica, aut res mobiles, aut arsinas domus, aut immobiles, ut domos, terras, vineas, prata, seu quaslibet alias possessiones, census, quartas, tascas, usaticas, & similia ad ecclesias pertinentia, præsumant permutare, vendere, dare, permutare in emphyteusim, seu in acap. concedere, vel quocumque alio modo alienare, absque nostra licentia speciali. Quod si fecerit, contractus non habeat firmitatem, & rem alienatam ipsi ecclesie restituere compellantur: districte præcipientes, quod ea quæ cum nostro consilio, occasione venditionis, seu permutationis, vel alienationis rerum ecclesiasticarum, habeant firmitatem, vel recepta in ecclesiarum utilitatibus committantur: prohibentes, ne

* Dist fecerit.

* Dist ali quid.

(1) De gubernatione ecclesiarum & aliarum rerum ipsarum detinenda sub custodia ne dissembantur. (2) prædicationem. (3) interfectionem polluta. (4) De non alienando vel locando bona ecclesiarum sine licentia Prælati.

ANNO CHRISTI 1184.
* Corr. al-
cuam.

ANNO CHRISTI 1184.
* Corr. nec

* Add. offer-
det vel quid
milit.

* Corr. sen-
tentiam

* Corr. ve-
ali cleric
in ep-

ne in ipsis ecclesiis presumat aliquis titulum alicui assignare sine nostra licentia speciali. Sed nec ad ipsas ecclesias ad collationem nostram spectantes, vel res, seu possessiones earum, aliquid fidem habendo, vel alio modo obliget pro debitis alienis, nec etiam pro se ipso, sine nostra licentia speciali, ultra centum solid. Turonens. quantitatem. Quod si fecerit, ad solutionem talium debitorum, ultra quantitatem predictam, successor vel ecclesia nullatenus teneatur: nisi creditor manifeste pecuniam in utilitatem ecclesie fuisse conversam; tunc enim volumus, & districte precipimus, quod in solidum persolvat, & hoc per ecclesias publicetur, ne creditores valeant defraudari. Prohibemus ne rector, seu prior alicuius ecclesie, per se vel per alium, emat de pecunia ratione ecclesie acquisita, possessiones, seu redditus suo nomine, seu etiam alieno: sed ad opus ecclesie emat, & ipsius nomine ecclesie faciat conscribere instrumenta. Qui autem contra predicta fecerit, tanquam fur & sacrilegus punietur, & penam amissionis ipsius beneficii poterit merito formidare. De iis autem & super his quae sub dominio, & jurisdictione ecclesiarum, clerici & laici tenent ad opus ecclesiarum, & nomine earundem, rectores eorum, si nondum factum est, faciant fieri recognitiones, & publica instrumenta, ut sic in futurum ecclesiarum utilitatibus caveatur. Verum quia considerandum est, & procurandum studio vigilantissimo, ut honor, & reverentia exhibeatur ecclesiis universis, & praecipue illis a quibus redditus percipiuntur & proventus: districte precipimus, ut priores & rectores ecclesiarum nostrae dioecesis, in edificiis, reparacionibus ipsarum, & domorum etiam earundem, in libris, ornamentis, & aliis Divino cultui necessariis, juxta facultates ecclesiarum studcant, cum opus fuerit, taliter se habere, quod eorum exemplo ad hoc ceteri invitentur, & fidei devotio augmentetur: maxime cum priores & rectores earum ad hoc cogi possint, & debeant, secundum canonicas sanctiones.

ne non manicis confutatis, aut sotularibus rostratis vel cordellatis, non utantur, nec fransis, sellis, pectoralibus deauratis: enses non deferant, nec cultellos acutos, nec lanceas, seu faliones, nisi forte ex causa probabili tuitionis, seu guerrae. Prohibemus districte ne clerici feminas secum teneant, de quibus suspicio incontinentiae possit esse. Sed rectores ecclesiarum matrem, sorores, amitam, vel alias consanguineas juvenes secum in domibus ecclesiarum tenere praesumant, & alibi, si pauperes fuerint, eis necessaria, si voluerint, subministrant. Quicumque autem clericorum manifeste secum tenuerit concubinam, ipso iure ab officio ecclesiastico noverit se suspensum, ita ut Missam non cantet, nec evangelium legat, nec epistolam, nec in choro stet eum aliis clericis, qui Divina officia celebrant. Sub poena excommunicationis inhibemus districte, ne clerici, per se truncationes membrorum faciant, aut (5) indicent interendas, licentiam sanguinis dactando, vel etiam profereudo, aut scribendo, nec in loco, in quotalia exercentur, dum sunt, interesse praesumant. Nullus quoque clericus in sacro ordine constitutus aliquam chirurgiae atem exercent, quae ad usionem, vel incisionem inducat, nec tabellionis fungatur officio in curia saeculari. Nulli clericis beneficiati, aut in sacro ordine constituti, procuraciones, seu bailias villarum, aut iudicaturas saecularium principum, recipere aut tenere praesumant, aut procuratores existere quorumlibet laicorum, vel tutores, curatores, seu advocati in curia saeculari, nisi pro se ipsis, & ecclesiis suis, & personis miserabilibus & consanguineis suis. Haec etiam omnia universis religiosis & sacerdotibus districte inhibemus, praecipientes ut clerici, & praecipue sacerdotes, sine rationabili causa & probabili, mercata seu nundinas non frequentent, & tunc incedant in decenti habitu, & honesto. Qui vero parochialem habet ecclesiam, non per vicarium, sed per se ipsum deterviat in ordine, quo ipsius ecclesiaeonus requirit, in ipsa personahiter residendo, sicut jura praecipiant & requirunt: inhabentes districte, ne sacerdotes, vel ii qui in episcopatu Nemausensi, causa faciendi moram alibi exeant, nec alienae jurisdictioni, aut iudicio alicujus iudicis non sui se subiciant, absque nostra licentia speciali. Hospitalitatem quoque in ipsis ecclesiis teneat secundum quod facultates ipsarum poterunt commode sustinere: praecipue circa fratres Praedicatorum, & Minorum, cum causa praedicationis, vel qualibet alia, ad eas connoigit declinare: eos enim praecipimus districte ab omnibus rectoribus ecclesiarum nostrae dioecesis caritative recipi, & benigne. Districte inhibemus ne sacerdotes, vel alii clerici, in annualibus, seu anniversariis, comedant carnes diebus mercurii, & sabbati, nec se inebrient, sed vinum sibi temperent, & bene ac modeste se habeant, & mature, atque recipiant & comedant pacifice, ac sine murmure, quod eis fuerit appositum, nec sibi faciant delicata cibaria preparari. Praecipientes

(1) De vita, & honestate clericorum.

UT clericorum mores & adus in melius reformentur, continenter & caste vivere studeant clerici universi, praesertim in sacris ordinibus (2) constituti. . . in conspectu Dei omnipotentis, puro corde ac mundo corpore valeant ministrare. A crapula & ebrietate omnes clerici abstineant diligenter, nec officia seu commercia saecularia exercere praesumant, maxime inhonesta: sed nec possessiones in pignus recipiant: in (3) vinis jocularibus, & histrionibus non intendant, & tabernas profus evitent, nisi causa necessitatis in itinere constituti: ad aleas & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint, nec ad luctas laicorum accedant: coronam & tonsuram habeant congruentem. se in officiis ecclesiasticis, & aliis (4) bonis studiis cum diligentia exercendo: pannis rubeis, aut viridibus,

ne non manicis confutatis, aut sotularibus rostratis vel cordellatis, non utantur, nec fransis, sellis, pectoralibus deauratis: enses non deferant, nec cultellos acutos, nec lanceas, seu faliones, nisi forte ex causa probabili tuitionis, seu guerrae. Prohibemus districte ne clerici feminas secum teneant, de quibus suspicio incontinentiae possit esse. Sed rectores ecclesiarum matrem, sorores, amitam, vel alias consanguineas juvenes secum in domibus ecclesiarum tenere praesumant, & alibi, si pauperes fuerint, eis necessaria, si voluerint, subministrant. Quicumque autem clericorum manifeste secum tenuerit concubinam, ipso iure ab officio ecclesiastico noverit se suspensum, ita ut Missam non cantet, nec evangelium legat, nec epistolam, nec in choro stet eum aliis clericis, qui Divina officia celebrant. Sub poena excommunicationis inhibemus districte, ne clerici, per se truncationes membrorum faciant, aut (5) indicent interendas, licentiam sanguinis dactando, vel etiam profereudo, aut scribendo, nec in loco, in quotalia exercentur, dum sunt, interesse praesumant. Nullus quoque clericus in sacro ordine constitutus aliquam chirurgiae atem exercent, quae ad usionem, vel incisionem inducat, nec tabellionis fungatur officio in curia saeculari. Nulli clericis beneficiati, aut in sacro ordine constituti, procuraciones, seu bailias villarum, aut iudicaturas saecularium principum, recipere aut tenere praesumant, aut procuratores existere quorumlibet laicorum, vel tutores, curatores, seu advocati in curia saeculari, nisi pro se ipsis, & ecclesiis suis, & personis miserabilibus & consanguineis suis. Haec etiam omnia universis religiosis & sacerdotibus districte inhibemus, praecipientes ut clerici, & praecipue sacerdotes, sine rationabili causa & probabili, mercata seu nundinas non frequentent, & tunc incedant in decenti habitu, & honesto. Qui vero parochialem habet ecclesiam, non per vicarium, sed per se ipsum deterviat in ordine, quo ipsius ecclesiaeonus requirit, in ipsa personahiter residendo, sicut jura praecipiant & requirunt: inhabentes districte, ne sacerdotes, vel ii qui in episcopatu Nemausensi, causa faciendi moram alibi exeant, nec alienae jurisdictioni, aut iudicio alicujus iudicis non sui se subiciant, absque nostra licentia speciali. Hospitalitatem quoque in ipsis ecclesiis teneat secundum quod facultates ipsarum poterunt commode sustinere: praecipue circa fratres Praedicatorum, & Minorum, cum causa praedicationis, vel qualibet alia, ad eas connoigit declinare: eos enim praecipimus districte ab omnibus rectoribus ecclesiarum nostrae dioecesis caritative recipi, & benigne. Districte inhibemus ne sacerdotes, vel alii clerici, in annualibus, seu anniversariis, comedant carnes diebus mercurii, & sabbati, nec se inebrient, sed vinum sibi temperent, & bene ac modeste se habeant, & mature, atque recipiant & comedant pacifice, ac sine murmure, quod eis fuerit appositum, nec sibi faciant delicata cibaria preparari. Praecipientes

(1) De vita etc. de enormis expresse hic prohibitis prout scribitur subsequens. (2) constituti quantum in conspectu (3) in omnes. (4) hanc studeant. (5) iudicent.

ANNO
CHRISTI
1184.

tes quod ibi legatur lesio a principio prandii, usque ad finem, ubi propter hoc conventus decem sacerdotum, vel plurium, congregatus est: & præcipue cum fuerint annualia in ecclesiarum domibus, sive claustris, ut sic ab illicitis confabulationibus compescantur, qui cupiunt in prandio loqui superflua, ac vana: non in fine prandii, fiat sermo, sive prædicatio, quia tunc non hora prædicandi conveniens, neque apta. Annualia quoque seu anniversaria non fiant in hebdomada sancta, nec in septimana sancta Paschali, nec in septimana Pentecostes, neque in septimana natalis Domini, nec in vigiliis, festivitibus B. Mariæ, nec in festivitibus Apostolorum, nec aliis diebus solemnibus, sive festis: sub pœna excommunicationis inhibentes, ne presbyteri pro faciendis annalibus seu anniversariis congregati, inter se vel aliis rixentur, seu verbis contumeliosis disputent, vel contendant, maxime post prandium, sicut quidam faciunt aliquando parati ad lites, & contentiones, & animo non modico crapulati, propter quæ vituperatur ministerium sacerdotum.

leg. vel
cum aliis

(1) De testamento.

ann. 1118.
can. 15.ann. 1117.
can. 1.Ex hincavit
sorte, Nar-
bonense esse
Tolosano po-
pulari: sed
falso, ut suis
locis ostendi-
mus.

IN Tolosano concilio noscitur constitutum, hoc faciat sub testimonio sui presbyteri, vel alterius ecclesiasticæ personæ, si proprius haberi non possit sacerdos, adhibitis bonæ opinionis viris, quos ad hoc voluerit advocare: & testamenta aliter facta non habeant vigorem, nec sint alicujus momenti. In concilio Narbonensi additum est, quod testator careat ecclesiastica sepultura, donec de hujusmodi mandati contemptu ecclesiæ per successores ipsius defuncti satisfactum fuerit competenter. Notario autem qui abique solemnitate superius expressa notare vel scribere præsumperit testamenta, vel ultimas voluntates, usque ad satisfactionem condignam introitus ecclesiæ denegetur: & hæc consimilia præcipimus observari. Volumus & mandamus secundum constitutionem Alexandri papa, ut relicta ad pias causas, quæ parochiani coram presbyteris suis, & tribus, vel duabus personis idoneis, fecerunt in extrema voluntate, firma debeant permanere: sub pœna anathematis prohibentes, ne quis præsumptione qualibet audeat recidere hujusmodi testamenta. Illi autem qui testamenta defunctorum publicare, & compellere quantum ad relicta ad pias causas, post competentem monitionem noluerint: excommunicationis sunt vinculo innodandi, sicut statutum fuit in concilio Narbonensi. Illud quoque irrevocabiler observetur, ut bona decedentium clericorum, quæ occasione ecclesiæ fuerint acquisita, nullus præsumat laicus occupare, aut illicite retinere: sed a utilitatem ecclesiæ conserventur, cuius intuitu fuerant acquisita. Licet autem mobilia per ecclesiam de jure in alios, pro arbitrio beneficiati clerici morientis, transferri non possint, consuetudinis tamen est non impro-

Abandæ, ut de bonis mobilibus ipsarum, pauperibus, & locis religiosis, qui clerico beneficiato viventi servierant, sive consanguinei sint, sive alii, aliqua juxta servitii meritum conferantur ab ipso infirmo, vel a successore suo solvantur, seu reddantur, secundum quod idem infirmus moderate duxerit ordinandum. Ceterum quæ ex hæreditate vel artificio, vel doctrina, vel dono consanguineorum, vel amicorum, vel alio quocumque modo, non habentia respectum ad ecclesiam, ad clericum pervenerint seculari, sive sit beneficiatus, seu non, distribuuntur pro arbitrio clerici decedentis: quia potest de iis licite condere testamentum, seu ultimam voluntatem. Si autem infirmus nil de iis ordinaverit, bona ipsa ad consanguineos devolvantur: & si consanguineos non habuerit, penes ecclesias, quarum rectores vel beneficiati fuerint, bona ipsa volumus remanere. Si nulla vero ordinatione vel dispositione facta de bonis suis decedentes clerici, consanguineos, vel ecclesias, seu beneficia non habuerint, bona ipsorum debent arbitrio sui episcopi ordinari. Ad hæc, quidquid habent clerici de bonis ecclesiasticis, deductis expensis honestis & necessariis, pauperum debet esse. Credimus de æquitate posse rationabiliter ordinari, & sic etiam ordinamus, & volumus observari in diocesi Nemaufensi: quod clericus beneficiatus in ægritudine constitutus, expensis necessariis usque ad fructus colligendos illius anni ad sustentationem ministrorum ecclesiæ sibi commissæ reservatis, & omnibus debitis ipsius ecclesiæ persolutis, quidquid mobile residuum fuerit intuitu ecclesiæ acquisitum, sive in pecunia, sive in rebus comestibilibus, sive animalibus, (2) sive bestiis, quæ agriculturæ illius ecclesiæ prius fuerant deputatæ, licite Christi pauperibus ante sui obitum dare possint. Et si eius archipresbyter præsens fuerit cum ipsius consilio (3) ista fiant, ad quod præsentem esse volumus, & vocari, si commode interesse possit. Verumtamen non credimus aliquem clericum beneficiatum posse percipere, quod post sui obitum conferantur, nisi aliquid & moderate sicut continetur superius (4) in illo.

(5) De sepulturis.

Sandis (6) patribus, & antiquis..... esse noscitur, ut unusquisque sepeliatur cum suis parentibus, qui certam non elegerit sepulturam. Nulli tamen negandum est, quin possit, ubicumque voluerit & discrete elegerit, sepeliri, ita tamen quod si in aliena ecclesia elegerit sepeliri, & de iis quæ sibi legaverit, & aliis, quæ occasione sepulturæ ipsius pervenerint ad eandem, parochialis ecclesia canonicam habeat portionem, videlicet tertiam partem secundum consuetudinem ecclesiæ Nemaufensis, exceptis casibus in quibus portio non est danda. Nullus tamen religiosus, vel clericus secularis, faciat pactum cum aliquo in sanitate constituto: sed nec aliquem in infirmitate, con-

(1) De testamentorum confessione & eorum solemnitate cum robore. (2) vel bestiis, exceptis illis bestiis quæ &c. (3) ista fiant, atque episcopum præsentem esse volumus & vocari. (4) in isto libro & capitulo. (5) De sepulturis eligendis per testatores & Parochialium permutatione. (6) sanctis & antiquis cognoscitur institutum.

ANNO CHRISTI 1149.

ANNO CHRISTI 1149.

Mindula
ha.

constitutum blanditiis, munulculis, sive do-
nis, vel deceptionibus indicat, ut in suo cœ-
meterio eligat sepulturam: quod si fecerit
pactum, non teneatur, nec electio sepul-
turse, quinimmo & corpus, & quidquid oc-
casionem sepulture ipsius perceptum fuerit,
totaliter parochiali ecclesie reddatur. Sive-
ro aliquis in sanitate, vel infirmitate de qua
non moritur, intrat aliquam religionem, se
& sua reddendo: non debet parochialis eccle-
sies de bonis ipsius habere canonicam portio-
nem (1). Idem dicendum est si infirmus in
una parochia facit se mutari in infirmitate
in aliam parochiam, & moritur de
illa ægritudine: quia sicut supra ecclesia pa-
rochialis debet habere canonicam portio-
nem, si quis assumatur in contrarium alicujus
loci religiosi, bonis suis retentis nec
oblatis, & ibi sepeliatur, parochialis eccle-
sia debet habere canonicam portionem. Ne
autem lites ex libris oriantur, sciendum
est, quod si parochianus alicujus ecclesie
transfert domicilium suum in aliam pa-
rochiam, & ibi moratur: erit statim pa-
rochianus illius ecclesie ad quam transfert
suum domicilium, & illi ecclesie subiectus
erit quoad jus parochiale; videlicet in Di-
vinis officiis audiendis, (2) oblationibus,
& pœnitentiis obtinendis, recipiendis sepul-
turis mortuariis, & recipiendis aliis
ecclesiasticis sacramentis. Et in his omni-
bus subtrahitur, & eximitur incontinenti per
translationem a jurisdictione ecclesie, in
cujus parochia ante translationem domici-
lii morabatur. Verum quia nullus debet
jurisdictionem alterius usurpare: prohibemus
districte, ne aliquis parochianos alterius re-
cipiat ad ecclesiastica sacramenta, nisi ad ba-
ptismum, & pœnitentiam, necessitatis arti-
culo imminente, vel nisi de licentia proprii
sacerdotis. Prohibemus etiam specialiter, ne
aliquis parochianus alterius in cœmeterio suo
sepelire præsumat, nisi ibi elegerit sepul-
turam. Quod si fecerit, corpus sepultum, &
omnia, quæ occasione ipsius percepti, eccle-
sies parochiali reddantur: nisi peregrinus
fuerit, vel viator de remotis, qui si alibi
sepulturam elegerit, potest licite sepeliri. Si
vero parochianus alicujus ecclesie, sive in
sanitate, vel in infirmitate, ad aliam pa-
rochiam vicinam iverit, seu transfulerit,
non domicilium mutandi causa, & ibi ali-
quo eventu sine electione sepulture mor-
tuus fuerit: sepeliendus ad suam parochia-
lem ecclesiam deportetur, vel sepeliatur in
illa parochia, in qua mortuus fuit, si pa-
rentes ejus, vel consanguinei, & sua pa-
rochialis ecclesia hoc duxerit concorditer
concedendum. Nec illa ecclesia, in cujus pa-
rochia mortuus fuit, potest querere canoni-
cam portionem ab ecclesia parochiali illius
defuncti, de iis quæ occasione sepulture,
vel legati, pervenerint ad eandem. Mulier
autem astante matrimonio, & etiam mor-
tuo viro suo, eligere potest, ubicumque vo-
luerit, sepulturam. Si vero sine electione de-
cesserit sepulture, sepeliatur in cœmeterio
ecclesie parochialis in sepulchro viri sui, si

A ipse mortuus fuerit, & in eodem parochia
sepultus.

*si sunt casus, in quibus deneganda est eccle-
siastica sepultura.*

Sunt autem quidam casus, in quibus de-
bet denegari ecclesiastica sepultura. Sci-
licet omnibus hæreticis, & excommunicatis
majori excommunicatione, & etiam immo-
ri, & interdictis. Item illis, qui in tornea-
mentis moriuntur. Item (3) uturariis, &
proconibus manifestis. Item omnibus illis,
quos manifestum constituit in mortali pecca-
to decessisse. Item illis qui se ipsos susce-
derunt, aut se gladio interfecerunt. Hæc
autem intelligenda, & servanda sunt, nisi
in morte manifesta signa pœnitentiæ appa-
ruerint; videlicet quia petiit presbyterum,
vel pœnitentiam, vel alia signa pœnitentiæ,
si amiserat jam loquelam. Et si talis erat
excommunicatus vel interdictus, & morte
præventus non potuit absolutionis beneficium
obtinere: potest, & debet absolvi post mor-
tem. Sed ab illo prælato, vel iudice absol-
vetur, per quem, dum vixerat, fuerit ab-
solvendus. Et ad probanda signa pœnitenti-
æ sufficit, ut dicunt fere omnes doctores,
unus testis, si plures ad hoc probandum non
poterunt inventiri. Verumtamen licet signa
pœnitentiæ præcesserint, si non fuerit in-
firmitate vel mortis articulo absolutus, non
debet ante absolutionem in cœmeterio eccle-
siastico sepeliri: sed juxta cœmeterium po-
ni poterit in aliquo ligneo monumento, vel
intra sepeliri, & postmodum cum debet
absolvi, debet exhumari, & absolvi in cœ-
meterio ecclesiastico sepeliri. Si vero corpus
alicujus excommunicati, in cœmeterio eccle-
siastico aliquo casu contigerit sepeliri: cum
de hoc plene constiterit, incontinenti exhu-
muletur, si ossa excommunicati discerni po-
terunt ab ossibus fidelium defunctorum: &
quousque cœmeterium reconciliatum fuerit
aspersione per episcopum solemniter benedi-
cta, non sepeliantur corpora defunctorum
in eo. Prohibemus autem districte, laicos
intra ecclesiam sepeliri, sine nostra licentia
speciali.

(4) De decimis, & primitiis.

Cum Dominus expresse dari præcipiat
decimas & primitias, atque solvi, &
nolentes solvere excommunicationis sint vin-
culo innodandi: districte præcipimus, ut
decimæ & primitiæ solvantur integraliter pa-
rochialibus ecclesiis, in quarum parochiis
prædia, ex quibus fructus proveniunt, fue-
runt constituta. Et debent solvi statim cum
fructus percipiuntur, & antequam inde se-
parentur centus, & tributa, vel quarta, vel
(5) talchæ. Si tamen primo fuerit facta
talis separatio, sicut agricola tenetur deci-
mare & primitiare quod sibi remanet; ita
dominus quod de acervo accepit non deci-
mare, vendat acervum bistorum non deci-
ma-

(1) addit. Si vero in infirmitate de qua moritur religionem intrat, de bonis sibi ab ipsa parochiali ecclesia a qua sumptus est, debet habere canonicam portionem. Idem &c. (2) oblationibus, dationibus &c. (3) uturariis & pro-
conibus. (4) De Decimis & primitiis debentibus parochialibus ecclesiis. (5) talchæ.

ANNO
CHRISTI
1164.ANNO
CHRISTI
1164.

matum, vel aliam rem non decimatam, de qua decima debet solvi: potest ecclesia petere decimam a venditore, si voluerit, vel etiam ab emptore, quia res transit cum onere suo ad quemlibet possessorem. Decimæ autem agrorum, hœdorum, (1) caseorum, lanæ, porcellorum, & pullorum, ecclesiis quibus debentur, fideliter persolvantur: agnos tamen, hœdos, porcellos, & pullos, non dare debent deteriores, nec meliores tenentur solvere, sed debent dare mediocres: vel sicut transeunt per ostium, vel sub virga, & ille qui decimus veniret, pro decima habeatur. De primitiis vero dicimus, & juri esse consentaneum reputamus, & sic in Nemaufensi diœcesi præcipimus observari: quod primitiæ ecclesiæ, illi dentur de proventibus, seu fructibus prædiorum decimæ persolvantur, cum non debeat una eademque (2) ecclesia censeri. Nomine autem primitiarum, seu pro primitiis, ad minus sexagesima pars de vino, & blato, ecclesiis debet solvi: non obstantibus aliquibus compositionibus, seu consuetudinibus, quæ a sede apostolica non fuerint approbatæ. Non tamen prohibemus quin priores, & rectores quarundam ecclesiarum nostræ diœcesis, observent, si voluerint, antiquas consuetudines ecclesiarum suarum, quæ consueverunt recipere & habere a parochianis certam quantitatem vini, vel bladi pro primitiis annuatim. Sub pœna excommunicationis prohibemus, ne priores, seu rectores ecclesiarum Nemaufensis diœcesis, sive sint regulares, sive sint sæculares, occasione decimarum, vel primitiarum inter se cum clericis, nec etiam cum laicis occasione quolibet præsententur; nec aliquis clericus a possessione percipiendi decimas, vel primitias, vel alios quoslibet fructus, possessorem seu possidentem præsumat auctoritate propria spoliare. Si quis contra præsentem prohibitionem possessionem alterius in hoc casu invadere præsumperit: fructus, quos per invasionem seu per violentiam abtulit, ipso facto amittat, & restituat: spoliato in expensis, quas spoliatum ob hoc fecisse constituerit, condemnandus, etiam si jus proprietatis percipiendi decimas hujusmodi, & primitias, vel alios redditus temporales, noscatur ad spoliatoris ecclesiam, vel ad hæreditatem propriam pertinere, gravius etiam, si culpæ qualitas postulaverit, puniendus. Non enim iustum est, neque bonum, quod aliquis jus in causa propria sibi dicat. Sed si contra aliquem, prior seu rector alicujus ecclesiæ, pro decimis & primitiis habuerit quæstionem coram nobis, vel archidiacono, seu officiali, vel archiepiscopo nostris, seu aliis personis ecclesiasticis communiter ex utraque parte electis, seu secundum jurisdictionem vel amabiliter suam justitiam prosequatur, generaliter prohibentes, ne super primitiis, vel aliis juribus spiritualibus, clerici in laicos compromittant, quamvis in ipsos laicos de rebus temporalibus valeat compromitti. Districte etiam prohibemus, ne clericus bladium, (3) horologia, vel quolibet alia decimare præsumant, nisi præsentem

* Hic aliquid
deest.* Corr. hor-
dea

abus & ad hæc vocatis dominis rerum illarum, de quibus decima ecclesiis debet dari: nisi super hoc domini requisiti, malitiose noluerint interesse, nec decimandi excedant debitam quantitatem.

(4) De sponsalibus & matrimonio.

Sponsalia sunt promissio futuri matrimonii contrahendi. Debent autem contrahi post septennium: & si ante septimum annum completum contracta fuerint, non habent aliquam firmitatem. Tamen si adveniente & completo septimo anno, consenserint sponsalibus prius contractis: ex tunc ratificari incipiunt, & valere. Ætas vero ad matrimonium contrahendum est in masculo quartus decimus annus completus, & in puella duodecimus. Ut autem diversis periculis circa matrimonium evitentur, statutum fuit in concilio generali, & sic præcipimus observari: ut matrimonia non contrahantur clandestino, sed cum fuerint contrahenda, in ecclesiis per presbyteros publice proponantur competenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit, legitimum impedimentum opponat: & ipsi presbyteri nihilominus intelligant, utrum aliquid impedimentum obstitat. Cum autem probabili apparuerit conjectura, vel impedimentum contra matrimonium contrahendum: contractus matrimonii interdicatur expresse, donec quid fieri debeat, manifestis constiterit documentis. Sane parochialis sacerdos, qui tales conjunctiones inhibere contempserit, aut quilibet regularis qui eis præsumperit interesse, per triennium ab officio suspendatur: gravius puniendus, si culpæ qualitas postulaverit. Sed illis qui taliter copulari præsumperint, condigna penitentia injungatur. Districte autem inhibemus, ne aliqui, qui sponsalia contraxerint, seu promissionem fecerint de matrimonio contrahendo, præsumant cum aliis contrahere secunda sponsalia, seu matrimonium, nisi prius a vinculo priorum sponsalium fuerint absoluti. Et si aliquis, vel aliqua, contraxerit secunda sponsalia, vel matrimonium, contra promissionem super primis sponsalibus prius præstitam veniendo temere: tale secundum matrimonium nec denunciatur in ecclesia, nec taliter nubentibus detur benedictio nuptialis sine nostra licentia speciali, quia nolumus quod talis malitia remaneat impunita. Quia vero sponsalia & matrimonia indiscrete multoties contrahuntur, aliquando per simplicitatem, & juris ignorantiam aliquorum, & aliquando propter excogitatum malitiam atque fraudem: de multis impedimentis pauca quæ frequentius sunt in usu, hic ponimus: volentes ut possimus in talibus occurrere periculis, & peccatis.

Sciendum est igitur, quod si quis contraxerit sponsalia cum aliqua muliere tempore legitimo ad sponsalia contrahenda, scilicet septimo anno completo, sicut superius continetur, sive ipsam accipiat in uxorem, sive non: nunquam postea aliquam

(1) asinerorum. (2) ecclesia diverso jure censeri. (3) horologia. (4) De sponsalibus cum matrimonio inter fœdus in ecclesiis more debito.

ANNO
CHRISTI
1729.ANNO
CHRISTI
1729.

liam de contanguitate ipsius mulieris desponsata habere poterit in uxorem, nec mulier desponsata illa aliquem de contanguitate illius viri desponsari habere poterit in maritum. Item si aliquis desponsaverit aliquam in uxorem, & antequam eam cognoscit carnaliter, vel matrimonium cum ea contrahat, eius contanguitatem cognovit carnaliter; non debet postmodum cum illa quam desponsaverat, neq; cum aliqua de contanguitate ejus, matrimonium contrahere; & si contraxerit, debet matrimonium separari. Item si aliquis alicui mulieri fidem dederit, vel promiserit quod eam recipiet in uxorem, si post talem promissionem cognoverit eam carnaliter: non potest ea vivente cum alia matrimonium contrahere, immo debet compelli quod eam teneat in uxorem, & maritali affectione pertractet, si alia rationabilis causa non impediatur, quare ipsam habere non debeat in uxorem. Item nullus debet sponsalia, vel matrimonium contrahere cum aliqua de consanguinitate sua in primo & secundo, tertio vel quarto gradu: quod si fecerit, debet matrimonium separari. Si vero aliquæ personæ attinent sibi ex una parte in secundo, tertio, quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis, vel ex alia veto parte in quinta linea transversali: licite potest inter eas matrimonium celebrari. Qui autem votum emittunt vel faciunt de religione intranda, seu castitate servanda, matrimonium contrahere prohibentur. Item nullus debet contrahere matrimonium cum sua commatre, vel filia sua spiritali: quod si fecerit, debet matrimonium separari. Item si quis contraxerit matrimonium cum filia compatris sui, non tamen cum illa filia, per quam contracta est compaternitas, sed cum alia: licet sit honestum a tali conjugio abstinere, non tamen est propter hoc matrimonium separandum. Item nullus debet contrahere matrimonium cum illa, quam suis manibus baptizavit; quod si fecerit, debet matrimonium separari. Item nullus debet contrahere matrimonium cum illa, quam pater ejus baptizavit; & si fecerit, erit matrimonium separandum. Item omnes filii & filiae compatrum duorum, vel duarum commatrum, sive ante compaternitatem, sive post geniti fuerint, possunt inter se matrimonialiter copulari. Illa tamen persona excepta per quam compaternitas est contracta, quia illa persona nunquam potest copulari alicui filiorum patris sui spiritalis. Verum utrum aliquis duas commatres possit habere uxores, unam post aliam, aliquando ab aliquibus dubitatur. Super quo considerandum est diligenter, an compaternitas contrahatur post contractum matrimonium, sive ante. Nam si ante, ut verbi gratia, uxor tua, antequam cum ipsa matrimonium contraheres, & eam cognosceres carnaliter, tenuerat infantem alterius mulieris in baptismo, seu confirmatione: mortua uxore tua tu poteris matrimonium contrahere cum illa commatre uxoris tuæ: & si in hoc casu duas commatres, unam post aliam, habere poteris in uxores. Si vero uxor tua postquam fuit a te carnaliter

cognita, suscepit infantem alterius mulieris, illa cujus infans suscipitur, ethetur tibi commater per factum uxoris tuæ: & ideo mortua uxore tua non poteris illam habere in uxorem. Et e contra eandem compaternitatem uxori acquiri intelligas per maritum, & in hoc casu duas commatres non poteris habere in uxores. Si vero filium uxoris tuæ, quem de alio viro generavit, aliqua mulier in confirmatione tenuerit, seu baptismo: illa mulier est commater uxoris tuæ, & non tua: & ideo mortua uxore tua, talem commatrem ejus habere poteris in uxorem. Idem est, si filius tuus ab aliquo suscipiatur, quem genuisti de alia muliere. Et ita in hoc casu aliquis duas commatres poterit habere in uxores, & aliqua duos compatres, unum post alium, in maritos. Nunc videndum est utrum adulter cum adultera matrimonium contrahere possit. Et quidem si aliquis adulterat cum aliqua conjugata, & ipsa, vel ipse adulter, machinatur in morte mariti ipsius adulteræ, vel uxoris ipsius viri adulteri, ad hanc intentionem ut adulter & adultera contrahant matrimonium postmodum: si mors propter hoc fuerit affecta, non debent inter se matrimonium contrahere: quod si fecerint, debet matrimonium separari. Item si adulter promiserit adulteræ, quod ducet eam in uxorem post mortem uxoris ipsius adulteri, si est conjugata; vel post mortem mariti adulteræ, si est conjugata: si ante, vel post fidem datam, vel promissionem factam de matrimonio inter se contrahendo, prædictus adulter cognovit carnaliter prædictam adulteram vivente marito ipsius adulteræ, vel uxore ipsius adulteri, nunquam possunt nec debent inter se matrimonialiter copulari: quod si fecerint, erit matrimonium separandum. Item si adulter contraxerit matrimonium de facto, quia de jure non potuit, cum adultera quæ tenebat infum habere aliam uxorem; si ante, vel post contractum de facto matrimonium inter ipsos, prædictus adulter cognovit carnaliter prædictam adulteram vivente marito ipsius adulteræ, vel uxore ipsius adulteri, si est conjugata, nunquam debent inter se matrimonialiter copulari mortuo marito ipsius adulteræ, vel uxore ipsius adulteri: non debent in contractu matrimonio de facto remanere. Si vero nullus istorum trium casuum supra proxime dictorum intervenerit, & adulter mortua uxore sua, vel mortuo marito adulteræ, contraxerit matrimonium, quoniam jus polluerat per adulterium, non debet propter hoc matrimonium separari. Inhibemus quoque districte ne aliqua mulier, absente viro tuo quantorumque annorum numero causa peregrinationis, vel ex quacumque alia causa absens fuerit, præsumat contrahere aliud matrimonium, donec ei constet quod vir ejus decessit ab hac vita. Et si contrahere voluerit, ejus parochialis sacerdos fieri nullatenus permittat id: & idem in viro decreverimus observandum. Si tamen aliqui contra prohibitionem nostram matrimonium contrahere præsumperint, (1)

ad

(1) ad nos mittentur litteræ ipsorum quod fuerit mediante iustitia tractandum, ut &c.
Concil. General. Tom. XXIV. M m 2

ANNO CHRISTI 1584.

ANNO CHRISTI 1584.

ad nos mittantur, ut super hoc fiat quod A
 fuerit mediante iustitia faciendum. Prohi-
 bemus autem, ne aliquis sacerdos personas
 ignotas de remotis venientes matrimoniali-
 ter copulare presumat, sive ambæ ignotæ
 fuerint, sive altera illarum, nec etiam hu-
 jusmodi matrimonium faciendum denunciet
 in ecclesia, nisi de nostra licentia speciali.
 Si vero personæ contrahentium clandestina
 matrimonia notæ fuerint, & ea voluerint
 in facie ecclesiæ publicare, nihil causa ra-
 tionabilis impediatur, videlicet consanguini-
 tas, vel aliud legitimum impedimentum,
 ab ecclesia recipienda sunt, & comprobanda,
 tanquam a principio in conspectu Ec-
 clesiæ contracta: ita scilicet quod confitean-
 tur publice coram sacerdote, & aliis pluri-
 bus personis, se matrimonium contraxisse:
 vel si de novo matrimonium contrahant de
 præsentibus, eisdem detur benedictio nuptialis,
 prius tamen in iuncta pœnitentia, pro eo
 quod clandestine contraxerunt. Rursum in-
 terdicimus districte, & sub pœna excommu-
 nicationis, ne pro benedictionibus nubentium,
 vel exequiis mortuorum, seu ceteris
 ecclesiasticis sacramentis, a presbyteris vel
 clericis aliquid exigatur prætextu etiam ali-
 cuius consuetudinis, quæ dicenda sit potius
 corruptela, sed gratis & liberaliter conse-
 rantur omnia sacramenta ecclesiastica: gra-
 tianter tamen, & cum gratiarum actione pos-
 sunt postea recipere quæcumque sponte ipsis
 fuerint præsentata. Item prohibemus, ne
 aliquis parochialis sacerdos recipiat ad ma-
 trimonium contrahendum parochianum al-
 terius, ignorante proprio sacerdote. Si ve-
 ro sponsus & sponsa de diversis parochiis
 fuerint, matrimonium poterunt contrahere,
 & benedictionem nuptialem, in quacumque
 ecclesia voluerint: proviso quod litteras vel
 certos nuncios suorum presbyterorum ha-
 beant & ostendant, continentes quod in
 ecclesiis, quarum sunt parochiani, matri-
 monium denunciatum fuerit contrahendum,
 & quod ipsi presbyteri nullum sciant, vel
 audierint impedimentum, quo minus legiti-
 me possit matrimonium celebrari. Licet au-
 tem parochianus ecclesiæ alicujus eximatur
 a jure parochiali personæ ecclesiæ, per transla-
 tionem domicilii in parochiam alienam:
 nihilominus fiat denunciatio matrimonii
 contrahendi in illa ecclesia, in cujus paro-
 chia volentes matrimonium contrahere lon-
 gam fecerint moram, & in illa in quam
 suum transfulerunt domicilium, & moran-
 tur: maxime, si de novo se transfulerunt
 in parochiam alienam. Verumtamen quia
 verba inutilia, & inconvenientia multoties
 ab aliquibus proferuntur tunc, cum datur
 benedictio nuptialis: præcipimus, quod in
 fine Missæ aræ benedicantur, & detur be-
 nedictio nuptialis. Quia sæpe contingit, quod
 propter aliqua impedimenta, sponsus, &
 sponsa volentes matrimonium contrahere,
 tarde post celebrationem Missæ ad eccle-
 siam veniunt, & benedictionem nuptialem
 postulant sibi dari: licet Missam non au-
 dierint illa die, detur eis benedictio nup-
 tialis. Honestum tamen est, quod si potest
 fieri commode, Missam prius audiant, &

in fine Missæ benedictionem accipiant nup-
 tialem. Sunt autem quedam tempora, in
 quibus solemnitates nuptiarum fieri non de-
 bent, nec dari benedictio nuptialis: videli-
 cet ab Adventu Domini usque ad octavas
 (1) Paschæ completas, & a tribus diebus
 ante Ascensionem Domini, usque ad Do-
 minicam primam post Pentecosten. Et in
 ipsa Dominica post Pentecosten, & deinceps,
 possunt nuptiarum solemnitates legitime
 celebrari.

*De sententia excommunicationis, & interdicti,
 & quomodo sanus & infirmis beneficium
 absolutionis sit impendendum.*

Quia periculosum est, maxime prælati
 & ecclesiarum rectoribus, in subditos ma-
 joris excommunicationis sententiam promul-
 gare: prohibemus ne aliquis prior, seu re-
 ctor, cappellanus alicujus ecclesiæ Nema-
 lensis diocesis, aliquem majori excommu-
 nicatione presumat generaliter, vel specia-
 liter excommunicare, etiamsi alicui per lit-
 teras nostras mandemus, quod aliquem per
 centuram ecclesiasticam coerceat: quia tale
 mandatum, cum ipsum aliquando facimus,
 extendi volumus tantummodo ad senten-
 tiam interdicti: quam sententiam interdicti,
 rectores & sacerdotes ecclesiarum parochia-
 lium curam animarum habentes proferre
 poterunt auctoritate sua iusta de causa,
 cum viderint expedire. Dicitur autem ma-
 jor excommunicatio, cum dicit prælatus,
 excommunico te: & tali excommunicato
 nullus debet in aliquo participare, nisi in
 casibus superius notatis, quia talis excom-
 municatio major separat excommunicatum
 a communione fidelium, & participatione,
 ac perceptione sacramentorum. Minor au-
 tem excommunicatio dicitur, cum quis
 communicat excommunicato majori excom-
 municatione: & tunc participans excom-
 municato, est remotus a perceptione sacra-
 mentorum: ita non debet recipere Eucha-
 ristiam, vel alia sacramenta, quousque fue-
 rit absolutus. Interdictum dicitur, cum di-
 cit prælatus, interdico te, vel dicit, sup-
 pono te ecclesiastico interdicto; vel inter-
 dico, seu prohibeo tibi ingressum ecclesiæ,
 & talis interdictus, & ille qui est majori
 excommunicatione ligatus, non debent in-
 trare ecclesiam, quamdiu sunt in sententia:
 sed nec juxta ecclesiam stare, quando Di-
 vina officia celebrantur, nec debent recipere
 aliqua sacramenta ecclesiastica. Sententia
 suspensionis dicitur, quando prælatus di-
 cit clerico, suspendo te ab officio: & non
 debet tunc taliter suspensus aliquod officium
 principaliter facere in ecclesia, sed potest
 intrare ecclesiam, & audire cum aliis of-
 ficium in choro: si tamen suspensus est
 ab officio Missæ, tunc præter Missam po-
 test alia Divina dicere, & audire, & per-
 cipere, ac conferre alia ecclesiastica sacra-
 menta. Quia vero superius diximus, quod
 rectores, & sacerdotes ecclesiarum possunt
 proferre sententiam interdicti: caveant &
 diligenter attendant, quod sive mandato
 nostro, sive auctoritate propria, sententiam pro-

ita si can-
tum.

ergo si tan-
tum.

(1) Epiphaniæ, & a Septuagesima usque ad octavam Paschæ.

ANNO CHRISTI 1184.

ANNO CHRISTI 1184.

proferre voluerint interdicti, generaliter, vel specialiter, ipsam in scriptis proferant, & causam expresse conscribant, propter quam interdicti sententia proferatur, & eam scriptam in manibus teneant, & legant cum proferunt: quam sententiam formare poterunt in hunc modum. Cum ego P. rector, vel cappellanus talis ecclesie Nemausensis, monuerim semel, secundo, & tertio, ut de talibus decimis, & pecunia, is satisfaceret, seu legatis, vel tale quid faceret ut teneretur, & ipse non curaverit obedire: ideo propter ejus contumaciam, in scriptis suppono eum ecclesiastico interdicto, vel dicat sic, in scriptis ei ingressum ecclesie interdicto: & sic dicit, cum vult interdiceri aliquem nominatim. Si autem in genere velit terre sententiam interdicti, dicit sic. Cum ego rector, vel cappellanus talis ecclesie, monuerim generaliter omnes in tali ecclesia primo, secundo, & tertio, ut quicumque talem talem fecerit, vel ignem apposuerit, vel tale furtum commiserit, ut satisfacerent in die tali jam elapso, & nullus satisfacere curaverit, ideo eum vel eos, qui predicta fecerint, in scriptis suppono interdicto ecclesiastico. Sciendum tamen est, quod ille, qui proferit talem sententiam, debet & teneretur exemplum scripturae hujus sententiae ei, qui interdictus fuerit, tradere infra mentem post diem laze sententiae, si fuerit requisitus: super qua receptione debet fieri publicum instrumentum, vel litterae testimoniales confici sub sigillo authentico consignatae. Qui autem non servata forma predicta sententiam tulerit interdicti, per mensem unum ab ingressu ecclesie, ac Divinis, ipso jure noverit se suspensum, prout in decretali nova plenius continetur, & ad expensas, & omne interesse condemnabitur interdicto: nihil minus alia poena condigna juxta superioris arbitrium punietur. Caveat ergo quilibet, ne predictam suspensionis poenam incurrat: quoniam si contigerit aliquem sic suspensum Divina officia celebrare, vel exequi sicut prius, videlicet Missam cantando, evangelium, vel epistolam legendo, seu alias canonicas horas inchoando, orationes, & capitula principaliter dicendo in ecclesia, irregularitatem incurret secundum canonicas sanctiones, super qua non nisi per summum pontificem poterit dispensari. Et quia periculosum est propter predicta, interdicti sententiam promulgare: praecipimus consulendo, quod ad ferendam sententiam predictam non sint aliqui nimis prompti, & semper praecedat trina monitio coram testibus sententiam interdicti. Prohibemus autem, ne excommunicato majori excommunicatione, aliquis clericus, vel laicus scienter communicare praesumat in oratione, cibo, potu, vel osculo, nec salutet eum: quod si fecerit, minorem excommunicationem incurret: & tali excommunicato communicans, ante absolutionem non poterit, sine mortali peccato recipere ecclesiastica sacramenta; potest tamen reconciliari a simplici sacerdote absque juratoria cautione. Si vero ille cum quo participat excommunicatus esset cum omnibus participantibus suis, vel communicantibus

sibi, vel si eidem excommunicato majori excommunicatione scienter communicet, praestando ei consilium, auxilium, vel favorem, in facto illo, seu crimine, pro quo est excommunicationis vinculo innodatus: majorem excommunicationem incurrit ille, qui tali excommunicato taliter communicat, & debet absolvi praestito juramento, nec potest absolvi nisi per illum judicem, qui excommunicavit eum, cum quo participat in cibo, oratione, potu, osculo, salutatione, vel dando ei in eo pro quo excommunicatus est, consilium, auxilium vel favorem excepto mortis articulo, in quo quilibet excommunicatus potest absolvi, etiam a simplici sacerdote vel clerico, sicut inferius continetur. Ille autem qui communicat ei, qui propter participationem alicujus excommunicati, sicut dictum est, excommunicationis vinculo est innodatus, nullam propter hoc excommunicationem incurrit, quia in tertiam personam excommunicatio nulla transit. Si vero duos presbyteros simul, propter participationem alicujus excommunicati, minori contigerit tantum excommunicatione ligari: credimus quod alter alterum nihilo minus absolvere possit. Sunt autem quaedam personae quae sine poena minoris excommunicationis possunt participare, seu communicare illis, qui majore excommunicatione sunt ligati, dum tamen non communicent in crimine pro quo sunt excommunicati. Predictae personae in quodam capitulo Gregorii intimantur: videlicet uxores, quae possunt communicare maritis excommunicatis sine poena minoris excommunicationis. Item filii in patris potestate, possunt participare patribus suis excommunicatis. Item servi & ancillae, sicut sunt Saraceni baptizati, & Saracena baptizatae, qui & quae possunt participare dominis suis excommunicatis. Item servientes, sicut sunt bubulci, pastores, portarii, pedisequi, & consimiles personae, quae servant pro mercede dominis suis, quae possunt dominis suis excommunicatis communicare; si tamen ipsi domini, excommunicati fuerint postquam predictae personae incepserunt stare cum eis: quia non obstante sententia excommunicationis debent eis servire usque ad terminum suum, sed ultra non remanere cum eis, nisi ante fuerint absoluti: quod si fecerint, minorem excommunicationem incurrent. Item possunt participare dominis suis excommunicatis, consanguinei, nepotes, vel (1) nutriti: qui cum ipsis dominis ante excommunicationem morabantur, & si ab eis recederent, unde viverent non haberent. Verumtamen si filii, uxores, nepotes, consanguinei, servi, ancillae, bubulci, pastores, & personae consimiles superius nominatae, excommunicatae fuerint: credimus quod patres, mariti, & domini predictarum personarum, eas teneantur vitare quamdiu excommunicatae fuerint, quia citius propter hoc absolvi procurabunt. Illi autem qui communicant alicui excommunicato, nescientes quod excommunicatus esset, non incurrant minorem sententiam excommunicationis. Item peregrini, & viatores, qui transeunt per terram excommu-

Id facti nonnulli ad aliam ecclesiam: vide 1. Tb. 4. d. 17. q. 3. 4. 5.

(1) marit.

ANNO CHRISTI 1284

ANNO CHRISTI 1284

nicatorum, possunt ab eis emere necessaria sua, & vidualia, si non invenient alios non excommunicatos a quibus emere possint. Item si excommunicatus petat eleemolynam, cum non habet unde vivat, potest sibi dari causa sustentationis ne pereat fame, & etiam indumenta ne frigore moriatur: & ille qui dat, & qui communicat hac de causa, non incurrit minorem excommunicationem, immo bene facit. Item si excommunicatus debet alicui aliquid, potest petere ab eo debitum sine aliqua pena. Item potest quilibet monere excommunicatum, quod se absolvi faciat, & loqui cum eo de correctione, & aliis, quæ pertinent ad salutem animæ excommunicati: & licet tunc verba alia incidentia forsitan interponat, ut apud eum magis proficiat, non ideo minorem excommunicationem incurrit. Si vero aliquis clericus, vel laicus, minori excommunicatione ligatus tantummodo sit, videlicet quod participavit simpliciter cum excommunicato, qui non erat excommunicatus cum participantibus suis: tutius facit si non intraverit ecclesiam, nec dixerit officium suum cum aliis in choro, si clericus est, antequam fuerit absolutus. Si tamen intraverit ecclesiam causa orandi, cum ibi nihil dicitur, præsertim ecclesiam non consecratam: non videtur peccare taliter, quia minori excommunicatione ligatus, non est remotus nisi a receptione sacramentorum, quæ nec recipere, nec ministrare debet. Presbyter qui in tali excommunicatione scienter celebrat, peccat graviter; sed nullam propter hoc irregularitatem incurrit. Peccat etiam, si consecrat ecclesiastica sacramenta: sed ab eo collata, virtutis non carent effectu, cum propter talem minorem excommunicationem non videatur esse remotus a collatione sacramentorum, sed a receptione, sicut superius in eodem titulo est expressum. Item si aliquis clericus sciens se esse excommunicatum majori excommunicatione, vel etiam interdictum, aut suspensum ab officio, Divina officia ante abolutionem celebrare præsumperit principaliter, scilicet cantando Missam, evangelium, seu epistolam, vel in ecclesia alias horas canonicas, orationes, seu capitula dicendo, in ecclesia ea (1) efficiendo: irregularitatem incurrit, super qua non nisi per summum pontificem poterit dispensari. Debent tamen extra ecclesiam nihilo minus dicere officium sub silentio horas suas clerici excommunicati majori excommunicatione, & interdicti, si sunt in sacris ordinibus constituti. Suspensus vero ab officio tantum, poterit intrare ecclesiam, & cum aliis clericis officium suum simpliciter audire, non principaliter dicere: sicut superius circa principium hujus tituli est tractatum. Ad hæc si excommunicatus publice majori excommunicatione ecclesiam intret, dum Divinum officium celebratur: moneatur publice quod exeat. Et si exire noluerit, officium dimittatur, nisi sacerdos canonem incoeperit: quia tunc debet perficere officium

jam inceptum. Sed omnes alii, qui tunc in ecclesia fuerint, debent exire de ecclesia, præter ipsum presbyterum celebrantem, & unum, vel duos clericos, qui pro serviendo ei presbytero possunt & debent remanere. Completo autem canone, & sumpto corpore & sanguine Jesu Christi, excommunicato præseente non est in Missa amplius procedendum, (2) sed in ecclesia... & excommunicatus noluerit de ecclesia exire, potest requirere dominum sacularem, quod ipsum expellat. Et potest, & debet etiam talis excommunicatus, propter talem rebellionem seu contumaciam suam iterum excommunicari a suo prælato, & denunciari publice excommunicatus: nec debet ab hujus sententia absolvi nisi per sedem apostolicam, sicut est in Valentino concilio (3) constitutum. Verum si occultum est, illud esse excommunicatum majori excommunicatione quod intrat ecclesiam, & est ibi aliquis qui secreto sciat eum esse excommunicatum: monendus est ab eo secreto, quod (4) exeat caute de ecclesia, ille qui scit secreto ipsum esse excommunicatum: ita quod alii, qui cum excommunicatum ignorant, non possint hoc cognoscere: quia cum occulte sciat ipsum esse excommunicatum in occulto, (5) vitandus est ab eo, ut saltem verecundiæ rubore confusus pro (6) patenti excessu satisfacere compellatur. In publico autem seu manifesto, talis occulte excommunicatus vitari non debet, ne propter ipsius peccatum excommunicatio aliis reveletur. Eodem modo si sacerdos sciat pro certo aliquem esse excommunicatum majori excommunicatione, non debet eum vitare publice, seu manifeste, in ecclesia vel extra, nisi possit per testes, vel alio modo legitime hoc probare; tunc enim potest & debet eum vitare publice, licet talis excommunicatus nondum sit in ecclesia vel per ecclesiam, publicatus. Sed si per testes, vel alio modo legitimo, non potest sacerdos probare eum excommunicatum, videlicet quia ipse solus vidit, vel cum uno socio tantum, vel ipse in secreto hoc sibi revelavit: debet eum monere secreto, & vitare secreto, ita quod a nemine cognoscatur, sicut superius proximo est expressum. Item si dicatur alicui sacerdoti in ecclesia, vel extra, quod aliquis parochianus suus sit excommunicatus, quia percussit clericum, vel alia de causa: licet plures hoc asserant, non tamen sacerdos debet eum tanquam excommunicatum vitare in ecclesia, vel extra, nisi coram eo & testibus confessus fuerit, vel nisi publica fama fuerit eum esse excommunicatum, vel nisi sacerdos hoc viderit, & probare possit, vel nisi aliquis iudex ecclesiasticus sibi mandaverit, quod eum tanquam excommunicatum faciat vitari. Quamvis enim aliqui velent coram sacerdote probare, talem esse excommunicatum: non debet tamen sacerdos auctoritate sua testes super hoc recipere, cum super hoc non habeat potestatem. Sane quia aliquando ex-

*f. moraliter

*Ann. 1248. c. 17.

(1) Causa efficiendi. (2) Sed si ecclesie rector jurisdictionem habeat temporalem potest expellere ipsum... si non habeat jurisdictionem, & jam excommunicatus noluerit exire ecclesiam, potest etc. (3) constitutum. Et hæc servanda sunt pro illo qui publice & nominatim est excommunicatus. Verum etc. (4) exeat ecclesiam; & si monitus exire noluerit exeat caute etc. (5) vitandus. (6) patenti.

ANNO
CHRISTI
1189.ANNO
CHRISTI
1189.

communicatur aliquis a diversis iudicibus iurisdictionem in eum habentibus, & pro causis diversis: si fuerit ab uno de illis iudicibus pro una causa absolutus, adhuc tamen tanquam excommunicatus vitandus est, quousque ab omnibus iudicibus, a quibus teneatur excommunicatus, fuerit absolutus. Si autem ab uno iudice tantum, pro causis diversis, & pluries fuerit excommunicatus, & ille iudex absolvat eum, una causa tantummodo in absolute expressa: adhuc remanet excommunicatus, & vitari debet, donec de omnibus causis, pro quibus excommunicatus fuerat, satisfecerit, & fuerit pro omnibus absolutus. Excommunicatos quoque, & nominatim interdictos, sive a nobis, sive ab aliis quibuscumque iudicibus fuerint excommunicati, vel interdicti, per totam nostram diocesim ab omnibus regularibus, & secularibus (1) exemptis; districte precipimus vitari in Divinis officiis, & ecclesiasticis sacramentis, quia nullis possunt apostolicis privilegiis se tueri, quo minus excommunicatos, & nominatim interdictos teneantur, & debeant in Divinis officiis vitare. Quod si Templarii, & Hospitalarii, vel alii regulares quicumque, etiam exemptos vel nominatim interdictos recipere presumpserint ad Divina, vel ecclesiasticam sepulturam, vel celebrare in ecclesia interdicta: ecclesiam, in quibus ista presumpserint, subiaceant interdictio, salvo privilegio Templariorum, & Hospitaliorum, quibus a sede apostolica est indultum, ut semel in anno ad ecclesiasticum officium admittantur in ecclesia interdicta, ita tamen quod tunc non sepeliantur ibi corpora defunctorum. Sunt hæc omnia in (2) concilio Lateranense, & in decretali Alexandri papæ tertii continentur. Illi enim qui in ecclesiis interdictis presumpserint scilicet Divina officia celebrare: ab officiis, & beneficiis sunt suspendendi. Cum aliquam civitatem, villam, seu castrum, supponi contigerit ecclesiastico interdictio: omnibus parochianis illius loci negentur ibi omnia ecclesiastica sacramenta, præter baptismum parvulorum, & poenitentias morientium, & corpus Christi, quod non debet decedentibus, in poenitentia denegari. Et ideo permittitur est ecclesiarum ministris tempore talis interdicti, non pulsatis campanis voce submissa, januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis: semel in hebdomada Missarum solemniter celebrare causa conficiendi corpus Domini, quod, ut dictum est, non est decedentibus in poenitentia denegandum. Recipientibus etiam signum crucis non est tempore talis interdicti poenitentia, cum eam postulaverint, deneganda: quod etiam servari debet in aliis peregrinis. Clerici quoque decedentes, qui servaverint interdictum, in cæmeterio ecclesie sine campanarum pulsatione, cessantibus solemnitatibus omnibus, tempore talis interdicti cum silentio tumulentur. In conventualibus etiam ecclesiis tempore talis interdicti, bini & bini, vel simul tres, horas canonicas valent legere potius, quam cantare, januis clausis, interdictis & excommu-

nicatis exclusis, & voce demissa, quod exterius audiri non possit. Si autem clerici alicujus loci, qui locus ob culpam hominis, vel domini ejusdem loci, est suppositus interdictio, ad alia loca non interdicta advenierint, vel se transtulerint: licite possunt audire Divinum officium in locis non interdictis, & etiam Divina officia celebrare. Volumus etiam, & concedimus, ut cum a nobis aliqua ecclesia nostræ diocesis, ob culpam rectoris vel prioris ejusdem, fuerit interdictio supposita, conferantur nihilominus ibidem omnibus parochianis ejusdem ecclesie omnia ecclesiastica sacramenta, præter Missas, & alias horas canonicas, quas prohibemus in ipsa ecclesia, quandiu interdicta fuerit, celebrari. Et si tunc aliquem parochianorum ejusdem ecclesie mori contigerit: sine campanarum pulsatione, & cessantibus aliis solemnitatibus, quæ sunt in ecclesia in exequiis mortuorum, simpliciter mittatur infra ecclesiam, & postmodum in cæmeterio tumuletur: & hæc ex gratia concedimus, ut laicorum scandalum evitetur. In hoc etiam casu, parochiani illius ecclesie a nobis interdictæ poterunt audire alibi Divina officia, si ad alias ecclesias accesserint, quæ non sint suppositæ ecclesiastico interdictio. Ultimo videndum est qualiter, & a quibus, infirmi excommunicati vel interdicti, in mortis articulo sint absolventi. Et quidem si infirmus, vel aliquis alius in mortis articulo constitutus, excommunicatus vel interdictus fuerit, occulte vel manifeste, propter violentam manuum injectionem in clericos factam, vel propter (3) violationem ecclesiarum, incendium, furtum, contumaciam, vel propter quamlibet aliam causam, sive sit excommunicatus, vel interdictus a papa, archiepiscopo, episcopo, iudice delegato, sive a quolibet alio iudice: absolvat eum sacerdos, sive sit ejus parochianus, sive non, vel etiam quilibet clericus, si sacerdos haberi non potest, servando diligenter abolitionis formam, quæ inferius continetur. Si enim propter violationem ecclesiarum, incendium, furtum, rapinam, decimas, primitias, legata, debita, talas, forstada, vel propter damna alicui contra justitiam illata; infirmus autem in mortis articulo constitutus, sit excommunicatus occulte, vel interdictus, & occulte sibi petat a sacerdote abolitionem & poenitentiam exhiberi: præcipiat ei sacerdos occulte antequam eum absolvat, quod, si habet rem illam, incontinenti restituat, vel ejus pretium, si illa res haberi non poterit: & restituatur per illum sacerdotem suppresso nomine poenitentis, & si in toto non potest satisfacere, faciat juxta posse. Et præcipiat suis hæredibus, quod si de illa infirmitate contigerit ipsum mori, ad cognitionem sacerdotis satisfaciant pro eodem: & recepto juramento ab ipso infirmo interdictio, vel excommunicatio, quod ita abie mandatis ecclesie, absolvat eum occulte sacerdos dicendo psalmum, *Miserere mei Deus, vel Deus miserere nostri. & Kyrie eleison, Pater noster. Saltem fac servum tuum Domine. Domine exaudi orationem meam. Domine.*

Later. III.

(1) Exemptis & non exemptis. (2) Lateranensibus conciliis. (3) Ablationem, violationem Ecclesie.

ANNO
CHRISTI
1584.ANNO
CHRISTI
1584.

minus vobiscum. *Oremus Deus cui proprium est (1) misereri.* Postea dicat: *Auctoritate qua fungor, absolvo te ab omni vinculo (2) excommunicationis, quo ligatus eras pro tali facto, & precipio tibi, quod de cetero talia vel consimilia facere non presumas.* Si autem propter gravem infirmitatem, mortis periculum excommunicato imminet, & occasione restitutionis faciendæ non potest differri absolutio sine periculo magno: si excommunicatus restituendi habeat voluntatem, recipiat statim sacerdos ab ipso excommunicato juramentum de stando mandatis ecclesiæ, & absolvat eum precipiendo sibi occulte in virtute præstiti juramenti, ut quam cito commode poterit satisfaciat juxta posse, & quod precipiat suis hæredibus, quod satisfaciant pro eodem. Si vero talis infirmus occulte interdictus, vel excommunicatus, tam pauper sit, quod non habeat in toto, vel in parte, unde satisfacere possit: recepto ab ipso juramento de stando mandatis ecclesiæ, injungat ei sacerdos quod si convaluerit, & ad pinguiorem fortunam pervenerit, satisfaciat juxta posse, & absolvat eum juxta formam prædictam. Ceterum si manifestum est, vel fuerit, aliquem infirmum excommunicatum esse vel interdictum propter rapinam, decimas, primitias, debita, vel aliqua alia, ad quorum restitutionem vel emendam tenetur: precipiendum est ei manifeste, quod restitutionem, vel solutionem incontinenti (3) faciat. Quod si forte non habet rem, quæ debet restitui, nec ejus pretium, vel non est præsens ille cui restitutio faciendæ: recipiat sacerdos firmam securitatem ab ipso infirmo per fidejussores, seu pignora, quod ipse vel hæredes sui, restitutionem vel emendam faciant juxta posse. Facta securitate recipiat sacerdos nihilo minus publice juramentum ab excommunicato vel interdicto, quod stabit mandatis ecclesiæ, vel judicis, si propter hoc a iudice excommunicatus erat: & absolvat eum juxta formam prædictam. Si autem talis infirmus manifeste excommunicatus, vel interdictus, tam pauper sit, quod nec ad restitutionem, vel in toto, vel in parte, possit satisfacere, nec securitatem præstare recepto juramento ab ipso de stando mandatis ecclesiæ, vel judicis, si propter hoc a iudice excommunicatus erat: injungat ei in virtute præstiti juramenti, quod si convaluerit, & ad pinguiorem fortunam venerit, satisfaciat juxta posse de eo, pro quo est excommunicatus, & absolvat eum juxta formam prædictam. Si autem infirmus fuerit, excommunicatus propter contumaciam, videlicet quod citatus a iudice noluerit stare juri, vel iudicio comparere: recipiat sacerdos simpliciter juramentum ab ipso coram testibus, quod stabit mandatis illius judicis, qui eum excommunicavit. Quo recepto absolvat eum juxta formam prædictam, & precipiat ei, quod si convaluerit, compareat quam cito commode poterit, coram illo iudice, facturus quod ac jure tue-

rit faciendum. Si vero propter verberationem clerici, vel alicujus religiosæ personæ, infirmus excommunicatus sit: recipiet sacerdos similiter juramentum ab eo, quod stabit mandatis ecclesiæ, & absolvat eum, precipiendo sibi quod si convaluerit, accedat personaliter ad dominum papam, vel ejus legatum, mandatum ipsius humiliter recepturus. Si tamen talis excommunicatus sit senex, vel (4) femina, vel unum pedem tantum habens, vel puer infra quartum decimum annum constitutus: prædicto juramento ab ipsis, & absolute exhibita, precipiendum est eis, quod si convaluerint, ad suum episcopum accedant ejus mandatum humiliter recepturi. Ne vero ipsum infirmum, licet absolutum, mori contigerit nulla satisfactione præstita clerico de injuria, venia non petita: precipiat sacerdos eidem, quod ab ipso clerico, si præsens commode haberi potest, petat veniam de injuria, quam sibi fecit, & etiam alia damna, si quæ propter hoc passus est. Vel si non posset incontinenti (5) de expensis, & damnis datis satisfacere clerico injuriam passio: precipiat infirmus suis hæredibus, quod de prædictis satisfaciant pro eodem. Si autem excommunicati in infirmitate, juxta formas prædictas fuerint absoluti, & recuperata sanitate facere noluerint, quod jurant: mittantur ad nos cum litteris, de absolute obtenta & juramento præstito continentibus veritatem, ut ad faciendum quod jurant, per censuram ecclesiasticam compellantur. Veruntamen licet aliquis excommunicatus, sanus vel infirmus, de parendo mandatis ecclesiæ vel judicis præstiterit juramentum, vel aliam cautionem: non est tamen communicandum eidem, quousque fuerit absolutus.

(6) *De perjurijs & penis ipsorum.*

Quia ex frequenti & incauta juratione perjurium sæpe contingit: statutum est in jure, & nos precipimus fortiter observari, ut nullus clericus præsumat jurare absque nostra licentia speciali, nisi super publicationibus testamentorum, & (7) causis ecclesiarum tuarum, in quibus damus eis jurandi licentiam generalem. Statutum est etiam in clero Nemausensi, ut quicumque in transgressione juramenti manifeste fuerit deprehensus, in ecclesia denunciatur perjurus. Quod si admonitus satisfacere noluerit, tunc excommunicetur candelis accensis, & pulsatis campanis, singulis diebus Dominicis, & festivis, & denunciatur interstabilis, & infamis, nec ad testimonium, vel ad alios aditus legitimos admittatur. Et hanc penam precipimus frequenter in ecclesia publicari. Sed nolumus quod aliquis sacerdos aliquem parochianum suum denunciaret perjurum, vel infamem: nisi a nobis, vel archidiacono nostro, seu officiali nostro, vel alio iudice mandatum super hoc receperit speciale. Statutum est etiam in concilio Avenionensi per leg-

ANNO
CHRISTI
1584.

(1) misereri tempore & parere; inscipe deprecationem, & famulum tuum quem delictorum & excommunicationis causa constringit, miseratio tua pietatis absolvat. Per communicationem & precipio a sententia excommunicationis a qua &c. (2) Faciat juxta posse, & si non potest incontinenti facere, quod iure &c. (3) femina, cæcus, aut persona habens unum pedem. (4) debet expensis, damnis datis satisfacere; si haberi non possit clericus injuriam passus, precipiat &c. (5) De perjurijs commisis, & penis easimponendis caude. (7) Causis propriis, vel ecclesiarum.

ANNO
CHRISTI
1184.ANNO
CHRISTI
1184.

legatum sedis apostolicæ celebrato, contra A
publice perjuros, seu convictos de perjurio,
& eos, qui pertinaciter in excommunicatio-
ne per sex menses permanerint, pro eo
quod sunt faciles homines ad perjuriam; &
ad censuram ecclesiasticam contemnen-
dam: ut nulli episcoporum liceat absol-
vere huiusmodi excommunicatos, qui per
sex menses excommunicationem sustinue-
rint animo indurato; sed ad sedem apo-
stolicam absolvendi, sicut sacrilegi & in-
cendiarii, transmittantur. Perjuri vero,
præter aliam satisfactionem, ut dictam se-
dem apostolicam adeant, in penitentia
injungatur. Si forte clerici fuerint, in utro-
que casu ab officio & beneficio ecclesia-
stico penitus repellantur: ad quorum neu-
trum restitui valeant, nisi per summum
pontificem, vel legatum ipsius. Et hoc
statutum præcipimus per ecclesias publicari,
ne aliquis possit postmodum per ignorantiam
excusari.

volentes paganos, Iudeos, seu quoscumque
alios infideles, ad baptismum venire compel-
lat. Si quis autem eorum ad Christianos
causa suscipiendæ fidei confugerit: postquam
voluntas ejus fuerit ecclesiæ patefacta, Chri-
stianus efficiatur, absque contradictione &
calumniâ aliquorum, & etiam dominorum:
nec a possessionibus, seu aliis bonis suis,
propter hoc ullatenus excludatur. Baptizati
tamen servitia debita & consueta non mi-
nus debent propriis dominis exhibere: si ta-
men eorum domini fuerint Christiani, quia
in hoc casu servi remanent post baptismum.
Tamen si eorum domini Iudæi fuerint, vel
alii infideles; baptismus a talium domini-
orum servitio ipsos penitus liberavit.

(4) Post omnia supradicta ponantur hic qua-
dam capitula non habentia titulis
speciale.

(I) De perfidiis Iudæis.

Præcipimus ut Iudæi in Nemausensi dice-
cesi commorantes, omni tempore in medio
pætoris (2) rotam portent, ut per hanc a
Christianis discernantur: & in diebus lamen-
tationum, & Dominicæ passionis, in publi-
cum non procedant: nec occasione puero-
rum suorum nutriendorum, vel alia quali-
bet causa, nutrices, seu servientes teneant
in domibus suis Christianas: & si contra
præsumperint, omnibus Christianis inhibea-
tur districte, ne cum eis audeant aliquod
commercium exercere. Interdicimus quo-
que, ne Iudæi ipsi in diebus Dominicis &
festivis, præsumant publice operari; & ne
carnes suas vendant, vel eas comedant pub-
lice in Quadragesima, seu aliis diebus, in
quibus ab etu carniû abstinent Christiani.
Quod si contra prædicta fecerint, Christiano-
rum participatio, seu communio, usque ad
satisfactionem condignam, eis in commer-
ciis & omnibus aliis denegetur. Sub poena
excommunicationis inhibemus, ne quis Chri-
stianorum, carnes resutatas a Iudæis in
macello Christianorum præsumat vendere,
vel alibi infra villam, præcipientes, ut om-
nes Christiani vitent convivia Iudæorum,
nec eos ad convivium recipiant: quia cum
ipsi apud Christianos cibis communibus non
utantur, indignum, atque sacrilegum est eo-
rum cibos a Christianis sumi, cum ea quæ
(3) Domino Jesu permittente nos sumi-
mus, ab illis judicentur immunda. Nullus
etiam Christianus, vel Christiana, azyma
Iudæorum manducet, aut cum eis in eadem
domo habitet, nec aliquem eorum pro me-
dico in infirmitatibus vocet, aut aliquam
medicinam recipiat, aut cum eis balneo se-
layet: nec eis supra Christianos bailivix,
aut aliqua publica officia committantur, ne
in Christianos occasionem habeant servien-
di. Christiani vero qui non servaverint præ-
dicta, monitione præmissa, excommunicatio-
nis sententiæ supponantur. Item volumus,
& districte præcipimus, ut nullus invitos vel

Districte prohibemus, ne aliquis recto-
riam, seu vicariam alicujus ecclesiæ sita: in
diocesi Nemausensi, præsumat ab aliquo re-
cipere, nisi nobis prius fuerit præsentatus,
& a nobis illius ecclesiæ curam receperit
animarum. Inhibemus autem, ne aliquis cu-
ram animarum alicujus ecclesiæ a nobis sibi
commissam, vel committendam, singulis an-
nis in synodo beati Lucæ (5) præsumat
usque ad aliam synodum ejusdem festi bea-
ti Lucæ dimittere, nostra licentia non ob-
tenta. Præcipientes districte, quod rectores,
vel sacerdotes parochiani, singulis annis ad
utramque synodum veniant, & stent in sy-
nodo beati Lucæ cum cappis rotundis, &
in synodo Paschali cum superpellicis, in
ecclesia dum synodus celebratur. Inhibemus
ne aliquis præsumat curam duarum eccle-
siarum recipere, nec etiam exercere sine no-
stra licentia speciali, nisi una dignoscatur
ex altera pendere. Item prohibemus ne ali-
quis prior, vel rector alicujus ecclesiæ sive
regularis fuerit, sive etiam secularis, præ-
sumat in ecclesiam suam ponere aliquem cap-
pellanum ad curam animarum exercendam,
sine nostro consilio & consensu. Item in ec-
clesiis parochialibus, in quibus monachi ha-
bitant, populus per monachos non regatur,
nec singuli monachi per quascumque po-
nantur ecclesias parochiales, sed in majori
conventu, aut cum aliquibus fratribus suis
mancant, sicut est in Lateranensi concilio
constitutum. Præcipientes autem auctori-
tate domini papæ, qua fungimur in hac par-
te, quatenus statuta super rememoratione
monachorum a felicis recordationis domino
Gregorio papa edita, monachi studeant ob-
servare. Inhibemus quoque, ne ab abbati-
bus, vel quibuscumque regularibus, seu se-
cularibus clericis nostræ diocesis, novi cen-
sus imponantur, nec veteres augeantur, nec
partes redditum præsumant suis utilitatibus
applicere, nec portionem debitam & anti-
quam clericorum, qui per eos ad ecclesiam
præsentantur, diminuant; nec ecclesias, cum
vacaverint, propriis usibus applicent, ad quas
consueverint clerici seculares pro rectoribus,
seu perpetuis vicariis, præsentari. Si quis
vero

* f. factas.
Vid. Concil.
N. b. ann.
1187. cap. 2.
Et Biter.
ann. 1186.
cap. 38.

Later. III.
c. 10.

* f. commora-
tione.

(1) De Iudæis & vita eorum ut valeant omnibus diebus discerni. (2) Rotam. (3) Apostolo permittente. (4) De
repeccatis ad ecclesiarum titulum, non præsumendo possessionem sive impetraverit licentia confirmatoris etiam
cura synodali. (5) Præsumat vel quod ad aliam synodum ejusdem festi beati. &c.
Concil. General. Tom. XXIV.

ANNO
CHRISTI
1184.* 111. no.
tit.* f. regul.
univ. h.

vero contra fecerit, irritum, quod egerit, A
habeatur. Item prohibemus districte, ne ali-
quis futuros redditus alicujus ecclesie nostrae
diocesis emat, recipiendo ad firmam ipsam
ecclesiam cum redditibus ipsius ecclesie sub
certo pretio, sine consilio & assensu: ni-
si prior, seu rector illius ecclesie, ad stu-
dium theologiae ire voluerit: & tunc etiam
regularibus, vel laicis, ad firmam ecclesiam
etiam ante factum concedere non praesumat.
Item prohibemus, ne aliquis prior seu re-
ctor alicujus ecclesie Nemaufensis diocesis,
praesumat tenere aliquem sacerdotem alterius
diocesis: nisi prius eum cum litteris testi-
monialibus sui episcopi praesentaverit coram
nobis. Item inhibemus, ne aliquis presby- B
ter qui professionem fecerit, seu obedientiam
regularem, licet nondum habitum suscep-
erit, praesumat sine nostra licentia curam
animarum exercere in diocesi Nemaufensi:
districte praecipientes, quod regulares conver-
si, sive clerici, sive laici fuerint, dele-
rant habitum regularem, & vivant (1) sine
proprio, atque casto. Item prohibemus, (2)
ne cappellani parochialium ecclesiarum nos-
trae diocesis, a parochianis suis in infirmi-
tate constitutis donationes recipiant bono-
rum suorum: nisi eis aliqua consanguinita-
tis linea sint conjuncti, vel nisi nomine (3)
ecclesiarum donationes receperint supradic-
tas: quia in fraudem ecclesiarum, & ipso- C
rum etiam infirmorum, qui tales donatio-
nes cappellanis seu sacerdotibus parochialibus
faciunt, multoties ab ipsis sacerdotibus oc-
culte haec procurantur fieri sub specie cari-
tatis. Sub poena excommunicationis & sus-
pensionis officii districte praecipimus omnibus
sacerdotibus nostrae diocesis, ne damna da-
ta, seu forisfacta, sibi, ut aliis restituant,
in poenitentia restituta, differant restituere,
vel sibi retinere praesumant, sed illis resti-
tuant integraliter sine mora, & fraude, qu-
ibus est restitutio facienda. Qui autem con-
tra haec fecerit, comperta super hoc verita-
te, quae receperit, cum verecundia compella-
tur reddere, & tantundem pauperibus ero-
gare: & si restituere, vel de poena satisfacere
nequiverit, alia poena gravi juxta nos-
trum arbitrium punietur.

Quia pro certo didicimus quod quidam
clerici, ob amorem & gratiam clericorum
amicorum suorum, vel etiam laicorum, pos-
siones aliorum violenter invadunt, vinde-
miando vineas, segetes & fructus alios col-
ligendo, atque aliquos occasione hujusmodi
frequenter verberant, & etiam vulnerant,
propter quod contra clericos magnum scan-
dalum in populo generatur: haec sub poena
excommunicationis fieri districte prohibe-
mus. Et si quis contra fecerit, fructus, E
quos de possessionibus aliorum, contra quos
quaestionem non habet, ob amorem & gra-
tiam alicujus collegerit, reddere compelle-
tur. Et si plures hoc simul fecerint, unuf-
quisque totaliter compellatur, donec plene,
quod oblatum est, fuerit restitutum: & alia
poena juxta nostrum arbitrium a nobis ni-
hilo minus punietur. Qui vero occasione in-
vasionis praedictae vel alia de causa ob gra-

tiam & amorem alterius, vulnerare aliquem,
seu verberare praesumpserit: de nostra dio-
cesi expellatur, graviore poena, si culpae qua-
litas postulaverit, puniendus: nec restitu-
tur, donec passo injuriam satisfecerit (4) pe-
nenti. Quidam clerici sibi dono vel pretio
a laicis cedi faciunt actiones, ut adversarios
ad ecclesiasticum forum trahant, & eos,
quousque cum eis composuerint, fatigent la-
boribus, & expensis: quod fieri de cetero
prohibemus. Eleemosynarum quaesitores, quo-
rum quidam se alios mentiando, abusiones
nonnullas in sua praedicatione proponunt,
admitti, seu recipi, nisi apostolicas, seu no-
stras, vel domini archiepiscopi Narbonensis
litteras veras exhibeant, prohibemus: & tunc
praeter id quod in ipsis litteris continetur,
nihil populo proponere permittantur; nec
cartelli, seu cedulae recipiantur ab eisdem,
nec remissiones factae per alios, quam per
dominum proprium, vel dominum Narbo-
nensem archiepiscopum, seu per nos, in ec-
clesia recitentur; nec cruces, seu aliquas re-
liquias populo ostendere permittantur, nec
ab eisdem quaesitoribus occasione faciendi qua-
estam aliquid requiratur.

Praecipimus quod festa, quae tam a cle-
ricis, quam a laicis Nemaufensis diocesis,
ecclesia praecipit coli, & etiam venerari,
non frangantur occasione elemosynae, piis
locis vel pauperibus erogandae. Item ad tol-
lendam quorundam dubietatem de celebra-
ndo festo beati Matthiae, & jejunii quatuor
temporum in Septembri, statutum fuit in
Concilio Narbonensi, ut semper in anno Bis-
sextili posteriore die celebretur festum S.
Matthiae, & in quarta feria, quae tertia pro-
ximo primo mense Septembri occurrerit, je-
junia quatuor temporum celebrentur.

Statuimus praecipiendo, quod quilibet pres-
byter, in principio sui presbyteratus, faciat
fieri & habeat vestes sacerdotales proprias,
cum quibus valeat, cum mortuus fuerit,
sepeliri.

Prohibemus districte, ne aliqui clerici Ne-
maufensis diocesis, ab alieno episcopo se
permittant vel faciant ordinari, sine nostra
licentia, & assensu: quod si fecerint, exe-
cutionem ordinis non habebunt, ad quem
non restituentur, quousque condignam ege-
rint poenitentiam de transgressione hujusmo-
di & contemptu.

Quia parochialis sacerdos erga parochia-
nos, in omnibus suis actibus atque dictis,
patientem se debet ostendere, & benignum,
ut per ipsius sacerdotis vitam laudabilem,
& humilitatis exemplum eos invitet ad de-
votionem Divini officii, & peccatorum suo-
rum confessionem eidem sacerdoti libentius
& securius faciendam: districte inhibemus,
ne aliquis sacerdos parochialis praesumat te-
meritate qualibet, suam parochianam vel
parochianum verberare, aut eis verba con-
tumeliosa & injuriola dicere, per quae pra-
sumi possit, eos furtum, adultrium, seu
alia crimina commisisse. Quia illi qui talia
verba dici audiunt a parochialibus presbyte-
ris, credunt de facili esse vera, cum pec-
cata parochianorum suorum audierint in pe-
ni-

(1) Tamen proprie atque &c. (2) ne Parochiani cappellani. (3) Ecclesiarum & ipsorum etiam infirmorum qui
tales donationes &c. (4) competeret.

ANNO
CHRISTI
1184.

ANNO CHRISTI 1284.

ANNO CHRISTI 1284.

nitentia, quod verbo, signo, nutu, non de-
bet alicui revelare. Presbyter vero qui con-
tra presentem prohibitionem nostram facere
presumpserit, ab illa parochia, in qua illa
commiserit, removebitur: nec ibi, nec ali-
bi recipiet curam animarum, donec de tan-
to excessu dignam egerit penitentiam, &
passis injuriam satisfecerit competenter.

Districte precipimus, ut in illis locis, in
quibus post sonitum campanæ seu buccinæ,
de nocte laici ire sine lumine prohibentur,
clerici eandem prohibitionem debeant ob-
servare. Alioquin pœnis, quæ propter hoc
laicis imponuntur, eos volumus subjacere:
quas per cappellanos locorum illorum, nomi-
ne nostro ab ipsis clericis exigi volumus, &
mandamus. Et si eam noluerint solvere re-
quisiti, eandem pœnam duplicatam solvere
compellentur. Et idem de banno fructuum
districte precipimus observari, ut per hoc
laicorum scandalum evitetur, & clerici ab
illieitis arceantur.

Cum ex officii nostri debito teneamur ex-
cellus corrigere subditorum, ne sanguis ip-
sorum de nostris manibus exigatur, & pub-
lica utilitatis interlit, ne crimina maneant
impunita: volumus, & sub pœna excommu-
nicationis precipimus districte, ut si quis
clericus homicidium, sacrilegium, incen-
dium, vel furtum, in nostra diocesi ma-
nifeste repertus fuerit, vel aliquem atrociter,
nisi fecerit defendendo vulnerasse, capi-
piatur per archidiaconum, si presens fuerit,
vel per archipresbyterum; vel si archipres-
byter presens non fuerit, per priorem cano-
nicum, vel per rectorem, seu cappellanum
illius ecclesie, in cujus parochia prædicta
crimina commissa fuerint, capiatur, & cap-
tus apud Nemausum ad nos per clericos ad-
ducatur, adjunctis aliquibus laicis, si opus
fuerit ad violentiam repellendam, si forte
per aliquos inferri timeretur.

Districte precipimus quod clerici conju-
gati volentes gaudere privilegio, coronam,
& tonsuram publice portent, si tamen bi-
gami non fuerint; vilia non exercent, nec
portent vestes rubeas, vel virgatas.

Item prohibemus... Hic desit codex Labbei,
cetera supplentur ex cod. Camaldulensium.

Item prohibemus ne creditores
seu cartas super debitis confectas
presumant manifeste & occulte retinere,
postquam debitis ejusdem credito-
ribus fuerit satisfactum, quod si fe-
cerint, excommunicabimus, quod statutum
est in Narbonensi concilio In Nar-
bonensi concilio fuit sub obtestatione inhi-
bitum & præceptum Principibus & baronis,
bajulivis & consulibus, ut si contingat ali-
quem laicum pro injuria dicto vel tacto il-
lato vel pro aliqua questione eccle-
siastica excommunicari per ordinarium vel
judicem delegatum, vel aliter pro tali cau-
sa puniri, ad res vel bona ejus clerici vel pa-

rentum suorum occasione prædicta manus
suas extendere non præsumant, aut interdi-
cere furnum, molendinum aut aliquid aliud
commercium commune; quod si fecerint,
nisi legis timore moniti cessaverint, excom-
municationis vinculo debent innodari. Et
hoc per ecclesias laicis intimeret publice sta-
tuit Concilium Valentinum, quod &c.

Item statutum est in concilio Narbonen-
si, ut clerici occasione patrimonii sui vel
personæ &c. felicitis recordationis do-
mino Honorio summo pontifice excommu-
nicationis sententia est prolata contra omnes
statutarios & scriptores statutorum, quæ
sunt contra Ecclesie libertatem, nec non
contra potestates, consules, rectores, consi-
liarios locorum. Ut hujus statuti constitu-
tiones editæ fuerint & servatæ nec non con-
tra illos qui secundum ea presumpserint ju-
dicare, vel in publicam formam scribere
in & hoc per apostolicæ
tur, quia colligatores seu conjura-
tores, quorum nomine censentur, reprobata
sunt canonibus & constitutionibus vel con-
ciliorum sacrorum per legatos sedis aposto-
licæ in partibus & provinciis istis omnino in-
terdictæ & cassatæ, & excommunicatio lata
in fautores sicut in Valentino concilio con-
tinetur. Ideo prædictis conciliis inhaerendo,
audoritate prædictorum conciliorum districte
prohibemus, ne aliqui conjuratores, colliga-
tores seu alias quascunque fide vel
juramento seu firmitate qualibet interposi-
tis vel contra ecclesiam per-
sonas seu ecclesiasticam potestatem pœnas
timentes superius consiliiis canoni-
bus hoc est in ecclesiis publice
proponendum.

Quia periculosum est omnibus sententiam
excommunicationis incurrere &
sustinere animo indurato, districte præcipi-
mus sacerdotibus ecclesiarum Parochialium
universis, ut parochianos suos publice mo-
neant, & frequenter singulis annis ne cul-
pa sua se permittant excommunicationis vin-
culo se innodari, denuntiando eis quod
cumque post legitimam admonitionem se ex-
communicari permiserint, in novem libras
& unum denarium Turonensem punientur,
sicut statutum fuit per dominum Ludovicum
regem Franciæ in consilio amia ce-
lebrato, quod stiam approbatam
magnificetur ejusdem paro quod si
per annum continuum in excommunicatio-
nis sententia permanserint, bona eorum om-
nia cadent in commissum, sicut ab illustri
domino Ludovico rege Francorum filio præ-
dicti domini Ludovici fuit constitutum &
præceptum observari in provincia Narbonen-
si, super quo litteras tuas patentes dedit,
& ill universis episcopis pro-
vinciæ Narbonensis quæ omnia etiam tuc-
runt postmodum per ecclesiam approbata.

* Desit se-
ill.



S Y N O D U S P I C T A V E N S I S

Galteri episcopi, anno Domini MCCLXXXIV.

Ex MS. Collegii Paris. Societ. JESU.

Constitutiones synodales factæ in synodo S. Lucæ, præsertim Galtero Dei gratia Pictavensis episcopo, anno Dom. MCCLXXXIV.

TITULI CAPITUM.

1. Ut presentibus excommunicatis Divina non celebrentur.
2. Ne obtinenti ecclesiam cappellania conferatur, aut contra.
3. Ne quis sacramenta accipiat a sacerdote potestatem non habente.
4. De decimis.
5. Quod in prioratibus vacantibus sufficiens provisto dimittatur.

CAPUT PRIMUM.

Ut presentibus excommunicatis Divina non celebrentur.

SACRIS canonibus est definitum, quod cum excommunicatis majore excommunicatione, quæ a participatione sacramentorum, & communione fidelium separat, cibo, potu, salutatione vel osculo, locutione vel oratione, aut aliter, nisi in his quæ ad salutem animæ pertinent, non est voluntarie participandum; immo fugiendi sunt a Christi fidelibus sicut ethnici, seu etiam publicani: & quia contrarium facientes mortale peccatum committunt, & notam minoris sententiam excommunicationis, quæ a participatione sacramentorum separat, incurunt. Hoc non advertentes multi ecclesiarum rectores & prælati, ac simplices sacerdotes, excommunicatos, sive ab homine, sive a canone, sive a provincialibus, sive a synodalibus constitutionibus, & publice denunciatis, non verentur ad Divina & sacramenta ecclesiastica admittere, & cum eis cibo, potu, oratione, benedictione, salutatione, & aliter, participare damnabiliter. Ex qua quidem participatione non solum se inficiunt, immo & alios lædunt, quibus contemnendi excommunicationem & censuram ecclesiasticam tribuunt incentivum. Cum ergo tales sint gravius puniendi, quam laici, quos debebant talibus coercere, eidem exemplum abstinendi a talibus impertiri præsertim constitutione specialiter inhibemus, vel potius inhibitionem a jure circa hoc factam, pœnam adjiciendo, innovamus: scilicet, ne ecclesiarum rectores vel prælati, seu quilibet sacerdos, presentibus excommunicatis majori specie excommunicationis, in ecclesiis, postquam ipsos ibi esse sciverint, Divina audeant celebrare, sed requirant vel requiri faciant, ut inde exeant. Et si ipsi excommunicati inde exire potuerint, vel sine

scandalo exire potuerint: non solum ab ipsorum Divinorum inchoatione desistant, sed potius etiam inchoata dimittant; excepto canone Missæ, qui si a sacerdote, postquam adverteret & sciret excommunicatum esse in ecclesia, fuerit inchoatus, cum contumacia exigat aliquatenus intronitti: ita tamen quod tunc non alta, sed submissa voce, dicitur: & quod excommunicatis, vel etiam interdictis, benedictionem nuptialem, ecclesiasticam sepulturam, vel alia ecclesiastica sacramenta, non audeat ministrare; nec cum dictis excommunicatis, potu, cibo, salutatione, locutione, oratione, vel aliter, nisi in casibus a jure permixtis, communicationem vel participationem aliquam habere. Quemlibet vero contrarium facientem statuiamus, pro offensa qualibet huiusmodi, quadraginta solidorum pœna muldandum, juxta episcopale arbitrium in usus pauperum convertenda: quam tamen pœnam, secundum modum delicti, & secundum facultatem delinquentis, poterimus minuere vel augere: pœnis a jure permixtis contra ipsos, & alios participantes cum excommunicatis, in suo robore duraturis.

II. Ne obtinenti ecclesiam cappellania conferatur; aut contra.

Cum vero invenietur aliquis, qui commissum sibi officium regiminis animarum per se sufficienter possit explere: absurdum videtur, quod aliqui tantum de se præsumant cappellania una cum ipsis ecclesiis, se idoneos reputantes, ipsas cappellania cum ipsis ecclesiis parochialibus retinere ac recipere non verentur. Ex quo contingit in ipsis parochialibus ecclesiis sæpius curam negligi damnabiliter animarum; quia dum ad utrumque festinant, neutrum peragunt prout decet. Verum super hoc nos occurrere volentes, statuiamus quod nullus parochialem habens ecclesiam, ad cappellania, vel habens cappellania, ad parochialem ecclesiam, de cetero præsentetur, nec eidem conferatur, nec ad eandem admittatur, nisi fuerit fundator cappellania, vel nisi hoc processerit de novi fundatoris cappellania assensu; vel nisi parochialis ecclesia & cappellania in redditibus & proventibus ita sint tenues, & exiles, quod neutrum prædictorum beneficiorum per se sufficiat ad congruam rectoris vel servitoris proprii sustentationem. Et intelligimus in hac parte beneficium non esse sufficiens ad congruam provisionem rectoris, vel servitoris proprii, cujus redditus vel proventus non valent, nec existimantur quindecim libris monetæ in illis partibus usitata.

ANNO
CHRISTI
1184.III. *Ne quis sacramenta recipiat a sacerdote potestatem non habente.*

Cum secundum canonicas sanctiones, omnis utriusque sexus ecclesiastica sacramenta eidem necessaria seu convenientia, singulariter a proprio debeat recipere sacerdote; & nonnulli laici subditi nostri, sacerdotibus quibus cura animarum non est ab episcopo, vel ab alio habente auctoritatem apostolicam, vel alias competentem super hoc potestatem, ecclesiastica sacramenta, absque licentia nostra vel proprii sacerdotis, & etiam nonnunquam a prohibito, scienter recipere non formidaverint, nec formident, in suarum periculum animarum, cum a tali absolvi nequeant vel ligari: nos volentes huic periculo cautela qua possumus obviare, ne sanguis eorum de nostris manibus requiratur, talia fieri generaliter prohibemus. Et si qui, post monitionem & inhibitionem eisdem ex parte nostra super hoc specialiter & nominatim faciendas, a prohibito sacerdote in casu non concessio scienter receperint aliquid de ecclesiasticis sacramentis, excommunicationis sententiam ipsos incurrere volumus ipso facto.

IV. *De decimis.*

Cum jure canonico sit prohibitum, ne laici decimas cum animarum suarum periculo detinentes, in laicos possint quoquo modo transferre; & si qui eas receperint, & ecclesie non reddiderint, ecclesiastica careat sepultura; & laici qui decimas novalium receperint, vel detinent illicite & scienter, & illi qui de terris, vineis, & aliis rebus quas possident, de quibus, vel de quarum similibus, alias in partibus illis communiter solvi decima consuevit, nulli decimam sol-

Arunt, nec hactenus persolverint, simili penam debeant subiacere, si eas ecclesiam cui debentur, non curaverint exhibere: statuimus, ne laici dictas decimas novalium, & rerum prædictarum, de quibus decima non astitit hactenus persoluta, detinentibus, & retinentibus in suarum periculum animarum, nisi eas ecclesie cui debentur reddiderint, denegetur ecclesiastica sepultura.

V. *Quod in prioratibus vacantibus sufficiens provisio dimittatur.*

Cum alias fuerit synodali provisione statutum, quod in prioratibus vacantibus, abbates, sive priores qui abbates superiores non habent, quibus subsunt dicti prioratus vacantes, omnia quæ ad instructionem locorum faciunt, cum omni integritate dimittant; & quod de mobilibus, quantum ad sustentationem priorum dictorum locorum, & eorum familia, & provisionem hospitium usque ad sequentem collectam ibidem sufficere valeat, secundum facultatum exigentiam dimittant ibidem; alioquin abbates & priores qui scienter contrarium fecerint, excommunicationis incurrant sententiam ipso facto. nos statutum huiusmodi ad parochiales ecclesias vacantes, quæ subsunt abbatibus, & prioribus abbates non habentibus, ordinis sancti Augustini, extendi volumus; & idem in his, sub eadem penæ adjunctione, statuendo firmiter observari. Inhibemus nihilominus abbatibus & prioribus huiusmodi; sub penâ amissionis fructuum & proventuum, quos erant vacatione huiusmodi percepturi, ne in ipsis ecclesiis parochialibus, quamdiu vacaverint, sacerdotes pro administrandis idem ecclesiasticis sacramentis ponere præsumant, absque nostra approbatione vel licentia speciali.

ANNO
CHRISTI
1184.Forte ut
laicus H.

MELFITANUM CONCILIUM

Anno 1284. habitum.

I.

Ut Græci in regno Sicilia constituti addant in symbolo, Filioque procedit.

Extat ap.
Mart. Vet.
Mon. ro.
VII. pag.
113.
ex suppl.
Manf. t. 3.
pag. 114.

Sponsa Christi, fidelium mater omnium & magistra, sacrosancta videlicet Romana ecclesia, orthodoxorum patrum atque doctorum firmissimis vallata sententiis, Spiritum sanctum a Patre & Filio ab æterno publice tenet, docet & prædicat, & etiam proficitur. Cum itaque unumquemque fidelium, si salvus esse voluerit, & æternæ damnationis non subire iudicium, cum ea sentire & tenere oporteat & etiam profiteri; nos inter eos, quos catholicæ fidei fovere debet integritas, nullius varietatis involutum vendicet locum, salubriter constitutione duximus statuendum, ut omnes Græci clerici in regno Sicilia existentes, ut discrepare nequaquam videantur a capite, sed in præmissis salubriter sentire, cum ipsa in illa

Dparte symboli, ubi dicitur & in Spiritum sanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre, hoc salubriter adiciant, cantent & profiteantur firmiter & observent, Filioque procedit, illud in suis libris, in quibus symbolum scriptum habent, infra duos menses a tempore publicationis constitutionis hujus ad perpetuam & futuram memoriam faciant annotari. Ad quod si in animarum suarum periculum super hoc non fuerint concordēs, volumus eos per locorum ordinarios vel prælatos per subtractionem & privationem beneficiorum compelli. Si vero locorum ordinarii vel prælati infra unum mensem prædictos duos immediate sequentem, super compulsionem & correctionem huiusmodi fuerint negligentes, tamdiu a pontificalibus, si episcopi vel superiores fuerint, quam minores qui immediate præesse noscuntur, ab officio, ipso facto, auctoritate constitutionis hujus noverint se suspensos, donec per illationem debitæ castigationis innoxios negligentiam

ANNO
CHRISTI
1114.

tiam suam in melius reformaverint. Et ad hoc ut hujus nostræ constitutionis salubre edictum effectum debitum efficaciter sortiantur, volumus quod per episcopos sive prælatos eisdem, sub pœna prædicta contra prædictos Græcos, singulis annis super hoc diligentius inquiratur. Datum Melitæ v. calendas Aprilis pontificatus domini Martini IV. an. IV.

I I.

Contra gravantes ecclesias & personas ecclesiasticas.

Cum felicitis recordationis dominus GREGORIUS X. in concilio Lugdunensi omnes illos cui clericos, vel quaslibet alias personas ecclesiasticas, ad quos in aliquibus ecclesiis, monasteriis, aut aliis piis locis spectat electio, pro eo quod rogati, seu alias inducti, cum, pro quo rogabantur seu inducebantur, eligere noluerunt, (ipsos) vel consanguineos eorum, aut ipsas ecclesias, monasteria, seu loca cetera beneficiis seu aliis bonis suis, per se vel alios spoliando, seu aliis iniuste persequendo gravare præsumserint, ipso facto excommunicationis sententia te noverint innodatos: nos eidem constitutioni, ut in regno Siciliae servetur in posterum, salubriter duximus adjungendum, quod quicumque clericos vel personas eisdem, ad quos electio ipsa in locis prædictis noletur pertinere, vel ipsorum consanguineos in personis seu rebus vel bonis eorum vel alias quomodocumque per se, vel alium, seu alios, directe vel indirecte, ut aliquem vel aliquos eligere debeant, opprimere seu etiam gravare præsumserint, ex hujusmodi injuriis, vel gravaminibus, vel pressuris, sive secuta electio fuerit, vel etiam non secuta, ipso facto, ut superius est expressum, excommunicationis sententia volumus subjacere: quam quidem constitutionem nostram volumus etiam ad provisionem extendi, ut idem in eo quod in electionibus superius exprimitur, observetur.

I I I.

Contra illos filios Græcorum qui contrahunt vel duxerunt matrimonia, & faciunt se ad sacros ordines promoveri.

Sicut nuper ad nostrum pervenit auditum, nonnulli, qui nati sunt ex Latinis parentibus, dum in minoribus sunt ordinibus constituti, matrimonia contrahunt, & postmodum ritus volentes observare Græcorum, quos idem Græci semper habuisse serunt ab ecclesia primitiva, durantibus matrimoniis hujusmodi, se faciunt ad sacros ordines promoveri. Nos itaque insolentis hujusmodi obviare volentes, prælati omnibus districtius inhibemus, ne aliquem clericum conjugatum, uxore non emittente castitatis votum, ad sacros ordines promovere præsumant, nisi evidenter eidem constiterit, quod iidem promovendi de Græcis parentibus sunt producti. Volumus autem quod prælati, qui scienter tales duxerint ordinandos, per annum a collatione ordinum quos contulerint, sint suspensi, & ordinati ab officio & beneficio perpetuo sint privati.

I V.

Contra episcopos & alios prælatos, qui ducebant presbyteros Græcos ad sacrificandum Latinis.

Licet felicitis recordationis dominus INNOCENTIUS papa IV. districtè statuendo præceperit, ut quoties intra eandem civitatem atque diocœsim, permixti sunt populi diversarum linguarum, habentes sub una fide varios ritus & mores, locorum pontifices viros idoneos debeant ordinare, qui secundum diversitatem rituum & linguarum divina illis celebrent, & ecclesiastica sacramenta ministrant, instituendo verbo pariter & exemplo; nonnulli tamen abbates & personæ ecclesiasticæ, qui sub se habent ecclesias & populum Latinorum, avaritiæ dediti, quæ idolorum est servitus, non considerantes præmissa, quodque in diversitate hujusmodi, si Græcus Latinis divina officia celebret, ignorans Latinus populus & Græci sermonis ignarus, nescierit, ut est moris in ecclesia, sacerdoti amen &c. respondere, minime advertentes, sacerdotes Græcos Latinis ipsis præficiunt, qui eidem celebrant & ministrant ecclesiastica sacramenta, pro eo quod eos minori pretio possunt obtinere conductos. Nos itaque volentes insolentiam hujusmodi protinus amovere, hoc fieri sub pœna suspensionis, quam ipsos abbates & alios incurere volumus, ipso facto, si consecerint districtius inhibemus.

V.

Contra clericos habentes concubinas, & etiam contra ipsas concubinas.

Licet felicitis recordationis dominus ALEXANDER papa III. duxerit statuendum, quod clerici, qui fornicarias habere noluunt, per prælatos, ut eas a se amovere debeant, moneantur, eas de cetero minime admissuri; ita, quod si adquietere contempserint, eos ab ecclesiasticis beneficiis, usque ad satisfactionem condignam suspendere debent, & si eas suspensi detinere præsumserint, debent ipsos ab eisdem beneficiis perpetuo removere: quia tamen ex constitutione hujusmodi nulla vel modica utilitas provenit, propter negligentiam prælatorum, nos huic constitutioni, quam in regno Siciliae observari volumus, duximus adjungendum, ut si clerici qui nunc habent publice concubinam, infra duos menses a tempore publicationis præsentis constitutionis hujusmodi computandos, concubinas a se taliter non amoverint, ipsas vel alias in domo propria vel aliena minime admissuri, ipso facto, ab officio, & beneficio sint suspensi, & si eas retinuerint usque ad mensem alium beneficiis per locorum ordinarios perpetuo amoveantur: quam extendi volumus ad eos etiam, qui publice concubinas recipiant in futurum. Quod si archiepiscopi, episcopi, & alii inferiores exempti, vel non exempti, ad quos spectat correctio clericorum, ad procedendum per correctionem hujusmodi contra tales clericos observandam fuerint negligentes, tandem ab ingressu ecclesiæ noverint se suspensos,

ANNO
CHRISTI
1114.

ANNO
CHRISTI
1184.

573
 (os, donec constitutionem ipsam debitæ execu-
 tioni mandabunt. Ut autem mulieres seu
 concubinæ hujusmodi, quæ in eodem cri-
 mine scienter participant & criminosis, poenam
 (debitam) non possint effugere, si infra
 tempus præfixum concubinari, quod super-
 ius expressum est, ab eis non recesserint,
 nunquam ad eos postmodum redituræ, vel
 aliæ fuerint, quæ de novo sibi concubina-
 rios fecerint, ex tunc, ipso facto, excom-
 municationis sententiæ volumus subjacere.
 Ceterum ne prælatus aliquis ad pecuniarum
 quæstum vel lucrum constitutionem hujus-
 modi præsumat convertere, districtius inhi-
 bebimus, ne quis pecuniam vel emolumentum
 aliquod in utilitatem propriam concedere re-
 cipiat in hac causa: quod si contra fuerit
 perpetratum, si archiepiscopus, episcopus,
 aut abbas, vel alius prælatus exemptus ex-
 titerint, qui delinquant in receptione hujus-
 modi, donec duplum ejus quod receperit in
 pios usus convertat; archiepiscopus vel epi-
 scopus a pontificali officio; abbas vero vel
 alius prælatus exemptus ab officio sit sus-
 pensus; alii vero abbates, minoris & infe-
 rioris gradus personæ, sententiæ excommu-
 nicationis subjaceant ipso facto, a qua ab-
 solvi non possint nisi duplum ejus quod re-
 ceperint, in opus pietatis duxerint conver-
 tendum.

V I .

*De procuratore statuendo post mortem præla-
 ti, & de ratione reddenda.*

Cupientes ecclesiarum vel locorum eccle-
 siasticorum vacantium indemnitate pro-
 videre, salubri hoc edicto in perpetuum va-
 lituro duximus statuendum, ut mortuo ar-
 chiepiscopo, episcopo, vel abbate, seu quo-
 vis alio abbate, canonici, monachi, vel alii
 clerici ecclesiæ, monasterii, seu loci vel mo-
 nasteriorum prædictorum procuratores con-
 stituant, qui custodiant bona, ac fructus,
 redditus & proventus, provenientes de bonis
 ecclesiæ, monasterii, seu loci hujusmodi re-
 cipiant, exigant, & conservent, de illis red-
 dant capitulo annis singulis rationem. Nul-
 lus autem monachus, canonicus, conversus,
 clericus, vel laicus de bonis ecclesiarum &
 locorum hujusmodi appropriare sibi, detine-
 re, distrahere, vel in alios (usus) quo-
 modolibet illicite transferre præsumat; sed
 omnia futuro pontifici integre referentur.
 Procuratoribus, vero pro labore ipsorum,
 consideratis ecclesiarum & locorum faculta-
 tibus, & qualitatibus personarum, compe-
 tens salarium statuatur. Si quis autem ali-
 quid appropriare sibi contra constitutionis
 prædictæ tenorem præsumserit, duplum ei-
 dem ecclesiæ infra mensem restituere tenea-
 tur. Canonici vero vel clerici ecclesiarum
 & locorum ipsorum, procuratores, qui &
 inventarium (non) fecerint, ac abiata red-
 dere, & rationem, ut superius est expres-
 sum, ponere vel recipere contemserint, a
 beneficiis quæ ab eadem ecclesia tenent per
 triennium sint suspensi, si fuerint sæcula-
 res, & si infra tempus prædictum se ipsis
 ingesserint, ipsis perpetuo sint privati: si au-
 tem monachi seu canonici regulares, ineli-
 gibiles ad quamlibet dignitatem seu officium,
 vel beneficium perpetuo habeantur.

V I I .

De prohibitis alienationibus.

Quia nonnulli prælati ecclesiarum, etiam
 ecclesiastici viri, cupiditatis vitio laboran-
 tes, terras, domos & alia bona ecclesiasti-
 ca immobilia ad longum tempus locare præ-
 sumunt, in ipsius contractus initium reci-
 pientes aliquam pecuniæ quantitatem, &
 postmodum annis singulis longe minorem,
 quam ipsorum bonorum seu possessionum
 fructus valere notantur; & alii ad locatio-
 nes hujusmodi faciendas inducuntur minis
 & terroribus laicorum: statuimus, & hoc
 edicto perpetuo inhibemus, ne aliquis præ-
 latus seu clericus sæcularis seu etiam regu-
 laris, domos, terras, possessiones, vel quævis
 alia bona, loca ecclesiastica immobilia, ali-
 quibus ultra quinquennium, nisi evidens &
 manifesta necessitas vel utilitas ecclesiæ pro-
 lixius locationis tempus exposcat, locare au-
 deat vel præsumat: ex qua quinquennali
 vel prolixiori locatione pecuniam nullam re-
 cipiant, nisi, sicut tangit singulos, nomine
 pensionis; & locatio eadem semper licitatio-
 nibus exponatur. Inhibemus insuper permu-
 tationes, venditiones, emphyteosim, & quos-
 libet contractus alios de rebus ecclesiasticis
 fieri, nisi in casibus a jure permittis: ita
 tamen quod in eis debita juris solemnitas
 observetur. Nos enim omnes contractus su-
 perius nominatos, si aliter eis fieri contin-
 geret, irritos decernimus & inanes. Loca-
 tores vero & clericos etiam præbentes con-
 sensum eis sive regulares fuerint, sive etiam
 sæculares, nec non directe vel indirecte ut
 prædicitur, compellentes eosdem, excom-
 municationis sententiæ innodamus, a qua
 absolvi non possint, quousque de facto re-
 vocetur contractus, & ecclesia reddatur in-
 demnis. Possessiones vero & quælibet bona
 immobilia ultra tempus prædictum aliis jam
 locata ab eisdem prælatis, protinus revo-
 centur, & cum ad ecclesias ipsas redierint
 non alienentur, vel locentur aliter, nisi sicut
 superius est expressum.

V I I I .

*Contra appropriantes & spoliantes ecclesiis bo-
 nis suis.*

Cultum divinum nonnulli ecclesiarum præ-
 lati & personæ ecclesiasticæ diminuerunt &
 enervare non verentes, parrochiales ecclesias
 & cappellas sibi subiectas, vel in quibus mo-
 nachus vel clericus sæcularis institui contue-
 vit ad vitam vel ad tempus non modicum,
 cupiditatis vitio seu carnalitate affectu, ali-
 quibus laicis sub annuo censu concedunt,
 alii vero ad concessionem hujusmodi minis
 & terroribus inducuntur, nonnulli etiam,
 nisi timentes facere fraudem legi, bona ec-
 clesiarum & cappellarum ipsarum modo præ-
 dicto locare præsumunt, ex quo cappellæ &
 ecclesiæ hujusmodi remanent bonis omnibus
 spoliata, ita quod in ipsis nullatenus vel
 minus debite in divinis officiis deservitur:
 Nos igitur locationes hujusmodi a jure dam-
 natas penitus reprobantes, expressius inhi-
 bebimus, ne aliquis prælatus, seu persona ec-
 cle-

ANNO
CHRISTI
1184.

ANNO
CHRISTI
1184.

clericali, secularis vel etiam regularis, locutionem huiusmodi faciat, seu facienti consentiat vel subscribat. Nam locutioni consentientes & etiam subscribentes, nec non & laicos recipientes ecclesias seu terras modo predicto, excommunicationis sententia innodamus, a qua nequaquam absolvi possint, quouique contrahus sic de facto habitus revocetur totaliter, & ecclesia ipsa indemnis etiam conservetur.

I X.

Ut dicta constitutiones inviolabiliter observentur.

Quia constitutionum editio, quæ ut plurimum pro reformatione status hominum

producantur, obtinere debet roboris firmitatem, universis archiepiscopis & episcopis, & aliis ecclesiarum prelatibus per regnum Sicilia constitutis, tenore presentium districte præcipiendo mandamus, ut constitutiones, quas in generali vacatione prelatorum regni Siciliae apud Meliam in presenti edidimus, observent, & a subditis suis faciant inviolabiliter observari; & hoc ut efficacius ad notitiam perveniat singulorum, volumus quod constitutiones ipsæ per prelatos locorum singulis annis in eorum synodis publice recitentur. Datum Meliæ v. calendis Aprilis pontificatus domini Martini papæ IV. anno quarto.

ANNO
CHRISTI
1184.ANNO
CHRISTI
1185.ANNO
CHRISTI
1185.Ex Antelmii
Assertione
po unico S.
Enacheio.

CONCILIIUM REGIENSE.

Habitum Anno Domini MCCLXXXV.

A ROSTANNO METROPOLITA AQUENSI.

Primo editis integrum, notisque illustratum Carolus Antelmus Præp. Forojulienf.

P R Æ F A T I O.

ANNO Domini 1185. 16. Kal. Martii ad honorem omnipotentis Dei & B. Mariæ Virginis matris eius, Nos Rostannus, divina miseratione, S. Aquensis Ecclesiæ Archiepiscopus apud Regium in Concilio per nos ibi indicto præsentibus, assistentibus nobiscum venerabilibus Fratribus nostræ Ecclesiæ suffraganeis infra scriptis videlicet, R. Aptensi. M. Regiensi. P. Sistrariensi. B. Forojulienf, Dei gratia Episcopis discreto viro, P. præposito & Officiali Vapincensis Episcopi iusta de causa absentis, & Abbatibus Crocensis & Lutæ, Præpositis, Archidiaconis, & Procuratoribus dictarum Ecclesiarum; & aliis pluribus Ecclesiarum Rectoribus, & pluribus aliis discretis viris in Concilio ipso existentibus cupientes & intendentes statuere & ordinare illa quæ ad utilitatem & profectum Ecclesiarum & personarum nostræ Provinciæ respicere dignoscuntur, & ad salutem animarum, de assensu & consilio prædictorum, diligenti deliberatione præhabita, statuimus & ordinamus prout inferius continetur.

C A P I T U L A

- I. Observantia Canonum præscribitur.
- II. Proces decernuntur & indulgentiæ conceduntur pro liberatione CAROLI II. Provincia Comitum.
- III. Curatur confici Chartularia, in quibus bona, census Ecclesiarum describantur.
- IV. Fidei Prioris in beneficiis prohibentur.
- V. Damna pacta & iuramenta illicita in collationibus.
- VI. Diocesanus cognoscit de delictis Clericorum & Monachorum, nisi comes de Exemptione.
- VII. Censura servari debent maxime ab eo qui illas talis.

CVIII. Qualiter procedatur contra illos qui excommunicationis sententiam contemnentes, exempla perniciose peragunt.

IX. De absolute non clausula reincedentium.

X. Excommunicati a nemine ad sacra admittuntur.

XI. Prohibet humari corpora in cæmeterio non benedicta ab Episcopo, & humata effodi jubet.

XII. Beneficiati extra curiam Episcopi fraude in jus vocati, impensis totius Diocesis litigant.

XIII. Ut nullus ministret toxicum, vel alia venenosa.

XIV. De penis inferendis in eos qui ministrant toxicum vel herbas mortiferas.

XV. Qualiter agendum adversus exemptos qui suis privilegiis abutantur.

XVI. Ut Presbyteri interfecti testamentis Parochianorum, & ut restitutiones incerta ab Episcopis destinentur.

XVII. Solus Episcopus absolvit de levi manus iniectione in Clericum.

XVIII. Ut nemo vacantium Ecclesiarum bona occupet.

XIX. Corpora defunctorum in Parochia sepeliuntur, nisi alius electus sit sepultura loci.

XX. Decima, in primis prædiales, jure divino solvantur.

XXI. Exemptos, decretis Concilii subijcit, nisi de exemptionis titulis fidem faciant.

XXII. Præsentatus, coram Patrone non jurat, neque acquirit, aut dimittit beneficium.

XXIII. Excommunicatur impediens ne a sententis suffraganeorum ad Metropolitani appelletur.

I.

IN PRIMIS statuimus & concorditer ordinamus quod Sacri Canones præsertim in generalibus Conciliis editi & Concilium Valen-

lenti^{um}, ac statuta provincialia per præ-
deceffores nostros edita cum diligentia ob-
serventur.

I I.

Item, ordinamus quod pro liberatione
illustris Domini KAROLI Principis nostri in
carceribus detenti in Ecclesiis & per Eccle-
sias nostræ Provincie preces & suffragia ef-
fundantur cum orationibus Principis, addi-
tis collectis B. Mariæ, & pro pace servan-
da, & quod populus in diebus solemnibus
per Prælatos & parochiales Presbyteros ad
effundendum preces pro ejus liberatione cum
instantia inducatur. Nos autem ad honorem B
Dei & dicti Domini Principis & quilibet
suffraganeorum prædictorum cuilibet, suffra-
gium hujusmodi impendenti XL. dies, de
injuncta pœnitentia relaxamus.

I I I.

Item, quoniam frequenter contingit quod
census Ecclesiarum nostræ Provincie inde-
bite ab aliquibus augmentantur, & nonnum-
quam per Rectores aliquos subtrahuntur,
statuimus, & concorditer ordinamus, ut qui-
libet Prælati in sua Diocesi chartularium
propriam habeat seu registrum in quo no-
mina, census & quælibet alia bona Eccle-
siarum integraliter conscribantur, ne fraude
seu malitia alicujus aliquatenus occultentur,
augmententur per aliquem, vel mutantur.

I V.

Item, cum intelleximus quod aliqui Ab-
bates, & aliqui alii Patroni in Ecclesiis prio-
res habitos, nomine tantum, & non re po-
nere moluntur, statuimus & ordinamus quod
hæc per aliquem nullatenus attententur, &
si contra factum fuit, tam conferens quam
recipiens incurrant excommunicationis pœ-
nam ipso facto, & nihilominus illud benefi-
cium Diocesanus libere conferat lapsio
tempore a canone definito.

V.

Item, quia sæpe contingit quod Abbates
& Patroni & plures alii in præjudicium ordi-
narie potestatis Ecclesias conferunt, &
Clericos recipientes hujusmodi beneficia astrin-
gunt pœtionibus & variis juramentis, sta-
tuimus ut nullus Religiosus, aut Clericus
sæcularis in Ecclesia seu beneficio admitta-
tur, seu recipiatur, nec instituat in ea
per Ordinarium nisi primo confiterit, quod
illa Ecclesia ad ipsum Abbatem seu Patro-
num vel alium pertineat pleno jure, & si
contrarium factum fuerit per quemcumque,
eo ipso illa Ecclesia vacet, illa vice per
eundem Ordinarium conferenda.

V I.

Item, statuimus quod si quis Clericus con-
versus, donatus vel religiosus cujuscumque
ordinis, conditionis, status vel dignitatis
existat, deliquerit per nostras civitates vel
Dioceses ubicumque, maxime autem extra
loca exempta, & per Ordinarium requisitus
Concil. General. Tom. XXIV.

nolit coram eo comparere, & reddere ra-
tionem hujusmodi delicti, idem Ordinarius
possit ipsum auctoritate hujus Concilii cape-
re & detinere, & etiam ejus mobilia seu se-
moveria, si quid habet in illa Diocesi,
quousque satis dederit, de parendo juri co-
ram ipso, & de justitia facienda, nisi fidem
faciat de privilegio, per quod constat ab
hujusmodi ordinariis totaliter se exemptum.

V I I.

Item, quod ex quo quis excommunicatio-
nis, suspensionis, vel interdicti sententiam,
ex causa probabili, justa & rationali recte
duxerit promulgandam, servet eam firmiter
& a subditis suis faciat inviolabiliter usque
ad satisfactionem congruam observari, ne
forfan ex relaxandi facilitate veniat in con-
temptum. Parum enim est sententiam ser-
re, nisi lata servetur. Quinimmo sanctius ef-
fet nullatenus promulgare, quam cum peri-
culo negligere promulgatam.

V I I I.

Ceterum, abominabilis proh dolor! (sicut
ad nostrum tam de longinquo, quam e vi-
cino pervenit auditum) in quibusdam par-
tibus inolare cepit abusus. Nam aliqui filii
Belial qui nec Deum timent, nec hominem
reverentur, iniquitatem bibunt ut aquam;
qui dum sententias vilipendunt, dum medi-
cinam quæ fuerat ad salutem, rejiciunt,
moris incurrunnt periculum, & ad interitum
sue perverfitatis exemplo nonnumquam
inducunt alios & seducunt. Isti quidem in
Dei opprobrium, in contemptum promul-
gatoris, & sententiæ promulgatæ neglectum,
non minus viliter, quam damnabiliter pro-
cedere, immo nimis execrabiliter excedere
non formidant. Utpote dum adulterium
Presbyteri vel Prælati contingentes, offi-
cium, & inconcessum sibi usurpantes mini-
sterium, excommunicationem, immo verius
execrationem versa seu perversa vice in ex-
communicatores seu denunciatores suos simu-
lare præsumunt, accensos palearum fascicu-
los, aut candelas de sepo, seu carbones,
aut titiones ardentes, in patellis, conchis,
aut sartaginibus vel similibus vituperabiliter
extinguendo. Cumque talia & his similia in
Dei vergant opprobrium, & ecclesiasticæ
discipline redundent contemptum; statuimus,
& sub pœna excommunicationis districtius
inhibemus, ne quis Clericus vel laicus, ma-
jor, medius, vel infimus, cujuscumque or-
dinis, dignitatis, conditionis, vel status exi-
stat, rem tantæ perniciæ de cetero per se
vel per alium, aut pro se vel pro alio at-
tentare præsumat. Qui vero hujus saluber-
rimi instituti transgressor extiterit, & intra
triduum emendam exinde competentem non
exhibuerit, ex tunc se sciat, ipso facto, ex-
communicationis vinculo innodatum. Locus
autem ubi hæc vel similia, domino loci
sciente, seu mandante, vel ratum habente
præsumpta fuerint, ecclesiastico tantis re-
maneat suppositus interdictio, donec ad man-
datum Ecclesiæ quam delinquens offendit,
& Prælato quem irreverenter despexit, suffi-
ciens, & idonea satisfactio, & realis emen-
da præstita fuerit per eundem: quoniam
cum

ANNO
CHRISTI
1555.ANNO
CHRISTI
1555.

cum in talibus non sit relaxanda vindicta, A
offensus Prælati minime remittere valeat
ullo casu. Eisdem pœnis subjacere volumus
illos, & illas, qui vel quæ talia fieri man-
daverint, vel alias opem, vel operam aut
consilium præbuerint, si rem tamen tam
detestabilem prodire contigerit detestabiliter
in effectum; addito quod eorum hæredes in
Clericorum Collegium nullatenus admittan-
tur, nisi prius cum ipsis super his fuerit mi-
sericorditer dispensatum. Et si Clericus be-
neficiatus vel in dignitate, seu personatu,
vel officio constitutus taliter excesserit: ul-
tra pœnam laico indidam, beneficio, si
quod in Provinciis nostris obtinet, sit ipso
facto præsentis Concilii auctoritate privatus: B
non beneficiatus autem, ad obtinendum be-
neficium indignus habeatur omnino a Cleri-
collegio sequestratus.

IX.

Item, quod si quis ab excommunicationis
sententia quam pro contractis debitis, & ma-
xime ubi se juramento astrinxerat, vel ob
manifestam offensam incurrerat in infirmi-
tate vel mortis articulo fuerit absolutus; si
sanus factus aut infra mensem a convale-
scentia numerandum satisfactionem distule-
rit ut promisit vel injunctum ei extitit, ab
inde in antea nulla nova monitione ulterius C
expectata in eandem ut prius excommunica-
tionis sententiam reincidat, & publice addi-
ta violatione datæ fidei nunciatur. Si vero
de illa ægritudine moriatur, hæredes ejus
ad hoc emendandum & observandum per
cenfuram ecclesiasticam compellantur, vel
executores aut bonorum possessores, si alios
hæredes non habeat.

X.

Item, quod excommunicati & maxime
postquam publicati fuerint, non sunt in suis
iniquitatibus sub quovis figmento palpandi,
prohibemus ne tales in Ecclesiis vel cœmete-
riis, aut juxta valvas Ecclesiarum vel fen-
estras aut alia loca unde divinum possint au-
dire officium, vel Presbyterum celebrantem
videre, dum Missarum celebrantur officia,
immorari præsumant; quin immo Cappellani
per se, vel Clericos suos aut alios diligen-
ter investigare procurent an excommunicati
hujusmodi in Ecclesia, vel circa se ingerant,
& eos exinde recedere faciant, ut dum di-
vinum ibi agatur officium eisdem præcipiant
absentare. Quod si forte ipsis parere negle-
xerint, a prosecutione divini officii, dum
illi suam ibi præsentiam exhibere præsum-
pserint, cessent, & abstineant, sub pœna E
quam eis Ordinarius suus, si super his eos
culpabiles, seu negligentes inveniatur, duxerit
infringendam.

XI.

Item, quod in cœmeterio ab alioquam a
proprio Episcopo, vel Archiepiscopo, aut
expresso ipsius mandato, absque sui licentia
benedicitur, nullus omnino ad sepulturam
ecclesiasticam admittatur. Quod si contra
factum fuerit, nullus penitus sepeliatur ibi-
dem, donec illius vel illorum ossa fuerint

exhumata, cujus vel quorum corpora fuis-
sent inibi post talem benedictionem sepulta,
auctoritate Sedis Apostolicæ semper salva.
Sed ne facilitas veniæ incentivum præbeat
delinquentibus, & aliis audaciam tribuat de-
linquendi, sciant Prælati omnem sibi super
hoc dispensandi licentiam interdiciam, do-
nec exhumatio quæ sit aliis ad terrorem,
præcesserit, ut est dictum.

XII.

Item, quia spreta jurisdictione ordinaria
malitiose per aliquos Apostolicæ Sedis gra-
tia, & ejus licentia abutentes, Abbatiæ,
Prioratus, & Ecclesiæ & Ecclesiasticæ Per-
sonæ, Canonice, & Clerici beneficiati nos-
tri sæculares, & religiosi coram extraordi-
nariis auditoribus sæpius impetuntur, & ini-
quitates ac malitiæ plurimæ committuntur,
& impares sumptibus sic vexati coguntur
interdum juri suo cedere, vel aliter utcum-
que vexationes suas redimere, statuimus &
concorditer ordinamus, quod ex quacumque
causa Clericus, vel Canonicus, aut quivis
alius Beneficiatus de Provinciis nostris evi-
denter & indebite spreta communium ami-
corum, aut Ordinarii cognitione, per ali-
quem extraordinarium Judicem delegatum,
vel subdelegatum, executorem, conservatorem,
inquisitorem, vel alium extraordinarium quem-
cumque præsertim extra propriam Diocesim
citatus seu molestatus fuerit, omnes Præla-
ti, & alii Clerici beneficiati, tam sæculares
quam religiosi ad ipsius defensionem dent
consilium & juvamen, & in expensis con-
tribuere, dictorum Episcoporum comprovinci-
alium ad hoc specialiter deputandorum ar-
bitrio, teneantur. Et hoc intelligimus in
omni causa mota jam vel movenda, scita
vel præsumpta, vel penitus ignorata, aucto-
ritate & mandato Sedis Apostolicæ & Le-
gatorum ejus in omnibus & per omnia sem-
per salvis, præsentis articulo per decennium
dumtaxat, nisi revocatus fuerit, duraturo.

XIII.

Item, quia latentes inimici homicidia ple-
rumque perpetrant etiam in amicos, statui-
mus, & sub pœna excommunicationis distri-
ctius inhibemus, ne quis Apothecariorum,
vel quivis alius, cujuscumque conditionis vel
sexus existat, toxicum vendat, nec donet,
nec alio modo ministrat alicui, vel alia ve-
renosa, nisi prius significet curiæ sæculari,
ut sciri possit suis temporibus, si causa toxi-
cationis contingeret, quis fuerit emptor
ille, vel alius qualiscumque: & quod Apo-
thecarius quilibet ad hoc servandum, jura-
mento corporaliter præstito pro se & fa-
milia sua specialiter adstringatur. Aliter au-
tem dantes & vendentes, & ad homicidium
perpetrandum recipientes, quomodolibet vel
vehementes, & ad hoc consilium, consen-
sum, tacite vel expresse præstantes, excom-
municationis vinculo subjaceant, ad Sedem
Apostolicam pro absolutionis beneficio remit-
tendi, & alias per cenfuram ecclesiasticam
sicut justum videbitur puniendi.

XIV.

ANNO
CHRISTI
1181.

XIV.

Item, quod quicumque alium toxicare aut opem adhibere, vel consilium dare, vel in necem alterius toxicum distare, seu vendere, aut aliter ministrare præsumperit, & herbas mortiferas in mortem vel abortivum cuiquam dederit, eo ipso excommunicationem incurrat, a qua non nisi per Sedem Apostolicam absolvatur. Et si Clericus beneficiatus fuerit, illo sit privatus beneficio ipso facto, & ab ordine quem susceperat degradetur, tradendus curiæ sæculari. Sicut & tali vel simili suspitione probabiliter infamatus, & ex verisimilibus præsumptionibus, & perspicuis indicis, apud bonos & graves notatus, ad honorem vel Dignitatem ecclesiasticam nullatenus admittatur, & nihilominus ad detentionem personæ honestam, prout requiret personæ status & sceleris immanitas suadebit, ad eruendam veritatis certitudinem, sicut Superioris discretioni visum fuerit, procedatur.

XV.

Item, dolentes referimus quod nonnulli Religiosi Templarii, Hospitalarii, Cistercienses, & alii tam exempti quam privilegiati de privilegio sibi forte aut ordini suo indulgentium prærogativa temere confidentes, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententias ab Ordinariis, vel Officialibus ipsorum rationabiliter promulgatas, obviare non curant; quinimmo in contemptum Clavium, excommunicatos, suspensos, & interdictos huiusmodi, ad Divina recipiunt, aut interdum in donatus seu confratres, contra mentem Concilii Lateranensis admittunt: receptorum in hac parte genus pessimum imitantes, sine quibus delinquentes in his & similibus diu forsitan non laterent. Sed nec his contenti Dòmos Conventuales alterius Ordinis quam sui, eisdem Ordinariis lege diocesana subiectas, & a sui fundatione jurisdictioni Prælatorum, salva regula seu Ordinis sui disciplina suppositas, tam Prænominati quam ceteri Religiosi, etiam non exempti, nec privilegiati vindicare sibi, & Prælati, quasi furtim, succedente postmodum violentia, subtrahere moliantur: sicque de suis indulgentiis seu privilegiis confidentes, alios fidentius in iure suo molestant: itaque auctoritate, immo temeritate propria, nunc in vestimentis ovium venientes, nunc seculari sulti potentia, violentiam per se, vel per alium inferentes, possessiones & quasi domorum huiusmodi, ac rerum & jurium ad eas spectantium, occupare, & cum armis aliquoties invadere non verentur, & occupata tenere contendunt in Prælatorum præjudicium, plurimorum scandalum, & enormem nihilominus illius ordinis cuius erant ab initio, & cui antiquo subesse consueverant, læsionem. Cumque tales, & tam enormiter excedentes, & notorie delinquentes, receptoribus non impares, ac improbis raptoribus nequiores, petinde ut alios jura censeant puniendos: nos ergo ut in ipsos animadvertere possimus, ut a jure nobis permittitur, & maxime si de privilegiis suis non velint copiam facere re-

Concil. General. Tom. XXIV.

Aquisiti; volentes, ubi eos induita seu privilegia non defendunt, correctionis & reformationis officium exercere, ac effrenatam ambientium cupidinem reprimere cupientes: statuimus & concorditer ordinamus, ut tales & similes, in præmissis & similibus tam enormiter excedentes, & tam notorie delinquentes, nisi desisterint, & saniori ducti consilio, congruenter intra dies octo ex quo fuerint requisiti, revocare seu emendare distulerint, una cum illis qui se ad eos sic ligati reducerint, & eos qui translationem huiusmodi acceptaverint, & exinde monasteria domosve conventuales, res, & jura huiusmodi occupare, seu invadere cum armis vel sine armis præsumperint, nec non & omnes qui eis ad hoc opem vel opera præstiterint, aut, ut sic occupata detineant, consilium, vel juvamen præbuerint, excommunicationi subiaceant, ipso facto. Sed cum ipsi Prælati non desistant, sed potius vilipendant eosdem: Prælati eorum quamdiu sic steterint, & ausu temerario vel Officialibus eorum in præmissis restituerint, in privilegiis vel aliis juribus suis tueri eos vel defendere minime teneantur. Dignum est enim ut qua mensura mensi fuerint, eadem remetiatur & eis: ut ignorantes ignorari, & contemptores sentiant se contemni. Quia enim fronte Prælatorum implorabunt auxilium, qui committere non formidant in ipsos? Statuimus insuper, præcipimus, & concorditer ordinamus, ut singulares personæ tam suimet, quam ipsius conventus una cum translationem taliter fieri procurantes, ab illius domo, seu conventus consortio peritus & in perpetuum excludantur, vitam suam alibi sub arcta pœna sui superioris arbitrio finituri. Circa translationem autem singularium personarum, ad arctiorem forte regulam transire cupientium, nihil per hoc intendimus extra formam a jure editam immutare.

XVI.

Item, ne reliquæ in testamentis vel aliis ultimis voluntatibus emendæ, vel ad pias causas elemosynæ, vel restitutiones directæ vel indirectæ forsitan occultentur: statuimus, ut vel Presbyter parochialis interesse rogetur ordinationi testantis, si haberi poterit, aut quod Notarius infra octo dies, a die obitus numerandos, Prælato vel Officiali, aut Presbytero parochiali, copiam illius articuli ubi qualis elemosyna pro piis usus deputata, vel emenda, seu restitutio facienda, sub pœna excommunicationis, quam ipso facto, si negaret, incurrat, fateri fideliter teneatur: & ille, vel illi, sic cum heredibus vel executoribus testatoris ordinare festinent, quod emendæ non occultentur, & elemosynæ sic reliquæ, vel restitutiones huiusmodi non pereant, ad tempus magnum, vel modicum, aut forte perpetuo faciendæ. Adjicientes insuper quod prædictæ restitutiones nullatenus per aliquem executores testamenti, vel per alium, præter Diocesani licentiam præbeantur: nec aliquis distribuere præsumat alibi quam ubi Prælati duxerit ordinandum, etiamsi a testatore contrarium dictum esset. Ad hæc adjicimus quod Presbyteri Synodis venientes, Prælati suo

Oo 2 vel

ANNO
CHRISTI
1181.

vel Officiali eius, in scriptis, testatorum & A
executorum nomina, & quantitates huiusmo-
di præsentare in virtute obedientie teneantur.

ipfos super hoc excusaret; alioquin quod
sciant se iniuste, & in animarum suarum
periculum retinere, & tanquam rei alienæ
raptores, & præceptorum Domini & consti-
tutionis Ecclesiæ transgressores, a fidelium
consortio sequestrandos. Et in confessionibus
significetur eisdem quod absolvi non pos-
sunt, & peccatis confessatis seu oblitis non
solvantur in futurum; & de prædictis sa-
tisfaciant, vel cum Ecclesiæ conveniant de
retentis. Et quod si contingat eos absolvi,
de futuro prodesse non poterit ad salutem.
Cum, juxta Sanctorum sententiam, non
remittatur peccatum, nisi restituatur ab-
latum.

XVII.

Item, quod nullus quomodocumque præ-
sumat ab injectione manuum, quantumcum-
que modica seu levi absolvere, non habita
Ordinarii licentia nec obtenta, quod si se-
cus præsumptum fuerit, pro non absoluto
habeatur, & evitetur ut prius. Absolvens
autem huiusmodi, si prædicator fuerit, præ-
dicationis officium sibi noverit interdictum,
donec ab Apostolica Sede cum narratione
sui excessus gratiam meruerit obtinere, vel B
Prælato satisfecerit quem contempserit. Et in-
ter alia suum publice confiteatur reatum,
ut simplices reddentur in similibus cautions.

XVIII.

Item, quod nullus omnino Prælati, Ab-
bas, Prior, vel Clericus, vel laicus, cujuscumque
conditionis, status, aut dignitatis,
Ordinis, vel Religionis existat, bona Ec-
clesiarum vacantium Metropolitanæ vel Suf-
fraganeæ, Prioratus, Abbatie, vel alterius
cujuscumque Monasterii vel Ecclesiæ, per
promotionem, aut mortem, aut resignatio-
nem, aut mutationem, vel absolutionem,
aut alio quocumque modo vacantis, capere
per se, vel per alium, aut occupare vel
usurpare præsumat. Quod si fecerit, tam
ipse quam obediens ei aequaliter in hac
parte excommunicationis incurrant poenam,
ipso facto.

XIX.

Item, quod corpora mortuorum in cæme-
terii Ecclesiarum parochialium sepeliantur,
nisi constet in continenti, sine alio strepi-
tu, quod alibi elegerint sepeliri. Si quis au-
tem regularis, vel secularis aliter corpus a-
sportare præsumperit insolenter, antequam
de electione sepulture habita fuerit certitu-
do, omni emolumento in testamento sibi re-
lictio careat; & illud parochiali Ecclesiæ ap-
plicetur. Et nihilominus cæmeterium in quo
humatum fuerit, interdicto subiaceat, do-
nec corpus Ecclesiæ parochiali fuerit resti-
tutum. Et quod a jure, si quod habebat,
cecidit qui non expectata definitione vim
facere voluerit, & jus sibi dicere atten-
taverit.

XX.

Item, cum ex præcepto divino, & ex
constitutione Ecclesiæ, decimæ maxime præ-
diales, Ecclesiis debeantur, & sint nonnulli
cas in propriæ salutis interitum solvere non
curantes: statuimus ut cum non sint pal-
panda crimina, ne vulnera remaneant incu-
rata, Presbyteri parochiales parochianos suos
de quibus tenentur reddere rationem, tam
per se, quam per alios, & maxime per
illos quos in Ecclesiis suis prædicare conti-
gerit verbum Dei, moneant frequentius ef-
ficaciter & inducant ad decimas huiusmodi
fideliter præstandas, & integraliter exsolven-
das, nisi forsan compositio facta legitime

XXI.

Item, statuimus & ordinamus, & ad hoc
terminum tam exemptis quam privilegiatis
duorum videlicet mensium a publicatione
præsentium numerandorum concorditer af-
signamus, infra quos ostendant si voluerint
privilegia, vel indulgentias, vel prærogativas
alias si quas habent, per quas, vel per quas
contra præsentis Concilii statuta valeant se
tueri, & usque tunc nostrarum volumus ef-
fectu suspensionum sententiarum effectum. Et ab
inde in antea, nisi causam interim sufficien-
tem ostendant, volumus ea valere omni ju-
re quo melius poterunt & debebunt.

XXII.

Item, sub poena excommunicationis præ-
cipimus, ne quis a patrono laico vel Cleri-
co præsentatus, aut etiam præsentandus,
præstet aliquod juramentum in manibus pa-
troni, vel alterius cujuscumque, sine specia-
li ipsius Ordinarii licentia & consensu: quod-
que præsentatus seu præsentandus huiusmodi,
ab alio quam ab Ordinario, cui de jure com-
petit, in Ecclesia parochiali se institui nul-
latenus patiatur: nec ex quo per Ordinarium
institutus fuerit, beneficium dimittat huius-
modi; non petita ipsius Ordinarii licen-
tia, vel obtento consensu, vel nisi alia suf-
ficiens causa subit legitima, probabilis &
honestæ.

XXIII.

Item, quia sæpe compertum est quod non-
nulli impediunt quominus a nostris suffraga-
neis, & eorum Officialibus ad nostrum au-
ditorium appelletur, sicque effectus justitiæ
plurimum impeditur. Adhærentes super his
statutis bonæ memoriæ Domini G. Præde-
cessoris nostri: statuimus ac etiam in virtute
sanctæ obedientie inhibemus, ne aliquis
cujuscumque status, eminentiæ, ordinis, aut
dignitatis existat, impedimentum præstet ali-
cui clam vel palam, publice vel occulte, di-
recte, vel indirecte, per se vel per alium
scilicet gravando appellare volentes, seu eis
comminando, seu oppositionem aliquam su-
per his faciendo, aut alio quocummodo,
quominus ad nos, seu nostram curiam libere
appelletur, & ad nos per appellationem
& querimoniam recurratur. Si quis autem
contra fecerit, ipsum in his scriptis excom-
municationis vinculo innodamus.

ANNO CHRISTI 1185.

NOTÆ AD CONCILIUM. AD PRÆF

Roffanus. Ita m. Froj. at Siffatic. & Diem- sis Roffanus, quod forte rectius: plurimi enim sec. 11. 12. & 13. Provinciarum Ecclesiarum præfuerunt Episcopi, Roffani nuncupati. Is cognomen habuit: de Nove. Nullum in Chronicis & Scripturis reperitur vestigium quo Ordini Religioso nomen dedisse conici possit, quamvis secus alicui scripserint.

R. Apenfis Raimundus cognomine Bossi, primus suffraganeorum nominatur non ratione anterioris ordinationis, sed privilegio sui sedis, quæ tunc prioris suffraganei honore favebat, quem etiam obtinuit in Concilio Aqueensi Provinciarum ann. 1222. ac postremo anno 1285. licet Episcopi Apenfes non essent (ut observavimus) reliquis Præfultibus inauguratiōe anteriores. Verum a multo jam tempore, incuria Episcoporum Apenfium, ea prerogativa intercedit, ipsi ex præterito can. 6. Concilii Regiensis 1. & can. Conc. Aurelian. II. remanente facultate sacrum mortuale solemniter constituendi & iusta perolvendi Aqueensi Metropoli. De illa præxi hæc habet vetus libri ceremonialis Aqueensis: Defuncto N. Archiepiscopo si officium, sepultura per Episcopum Apenfem cui incumbere debet ex antiquo, & sicut habere palefridum quem N. Archiepiscopus dum egret in humanis equitabat.

Si quis plura de Apenfibus & ceteris Episcopis qui hunc Synodo adfuerunt, scire cupiat, singularum Ecclesiarum Scriptores consulat: mihi fat sit, ne alia iterum agam, nuda eorum hic notare nomina.

M. Mathewi, Regiensis.

P. Petrus W. Girardi de Padis Michaelis Siffaticensis.

B. non J. ut legitur in m. Siffatic. Bertramus, sive Bertrandus de Fabricio Forojulienfis.

P. Præpositus & Officialis Vapincensis. Officialis nomine in omnes veniebant qui quovomodo erant ab Officiali & Mandatis Episcopi, ut Archidiaconi, & Archipresbyteri, &c. Unde in Conc. Rotomag. ann. 1090. decretum: Ut nullus ex Officialibus Episcopi, scilicet Archidiaconi aut Notarii pro ordinandis Clericis munera exigantur. Eodem tenore Alexander III. scribit Cantuariensi Episcopo institutionem Beneficiorum spectare ad Episcopos, vel eorum Officialis. Officialis proprie erat qui auctoritate sibi ab Episcopo concessa utramque jurisdictionem planam, quam vocant, & Forensensem exercebat, ex quo modo Vicarius Episcopi, modo Officialis dicebatur.

Abbatibus Crosiensis Ecclesie Crosiensis in Diocesi Siffatic. sec. 11. a Presbyteris & Clericis secularibus regebatur, eratque juris S. Petri ut patet ex libro 1. cap. 67. Gregorii VII. ad Giraldum Siffatic. Postmodum in Collegialem excrevit: anno enim 1207. Bermundus Siffatic. Episcopus Ecclesiam de Thonicis concedit Præposito & Canonicis Crosiensibus. Demum novis adjectis fundis, in Abbatiam Ord. S. Aug. erecta. III. anno 1299. præerat Petrus Abbas, qui forte isti Concilio interfuit. Verum collapsa ibi regulari disciplina, procurante Mutio Gafinello Episc. Siffatic. accessit cum suis dominis ad mensam Episcopi anno 1457. ex Decreto Callisti III.

Larenfis ejusd. Ord. in eadem Diocesi. Quis eam tempore Concilii rexerit Abbas, nescitur.

Præpositus. Præerat Abbates Præpositus ac Procuratores Capitulorum Cathedralium Ecclesiarum, licet subsequantur in pluribus Conciliis, uti Nugarolensi ann. 1290. Silvanensibus ann. 1318. Rotomag. ann. 1335. Avenionensibus ann. 1316. &c. Apud Regium: olim nuncupato, Sidonio Apollinari, ac in pluribus sculptis monumentis quas Bartellus exhibet in Historia Regiensis, præclara de ejus urbis nobilitate referens; at fallit maxime dum nominis quadam similitudine, aliique levissimis comparatur delusus, Ricomagum, seu Bricomagum, hodie Bricones, pro Regensium civitate accipiem, Rejos in Provincia Alpium maritimarum contentos fuisse affirmat, cum ipsum quod laudat Itinerarium ac Galliarum notitiam comas, in II. Narbonensi ejusdem Aquæ Metropolit. differis verbis Rejos collocent.

Ad Cap. I. Concilium Palermitanum. Illud nempe quod labentis tunc sæculi anno 45. apud Montisactum in Diocesi Valentina ascriptum tempori-

Abus pro fide, pace ac libertate Ecclesiarum tenendis congregatum fuit ex quatuor Provinciis, Narbonn. Venneni. Arelat. & Aqueensi Innocentio IV. P. M. Præfidentibus, Petro Albanensi Episcopo, & Hugone, S. Sabina Præbitero S. R. E. Cardinalibus ejus Legatis.

Ad Cap. II. Pro liberatione illustri Domini Karoli Principis nostri in carceribus detentis &c. Karolus de quo hic habetur sermo, filius erat Karoli I. S. Ludovici germani fratris, atque ex suo cuius Beatrice Berengaris III. filia & hæc de matrimonio, Comitis Provincie. Is ex traditione Urbani PP. IV. anno 1254. utrinque Siciliam Regna possidenda acceperat, quæ jamdudum ex veris Summorum Pontificum decretis, ex illo in primis quod in Concilio Lugdun. solemniter proclamatum fuerat adversus Prædictum II. Imp. vacua erant facta. Aliquot post Concilium annis Fiderico tunc Conradus epus filio perfidiose a Manfredi altero epus filio illegitimo extortis, Manfredi dam Conradum Conradus filii tutelam gerit, proprio nomine omnem dominiatum usurpat. atque ac Pater Romanis Pontificibus infensus & vicissim invivus. Interca Carolus a Clemente IV. Urbani successore in Italiam vocatus, Manfredum aggredditur, debellatumque in acie cecidit ann. 1266. Conradum in regna paterna restituit cupidus. bellum redintegrat, at fortuna diversa; captus enim in prælio, capite minuitur.

Dominabatur tunc, ac in utraque Sicilia seruum tranquille potiebatur Karolus post multa stremita ac fortiter ab illo gesta, quando sceleratissima Siculorum conspiratione, ferro excissi sunt quotquot erant in Sicilia Provinciales, duce potissimum ac impulsore Petro Aragoniorum Rege, cum quo Constantia Manfredi filia nupserat. Acrius tandem inflaurato bello classis utrinque instruitur, ac demum prope Mesaniam conflixit navali pugna, in qua Karoli filius tunc dicitur Princeps Salernitanus, insaufum prælium facit, & in Regis Aragoniorum manus incidens Barmonam deducitur. Ibi dum captivus arretitur Karolus ejus pater vitam exiit, anno 1285. in eunte; atque illico Karolus II. ejus filius, licet in Catalonia detentus, hæres ac successores in omnibus ejus dominis agnovit; atque Martio insequenti Roffanus Aqueensis Archiepiscopus Provincie suæ Concilium istud indicit apud Regium. Præcipua Synodi cura fuit ut proceres decernerentur pro liberatione Principis, qui tandem anno post ejus carcerem quarto, suis restitutus est, pace cum Aragonio inter, Philippo Pulchro & Eduardo Anglorum Rege auctoribus.

XL. Dies de injuncta parentatis non ultra cuiuslibet fidei pro Rege proceres effundenti juxta can. 68. Conc. Lateran. 4. ab Innoc. IV. in Conc. Lugd. 1. confirmatum relaxant solis Episcopi, non Abbates qui aderant Concilio, quoniam Indulgentia suis Episcopalis dignitatis, nec eas concedunt Abbates, nisi forte ex specialis concessione. Can. 9. ejusdem Conc. Lateranensis.

Ad Cap. III. Chartularium proprium. eo nomine quandoque Serinium, hic Regium intelligitur, quo sentio accipitur in can. 19. Conc. Arelat. anni 1275. Quandoquidem primis temporibus, Ecclesiarum bona omnia sub potestate erant Episcopi, rem Ecclesiarum & rem Episcopi propriam manifestam esse debere Concilium Antiochenum, Canones Apostolorum innovando decreverat can. 24. ne rebus omnibus promissis, defuncto Episcopo, Ecclesia aut hæredes legitimi detrimentum paterentur, & Sacerdotis memoriam maledictis oneraretur. Optima, tum ad illud incommodum præcavendum, tum ad tuitionem & conservationem bonorum Ecclesiarum, Chartularii, seu Inventarii instituta ratio. Ad illud numerus duo olim in magna Ecclesia Constantinopolitana delicti præcipui e Clero Ministri, Magnus sc. Oeconomus & Cartophylax, quorum singula munia explicant Codicis & Schol. de Off. M. Ecclesie Constantinopolit.

Idem in Occidente omni injunctum fuit Archidiaconis a Conc. Oronensis ann. 1222. cap. 1. Turonens. ann. 1252. can. 4. deinde cuiuslibet Ecclesiarum Rectori ab Arelat. Conc. ann. 1275. can. 6. Avenion. ann. 1316. can. 52. aliique item posterioribus Mediolan. Aqueensi, Mechliniensi, &c. Conciliis, hujus operis semper Rectores & moderatores Episcopi.

Sextus V. P. M. ardens aggredi solitus Inventarium generale bonorum omnium Ecclesiasticorum per universam Italiam constitutorum, & in Palatio Apostolico recordandorum, mediis suis

ANNO CHRISTI 1185.

ANNO CHRISTI 1115.

ANNO CHRISTI 1185.

rat, sed rei difficultate impeditus, istud negotii a singulis beneficiariis committere iustus esse duxit. Verum intentus facta non sunt conparata. Præclarum idem & perutile opus movens animo Benedictus XIII. in nuperissimo Concilio Romano conscripsit, ut. de *fide instrumentorum ea adjuncta methodo*, ut res prime intuitu operosa, expedite & nullo sermo negotio queat perfici.

Ad Cap. IV. *Fiditii Priores*. Quandoquidem ex Decreto Conc. Lateran. 3. can. 8. & Constitutione Clement. VIII. relata in cap. 3. ext. de suppl. neglig. Prælat. cautum fuerat ut Ecclesiis vacantibus ab omnibus Collatoribus provideretur intra sex menses; alias facultate exciderent conferendi, ad Superiores immediatos devoivenda. Ut huic legi regulares se subducerent, Prioratus vacantis specie quidem conlerabant, revera suos faciebant. Nam ita cum provisis pacificebantur, ut penes ipsos nudum Prioris nomen penes Abbates fructus beneficiorum remanerent. Unde *Priores Fiditii, nomine tantum & non re*, merito dicti, & poenis a Conc. Lateran. adversus tardos Collatores lætis obnoxii, immo velut graviores delicti rei excommunicantur a Concilio, tam Prælati conlersens, quam provisis.

Concilium Parisiense an. 1346. idem interdictum ulterius ampliat, can. 11. prohibet enim Prælati regularibus, ne *Prioratus, Ecclesias, administrationes aut beneficia ad eorum dispositionem spectantia qua non sunt de mensa sua, sed speciales Priores, Administratores, seu Rectors conjuverunt habere, applicent mensis iuris*, ipsique præcipit quod facta in contrarium ad statum pristinum reducant, & nisi moniti per Diocesanos hoc fecerint, per eos arbitrarie puniantur & nihilominus attentata securi, in statu debito reponantur. Atque ut hæc fraudes a re beneficiaria omnino arcerentur, posterioribus seculari sanctione est, ut quicumque resignationes, collationesque beneficiorum in acta publica referrentur; nam *donatus occulta suspitione non caret* Cap. ut nostrum ext. tit. Ut beneficia Eccles. sine diminut. conf. easque Concilium Tarraconense can. 25. nullas & irritas esse declarat, quam sanctionem Regule Rom. Cancellaria, & edita Regia apud nos hincam & stabilem effecerant.

Verum, cum iidem qui hoc fec. 13 damnantur praxes, ætate nostra repullarent, Regia Constitutione anni 1719. læta, novæ sunt additæ cautela, ut quidquid a Regularibus circa Beneficiorum mutationes geritur, illud palam & aperte fieret, innovata. si secus sit, etiam in exemptos facultate a SS. Canonibus Episcopis data, illa conlerendi.

In quo sane mirari subit variam circa Beneficiarios regulares pro diversorum temporum ratione, disciplinam. Cum enim olim ad beneplacitum duntaxat superiorum seu cellæ, seu Prioratus aut Ecclesiæ regendæ, committerentur, unde obedientiam nuncupatæ, cum onere in rem communem fructus convertendi deductis victu cultoque Religiosorum; neque ipsa Sedes Apostolica earum administrationem ad vitam indulgere solet, teste Innocentio III. cap. Porro; ext. de conf. utili vel non. & cap. Cum ad monasterium ext. De statu Monachorum, quo regimine, paupertati regulari, obedientiæ ac regularium consultum moribus. Attamen ex quo Ordo Monasticus e virtute pristina remittere quid cœpit, Prioratus ad nutum Prælatorum antea revocabiles, perpetui evalerunt; usufque ille adeo in legem ratam & firmam extunc indutus est, ut a Conciliis Provincialibus; ac demum ab ipsa generali Viennensi Synodo approbatus & stabilitus, etiamnum vigeat, paucis exceptis Canonico Regularium Collegiis, apud quos præca & salutaris ad Superiorum arbitrium pendens beneficiorum administratio, adhuc laudabiliter perseverat.

Ad Cap. V. *Pactibus & ovis juramentis*. Pactiones factæ pro quibusdam spiritualibus obtinentibus (cum in hujusmodi pactis, omnisque conventio debeat esse) nullius pactus sunt momenti. Ita Gregorius IX. cap. 8. ext. De pactis, neque quis ad ea servanda tenetur, etiam si juramento sint firmata: non enim dicenda sunt juramenta, sed potius perjurya qua contra utilitatem ecclesiasticam & SS. Patrum veniant instituta verba sunt Conc. Lateran. 3. can. 16.

Inde provide cautum in Conc. Moguntino an. 1549. ut nullus in posterum Clericus ad aliquod beneficium seu dignitatem admitti debeat, nisi prius juraverit quod in ejus adptione nullam

commiserit facultatem, aut illicitam fecerit promotionem.

Attamen pacta circa ea quæ jure tantummodo Ecclesiastico sunt prohibita, non sunt illicita, si interveniat Sedes Apostolica dispensatio ex can. 8. Conc. Roromag. an. 1582. quia, inquit, Innoc. III. in cap. præpouit: De conceff. pæbendæ, secundum plenitudinem potestatis, potest de jure supra jus dispensare, quod, modo urgeat rationabilis causa, uti est, in utroque foro receptissimum.

Ad Cap. VI. *Si quis Conversus, Donatus, Condonatus, Oblatus*. Conversi seu fratres laici, qui se & sua dant religioni habitum mutato sunt vere Religiosi, ac votorum solemnium professionem emittere solent: cap. Non est dubium ext. De regulari & Clement. unic. De excessib. Prælat. ad opera Monasterii sunt deputati, solumque differunt a Monachis ratione Ordinum Sacrorum, habentes chorum distinctum a choro proprio Monachorum. Extat. tom. 4. Anecd. V. C. Martenne Regula pro Conversis Cister.

Donati vero, Condonati, Oblati qui & Confratres. Exemptorum ex 4. Cap. Cum & plantate ext. de privileg. Hæc quatuor in idem quoad rem coincidunt, & secundum aiveritatem Religionum his diversis vocantur nominibus. Eorum alii erant qui adhuc manentes in seculo alicui Regularium ordini seipfos mancipabant, mutato habitu seculari, alii qui bona sua ipsi erogabant, retento tibi quando vixerint usufructu. Utrouque memorat Conc. Lateran. 4. c. 57. & eos Conc. Roromag. an. 1331. can. 21. & Synodus Bajocensis an. 1300. cap. 33. singulari & Religioni congruo signo induci jubent ut per hoc distinguantur ab aliis quamvis vere Religiosi non sint ut observatur in can. 6. Concilii Senonen. an. 1359.

Maxime autem extra loca exempta. Ex celebri enim Constitutione Concilii Lugduni I. relata in cap. 1. De privileg. in 6. a Marciensi postea Conc. an. 1326. can. 36. a Varensi can. 73. ac demum a Conc. Trident. sess. 7. de Refor. cap. 14. innovata, Exempti omnes quicumque gaudeant libertate Ordinariarum jurisdictionis omni sub ant. ratione delicti, siue contractus aut rei de qua agitur, modo religioza res non sit, aut delictum, aut contractus intus in loco exempto, saltem nihilominus casibus in quibus eos Episcoporum jurisdictioni subesse canonica præcipiunt instituta.

Nisi idem faciat de Privilegio. Seculo enim licet plures Religiosi a potestate Episcoporum essent immunis, nondum ih Ecclesiam quaque patet status monasticus, irruerant omnium fere regularium ab Ordinariarum obedientia libertas, unde multa pro religiosorum tam externo quam interno regimine statuta ab Episcopis condita passim videntur in hujus ætatis Conciliis provincialibus. Celebratiora sunt Conc. Senonen. an. 1216. Oxoniens. Duo Roromag. Compinac. &c. Unde onus exemptionis probandæ eis incumbat qui contra jus commune, se ab episcopali iugo liberos aberebant; ut decretum in hoc canone.

Ad Cap. VII. *Deest in ms. Dienf. a C. V. Martenne vulgato, Servet eam firmior; non enim servari debet interdictum* (ait Innoc. III. occasione Hospitaliorum,) si illi non servant in quorum favorem latum fuit, ne videantur de altorum actu ridere.

Ad Cap. VIII. *Deicit quoque in ms. Dienf. Totum illud capitulum, isdem fere verbis iteratur in Concilio Avenionens. an. 1326. & 17. cap. 7. & 9. Biterreni. cap. 8. & Varenf. cap. 128.*

Adulterium non adulterium, uti legebatur in priori Regia editione Conciliorum Avenion. in quibus unius solius litterularum omissione sensus omnino obcurus efficiebatur. In illis desunt quoque illa. *Major medius & infimus, & pro se vel pro alio & postrema hæc: omnino a Cleri Collegio sequestratus*. Ac post hæc verba ratum habentis ista addantur in CC. Avenion. vel postquam requisitus fuerit, vel ejus locum tenens, infra x. dies corrigere negligant.

Pœnam quoque infirmam hæredibus qui ad Clericatum inhabiles decernuntur, nisi fuerit cum illis misericorditer dispensatum, quæ dispensatio ad quemlibet Episcopum de pure pertinet ex isto Concilio cum nemini referretur, hanc, inquam, pœnam Concilia Avenionensia & Varenf. ad posteriores ampliant usque ad secundam generationem, neque remitti posse decernunt nisi de consensu Metropolitæ & unius ex suffraganeis quæ leAo reti-

ANNO
CHRISTI
1181.

ANNO
CHRISTI
1181.

retinenda, quamvis in postrema collectione Regia Conciliorum, soli Metropolitae illa dispensatio credita videatur. In illa quippe delictum haec verba: cum uno suffraganeo: qui supplicari debent ex priori editione.

Post haec: misericorditer dispensatum; reliqua desunt in Conc. Biterreni.

Accessus palmarum fasciculos aut candelas de cero etc. Levibus ita & frequentibus de causis interdicti, & excommunicationis sententias terebant Episcopi per illam statum, ut centum in contemptum apud vulgus facile venerint: adeo ut excommunicati qui in vim censurae a fidelium consortio semoti erant, & ipsi banna facerent contra Excommunicatores & Denunciatores ut videtur in can. 15. Conc. Valentini, quia immo tiones, farragines, atque id genus in manibus gestantes, Excommunicatores, tuo modo, scurriliter & impie excommunicabant, solemnem excommunicationis ritum, campanis pulsatis, candelis accensis, & in terram projectis, observari soliti, execrandi simulatores. Eadem de causa inhibebant societates quas vocabant confratras, quibus mutuum contra Episcopos & censuras ab eis latas aut terendas munimen sibi parabant. Has emanant quas vocabant *Confratras Concilia* eo saeculo & sequenti celebrata Valentini, Burdigali, duo Avenionensis, Varense, & longe antea Concil. Chalced. can. 18.

Ad Cap. IX. Capitulum istud desideratur in ms. Diensi. Refertur ad litteram sicut & 17. inter Constitutiones Jacobi II. Ebreundenis Archiep. quae edidit cum Episcopis Comitatus Provinciarum ann. 1278. narrat *Gessendas* in notitia Ecclesiarum Daniensis. At quo fundamento asserionem vir doctissimus astruat, nescitur, cum ad Regiense Concilium a quo illa capitula condita sunt, neque Jacobus Ebrodenensis, neque alii Comitatus Episcopi convenissent praeter Provinciae Aquensis suffraganeos.

In amicum ut prius excommunicationis sententiam revocatas. Existimavit V. C. Caballus in notis suis ad hoc Concilium, cujus ei copia fecerat charissimus Frater, Bonifacium VIII. primum fuisse Pontificem qui de absolutioe cum reincidentia jus ediderit in cap. eos qui de sent. excomm. in 6. dato circa ann. 1274. advertens ei decreto, annos novem praevisse Conc. Regiense. Verum similis adversus fidei fragos sanctionis antiquius habetur exemplar in Conc. *Rhemenf* an. 1248.

In illo enim Eugenius III. qui ei praevit, quando vis voce reincidentiae non utatur, rem eo verbo comprehendam statuit. Ita enim can. 13. definit: *Ut si quis Episcoporum vel Sacerdotum aliquem vinculo Excommunicationis innoverit, & ille mortis metu vel imminentis periculi, vel . . . fraudis metu satisfactionem intra certum terminum promiserit, & ab hoc absolutioe meruerit, nisi intra terminum promissum solvas quod promisit, merito procedentis, maneat insolutus. Si vero sine termino hoc ipsum promiserit & intra tres menses non solverit, simili poena tenebitur.* Cum quo tamen fiat, illam reincidentiae vocem primum a Conc. Regiensi usurpatam fuisse, deinde a Bonifacio VIII. adhibitam. Nam Constitutio Innocentii III. reata in cap. ad reprimendam ext. de Off. Judic. ordin. non versatur circa latam, sed ferendam, in eo casu, sententiam.

Ad cap. X. In ms. Diensi a V. C. Martenne edito exorditur hoc capitulum ab his verbis quae desunt in nostro: *Item ex quo qui excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententia innodati, ex causa probabili, iusta & rationabili publicati fuerint, non sunt in suis inquisitis sub quovis figmento palpandi.* Quae lectio germana non est, ex illa enim colligeretur etiam, ante Decretum Concilii Constantiensis solos fuisse vitandos excommunicatos qui fuissent denunciati; quod plane adversatur illius aevi disciplinae, juxta quam non solum denunciati vitandi erant, sed quotquot excommunicatione irretiti, agnoscebantur. Rectius in codice nostro habetur ab excommunicatis esse cavendum maxime publicatis juxta certam illius aevi temporis praxim Ecclesiam.

Ad Cap. XI. Sub poena quam ei Ordinarius suis decretis infingendam. Quare arbitrio Episcopi poena infingenda inquitur, cum ipso jure anathemate percussus essent quicumque in divinis cum sibi notis excommunicatis, communicassent? Existimari ego Patres Regienses, vel arbitrio Episcopi voluisse remittere tempus absolutioem ejus condendum Clerico, vel poenam imponendam ejus condentem reliquit in illis rerum circumstantiis in

quibus esset ambiguum an ex culpa seu negligentia Clericorum ad divina excommunicati fuissent admissi.

Ad Cap. XII. Pauperibus Ecclesiis & personis in jus vocatis, juvamen praestandum esse, decreverant Concilia plurima. Marconse can. 33. Varense can. 20. Avenion. ann. 1236. At Conc. Regiense omnibus opem ferendam decernit Beneficiis qui praetextu litterarum Apostolicarum (amicabili in casum prius tentata compositione) impetebantur extra curiam Ordinarii. . . . Fraudes & fallaciae quae in earum litterarum impetracionibus irropebant, fute recensentur in cap. 10. & 11. Conc. Varense, cap. 2. praetati Conc. Avenion. & cap. 4. Concilii apud Castrum Gonteri ejusdem anni. Illos abusus ex parte emendarunt Innocent. III. in Conc. Lateran. 3. cap. 37. Honorio III. in cap. Olim ext. De exceptionibus; ac demum Bonifacius VIII. in cap. Statutum 6. Cum vero de re scriptis in 6. ad quae Lector remittendus.

Ad Cap. XIII. Conc. Insalanum seu Arrelaticum annis 1288. cap. 14. eundem canonem verbis contrahis repetit poenis additis gravioribus in veneticos. At Concilia Avenionensia ejusdem Provinciae saepius adducta eidem verbis innovat can. 21. & 27. & in eo dumtaxat differunt a Regiensi, quod illis, curiae Ordinarii seu Episcopi, hoc curiae seculari notos facere toxicorum emprores, mandat Apotecariis.

Ad Sedem Apostolicam, quo magis horrore foret tam grave scelus ejus obnoxios ad Summam Pontificem sponte mitti Concilium absolvendos. Idem in cap. sequenti. Hujus praeterea exempla plurima suppeditat Historia Ecclesiastica: inde casus plurimi, Sedi Apostolicae reservati. Concil. Prilicense ann. 1460. can. 24. venetici criminis absolutioem solis Episcopis adseverant.

Ad cap. XIV. Idem capitulum iteratur in praetatis Conciliis Avenion. can. 18. & 22. ac Varense can. 23.

Discurrere toxicum. Hoc est docere, quem alius excipiat modum conficiendi toxicum.

Ad Cap. XV. Canones 19. & 21. Conciliorum Avenionensium, & can. 221. Concilii Varense ex isto capitula desumpta sunt, nulla tamen Templariorum laesa mentione, quandoquidem intermedio generali Concilio Viennensi deleti fuerant.

Iustus Episcoporum querelis ansam praebuerant concessa nonnulla privilegia, quae tamen fuisse partim revocata ab Alexandro IV. & Clemente IV. Patres Concilii Herbispol. ann. 1287. can. 42. asseverant. His elati favoribus exempti, nec se ab excommunicatis abstinere satagebant, quamvis specialiter Hospitalitatis propria huiusmodi Regula 17. prohibuit, nec a lubditis, aut a confratribus censuras latas ab Episcopis fervari cursabant. Inde tot ab 11. saeculo quo privilegia incrementa suscepunt usque ad 14. edita a Concilio tam generalibus quam provincialibus adversus exemptos decreta; ut illos intra ordinem ac debitam Episcoporum sententiam obedientiam cogerent. Perstabant adhuc nefarium illud in Episcoporum auctoritatem exemptorum molitiones, tempore Concilii generalis Viennensis, a quo & illae sanctiones innovatae sunt. Clement. cum eo de Privilegiis & cap. quod in te De poenis & remiss. & milites Templi omnino suppressi.

Contra mentem Concilii Lateranensis 4. videlicet, cap. 17. apposite mentem legitur in nostro ms. non sententiam, ut habet vulgatum Avenionense Concilium: quia licet a Conc. Lateran. iunctum esset exemptis in sententias ab Episcopis prolatas executioni mandarent, non tamen expressum & clarum editum fuerat decretum de Excommunicatis ad conversionem non recipiendis; quapropter exempti qui (ut concuerunt Conc. Avenion. ann. 1288. can. 6. *inbarendis intellectus litterali dumtaxat vel codici privilegiorum, Praetatorum sententias violabant.* Decretum Concilii Lateranensis perfringere non existimabant, centuris igratis ad una solemniam admittendo, quamvis re ipsa, si non contra litteram, tamen contra mentem Concilii agerent; ut observant Patres Regienses. Idem prohibitum initio saeculi eiusdem, tam a Concilio Parisiensi, part. 2. cap. 14. monendo, *ut qui religionis alieni nomen dare possunt, inducant primum in ingressu an censuris innodati sint nec ne,* tum a Concilio Montpelicensi can. 30. ab Avenionensi ann. 1281. can. 6. Cluniacensium tamen Abbati indultum est a Paschali II. Episc. 65. *ut prius quoscunque ad*

ad sepulturam & ad conversionem suscipere, nisi pro certis seu ut intelligo, atrocibus, criminibus circumscripti fuerint.

Aliis quoque fraudibus tunc temporis minuebant exempti Episcoporum iura seu fidei iuratio plurimos contrafratres, qui eorum gauderent privilegia, sub duobus aut tribus denariis annuatim solvendis, adhibendo, cui licentia modum poluere Conc. Lateran. 3. cap. 3. f. 4. de Privileg. Lateran. 4. c. 17. & Arelat. ann. 1260. cap. 11. seu domos regulares integros sui aut alterius ordinis quæ subiacent Episcopis dolo aut aperta fraude, & causa translationis occupando, licet Concilium Lateran. 3. can. 11. & Lugdun. 2. cap. 23. data singularibus personis facultate ad alios ordines transgredi: nomination prohibissent ne unus Ordo, aut conventus integer ad alium transferatur abique Apostolice Sedis iudicio, vid. can. 6. Conc. Senonens. ann. 1269. ubi alix bene multa referentur Regularium, Templariorum, Oblatorum &c. in Episcopos molitiones.

In privilegia sua tenet, privilegium enim meretur amittit qui concessa sibi abutitur potestate, ut quorum lib. 12. c. 2. f. 1. si salutifera servitus & qui superbia, non erunt ad ipsa libertate, dicant obedi, su. ut habet Conc. Tolos. 4. cap. 8.

Ad Cap. XVI. Habetur integrum in Conc. Avenion. l. 1. c. 20. & 21. Biterren. can. 10. & Vauroni can. 61. paucis mutatis.

Episcopis vetita fuerat a Conc. Carthag. 4. can. 16. culto testamentorum, ne secularibus rebus se immitterent, quibus prohibita fuerat propriæ familiaris cura, ac legatis piis & restitutionibus exequendis operam suam ponere nulsquam ipsi interdicitur, immo debito pastorali concedere visum, ad defunctorum & virorum fidelium liberationem, Illi operi maxime conducere existimantur Episcopi, si testamentum conferendis intendant Parochi, cujque intra certum diem, priusquam executorum scriptum daret Notarius, de quibus Parochus in Synodo certum sciret Episcopum, illam Parochi presentiam tanto cum studio plurima sec. 11. & 12. Concilia exoptantur, ut irrita decernerent testamenta ad qua non iussit rogatus, Vide Concilia Tolosan. Arelat. Rotomag. Albienfe. &c.

Ad Cap. XVII. Quoscunque percussores Clericorum, extra mortis articulum a nemine præterquam a Summo Pontifice absolvi posse, primus Innocent. II. dixit in Concilio Remensi, tum in Ciaramontano, postremo in Generali Lateran. Idem innovavit decretum Eugenius III. in alio Remensi Concilio, nulla habita differentia inter enormem, gravem & leviem percussorem.

Quancumque modica seu levis. Pesse a levi Episcopus absolvere declaravit Alexander III. cap. 3. ext. de sent. excomm. Levem autem dicunt esse rem pedis, manus, pugni extra circumstantias, quæ crimen auctant, datum, aut quem similem.

Nullo præsumat absolvere Ordinarii licentia non obtenta etiam de levi percussione, quia iura de solis Episcopis loquuntur habentibus Diocesan, non de Ordinariis simpliciter, quo nomine venient quoque Prælati inferiores, jurisdictione quasi Episcopali decorati hoc tit. extr. de sent. excomm. & eod. tit. 14. in append. ad Conc. Lateran. 3. Abbates tamen absolviunt suos subditos ad invicem laedentes, uti & Episcopus cap. 3. ext. de sent. excomm.

Ad Cap. XVIII. Bona vacantium Ecclesiarum circa sec. 12. 3. & 4. a Prælatis Patronis, & locorum Dominis quandoque jure antiquo, quandoque injuria occupantur; vid. Nogaret in art. 14. oblator Clement. V. Marca de Concordia lib. 8. cap. 25. & 26. innumeraque Concilia per hæc tempora congregata.

Prælata Synodi Avenion. capit. 24. & 29. Vauronis capit. 13. pro more adhaerent Regiensi, apposita huic capitulo hæc circumscriptio: *nisi sibi per privilegium vel consuetudinem hoc liceret, quod recidit ad hæc can. vi. Conc. Remensis, in antiquum & beneficium antiquitus constitutum, & ad similia capit. 19. Conc. Lateran. 3. & capit. 12. Conc. Lugdun. 2. aliorumque Provinciarum Conciliorum.* Herb. pol. canon. 26. Aulicran. 1300 can. 3. London. ann. 1368. can. 16.

Vacantium per mortem, vel absolutionem illo absolutionis vocabulo, qua beneficiorum vacationi datur locus, nil aliud significati videtur nisi licentia Superioris beneficium renuntiandi, seu solum a singulis militibus ut habet Alexand. 3.

cap. 2. ext. De Renuntiati. Verbum illud prolicentia & auctoritate rem dimittendi agende, tum acceptum quandoque fuisse, luculentum proliert exemplum (præter alia que V. C. Car. Du Cange colligit in suo Glossario) Albanensis Cardinialis Henricus in Epist. 4. ad eundem Alexandrum tom. 3. Bibliot. Cister. Copiens namque ut Primati Hiberniarum, de Episcopatu decedere volenti, consensit, atque dolessum ab illo successorem approbat, rogat ut tam in absolutione ejus, quam in ordinatione istius efficaciter annuat.

Cui autem committenda sint, defuncto Prælato, Ecclesie bene? vid. Caballus notit. Ecclesie. in can. 23. Conc. Chalcedon.

Ad Cap. XIX. Consideribus inter Rectores Parochiarum & Regulares sæpius exurgentibus salubriter providit aliquot ab isto Concilio annis Bonifacius VIII. Extrav. Comen. de sepult. Item Conc. Vienn. in Clement. Dudum eod. tit. multa exquisita ad hanc materiam collegit idem Caballus, in notis ad Conc. Nannentem.

In cap. 10. r. 1. Ecclesie Parochialis. Ut ibi queat corpus abiretens famulabatur ex Conc. Romensis ann. 1010. can. 15.

habita fuerit certis, do modum illam habendi : iudicant Concilia Avenion. crebro citata cap. 21. & 23.

Ad Cap. XX. Cum ex precepto divino decima &c. Jura divino solvi debere decimas sacris Ministris in signum Domini universi, quod in istis omnibus Deus tibi vindicat, docent plurima Concilia, Triburiente can. 13. Ravennat. an. 1286. Rubrica 7. Oxoniense cap. 53. Illa Malactin cap. 3. adducens. *Inferre omnium decimas in beneficium meum, ut fit situs in domo mea Salmuricne cap. 1. &c.*

Nisi forsitan compositio facta legitime hoc est cum auctoritate Episcopi, alias non tenet ex Constat. Alexander III. cap. Statum ext. De transaction. cap. 30. Conc. Avenion. ann. 1326. & cap. 23. Concil. 3. Aurelian. quæ ut referunt in can. Decretum, art. 3. 10. 9. 1. qui est Conc. 3. Cabilon. Omnis Ecclesia cum dotibus suis & decimis & omnibus suis, in Episcopi potestate consistunt atque ad ordinationem suam semper pertinent.

Ad Cap. XXI. Offendant privilegia &c. Ex pervulgato cap. 4. Conc. Chalcedon. aliisque plurimis Conciliorum placitis monasteria omnia Episcoporum sunt jurisdictioni, etiam circa internum ipsorum regimen. Unde regulares qui ab Episcoporum legibus se immunes prædicant, privilegia exhibent necesse est. Quibus a jure communi se probent liberos, alias pro non exemptis reputando esse decernit Synodus Regiensis. Idem antea cautum in Conc. Castri Gonserii can. 14. Turonen. can. 21. Avenion. ann. 1591. can. 9. ac P. R. Decretalibus in tit. De Religiosis Dombus & tit. De Privilegiis. relatis.

Tam exempti quam Privilegiati. Distinguantur plane. Primi a jurisdictione Episcopi omnino sunt liberi, nisi aliquando præter S. Christa ordinationes & consecrationes ex Constat. Alexandri II. Epist. 19. Privilegiati vero quoad certa tantummodo capita sunt immunes, v. g. ut excommunicari non possint; eorum loca interdictio supponi cap. 2. ext. De verb. signif. in 6. quales fuere Milites Templi & alii cap. 3. cod. in 1. collect. Exemptiones tere omnes a concessione unius aut alterius Privilegii sumplere exordium, Deinde aliud ex alio compariantes, regulares Episcopale paulatim jugum penitus excussere.

Ad Cap. XXII. Sine speciali Episcopi licentia. Post quæ verba ista addunt Concilia Avenionensis sæpe allata can. 31. & 36. *De quo in institutione, vel post passim præstare juramentum Patrons ratione temporalium, proat eis competis de jure vel de consuetudine.* Non enim qualescumque juramentum interdicunt, sed illud quod contra las & abique Episcopi consensu præstatur; ne eo impleto privatorum pactis & promissis, Ecclesie iniquis subjiciantur servitutibus. Licita enim esse, etiam coram laicis, ratione temporalium juramenta recte deducitur ex can. 43. Conc. Lateran. 4. qui illa prohibet is tantum Clericis qui nihil temporale ab illis detinent. Et quod magis Synodus Bajocensis ann. 1330 can. 43. adeo ista juramenta coram Patronis laicis non prohibet, quin etiam præcipit ut Episcopus receptum beneficium faciat jurare quod ad Patronum accedat ut debitum faciat juramentum.

In Ecclesiis Parochialibus, cujuscumque Clerici ad qualescumque Beneficium institutio abique Episcopi aut ejus Vicarii auctoritate regulariter non fit.

ANNO
CHRISTI
1185.

593
si. *Leicus* namque ut habet Conc. Julibon. cap A
9. *Presbyteri a non dat neque admissi Ecclesie sup
en conueni Episcopi.* Innumeris Canonibus idem
ius confirmatur. Ita ut quando Archiepiscopi,
Archipresbyteri & Doctores ad Episcoporum nutum
fuerunt Vicarii, eorum nomine ad beneficia Cleri-
cos instituerint: at ubi fuerit proprio iure stabi-
les, facultate instituendi sententiis deciderunt nuda
eorum aliquibus reiecta immittendi in possessionem
potestate ex decreto Conc. Later. 1. relato
in cap. nullus omnino 16. qu. 7. & cap. 21. &
23. Alexand. III. De Excessib. Episc. & Arch.
& Innoc. III. cap. ad huc De Off. Archid.
Attamen ius Episcopale in Parochiis instituendi
quouis tempore magis commendatum. Et si
aliquando alii ab Episcopis parochiales Ecclesias
contulerint, id sine illorum vel expresso vel ta-
cito consensu, fieri nequit; quia cum institutum
spiritualis sit & missionem quamdam Apostolicam
cum quadam in res sacras & animas iurisdictione,
conseruandam contineat, ab Episcopis, ut a
Deo esse possit necessario debet accipi, quos Chris-
tus in Apollolis, & quibus ad Episcopos manavit
missio, posuit regere *Ecclesiam Dei*, & quibus in
spiritualibus & animarum cura instituti, subijciun-
tur. Unde merito, præter plurima alia Concilia,
statutum est a Conc. Toletan. ann. 1324. can. 4.
*Nullus in curata beneficio administrat donec in
eo per Diocesannum Episcopum institutione auctori-
tatis* (hanc vocem antea usurpatam nusquam
inueni) fuerit institutus, & ubi cura commissa fuerit
numarum. Idem decernit Conc. Ravenat. 4.
can. 11. licet aliis competat ius instituendi ad
Parochias.

Ad Cap. XXIII. *Nonnulli impediunt quominus
appellatur.* Quæ puto Ecclesie seculari, a iudi-
cis Episcoporum ad Synodum Provinciale erat
provocatio eorum recurrit, ob Conciliorum infre-
quentiam, & omne confugium decile dimittit,
ad solam Metropolitam devoluta est. Cum autem
198. *Archiepiscopi & Episcopi mutuum sibi a iustis-
terem auxilium in iudicatis servandi & publican-
dis præstare deberent*, ut eos admonet Conc. Ave-
nion. a. n. 1270. can. 3. disciplinam uti tum ve-
teri & sacris Canonibus receptam infringere mo-
liebantur circa sec. 12. & 13. tum Metropolita-
rum Officiales, latis a iustis sententias, ip-
sis inauditis, relaxando, seu etiam antequam ad
iplos eiles provocatum, Officiales foraneos qui de
adventuris cognoscerent provocationibus in Sul-
fraganeorum Diocesis constituto; tum nili
Diocesanorum Officiales, nulla penitus monitione
præmissa, interdicens aut excommunicando,
quos in causis suis appellaturos noverunt. Quæ
omnia inordinata facta coercita & composita sunt
a Concilio generalibus Lateran. scilicet 3. can.
6. Lateran. 4. can. 26. & 3. Innocent. IV. in Conc.
Lugdun. 1. cuius pontificis Decreta Bonifacii
VIII. sub tit. De Off. Jud. ordin. De Foro com-
pet. De Appellat. &c. in sexto Decretal. infe-
ruit. Plurimæ quoque eosdem reserferunt ex-
cessus Provinciales Synodi, quas inter celeberrimas
sunt Vauensis, Marticens. & Salernitensis. sec.
14. ac Turonensis. Bituricensis. Oxoniensis sec.
antecedenti congregatæ & hæc nostra Regiensis
eum Aquisiensis, G. id est, Grimerii Archiepiscopi
statuta innovans.

ANNO
CHRISTI
1185.

ANNO
CHRISTI
1185.

V I T A

ANNO
CHRISTI
1185.

HONORII PAPÆ IV.

HONORIUS quartus, patria Romanus, ex
illustri Salvatorum familia natus, Ja-
cobi nomine antea vocatus, Perusii ponti-
fex electus est, quarto nonas Aprilis, anno
Dionisi 1185. tempore Rudolphi imperato-
ris. Adeo podagris & chiragris impediaba-
tur, ut non nisi instrumentis ad id affabre
compositis suffultus celebrare posset. Pru-
dentia & consiliis nulli erat secundus. Ex-
communicationem contra Petrum regem la-
tam renovavit, ideo quod omnibus conati-
bus regnum Neapolitanum affectabat. Parum
etiam absuit, quin Genuenses interdico no-
taverit, quod Pisano obstinate persequen-
tes apud Lamellum ingentibus cladibus af-
fecissent. Guidone Feltrano, a quo inquit-
tebatur. mortuo, Flaminiam recuperavit.
Carmelitarum ordinem, cappis eorum nigris
in albas commutatis, una cum ordine Ere-
mitarum, antea Parisiis exagitatum confir-
mavit: non quod illi celeberrimi ordines de-
mum huius pontificis ætate sua initia acce-
perint, sed quod ex obscuris Asiæ & Afri-
cæ latebris erumpentes magis innoverint,
ac in Italiam aliasque Europæ partes sese
effuderint, feliciusque increverint, sub apo-
stolice sedis clientela & patrocinio consti-
tuti. Etenim Carmelitarum ordo ab ipsis
apostolorum temporibus in monte Carmelo
inchoatus fuit, unde & nomen suum mutuo
accepit. Temporis tandem progressu, nume-
ro hominum & domiciliorum multiplicatus
est. Verum Saracenis irruentibus disjectus &
dissipatus, nonnihil detrimenti accepit. Iis
porro denuo ejectis, ordo circa ea tempora

restituit. Eremitarum vero religio
ab ipso patre Augustino in nemore prope
civitatem Hipponensem (teste Possidonio)
fuit instituta: quæ vivo Augustino & mor-
tuo, magna deinceps sumpsit incrementa.
Post aliquot annos barbarorum irruptione
cecidit. Hinc eremitis in Italiam adventan-
tibus, aliis alio migrantibus, in varias pro-
vincias & Europæ partes sese protulerunt:
donec omnes in unum corpus revocati, au-
thoritate apostolica, loco, habitu conjun-
cti, ad Augustini regulam, normam & no-
men arctius religati sunt. Insuper & in ci-
vitatibus habitare sunt iussi, ut episcopis,
parochis, & aliis ecclesie pastoribus, tan-
quam subsidiarii sodales, auxiliarentur. Un-
de factum est, ut eremitarum nomen, quod
ex solitudine ab initio habuit, etiam in me-
diis urbibus retineat. Ut ad Honorium ser-
mo recurrat, toto pontificatus sui tempore
unicum cardinalem creavit Joannem Buc-
cumatum episcopum Tusculanum. Alum-
norum suorum, domesticorum, & famulo-
rum suorum amantissimus erat, quorum sa-
lutis singularem curam habebat. Ad extre-
mum vir bonus & integer, scientiæ & ho-
nestatis verus amator, quando Petri navicu-
lam feliciter duobus annis & uno die rexif-
set, naturæ debitum in monte Aventino,
in quo se continebat, persolvit tertio No-
nas Aprilis, anno Christi 1187. ac inde ad
sanctum Petrum ad sepeliendum delatus est.
Sedes propter cardinales diversis morbis exa-
gitatos decem mensibus vacavit.

ANNO CHRISTI 1179.

ANNO CHRISTI 1179.

CONCILIUM LANCIENSE.

Adversus Henricum IV. Wratislaviae Ducem,

Ecclesiasticae libertatis violatorem, anno Dom. MCCLXXXV. celebratum.

Henricus IV. dux Wratislaviae ingentempe-

cem Wratislaviensem, & omnes satellites, familiares, & adherentes, praebentes ei auxilium aut consilium, excommunicavit: diocesim autem Wratislaviensem interdicto sup-

Ex Hist. Liter. facul. Scholast.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM,

In quo de loco Damasceni

Lib. 2. de Fide Orthodoxa magna concertatio habita.

Hoc Concilium in Triclinio Alexiaco congregatum. Praesens adfuit Andronicus Palaeologus Imperator, & qui circa eum Magnates omnes, & quotquot e Senatoribus conspicui. Et in his praecipue Theodorus Musalo magnus Logotheta, vir in rebus Theologicis admodum exercitatus, quiq; primas disputandi partes in hac synodo sustinuit. Aderant Patriarchae duo, Gregorius Cyprius Constantinopolitanus, & Athanasius Alexandrinus, ingens Episcoporum caetus, ut de Monachis, Laicisque melioris notae nihil dicam. Occasionem synodo dedit vexata Graecos inter & Latinos quaestio de processione Spiritus Sancti; antam immediatam controversa Joannis Damasceni sententia, qui lib. 1. de fide Orthodoxa cap. 15. ut Patre sermonem habens, ita subinfert: & productor per Verbum expravantis Spiritus. Ex hoc loco Veccus haud ita pridem Patriarcha, & qui cum eo ex parte Latinorum stabant, concludebant, Spiritum a Patre simul & a Filio procedere. Responderunt Graeci aliud vocula ex, aliud per, significari. Quin nec deerant, qui totum illud caput Damasceni esse negabant. Ad dirimendam igitur litem coacta est haec Synodus. Adductus ex carcere Veccus, quem plures socii sequebantur, ubi proluxa habita disputatione, controversia excussa, & ventilata est. Extant hujus Concilii Acta apud Pachymerem Hist. l. VII. hujusmodi.

Ex Pichlm. Hist. Andron. lib. 7.

Hæc Veccus palam dicebat, & ut videtur, eo animo, ut Imperatori denunciarentur: quod tandem non multo post accidit. Consilio namque omnium deducitur; qui, descendens e navi, ad Cotmidii Monasterium appellit; & congressus dies determinatur, & sacrorum hominum Synodus, praesente etiam Imperatore, ad Alexiacum Triclinium congregatur. Aderat igitur Patriarcha Gregorius; aderat & Alexandriae Athanasius, quod vehementer artibus laboraret, lecto decumbens prostratusque; aderat & universus Praesulum caetus, & qui Ecclesiae operam navabant, & plurimi Monachi, & ex Laicis magis celebres. Praesidebat Imperator, erantque circa eum Magnates omnes, & quotquot e Senatoribus conspicui, & inter alios magnus Logotheta, prius inter congregatos obtinens, unaque cum Patriarcha concertationis sibi partes assumens: Insuper erat & Ecclesiae Rhetor; qui disceptationem ita exorsus est. RETHOR. Et quamnam ob causam ait, tu cum scripta adhuc tua, quibus te crasse

Τὰυτὰ ἔλεγε Βέκκῳ ἀναφανδόν, καὶ δὴ λέγει θύλων καὶ βασιλεῖ ἀποσαγγιλλοῦσαι, ὃ δὴ καὶ ἐκ εἰς μακρὰν ἐτερόναι. κοινῆ τε γὰρ συνέψεαι καταγοῖται, καὶ τῆ μοῦν τῷ Κοσμοδιδυ ἀποσίχαι τῆς πρὸς ἀποβίας. ὡς ὅτι τῆ ἡμέρα τῆς διαλέξεως. καὶ συνέδοῖ ἱερῶν ἀνδρῶν παρόντος καὶ αὐτῷ βασιλέως ἀνα τῆς Αλεξιακῶν τεκλινοῦ γίνεται. παρὼν μὲν δὲ ὁ πατριάρχαιων Γρηγόριῳ. παρὼν δὲ καὶ ὁ Αλεξανδρίας Αθανάσιῳ ἀρρώτως ἔχων τὸ σῶμα, κλητοῦς τε, καὶ ἐπὶ σκιμποῦ. συνέλι δὲ καὶ πᾶσα τῆ ἀρχιερίων ἐμπήγεις. ἦσαν δὲ καὶ οἱ τῆς ἐκκλησίας καὶ μοναχοὶ πλείοι, καὶ τῶν λαϊκῶν οἱ ἐλλόγομοι. ἐν οἷς πρῶτα θητο βασιλεῖς, καὶ αὐτῶ ἐκείνο ἦσαν ὅσοι τε τῆ μεγαλίων, καὶ τῆς συγχελητῆ ἀπαι πειρατίς. λέει δὲ καὶ ὁ μέγας Λογοθέτης τῶ ἀσώπι: τῆ συνειλεξιμῶν συνάμα κατῆάρχη ἀναδιδέξαιμῳ τῶ τῆς διαλέξεως. ἐπὶ ταῦτα ὁ τῆς ἐκκλησίας ῥήτωρ, ὅς δὴ καὶ τῆ διαλόγων κατήρηχο. ΡΗΤΩΡ. καὶ ἵνα ἴι φησι ὡ ἐτῶ ὡ γρῶν ἐσῶν καὶ ἐτῆ τῆ σῶν συλλαβῶν, ἐφῶ οἷς ὡ μο-

ANNO CHRISTI 1185.

ANNO CHRISTI 1185.

μελόγους ἰσφαλαδαί, κ' συζητούμεν ἰζητους κ' ἀ-
 παραιτησίην ἱκοῖν, σήμερον ἀλαμβάντες τὰ ὠ-
 μοδοκίμια, κ' ἀδικεῖσθαι διήκουσαν, ὅτε καὶ
 ποιαίτιν δὴ κ' ποιαίτιν συζητηθῆναι τὴν πα-
 ρύσαν σωδοῦν. **ΒΕΚΚΟΣ**. ὅτι φησὶ λόγους
 πατέρων εἰκότες, κ' λόγον ἀπαιτέμενοι περὶ τῶ-
 ν ἡμεῖς ἄλλοι μὴ εἰδότες ἕσπον, τὸν τῆς ἐκεί-
 νων ἀναπτοχῆως ἄλλον δὲ τὸν τῆς παρόντα εἰρω-
 δέον θέλοντες μόνον ἀφίντες τὸ πάντα, ταύτ'
 ἰσφατῶμεν. ἡ μὲν δὲ κ' ὅτε τῆς βυλορμῆς ἐρ-
 γολαζῶν, κ' περὶ αὐτῆν ἡμῖν αἰρέσιως ἐγκλη-
 μα. **Ο ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΣ**. Ἐ τὸν λόγον ἀ-
 ναλαβοῦν τὸν πατριάρχην Γρηγόριον κ' τί γὰρ τὸ
 ἐσχαζόμενον φαῖναι τοῖς ἀμφότες; ἦσαν γὰρ οὗτοι
 ἐκείνη καὶ οἱ παλαιὶ ἀρχidiaκονοί, ὃ, τὴ Μετα-
 νωίτης Κωνσταντίνου, κ' ὁ Μετοχίτης Γεωρ-
 γίου. **ΑΡΧΙΔΙΑΚΟΝΟΙ**. οἱ δὲ εἰ μὴ τὴν
 ἀπλῶς Θεολογίαν βυλοι μαθεῖν, κ' τὴν δό-
 ξαν, κ' τὴν καρδίαν πιστοῦ, κ' ὁμολογώμενον
 ἑοματι αὐτῆς εἶναι, κ' ἀπὸς Θεολογίαν, ἢ καὶ
 ἡμεῖς ἐμὲν ὡς μὴ κ' αὐτῆς πλῆθει ἀνα-
 πτοχῆ. εἰ δὲ ζητεῖς κ' τὴν τῶν πατέρων, κ' ὡς
 ἐνασίαν φαμὲν τῆ συμβόλων ἰσ πείσως, ἀλλ'
 ἀνάπτυξιν, κ' διασάφισιν μᾶλλον τῶν κειμένων
 ἐν τῆ συμβόλων. **Ἐξέσπομεν ἐν Γραφαῖς τὸ**
πνεῦμα τὸ ἅγιον χορηγούμενον, ἴδιον, ἀπε-
ρροούμενον, ἀφύρομενον ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ. ἐστὶ
ἢ ὁ κ' πατρὸς τῶν πατέρων ἐκπορρόμενον.
 λίγει δὲ κ' ὁ μίγας Διαμασκηνὸς Ἰωάννης, κ'
 ἀποβόλης ὅλα λόγου ἐκφαντικῶν πνεύματος.
 ἰαυτὸν δὲ τὸ ἀποβόλης τῆς αἰτίας γινώσκουμεν.
 αἰτίον ἂν ἢ φαμὲν τὸν υἱὸν ἐπὶ τῆ ἐκ πατρὸς ἀπο-
 ὄδου τῆ πνεύματος, ὑπεμῶ σωμαίτιον. ἀλλὰ κ'
 ἀναδιαματίζουμεν, κ' ἀποκαλλόμεθα τὸν ὑπελί-
 στοντα. τὸν δὲ πατέρα αἰτίον δι' υἱὸν τῆ πνεύμα-
 τος λόγου. ἐπεὶ τὸ ἀποβόλης εἰς αἰτίον
 ἐλαμβάνεται. **Ο ΜΕΓΑΣ ΛΟΓΟΘΕΤΗΣ**.
 κ' πῶς ὁ ὅποι, φησὶν ὁ μίγας Λογοθέτης, ἢ
 ποιεῖται αἰτίον τὸν υἱὸν ἐπὶ τῆ ἐκ πατρὸς ἀπο-
 ὄδου τῆ πνεύματος, ἐπεὶ διὰ λόγου αἰτίον ὁμολο-
 γεῖται τὸν πατέρα τῆ πνεύματος; δεικνύει γὰρ
 ἕξ ὄν λίγει, ὡς ἢ ἂν ὁ πατὴρ ἀφύβαλε τὸ
 πνεῦμα, εἰ μὴ υἱὸν ἐξήνα. τὸ δὲ ἐστὶν ἐμφαντι-
 ρον αἰτίον. **ΑΡΧΙΔΙΑΚΟΝΟΙ**. τὸς δὲ δι-
 λοιπὸς ἐκφάξιν τὸ ὑπονοούμενον ἀπὸν φαῖναι.
 ὡς πολλὰ ἐπὶ τῆς Θεολογίας λίγονται, ἃ δὲ
 μετῶ μίξου τὸν λόγον τὰ μεγάλα εὐαδμώμενα
 ἐμφαντισίτι ταῖς χαμπεσίαν ἐνοσίαις, κ' ἀπο-
 πον ἔλος, κ' μὴ ἀπὸν θεῶν. ἢ λίγουμεν,
 τίλει θεὸς ὁ πατὴρ; κ' τίλει θεὸς ὁ υἱός;
 κ' τίλει θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; ἢ ἕχ ὑπο-
 νοεῖται τελεῖα τὸ συναγόμενον; ἢ λίγουμεν,
 ἐξήνθησε ὁ πατὴρ τὸν υἱόν; ἢ ἀναστῆ Ἀρει-
 ὄνοϊν ῥοσάλω, κ' ἀπὸν χρόνους μέσον τῶ ἡγνώ-
 τος, κ' τὸ ἡγνώμενον; ἀλλὰ τὸ ἐλασφόμενον ἀ-
 ποβόλης. ἰσάμθα δὲ ἐν ἑροῖς τῆς ἐνο-
 σείας, κ' τὸ τῶν γραφῶν ὁμολογώμεν, κ' τὸ
 κακεμφαῖνον ἢ παραδεχόμενον. ἐν τῷ θεῷ ὁ
 Μοχαμπαρ Γεώργιος χαρποφύλαξ ὡς τῆς ἐκ-
 κλησίας πῆ, ἰσθον ἰλεγει τὸ ῥητον, ἀλλὰ καὶ
 ἀπὸς αὐτὸν ὁ μίγας Λογοθέτης, ἀγχιχῶν κε-

farebaris, & veniam petebas, & dignitati
 renunciabas, nondum exliccata sint, ho-
 die, quæ antea factus fueras, refumis,
 & tibi injuriam illatam esse, contendis,
 ita ut talis ac tanta Synodus congregata
 sit? **VECCUS**. Quod, ait, cum sententias
 Patrum pronunciavillemus, pro iis ratio-
 nem reddere expostulati, quando earum
 expostionis tempus aliud, & aliud, quod
 tunc erat, dijudicaretur, pacis ac quietis
 tantummodo desiderio renunciatis reliquis
 hæc agebamus: non ita tamen ut ii, qui-
 bus id in animo erat, nos interim car-
 perent, & hæreticos crimen nobis impin-
 gerent. **PATRIARCHA**. Cum relumpisset
 sermonem Patriarcha Gregorius: Quidnam
 illud est, ait, quod opinantur, qui circa
 te sunt? Namque erant cum eo, qui mul-
 to ante Archidiaconi munere fungebantur,
 Constantinus Meletiniota, & Metochita
 Georgius. **ARCHIDIACONI**. Tum illi: Si
 sincere Theologiam addiscere cupis, &
 opinionem, quam & corde tenemus &
 ore profiterur; hæc est, quam quilibet
 nec a Theologia aberrans tenet, in eaque
 nos ad extremum usque spiritum perflite-
 mus. Quod si eam quoque, quæ Patrum
 est, exposcis; nullo modo fidei simbolo
 adversariam, sed explicationem & decla-
 rationem potius eorum, quæ in Symbolo
 sunt, profiterur: invenimus in sacris li-
 teris, Spiritum sanctum exhiberi, dari,
 mitti, provenire cum ex Patre per Fil-
 lium: in nonnullis etiam Patribus habe-
 tur, procedere. Ait vero & magnus Da-
 masceus Joannes: Et productor per Ver-
 bum explanantis Spiritus. Agnosceimus au-
 tem, idem esse & Productorem & cau-
 sam. Causam itaque Filium in processio-
 ne Spiritus ex Patre non dicimus, neque
 simul cum Patre causam. Quin potius si
 quis ita enunciarit, eum nos & anathe-
 mate ferimus, & ejicimus: verum Patrem
 causam per Filium Spiritus dicimus; cum
 Productor in locum causæ accipitur. **MA-
 GNUS LOGOTHEA**. Et quam ratione,
 insert magnus Logotheta, causam Filium
 non facitis in processione Spiritus ex Pa-
 tre, cum per Verbum causam Spiritus Pa-
 trem asseritis? ex his enim, quæ in me-
 diam asseritis, illud potissimum demonst-
 rat, nunquam Patrem producturum Spi-
 ritum, ni Filium generaret, quod sane aper-
 tissime causam innuit. **ARCHIDIACONI**.
 Ii vero, cum absurdum, quod inde subin-
 ferebatur, evitare conarentur, responde-
 runt. Multa in Theologicis dici, quæ exi-
 gua sermonis mensura, cum ingentia illa
 sint, commensurata, humilibus ac dejectis
 mentibus objiciunt aliquid, & omnino ab-
 surdum, & a divina dignitate alienum. An
 non dicimus: Perfectus Deus est Pater, &
 perfectus Deus est Filius, & perfectus Deus
 Spiritus sanctus? An non inde Deorum Tri-
 nitas subinfertur videtur? An non præterea
 dicimus: Generavit Pater Filium? An non
 revivificavit Arius, momentum ac indivi-
 dum temporis inter generantem & ge-
 nitum interponens? Nos nihilominus blas-
 phemiam detestamur: quippe qui inter
 pietatis limites pedem fiximus, &, cum
 verba Scripturæ sacre exosculemur, absurdum,
 inde erutum, execramur. Hinc Geor-
 gius Moschampar, eo tempore Ecclesiæ Chartophylax, spurium esse dictum illud af-
 firmat.

ANNO CHRISTI 1185.

ANNO CHRISTI 1185.

firmabat. Cui Magnus Logotheta, proxime caput inclinans, ne alii audirent: Et quomodo sit, hac oratione respondentes, propositis satisfacere videbimur, cum in sacri Armamentarii Codice dictum illud ad Verbum extendatur, tanquam Sancti dictum, & magis potissimum Damasceni? Converteris postmodum ad Adversarios, palam asseverabat: Dictum Sancti esse, non ab ipso; nihilominus minime Spiritum per Verbum & Filium censam esse Patrem. Sic enim iis, qui ex Patre & Filio Spiritum sanctum procedere dicunt, ipse stolidius ac periculosius dixerim. Et enim, cum ibi eadem propositio æque ambobus applicetur, ad minus secundum personarum æqualitatem, propositio eadem idem adnectitur: quod audacius durum atque asperum mitigare quodammodo aptum natum est. At hic propositio diversitas diversam dictionis sententiam efficiens, magnam constituet diversitatem in eadem & una Spiritus processionem; adeo ut divinis personarum alia quidem causa sit Pater, alia vero Filius; quo quid excogitari potest iniquius? Hæc cum ille dixisset, recteque admodum ac robuste dicere existimaretur, illi ad hæc respondendum impares, hæc tantum pronuntiant. ARCHIDIACONI. Equid hæc ad nos, inquit, inferis? ea ad hæc asserentem prædica; cogne præcipue, si Damascenum in rebus fidei exponendis voces haud innovasse existimas. Quod si verba non renuis, quamnam ob causam nos tanquam Hæretici in iudicium vocamur? Eadem, quæ & tu, conamur, & verba nos etiam, tanquam Sancti sermonem, veneramur. PATRIARCHA. Veneratur non nemo sanctum Evangelium, inferi Patriarcha, asserens maiorem Filio Patrem. At hoc tantum haud recte sonat, nisi recta a Deo traditi eloqui interpretatione sententia pandatur. Male itaque vos, dictum recipientes, mentem illius ac intellectum pervertitis. Præterea, in dictis Patrum, unum dianoniam excipere, & invicem alterum alteri implicari videmus: quandoquidem ea ex uno ac simplici Spiritu, varia tamen dicendi forma, dictata sunt. Ostendite itaque, sententiam hanc, quam vos obtenditis ab aliis quoque confirmari: quod si non potestis, ut vere non potestis, quid aliud similis intelligentia astruit, nisi quod Verbum ad novum, & a communi Patrum sententia alienum conceptum detorquet? Hocce, Patriarcha, sermone, cum vehementius urget, illi in secundo deficientes, ita ad primum responderunt. ARCHIDIACONI. Evangelii dictum, o amice, dicentes, propriam habet a Patribus, nec incommodam expositionem; & improbus ille esset, qui eam non amplecteretur. At propositum dictum necessario sententiam habet, quam exprimit. Profer igitur expositionem, & nos sequemur: quod si ea nulla est, attamen tu ex te dicito, quando nostram ipse non recipis; & obsequemur. PATRIARCHA. Illi dictum, inquit Spiritum sanctum procedere tradunt. ARCHIDIACONI. Equis non ita sentit? inquit; hoc & nobis in animo situm est, & spes salutis MAGNUS LOGOTETA. Et,

Αφαιλί, ἵνα μὴ προσδοιοῦντο ἄλλοι. καὶ πῶς εἶπεν ὁ φησὶν ἰσχυρῶς λέγειν δεξομένου ὡς ἀπολογούμενοι; ἐπεὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ἱερᾶς ἐπιλοχίας καὶ κατὰ ῥῆμα καίτοι τὸ ῥῆμα, οὐκ ἀγία ῥῆμα, καὶ τὸ μέγα δαμασκηνὸν. Ο ΜΕΓΑΣ ΛΟΓΟΘΕΤΗΣ. ἀλλὰ ἔρωσθε ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν ἀντιλήγουστος ἐπιλοχίαν, ὡς δέχομαι μὴ τὸ ῥῆμα αἴτιον εἶναι. πλὴν ὡς ὁμολογήσω τὸ πνεῦμα διὰ λόγου τὸ καὶ οὐκ αἴτιον ἔχειν ἐκ τοῦ πατρὸς. ἐπεὶ γὰρ καὶ παραβολώτερον εἶπα μὴ ἐκ πατρὸς καὶ οὐκ ἀληθῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἀγίον ἐκπορεύεται. παρ' ὅσον ἐκεῖ μὴ τῆς αὐτῆς ἀποδείξεως ἐπίστα; καὶ μὴ καὶ τῶς δευτέρου, καὶ κατὰ τὴν ἰσορρομίαν τῶν ὑπερβάσεων τὸ πνεῦμα ἵπὸ ἀποδείξεως κερμαῖον. τὸ αἴτηρον τῆς πλῆμης ἀμνηστία πύκου ἐπιλοχίαν. Ἐταυθα δὲ τὸ διάφορον ἵπὸ ἀποδείξεως διαφορῶν καὶ τὴν ἴνοιαν τῆς λέξεως ἐργαζόμενον, διαφορῶν παρατήρησις μεγίστη, ἐπὶ τῆς αὐτῆς καὶ μίας ἀποδείξεως τὸ πνεῦμα ἵπὸ διαρκηδὸν ὑποστάσεων, ὡς ἄλλω μὴ αἴτιον εἶναι τὸν πατέρα, ἄλλω δὲ τὸν υἱόν. ἢ τί ἀνείη τὸ χεῖρον; ὡς εἰπόντος, καὶ ἰσχυρῶς πάντοτε δεξάμενος λέγειν ἐκεῖνον, μὴ δυναμικῶς ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ ταῦτα μόνον λέγειν. ΑΡΧΙΔΙΑΚΟΝΟΙ. καὶ ἵπὸ ἀποδείξεως λέγετε ταῦτα; λέγετε ἐπὶ τὸν εἰπόντα. καὶ μὴ κερμαῖον εἶη τὸ δαμασκηνόθεν. εἰ δὲ τὸν λόγον δεῖξαι, ἵνα τί ἡμεῖς ἐν αἰρίσει κατηγορούμεθα; εἰ ταῦτα σοὶ ἀρετῶμεν καὶ τὸν λόγον καὶ αἰπὸν ὡς ἀγία λόγου τιμῶμεν. ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΣ. τίμα τις τὸ ἱερὸν διαγγέλλειν, ὁ πατριάρχης ἀπὸ τῆς λέξεως μείλιον τὸ οὐκ εἶναι πατέρα, ἀλλ' ὡς ἱκανὸν τῶτο καὶ μέλιον, εἰ μὴ καὶ ὁρθῶς ἐξηγοῦται τὸ διοπαράδοτον λόγον. τί γὰρ εἰ καὶ ὑμεῖς δεχόμενοι τὸ ῥῆμα ἐπιλοχίαν τὴν ὑποστάσεων; ἄλλως τε δὲ καὶ ἀλληλεπέκτα εἶσι τὸ ἵπὸ ἀγίον ῥῆμα καὶ ἀλλήλα πλάκα, ἐπεὶ καὶ εἶπεν ὡς ἀπὸ πνεύματος διαφόρος ἐπέδθησαν. δεῖξαι τὸν τὸν λόγον τῶτον, ὃν ὑμεῖς λέγετε συληροῦμενοι καὶ εἶπεν ἱπὸν. εἰ δ' οὐκ ἔχετε, καὶ ὡς ἀρα εἶπεν, τί ἀρα βέλτεται ἡ τὴν αὐτὴν κερμαῖον, εἰ μὴ ἐπιλοχίαν τὸ ῥῆμα ἀπὸς ἀποδείξεως ἐπιλοχίαν τῆς κοινῆς ἵπὸ πατρὸν ἐνοίας, καὶ ἀπεμφαίνεσθαι; ταῦτ' εἰσόντος τὸ πατριάρχου, καὶ μάλα ἡμναίως ἐσάπτος, ἐκεῖνον ἀπὸς τὸ δαμασκηνὸν ἀποδείξεως ἀπὸς τὸ ἀπὸν ἀποδείξεως. ΑΡΧΙΔΙΑΚΟΝΟΙ. τὸ μὴ τὸ εὐαγγελίον ῥῆμα εἶπεν, λέγοντες ἴδιον ἔχειν παρὰ ἵπὸ πατρὸν τὴν ἐξήγησιν ἀπὸς διαφορῶν. καὶ κατὰ πάντας ὁ μὴ ταῦτα δεχόμενοι. τὸ δὲ ἀποκρίμενοι τῶτο ῥῆμα εἶπεν ἀνάγκης σηματοποιῶν ἐνοίας εἶναι. δεῖξαι παραρῶν τὴν ἐξήγησιν, καὶ ἡμῶς ἐπιλοχίαν. εἰ δ' οὐκ, ἀλλὰ οὐκ λέγει, ἐπεὶ τὴν ἡμεῖς ἵπὸν ἐπιλοχίαν, καὶ ἀπὸς ὅμοια. ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΣ. ἐκεῖνοι τὸ ῥῆμα φησὶν ὁ πατριάρχης ἐξηγοῦνται, οἱ δὲ ἐκ πατρὸς φασὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀγίον ἐκπορεύεται. ΑΡΧΙΔΙΑΚΟΝΟΙ. καὶ τίς ὁ φρονεῖ τὸ τὸ φασὶν, τῶτο καὶ ἡμῶν ἀγαπητῶν, καὶ ἀπὸς ἱπὸν. Ο ΜΕΓΑΣ ΛΟΓΟΘΕΤΗΣ. καὶ εἰ δεῖξαι τῶτο, ὁ μέγας δαμασκηνὸς φησὶ, τί ἐκεῖνον ἀποδείξεως, ὅτι καὶ φησὶ ἀπὸς τὸν εἶπεν ἐπιλοχίαν, τὸ ταῦτα λέγειν φασὶ

φασὶ

ANNO
CHRISTI
1101.

ANNO
CHRISTI
1101.

φασί. **ΒΕΚΚΟΣ.** καὶ δι' ἑσπιν ὁ Βίκε, εἰ μὴ βίλαδοι σφραγίσαι τὸ πῆμα παλὸν πὶ πλῆθος ἔχον δούσι. εἰ δ' ὡ, ἀλλὰ παραβασίας τῆς τῆ ἐκεί ἐγαλαμῖτος δόγματι, αἰτία, ὡς αἶμα, μὴν ἀπολογεῖσθαι. καὶ δι' ἀφῆτος μὴ κέει μὴ φασὶν ὁ μέγας Λογοδίτης. οἱ γὰρ ἔρω, ἡ ἔχ ὑπεβίχων λίσω διαλασκτικῶς κενότι χροῦσων, καὶ κατὰ τὸ ἀποτίπον διαλογίμων. **ΜΕΓΑΣ ΛΟΓΟΘΕΤΗΣ.** ἀλλὰ μὴ θώδε ἐγκόφας φασὶν ἐκεί. **ΒΕΚΚΟΣ.** μὴ ἴστω ἔρω. ἀλλ' ἔρω μὴν ἐξοκονίζων τὸ ἀνακοντα φέβος μέγας. ἴδω δὲ ἀγίον λίσωτον ἐκείσαι ἐχόμε. πάντως τὸ ἀποτεχίσματος ἀσφαλως ἔρω ἐς ὅτι ἡ λίσω ἡλιον, ἀκτίνα, καὶ φως ἴδω ἀποκονίζων εἰκόνα φέρουσι. ἡ ἡδῶς ἐφ' ὅσα μὴν πηγῆς, ἴδω, ἡ ποταμῶν. ἔχ ἔρω λίσωτον ἐπὶ τῆς μακρῆς Τεταδ. οἱ θεολόγοι πατέρες; ἔδω γὰρ ἡδῶ, ἡ ἡ ἀκτίς ἀποστῆς ἐξ αὐτοῦ. δι' αὐτῆς δὲ φασὶν τι κενόν περιμετρεῖν νόημα, ἡ αὐτὸ τὸ φως ἐξ ἡλίω. ἀπ' ἡ ἀκτίς, ἡ ὁ ἡλίω αἰτων. ἔδω τῶ μὴ τὸν λόγον, ἡ ὁ Νύστος Γρηγόριος λίσω. τὸ δὲ ἐξ αἰτίας ὄντος, τῆς ἡ αἰτιατῆς πάλιν ἄλλω διαφοράν ἐποιήσων, τὸ μὴ γὰρ ἀποστῆς ἐκ τῶ φασί, τὸ δὲ ἔρω τὸ ἀποστῆς ἐκ φασί. **ΟΙ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΝ.** ἀπὸς δὲ ἐκείνοι. ἡ ἔχ ὁμολογοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον ἀποστῆς τῆ πατρί, ὡς περ ἡ τῶ υἱόν; **ΒΕΚΚΟΣ.** καὶ ποία αἰ ἀκού τὸ ποῖον παραδίξαι; οἱ ὁ μὴ υἱὸς ἀποστῆται τῆ πατρί, τὸ δὲ πνεῦμα πατρί τινι διαχέει δίδεται. τῆς ἀποστῆς. εἰ γὰρ ὁ κενός λίσω. ἔρω ἐν τῆ πατρί, ἡ ὁ πατὴρ ἐξ ἔρω; ἀλλ' ἔρω ἐξ ὅλων τῶ αὐτὸ λίσω ἡ τῆ τῶ πνεύματος, εἰπερ ὁρδοδοξεῖν βολοίμεθα. τὸ πνεῦμα ἐν τῆ πατρί, ἡ ὁ πατὴρ ἐν τῆ ἡδῶ, ἡ ἡδῶς ἐν τῶ υἱῶ, ἡ υἱὸς ἐν τῆ πνεύματι. **ΟΙ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΝ.** εἰ τῶ ἡδῶ ὅπως ἔχου; **ΒΕΚΚΟΣ.** καὶ φασί. ἀποστῆς μὴ ὁμολογεῖν τὸ πατρός τὸ πνεῦμα. ὅτι ἡ ἀδιατάτων. ἐκεί ἡ τὸ φως ἀποστῆς τῆ ἡλίω, ἐπὶ γὰρ ἔγωμαι τῆς εἰκότος, ἴδω λίσω εἰκότων ἐπὶ ἡ ὁμαχόμε. ἀποστῆς δ' ἐποῖον τὸ πνεῦμα ἐκ τῶ πατρός ὁ λόγος ἡ δίδωσι τῆς διαφοράς. τὸ μὴ γὰρ φασί ἀποστῆς, ἴδω δὲ ἔρω τὸ ἀποστῆς. ὅμοις δὲ τοιαύτας διατάσεις, ἡ μὴ ἡ χρονικῆς ἐμβάλλοντες, σιωπῆτε πάντως τὸ ἀποτον, τὸ γὰρ ἴστω δὲ ἡ τῶ υἱόν ἐκ τῶ πατρός, ἀπορρίπω τῶ, ἡ διέχων τοιαύτω χεδόν δίδωσι ἐποῖον. ἀλλὰ τὸ ἀδιατάτως ἀποστῆται, ἡ τὸ ἐξ ἐκείνου εἶναι δηλοῖ τὸν υἱόν, ἡ τὸ ἐξ ἐκείνου. ἡ ἡδῶς εἶναι ἡ ἀφαιρέται. ὅμοι ἡ ἐπὶ τῶ πνεύματος ἴδω μὴ. ἡ μὴ δὲ ἐπὶ τῆς εἰκότος ὁ λόγος ἴδω δὲ, ὡς ἐν ἀσφαλτικῶν λίσω. ἀκτίνα λίσω ἐξ ἡλίω ἡ ὁποῖα μὴ ἐκείνου ταύτης ἐκ ἡδῶ. φως λίσω δὲ αὐτῆς ἐξ ἡλίω, ἡ τῶ μυστικῶν ἐποῖα μὴ, ἡ τὸ ἀποστῆσαι τὸ φως τῶ ἡλίω ἔρω τῶ τῆς ἀκτίος μυστικῶν ἡ ἀπαρτίμεθα. ἔρω τῶ ἡ ἐπιφῆροι ὁ ἄγιος τῆς τῶ τῶ μυστικῶς, ἡ αὐτὸ τὸ μυστικῶς οὐλαττίσῆς,

Αἰ hoc recipitis, subdit magnus Logotheta, quid illud proponitis, occasionem ita postulasse pro pace gentium? **Veccus.** Hæc ajunt dixisse. Nunc vero, inquit **Veccus**, si vobis id in animo est, verbum, tanquam quod audacis multum in se continere videtur, tacebimus. Quod si non placet, dum nos pro sacrorum dogmatum violatione accusamur, causam responsonis non ita arduam dico. At attendas mihi velim. Domine mi, ait, magne Logotheta: siquidem te conspicio: neque adulans dico, satis abundantibus ac efficacibus regulis agere, & ut par est, disputationem instituire. **MAGNUS LOGOTHETA.** Ne mihi blandimentis hisce: tuis caput demulceas, sermonem interrompens ille inquit. **Veccus.** Absit hoc, **Veccus** responderet. Verumtamen mihi ea quæ nullis exprimi possunt imaginibus, imagine representare haud in tuto est: sed, cum Patres præeant, sequor: talique stipatus antemurali, quæcumque dixerò, tuto secureque dixerim. Sol, radius, & lumen, eorum, quæ nulla imagine adumbrari possunt, imaginem important. Rursum, fontis rivulus, aqua, & flumen. An non hisce in rebus sanctissimæ Triadis exponendis, Patres, Theologicis concertationibus celebres, utuntur? En itaque solem & radium, ex eo continentur; Per eum scilicet, antequam nova alia intellectio interveniat, & lumen ipsum ex sole: radiusne, an sol, causa erit? Probeque sermonem meum **Nyssonus Gregorius** illis comprobat. Illud vero, quod ex causa est, hoc eorum, quæ causam habent, rursus aliam differentiam concipimus. Hoc enim continenter exprimo; hoc vero per illud, quod continenter subsequitur, exprimo. **Qui PATRIARCHÆ ADERANT.** Ad quem illi: Tu porro annon Spiritum sanctum, quemadmodum & Filium, continenter Patrem subsequi, fatens? Sed quæ similia aures sustinebunt? Filium continenter adnecti Patri, Spiritum locali quadam distantia se jungi? Res sane absurda. Etenim, si Dominus, ait, Ego in Patre, & Pater in me, quæ tamen, ut rationi consentaneum est de Spiritu etiam dicentur, si recte sentire velimus, Spiritum in Patre, & Patrem in Spiritu, & rursum in Filio, & Filius in Spiritu: an non hæc ita se habent? **Veccus.** Ita, ait; & Spiritum continenter post Patrem confiteor, qui nulla distantia discriminatur; quandoquidem & lumen soli continuum est, adhuc enim representantem imaginem confervo, licet id non usquequaque representet; nec contra eo. Continenter vero ex Patre Spiritum intelligere, differentie ratio non permittit. Namque, ait, hoc quidem continenter, hoc vero per illud, quod continenter se habet. Vos nihilominus locales distantias, sive etiam temporarias, intrudentes, absurdum omnino colligitis, generari quoque ex Patre Filium, fluxum quemdam ac localem separationem fere nobis in animum imprimi, sed quod inseparabilis est, ex eo Filium esse, & in eo, indicat, rursusque esse non destruit. Hac quoque ratione &

ANNO CHRISTI 1123.

ANNO CHRISTI 1123.

de Spiritu ratiocinare; vel potius in im-
 ginem se conferat ratio, ut cautius ser-
 monem instituamus. Radium ex sole fa-
 temur, nec propterea aliquam illius ex
 eo abscissionem agnoscimus. Lumen dici-
 mus per eum ex sole, & interventum
 concipimus, & lumen soli connecti, pro-
 pter tamen radii interventum, non inficia-
 mur. Hinc Sanctus subdit, Filii interven-
 tum ipsi quidem, quod unigenitus sit,
 conservantem, & Spiritum a Patris rela-
 tione non separantem. **ALEXANDRINUS.**
 Hæc dum diceret Veccus, Alexandrinus
 Patriarcha, e lecto, his eum alloquitur. **B**
 Nos Ecclesiæ dogmata, quæ & suscepimus,
 firmiter tenemus: at hæc dicere non
 didicimus. Quod si ea, largo modo
 modo exposita, Ecclesia docuisset, haud
 fieri poterat, ut ea nos ignoraremus.
 Cum vero fidem simplicem, nullaque di-
 scussam curiositate, obtineamus, simplici-
 ter quoque & fidei dogmata, quibus una
 innutriti sumus, tenebimus. Quid igitur
 conamini in Ecclesiam Dei, præter ea,
 quæ a majoribus nostris suscepimus, in-
 trudere? Quare melius ac commodius fue-
 rit, pacem amplecti. **ARCHIDIACONI.** Illi
 vero. Sed hæreseos, o Domine, accusa-
 mur. **ALEXANDRINUS.** Et recte, ait,
 quod præter morem est, comprobare ni-
 ti, licet id extra periculum sit, hæresis
 reputabitur. Illi, quod enixe precor, re-
 nunciantes, communi ac claræ sententiæ,
 & paci, quod & usui veniet, addicimini.
 De hoc etiam cum sanctus inflaret Impe-
 rator, statim in eos **PATRIARCHA** con-
 versus, ait: Sed vos dicitis Ex, & Per,
 præpositiones in ejusmodi rebus vim eam-
 dem obtinere. Quare, cum Sanctus di-
 cat, Hujus per illud, quod continenter
 se habet, exprimo, vos dicitis, ex eo
 quod continenter se habet ex primo. Quod
 sine quemnam incutiæ modum non exce-
 dit, ubi & inane deliramentum magis, ac
 manifestius conspicitur? si enim ex conti-
 nenter, quomodo ex primo? si ex pri-
 mo, quomodo ex continenter? Videtis,
 in quosnam laqueos incidatis, dum Theo-
 logiam confurcat? Qui **VECCUM SE-**
QUEBANTUR. Fatemur audaciam; & ve-
 niam petimus. Neque enim vano ac fu-
 tili desiderio ducti, ad hæc dicenda com-
 pulsi sumus: sed causa, nos ducens, non
 alia fuit, quam dissidii, ut putabatur, &
 Ecclesiasticarum litium compositio. Nam-
 que cum illi, Ex, uterentur, nos vero,
 Per, & utrique de eadem Theologica
 questione usurparentur, non visa fuit a-
 ptior componendarum litium causa, quam si
 ista diceremus. Quid porro? Propterea
 transgressionis ex asse in iudicium vocabi-
 mur, rerumque omnium privatione mul-
 tabimur, adeo ut & ordinationes rejician-
 tur, sancta expurgentur, ipsique demum,
 perfectioris omnis apex, & sanctum Chri-
 sma vilipendatur ac projiciatur, quod a
 nobis consecratum est, eoque potissimum,
 inquit, quod a vobis, res Theologicas
 pertransibantibus, nonnihil tanquam tran-
 sgressoribus, violatum est, ut ostende-
 mus. An igitur propterea vobis inculpandi
 facultatem dantes, quod reliquum est ob-
 literabimus? Et illis inquirentibus: Ubi

το πινόμεν τῆς τοῦ πατρὸς χριστοῦ μη ἀ-
 περιόρου. **Ο ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ.** ταῦτ'
 εἰπόντες τῷ Βέκκῳ, ὁ Αλέξανδρος αὐτῶν
 ἀπὸ τοῦ σκιμαδοῦ πρὸς αὐτὸν ὡς ἡμεῖς τῆς
 ἐκκλησίας κρατῶμεν τὸ δόγμα, ἃ καὶ παρε-
 λαβόμεν, ταῦτα δὲ λέγειν ἢ ἐδιδάχθημεν.
 εἰ μὴ ὡς πλατυκῶς ἐκράται ταῦτα ἡ ἐκκλη-
 σία, καὶ ἐν ἡμῶν ἐξ ἀνάγκης διέλαθε.
 ἐπεὶ δὲ ἀλλῶς τὴν πίσιν καὶ ἀπειρήκας ἔχο-
 μεν, ἀλλῶς ἔχουμεν καὶ τὰ τῆς πίσεως δόγματα,
 οὐσάρκα καὶ σωματικῶς. τί γὰρ ἰχυροῦσθαι
 εἰσάγειν ἐν ἐκκλησίᾳ Θεοῦ, παρ' ὅ παρελαβόμεν
 λέγειν; ἤμεν δὲ τῆς ἐρήμης, πῶς πολλὰ ταῦτ'
 ἀφαντοῦς ἐμφερίην. **ΟΙ ΑΡΧΙΔΙΑΚΟΝΟΙ.**
 εἰ δὲ, ἀλλ' ἰσχυροῦσθαι αἰρήσιως δισκοποῦ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ. καὶ ναί φησι τὸ σωμα-
 τικῶν θελήσῃ ἀσώφως, καὶ ἀσφαλῆς τ' αἰρήσις
 αὐτῶν λογιστέα. ὁ δὲ Ἐπίσκοπος παρακαλῶ, τῆς
 κοινῆς δόξης γνησόντες, καὶ σαφῶς, καὶ τῆς ἐρ-
 μήης, ὁ δὲ καὶ ἐμφερίην. καὶ ταῦτα τῷ ἀγίου βα-
 σιλίως μισολογούντῳ. **ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΣ.**
 καὶ ὁ πατριάρχης ἄθως πρὸς αὐτοὺς· ἀλλ' ὑμῶν
 φασὶ ἰσοδυναμεῖν ἐπὶ τούτοις τῇ ἐκ τῆν Διαί,
 ὡς τὸ αἰεὶ λίσοντες, τὸ δὲ ἕξ τῷ προσεχῶς
 εἰ τὸ πρῶτον ὑμῶν λίσεν, καὶ ἔκ τῷ προσεχῶς
 ἔκ τῷ πρῶτον. ὁ δὲ καὶ τοῖον ἔσπον ἀμαθίας ἢ
 παρελήλυθε, εὐνοίη καὶ ἠ ἀδολοχία μείζων, καὶ
 προφανῆς; εἰ γὰρ ἔκ τῷ προσεχῶς, πῶς ἔκ τῷ
 πρῶτον; εἰ δ' ἔκ τῷ πρῶτον, πῶς ἔκ τῷ προσε-
 χῶς; οὐ αἶτις εἰς τοιαῦτα ἀρκῶσται πίσει τῷ
 θεολογίᾳ καταφύσασιν; **ΟΙ ΠΕΡΙ ΤΟΝ**
ΒΕΚΚΟΝ. Ὁ μολογῶν τὸ παραπίλημα,
 καὶ συγγνωμῶν αὐτῷ μὴ. ὡδὲ γὰρ αὐτῶν ἡ-
 μῶν ἢ ὅρμη τὸ ταῦτα λίσεν ἔκ ματοίας ὀρε-
 ξῆος. ἀλλ' ἡ τὸ παραβῆσασιν. τὸ δ' αὖτ', ἢ
 νομιζομένη τῆς τῆς ἐκκλησιῶν δευνοίας διά-
 λυσις. ὡς ἐκείων μὴ χρωμένων τῇ ἐκ, ἡμῶν
 ἐκ τῆ Διαί, προσεχῶν καὶ ἀμοφοτρῶν ἐπὶ τῷ
 αὐτῷ τῆς θεολογίας τιτῷ, καὶ ἀλλῶς ἔχον
 συμβεβῆσιν, εἰ μὴ ὡς λέγομεν. τί δαί;
 δια τὰ παραβῆσασιν ἐξ ὁλοκληρῶ, καὶ ἔφ' αἰ-
 ρίσει κερδέσμεν; ὡς ἀδικεῖσθαι μὴ χειροτο-
 νίαν, καταπαλιμῆσθαι δὲ τὰ ἀγία, καὶ αὐτὸ δὲ
 τὸ πλεῖστον καὶ ἀγίων ἀδικεῖσθαι μῆρον, καὶ
 παραφύσασθαι, ὅτι ἡμῶν πύλιεσθαι; ἐκείνοι
 γίφασιν καὶ ἡμῶν παραβῆσασθαι τὴ θεολογίαν,
 ὡς ἀποδείξομεν. ἀρ' ἔν δια ταῦτα ἀφαντοῦς ἡ-
 μῶν ἰσχυροῦσθαι, τὸ πᾶν ἀφανισμοῦ; καὶ τῶν εἰ-
 πόντων· καὶ τῷ, καὶ ἐπὶ τίσει ἡμῶν παραβῆσ-
 σασθαι, ἐκείνοις ἐκβαλεῖν ἄθως χάρτην, καὶ ἐμ-
 φανίσθαι. καὶ τὸς αὐτοῖς ἀναγιόντας ἀρνεῖσθαι,
 καὶ ἀναδηματίζεν τὸν λόγον, χιδὸν καὶ αὐτὸν
 τὸν γραφῶντα. ἀλλὰ τὸν Μοχαμπαρὰ ἰδόντα
 ὁμολογῆν ἑαυτῷ τὸ σὺν Ἰσραμμὰ εἶναι καὶ ἀπο-
 λογιῆσθαι περὰ ταῦτα. ἐφ' οἷς ὁ Βέκκῳ, μὴ
 ὅσα εἴποι τις ἂν τὸ χαρῶσθισμῷ, ἡμεῖς μῆν
 προσειδοῦμεν σὸν εἶναι πρὸς τὸν πατριάρχην
 ἐπὶ τῶν. εἰ δὲ μὴ σὸν ἀλλὰ ταῦτα, ὡς καὶ αὐτοῖς
 ὁμολογήσει ψυλλῶν ἐκκαθίσασα τῷ τῆς
 ἀμαθῆς ρυμῶ, ἢ ἀνάσπῃν, ὡς κατασπῆνίχει
 τὴν πύριν. ταῦτα δ' εἶσι διωνυμῶν τῷ Χαρ-
 τῶφλακῳ. πᾶν εἰδείμεν ἂν φησιν ὅποια
 ταῦ ἐπίματα ἐπαξῆς τῷ παραδογματισμῷ.
 ἐπὶ

ANNO CHRISTI 1118.

ANNO CHRISTI 1118.

επι πολυ Γενεσιονον ηδ λογον, τον Βεκ-
 κων αυθις επηγαεν, η βολειδι κηλω της ει-
 ρμικς εν εκαστη, γνημιου οισυ αθως, κ
 απεμργως τοις λογοις χρωμεσθ. ημεις μη
 ων τα ηδη εχων ρητω εσι κρηων κροττις (η-
 τωτων, τυτων, ως ασφαλως εχοντα κ ορθε-
 δοξα τρωπεαμεθα. κη τω μω ομολογοντα
 εκ ταθος το πνυμα το εβιον εκπορευσαι, κ
 απιδχομιθα, κ αποδεχομιθα. λογος γαρ
 τω σωτηρος κ της συνουδς, κ ημεις καθ'
 εκαττω απως ομολογωμεν, κ μλω δι αλλα κ
 ον εκ ταθος δι υιου λιγοντα εκπορευσαι, κ
 ως συνουδς πασρ τη εβιου ιτομουν αποδε-
 χομιθα, κ αυτων τον δεγε μη τιμωντα το
 ηδ αγιω ρητω τυλωκ γραφομιθα. ιδυ γυν
 σημερον παρσει μω πατριαρχαι, παρσει δ
 αρχιερις, κ κληρω απας, κ μοναχοι κλα-
 σις, κ ηδ λαικων οι ελλογιμοι. οβλω κ
 ορθεδοξωσιν υμιν κοινωτιν, κ κοινως οπωδη-
 σωπι το ορθω σφαλαισι, τιω μηδ υμων κα-
 ταδικω αιρωμαι παρξ ορθω κρωντι η μωι
 τλω ημπρω ασφαλαις. το γυν ημας εμ (η-
 τωτι, κ ανακαζην, κ τις μετ εμυ αποβηλ-
 λωσαι δογμα πατριων, οτω δη παλαιον, κη
 παρ πολλων λογοβμων υμας δι μηδιν πει-
 τωτων φροτιζωσιν, υμοι δεαυ εχων τα λογον.
 ετσι γαρ κ εμοι κλαβεισ μηπως παρασφαλω
 το ορθω. αλλ ιδυ κ τλω κατ εμωτω γνωστω
 απως ολω υμων γινωμαι, κ διδασκαλοκ οσο-
 νειτι χρωμαι υμας σρωχησθαι, κ κω υψο-
 μαι σρωττωσιν. εκλιθειω τυμ, κ αποσι-
 ποιησω δογμα, κ αποβηλθω το δι υιου, κ
 βολειδι. κη μη υψωμαι κ αυτις, κη τωχι
 ειδως πατριων ρητων, κη μεγαυ επρητημεν της
 παρορατωκ κηδμων, αυτις αιτιωκ ηδω, ετσι
 μλω σρωσιμονης, ετσι μλω κ αιριωκ. οβλω
 γαρ αυω υμιν πασι, κ δικαιωθωναι κ κατα-
 κειθωναι. εδ υμας μη δι κλαβεισ τλω σρω-
 χην, ημιν δ επιφορτιζεισ τλω αποβηλω, κ
 λωδων ειναι παντως, ετα μη κ αναχρησιν εσω,
 υμων δι κμαρωμειων, κ διαμλοντων, κ ημας
 διδιναι, μηπως παρασφαλαισιν ημιν, κη μω-
 νωκ το τω κηδιω περισησεται. **ΟΙ ΠΕΡΙ
 ΤΟΝ ΠΑΤΡΙΑΡΧΗΝ.** αλλ κ γεγρα-
 φομω ημεις σασιν οι πει τον πατριαρχιω
 απολογωμωκ. **ΟΙ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΒΕΚ-
 ΚΟΝ.** υμιν εγραπται, κ κεινηται. υμιν
 κ αποβηλτων τυτω. κ τιγω το εμωδον, ε
 θαρρητι σασι, οτω κ αδελφωκ σρωσλησθεσ
 θαραλασασι. αλλ εκ επειδον λιγοντις, αλ-
 λα κ μωλλον θαχυωντις κατ εμιν το πα-
 τριαρχω, ως κ εβριε διαλωδορησασθαι, τον
 Βεκκων παραχωδοντα, εκωνω μη δρωκ επι-
 κλησαι, απως δε τον βασιλιω επιγραντα μω-
 γαλωφωκ ετσιν μηδ ορω, ως ει μη αυτις
 κηλιθω το πατριαρχω, εκ αυτεπ τον της
 εκκλησιας κατασρωθησασθαι κλωδωκ. κ απως
 εποινωκ, οργη ληφοντα τον βασιλιω κηνα-
 σωσαι. κ, τι δει φαναι υπηρ της εκκλησιας
 κηνωσθωσασπι, εκ αρχω το σρωπρω, αλλ κ
 ηη παλιν τλω εκκλησιαν τυραχει; κη δυσι
 περιβαλτη πολέμοκ, εδον μω τωκ ηδ χι-
 ζομωτων σρωβηλαις, εκκιδω δι κ τωκ παρ

nam, & in quibus transgressi sumus? illi
 statim chartam porrigere, & iudicare.
 Eam cum legissent, inficias eunt, & ana-
 themate sermonem, & tantum non illius
 scriptorem feriunt. Id Molchampar con-
 spicatus, suum Commentarium illum li-
 brum fassus est, & se respondere para-
 tum. Veccus venvitissimo lcommate re-
 pressit: Nos, iouquens, opinabamur, ad
 Patriarcham conversa oratione, Com-
 mentarium illud tuum esse; quod si tuus
 non est, sed hujusce, ut ipse iam fassus
 est, culex quispiam, in curru sermone at-
 tidens, funem neque attrahere neque demit-
 tere valet. Id vero dixit, quod Chastophylax
 binominis esset. Nihilominus libenti animo
 edoceremur, quidvisnam penis hunc pre-
 varicatorum dogmatum punies? Cum vero
 sermones diutius protraherentur, rutilum
 Veccus subocdit: Quemadmodum vul-
 tis, cum ipse pacem, & que ac vos, pe-
 roptem, simplici ac minime curioso ser-
 mone sententiam seram. Nos, itaque
 dicta hac Patrum, tempore id poscente,
 comperientes, ut tutis, ac recte fidei
 confonit, animum advertimus: & cum,
 qui Spiritum sanctum ex Patre procedere
 confitetur, excolulati sumus, & nunc
 excolulamur. Quippe ea Salvatoris verba
 sunt, & Synodi: nosque quotidie ita
 confitemur. Præterea eum quoque, qui
 Spiritum ex Patre per Filium proce-
 dere dicit, ut est septima universalis Synodus,
 quæ ita sentit, excipimus: cum porro,
 qui Patrum dicta in pretio ac dignitate
 non habet, audaciter condemnamus. En
 igitur, hodie adsunt Patriarchæ, adsunt
 Præfules, & Clerus universus, & Mo-
 nachii pietate præstantes, & ex Laicis ce-
 lebriorcs. Volo vobiscum recte senten-
 tiis communicare, & in universum,
 quacuoque id fiat ratione, a recto aber-
 rantibus; una cum vobis a Deo iudice
 condemnari potius opto, quam solus ve-
 stram securitatem. Quare, quod a me
 poscitis, & me, & hos, qui una mecum
 sunt, cogitis, Patrum dogma tam anti-
 quum, & a multis dicto comprobatum,
 rejicere, & de his vos curam habere di-
 citis; non mihi videtur rationi consu-
 num: namque engor, timeoque, ne a
 recto deerrem: sed ecce, meæ huic cog-
 nitioni valedicto, totus vester ho, &
 tanquam magistris utor. Ite præ; sequar
 ipse conatus vestros. Componatur To-
 mus, & dogma reprobetur, & illud per
 Filium si placet, exturbetur. Et, ni ip-
 se sequar, quamvis id Patrum esse di-
 ctum apprime noverim, & magnum pro-
 pter negligentiam impendere periculum,
 ipse reus, sive pertinacis sive hæreseos,
 ham. Opto siquidem cum vobis omnibus
 una, & condemnari, & absolvi. Quod si
 vos factum averfamini, nobis vero illius
 projectionis onus imponitis, non erit om-
 nino præter rationem, ne dicam necessa-
 rium, dum vos, cautius agentes, rem
 averfamini, & negotium retardatis, nos
 quoque in metu esse, ne nos dectantes
 solos periculum opprimat. At non scrip-
 simus nos. PATRIARCHÆ addidi respon-
 derunt: Vobis, qui scripsistis, & pertur-
 bastis, hæc quoque explodenda sunt
 Væc.

ANNO CHRISTI 1133.

Vocci Socii : Quid porro est impedi-
 mento, si iustitiam nomine confiditis,
 cum & fratres adepturi sitis, qui vobis
 inserviant? Istis nihilominus non persua-
 debant; immo potius in eum exasperatus
 Patriarcha, injuria eum opprobriisque af-
 fecit. Hinc Vexcus, ira percitus, apte sa-
 tis matureq; eum laecessit, & ad Impe-
 ratorem convertius, alta voce, juratus e-
 tiam, edixit: Si ille Patriarchatu non
 cessisset, nunquam Ecclesiam turbinem tran-
 quillatum iri. Ut hinc dicta sunt, Impe-
 rator, iracundia incensus, surrexit, &
 Quid id est? ait; pro Ecclesia condo-
 lens; an non priora satis sunt, sed ite-
 rum Ecclesiam conturbabitis, & duobus
 illum affligetis bellis, hinc scissorum ma-
 chinis, illic vestris, ut ita dicam, im-
 portunitatibus, adeo ut una infraque
 Ecclesia, secum ipsa dissidens, periculum
 subeat, cum alius alium vorat, & alius
 ab alio in perniciem ducitur, pro qua
 Christus proprium effudit sanguinem? Hæc
 & plura cum diceret Imperator, angu-
 ciarique animo manifeste videbatur, ne in
 bonum ac proficuum, quod jam expecta-
 bat, concertatio terminaretur. Tunc hac
 ratione aliquis ad vicinum dicebat. Heu
 quantum est in hisce dimovendis, quan-
 tumque est, dum quilibet suam nititur
 causam comprobare, cum satis esset,
 quod contra Papam scandalum exortum
 erat, dilui, cetera vero omnia una cum
 eo terminari! Nunc autem, dum suam
 quisq; causam tutatur, iustitiam Dei nun-
 quam continget. Ita illi dixerunt: quem
 postmodum finem res habuerint, infra di-
 cemus. Illos itaque tum, dissoluta Syno-
 do, Cosmidii Monasterium habuit, car-
 ceribus tamen atque custodiis convenien-
 tibus mancipatos, ad quos mittens Im-
 perator, ut quiete agerent, deprecaba-
 tur, & sepelitis iuribus libere viverent,
 illius benevolentiz compotes: aliter illis
 exilia minabatur, & mala: neque enim
 aliter, quam ordinatum fuerat, fieri po-
 terat: eisdem, ignominia infames, vi-
 tain amissuros, ni mutata sententia pa-
 cem amplecterentur. Hæc sæpe Imperator
 cum per Nuncios significaret, illi neque tri-
 stium metu adacti, neque bonorum sponsonibus emolliti sunt; quin immo sese ad
 utraque obdurantes, promptos ad singula, quæ Imperatori liberent, exhibebant, illud
 lubentius subituri, quam cum iis, qui ita condemnarent, fœdus iniri. Cum
 vero magis ac magis contra eos iraceretur Imperator, immites, ac insigniter pernicaces,
 nec quicquam illi amplius ad emolliendos eorum animos suppeteret, tandem eos exilio mul-
 tare decernit, statimque ad Castellum quod in Astagenum sinum navigantis dextere sese of-
 fert, & a sancto Gregorio nomen habet, in navicula positos conduci jubet, &c.

ἡμῶν αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, ὡς δικαιοσύνης. ὥστε
 κινδυνεύειν ἢ μίαν ἢ ἄρρηκτον ἐκκλησίαν
 κατ' αὐτῶν κατασκευάσαι ἐν τῷ ἴδιον τῶν αὐ-
 τῶν ἀλλήλους διασαλευθῆναι, ἐπεὶ ἤς αὐτοῖς ὁ
 Χριστὸς τὸ αἰεὶν ἅμα ἐξήγαγε. Ταῦτα καὶ τῶν
 πλείων εἰπὼν δῆλον ἢ ἄλλοιον, μὴ οἷς πα-
 λόντι, μὴ εἰς συμφέρον, ὃ δὴ καὶ ἀποσταθεῖα
 καταλύσεως τῆς διακρίσεως. τίτι δὲ ὁδὸς αὐ-
 τῶν εἰς πλοῦσον ἀλλοῦν. ὦ αὐτοὶ. ἢ μίγξα
 δὴ τὴ ταῦτα κενεῖν, καὶ ζητεῖν σωτηρίαν τῶν ἴδιον
 δικαιοσύνην ἑατοῦν. ἑατοῦν ὅν ἐι διαλυθῆντος
 Β τὸ κατὰ τὸν πάπαν σκάνδαλον καὶ τ' ἄλλα πάντα
 συνδιαλυθῶσι. γυνὴ δὲ ἀλλ' ἑκατος τῶν ἴδιον
 δικαιοσύνην ζητῶν τῶν τῷ Θεῷ δικαιοσύνην ὁ
 Θεὸς αὐτοῖς ποίησι. ὡς φασιν ἑκείνοι. τὴ δ' εἰς
 ὃ, τι ἀποβῆθαι ἀποβόντες ἱρῶμα. ἐκείνους μὴ
 ὅν τίτι τῆς συνόδου διαλυθῆντος, ἢ τὸ Κοσ-
 μιδίου εἰχῆ μὴ, πλείον ὅσ' ὀφραῖς καὶ φυ-
 λακαῖς ἀποσκευαῖς, ὡς δὴ καὶ τὴ τιμῶν ὁ βα-
 σιλῆος εἰρωθῆναι ἤξιν, καὶ πᾶσαν δικαιολογίαν
 ἀφόντος διαγενεῖ ἀνιδίω, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶ ἀ-
 μύθων ἐχόντας. εἰδ' ὅν, ἀλλ' ἐξουσίας ἀποση-
 κείλη, καὶ κακῶν ἐπιζημιῶν σφίσι. μὴ δὲ
 γὰρ ἀντι ἀλλοῦς ἢ ὡς ἐπὶ τῷ Γίγνηθαι, αὐτοῖς
 δὲ φημὲν κακῶν ἔχοντες ἀποσταθῆναι, εἰ
 μὴ καὶ μῆνοσσαντες τῆς εἰρήνης ἤθωνται. Ταῦτα
 τῷ βασιλεῖ συγγνώμης διαμύνησθαι, καὶ
 ἀγαθὰ ἀποτείνειν, ἐκείνοι ὡς ἀπὸς διος
 τῷ λυτῶν ἀποβῆθαι, ὡς ἀπὸς τῶν τῶ
 ἀγαθῶν ἐπαγγελίας ἰμαλακισθῆσαν. διδ-
 τῶντος δὲ ἀπὸς ἀμφοτέρω ἰτοιμοῖς αὐτοῖς πα-
 ρείχων ἀπὸς ὃ, τι δέξαι τῶ βασιλεῖ, ὡς ἐκείνοι
 μᾶλλον πεισομένους ἠδίας, ἢ τῶς ὡς καταδι-
 κῆσαι σπεισομένους. ἐπεὶ μᾶλλον δὲ ἀπὸς αὐτοῖς
 ὁ βασιλεῖς παρωκῆσθαι ἀνροδοῖς μένοντες τὸ
 παραπάν, πάντων δ' ἀπορῆθαι τῶ μαλάττεν
 ἔχοντων μεχλῶ, πᾶσι ἐξουσίας δικαιοῦ ἔγω.
 καὶ δὴ πρὸς τὸ κατὰ διεξῆ εἰσπλείσσει τὸν ἀγα-
 κλωνὸν κόλπων ὀφραῖον, τὸ ὅτι πρὸς τὸ ἀγία
 Γρηγορίου ἐπιλεγόμενον, προσάσει πᾶσι χρη-
 σαμένους ἀπαγγεῖλαι.

ANNO CHRISTI 1133.

ANNO CHRISTI 1136.

ORDINATIONES RADULPHI EPISCOPI LUGDUNENSIS, ET HUGONIS EPISCOPI EDUENSIS.

Pro administratione archiepiscopatus & episcopatus sede vacante.

Coffartius in Append. Tom. XI. ex Dachser. Spicq.

Universis presentes litteras inspecturis
 Radulfus miseratione Divina primæ
 Lugdunensis ecclesie archiepiscopus; Hugo
 ejuldem miseratione episcopus Eduentis;
 Lugdunensis & Eduentis ecclesiarum decani
 & capitula: salutem in Filio virginis
 gloriose.
 Inter opera caritatis, illa præcipue con-

siderari debent, per quæ omnis fraudis &
 deceptionis materia evitatur, & sanctæ ma-
 tris ecclesie ministris & servitori-
 bus eidem Igitur cum archiepi-
 scopus Lugdunensis gerat administrationem
 episcopatus Eduentis, ipsius sede vacante; &
 versa vice episcopus Eduentis gerat admi-
 nistrationem archiepiscopatus Lugdunensis,
 vacan-

ANNO CHRISTI 1136..

ANNO
CHRISTI
1186.ANNO
CHRISTI
1186.

vacante sede ipsius: nos pro communi utilitate, & evidenti commodo utriusque ecclesie, necnon & ministrorum earundem super dictis administrationibus diligenti deliberatione inter nos habita, ordinavimus in hunc modum.

Primo, quod sede Eduensi vacante, archiepiscopus Lugdunensis qui pro tempore fuerit, habeat administrationem in temporalibus & spiritualibus civitatis & diocesis Eduensis; & e converso sede Lugdunensi vacante, episcopus Eduensis qui pro tempore fuerit, habeat administrationem in temporalibus & spiritualibus civitatis & diocesis Lugdunensis: quia hactenus ita de longa & approbata consuetudine extitit observatum. Salvo jure capitulorum & canonicorum, & aliorum qui habent jurisdictionem in civitate & diocesi supradictis.

Actum etiam est inter nos, quod sigilla curie sedis archiepiscopalis, vel episcopalis, que vacaverit, castrique & fortalitia, necnon & domus civitatis & diocesis predictarum ad earum sedem pertinentium, archiepiscopo vel episcopo viam universae carnis ingresso, incontinenti sine difficultate tradantur, reddantur, & deliberentur archiepiscopo vel episcopo ecclesie non vacantis, vel ejus mandato, secundum quod hactenus extitit consuetum.

Ceterum de bonis mobilibus archiepiscopi & episcopi decedentium inter nos extitit ordinatum: quod si archiepiscopus vel episcopus moriantur testati, eorum ordinatio servabitur de bonis predictis, & sua ultima voluntas adimplebitur de iisdem, & per manus executorum deputatorum ad hoc distribuentur, secundum quod testator archiepiscopus vel episcopus in testamento suo seu ultima voluntate sua duxerit ordinandum. Et hoc casu blada & vina a solo separata, licet in horreo vel doliis reposita non fuerint, mobilia censentur, & cedent in utilitatem prelati mortui: & de dictis bonis inventarium facient dicti executores, & de iisdem reddent in capitulo rationem. Si vero archiepiscopus, vel episcopus, intestatus decedat: tunc de dictis bonis mobilibus procuratores, & hoc per capitulum ecclesie vacantis, deputandi, facient restitutiones que fuerint faciendae, & solvent debita ipsius defuncti. Si quid vero de dictis bonis residui fuerit, de dicto residuo facient solutiones & satisfactiones familiaribus ejusdem, & residuum conservent futuro pontifici, & de dictis bonis inventarium facient, & reddent dicti procuratores de predictis bonis in capitulo rationem: retentis tamen de dictis bonis expensis competentibus. Si quis autem dictorum procuratorum, a capitulo ecclesie vacantis deputandorum, aliquid fecerit in prejudicium predictorum: per subtractionem beneficiorum suorum a capitulo ecclesie vacantis satisfacere compellatur.

Dei facta
ecclesie

Actum est etiam inter nos, quod si dictarum ecclesiarum archiepiscopus vel episcopus, intestatus decedat, que ipsum pontificali dignitate honoravit, ornamenta remanebunt, que sequuntur: alba cum amictu, stola cum manipulo, tunica cum dalmatica, infula cum cappa meliori que in

General. Concil. Tom. XXIV.

capella archiepiscopi vel episcopi defuncti poterit inveniri.

Si ille archiepiscopus vel episcopus predictus contra predicta aliquid attentaverit, & executores predictos, seu bonorum distributores quoquo modo impederit, aut contra tenorem presentium aliquid fecerit: post trinam monitionem, ab ipsis executoribus, seu bonorum distributoribus predictis, nisi restituerit, & predicta observaverit, excommunicatus sit ipso facto.

Ceterum actum est inter nos, quod utensilia domorum coquinorum archiepiscopatus & episcopatus predictorum, sede vacante, reservabuntur futuro pontifici: & archiepiscopus seu episcopus, qui dictam sedem tenebit, inde faciet inventarium, quod custodietur a capitulo ipsius ecclesie vacantis: ita quod, cum prelatus fuerit in ipsa ecclesia constitutus, dicta utensilia secundum inventarium valeat rehabere.

Porro actum est inter nos, quod archiepiscopus vel episcopus qui pro tempore fuerit, durante dictis administrationibus, jura archiepiscopatus vel episcopatus pro posse defendet, domos & tecta in bono statu tenebit, terras, vineas excoli faciet, & omnia alia que fuerint faciendae. Fructus autem receptos durante administratione suos faciet, & illos quos a solo levaverit sine fraude. Nemora vendere non poterit, nisi esset silva, nec pisces stagnorum vendere seu alibi transferre, nisi solum pro hospitio suo ad usum ipsius & familie sue. Et si mortuo archiepiscopo vel episcopo, aliquod stagnum esset quod piscatum non fuisset per triennium: pisces illius stagni archiepiscopus vel episcopus possit vendere in fine triennii, vel clauso triennio, si de sua processerit voluntate.

Actum etiam inter nos, quod si casu fortuito sedes Lugdunensis & Eduensis simul uno concursu vacarent, quod absit: dictis sedibus vacantibus, procuratores ad hoc per capitula deputandi recipiant & levabunt fructus, & fideliter conservabunt ad reddendum & deliberandum proximo futuro episcopo Eduensi: retentis sibi tamen expensis competentibus. Et si dicti procuratores restitutionem dictorum fructuum archiepiscopo, vel episcopo ecclesie non vacantis, vel ejus mandato, distulerint faciendam: ad id compellantur per ecclesie vacantis capitulum. De quibus fructibus seu bonis inventarium facient, & facere tenebuntur.

Insuper autem actum est inter nos, quod in creatione uniuscujusque canonici, cum in dictis ecclesiis primo creatus fuerit, hujusmodi ordinationem juret se inviolabiliter servaturum.

Nos autem archiepiscopus, episcopus, decani & capitula supradicta, dictam ordinationem, quam utriusque ecclesie Lugdunensis & Eduensis esse credimus fructuosam, pro nobis & successoribus nostris bona fide promittimus observare, nec contravenire tacite vel expresse, & eam pro posse nostro procurabimus per sedem apostolicam confirmari.

In quorum omnium testimonium Radulphus

Q9

plus archiepiscopus Lugdunensis, & nos A rum, presentibus litteris duximus apponenda.
 ANNO Hugo episcopus Eduensis, praedicti, sigilla Datum & actum mense Martio, anno ANNO
 CHRISTI nostra; & nos didarum ecclesiarum deca- Domini millesimo ducentesimo octogesimo CHRISTI
 1186. ni & capitula, sigilla capitulorum nostro sexto. 1186.



MATISCONENSE CONCILIUM.

Anno 1286. habitum.

COLLECTORIS PRAEMONITIO.

Concilium istud Venetus Libbei editor ex Martene acceptum sufficit; habuit vero illud P. Martene ex M. S. Cod. Trecenti PP. Oratoris; ratisque lucem nondum vidisse in quarto Anekdotorum suorum volumine evigilavit. Sed in existimatione sua vir doctus erravit; semel enim & iterum acta Matisconensis concilii typos excrucerunt: semel quidem sub ipso inventa artis typographica exordia Carolo Borbonio Lugdunensi ecclesia praesidente, qui anno 1446 cepit, & anno 1488. decessit. Proderunt tunc primo in volumine membranaceo impressa junctaque aliis ecclesia Lugdunensis statutis anno mihi incompto. Volumen istud varietate ipsa rarissimum cum in manus incidisset Joannis Mariae de la Mare, sacerdotis, sacristae & canonici ecclesia collegiatae S. Mariae Montisbrisonis, opera pretium se facturum censuit, si in ea quam parabat Dioecesis Lugdunensis ecclesiastica historia integra infereret. Haec ipsa igitur acta habentur in eodem opere recusa Lugduni anno 1671. pag. 335. Editionem hanc ego mihi procuravi contulique cum editione P. Martene; statimque intellexi Martenianam editionem crebris scaturire mendis, laxatam esse interdum, adscitis vitari, nec rara integris periodis resectam. Optimum proinde duxi acta illa ex opere Jo. de la Mare huc transferra integra, adscriptis ad oram paginae variantibus ex actis P. Martene, ut consilium meum acta integra reproduciendi Lectoribus adprobarem.

ACTA CONCILII.

RUBRICA

In nomine domini amen. Anno incarnationis ejusdem 1286 die Jovis post festum beatorum Petri & Pauli apud Matisconem. Quamvis sanctorum patrum canones adversus nequitas spirituales & ad reprimendas perveriorum inolentias summa & exactissima sollicitudine secundum iux editionis tempora fuerint instituti, quia tamen eadem canones, legitima sanctiones propter varietatem temporum & excrecentem malitiam, in quam natura humana de facili prolabitur, non potuerunt, ut iusticerent ad omnia, promulgari: idcirco novis moribus nova convenit medicamina *preparare*: nos igitur Radulphus permissione divina *primae* Lugdunensis ecclesiae archiepiscopus, *vocatus* ad concilium nostrum provinciale apud Matisconem, *die martis post festum apostolorum Petri & Pauli* venerabilibus fratribus nostris suffraganeis, nec non abbatibus, *capitulis*, prioribus & aliis qui fuerunt evocandi ad reformationem morum quorundam, & expellendas fraudes & malitias perveriorum, *assistensibus nobis* venerabilibus fratribus nostris Eduensi & Cabilonensi episcopis, nec non venerabili viro magistro Petro archidiacono *Lugdunensi* procuratore venerabilis fratris nostri episcopi *Lingonensis*: *et officiali* Matisconensi episcopo in remotis agentes, habita plena deliberatione & consilio diligenti cum suffraganeis praesentibus & procuratore praedicto auctoritate provincialis concilii *statuenda duximus* quae sequuntur.

Ne plures prioratus uni conferantur persona.

C. I.

Quoniam nonnulli abbates, & conventuales priores non tantum in scandalum populi, sed etiam in grave periculum animarum plures prioratus uni committere seu concedere non formidant, facta sua plerumque palliantes, eo quod asserunt prioratus aliquos mole opprimi debitorum, & per unum citius & facilius quam per plures posse ex debitorum onere relevari: *ne forte ex talibus adventionibus cogitatis* improba prodigalitas conferentis, & recipientis ambitiosa cupiditas in salutis aeternae perniciem accipiant velamentum; statuimus auctoritate praesentis provincialis concilii, & sub poena excommunicationis districtius inhibemus, ne abbates aut priores conventuales plures prioratus alicui de caetero conferant *vel concedant*, poenam praesentis constitutionis (a) extendentes non tantum ad eos qui conferunt, sed ad eos qui contra statutum praesentis concilii plures prioratus excipiunt & acceptant, nisi ex causa probabili dioecessano loci exposita, & per eum approbata; adicientes constitutioni praesenti sub poena praedicta (b) ne dicti abbates conventuales & priores minori decem & octo annorum prioratum aliquem concedant: statuentes etiam & praecipientes sub praenominata poena, ut postquam prior aetatis legitime prioratum aliquem adeptus fuerit infra annum in presbyterum ordinetur. Si vero qui (c) adeptus fuerit, infra annum postquam ad aetatem legitimam devenerit in presbyterum se faciat ordi.

Malitia & infortunia

superaddere Sanctae celebrantur Deest.

Cappellani

Suffraganeis

Lugdunensi Matisconensi, & officiali ejusdem episcopi in remotis agentis Statuendum novimus.

Deest.

Pleraque

Deest, & additur: cum potius improba &c.

Deest.

(a) Exercentes vel extendentes.

(b) praedicta seu praenominata ut postquam &c. Caetera desunt Aliquando.

(c) Adhuc adeptus.

ordinari, nisi ex causa probabili dioeclesiano loci exposita, & per eum approbata (a). Statuimus si quidem & precipimus abbatibus & prioribus conventualibus praedictis sub poena praedicta, ut per numerum monachorum ab antiquo consuetum in monasteriis & prioratibus divinum servitium faciant observare, nisi ex causa probabili dioeclesiano loci exposita, & per eum approbata: & quia secundum canonicas sanctiones monachus in juvenili etate in claustro debet instrui regularibus disciplinis, statuimus & inhibemus abbatibus & prioribus sub poena tempore dicta, ne monachos suos ad scholas mittant extra monasterium suum (b) causa Grammaticam addiscendi.

ANNO CHRISTI 1186. (a) approbata omiserit.

(b) nisi

Deest

De praedonibus honorum ecclesiae, & clericorum.

C. II.

Praedictum

Deest

Ecclesia

Hac omnia in editis versis sunt.

Deest

De praedonibus raptoribus, & invaloribus locorum religiosorum, & personarum ecclesiasticarum, & bonorum earumdem statuimus & firmiter precipimus, ut si quis ad locum aliquam bona praedicta duxerit vel posuerit, ibidem cessetur penitus a divinis, quandiu erit ibi praedo vel praeda, vel qui bona eadem capi mandaverit, vel etiam, qui bona eadem detinebit. Si autem in ipsa parochia, vel loco conventuali, vel collegiata fuerit ecclesia, clausis januis, & exclusis parochianis ejusdem parochiae divina ibi voce submissa celebrentur; ita quod de foris minime audiantur. Forma autem hujus praesentis constitutionis & praeceptum diligenter observetur, si de praemissis constituerit per facti evidentiam, vel per Sacramentum spoliati, ita tamen si eadem persona spoliata honesta fuerit & legalis, si quid autem quaestionis circa hoc emiserit, ordinarii judicio relinquatur; sacerdotes locorum quibus de praemissis constituerit per evidentiam facti, vel per Sacramentum spoliati, sicut praemissimus, statim sententias, & mandata praesentis constitutionis diligenter teneant & observent. Adjicimus insuper, ut si praedo, invalor, raptor, vel detentor rerum locorum sacrorum, vel personarum ecclesiasticarum monitus non satisfecerit, excommunicationis sententia percellatur. Postquam autem excommunicationis sententia fuerit innodatus, Dominus ejusdem superior, si quem habet, moneatur, ut praedonem, raptorem, invalorem, & detentorem ad satisfactionem compellat infra mensem a tempore monitionis sibi factae. Quod si forte neglexerit, ex tunc terra ejus secundum qualitatem facti, & quantitatem rei, ecclesiastico supponatur interdicto, prius tamen interdicta terra praedonis, raptoris, invaloris, vel detentoris. Quod autem dicimus de praedone, raptore, invalore & detentore, extendi volumus ad eos qui maleficio prestant auxilium, consilium & juvamen. Si qui vero pro maleficio praedicto excommunicati in dioecesim alienam se transferant, iudices ordinarii locorum, qui super hoc requisiti fuerint, excommunicatos ipsos malefactores denuncient & faciant evitari, terram si quam habent ibidem nihilominus supponentes interdicto. Hoc autem Concilii Generalis Tom. XXIV.

extendi volumus non tantum ad malefactores sed etiam ad receptatores eorumdem. Idem dicimus & statuimus de detentoribus clericorum & religiosarum personarum. Statuimus etiam quod capientes clericos, monachos, & alias personas religiosas excommunicati incontinenti denuncientur, nisi de mandato & voluntate ordinarii capti fuerint vel detenti.

De abusoribus litterarum. Rubrica.

C. III.

Quia multi diversis modis in grave dispendium plurimorum praedas & saepe alias injurias atroces & varias quarentes, litteris Domini papae & Legatorum ipsius abutuntur; excommunicamus omnes qui litteras obtentas aliis ejusdem nominis tradunt, & eos qui eas tali modo recipiunt. Item omnes illos qui citant seu citari faciunt aliquem ad locaequivoca, ut fraudolenter vel malitiose citatum decipiant, ut vexent injuste laboribus & expensis. Item omnes illos qui litteras Domini papae vel Legatorum ipsius personas non comprehensas in scriptis per excogitatum malitiam fallaciter citant, ubi non est, simulantes citari faciunt, vel procurant, ad perhibendum testimonium veritati. Item omnes illos qui litteras apostolicas, vel Legatorum ejusdem Sedis ad futuras trahunt controversias, quae nondum tempore impetrationis erant exortae. Hoc autem contra abusores litterarum Domini papae vel Legatorum ipsius statuimus, auctoritate ejusdem Sedis apostolicae & Legatorum in omnibus semper salva.

Ne clerici vel religiosi clericos vel religiosos eorum seculari iudice conveniant.

D

Auctoritate provincialis concilii statuimus, ne clericus vel religiosus trahat vel conveniat clericum, vel religiosum in foro seculari super mora actione personali vel spirituali, vel alia quae non sit de foro iudicis secularis: tractus vero vel conventus non respondeat fori allegans privilegium; alioquin tam clerici quam religiosi contravenientes, quam etiam iudices seculares qui eos compulerint respondere: vel quia non responderint animadvertent in eosdem, aut in rebus eorum damnum dederint, vel personis injuriam intulerint, arbitrio iudicis ordinarii graviter puniantur. Sententia lata a iudice seculari super hoc non teneat, cum sententia a non suo iudice lata nullam obtineat firmitatem.

De laicis qui prohibent ne in foro ecclesiae litigent.

C. IV.

Præsentis constitutionis auctoritate excommunicamus Dominos, prepositos, & alios iustitarios seculares, qui prohibent subditis suis & sub banno, vel poena seu comminatione ne in foro ecclesiastico litigent cum a iudicibus ecclesiasticis fuerint vocati vel citati.

ANNO CHRISTI 1186.

Deest hac, quorum hoc legitur: et ad domos negligentis inobedientia. Et remissio est duximus Statuimus etc. Ecclesiasticus Deest.

Deest praedia reliqua deest litteras abutentes.

conveniam aliquos eorum d. versus iudicibus sub uno & eodem negotio. Item illos qui citant &c. In rebus excogitatis malis falsis litteris, ubi non est, hauriant.

Exhortationis Deest.

Deest

mota & specialis sunt contractus foro

& sententia iam a iudice lata nullam obtineat firmitatem.

ANNO
CHRISTI
1186.ANNO
CHRISTI
1186.

RUBRICA.

De laicis qui bona clericorum capiunt pro eo quod nolunt coram eis litigare.

De laicis qui pignora vel bona clericorum vel religiosorum capiunt, vel capi faciunt, eo quod in curia sua non respondent vel litigant: nisi sint de iis, qui ad forum iudicis secularis pertinent, vel qui coram iudice ecclesiastico citant aliquos, statuimus, quod tamquam excommunicati evitentur, & excommunicati publice nuntientur.

Ordinariis autem locorum auctoritate presentis provincialis concilii precipientes injungimus, ut per presbyteros parochiales in ejs

A parochiis publice & solemniter constitutiones nostrae provincialis concilii, & earum sententias singulis diebus Dominicis faciant annunciari. Si vero praedicti parochiales presbyteri in promulgatione, & denunciatione constitutionum nostrarum praedictarum & sententiarum earundem negligentes, inobedientes, vel remissi fuerint, ordinario arbitrio multandi graviter puniantur. Datum ut supra. Nos autem Radulphus archiepiscopus Lugduni, & nos Jacobus Eductensis, Guillelmus Cabilon episcopi praedicti, nosque idem archidiaconus Lingonensis procurator reverendi patris & Domini G. Dei gratia Lingonensis episcopi & officialis Maticonensis, iis presentibus concilii provincialis constitutionibus sigilla nostra duximus apponenda.

CONCILIUM RAVENNATE I.

Causa reformandae ecclesiasticae disciplinae celebratum, anno Domini M. CC. LXX XVI. tempore Honorii papae IV.

Infrascriptae sunt constitutiones, statuta, & Bjo culatores vel histriones transmissos ordinamenta, edita & facta per provinciale concilium sanctae Ravennatis ecclesiae, videlicet per venerabilem patrem dominum Bonifacium, Divina gratia sanctae Ravennatis ecclesiae archiepiscopum, & suffraganeos ejus sufficienter requisitos, & consentientes per se aut per idoneos procuratores.

CAPITULA.

Ne clerici jocolatores vel histriones a laicis transmissos recipiant. Rubr. I.

NON sine temeritate consuetudines inducuntur, quae lege damnantur. Cum igitur laicorum importunitate, qui clericis plurimum sunt infesti, consuetudo, quae potius est dicenda corruptela vel abusus, videatur induci, non sine animarum clericorum provinciae nostrae periculo: ut cum laici decorantur cingulo militari, seu nuptias contrahunt; jocolatores & histriones transmittunt ad clericos, ut eis provideant, prout & idem laici faciunt inter se; ex quo contingit ut cum clerici de ecclesiarum communiter facultatibus sustententur, suo patrimonio proprio sanguineis reservato, ipsas facultates ecclesiarum pia fidelium devotione collatas ecclesiis, ex quibus debent pauperes sustentari, distribuunt, seu potius effundant in hujusmodi usus illicitos, propter quae multum denigratur clericorum honestas. Talem autem & tantum volentes remove ab usum: statuimus, ut nullus clericorum nostrae provinciae, quocumque fungatur honore vel statu, a talibus

recipiat, seu provideat aliquid propter victum, etiam transeundo. Si quis autem contra fecerit, duplum ejus quod dederit jocolatori vel histrioni, restituere ecclesiae a qua habet beneficium, teneatur, per ipsum in usus pauperum convertendum.

De pauperibus alendis & vestiendis. Rubr. II.

Doctoris illius praecipui praedicatoris egregii institutione freti, ad pietatis exercitium nostrae provinciae clericos cum remuneratione thesauri Domini invitamus, & praesertim praedictos, qui quanto plura a mundi auctore accepisse cernuntur, tanto ad plurima tenentur obnoxii: quia cum dona augmentur, rationes etiam crescunt donorum. Hoc non attendentes quamplures ecclesiarum praedicti, quotidie epulantur splendide, & cibis delicatis superflue utuntur ad velle, ac quadruplicata sibi indumenta conservant: & ostiis clausis aforis, ex Christi pauperibus alii cupientes saturari de micis quae cadunt de mensa ipsorum, clamant ad ostium, & nemo aperit; alii verecunde in eorum domibus se includunt, vel quia carnem suam vili etiam indumento cooperire non possunt, seu quia verecundum est eis, propter conditiones quae insunt, publice mendicare, dum nemo illis manum porrigit adjutricem: isti semper esuriunt, & illi abundant, & cibi, quibus tales pauperes alii deberent, neglecti in domo corrumpuntur & dissipantur; & eorum indumenta tinea comeduntur

Quan-

ANNO
CHRISTI
1186.

Quantum autem in præmissis exce-
dant, cui Dominus plus discretionis
donaverit, plus advertat, quia am-
plius requiretur ab eo. Porro volen-
tes ipsos, tam pœnarum timore, quam
præmiorum retributione excitare, &
inducere ad opera pietatis: hoc lau-
dabili concilio ordinamus, ut per
provinciæ nostræ prælatos, & cleri-
cos universos, prout eis suppetunt
facultates, necessaria pauperibus mi-
nistrentur. Is autem suffraganeorum
nostrorum, qui per totam septima-
nam quatuor, semel in die, refecit
pauperes; abbatum, qui duos;
archidiaconorum, præpositorum, archi-
presbyterorum, & aliorum prælato-
rum, qui unum; ac aliorum clerico-
rum, qui semel in die, in septima-
na refecerit pauperes: de pœnitentiis
injunctis eidem, unius anni indul-
gentiam habeat. Hanc etiam indul-
gentiam illi concedimus, qui novum
pauperi dederit indumentum: si au-
tem antiquum, quadraginta dierum
indulgentiam de injuncta ei pœniten-
tia relaxamus.

De honestate & habitu clericorum.
Rubr. III.

Licet sit canonica sanctione statu-
tum, ut excommunicentur clerici ar-
ma portantes, & ut habitum, coro-
nam, & tonsuram deferant congruen-
tem, & sæpe ab ecclesiarum præla-
tis, jurisdictionem habentibus, cleri-
ci nostræ provinciæ moneantur, ne
in præmissis excedant: eorum tamen
parvi pendentes monitionem, non
videntur de excommunicatione cura-
re. Volentes, prædictos spiritualia
vincula contemnentes, temporali pœ-
na ab his compesci, propter quæ
non modice derogatur ecclesiasticæ ho-
nestati: statuimus, ut si quis de ce-
tero post publicationem hujus concilii
inventus fuerit publice arma por-
tare, absque justa & manifesta cau-
sa, ac licentia sui diœcesani, pro
quolibet armorum, a suo prælato ju-
risdictionem habente condemnatur in
solidos quadraginta, ad minus: nec
prælati ipsorum, ex quo sine causa
& licentia sui prælati fuerint reperti
culpabiles, possunt omittere quin con-
demnent, & exigant, prout culpa
ipsorum requiret: cum hoc statua-
mus in favorem ecclesiasticæ honesta-
tis. Qui autem compertus fuerit, ha-
bitum, coronam, vel tonsuram in-
congruentem portare notabiliter: pro

Avice qualibet in quinquaginta solidos
condemnetur.

*De promotione habentium parochiales eccle-
sias. Rubrica IV.*

Et si ad regimen parochialium ec-
clesiarum assumpti, ante generale
concilium Lugdunense, quod incipit,
Licet canon, ex quo præfixo a cano-
nibus tempore se non fecerint in
presbyteros ordinari, de jure a mi-
nisterio sive ab officio eis commisso
removeri possint & debeant, & aliis
eorum ecclesiæ concedi: quia tamen
in executione memorati juris se mul-
ti exhibent negligentes, nos ipsorum
negligentiam hoc salubri concilio sup-
plere volentes, statuimus: ut infra
proximum festum resurrectionis Do-
minicæ se faciant in presbyteros or-
dinari. Quod si infra tempus præfa-
tum, se in presbyteros promoveri
non fecerint, nulla alia monitione
præmissa, omni jure, quod in ipsis
ecclesiis habebant, decernimus fore
privatos. Licet generale concilium
Lugdunense assumptos post ipsum
concilium, ad regimen ecclesiarum
parochialium, nulla etiam præmissa
monitione, decernat esse privatos ip-
sis ecclesiis, nisi se fecerint a sibi
commissi regiminis tempore in pres-
byteros ordinari: sunt tamen qui-
dam, qui mentem dicti concilii cir-
cumveniunt, facientes se in fine an-
ni, postquam privati fuerint, eligi
iterato. Contra dolosos tales provi-
dere volentes, statuimus ut sive per
dolum, sive per negligentiam stete-
rint, seu alio fraudolento modo quo-
cumque, quod promoti non fuerint
infra annum, ipso facto quoad recto-
rias ipsarum ecclesiarum, vel ad quas
se neglexerint facere promoveri, quan-
tum ad electiones, quæ in ipsis ec-
clesiis primo occurrerint faciendæ,
inhibere * indicamus.

Concilium
Lugdunense
II. c. 12

ANNO
CHRISTI
1186* Corr. ste-
terit.* Dicitur ali-
quid.

De quotidianis distributionibus.
Rubrica V.

E Dignum est, ut quos ad vitæ de-
cora domesticæ laudis exempla non
revocant, saltem correctionis medici-
na compescat. Sane relatu comperi-
mus plurimorum, in nonnullis eccle-
siis nostræ provinciæ consuetudine ob-
servari, & in aliquibus aliis consti-
tutione firmatum, ut præter redditus
beneficiorum, & præbendarum (de
quibus nihil ad præsens volumus im-
mutari) prout quotidie residunt, re-
ditus

ANNO
CHRISTI
1196.ANNO
CHRISTI
1196.

ditus aliquos alios, tantum in ecclesia residentes, pro rata residentiarum, quam in ecclesia faciunt, percipiant. & quod ad huiusmodi consuetudinem & statutum, quidam parva interpretatione obaudientes, ac minus quæ Dei sunt cogitantes, in animarum suarum periculo, dum tamen in camera resideant, dato quod intrent in ecclesiam ad Divinum officium celebrandum tantum semel in mense, ipsos redditus specialiter ob favorem residentiarum deputatos, ut Deo & ecclesiarum serviantur, & Divinarum laudis organa in ipsa horis singulis decantentur, sibi usurpant: propter quæ generatur grande scandalum proximorum qui ecclesiarum militant, prout debent, ac refrigescit in eis laudabile propositum, quod habebant. Ne igitur culparum illorum efficiamur participes, ipsa prava interpretatione sumpta, ac tali consuetudine observata, statuimus declarando, & statuendo declaramus, ut illi tantum dicantur in ecclesia residentes, quoad præmissos redditus qui distribuuntur, prout quotidie resident, seu sit bladum, seu vinum, sive sint pecuniarum, vel alia bona, qui in ecclesia sua cum fratribus aliis horis debitis pensum servitutis nostræ, videlicet Matutinum, Laudes, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas, Completoriumque persolverint: alioquin nihil percipiant ex ipsis redditibus, nisi prout servierint ecclesiarum, juxta ordinationem nostram infra proxime annotatam.

Et ut hæc constitutio inviolabiliter observetur, volumus, & sub excommunicationis pœna mandamus, ut infra duos menses, a die publicationis præsentis concilii computandos, omnes & singuli clerici ecclesiarum nostræ provinciarum, ubi sunt plures clerici ordinati, & tales sunt redditus, de quibus supra præmissimus, hanc teneantur constitutionem sacramento firmare, & omnes etiam qui in posterum assumuntur, antequam ad ecclesia redditus tales non sunt, diocesani locorum in synodis suis, quas eos contigerit celebrare, provideant, prout secundum Deum melius poterunt, ne in ipsis ecclesiis horis canonicis officium negligatur. Quod si major de capitulo, vel ubi omnes sunt pares, qui proximo ipsis clericis præstet, non fecerit hoc sacramentum præstari: sui beneficii periculo subiacet, multandus per provinciale

A concilium, seu superiorem ipsius, vel per alium qui hoc possit.

Proximum supra scriptum concilium, in quantum rite possumus, ordinare & declarare volentes: statumus ut infra duorum mensium spatium a die publicationis huius concilii, ordinetur, quot & quantum habere debeat qui Matutino interfuerit, & aliis horis canonicis, ex redditibus, de quibus supra proximo concilio est præmissum, ubi tales sunt redditus. Et quia in specie dare in hoc doctrinam non possumus, cum aliquæ ecclesiarum plus abundant, aliæ vero minus: prout possumus, providemus hoc modo, videlicet, ut qui Matutino interfuerit, duplum ejus habeat quod habebit qui erit in Missa; qui autem Tertiarum & Sextarum, medietatem ejus habeat quod ei fuerit datum in Missa; & idem in Nona servetur, quod est in Tertia & Sexta præmissum; qui autem in Vesperis & Completorio, tantum habeat quantum qui Missa interfuerit, secundum præmissa. Ut clare intelligas, suppose quod decem sint denarii distribuendi in dies pro quolibet canonico: de ipsis decem denariis dabis ei qui interfuerit Matutino denarios quatuor; qui Missa, duos; qui Tertiarum & Sextarum, unum; & unum qui interfuerit Nonæ; & qui interfuerit Vesperis & Completorio, dabis duos denarios, ut dedisti in Missa.

Verum quia nec sic est, secundum quod præmissum est, ad plenum contra dolosos provisum, qui venire possent ad horas canonicas, non tamen hora debita, & in hora debita, non tamen starent quousque officium completeretur: contra eos statuimus, ut is dicatur Matutino interesse, qui ad ecclesiam venerit, antequam Venite cum hymno cantetur, cum hymnus dicitur: alias cum dicitur, Venite, cum primo psalmo; ex quo hymnus tunc non cantatur; & steterit quousque Prima completa fuerit. Qui Missa, antequam cantetur Kyrie eleison, & steterit quousque fuerit finita Missa. Qui Tertiarum, Sextarum, Nonarum, Vesperis, & Completorio, antequam psalmi incipiantur, & steterint quousque fuerint dictæ horæ perfectæ. Aliter nihil percipiant. Quicumque autem contra fecerit, præter reatum perjurii, teneatur ad duplum illius quod perceperit restituendum ecclesiarum, cui servitium debitum est subtractum, convertendum in ornamenta ipsius ecclesiarum.

In aliis autem ecclesiis, ubi redditus non sunt tales: locorum ordinarii,

ANNO
CHRISTI
1118ANNO
CHRISTI
1118

rii, in quantum commode poterunt, A
remedium salubre adhibeant, ut ipsis
serviatur ecclesiis, prout decet. Et
ne per presentes aliqua fiat fraus,
ordinamus quod campanæ horarum
in nocte & die tantum pullentur,
quod omnes confratres se possint pa-
rare ad intrandum ecclesiam, nec in-
cipiatur officium, antequam campa-
na pulsare cessaverit.

Ut misericordia temperemus rigorem, statuimus & ordinamus, ut illi etiam residere dicantur, quoad suprascriptos redditus, dato quod non intersint horis Divinis, qui solemnem medicinam receperint, per tres dies proxime subsequentes; & qui minutionem celebraverit, per duos dies; & alii etiam, qui infirmitate gravati, absque læsione gravi suæ personæ venire non possunt; illi etiam qui dicta de causa exeunt. Item vel illi ad superfluitatem corporis deponendam exeunt, dum tamen sic cito redeant, quod contra hujus concilii, & suprascriptorum conciliorum mentem non notentur fecisse. Et propterea volumus, & mandamus: quod omnes istæ tres constitutiones juramento firmentur, quod contra ipsas. vel earum aliquam, non committatur fraus vel dolus per eos.

De testamento usurariorum.
Rubrica VI.

Concilium
Lugdunense
II cap. 27.

Cognoscentes salubrem constitutionem generalis concilii Lugdunensis, quæ incipit, *Quamquam usurarii manifesti*, ac volentes ipsam intra provinciam nostræ terminos ab omnibus inviolabiliter observari: statuimus quod nullus notarius nostræ provinciam, alicujus usurarii testamentum conficiat, seu ubi conficiatur, intersit: nisi presbyter parochialis sit præsens, cujus est parochianus testator: & ante omnia, si dictus presbyter postulaverit, quod forma fuerit dicti concilii observata.

Si quis autem notarius dictæ provinciam contrarium scienter attentaverit, in ipsum per hanc nostram constitutionem excommunicationis sententiam promulgamus. Et ne parochiales presbyteri, in tenore prædicti concilii, aliquo decipiantur errore: volumus & mandamus, quod omnes præfati presbyteri tenorem dicti concilii teneantur habere, & quod locorum ordinarii in episcopaliibus synodis annuatim per singulas dioceses celebrandis, per se, vel per

aliam personam sufficientem, dictum concilium suo clero exponant, & aperiant ita clare, quod nullus habeat justam causam ignorandi ea quæ continentur in eo.

De decimis. Rubrica VII.

Cum jure Divino & humano decimæ debeantur, & in signum universalis dominii sibi ipsas Dominus reservaverit: exactorem ipsarum præterire non possumus nec debemus, absque animarum periculo nobis subjectarum, & ecclesiarum nostrarum læsione enormi. Proinde statuimus, ut ecclesiarum prælati, & clerici universi nostræ provinciam, quibus debetur decimæ de consuetudine vel de jure, sint solliciti exigere decimas ab iis qui eis tenentur, ac diocesani ipsorum se pronos exhibeant absque damno moræ in monitionibus & coactionibus inferendis: ut videlicet, monitione præmissa canonica, excommunicent decimas non solventes; nec negligent nec retardent quæ in hoc casu fuerint facienda de jure. Quod si aliquis contemnens decimas solvere, excommunicationis fuerit ligatus sententia, & eam per mentem sustinuerit animo indurato: contra ipsum contumacem, quoties diocesanus fuerit requisitus, teneatur invocare cum effectu sollicitè auxilium brachii sæcularis. Si quis suffraganeorum nostrorum in executione hujus statuti fuerit negligens vel remissus: per suum metropolitanum, vel per concilium provinciale subsequenti tempore celebrandum, durissime redarguatur, & etiam puniatur.

De criminibus & delictis specialiter episcopis reservandis. Rubrica VIII.

Ne ducatum præbeat cæcus cæco, casus, in quibus volumus solos adiri episcopos, per hanc nostram constitutionem ecclesiarum rectoribus nostræ provinciam intimamus: districtè eis subexcommunicationis pœna mandantes, ne de his se ullatenus intromittant, sed illos ad suum in his casibus diocesanum remittant, qui in his, vel eorum aliquo, eis voluerint confiteri. Casus autem sunt hi: videlicet, cum quis petit absolvi ab excommunicatione majori lata, vel inducta ab homine, vel a jure: item incendio & crimine publico: sicut in blasphemante Deum, vel sanctos: item in voto qualitercumque emisso: & cum

ANNO
CHRISTI
1186.

& cum illis, qui filios oppresserunt A
ex proposito, live casu: & cum qui-
buslibet homicidis & sacrilegis, fal-
sariis, violatoribus ecclesiarum & im-
munitatum ecclesiasticæ libertatis, &
sortilegis: item cum iis qui cum bru-
tis libidine polluuntur: item cum in-
cestuosis & corruptoribus sanctimo-
nialium: & in omni occupatione, u-
surpatione & detentione rei alienæ,
ubi cui restitutio fieri debeat non in-
veniri potest: item cum perjuris, &
clandestine matrimonium contrahen-
tibus, ex quo matrimonio dubitatio B
oriatur, vel oriri possit: & in om-
nibus aliis criminibus, delictis & ex-
cessibus, in quibus de consuetudine
generali vel speciali episcopis refer-
vatur confessio.

*De immunitate ecclesiarum. Ru-
brica IX.*

f. licet
adit.

Quoniam quidam perditionis filii
libertatem ecclesiæ attributam nitun-
tur infringere, quin immo esse assidue
plura ordinentur remedia, sempertam- C
en de malo prolabantur in pejus,
ac in sua pertinacia durius confir-
mantur: oportet nos vigilantissimo studio
intendere ad reprimendam ipsorum
malitiam perverforum. Attendentes
igitur, quod licet singuli qui statuta
edita, & consuetudines introductas
contra ecclesiæ libertatem servari fe-
cerunt, vel fecerint, quive secundum
eandem statuta, seu consuetudines,
præsumperunt, vel præsumplerint ju-
dicare, necnon statutarii & scripto-
res statutorum ipsorum, potestates, D
consules, & rectores locorum, ubi
de cetero hujusmodi statuta vel con-
suetudines introductæ fuerint, editæ
vel servatæ, majoris excommunicatio-
nis sint ligati sententia; hi tamen,
ipsa excommunicationis sententia vi-
lipensa, in ipsorum animæ detrimen-
tum, perceptioni sacramentorum, &
participationi fidelium se immiscunt:
hoc non valentes tolerare vel dissimu-
lare diutius, absque ecclesiarum nos-
træ provincie læsione enormi, vo-
lumus & mandamus, ut annis sin-
gulis in nativitate & paschate resur-
rectionis Domini, ac in solemnitate
sanctorum omnium, coram fidei popu-
lo denunciaretur publice in Missa-
rum solemnis, omnes & singulos su-
prescriptos, in majoribus ecclesiis ci-
vitatum, castrorum, & aliorum lo-
corum, ubi sunt conventuales vel
collegiatæ ecclesiæ nostræ provincie,
majoris excommunicationis vinculo

fore ligatos. Insuper monemus po-
testates & rectores, antianos, con-
siliarios, & officiales, quibuscumque
nominibus nuncupentur, civitatum,
castrorum, & locorum provincie nos-
træ: quod ipsa statuta infra menses
duos, a die publicationis præsentis
concilii computandos, de capitulariis
suis deleri faciant; & quoniam con-
temptu crescente, pœna debet augeri
ad privationem omnium hono-
rum, officiorum, gratiarum, immu-
nitatum, privilegiorum omnium, ac
insuper feudorum, & bonorum om-
nium aliorum, quæ ab ecclesiis nos-
træ provincie tenent, procedemus,
prout crediderimus esse de jure: nisi
ipsa statuta de suis capitularibus de-
leri fecerint, ut superius est præmis-
sum, infra terminum suprascriptum.
Quod si nec sic a tam nequam pro-
posituraverint resilire: a quocum-
que cujus intersit, denunciatione fa-
cta metropolitano, qui erit pro tem-
pore, in sequenti provinciali concilio,
ante omnia teneantur in concilio
præsidenté, super hoc præmissis
aliis, cura sollicita providere.

Letæ & publicatæ fuerunt prædictæ con-
stitutiones, statuta, & ordinamenta, in cho-
ro superiori sancti Mercurii Foroliviensis,
& ordinatæ & confirmatæ per suprascriptos
venerabiles patres, dominum archiepiscopum
& suffraganeos ejus, scilicet dominum S. S. Simbal-
episcopum Imolentem, dominum Y. Dei dum.
gratia episcopum Faventinum, dominum V. Forte, V.
R. Dei gratia episcopum Foroliviensem, do- Ugo-
minum Thaddæum Dei gratia episcopum For- Raynal-
lipoliensem, dominum Americum Dei gra- dum.
tia episcopum Cætenatensem, dominum Hen-
ricum Dei gratia episcopum Saxenatensem, &
dominum B. Dei gratia episcopum Adriensem,
& procuratores episcopi Bononiensis, episcopi
Cervienis, episcopi Mutinensis, episcopi Par-
mensis, sub anno Domini millesimo ducen-
tesimo octuagesimo sexto, Indictione deci-
maquarta, die octavamensis Julii, præsentem
multitudine clericorum.

Die prædicto in palatio populi commu-
nis Forlivii, quod inhabitat dominus comes
Romandiolæ, venerabilis pater dictus domi-
nus archiepiscopus commisit & mandavit
domino Michaeli archidiacono Ravennati,
ut in præsentia prædictorum episcoporum,
& de ipsorum consilio definiret, quod per
ipsum dominum archiepiscopum deberet rei-
terari visitatio per provinciam ecclesiæ Ra-
vennatis. Actum, &c. In nomine Domini.
Amen.

Injuncti a domino nostro Bonifacio ar-
chiepiscopo Ravennate officii cura sollicitat,
ut his quæ a sanctis patribus instituta co-
gnovit, studio vigilantissimo intendat. Cum er-
go per omnes provincie ejusdem decretæ
diocesæ visitationem pertecerit, prout Deo
annuente, secure potuit, eique liceat visita-
tionem per eandem reiterare provinciam,
supra-

ANNO
CHRISTI
1186.

supraſcriptorum ſuffraganeorum requiſito con- A viſitationem per eandem provinciam reite-
 ſilio: de ſpeciali mandato & commiſſione rari debere per dominum archiepiſcopum ſu-
 ipſius dominis archiepiſcopi, nobis Michae- praſcriptum. Faſta ſuit definitio, &c.

CONCILIUM BITURICENSE

A Simone de Belloloco archiepiſcopo cum ſuffraganeis celebratum, xv.
 Kal. Octobr. ann. MCLXXXVI.

Ex codice MS. Collegii Pariſ. Sec. JESU.

TITULI CAPITULORUM.

- B 31. De compellendis excommunicatis ut faciant ſe abſolvere.
1. De corrigendis & dirimendis matrimoniis.
 2. Ne matrimonia infra legitimam aetatem, vel clandestine, contrahantur.
 3. Ut nemo cognitiones cauſarum uſurpet extra loca ſua iuriſdictionis.
 4. Ne archidiaconi, &c. habeant officialem extra civitatem.
 5. Ut parochi non gaudeant fruſtibus, donec ſint in ſacris ordinibus.
 6. Ut clerici peregrini non admittantur, niſi comprobati.
 7. Ut clerici focarias non habeant.
 8. Ut filii preſbyterorum illegitimi, in eorum domibus non nutriantur.
 9. Ut clerici qui per annum in excommunicatione fuerint, beneficio priventur.
 10. Ut eccleſiarum reſtores deſcripta habeant nomina excommunicatarum, & eos ſeſtis diebus denuncient.
 11. Ut habeant ſidem & legant conſtitutionem Gregorii X. & aliam Simonis legati, contra impediētes iuriſdictionem eccleſiaſticam.
 12. Ut obſervetur conſtitutio Gregorii X. Quia nonnulli de reſcriptis.
 13. Ut omnes ſemel in anno conſteantur.
 14. Ut reſtores eccleſiarum legant conſtitutiones pontificum, de proprio ſacerdote, & de privilegiis regularium.
 15. Ut parochi obſervent eos qui communicant cum excommunicatis.
 16. Ne quis excommunicatum, ab ordinario non abſolutum, abſolvat, aut tradat eccleſiaſtica ſepultura.
 17. Ne uſurarii ad ſacramenta & ſepulturam eccleſiaſticam admittantur.
 18. De diſciplina regularium.
 19. Ne monachi habeant proprium.
 20. Ne prior mutuetur ultra 60. ſolidos Turon.
 21. Ut ab eccleſiis amoveantur area, & familia.
 22. Ut in eccleſiis chorea non ſiant.
 23. Ne monachi minores 20. annis, morentur in prioratibus non conventualibus.
 24. Ne mulieres morentur in domibus regularium.
 25. Ut decima non accipiantur a laicis.
 26. Ut mortuis vel amotis prioribus, prioratus non vacentur.
 27. De teſtamentis non occultandis.
 28. De executoribus teſtamentorum.
 29. Ut epiſcopi exequantur teſtamenta, ſi executores ſint negligentes.
 30. Ut teſtamenta ſiant coram proprio ſacerdote.
- C 31. De compellendis excommunicatis ut faciant ſe abſolvere.
32. Ut religioſe feſta ſerventur.
 33. Ut ſuffraganei, & inferiores iudices appellacionibus deſerant.
 34. Ut officiales archiepiſcopi non impendant iuriſdictionem ſuffraganeorum, & aliorum.
 35. Ut quovis ordinarius requiſitus mandes executioni ſententiam latam in eos qui minuunt iuriſdictionem eccleſiaſticam.
 36. Ut hae & antiqua ſtatuta ſerventur.
 37. Ut nonnullae Pontificum conſtitutiones firmiter obſerventur.

P R A E F A T I O.

Quoniam conſtitutiones conciliorum praedeceſſorum noſtrorum diverſas reperimus; ſicque vagabundas, quod tanquam incertae per totam provinciam vacillabant, ex quo inconveniens ſequeretur, quod aliqui per conſtitutiones erant praenis multiplicibus obligati, alii excommunicati, alii ſuis beneficiis privati, ignorantes penas, ſententias, & praecipua, quae in praedictis conciliis continentur: idcirco ad utilitatem, pacem, & tranquillitatem provinciae, ne labilis hominum memoria poſſit ignorantiam praetendere in futurum, conſtitutiones antiquas ſcripto, ex aſſenſu totius concilii, dignum duximus comprehendere, & ſigillorum noſtrorum munimine roborari: adiacentes conſtitutiones alias, & dubia quae erant in prioribus declarantes: praecipientes, ut ab omnibus vocatis ad concilium habeantur, & ut ſemel in anno in ſynodiſis epiſcopalibus publice & perfecte legantur.

I. De corrigendis & dirimendis matrimoniis.

In primis ad inſtar praedeceſſorum noſtrorum, nos archiepiſcopus Simon, cum ſuffraganeis noſtris, de conſilio & aſſenſu totius concilii, ſtatuímus, quod iudices eccleſiaſtici, ad quos ſpectat cognitio & definitio cauſarum matrimonialium, in corrigendis & dirimendis matrimoniis, cum omni maturitate & conſilio peritiorum procedant: & quod matrimonia illicite contracta, timore vel amore nullatenus ſuſtineant, ſed ad illa ſeparanda, omni dilacione & excuſatione

ANNO
CHRISTI
1136.

tione exclusa, procedant; cappellani autem parochiales, matrimonia, quæ in suis parochiis illicite contracta cognoverint, studeant diocesani, aut eorum officialibus, quam citius commode potuerint, intimare: quod nisi fecerint, superiorum suorum arbitrio graviter puniantur.

II. Ne matrimonia infra legitimam ætatem, vel clandestine, contrahantur.

Item districte inhibemus, ne ante ætatem legitimam masculus vel femina matrimonium contrahant, & nisi in facie ecclesiæ, atque bannis prius editis juxta morem, & realiqui in tali matrimonio interesse præsumant. Quod si infra ætatem legitimam matrimonium contrahere attemptent: tam contrahentes, quam illi qui scienter & sponte intererunt, arbitrio ordinarii puniantur. Nec callumiose prætendant, quod malitia supplet ætatem: cum constet hujusmodi cognitionem ad ordinarium pertinere. Sed quantum ad contrahentes clandestine, & cooperatores & scienter præsententes: omnes, statutum antiquum super hoc editum innovando, excommunicationis vinculo innodamus, sive sint clerici, vel laici, vel religiosi.

III. Ut nemo cogniciones causarum usurpet extra loca sue jurisdictionis.

Sane quia nonnulli cogniciones causarum matrimonialium, necnon de sacrilegiis, aut aliis majoribus causis, usurpare nituntur, aut de aliis cognoscunt extra loca sue jurisdictionis, in quibus non sunt cognoscere consueti: statuimus & prohibemus, ne de cetero talia attemptent, nisi de consuetudine præscripta, antiqua, & approbata, fuerit obtentum, aut nisi eis specialiter sit commissum ab eo qui potestatem habeat committendi. Quod si factum fuerit, superioris arbitrio punietur. Et processus non teneat ipso jure: causam etiam non præbeat præscribendi.

IV. Ne archidiaconi, &c. habeant officium extra civitatem.

Item statutum renovantes antiquum, firmiter inhibemus, ne archidiaconi, archipresbyteri, seu alii jurisdictionem habentes ecclesiasticam, extra civitatem habeant officium:

* h. c. m.
civitem

sed extra civitatem in personis propriis officium suum fideliter expleant. Et si aliquis processus habitus fuerit coram talibus iudicibus, quod fieri prohibemus, eum decernimus non tenere. Hoc autem intelligimus, nisi quatenus de antiqua, præscripta, & approbata consuetudine, fuerit obtentum. Illud etiam quod in contrarium ab eis attentabitur, causam non præbeat præscribendi.

V. Ut parochi non gaudeant fructibus, donec sint in sacris ordinibus.

Item statutum antiquum invenimus editum per hæc verba: Statuimus, ut clerici in majoribus ordinibus constituti, ad regimen parochialium ecclesiarum præsentati, in ecclesiis, per diocesanum instituti, fructibus non gaudeant donec fuerint in sacris ordinibus: sed in utilitatem ecclesiæ, secundum quod diocesano expedire videbitur, convertantur.

VI. Ut clerici peregrini non admittantur, nisi comprobati.

Item nullus presbyter, vel clericus peregrinus, ad celebrandum, prædicandum, vel officium publice populo in ecclesia, admittatur: nisi per diocesanum, vel suos fuerit comprobatus.

VII. Ut clerici focarias non habeant.

Item nullus sacerdos, vel clericus beneficiatus, mulierem in domo habeat suspectam. Præcipitur autem archipresbyteris in virtute præstiti juramenti, quod per archipresbyteratus suos hæc vice discurrant, & omnes mulieres suspectas a domibus presbyterorum & clericorum beneficiatorum expellant. Si quis autem prius canonice monitus, deinceps convictus fuerit concubinam seu fornicariam in domo propria habere, privetur ecclesia, seu beneficio, nisi prælatus ejus ex causa probabili dispensandum viderit cum eodem.

VIII. Ut filii presbyterorum illegitimi, &c. eorum doctibus non nutriantur.

Filios autem illegitime natos presbyterorum, & clericorum beneficiatorum, nutrirî in domibus propriis eorum penitus prohibemus. Quod si contra fecerint, puniantur arbitrio prælatorum. Presbyteri autem negotia-

ANNO
CHRISTI
1136.

ANNO
CHRISTI
1786.

tiatores publici, & tabernas frequen-
tantes, seu aleatores, pœna simili pu-
niantur.

*IX. Ut clerici qui per annum in excom-
municatione fuerint, beneficio
priventur.*

Item statuimus, quod clerici bene-
ficiati, qui per annum in excommu-
nicatione perstitierint, si negligentes
in petenda absolutione fuerint, be-
neficio omni jam adepto priventur:
nisi cum eis per diœcesanum fuerit
dispensatum.

*X. Ut ecclesiarum rectores descriptis ha-
beant nomina excommunicatorum,
& eos festis diebus denuncient.*

Quoniam excommunicati, commu-
nioni hominum irreverenter se inge-
runt, & nonnulli etiam cum excom-
municatis participare non formidant
in periculum animarum: ne aliquis
per ignorantiam super his se exculare
valeat, statuimus quod singuli eccle-
siarum rectores, & eorum loca te-
nentes, habeant rotulos quilibet tuum,
in quo scribant omnia nomina ex-
communicatorum suæ parochiæ, &
quorum auctoritate, & ad quorum
instantiam, sunt excommunicati, &
tempus excommunicationis; & eos sic
excommunicatos denuncient publice
in suis ecclesiis, diebus Dominicis &
festivis, donec de absolutione constet
eis evidenter. Inhibeant nihilo minus
parochianis suis, ne cum eis partici-
pare præsumant; alioquin noverint
quod contra eos durius procedetur.

*XI. Ut habeant iidem & legant constitu-
tionem Gregorii X. & aliam Simonis
legati, contra impediens jurisdic-
tionem ecclesiasticam.*

Præcipimus etiam sub pœna suspen-
sionis, quod omnes parochiales pres-
byteri habeant illas duas constitutio-
nes: Videlicet Gregorianam, quæ in-
cipit, *Quicumque*, & Simonis legati,
quæ incipit, *Cum juris utilitas*, con-
tra impediens jurisdictionem eccle-
siasticam, in Gallico seu vulgari suo,
& Latino; & eas legant saltem se-
mel in mense, & eas diligenter ex-
ponant populo, quod nullus sæcula-
ris possit se super hoc prætextu igno-
rantiz exculare. Quarum constitutio-
num tenores immediate sequuntur.

*Constitutio edita in concilio Lugdunensi a Gre-
gorio papa decimo.*

ANNO
CHRISTI
1286.

QUicumque pro eo, quod in reges, prin-
cipes, barones, nobiles, bailivos, &
quoslibet ministros eorum, aut quos-
cumque alios; excommunicationis, suspen-
sionis, vel interdicti sententia fuerit promul-
gata, licentiam alicui dederit occidendi, ca-
piendi, seu alias in personis, aut bonis suis,
vel tuorum, gravandi eos qui tales senten-
tias protulerint, sive quorum sunt occasio-
ne prolatae, vel eisdem sententiis obseivan-
tes, seu taliter excommunicatis communi-
care nolentes: nisi licentiam ipsam re inte-
gra revocaverint, vel si ad bonorum captio-
nem, occasione ipsius licentiæ, sit proce-
sum: nisi bona ipsa fuerint intra octo die-
rum spatium restituta, aut satisfactio pro
ipsis impensa: in excommunicationis senten-
tiam incidant ipso facto. Eadem sint quo-
que sententia innotati omnes, qui ausi fue-
rint prædicta licentia data uti, vel aliquid
præmissorum, ad quæ committenda licentiam
dari prohibemus, alias committere suo mo-
tu. Qui autem in eadem sententia perman-
serint duorum mensium spatio, ex tunc ab
ea non possunt nisi per sedem apostolicam
absolutionis beneficium obtinere. Datum
Lugduni Kal. Novemb. pontificatus nostri
anno tertio.

*Constitutio Simonis legati facta in concilio
Bituricensi.*

CUM juris utilitas tot & tantis excogi-
tata vigilis, sufficienter nequeat pro-
spectari, si processus ministrorum justitiæ
contingat iniquorum machinationibus impe-
diri: ut illorum audaciam, quos amor Di-
vini a malo non revocat, saltem rigor ec-
clesiasticæ coerceat disciplinæ: sacri concilii
duximus provisione statuendum, quod si quis,
cujuscunque dignitatis & conditionis exi-
tatis, nuncios aut executores ecclesiasticorum ju-
dicum, aut alios litteras eorundem adve-
judicialia deferentes, hac occasione verbera-
re, capere, detinere, occultare, carceri man-
cipare, mutilare, aut, quod gravius est cen-
tendum, interdicere, litteras vel acta prædi-
cta personis memoratis, auferre, seu ea rum-
pere, cancellare, aut alias destruere quoquo-
modo, vel sic ablata celare præsumperint,
aut ut ista fiant, procuraverint, vel facien-
tibus consilium, vel opem duxerint adhiben-
dam: excommunicationis sententia, quam
ex nunc proferimus, subjaceant ipso facto,
a qua, nisi prius tam judici, cujus aucto-
ritatem contempserint, quam passo injuriam,
& ceteris quorum intererit, prout excessus
postulabit atrocitas, satisfaciant competen-
ter, nullatenus absolvantur. Ad quorum me-
moriam observandam, & præmissorum testi-
monium, sigillum nostrum præsentibus du-
ximus apponendum. Datum in eodem con-
cilio anno Domini MCCLXXXVII. Romana
ecclesia vacante.

Concil. Bi-
tur. ann.
1277. c. 14.

ANNO
CHRISTI
1186.XII. *Ut observetur constitutio Gregorii X.
Quia nonnulli de rescriptis.*

Item illam constitutionem de rescriptis, *Quia nonnulli*, ab omnibus præcipimus arctius observari, in omnes transgressores scienter, excommunicationis sententiam promulgantes. Ne autem de constitutione hujusmodi, sive de his quæ continentur in illa, prætendi possit ignorantia, & diversis modi in ea constitutione contenti, quibus plerique litteris apostolicis abutuntur, ex ipsius constitutionis inspectione plene pateant: tenorem constitutionis ipsius de verbo ad verbum, prout proxime & immediate sequitur, duximus inferendum.

Extra de re
script. c.
quia non-
nulli.* al. que.
Nicomle

Quia nonnulli diversis modis, litteris apostolicis abutuntur, statuimus ut quicumque obtentas sub suo nomine litteras alii ejusdem sui nominis tradunt, qui quos volunt indebite fatigant per easdem, & qui eas tali modo recipiunt, quique illos contra quos nihil habent actionis faciunt in judicium evocari, aut litteras ipsas ad futuras trahunt controversias, quæ nondum fuerant tempore impetrationis exortæ, seu quemquam super uno negotio, vel etiam malitiose super pluribus personalibus actionibus, quæ sub uno iudice possent tractari commodius, per varias litteras eorum diversis trahant iudicibus, ut reus sic laboribus fatigatus & sumptibus, compellatur componere, vel cedere juri suo, aut actorem reus eodem tempore ad diversa loca vel indeterminate ad villam quæ commune cum pluribus ejusdem provincie villis habet vocabulum, citari procurat, ut si non comparuerit, excommunicetur quasi contumax, & sic eum a sua intentione repellat; eandem litterarum commodo careant: & adversarii, in moderatis expensis ac damnis, quæ propter eos pertulisse constiterit, condemnentur.

XIII. *Ut omnes semel in anno con-
fiteantur.*

Item statuimus quod presbyteri parochiales admoneant parochianos suos proprios, ut saltem semel in anno de omnibus peccatis suis confiteantur eisdem; & quod nomina sic confitentium in scriptis redigant, quibus in festo Paschæ viaticum dent: aliis autem denegetur * condemnantibus confiteri modo prædicto proprio sacerdoti, aut alicui de licentia ipsius, vel episcopi. Et si anno quo decesserint, confessi non fuerint, ut præmittitur, eis sepultura ecclesiastica denegetur: nisi adeo morte præventi fuerint, quod possint legitime excu-

* Parte, con-
demnantibus.
H.ANNO
CHRISTI
1186.

Asari, & signa pœnitentiæ in ipsis apparuerint evidenter. In prædictis autem confessionibus diligenter inquirent a subditis, si jurisdictionem ecclesiasticam impediunt, seu etiam impedi-verunt. Quod si confiteantur, ad diocesanum, vel ad ejus mandatum, mittantur absolvendi, vel ad sedem apostolicam, secundum quod negotii qualitas postulaverit.

XIV. *Ut rectores ecclesiarum legant con-
stitutiones pontificum, de proprio sa-
cerdotis, & de privilegio regularium.*

Præcipimus etiam sub pœna excommunicationis, universis ecclesiarum cappellanis curatis, quod habeant in vulgari & Latino, constitutionem Innocentii III. editam in concilio generali, quæ incipit, *Omnis utriusque sexus*; & constitutionem Clementis papæ, quæ dirigitur fratribus Prædicatoribus; & incipit: *Quidam temere sentientes*. Item habeant illam constitutionem Martini, quæ dirigitur fratribus Minoribus, quæ incipit, *Ad fructus uberes*: & eas diligenter intelligant, & populo exponant: quod ipsis prædicantibus ditrius præcipimus observare. Tenores autem dictarum constitutionum hic per ordinem inseruntur.

Constitutio Innocentii III.

Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata, saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha eucharistiæ sacramentum: nisi forte de proprii sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejusdem perceptione duxerit abstinendum. Alioquin vivens ab ingressu ecclesie arceatur; & moriens Christiana careat sepultura. Unde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne quisquam ex ignorantie cæcitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote: cum aliter illum ipse absolvere non possit nec ligare. Sacerdos autem sit discretus & cautus, ut more periti medici super infundat vinum & oleum vulneribus fauciat: diligenter inquirens & peccatoris circumstantias, & peccati. Quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, & cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum ægrotum. Caveat autem omnino, ne verbo, aut signo, aut alio quovis modo, prodat aliquatenus peccatorem: sed si pru-

Concil. I.
teran. IV.
c. 111.

ANNO CHRISTI 1286.

ANNO CHRISTI 1286.

si prudentiori consilio indiguerit, illud ab-
 (que ulla expressione personæ caute requi-
 rat: quoniam qui peccatum in penitentiali
 iudicio sibi detectum præsumpserit revelare,
 non solum a sacerdotis officio deponendum
 decernimus, verum etiam ad agendam pen-
 itentiam perpetuam in arctum monasterium
 detrudendum.

Constitutio Clementis.

Data eius-
 dem exempli
 littera ad
 generalem
 ordinis Mi-
 norum.

Clemens servus servorum Dei, dilectis
 filiis magistro & fratribus ordinis fra-
 trum Prædicatorum, salutem & apostolicam
 benedictionem. Quidam temere sentientes, &
 ad sobrietatem sapere nescientes, impruden-
 ter præsumunt asserere, quod de licentia,
 vel commissione aut concessione Romano-
 rum pontificum, vel legatorum apostolicæ
 sedis, seu ordinariorum locorum, vos sine
 sacerdotum parochialium ecclesiarum licentia
 & assensu non potestis libere prædicare,
 populis, audire confessiones, absolvere con-
 fitentes, ac penitentias injungere salutaris.
 Nos igitur voleptes asseritionem tam teme-
 rariam penitus confutare, & elucidare in
 talibus veritatem: deliberatione provida de-
 claramus, quod si vobis detur licentia, com-
 mittatur, seu concedatur, a legatis prædi-
 cæ sedis, aut ordinariis locorum, (nedum
 a Romano pontifice de quo procul dubio
 esset erroneum dubitare, quin in omnes sine
 alicujus consensu, immo etiam invitis qui-
 buslibet, hujusmodi possit concedere pote-
 statem) populis, legatis ordinariis subditis
 eidem, libere prædicare potestis, audire
 confessiones, absolvere vobis confitentes, &
 penitentias vobis confitentibus injungere sa-
 lutaris, aliorum inferiorum prælatorum, &
 rectorum ecclesiarum, & sacerdotum paro-
 chialium assensu, nullatenus requisito: illis
 casibus exceptis, qui de jure, consuetudine,
 seu retentione ab eis specialiter facta, præ-
 dictæ sedis legatis, & ordinariis prædictis
 specialiter relinquuntur: ad quos non licet
 vos manus extendere, nisi vobis specialiter
 committatur. Ideoque auctoritate apostoli-
 ca districtius inhibemus, ne quispiam super
 iis, vel eorum quolibet, vos, vel aliquem
 vestrum, aut etiam confitentes vobis, vel
 ad prædicationes vestras forsitan accedentes,
 contra præmissæ declarationis formam ali-
 quatenus molestare præsumat: decernentes
 nihilo minus irritum & inane, &c. Da-
 tum, &c.

Constitutio Martini.

Data littera
 eiusdem e-
 xempli ad
 generalem
 ordinis Pra-
 dicatorum.

Martinus servus servorum Dei, dilectis
 filiis generali ministro & provinciali-
 bus ministris ordinis fratrum Minorum,
 salutem & apostolicam benedictionem. Ad
 fructus uberes, quos in agro Dominico,
 prædicando verbo pariter & exemplo, con-
 fessiones audiendo, & per alia virtutum e-
 xercitia, sacer ordo vester, & ordinis ip-
 sius humiles professores, produxerunt hæc-
 tenus, & in futurum sperantur Deo auspice
 producturi, attentæ considerationis faciem
 convertentes: ut fratres ejusdem ordinis,
 prædicationis & audiendi confessiones officia
 eo liberius & efficacius exequi valeant, quo
 certius de ipsorum circa eadem auctoritate

constabit: tibi, fili, ministro generali per-
 te, vobis vero provincialibus ministris cum
 diffinitoribus in provincialibus vestris capi-
 tulis congregatis, committendi auctoritate
 apostolica fratribus ejusdem ordinis, in sa-
 cra pagina eruditis, examinatis, & appro-
 batis a vobis, prædicationis officium: au-
 diendi vero confessiones, absolvendi con-
 fitentes, & injungendi eidem penitentias
 salutaris, etiam fratribus alias idoneis, con-
 cedendi: eidem quoque supradicti ordinis
 fratribus, quibus dicta officia per vos taliter
 commissa sive concessa fuerint, quod eadem
 libere valeant exercere; plenam damus &
 concedimus auctoritate præsentium facultatem:
 districtius inhibentes, ne quis fratres
 ipsius ordinis, quibus dicta officia per vos
 taliter concedenda duxeritis, ut præmitti-
 tur, aut etiam committenda, in exercitio
 aut executione officiorum ipsorum audeat
 quomodolibet impedire. Nulli ergo homi-
 num liceat hanc paginam nostræ concessio-
 nis & inhibitionis infringere, vel ei ausu te-
 merario contraire. Quod si quis attentare
 præsumpserit, indignationem omnipotentis
 Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolo-
 rum ejus, se noverit incursum. Datum Ro-
 mæ apud S. Sabinam iv. Idus Februarii
 pontificatus nostri anno primo.

**XV. Ut parochi observent eos qui com-
 municant cum excommunicatis.**

Item statuimus ut injungatur cap-
 pellanis, quod si viderint aliquem
 participare cum excommunicatis in
 mensa, vel in domo, aut commer-
 ciis, vel consulendo, moneant ip-
 sos, alio mandato non expectato, ut
 nomina diocesis vel officialibus eo-
 rum per suas litteras mittant. Circa
 quod cappellani sollicitè & diligenter
 se habeant, certi quod si in hoc in-
 veniantur remissi & desides, graviter
 punientur.

**XVI. Ne quis excommunicatum, ab or-
 dinario non absolutum, absolvat,
 aut tradat ecclesiastica sepul-
 tura.**

Sane prospeximus quod nonnulli
 religiosi, & alii, motui sui sensus
 potius innitentes, quam considerare
 volentes, quam grave sit periculum,
 aliquid attentare, potissime transgre-
 diendo terminos quos posuere majores;
 quod posse vergere videatur in
 contemptum clavium, & fractionem
 nervi ecclesiasticæ disciplinæ; ple-
 rumque aliquorum corpora tradere præ-
 sumunt ecclesiasticæ sepulturæ, qui
 ab ordinariis suis excommunicati,
 culpis exigentibus eorundem, per
 tempora multa in sua contumacia &
 rebellionem persistunt, claves ecclesiæ,
 & censuram ecclesiasticæ potestatis
 gra-

ANNO
CHRISTI
1556.

graviter contemnendo, in detrimen-

tum nimium animarum suarum, & in scandalum plurimorum: sicque, absolutione a præfatis ordinariis non obtenta, quin etiam nec petita, finiunt dies suos, colore assumpto aliquoties a prædictis qui talium corpora sepulturæ ecclesiasticæ tradere non verentur, quod antequam eos sepeliant, ipsos intelligant fuisse per aliquem presbyterum in gravi infirmitate aliqua absolutos, qua evasione utuntur, ne dum si non plene constet eisdem quod in eo illi positi essent articulo, ut debuerit ipsis absolutionis munus impendi; immo etiam etsi non sufficienter constet eisdem, quod prædicti rebelles ab aliquo sacerdote fuerint absoluti. Adverte etiam præsumptores hujusmodi non curantes, quod certis ex causis, quandoque illis quibus absolutionis beneficium impensum est, & qui cum signo veræ pœnitentiæ obierunt, iuste denegatur sive differatur ecclesiastica sepultura. Nos igitur, inter alia quamplurima quæ suadent, circa hujusmodi congruum debere remedium adhiberi, considerantes quod sepultura dilata defuncto non nocet ecclesiasticæ vero tradere sepulturæ excommunicatum, nimis perniciosum existeret ac damnosum: præsentis auctoritate concilii, salutare istud remedium adhibemus, statuentes & districtius inhibentes, ne aliquis presbyter, aut religiosus, vel quicumque alius, cujuscumque status & conditionis existat, excommunicatos auctoritate ordinaria, præterquam in articulo mortis, absolvar, aut tradat ecclesiasticæ sepulturæ, donec ab ordinario defuncti obtenta fuerit licentia specialis. Si vero in contrarium desuper defunctis aliquid attentetur a quibuscumque, cujuscumque conditionis existant: tam in eos, quam cooperatores, & qui opem vel consilium seu consensum dederint, & qui expensas ministraverint, & qui præsentem scientes hujusmodi fuerint, excommunicationis sententiam promulgamus. Cappellanis autem ecclesiarum parochialium districtè præcipimus; quod de hujusmodi statuto & tenore ipsius, plene & publice certificent illos, qui vellent talia attentare: ac fortassis ignorantia prætentatur.

XVII. Ne usurarii ad sacramenta & sepulturam ecclesiasticam admittantur.

ANNO
CHRISTI
1556.

Eisdem* pœnis qui usurarios publicos, quos auctoritate præsentis concilii excommunicamus, & excommunicatos publice nunciari mandamus, in suis cœmeteriis scienter sepelire præsumunt. Præcipimus etiam universis presbyteris parochialibus, ut singulis diebus Dominicis denuncient, usurarios publicos testari nec posse, nisi de usuris satisfaciant, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum præsentent vel promittant idoneam cautionem; nec posse per constitutiones tradi ecclesiasticæ sepulturæ. Cum hoc etiam præcipimus observari, & per cappellanos curatos ecclesiarum parochialium in eorum ecclesiis publice recitari, constitutionem domini Simonis legati, quæ incipit, *Licet regularis observantia professoris*: Cujus tenor est talis.

* Desp. sub-
jicimus eos,
vel quid p-
mittit.

Licet regularis observantiæ professores, & alios quos sedes apostolica exemptionis seu libertatis majoris decoravit titulis, & privilegiis insignivit, attollere condignis favoribus intendamus; ipsorumque privilegia, quantum ad nos attinet, observare penitus illibata: sic tamen eos suis manere contentos juris affectamus, quod privilegiorum suorum limites in aliorum injuriam non excedant. Proinde sacro approbante concilio duximus statuendum, districtius inhibentes, ne deinceps religiosi quicumque vel etiam sæculares, exceptionis sive libertatis sedis apostolicæ privilegiis communiti, excommunicatos publice, vel nominatim interdictos, seu usurarios manifestos, ad Divina seu ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam, scienter admittant. Qui si contra fecerint, præter pœnas a jure statutas, ingressum ecclesiæ eo ipso sibi noverint interdictum, donec prolatoribus sententiarum hujusmodi, quorum auctoritatem contempserint, & aliis, quorum interesse contigerit, de prædictis excessibus & omnium interesse ac damnis, satisfecerint competenter.

Concill. Bi-
turic. 208.
1557. 9. 16.

XVIII. De disciplina regularium.

Quia vero id solum bene agitur ut vita hominum corrigatur, ac in nostra provincia multos in religione reperimus contra substantiam ordinis sic errantes, quod religione penitus deficiunt: statuimus, ut in choro, capitulo, refectorio, & dormitorio, regula observetur, nullus cameram singularem habeat, præterquam infirmerius, nisi necessitas officii id expossat: in qua sibi jacere, & non come-

ANNO
 CHRISTI
 1136.

ANNO
 CHRISTI
 1136

comedere licebit, nisi de abbatis li-
 centia speciali; quod raro & ex cau-
 sa fiat. Eisdem vestibus, & ejusdem
 coloris, quilibet religiosus in suo lo-
 co utatur.

XIX. Ne monachi habeant proprium.

Item inhibemus, ne monachi, nisi
 sint in administratione constituti, ha-
 beant sub aliquo colore proprium, e-
 tiam de licentia abbatis: cum licen-
 tia in iis non valeat suffragari eiu-
 dem. Si abbates contra hanc inhi-
 bitionem nostram fecerint, graviter
 puniantur.

*XX. Ne prior mutuetur ultra 60. soli-
 dos Turon.*

Prohibemus etiam, ne aliquis prior
 contrahat mutuum ultra summam se-
 xaginta solid. Turon. nisi de consen-
 su & auctoritate abbatis sui, vel al-
 terius superioris. Hæc constitutio in
 parochiis prioris publice nunciatur.
 Si quis vero contra inhibitionem &
 denunciationem nostram mutuaverit
 prioribus: sciat priores tali mutuo
 non teneri, nisi evidenter constare
 possit, pecuniam in utilitatem eccle-
 siæ conversam fuisse. Caveant etiam
 diligenter abbates, quod dum prio-
 ratus suos vistant, domos priora-
 tuum faciant congrue reparari.

*XXI. Ut ab ecclesiis amoveantur arca, &
 similia.*

Præcipimus etiam de ecclesiis om-
 nibus, tam prioratibus, quam paro-
 chialibus ecclesiis, arcas & grana pe-
 nitus amoveri: quæ si anno elapso
 smota non fuerint, ea faciemus in
 ulum pauperum converti.

XXII. Ut in ecclesiis chorea non fiant.

Choreas in omnibus ecclesiis fieri
 penitus inhibemus.

*XXIII. Ne monachi minores 20. annis,
 morantur in prioratibus non con-
 ventualibus.*

Inhibemus, ne monachi, minores
 viginti annis, ad prioratus, foraneos
 non conventuales mittantur, mora-
 turi ibidem. Hoc autem ab abbati-
 bus sic præcipimus observari, quod
 in futuro concilio contra constitutio-
 nis hujusmodi transgressores intendi-
 mus durius procedere per suspensio-

*XXIV. Ne mulieres morantur in domibus
 regularium.*

De mulieribus autem in domibus
 monachorum, & aliorum religiofo-
 rum, non morandis, hoc idem sta-
 tuimus, quod de presbyteris & cle-
 ricis beneficiatis est statutum.

XXV. Ut decima non accipiantur a laicis.

Item, quia nonnulli religiosi reci-
 piunt decimas a laicis sine consensu
 diæcesanorum, & aliqui clerici &
 laici in præjudicium ecclesiarum pa-
 rochialium, jura prohibitionis con-
 temnentes: sancto approbante con-
 cilio ordinamus, quod rectores eccle-
 siarum, vel eorum vicarii, publice
 semel, secundo, & tertio, diebus
 Dominicis, astante plebe, in eccle-
 siis suis inoneant & prohibeant, ne
 tradendo vel recipiendo de cetero ta-
 lia attentare præsumant. Quod si
 post monitiones contra fecerint: tam
 tradentes, quam recipientes, nisi ex
 causa justa & rationabili super hoc
 defendi valeant, excommunicationi
 subjaceant ipso facto. Quam excom-
 municationem præcipimus in eccle-
 siis parochialibus nunciari, & nomi-
 na excommunicatorum diæcesano vel
 officiali suo in scriptis dari: qui con-
 tra constitutionis hujus violatores pro-
 cedat, quantum fuerit rationis.

*XXVI. Ut mortuis, vel amotis prioribus,
 prioratus non vacentur.*

Quia vero tam abbates, quam
 priores conventuales, mortuis, vel
 amotis prioribus ex causa, bona quæ
 in eorum ecclesiis inveniunt, capiunt
 & apportant: prohibemus, ne de ce-
 tero talia attentent, nisi tantum di-
 mittant de bonis ejusdem, quod us-
 que ad fructus sequentes valeat com-
 petenter domibus & prioratibus pro-
 videri. Si vero contra fecerint, diæ-
 cesani arbitrio puniantur.

XXVII. De testamentis non occultandis.

Statutum vero quondam antiquum
 editum invenimus in provinciali con-
 cilio Bituricensi per hæc verba:
 Ne decedentium voluntates, quæ
 „ pium est executioni demandare,
 „ per aliquorum malitiam suppri-
 „ mi

ANNO
CHRISTI
1135.

mi valeant vel etiam occultari: statuimus, quod infra decem dies a tempore obitus testatoris, ad episcopum, vel archidiaconum, vel ad illos qui loco ipsorum super hoc fuerint deputati, vel ad illos qui jurisdictionem episcopalem habere noscuntur, accedant, secum testamentum, si scriptum fuerit, delaturi; vel, si scriptum non fuerit, per sacramentum ipsorum, quod testator disposuit, probetur: ut ex tunc præfati testatoris voluntas in formam publicam redigatur. Injungimus autem episcopis, & archidiaconis, & aliis jurisdictionem habentibus ecclesiasticam, ut si executores testamentorum in exequenda decedentium voluntate inveniunt negligentes, voluntatem ipsorum fideliter executioni demandent. Quibus præfatis & executoribus, sub interminatione Divini iudicii firmiter inhibemus, ne quidquam de bonis decedentium in proprios usus convertere vel etiam detinere præsumant: statuentes, quod si executores aliqui, id quod sibi deberi asserunt, propria auctoritate usurpandum duxerint, illud restituere compellantur; actione, si qua eisdem super eodem debito competierit, sint hac sua temeritate privati: nisi restituerint, ex quo super hoc moniti fuerint compentent.

XXVIII. De executoribus testamentorum.

Item statuimus, quod executores, titulo emptionis, vel alio, nihil de bonis retineant testatoris: nisi ab ipso testatore legatum sibi expresse fuerit vel concessum. Quod etiam sine auctoritate iudicium non poterunt retinere. Et si quid contra præsumperint attentare, pretium amittant: si causa venditionis præsumperint retinere, & alia causa, iudicis arbitrio puniantur.

XXIX. Ut episcopi exequantur testamenta, si executores sint negligentes.

Quia vero nihil est quod tam hominibus debeatur, quam quod supremæ eorum voluntates executoribus mandant, nec est, quod negligentius perolvatur: ideo injungimus præfatis, & universis jurisdictionem habentibus specialem, ut si executores, seu hæredes, in exequendis de-

cedentium voluntatibus inveniuntur negligentes, ipsas fideliter executioni demandent, prout in sanctis constitutionibus est statutum.

XXX. Ut testamenta fiant coram proprio sacerdote.

Attendentes autem primum spectare ad salutem animarum illorum qui testamenta sua condere volunt, sive ultimas voluntates, ut cappellani ecclesiarum quarum parochiani existunt, & a quibus recipere debent ecclesiastica sacramenta, intersint testamentis & ultimis dispositionibus, inducendo eos ad emendanda facta & restituenda illicite acquisita, & alia ordinanda, quæ ad salutem pertineant animarum: unde etiam ex præsentia sacerdotis testamentum per canones redditur efficacius approbatum. Considerantes insuper, quod initio, & executio testamentorum, ad pontificalem pertinet auctoritatem, secundum civiles & canonicas sanctiones: statuimus, & statutum huiusmodi præcipimus publicari, ut quicumque testari voluerint, proprium sacerdotem & curatum, aut aliquem ordinarium, ad testamenti sui actionem advocent, in cuius præsentia manifeste appareat de testatoris libera voluntate.

XXXI. De compellendis excommunicatis ut faciant se absolvi.

Statuimus, ut singuli qui per annum & amplius sustinuerint publicam excommunicationis sententiam, moneantur diligenter, ut infra duos menses a tempore monitionis, faciant se absolvi, denunciando eis, quod si id commiserint ullo modo, parceret eis de emenda novem librarum Parisiensium, quod integre levantur ab eis. De qua monitione, denunciatione, & die, fiant litteræ, illorum per quos monebuntur nomina continentes, cum adhibitione testium, qui similiter inscribantur. Et si elapsis duobus mensibus prædicti excommunicati moniti, eandem sententiam excommunicationis sustinuerint: prædictæ litteræ mittantur diocæsano, vel ejus officiali, qui procedant contra eos hoc modo. Monebunt sæculares potestates, & compellent, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, ut eos excommunicatos redire compellant ad ecclesiæ unitatem, injiciendo manus in personas

ANNO
CHRISTI
1136.

ANNO
CHRISTI
1186.

ANNO
CHRISTI
1186.

nas & bona eorum. Item monitione A
competenti præmissa, excommunicabunt participantes cum eis. Item vocabunt excommunicatos ad proximam synodum tanquam suspectos de fide. Et si comparuerint, procedatur contra eos prout diœcesano videtur. Si autem non comparuerint, procedatur contra eos tanquam suspectos de fide, & excommunicabuntur, & nihilo minus citabuntur ad sequentem synodum, nisi interim faciant se absolvi. Et tunc procedatur contra eos secundum formam canonum. De his autem qui minus anno sustinuerint excommunicationem, juxta qualitatem personarum & temporis, levetur emenda, secundum consuetudinem seu usum diœcesis.

XXXII. *Ut religiose festa seruentur.*

Præcipimus etiam, quod dies Dominiei, & festa, (ea scilicet quæ continentur, extra de feriis, cap. *Conquestus*, & ea quæ consuevit quælibet ecclesia solemniter celebrare) cum omni cura & diligentia præcipiantur ab omni servili opere observari: & quod sacerdotes, sub pœna suspensionis, contravenientes denuncient ordinariis, qui eos puniant, prout viderint faciendum.

XXXIII. *Ut suffraganei, & inferiores judices, appellationibus deferant.*

Item præcipimus, ut suffraganei, & officiales ipsorum, & alii inferiores judices, humiliter appellationibus deferant, quibus fuerit deferendum: nec propter hoc partium advocatis bona fide appellantis molesti existant, nec aliquam pœnam infligant. Qui scienter ac malitiose contra fecerint, ab ingressu ecclesiæ per mentem noverint se suspensos. Advocatos, qui se scienter ac malitiose contra statutum hujusmodi subtraxerint, aut ex favore illicito, excommunicationis vinculo innodamus.

XXXIV. *Ut officiales archiepiscopi non impediant jurisdictionem suffraganeorum, & aliorum.*

Item præcipiendo statuimus, quod officialis noster Bituricensis, & alii judices nostri, jurisdictionem suffraganeorum, & aliorum ecclesiasticorum judicum subditorum nostrorum, scienter per malitiam non impediant. Alioquin per mentem ab ingressu ec-
Censil. General. Tom. XXIV.

clesiæ noverint se suspensos. Advocatos autem, qui malitiose contra hujusmodi statutum, contradicendum fieri procuraverint, excommunicationis vinculo innodamus.

XXXV. *Ut quisvis ordinarius requisitus, mandet executioni sententiarum latam in eos qui minuunt jurisdictionem ecclesiasticam.*

Item statuimus, quod si iudex ecclesiasticus excommunicat bailivum, præpositum, servientem, aut alium quemcumque jurisdictionem temporalem exercentem, pro eo quod jurisdictionem ecclesiasticam minuunt aut enervare nituntur: quod omnes episcopi, & officiales eorum, & alii ordinarii, qui super hoc fuerint requisiti, illam sententiam executioni demandent. Et si super hoc fuerit appellatum ad nos, vel officialem nostrum: statuimus, quod officialis non admittat hujusmodi appellationem, pronunciet nullam, & sententias ordinariorum executioni demandet, nisi causas sufficientes, quare appellans admittere debeat, alleget.

A D D I T I O

AD BITURICENSE CONCILIUM

Anni M. CC. LXXXVI.

XXXVI. *Ut hæc & antiqua statuta serventur.*

Hæc siquidem, quæ superius præmittuntur, inviolabiliter volumus observari: statutis utilibus antiquis hic non transfusis, in suo robore nihilominus duraturis.

XXXVII. *Ut nonnullæ pontificum constitutiones firmiter observentur.*

Item præcipimus firmiter observari constitutiones antiquas, illas videlicet extr. de accusat. & inquisit. cap. *Sicut olim*, editam per Innocentium III. in concilio generali. Item aliam extr. de simonia, cap. *Quoniam simoniaca labe*, editam per dominum Innocentium III. in concilio generali. Item aliam extr. de præbendis, cap. *Grave nimis est*, editam in concilio generali per dominum Innoc. III. Item aliam extr. de statu monac. cap. *Cum ad Monasterium*, ad eodem domino Innocentio editam. Item aliam extr. de censib. exat. cap. *Cum Apostolus se ac suos*, editam in concilio Lateranensi. Item & aliam domini Alexandri IV. contra jurisdictionem ecclesiasticam impediens & turbans, cap. *Quam sit gravis*.

Ad præmissorum autem omnium fidem, & majoris roboris firmitatem habendam, his statutis & ordinationibus per totum concilium factis, nos Simon Dei gratia Bituricensis

ANNO
CHRISTI
1133a C. Soto
b Raynaldi
c Lottario

centis archiepiscopus, Aquitania primas, in provinciali Bituricensi concilio constituti, una cum venerabilibus fratribus & suffraganeis nostris G. Lemovicensi & R. Ruthenensi, & B. Albiensi, gratia ejusdem episcopi sigillum nostrum una cum sigillis suffraganeorum nostrorum duximus apponendum. Nos vero prænominati episcopi sigilla nostra, cum sigillo reverendi patris domini Simonis Dei gratia Bituricensis archiepiscopi primatis Aquitanie, ipsi concilio præfidentis, præmissis duximus apponenda.

Actum & datum in provinciali concilio Bituricensi, die Jovis post octavam B. Mariæ virginis, anno Domini M. CC. LXXXVI. pontificatus domini Honorii papæ IV. anno secundo.

C. C. Aditamentum hoc reperio quoque in summa conciliorum Ludovici Basilii, in qua quod hoc concilium non viderim prius, sed illud ex Mil. nostro codice editum, necio qua mea sit æstimatione lectum, qui certe optinuit illius observare non edita prius concilia, atque in rem meam transferre non neglexim.

CONCILIO BITURICENSI

ANNO M. CC. LXXXVI. celebrato addeada.

Ex archiepis illustrissimi archiepiscopi Albiensis.

Ex Martene
Test. Anc.
tom. 4. p.
1133.

CA. ut XXXV. concilii hujus a Labba editi circa medium sic legendum cum sequenti additione. Statuimus quod officialis noster non admittat hujusmodi appellationem, si eidem conset super dicto casu appellatum fuisse, imo appellationem pronuntians nullam, & sententiam ordinariam executioni demandent, nisi causa sufficiens quare appellans admitti debeat: allegetur hæc si quidem quæ superius præmittuntur inviolabiliter observari, statuta utriusque antiquis hic non transmissis in suo robore nihilominus duraturis.

Item præcipimus firmiter observari constitutiones antiquas, illas videlicet, extra de accusatis & inquisitis, cap. Sicut olim, editam per Innocentium tertium in concilio generali: item aliam extra de simonia, Quoniam simoniaca labe, editam per dominum Innocentium tertium in concilio generali: item aliam extra de præbendis, C. Græze nimis est, editam in generali concilio per dictum dominum Innocentium tertium. Item aliam extra de statu monachorum, C. Cum ad monasterium, ab eodem domino Innocentio editam. Item aliam extra de censibus & exactionibus C. Cum apostolicis scilicet & suis, editam in concilio Laterano. Item & aliam domini Alexandri papæ quarti contra jurisdictionem ecclesiasticam impediens & turbantes, C. Quare sit græve nimis.

Ad præmissorum autem omnium fidem & majoris roboris firmitatem habendam, his statutis & ordinationibus per concilium factis nos SIMON Dei gratia Bituricensis archiepiscopus Aquitanie primas in provinciali concilio constituti una cum venerabilibus fratribus & suffraganeis nostris, G. Lemovicensi, R. Caruricensi, R. Ruthenensi, & B. Albiensi gratia ejusdem episcopi, sigillum nostrum una cum sigillis suffraganeorum prædictorum nostrorum duximus apponendum. Nos vero prænominati episcopi sigilla nostra una cum sigillo Reverendi patris domini SIMONIS Dei gratia Bituricensis archiepiscopi primatis Aquitanie præmissis

Aduximus apponenda. Actum & datum in provinciali concilio Bituricensi die Jovis post octavas nativitatis B. Virginis Mariæ anno Domini M. CC. LXXXVI. pontificatus domini Honorii papæ quarti anno secundo.

Nos SIMON &c. Bituris congregati ad æternam rei memoriam. Ne præsumptorum in valeat audacia per impunitatem peccandi, hoc præfenti statuto decernimus valituro in ævum, quod si quævis persona ecclesiastica secularis vel interveniens regulæ cuiusque nostræ, causam jurisdictioni subiectam ad officialem quemcumque seu iudicem litteratum vel laicum administrationem gerentem curiæ secularis quacumque, vel ad aliquem qui eorum fungatur vicibus, pro re vel occasione rei ecclesiasticæ cuiuscumque, aut rei seu causæ de qua spectet vel spectare debeat cognitio principaliter aut incidenter, quocumque modo ad ecclesiasticum iudicem contra diocesanum vel eius officialem, eos vel aliquem eorum, quocumque modo impediens vel perturbans, quominus circa rem vel causam hujusmodi suum officium libere exequatur; recursum habuerit in futurum pro sui tuitione, jure, conservatione possessionis vel proprietatis, aut etiam pro violentia repellenda sub quocumque colore quaesito, etiam si apud eum seu aliquem eorum per causæ cognitionem vel aliter ordinato iudicio non procedat, excommunicationis incurrat sententiam eo ipso. Potest enim, si se gavarum existimet, adire ecclesiasticos iudices, & sibi apud eos de remediis competentibus salubriter providere. Sententiam vero hujusmodi teneantur omnes Bituricensis diocesis & provincie ecclesiastici iudices facere publicari, quantum & sicut ab eo, in cuius præjudicium hoc attentatum fuerit, requirentur. In cuius rei testimonium scripturam præsentem fieri iussimus & sigillorum nostrorum munimine roborari.

Datum & actum Bituricis XIII. kalendas octobris, anno Domini M. CC. LXXXVI. infra pendens sigilla quinque.

D CONCILII BITURICENSIS
ANNO M. CC. LXXXVI. celebrati statuta contra exentos.

Ex archiepis illustrissimi archiepiscopi Albiensis.

Quia nonnulli, &c. ministrari ecclesiastica sacramenta, & si contrarium præsumplerint attentare, rigide contra eos ad tantæ temeritatis audaciam puniendam per omnem viam debitam procedatur: & cum privilegium illud ne excommunicati ab ordinariis aut interdicti valeant vel suspendi, alia debita remedia non auferat, per quæ ordinarii debite procedere possint, ad excessus hujusmodi puniendos, detineri delinquentes sive contemtores hujusmodi personaliter, & debite castigari poterunt ab ordinariis, ubi abique periculo illud fieri poterit, & ipsis ordinariis, iustitia suadente, videbitur expedire. Quia vero plerumque tales se privilegiatos sive exentos etiam præcedentes, ea que inordinaria potestatis attentant, & sunt in directionem nervi ecclesiasticæ disciplinæ, defensionem invocant laicæ potestatis, plerumque etiam iudices secularis, qui ex potestate officii sui ad requisitionem judi-

ANNO
CHRISTI
1133.Ex Martene
loco citato
pag. 1133.

ANNO
CHRISTI
1136.

judicis ecclesiastici ordinarii resistentiā & rebellionem ipsorum possent de iaculis removere, id negligunt super hoc facere seu reculant: quod posteaquam fuerint legitime moniti, adimplere efficaciter tenentur. Statuimus quod quicumque administratione aliqua seculari sive jurisdictione seu potestate fungentes, & alii omnes cujuscumque officii, gradus aut dignitatis existant, qui prædictos in excessibus antedictis & c. quæ contra ordinarios attentantur, defendere aut fuerint seu tueri; illi etiam dominilicorum, ballivi, & iudices seculares, qui ex sui officii potestate rebellionem illorum & resistentiā poterint removere, & ecclesiasticis ordinariis iudicibus iuvamen præstare, si postquam super hoc ab ipsi ordinariis requisiti fuerint & moniti competenter, resistentiā & rebellionem prædictorum removere contempserint, & ea de quibus legitime moniti fuerint, omiserint adimplere: concilii huius auctoritate incurrant excommunicationis sententiā ipso facto: quam si per quindecim dies animo declinare contigerit, cesset penitus a divinis in die qua illuc venerint, & postea etiam, quamdiu inibi moram trahent. Eisdem statuente pœnas per omnia contra omnes & singulos laicos, qui intra Bituricentem provinciam de personis clausis vel rebus ecclesiasticis temere cognoscendo, vel eas sub quocumque prætextu indebitè occupando, aut in eis jurisdictionem ordinariis iudicibus ecclesiasticis perturbando se quomodolibet intromittent. Si enim de ipsis ordinariis aliqui conquerantur, suos poterunt adire ecclesiasticos iudices competentes, qui errata corrigant secundum canonum sanctiones, & conquerentibus faciant iustitiæ complementum. A prædictis vero sententiis neminem absolvi volumus incidentem in eas, antequam læsis damnum seu injuriam passis satisfecerit competenter: qui tunc demum per ordinarium, servata forma ecclesiæ, absolvatur.

Sane quia multi religiosi exemptos se prætendentes, seu alias se munitos privilegio apostolicæ sedis, plurima tota die præsumunt, quæ ipsis infamiam pariunt, & aliis inferunt læsionem, conantes pro viribus ordinariis ecclesiasticorum iudicium potestatem infringere, ut sic delinquendi in locis etiam non exemptis, & enormia committendi libertatiorem obtineant potestatem; aliquas utiles vias, per quas recto tramite rationis contra machinationes eorum & ad excessus puniendos ipsorum iuste & rationabiliter procedi poterit, duximus inferendas: ut attentata instructione sive doctrina huiusmodi, facilius & plenius advertere ordinarii valeant, qualiter sine juri offensa procedere possint ad ea quæ incumbunt ex eorum officii cura & debita potestate. Cum etiam tam per constitutionem illam *Volentes* Innocentii IV. editam in concilio Lugdunensi, quam per illam constitutionem, *Quia persona* per Alexandrum IV. editam, quorumcumque cesset exemptio ratione delicti vel contractus in loco non exempto commissi vel inchoati, aut rei de qua agitur inter ipsos, quod in loco exempto non sit rite & debite altera istarum causarum expressa, quantumcumque sint exempti coram ordinariis poterunt conveniri;

Council. General. Tom. XXIV.

& si citati contempserint comparere, excommunicari poterunt. & per omnes vias canonicas licite contra eos procedi ad eorum contumaciam legitime ferientiam. Illi vero contra quos excommunicationis sententiā ferretur, ad requisitionem ordinarii excommunicantis denunciatur excommunicati per totam provinciam: ad illos scilicet ordinarios, qui per excommunicatorem fuerint requisiti, aggravationes etiam excommunicationum & alii processus, qui de hoc fiunt per ordinarium qui sententiā huiusmodi tulerit, ab omnibus aliis ordinariis per provinciam denunciatur, prout fuerint requisiti. Si vero exempti compareant parati procedere, fiat iustitiæ complementum. Quod si postquam comparuerint, procedere noluerint, & aliquod privilegium non allegent; contra ipsos, vel contra vere contumaces, forma contenta superius procedatur. Si autem aliquod allegent privilegium quo se munitos esse prætendant, ut non teneantur coram ordinariis respondere, & privilegium exhibeant; diligenter attendatur inter alia illius privilegii data. Si enim ante tempus illius constitutionis *Volentes*... vel exemptio emanaverit, ex constitutionis illius tenore declaratur a parte exemptes in casibus præmissis non posse defendi, quantumcumque gaudeant libertate. Quod si privilegium post illam constitutionem fuerit concessum, advertantur inter alia diligenter, si de constitutione illa expresse fiat mentio in eodem: & posito quod mentio fieret de illa, adhuc diligentius advertatur, si privilegium illud de quadam alia constitutione prædicta Alexandri IV. *Quis persona*, faciat mentionem expressam; & nisi fecerit, huiusmodi privilegio non poterunt se tueri: detenta enim privilegia ab apostolica sed contra constitutionem illam *Volentes* cassata quantum ad hoc fuerunt per constitutionem novissimam Alexandri. Illa vero privilegia, quæ contra constitutionem Alexandri postea concessa fuerunt, ea non defendent, nisi de ipsa constitutione expressam facerent mentionem. Si autem privilegium allegatum nolint ostendere; contra eos forma debita procedatur. At si nullum privilegium allegarent, eum proponerent contra huiusmodi transitum æquitatis se fuisse per longa tempora in possessione libertatis illius, ex qua munitos se dicunt, ne respondere coram ordinariis teneantur: objectione huiusmodi non obstante, debite procedi poterit forma quæ superius continentur. Licet enim ex illa constitutione, *Quia persona*, ibi scilicet vel qui in exemptione seu libertatis possessione per longa tempora non fuerint, assumi posse objectionem sive defensionem huiusmodi videatur; non habet tamen locum obiectio in casibus de quibus agitur, attentata diligenter & subtiliter veritate, cum ideo quod post tempus constitutionis illius non effluerint tempora illa longa, per quæ valeat illud prætendi in huiusmodi casibus antedictis, in quibus exempti, quantumcumque gaudeant libertate, possint coram ordinariis conveniri: tum quia ipsa constitutio Alexandri, ex qua talis prætenderetur possessio libertatis, auferat eis omne privilegium, omnemque libertatem in casibus antedictis, cum etiam quadam apertissima ratione: quia cum consti-

ANNO
CHRISTI
1136.


ANNO
CHRISTI
1116.

tutio Alexandri de possessione libertatis per longa tempora generaliter loquatur, nihil specialiter exprimeretur de huiusmodi casibus qui semper tam ex constitutione Innocentii IV. quam ex constitutione ipsius Alexandri declarantur exempti, quantumque isti gaudeant libertate: & ita per consequens possessio quantumcumque tempore diceretur ob- tenta, quantum ad huiusmodi casus eis prodesse non posset, nullaque alia defensio privare potest ipsos, nisi tamen privilegium tale sit, quod post constitutiones prædictas ab apostolica sede concessum esset eisdem: cuius quidem tenor ostenderet eis indultum ne possent etiam in casibus prædictis coram ordinariis conveniri, non obstantibus constitutionibus antedictis, profecto clarissime patet quod obiectio illa non valet ex eo quod sic prætenderetur ordinarius, quin procedat forma contenta superius obmittere non debet. Et si prædicti, contra quos procedunt ordinarii, prout superius præmittitur, duxerint appellandum, ordinarii tuos debitos processus obmittant, & appellationes quæ contra eos interponentur, viriliter prosequantur. Si vero conservatores illorum propter hoc in ordinarios, dum canonicè & iuste procedat, sententias ferant excommunicationis, interdicti vel suspensionis; cum pateat ipsos conservatores fines suæ potestatis excedere, & quod processus illorum nulli sunt de jure, huius auctoritate concilii statuimus, quod ea occasione ordinarius vel alius, contra quem propter hoc lata huiusmodi sententia fuerit, ab huiusmodi conservatoribus, sive processibus aliquis habitus exiterit, in ullo casu nec ab aliquo de provincia evitetur.

Item, & ultra remedia generalia antedicta, contra personas exemptas & quantumcumque privilegiatas, sicut & contra quaslibet alias per ordinarios secure procedi poterit in casibus illis, in quibus est specialiter ordinariis per jura concessum: ut verbi gratia, super processu habendo contra ipsos epi-

scopos in illis qui sunt contra hereticos instituta, & dum huiusmodi exempti campanas ponere potestate propria in oratoris domorum suarum præsumunt, publiceque pulsare.

Item, quando oratoria vel capellas sine dioecesanorum licentia præsumunt construere, sive quando in locis non exemptis, ab ordinariis interdictis, celebrant divina, vel faciunt celebrari: & ita sicut de casibus proximitatis in omnibus aliis, in quibus concessa sit ordinariis a jure potestas contra huiusmodi personas, quæ per exemptiones vel privilegia sedis apostolicæ se defendunt, poterunt ipsi ordinarii plene uti suo jure & potestate ipsi a canonibus impetrata. Si vero talis ab exemptis sive privilegiatis committatur excessus, in quo de cognitione habenda sive de pœna infligenda intromittere se non possit ordinarius; adhuc remedium aliquod contra istos per ipsum ordinarium plurimumque poterit adhiberi, ubi enim committitur talis excessus, ex quo certa pœna eis, ipso factò, a canone infligatur; & excessus commissus per rei evidentiam notorius erit, ordinarii poterunt denunciare, & facere denunciari illum, qui sic commisit vinculo huius pœnæ strictum. Et si pœna sit excommunicationis, fieri poterit ut per totam provinciam evitetur. Ad præmissorum autem omnium fidem, & majoris roboris firmitatem habendam, Nos SIMON Dei gratia Bituricensis archiepiscopus Aquitanie primas, G. Claromontensis, R. Caturcensis, B. Albiensis, R. Ruthensis ejusdem miseratione episcopi & PAULUS BANCIANI Ruthenæ canonicus vicarius in spiritualibus & episcopalis generalis R. P. Domini G. eadem miseratione Mimatensis episcopi, pro concilio provinciali Bituricensi congregati ad æternam rei memoriam in testimonium veritatis scripturam præsentem fieri iussimus, & sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum & actum Bituricibus, decimo tertio calendis octobris, anno Domini M. CC. LXXXVI.

ANNO
CHRISTI
1116.

HERETICÆ QUÆDAM OPINIONES

Per dominum * archiepiscopum Cantuariensem declaratæ & damnatæ.

Ex MS. in registro principali archiepisc. Cantuar. occupato Picham odidit collector Anglicanus tomo II.

IN nomine Domini, amen. Anno ejusdem MCLXXXVI. Indictione quarta decima, ultimo die mensis Aprilis. Reverendus in Christo pater dominus Joannes, Dei gratia Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, pro tribunali sedens in ecclesia B. Mariæ de Arcubus Londini, assidentibus sibi venerabilibus patribus, domini, Olivero Lincolnæ, Godofrido Wigornienfi, & Richardo Herefordienfi, episcopis; præsentibus etiam venerabilibus viris magistris, Gilberto de sancto Leofardo officiali curiæ Cantuariensis, Herveo de Saham cancellario universitatis Oxonii, Petro de sancta Maria archidiacono Surrey, Henrico de Naffington officiali Lincolnæ, Rogero de Sevanak officiali Herefordienfi, Roberto de Lascy

E juris civilis professore, Jacobo de Moun, & aliis pluribus solennibus & venerabilibus personis, in multitudine copiosa; infra scriptos errores, quos de novo audierat in sua provincia suscitatos, tanquam hæreses declaravit, & pronunciavit esse damnatos, in scriptis proferens sub hac forma.

Hi sunt articuli noviter divulgati, quos inter hæreses damnatas in se vel in suis similibus, numerandos esse credimus: & hereticos esse censemus, pertinaces eorum omnium & cujuslibet defensores, tanquam falsarum & novarum opinionum causa inanis gloriæ sectatores.

Primus articulus est, quod corpus Christi mortuum * nullam habuit formam substantialem, eandem quam habuit vivum.

* Fortè non
illam. Et

Se-

ANNO
CHRISTI
1180.

Secundus est, quod in morte fuit intro-
ducta nova forma substantialis & nova spe-
cies, vel natura, quamvis non nova assump-
tione vel unione Verbo copulata: ex quo
sequitur quod filius Dei non fuerit tantum
homo, sed alterius speciei inominatæ.

Tertius est, quod in illam formam vel
naturam de novo introductam per mortem
facta fuisset transubstantiatio panis, virtute
verborum sacramentalium; scilicet, Hoc est
corpus meum, si in triduo mortis fuisset
facta consecratio.

Quartus articulus est, quod modo, scilicet
post resurrectionem Christi, virtute
verborum sacramentalium convertitur totus
panis in totum corpus Christi vivum, ita
quod materia panis convertitur in materiam
corporis Christi, & forma panis convertitur
in formam corporis, scilicet in id quod est
anima intellectiva, secundum quod forma
corporis est, & dat esse corporeum, & hoc
virtute verborum sacramentalium.

Quintus, est, identitatem fuisse numera-
lem corporis Christi mortui, cum ejus cor-
pore vivo, tantummodo propter identitatem
materie, & dimensionum interminatarum,
& habitudinis ipsarum ad animam intelle-
ctivam quæ immortalis est. Esse in insuper
identitatem numeralem corporis vivi & mor-
tui, ratione existentie utriusque in eadem
hypostasi Verbi.

Sextus est, corpus cujuscumque sancti vel
hominis mortuum, antequam sit per putre-
factionem mutatum in auras vel elementa,
non esse idem numero cum corpore ejus
vivo, nisi secundum quid, scilicet ratione
materie communis, sicut sunt unum quæ
invicem transmutantur, ut caro & vermis,
& ratione accidentis communis, scilicet


A quantitate: simpliciter autem esse diversum
corpus mortuum a vivo, specie & numero.

Septimus est, quod qui vult ista docere,
non teneretur in talibus fidem adhibere au-
toritati papæ, vel Gregorii, vel Augustini,
& similium, aut cujuscumque magistri: sed
tantum auctoritati Bibliæ, & necessariæ
rationi.

Octavus est, quod in homine est tantum
una forma, scilicet anima rationalis, &
nulla alia forma substantialis: ex qua opi-
nitione sequi videntur omnes hæreses supra-
dictæ.

Illos igitur octo articulos, hæreses, esse
damnatas, in se vel suis similibus, & blas-
phemias, firmiter agnoscentes: omnes eo-
rum affirmatores pertinaces, publice vel oc-
culte, sub quocumque verborum pallio, ex-
communicatos esse & anathematizatos de-
nunciamus: & præcipimus, tam in actibus
scholasticis, quam in aliis, ab omnibus ar-
ctius evitari, sub interminatione anathema-
tis, quod poterunt formidare non immerito
ex certa scientia contrarium facientes.

Illos insuper, qui contra inhibitionem præ-
decessoris nostri & nostram, ac venerabilis
fratris Lincolnienfis episcopi, de consilio
Oxonienfium magistrorum, secretis inhibiti-
onibus nostris opinionem de unitate formarum
defendere præsumperunt, pronunciamus in-
cidisse in penas, a prædecessore nostro hu-
jusmodi præsumptoribus impositas, & a no-
bis postea confirmatas; quas penas iidem
imponi volumus indilate. Et nihilo minus
illos, qui super talia fundamenta, prædictas
hæreses seminarunt, ut dicitur, cum con-
victi fuerint vel confessi, volumus prout ju-
stum fuerit, in forma canonica subijci ec-
clesiasticæ disciplinæ.

ANNO
CHRISTI
1180.ANNO
CHRISTI
1180.Ex Hardui-
ni Tom. 7.
Concil. pag.
243.

PROVINCIE BURDEGALENSIS

VISITATIO,

Facta a Simone de Bello loco, archiepiscopo Bituricensi, anno Domini
MCCLXXXIV.

*Ex membraneo codice, qui in archiepo Bitturicensi archiepiscopatus servatur: & ex apo-
grapho, quod est in Bibliotheca Collegii Parisiensis Societatis JESU. Hanc porro Visitationem
non alio loco hic representamus, tametsi ante biennium facta perhibetur, quam Concilium
proxime antecedens: cum ab eodem archiepiscopo Simone, sub quo & istud habitum concilium
est, peracta est annis 1284. 1285. 1286. 1290. 1291.*

Hic habetur qualiter reverendus pater do-
minus Symon Bituricensis archiepiscop-
us, Aquitanis Primas, primo anno Do-
mini MCCLXXXIV. mense Septembris Do-
minica die post festum beati Matthæi Apo-
stoli & Evangelistæ, Burdegalem provin-
ciam jure Primatus suæ causa visitationis
intravit: in cujus societate erant religiosi
viri Johannes Abbas monasterii sancti Sul-
picii Bituricensis, fratres Gilo ejus socius,
frater Symon dictus Paterin, & J. de san-
cta Severa ordinis fratrum Minorum, Ma-
gister Guillelmus de Medunta Officialis &
Canonicus Bituricensis, Joannes ejus clericus,
dominus Guido de Noyalthes Capiterius
Pictaviensis, dominus Helias Porta abbas se-
cularis ecclesiæ sancti Alterii Petragoricen-

sis diocesis, conservator provisionis seu or-
dinationis a sede Apostolica super jure Pri-
matu prædictæ, Helias ejus clericus, domi-
nus Orho de Salinis canonicus Magdunen-
sis, dominus Cono capellanus Virtonienfis
capituli, domini J. de Bellechere nota-
rius publicus, Guido de Rans clericus do-
mini, Bertrandus Colle serviens domini re-
gis & plures alii.

Et notandum quod cum dictus dominus
Bituricensis concepisset, & proposuisset Bur-
degalem provinciam causa visitationis in-
trare; considerans quod ecclesiæ suæ Bitu-
ricensis in justis suis possessionibus & ceteris
juribus semper defensorem habeat & habue-
rit serenissimum regem Francorum, eundem
regem rogavit, ut unum de familiaribus
suis

ANNO
CHRISTI
1180.

ANNO
CHRISTI
1114.

luis committeret eidem iturum cum ipso in A
provinciam prædictam. Cujus precibus be-
nigniter inclinatus dominus dictus rex, vi-
rum providum, morigeratum, ordinatum &
facundum de familia sua concessit eidem
cum suis litteris continentibus ista verba.

„ Philippus Dei gratia Francorum Rex,
„ Bertrando Cosse fervienti suo salutem.
„ Mandamus tibi quatinus non permittas,
„ quod in seneschallii seu Bajulis Petrago-
„ ricensi, Pidaviensi, Xantonensi, Agen-
„ nensi, Vasconiz, Alverniz, indebita gra-
„ vamina vel violentiæ aut injuriæ inferan-
„ tur dilecto & fideli nostro archiepiscopo
„ Bituricensi, Aquitaniz Primati, aut gen-
„ tibus vel nunciis suis, in personis vel bo-
„ nis eorum, cum pro juribus provinciz vel
„ primatiz suæ exercendis ad partes provin-
„ ciz vel primatiz earumdem ipsum vel eo-
„ rum aliquem contigerit declinare: & i-
„ plum archiepiscopum & quemlibet prædi-
„ ctorum in suis iustis factis ab omni in-
„ juria nec non gravaminibus & violentiis
„ manifestis in locis ipsis defendas ex parte
„ nostra, quoties opus fuerit sibi, & de
„ hoc tueris requisitus. Nos enim tenore
„ præsentium præcipimus seneschallis & ju-
„ stitiariis locorum prædictorum, ut tibi ad
„ executionem præmissorum, si eos inde
„ requisieris, auxilium subministrant. Actum
„ Parisius, die Lunæ post festum Nativita-
„ tis beati Joannis Baptistæ, anno Domini
„ MCCLXXXIV.

„ Dicitur vero dominus Bituricensis, ante-
„ quam dictam Burdegalem provinciam, ut
„ præmittitur, intraret, volens consulte & cum
„ maturitate procedere, salvo tamen jure suæ
„ Bituricensis ecclesiz & honestate sua, di-
„ ctum regis fervientem; ut in tuto procede-
„ ret, ita quod a magistris suis reprehendi non
„ deberet, & quod de commissis sibi nihil
„ omitteret, super juribus post iustis
„ ecclesiz suæ Bituricensis, & sui ipsius & præ-
„ decessorum suorum in primatia & provincia
„ Burdegaliensi, & de cognitionibus causarum
„ tam Burdegaliensium, tam sedibus vacantibus
„ quam non vacantibus, & de coertionibus
„ quas habet in clericos potissime Burdegalen-
„ sis & provinciz per litteras
„ apostolicas: per acta judicialia & per testes
„ intimavit & super informatione prædicta &
„ de modo informandi præcepit dictus domi-
„ nus Bituricensis fieri ex superabundanti cau-
„ tela publicum instrumentum: unum in Gal-
„ lico quod haberet dictus Bertrando suis
„ ostensurum magistris, si esset necesse: &
„ aliud in Latino penes dominum remantu-
„ rum: quorum tenor inferius postea adno-
„ tatur.

Post hæc dictus dominus Bituricensis suas
mandavit procuraciones in hunc modum.

„ Symon Dei gratia Bituricensis archie-
„ piscopus Aquitaniz Primas, dilectis in
„ Christo filiis abbati & conventui de An-
„ glia Pidaviensis diocesis, salutem in Do-
„ mino. Burdegalem provinciam jure no-
„ stræ Primatiz visitantes hac instanti die
„ Dominica post festum beati Matthæi Apo-
„ stoli & Evangelistæ ad locum vestrum in-
„ tendimus declinare. Unde vobis manda-
„ mus, ut nobis & familiz nostræ dicta die
„ necessaria præparetis. Datum die Martis
„ præcedenti, anno Domini MCCLXXXIV.

Die igitur Dominica post festum beati
Matthæi Apostoli & Evangelistæ, dictus do-
minus Bituricensis archiepiscopus veniens de
abbatia Fontis Combaudi, publice de Font Com-
bant, Bituricensis diocesis, ubi tabbato præ-
cedenti sacros celebraverat ordines & præ-
dicaverat, Burdegalem intravit provin-
ciam; abbate Angliz te quinto in equi-
taturis veniente obviam domino per leucam
& amplius, & salutante dominum cum hi-
laritate vultus. Et cum modicum cum do-
mino dictus abbas Angliz equitasset, cum
festinatione præcessit ut se præpararet, &
concanonicos ad recipiendum dictum domi-
num Bituricensem modo debito faceret præ-
parari.

Veniente igitur domino, dictus abbas cum
sociis suis processionaliter in cappis sericis,
campanis pullatis honorifice receperunt, can-
tantes responsum, *Deum time*: abbate præ-
dicto in introitu ecclesiz præsentante domi-
no aquam benedictam, & induto cappam
sericam, baculum sive baculum pastoralem
tenente: crucem, textum evangeliorum,
& reliquias ecclesiz ceteris tenentibus in pro-
cessione.

Dicto vero & cantato & finito cum ver-
su & gloria responso, surrexit dominus
ab oratione sua dicens alta voce, *Sit nomen
Domini benedictum*. Responso. *Ex hoc nunc
& usque in seculum. Adjutorium nostrum in
nomine Domini*. Responso. *Qui fecit celum
& terram. Benedicat vos omnipotens Deus,
Pater, & Filius & Spiritus sanctus*. Respon-
sio. *Amen*.

His factis reliquias sanctorum super alta-
re positas deosculatus est: & postea suam
cameram intravit, sua cruce semper & ubi-
que deportata ante ipsum. Cum vero di-
ctus dominus Bituricensis suam cameram,
ut dictum est, intravisset, in abbatia præ-
dicta de Anglia Pidaviensis diocesis, venit
quidam archipresbyter venerabilis & discre-
tus ex parte domini Pidaviensis cum litteris
excusatoriis, super eo quod domino Bituri-
censi non venerat obviam: quarum littera-
rum tenor sequitur in hæc verba:

„ Reverendo in Christo patri ac domi-
„ no Symoni, Dei gratia Bituricensis archie-
„ piscopo Bituricensi, Aquitaniz Primati, frater
„ Gualterus permissione divina Pidaviensis
„ episcopus, salutem cum omni reverentia
„ & honore, se paratum ad ejus beneplacita
„ & mandata.

„ Litteras vestras recepimus in snibus
„ diocesis nostræ versus Andegaviam, quibus
„ receptis mandavimus magistro Guillelmo
„ archipresbytero de Ambernaco, ut vobis
„ occurrat apud fontem Combaudi, pari-
„ turus vestris beneplacitis ac mandatis.
„ Dicitur enim clericus, ex quo fuimus in
„ isto officio in visitando diocesim Pida-
„ viensem nobiscum fuit, & præ aliis viam
„ novit. Ceterum si vobis obviam non ve-
„ nerimus ita cito sicut vellemus, nos ex-
„ cusatos habeatis; nam octo diebus ante
„ quam litteras vestras recepimus, publicari
„ feceramus, quod apud Mauritaniam ordi-
„ nes faceremus, quæ villa est prope An-
„ degaviam distans ab illa parte diocesis
„ nostræ per quam intrabitis, ut dicitur,
„ ad triginta quinque leucos Pidavinas:

quæ

ANNO
CHRISTI
1114.

ANNO
CHRISTI
1184.

quæ quales sint, experientia vos docebit. Veniemus etiam ad vos cum Dei auxilio quam citius poterimus. Bono modo valeat & proniat semper in Domino vestra paternitas reverenda. Datum die Lunæ ante festum beati Matthæi. Item cum litteris credentis, quarum tenor talis est:

Reverendo in Christo patri ac domino domino Symoni Dei gratia Bituricensi archiepiscopo, Aquitanie Primati, frater Gualterus eadem permissione Pictaviensis episcopus, salutem cum omni reverentia & honore, & paratam ad eius beneplacita voluntatem.

Rogamus vos ut magistro Guillelmo de Cypra archipresbytero de Ambernaco, clerico nostro, lateri presentium, velitis fidem adhibere. Valeat vestra reverenda paternitas in Domino Jesu Christo. Datum apud tresdecim ventos, juxta Anogaviam; die Jovis, in festo beati Matthæi Apostoli.

Quibus litteris lectis, & dicto archipresbytero tuum dominum Pictaviensem episcopum curialiter & discrete exculante, & cum alledu dictum dominum Bituricensem rogante ex parte sui domini Pictaviensis episcopi ut ad hospitia & maneria ipsius domini Pictaviensis fiducialiter declinaret, & quiesceret in eisdem pro voluntate sua: dominus Bituricensis excusatione prædicta admittit, benigniter & curialiter super ipsam regratiatus est eidem, excusans se quod ad ejus hospitia declinare non poterat ista vice.

Quibus ut præmittitur peractis, dictus abbas & multi de fratribus suis cum domino comederunt: & in mane & in sero abbate prædicto dominum & suos sequaces peropportune & splendide procurante in bono pane, bono vino, bonis cibariis, & pluribus, & in aliis necessariis quibuscumque.

In sero vero post cenam præsentis archipresbytero prædicto præmissis ab episcopo Pictaviensi, & illo qui pro abbate & nomine suo & abbatis prædictis fecerat expensas, necessaria ministraverat; & præsentibus officialibus domini Bituricensis, tunc de expensis diligenter computatum: & omnibus computatis videlicet pane, vino, coquina grossa & parva, equis in sereno, in aena, in lectisterio, ferratura, lumine pro equis, harnasio, cera, factura candelæ, salario portantis procuraciones, lignis, sale, salario servitorum in coquina & extra, palea, feno, pro lectis, quia non sufficiebat palea, gagiis garcionum, & omnibus aliis habitis pro expensis tam solutis vel receptis per familiam domini, quam per familiam abbatis prædicti, summa fuit expensarum duodecim librarum Turonensium tribus solidis minus: excepto quod abbas avenam quæ tam in mane quam in sero ministravit, computari noluit. Omnia computata dictus archipresbyter, nec qui pro dicto abbate præsentis erant, non impugnarunt nec verbo, nec signo, nisi solum pro gagiis garcionum, & pro harnasio & pro cera: & pro gagiis garcionum fuit computatum undecim solidos, vel circiter. Pro harnasio quinque solidos, pro cera duodecim solidos, pro factura quatuor denarios, cum curialiter fuit computatum quidquid familia domini voluit compu-

tare. Summam autem expensarum prædictarum arreclavit dictus archipresbyter in sua cera, & minister domus domini Bituricensis in suis tabulis.

Die vero sequenti in mane dominus audita Missa sua, celebrata per suum capitulum seu capellanum de delundis, & cum nota; sermonem inceptum per quemdam suum penitentiarium fratrem Hugonem nomine monachum sancti Sulpicii Bituricensis finivit: & in fine sermonis sui tetigit negotium Arragonie: & hymno *Veni creator Spiritus* incepto, dum cantaretur, plures a domino signum crucis receperunt.

Quo facto auctoritate domini Papæ & Legati centum dies indulgentiæ contulit, & auctoritate sua quadraginta. Postea dominus intravit capitulum, abbate & aliis fratribus presentibus in eodem, & visitationis fungens officio, primo de statu spiritualium & officio divino, & observatione regulæ loci ejusdem, & de temporalitate diligenter inquisivit. Cui respondit, & ceteri: & per Dei gratiam omnia tam spiritualia quam temporalia in statu debito, & prospero factis erant:

Super quibus dominus Bituricensis Domino gratias referens, & se ipsorum orationibus commendans, obtulit se, & quidquid posset facere utilitatis & salutis, ecclesie & personis, tam ex debito quam ex dilectione & affectione. Super quo regratiati sunt, ipse dominus abbas & conventus.

Hæc autem notanda sunt, quod dominus audita Missa sua ad majus altare in vestimentis & libris satis decentibus ipsius abbatis, fundatæ in honore sanctæ Crucis, finivit sermonem, ut dictum est, factum clero & populo, plebe multa cum devotione adstante, quamvis die profecto. Est autem abbatia Angliæ bene sita, satis domificata ad recipiendum prælatum & suos sequaces.

Ibi dominus Bituricensis nec confirmavit, nec tonsuravit, nec benedixit: quoniam ipsi non fuit oblatum aliquis ad confirmandum, tonsurandum, aut benedicendum. Domino recedente ab abbatis Angliæ prædicta, distantibus ab abbatis de Fongombaut per duas leucas tantum satis mediocres, dictus abbas Angliæ, dominum Bituricensem euntem apud abbatiam sancti Savini, Oranis sancti Benedicti, distantem ab abbatis Angliæ per quatuor leucas satis mediocres, conduxit per duas leucas & amplius vel circiter. Notam procuracionem seu divisionem procuratoris domini Bituricensis in provincia Burdegalensi, quæ sequitur in his verbis.

Frater Jacobus miseratione divina Prænestinensis episcopus, apostolicæ sedis Legatus, licet indignus, dilectis filiis decano & archipresbytero Turonensi, salutem in Domino. Cum nos juxta mandatum apostolicum ad nos directum quinquaginta procuraciones, quas venerabilis pater Bituricensis archiepiscopus in provincia Burdegalensi secundum provisionem domini Papæ (†) habere taliter duximus dividendas, quod Burdegalensi diocesi sex, Agenncensi tres, Angolismensi tres, Petragoricensi quatuor, Xantonensi novem, Pictaviensi viginti quinque decrevimus assignari; discretioni vestræ qua fungimur auctoritate præcipiendo mandamus, quod divisionem

ANNO
CHRISTI
1184.* Foris
habet.

,, a no-

655
P. IV.
a nobis factam vice nostra faciatis inviolabiliter observari: contraditores per censuram ecclesiasticam compescendo. Quod si non ambo his exsequendis poteritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exsequatur. Actum apud Rotomagum, IV. Nonas Junii, anno Domini MCCXL.

Die Lunæ sequenti, jam dicto domino veniente ad abbatiam sancti Savini, ordinis sancti Benedicti, distantem ab Anglia per quatuor leucas satis mediocres; abbas sancti Savini venit obviam in equitaturis se sexto per duas leucas vel magis: & domino salutato cum hilaritate, cum aliquantulum dominus & ipse pariter super multis communibus fuissent colloqui, recessit a domino, & præcessit, ut ad recipiendum dominum se pararet, & alios commonachos faceret preparari.

Et cum venit dominus abbas prædictus & conventus, dominum honorifice receperunt, modo quo supra: hoc responsum cautum, *Sint lumbi vestri præcincti*; & dominum & suos sequaces modo quo supra procurantes in necessariis quibuscumque: & in sero post cenam de expensis computato modo quo supra, summa fuit expensarum duodecim librarum Turonensium, sexdecim solidorum.

Est autem notandum, quod sero quolibet in provincia computabantur sex libras cera: scilicet quatuor pro hospitio, & duæ pro camerariis, sub nomine cereorum ponderorum ponendorum cum lumine ante crucem computabantur; etiam de harnasio quinque solidos etiam computabantur: sex denarios pro salario portantis procuraciones computabantur. Similiter pro quolibet garcione non habente lectum, duos denarios, etiam panes cum sale, & panes ad candelas erant illius de familia domini qui serviebat de pane.

Item notandum est, quod elemosynarius domini ubique in primatia dabat elemosynam; & ubi frumentum non suppetebat, illi qui procurabant dominum elemosynario panem ministrabant pauperibus erogandum: & fuit in abbacia de Anglia computatum pro pane ministrato elemosynario, & pauperibus erogato, quinque solidos.

Die Martis sequenti in mane; dominus audita Missa sua ad majus altare, in indumentis & libris ipsius abbatiæ, intravit capitulum, abbate & conventu presentibus, & prædicavit latine.

Sermone finito, visitavit modo quo supra. Interrogatus dominus, si complaceret aliquos tonsurare, respondit, quod donec Pictavis fuisset, nullos tonsuraret. Posthæc, domino recedente, dictus abbas ipsum per duas leucas vel circiter conduxit. Item notandum est, quod dominus quosdam de Bituricensi diocesi apud sanctum Savinum Pictaviensis diocesis vocari fecit in iudicium coram ipso: videlicet Gaudium dominum de Ramafort, ipsi domino super tangentibus executionem patris dicti Gaudini testamenti responsum; & quosdam alios quamplures, quos in camera abbatis prædicti sancti Savini ante prandium & post prandium expedit.

Eodem siquidem die Martis, post festum beati Matthæi apostoli & evangelistæ, ve-

nit dominus Bituricensis apud Mortuum-mare, quod vulgo Gallice profertur, *Mortuumer*, distans ab abbacia sancti Savini prædicta per sex leucas mediocres, nullo sibi obviam veniente.

Receptus fuit processionaliter, campanis pulsantibus, priore, ceterisque canonicis loci ejusdem cappas sericas indutis, reliquias ecclesiæ, turibulum cum incenso, & benedictam aquam portantibus, & cantantibus hoc responsum, *Deum time*, &c.

Ibidem sunt canonici seculares, & procuraciones. Remittenda ipsis, scribitur: Priori & Capitulo: ibi siquidem est ecclesia satis decens, hospitia minus decencia. Et ibidem a priore & capitulo fuit dominus satis laudabiliter procuratus & ejus sequaces: & computato de expensis modo quo supra, summa fuit expensarum tredecim librarum, & duodecim denarii, ut dicitur, Turonenses.

Die Mercurii sequenti in mane dominus audivit Missam suam ad majus altare ipsius ecclesiæ, in vestimentis & libris ejusdem ecclesiæ, presentibus priore & capitulo. Post Missam requisitus dominus, si quos de choro tonsurare placeret; respondit, quod antea responderat: addens quod dominus Pictaviensis satis vicinus ipsis est, ad quem faciliter pro talibus poterant habere recursum.

Post hæc dominus Bituricensis diligenter quaesivit ab ipsis, si ipsi vel in personis aut in ecclesia, & ad spiritualia vel temporalia aliquo vel aliquibus indigerent, quod posset facere vel deberet; differens se personis & ecclesiæ, in quantum ex officii debito & dilectione, & affectione teneretur. Super quo dicti prior & capitulum domino regravantes, ipsi domino conquesti sunt de familia sua, eo quod expensas factas non ita rigide computaverant, ut debuissent, & prout ipsi computaverant, secundum ipsorum assertionem; & ita gravabantur, ut in grossis carnibus, & pollatura, & palea, & in seno. Quibus post multorum responsa finaliter dominus respondit, quod si crederent minus fideliter computatum fuisse; venirent ipsi, vel mitterent Pictavis, dum ipse prærens esset, & ipse libentissime faceret fideliter computari: præsertim cum sua familia, cujus intererat computare, jam præcessisset.

Posthæc ipsis salutatis recessit, & ivit Pictaviam. Et est sciendum, quod in omnibus superscriptis a principio quaterni, prærens fuit capicerius Pictaviensis, & cantor Lemovicensis, qui domino Bituricensi tunc venit obviam die Veneris præcedenti apud Bruel diocesis Bituricensis, cujus nomen est magister Guido de Noelles; & fuit prærens dictus magister Guillelmus de Chupra archipresbyter prædictus, a prædicto domino Pictaviensi scilicet episcopo præmissus.

Eodem die Mercurii sequenti venit dominus Pictavis. Distat autem a Mortuo mari per quinque leucas satis mediocres; decano, præposito, priore sanctæ Radegundis, abbate beatæ Mariæ Pictaviensis, officiali, succentore & cantore in dignitatibus & personatibus constitutus in majori ecclesia Pictaviensi, necnon abbate Auræ vallis, abbate sancti Cypriani & pluribus canonicis ecclesiarum ipsi domino obviam venientibus per duas leucas & amplius.

Et post modicum ipsi a domino salutato rece-

ANNO
CHRISTI
1182.

procedentibus, & capicerio Pictaviensi rece-
dente cum ipsis, ut ad dominum honorifice
recipiendum se pararent; qui dominum
venientem processionaliter in cappis leucis,
campanis pulsatis, crucem, turibulum, a-
quam benedictam, textus evangeliorum, &
multa alia pretiosa deportantes, receperunt,
cantando hoc responsum, *Deum time*; de-
cano a sinistris, & cantore a dextris, do-
minum ab introitu ecclesie per portam ma-
jorem ducentibus usque ad altare majus, &
ipsi domino, ut dictum est, adstantibus,
donec ecclesiam exivit. Et licet dominum
honorifice recepissent, dictus decanus domi-
no supplicavit, ut pro malo non haberet,
sed pro excusatis; eo quod in processione B
prædicta non fuerant tot quot voluissent,
cum absentes occupati essent, tam vindemiis
eorum, quam compluribus aliis.

Posthæc, domino volente intrare capitu-
lum, ut suum expleret officium, inter ipsum
& canonicos exstitit finaliter concordatum,
quod dominus differret intrare capitulum us-
que mane crastinum. Quo factò, conduxerunt
dominum in domum suam, scilicet in
domos domini episcopi Pictaviensis: & ibidem
splendide cum opulentia dominum procura-
runt: & comederunt cum domino prædicti
decanus, cantor, præpositus, & abbas beate
Mariæ, prior sanctæ Radegundis, capicerius,
officialis, succentor, & quamplures alii
de ecclesia, tam canonici quam capellani
& clerici, in expensis capituli, & in mane
& in sero: & domino, quamdiu fuit Pi-
ctavis prædicti superiores bonam & venerabilem
societatem & solatium tenuerunt; & vna
multa in comestionibus, in potis & bar-
cillis, ut moris est, præsentarunt; computato
de expensis hujus diei modo quo supra
dictum fuit, summa fuit expensarum viginti
libræ, & duodecim denarii Turo-
nenses.

Die Jovis, sequenti scilicet ante festum
beati Michaelis Archangeli, comedit domi-
nus; sicut & socii ejus, & plures de domicellis
suis in domo capicerii Pictaviensis, in-
vitatibus & rogatus affectuose ab ipso capice-
rio prædicto: & die veneris præcedenti apud
Loruel, quando domino primo venit obviam,
licet dominus cum difficultate maxima concessit.
Ceteri de familia domini, ut plures domicelli
& garciones, comederunt in domo domini
in expensis domini. In sero dominus, sicut & sui
sequentes, in expensis domini Bituricensis
fuerunt.

Eodem die Jovis in mane dominus intra-
vit capitulum, & prædicavit ibi, decano &
capitulo ceterisque multis aliis presentibus:
& post sermonem ostendit discrete & eleganter
quanta sit utilitas Pictaviensibus, & Pictaviensi
diocesi, nec non ipsis canonicis Pictaviensibus,
habere tam vicinum refugium, ut Bituricensem
archiepiscopum: cum per Bituricensem curiam
suam iustitiam facilius & citius consequatur.

Ostendit etiam qualiter decanus & capitu-
lum BurdegaleNSE minus sano ducti consilio
maliciose jurisdictionem Bituricensem quam
in provincia Burdegalensi dignoscitur habere
& habuisse, impediunt, & nituntur impedire.

Rogavit dominus presentes canonicos, ut
si scirent in quacumque causis præfuisse
Council. Gener. Tom. XXIV

que per appellationem ad curiam Bituricensem
delatæ fuerint, & ibidem terminatæ, recitarent
in publico presentibus; assistantibus scilicet
duobus tabellionibus, dicto Bertrando regis,
& pluribus aliis fide dignis, prout omnia in
instrumento publico inferius annotato dilucide
continentur. Et hæc omnia tacebat dominus ad
dictum dominum Bertrandum informandum, ut
de jure suo facilius doceret tempore opportuno.
Ipsa die Jovis recepit dominus litteras a senecallo
Vasconie continentes ista verba, quæ sunt sequen-
tis tenoris, videlicet:

„ Joannes de Cresilly miles illustris regis
„ Angliæ, Ducis Aquitanie, senecallus in
„ ipso Ducatu, dilectis suis Johanni de
„ sancto Ergondo, militi in Burdegalensi
„ & Vasconie curiis, & Bertrando de Cam-
„ pania militi in Xantonensi locum suum
„ tenentibus, & omnibus aliis baillivis suis,
„ salutem.

„ Cum reverendus pater in Christo Si-
„ mon, Dei gratia Bituricensis archiepisco-
„ pus nobis exposuerit, quod ad Burdega-
„ lensem provinciam intendit accedere; vo-
„ bis mandamus, quatenus cum dicti domi-
„ ni nostri terram intraverit, sibi vestrum
„ pro eodem domino nostro & nobis offe-
„ rentes servitium, & exhibentes honorem,
„ ipsum & suos in personis & rebus, quam-
„ diu erit in districtu domini nostri a vio-
„ lentiis & injuriis defendatis: & si quid
„ forte factum fuerit, illud facietis celeriter
„ emendari, cum ab ipso vel mandato suo
„ fueritis requisiti: taliter super his vos ha-
„ bentes, quod de vobis se possit merito
„ commendare, at de negligentia vestra ne-
„ queat habere materiam conquerendi. In
„ vos etenim redundabit, si quid inventum
„ fuerit vos contra ipsum, vel suos egisse,
„ vel sustinuisse; de quo debeatis redargui
„ vel puniri. Datum Parisius, in crastino
„ beati Matthæi Apostoli & Evangelistæ,
„ anno Domini MCLXXXIV.

Item alias in hac verba.

„ Reverendo in Christo Patri suoque ca-
„ rissimo domino Simoni, divina providentia
„ Bituricensi archiepiscopo, Joannes de Cresilly,
„ miles, se paratum ad ejus beneplacita
„ voluntatis.

„ Licet ad partes Vasconie dirigeremus
„ libentius quam alibi gressus nostros, propter
„ aliqua tamen tam domini nostri quam
„ nostra negotia nos oportet ad præsens a re-
„ tro regressus nostri tramite deviare: ita
„ quod tam cito, sicut sperabamus, in illis
„ partibus non poterimus inveniri: de quo
„ propter adventum vestrum nobis noverit
„ displicere: cum personam vestram velle-
„ mus sicut patris & domini honorare. Qua-
„ mobrem locum nostrum tenentibus damus
„ per nostras litteras in mandatis, ut vos &
„ vestros a violentiis & injuriis protegant &
„ defendant, prout in litteris nostris aper-
„ titis quas vobis mittimus, videre poteritis,
„ contuli. Si quid autem vestræ federis vo-
„ luntati, quod nobis mandare velitis, illud
„ prout poterimus curabimus adimplere.
„ Valeat paternitas vestra bene & diu. Da-
„ tum Parisius, in crastino beati Matthæi
„ Apostoli, &c.

T: Die

ANNO
CHRISTI
1182.

ANNO
CHRISTI
1184.ANNO
CHRISTI
1184.

Die Veneris sequenti predicavit in ecclesia majori Pictaviensi, & de cruce Arragonia; & multos cruce signavit. Finito sermone visitavit abbatiam sancti Cypriani Pictaviensis, Ordinis sancti Benedicti, receptus processionaliter ab abbate & conventu in cappis ferreis, campanis pullatis, cantando *Deum time*, & cum omni alia solemnitate: & procuratus ab abbate predicto, & in domibus Pictaviensis episcopi, priore sanctae Radegundis, abbate sancti Cypriani, celerario, & multis aliis de monachis suis, comedentibus de illo cum domino Bituricensi.

De expensis hujus diei fuit computatum modo quo supra, & fuit summa expensarum novemdecim liberarum, viginti solidorum. Eodem die Veneris, scilicet festo beati Michaelis Archangeli, post visitationem predictam celebravit dominus magnam Missam ad majus altare in pontificalibus, utendo pallio, & sandaliis, capicerio diacono, & abbate beatae Mariae subdiacono existentibus in illa Missa. Scribitur autem procuratio in abbacia sancti Cypriani predicta, abbati sicut & conventui.

Die sabbati sequenti post festum beati Michaelis, visitavit dominus ecclesiam beatae Radegundis ubi sunt canonici seculares: & visitavit ecclesiam sanctae Crucis, ubi sunt moniales Ordinis sancti Benedicti, unam post alteram: receptus utrobique modo quo supra: & predicavit in capitulo monialium, ipsis monialibus adstantibus, in Gallico, abbatis absentis.

Finito sermone domini ad majus altare sanctae Crucis in pontificalibus celebravit cum sandaliis & sine pallio, & dedit indulgentiam & absolutionem. Post sermonem procuratus a capitulo sanctae Radegundis, & conventu sanctae Crucis, ecclesiarum predictarum, in domibus domini Pictaviensis episcopi, fumento hujus diei pro crastino reservato computato, de expensis totius diei modo quo supra, summa fuit quinddecim librarum. Modus scribendi pro procuratione habenda in locis predictis est iste: Priori & capitulo sanctae Radegundis, & abbatissae & conventui sanctae Crucis Pictaviensis. Cum domino comederunt prior sanctae Radegundis, & capicerius predicti.

Die Dominica sequenti post festum beati Michaelis, & in festo beati Remigii, primo die mensis Octobris, fecit dominus predicari per fratrem Simonem de Ordine Fratrum Minorum locum familiarem suum in ecclesia majori urbis Pictavis de cruce Arragonia: & multos cruce signavit, & indulgentiam dedit auctoritate sibi commissa per dominum Papam, domino in sua camera remanente.

Facto sermone & post Missam domini, quam audivit dominus in capella domorum domini episcopi Pictaviensis; accessit dominus ad abbatiam monasterii novi in suburbio Pictaviensi ordinis Clugniacensis, abbate loci ejusdem tunc absente. Receptus ibidem a priore & conventu valde solemniter, modo quo supra, ipsis cantantibus, *Deum time*, dominus ibi non visitavit, quia locus & personae sunt exemptae; dum obtulit se dominus & quodcumque posset, ecclesiae & personis; procuratus ab ipsis abbate & conventu predictis in die & domo domini Pictaviensis.

Cum domino comederunt decanus, praepositus, cantor, capicerius, officialis, succentor, prior sanctae Radegundis, abbas beatae Mariae, & plures alii tam capellani quam clerici, ex Pictaviensi ecclesia & aliunde. Computato de expensis totius diei modo quo supra, summa fuit quatuordecim librarum, sexdecim solidorum, duobus denariis minus.

Die Lunae sequenti, secunda die mensis Octobris, dominus exivit civitate Pictaviensi post Missam suam: & ipsum duxerunt dicti cantor, officialis, prior sanctae Radegundis, abbas beatae Mariae Pictaviensis, & plures alii.

Domino veniente ad prioratum de Lezeigniac, distantem a Pictavis per quinque leucas satis mediocres, sibi venit obviam prior dicti loci in equitationis seu equitaturis se quinto quoniam abbas praetens non erat: & receperunt dominum prior & sui loci valde solemniter, modo quo supra; cantantes, *Deum time*, & post *Avea Redemptoris mater*: & procuraverunt dominum predictum & suos sequentes.

Elemotynarius domini semper & ubique elemotynam pauperibus erogavit. Cum domino venit capicerius Pictaviensis: de expensis computato modo quo supra, summa fuit quatuordecim librarum, duodecim solidorum. Illo eodem die Lunae, dum dominus esset Pictavis, venerunt quidam pro abbate sancti

Die Martis sequenti venit dominus apud prioratum sancti Hilarii de Metullo, distantem a prioratu de Lezeigniac per septem leucas Pictavinas. Prioratus est sancti Joannis Angliacensis, Xantonienensis diocesis, Gallice, *Amille*, priore tamen absente: ibi dominus receptus fuit processionaliter cum omni solemnitate, modo quo supra: & procuratus ibidem satis laudabiliter, & sui. Computato de expensis modo quo supra, summa fuit duodecim librarum & decem solidorum.

Illo die Martis dominus audivit Missam suam in prioratu predicto de Lezeigniac, de *Lezeignan* Gallice, Latine de Lezeigniac. Audita Missa sua, venit quaedam monialis ordinis Fontis Avrardi, vel Evardi ad dominum, quae a tribus annis incepit jejunare, ut dicebatur, ter in sabbato, scilicet die Lunae, (*) die Martis, die Mercurii, & die Veneris, absque alia comestione, & sine potu; aliis diebus non multum comedebat, & sine vino, & absque carnis: & fuit de cetero locuta domino, ac si confiteretur, omnibus viventibus. Illa monialis habebat matrem suam secum. Filia militis erat satis divitis, commorans in quodam magnerio prope prioratum de Lezeigniac predictum; & erat illa monialis de quodam prioratu dicto Borneul.

Die Mercurii sequenti post festum sancti Remigii hiemalis, in festo beati Francisci, domino veniente ad abbatiam beatae Mariae de Cella, ordinis sancti Augustini, distantem a prioratu sancti Hilarii de Metullo per duas leucas parvas: abbas B. Mariae sibi venit obviam cum unico socio; & salutato domino processit: & dominum receperunt abbas & conventus processionaliter in cappis ferreis, campanis pullatis, & cum omni alia solemnitate, modo quo supra, *Sine lumbis vestri provinciae* cantantes, & prolam u-

*Deiudum
i. ind. die
Martis, etc.
venerunt.

ANNO
CHRISTII
1114

nam. Et domino finiente orationem suam ante majus altare, duxerunt dominum ad capellam beate Marie inferiorem, cantando, *Alma Redemptoris mater*; & celebravit in ipsa capella ceu ecclesie beate Marie dominus Missam de beata Maria, sine note, & voce submissa, in simplicibus indumentis utendo cum dalmatica.

Finita sua Missa, frater Simon Minor prædictus ad majus altare Missam celebravit de beato Francisco; & post Missam prædicavit in capitulo, domino præsentem, abbate, conventu, & aliis, clero, populoque audientibus, & dedit indulgentiam. Abbas & quidam canonici sui cum domino comederunt; dominus & sui fuerunt ibi procurati. Ibi est locus pulcherrimus. Pro procuratione scripturæ, Abbati & conventui. Computatis expensis totius diei, modo quo supra, summa fuit

Die Jovis sequenti, domino veniente post Missam tuam apud abbatiam sancti Severini, ordinis sancti Augustini, distantem ab abbate beate Marie de Cella per quinque leucas Pictavinis; abbas sancti Severini sibi venit obviam cum unico socio; & salutato domino recessit, se paratius ad dominum recipiendum; quem, cum veniret, abbas indutus cappa ferica, & tenens cambucam, & conventus, processionaliter receperunt, campanis pulsatis, cantantes, *Sint lumbi vestri prædicti*, &c. & cum omnia alia solemnitate.

Quo factò dominus intravit capitulum, & cepit ibi fieri sermonem clero & populo, abbate & conventu præsentibus, per fratrem Joannem, socium fratris Simonis prædicti. Dominus comedit in refectorio, abbate, & quibusdam sociis suis comedentibus cum eo; & procuratus ab ipso satis laudabiliter; computato de expensis totius diei modo quo supra, summa fuit, &c.

Die Veneris sequenti, post festum beati Remigii hiemalis, exivit dominus Bituricensis diocesim Pictavensem, & intravit diocesim Xantonensem, litteris ad dictum episcopum Xantonensem præmissis; quarum tenor talis est:

SIMON Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Aquitanie primas; venerabili viro G. ejusdem gratia Xantonensi episcopo, salutem, & cum sincera in Domino caritate paratam ad ejus beneplacitam voluntatem. Significamus vobis, quod die tali, post festum tale, jure primatiz, Burgalensem provinciam visitantes, vestram diocesim Xantonensem intrare proponimus, Domino concedente. Unde vestram fraternitatem rogando mandamus, quatenus nobis mittatis unum de clericis & familiaribus vestris, qui nobis die tali, vel citius apud talem locum occurrat, & qui patriam sciat, nosque conducat, & faciat cetera & consueta. Dolemus enim quamplurimum, quod vobiscum loqui non potuimus Parisius pro nostræ debito voluntatis in convocacione prælatorum; quia vos & nos, prout scitis, ita negotiis eramus occupati & compressi, quod alter alteri ad votum loqui non potuit illa voce vel vice: sed, Deo dante, cum vos videbimus, bene recuperabimus; & quod

Concil. General. Tom. XXIV.

„ vobis credimus placitum, ubentissime faciemus. Valeat vestra fraternitas per tempora longiora. Datum Pictavis, in festo beati Michaelis archangeli, anno Domini MCCLXXXIV.

Rescriptio domini episcopi Xantonensis ad dominum Bituricensem, est ista.

Reverendo in Christo patri ac domino domino Simoni, divina providentia archiepiscopo Bituricensi, Aquitanieque primati; Gaufridus eadem permilione Xantonensis episcopus, salutem, & debitam reverentiam cum honore. Paternitatis vestre litteras, continentes quod procuracionem vestram, quam ad locum nostrum mandaveratis, hæc instanti die Veneris post festum beati Remigii ad diem sabbati proximo subsequenti, ex causa necessaria commutatis, benigne recepimus. Et gratanter commutationem illam ratam habentes pariter & acceptam; eidem paternitati vestre tenore presentium intimantes, quod dicta die vos, quantum poterimus, honorare proponimus prout decet: ac de jocundo adventu vestro plurimum congaudentes, ad vos mittimus aliquem de nostris ad abbatiam sancti Severini; proxima die Joavis & die Veneris sequenti vos videbimus, Domino concedente. Bene & diu valeat in Domino vestra paternitas reverenda. Datum die Martis post dictum festum.

Die Veneris sequenti post festum beati Remigii hiemalis, dominus Bituricensis archiepiscopus, audita Missa sua apud sanctum Severinum, in vestimentis & libris abbatie, de Pictaviensi diocesi Xantonensem diocesim intravit. Veniendo ad abbatiam sancti Joannis Angliacensis, distantem a sancto Severino per quinque leucas, cambrelingo & aliis quibusdam monachis sancti Joannis obviam domino venientibus per duas leucas & plus; cum abbas dicti loci adeo pro senectute sit debilitatus, quod equitare non potest.

Eodem die Veneris dominus Xantonensis episcopus domino Bituricensi venit obviam cum venerabili comitiva fere per duas leucas, & dominum Bituricensem & suos sequaces reverenter salutavit & lætenter, & ipsum usque ad abbatiam sancti Joannis affocisvit. Burgenses etiam sancti Joannis venerunt obviam domino Bituricensi in multitudine magna plusquam per leucam; & salutato domino cum reverentia & honore, dominum devotissime rogaverunt cum affectu, ut cum ipsis, & in expensis ipsorum per diem unam morari placeret; & ad hoc omnes Burgenses prædicti una voce clamorosa non cessabant instare; & dominum Xantonensem episcopum cum instantia etiam rogaverunt, ut dominum Bituricensem ad hoc induceret, laboraretque, ut cum ipsis, ut prædictum est, commoraretur.

Super quibus domino excusante ipsorum precibus non posse condescendere illa vice; cum dietas suas & viam suam jam præordinasset: & ipsis multiplicatas grates referente de curialitatibus ipsorum sibi exhibitis & oblatis: venit ad abbatiam prædictam sancti Joannis Angliacensis, ubi receptus fuit

Tt 2 pro.

ANNO
CHRISTII
1114

ANNO
CHRISTI
1114.ANNO
CHRISTI
1114.

processionanter, campanis pulsatis, a prio-
re & conventu dicti loci, in cappis sericis,
& cum omni alia reverentia & solemnitate,
modo quo supra, domino episcopo Xantonien-
si a dexteris, & yambelino praedicto a
sinistris, dominum ab introitu monasterii
conducentibus usque ad majus altare: do-
minus tamen Xantonienſis episcopus non mu-
tavit cappam quam habuerat equitando.

His rite peractis, dominus intravit capi-
tulum, & ibi praedicavit clero & populo
Gallice & Latine, domino episcopo Xantonien-
si, & multitudine alia clericorum & lai-
corum praesentibus & adstantibus ibidem; &
post sermonem dedit indulgentiam: qua da-
ta; & remota multitudine eorum qui non
erant de capitulo, praeter familias domino-
rum Bituricensis & Xantonienſis, dominus
obtulit se, & quidquid posset ex officio &
ultra officium, quidquid posset ex dilectione
& devotione, monasterio praedicto sancti Jo-
annis & personis.

Post haec dominus Xantonienſis dominum
Bituricensem in cameram suam tunc con-
duxit; quo conducto, recessit a villa, nec
cum domino comedit illa vice. Dominus
procuratus ibi fuit ab abbate & conventu,
& comedit abbas cum domino. Eleemoſy-
narius domini dedit eleemoſynam pauperi-
bus; frumento non sufficiente sibi, fuit pa-
nis ministratus: computatis expensis totius
diei, modo quo supra, summa fuit.....

Sabbato sequenti dominus Missam beatae
Mariae ad majus altare solemniter, alta vo-
ce, & in pontificalibus celebravit, nec fuit
usus pallio. Frater Simon praedicavit, &
multos cruce signavit, & dedit indulgentiam.

Nota, quod quando dominus receptus
fuit, cum surrexisset ab oratione sua; fuit
domino oblatus liber, & dixit versum, *Fuit
homo missus a Deo*, & responſorium, *Cui
nomen erat Joannes*; dixit collectam de beato
Joanne: postea fuit in capitulo, ut dictum
est. Finita Missa & sermone, ivit dominus
apud Xantonicos.

Eodem die sabbati ante festum beati Dio-
nyſii, domino Bituricensi eunte ad Xanto-
nienſes, decanus & cantor & canonici Xanto-
nienſes, prior sancti Eutropii Xantonien-
sis, & prior de sancta Gemma, domino vene-
rerunt obviam per duas leucas, & salutato
domino recesserunt.

Dominus intravit civitatem Xantonien-
sem: episcopus Xantonienſis indutus cappa
serica pretiosa, mitram habens in capite,
cambucam in manu, & annulum in digito;
& capitulo, & ceteri clerici cappis sericis
induti, cantando, *Sine lambi vestri praeci-
pi*, processerunt cum cruce, reliquis, textu
evangeliorum: turibulo, ceroserariis cum ce-
reis ardentibus: dicto domino Xantonienſi
aquam benedictam ipsi domino Bituricensi
offerente.

Introitu majoris ecclesiae receperunt eum,
campanis pulsatis, & cum omni alia solemnitate,
ut est moris. Finito responſorio, sur-
gente domino ab oratione sua, dixit versum,
Annuntia verbum, & collectam de Apostolis:
domino Xantonienſi sibi librum portante,
& tenente ex una parte, scilicet a dextris,
& decano a sinistris.

Hoc factis, & duxit dominus Xantonien-
sis dominum Bituricensem in domibus suis.

A & comederunt dicti Bituricensis & Xanto-
nienſis domini in eadem mentia, in
domibus episcopi, cantore solum de cano-
nicis comedente cum ipsis dictis domi-
nis. Eleemoſynarius dicti domini Bituricen-
sis collegit eleemoſynam, & dispersit paupe-
ribus, familia domini Xantonienſis sibi adju-
vante, & habuerunt omnes pauperes ele-
moſynam, quotquot fuerunt, eleemoſynario
domini Xantonienſis panem ministrante, ubi
defecit frumentum. De expensis totius diei,
more solito, ut supra fuit computatum, &
fuit summa expensarum &c.

Dominica sequenti in mane, ante festum
beati Dionysii, dominus Bituricensis in ec-
clesia majori clero & populo praedicavit,
Xantonienſi episcopo, praesentibusque cano-
nicis propter hoc adstantibus ibidem; & sa-
cto sermone, multos cruce signavit crucis
Arragoniae: decantatoque, *Veni creator Spi-
ritus*, dedit indulgentiam centum dierum de
auctoritate domini Papae, quadraginta vero
de auctoritate sua, & dominus Xantonien-
ſis quadraginta dierum.

His factis intravit capitulum, & ibi visi-
tavit, domino Xantonienſi & capitulo praesentibus
ibidem. Post hoc celebravit Missam
ad majus altare solemniter in pontificalibus,
utendo pallio, licet esset simplex Domini-
ca: sed quia in instrumento publico fuit
inventum, dominum Joannem, quondam
Bituricensem archiepiscopum praedecessorem
domini, in Dominica simplici, scilicet in
quindena Paschae, eodem modo celebrasse
cum pallio: propter hoc dominus usus est
pallio illa vice.

Post Missam dominus Bituricensis, in praesentia
domini Xantonienſis, vestimenta multa
sacerdotalia, corporalia, & calicem unum
benedixit & consecravit. His factis, ivit do-
minus apud sanctum Eutropium, prioratum
ordinis Clugniacensis Xantonis, domino Xanto-
nienſi comitivam faciente. De dictis cru-
ce signatis multi petierunt litteras, quibus
concesserunt in haec verba.

D *Nos Simon Dei gratia Bituricensis archie-
piscopus, Aquitaniae primas; notum esse volumus
universis, quod anno Domini, MCLXXXIV. Dominica
die ante festum beati Dionysii, apud Xantonienſes
mandatum Apostolicum nobis injunctum exsequentes,
verbum Dei & de sancta cruce, pro negotio Arragoniae,
solicitudine diligenti praedicando, cleri & populi
multitudine adstante, talis a nobis dicto die
signum dictae crucis cum humili devotione
recepit. In cujus rei testimonium, sigillum
nostrum praesentibus est appensum. Datum anno,
die, & loco praedictis.*

*Item nota quod procuratio domino Xantonienſi,
decano & capitulo loci eiusdem, mandata
fuit in hunc modum.*

„ Simon, &c. Venerabili fratri in Chri-
„ sto, G. eadem gratia Dei episcopo Xan-
„ tonienſi, ac dilectis in Christo filiis deca-
„ no & capitulo loci eiusdem, salutem & sin-
„ ceram in Domino charitatem. Burdega-
„ lensis provinciam jure primatiae nostrae
„ visitantes, ac instanti tali die post tale
„ festum ad locum vestrum intendimus de-
„ clinare. Unde vobis mandamus quatinus
„ dicta die familiae nostrae & nobis procu-
ratio-

ANNO
CHRISTI
1184.

rationem nostram præparetis. Datum &c. A
Eodem die, Dominica ante festum beati
Dionysii dominus Bituricensis receptus, pro-
cessionaliter modo quo supra, in dicto prio-
ratus sancti Eutropii Xantonienfis, & procura-
tus est: & fuit computatum de expensis
modo quo supra: summa expensarum
fuit, &c.

Die Lunæ sequenti in festo beati Dionysii venit dominus ad prioratum sancti Martini de Ponte Xantonienfis, receptus & procuratus solemniter modo quo supra, Computato de expensis, ut supra, summa fuit expensarum, &c. Et distat dictus locus, videlicet prioratus de Ponte prædictus a Xantonis, per quatuor leucas. Illo die dominus B. audivit Missam suam in dicto prioratu sancti Eutropii, in vestimentis nec non & in libris ipsius prioratus.

Die Martis sequenti, Domino Bituricensi, post Missam suam auditam in dicto prioratu de Ponte, veniente apud prioratum de Niorto prope Mirabellum, distantem a Ponte per quinque leucas longas, antequam ibi veniret declinavit ad abbatiam albam de Tenalla, Gallice, *de la Tenaille*, distantem a Ponte per quatuor leucas: ubi fuit receptus processionaliter pulsatis campanis, modo quo supra dictum est; abbate dicti loci de Niorto obviam domino Bituricensi veniente per quatuor leucas.

Ab illa abbatia venit dominus ad dictum prioratum de Niorto, ubi receptus fuit & procuratus solemniter, modo quo supra: & venit cum domino & comedit dictus abbas: & dedit dominus abbati prædicto in suis licentiam & præceptum carnes comedendi, præsertim cum pisces in sufficientia non possent haberi. Expensas factas totius diei solverunt dicti abbas de Tenailia, & prior de Niorto, quilibet pro medietate, ne alter ipsorum solus in solutione nimis gravaretur.

Nota quod fuit procuratio scripta dictis abbati & conventui de Tenailia, & priori de Niorto, ab ipsis insimul apud dictum prioratum de Niorto domino Bituricensi præparanda. Summa fuit expensarum,

Die Mercurii sequenti post festum beati Dionysii, exiit dominus Bituricensis diocesim Burdegalem, veniente de Niorto ad abbatiam sancti Romani de Blavia, Burdegalem diocesis; ubi est distantia scilicet inter Niortum & Blaviam, septem leucarum.

Domino Bituricensi veniente usque ad introitum Blaviæ, abbas sancti Romani de Blavia obviam venit domino, uno Tabellione & quibusdam aliis secum.

Domino salutato ab eis, dixit abbas domino: Domine, scitote quod libenter & libentissime vos recipere quantum est de me; & doleo vehementer quod secundum meum desiderium explere non possunt: sed a dominis nostris decano & capitulo Burdegalem in mandatis recepti, ne vos admittam ad visitationem, nec ad procuracionem, ratione primatû; sed si ratione provisionis seu ordinationis factæ per dominum Gregorium Papam IX. inter Bituricensem & Burdegalem archiepiscopos petitis admitti, ad præmissa parati sumus vos recipere honorifice, & eo modo quo debemus: sed jure primatû nullo modo vos recipereimus,

cum nobis inhihitum sit a prædictis: de quorum inhibitione & mandato offerimus vobis facere fidem: & si alias quam ut præmissum est petitis admitti, scitote nos in monasterio nostro ad sedem Apostolicam appellasse, cum vestros nuncios & familiam vestram vidimus prævenire: cui appellationi adhaeremus: & supponimus nos protectioni ejusdem.

Ad hæc dominus Bituricensis respondit, quod jure suæ Bituricensis ecclesiæ, & suo, & omni jure sibi competente Burdegalem provinciam visitabat: & eo jure petebat admitti eo modo, quo prædecessores sui admitti fuerunt: nec intendebat a provisione prædicta recedere, nec eam infringere; sed in omnibus & per omnia desiderabat servare, & servari facere. Hanc autem responsionem dominus pluries repetiit, nec in sua responsione variavit.

Tandem verbis pariter utriusque partis residentibus in sinibus istis abbas festinante præcessit, processionem paraturus: & dominum una cum suo conventu processionaliter receperunt cum omni alia solemnitate & reverentia, qua supra.

Domino recepto, sicut præmittitur, intravit capitulum: & ibi fecit fratrem Simonem prædicare clero & populo ibidem assistentibus, & multitudine copiosa. Dum prædicaretur, & jam in prædicatione processum fuisset; major ecclesia, & majores communis Burdegalem intrantes capitulum, dominum cum reverentia & honore receperunt, & cum lætitia salutarunt. Quibus dominus assurgens, cum maturitate qua decuit, & ad relativam salutationem recipiens, citius pro quibusdam expediendis prædicator sermonem finivit.

Quo finito, capitulo tunc excedente domino, accessit quidam diceus se velle appellare ex parte dictorum decani capituli Burdegalem. Quædam incepit legere: sed dominus non arrestavit: sed suam cameram intravit cum multitudine supervenientium numerosa, dictus legens videns se non auscultari, cessavit legere, & recessit.

Postmodum venerunt dicti decanus & capitulum; seu multi, ac quidam de capitulo Burdegalem; qui cameram domini intrantes Gardianum fratrum Minorum, cum tribus sociis suis, & duos prædicatores, & plures alios, cum domino stantes invenerunt, & dominum cum reverentia salutarunt, sicut etiam dominus ipsos.

Postea sedentibus omnibus proposuit scilicet quidem decanus sancti Severini Burdegalem, nomine Magister in decretis, ut dicebatur nomine decani sociorumque ejus, & capituli, & omnium aliorum ecclesiarum civitatis, & diocesis, & totius provincie Burdegalem ac suffragancorum ejusdem: quod si placeret domino, quod ratione provisionis prædictæ tantum, & non jure primatû, cum non esset primas, ne dum ipsorum, ut dicebant, libenter recipere cum reverentia & honore: sed si jure primatû peteret admitti, aut ut primas, ipsum nullatenus admitterent: quia nunquam Bituricensem archiepiscopum receperunt, nec intendunt recipere aut tenere pro primate in futurum, ut dicebant: licet super jure primatû aliquid inter Bituricensem & Burdegalem

ANNO
CHRISTI
1184.

ANNI
CHRISTI
1191.ANNI
CHRISTI
1191.

degalem archiepiscopus fuerit litigatum. A omnia reducerentur ad effectum.

Et dicebat te nomine quo supra gravari in hoc, quod dominus dicebat se primatem, cum non esset: & quod dicebat te jure suo primatiz Burdegalem provinciam visitare: cum in provisione praedicta non diffiniat quod sit primas: & cum ratione primatiz seu juris praedictam provinciam visitare non habeat, sed ratione solum provisionis praedictae: virtute cujus provisionis domino Bituricensi debentur quinquaginta procurationes in dicta provincia Burdegalem. Nec faciebat pro domino Bituricensi, ut dicebat dictus decanus, quod in provisione ipsa dicitur, quod sicut alias ipse scriptum est, Primati, ita de cetero scribant: quis per hoc non dicebatur ipsam esse primatem: cum non definiendo, nec contra de cetero praemissa scribantur ibidem. Dicebat etiam, quod sicut ex praedicta provisione Burdegalem ecclesia, & Burdegalem archiepiscopus, & provincia Burdegalem obnoxii sunt Bituricensi archiepiscopo, & ecclesiae ejus: ita vice versa, sicut liquet ex provisione praedicta. Unde si jure primatiz praemissa petat, nullo modo permitterent; licet alias personam ipsius multum vellent honorare: sed ratione praedictae provisionis offerebant ei, & in praesentia tabellionis facere ea ad quae tenentur secundum tenorem provisionis, dum tamen jure primatiz non peteret illa.

His peroratis, dominus regratiatus est decano Burdegalem, & suis, super curialitate oblata de ipsam velle honorare. Secundo quod videbantur sibi viti discreti, & maturi, & bonae voluntatis, ut credebatur, sibi fuisse praemissi, dum tamen ipsi compleverint quod dicebant. Ad cetera omnia, praemisso quod de provisione, seu super ipsa, disputari volebat ad praesens, eandem responsionem fecit quam primo: adjiciens, quod volebat & multum desiderabat, quod si in aliquo oberraret, vel jam erraverat, viderent homines sapientes & probi, & ostenderent in quo: & ab errore libentissime superederet, & errata jam si errasset revocaret: quod tamen non credebatur, nec vellet, nec erat intentionis suae, nec umquam fuerat contra provisionem praedictam venire, nec eam infringere in aliquo: sed eandem acceptabat, & libenter servare volebat: nec per modum quo scriptum fuerat in procuratione mandata, ipsi provisioni intendebat derogare, seu in aliquo praesudicium generare: sed ex abundantia & pro bono pacis, concordiae, & caritatis eis obtulit, se sibi daturum litteras, quod a provisione praedicta recedere non intendebat, sed in omnibus, & per omnia in ipsa contenta servare volebat, & desiderabat sibi similiter integre servari, nec in aliquo contraire: & quod procurationem, visitationem, & alia jura suae Bituricensi ecclesiae, & suo, & omni juri sibi competenti quo poterat, & debebat, secundum ordinationem seu provisionem praedictam petebat; & eo modo quo praedecessores sui, & eo jure admitti fuerant ad permittenda eisdem, & non alius petebat admitti. Et haec oblata ab ipso & modo offerendi in omnium assilientium memoriam rogavit interparabiliter assignari, & super his per praesentes notarios sic fieri publicum instrumentum. Tunc dixit quidam aliter, quod

Dominus dixit, quod paratus erat, quantum erat in eo, & vellet centum marchas dedisse, quod Burdegalem domini ita intenderent ad pacem & concordiam, & juris cujuslibet conservationem, & ad aequitatem, quantum ipse anhelabat.

Et tunc decanus & sui se traxerunt ad partem: & dominus ivit ad ecclesiam, & audivit Missam suam ad majus altare.

Interim fabricata fuit quadam littera & concordata, cum maxima difficultate partium: quae sequitur in haec verba.

Simon Dei gratia Bituricensis archiepiscopus Aquitaniz Primas, universis praesentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod intentionis nostra non fuit, necesse, contra provisionem, seu ordinationem dudum factam inter Bituricensem & Burdegalem archiepiscopos, per pie memoriz dominum Gregorium Papam IX. volentem praedictis archiepiscopis, & eorum ecclesiis providere super jure primatiz Burdegalem provinciae, aliquid indebite usurpare. Quin potius praedecessorum nostrorum vestigiis inherentes, provisionem seu ordinationem eandem, tam in visitationibus quam procurationibus, & aliis hujusmodi, quantum secundum Deum, & iustitiam, & jus Bituricensis ecclesiae possimus, bona fide intendimus observare. In cujus reiterationem testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Datum apud Baram Burdegalem diocesis, anno Domini MCCLXXXIV. die Mercurii post festum beati Dionysii.

Qua sigillata, & a decano & suis de scrupulo ad scrupulum ruminata & corrosa; tandem visi sunt acceptare, dicentes tamen quod ad plenum eam non poterant acceptare, nisi prius essent in capitulo eorundem: cum de dicto capitulo plures essent alii sapientes & probi & potentes, sine quibus nihil poterant expedire: sed eam libenter suis sociis ostenderent, & audirent quidnam super hoc placeret eis.

Post hoc dominus eos rogavit, ut cum ipso comederent: qui noluerunt, dicentes se jam comeditisse.

Post hoc dictus decanus dominum cum affectu & instantissime rogavit, ut cum ipso saltem una die moraretur: quod facere dominus recusavit, se curialiter & amicebilitate excusando. Tunc recesserunt decanus & sui, domino cum reverentia salutato; & domus comedit, & abbas cum eo, & multi alii in domibus abbatia, & procuratus modo quo supra: computato etiam modo quo supra de expensis dictae diei solutis per abbatem, summa fuit.....

Eodem die venit, dominus sedente in mensa, dominus Helias abbas sancti Asterii, secularis ecclesiae Petragoricensis diocesis, conservator domini Bituricensis, super provisione praedicta.

Post comestionem Major, & burgenses Burdegalem venerunt visum dominum in camera sua, cum buccinis, & in magna solemnitate & veneratione: & biberunt cum domino, & de diagea comederunt.

Eodem die in Vespere & in claustrum di-

ANNO
CHRISTI
1176

Abbatix denunciavit officialis domini, A
multitudine hominum ibi stante & sedente; in figura iudicii quasdam appellationes a quibusdam burgensibus Burdegalenibus, ab audientia officialis Burdegalenis ad Bituricensis archiepiscopum, vel eius officialem interjectas, legitimas, & canonice fuisse appellatum, & appellationes tenere; revocando in irritum quicquid post appellationes &c.

Die Jovis sequenti ante diem, domino & suis surgentibus, & venientibus supra portum de la Garonde, & suas Matutinas dicentibus; ibidem dum pararetur navigium, paratis omnibus, suam navem intravit, & alii naves alias prout poterunt.

Et dum equi ponerentur in navibus, pa- B
lefredus capicerii Pictaviensis, socii domini, cecidit in aquam in valore sexaginta librarum Turonensium, vel majori, & ibi in brevi hora fuit submersus.

Dominus descendit ad portum de Manca per quatuor leucas longas a Blavia distantem, & apud Manca suam Missam audivit in vestimentis & libris ipsius ecclesie. Dicit Major & burgenses distam aquam cum domino in diversis navibus transierunt; & dominum allocutarunt usque Burdegalem civitatem distantem a dicta villa de Manca, per quatuor leucas longas.

Multi burgenses Burdegaleses cum præ- C
dictis domino venerunt obviam bene in quingentis & plusquam per leucam: & domini, ut primatem suum reverentissime cum salutatione devota receperunt & acceperunt.

Dominus transitum per civitatem faciente, & a dextris, & a sinistris suam benedictionem humiliter expectantibus & inclinantibus ad eandem suscipiendam distribuente & largiente, ad abbatiam sanctæ Crucis Burdegalenis declinavit: & cum eandem pacifice, & absque contradictione aliqua crederet intrare; præsertim cum præcursores domini, & totus clerus, coquina, ostiarius, domini Marescallus, pincerna, ceterique officiales domini cum somnariis ad argentum & D
velamentum argenteum benigniter cum hilaritate vultus ibi fuissent recepti, & intus sua cibaria præparata & necessaria quæsitâ; cum undique valvas ecclesie sibi invenit; nec sibi patuit aditus, nec sibi voluerunt aperire, qui clausas tenebant, licet cum instantia plures, ut aperirent, requisiti.

Tandem venerunt decanus Burdegalenis, & decanus sancti Severini, & alii plures, cum eis ad dominum stantem apud valvas, & ei dixerunt: Domine carissime, litteram quam heri dedisti apud Blaviam in capitulo legimus & ostendimus concanonice nostris: qua lecta & audita non placuit eis, nec fuerunt ea contenti. Attamen si ratio- E
ne compositionis, seu provisionis, aut ordinationis prædictæ petitis admitti ad visitationem, & procurationem; parati sumus, & vobis offerimus facere, quod debemus secundum tenorem provisionis prædictæ: & hoc offerimus in præsentia tabellionum hic assistentium, & petimus super his fieri nobis publicum instrumentum. Et si alias contra nos procedere intenditis aut petere, & ne procedatur ad sedem Apostolicam appellamus, & ejus nos quoque supponimus protectioni.

Tunc dominus tabellionibus publicis vo-

catis, & Prædicatoribus & Minoribus, & aliis adstantibus dixit voce viva, Domini hic adstantes, precor vos, attendite & videte, & memorie commendate, quod nos jure nostræ Bituricensis ecclesie, & nostro, & omnium jure nobis competenti juxta tenorem provisionis prædictæ ad visitationem, & procurationem petimus admitti: secundum quod prædecessores nostri Burdegalem provinciam visitantes fuerunt admissi ad præmissa: scientes quod non est intentionis nostræ, nec unquam fuit a provisione prædicta recedere, nec intendimus; sed observare petimus diligenter, nec in aliquo, aut aliquibus contentis in ipsa contraire: & cum instantia petimus nobis reservari, & hoc petimus in publica forma redigi, & adstantes inscribi.

Et dixit subsequenter: Monemus vos primo, secundo, & tertio, decanum Burdegalem, & decanum sancti Severini, & vos omnes alios ipsi assistentes, ne nos ex officii nostri debito visitare volentes, nostram visitationem aliquatenus impediatis: & quia manifeste patet, quod contra Deum & justitiam nostram non cessatis impedire visitationem, immo plus & plus impeditis; vos in his scriptis, vestra exigente contumacia, excommunicamus, & vos excommunicatos publice nunciamus.

Et tunc quidem ex parte decani Burdegalem, ut dicebat, & nomine capituli, in cedula quadam, nescio quædam incepit legere: sed præ clamore nimio non potuit audiri. Tunc dominus conversus ad fores ecclesie sanctæ Crucis abbatem & conventum, licet eos non videret, primo, secundo & tertio monuit, ut ipsum ad visitationem & procurationem admitterent, ut præmittitur, & ut tenebatur secundum provisionem præmissam; & in monendo continuo ad fores pulsabat.

Et cum videret se ad præmissa non admitti, nec ipsos monitionibus suis parere, in scriptis excommunicavit eosdem: & suum executorem prædictum rogavit, ut id faceret, ad quod erat deputatus.

Et tunc dictus conservator dictos abbatem & conventum modo quo supra monuit, ut dominum reciperent ad præmissa secundum tenorem provisionis prædictæ. Quos monitis suis parere nolentes excommunicavit in scriptis, & ecclesiam ecclesiastico supposito interdictione, quam jam dominus apposuerat eidem interdictione.

Et post hæc dominus per longum tempus, cum ex fusione, rubore, & verecundia stans ad fores clausas ecclesie plebe infinita adstante, videns quod nihil haberet, quod ultra posset facere, faciens per solemnes nuncios, ut per capicerium Pictaviensem, Guardianum & Priorem Prædicatorum Burdegalem, & plures alios, procurare & tractare, si dictas visitationem, & procurationem suam impediens ponent aliquatenus inducere ad aliquam viam pacis & concordie, & mansuetudinis. Sed ipsorum tractatus nullum consecuti sunt effectum. Tunc dominus Bituricensis dixit adstantibus Domini, videte quantam humilitatem, mansuetudinem, & patientiam eis obstruimus: sed nihil humanitatis invenimus.

Anno Domini MCCLXXXIV. die Mercurii in festo beati Lucæ audivit dominus Missam.

ANNO
CHRISTI
1176

ANNO
CHRISTI
1184.

Missam in aula archiepiscopali, qua audita A
venit ad dominum magister Boninus de san-
cto Quintino, archidiaconus in ecclesia Le-
movicensis, clericus regis Angliæ, volens ho-
norare dominum; & cupiens, quod obedi-
retur domino per totam seneschalliam Agen-
nensem.

*Domino Angerio Motet, militi seneschallo
Agenensi, scripsit in hæc verba.*

Cariſſimo suo domino Angerio militi
dicto Motet, seneschallo Agennensi,
magister Boninus de sancto Quintino, il-
lustris regis Angliæ clericus, salutem &
amoris augmentum. Litteras serenissimi B
principis domini regis Franciæ vidimus &
recipimus: scilicet seneschallus Vasconiæ,
ego, & alii consilarii domini regis An-
gliæ in hæc verba:

PHILIPPUS Dei gratia Francorum
rex. Bertrando Coffe servienti suo, salu-
tem. Mandamus tibi, quatenus non per-
mittas, quod in seneschallia seu in bail-
liis Petragoricensi, Pictaviensi, Xantonien-
si, Agennensi, Vasconiæ atque Arverniciæ,
indebita gravamina, vel violentiæ inferan-
tur dilecto & fidei nostro archiepiscopo
Bituricensi, Aquitanici primati, aut gen-
tibus, vel nunciis suis, in personis, vel
bonis eorum, tum pro juribus provinciæ,
vel primatiæ suæ exercendis ad partes
provinciæ vel primatiæ suæ eorundem
ipsum vel eorum aliquem contigerit de-
clinare: & ipsum archiepiscopum & quem-
libet prædictorum in suis justis saisnis ab
omni injuria, nec non gravaminibus &
violentiis manifestis, in locis ipsos defen-
das ex parte nostra, quotiens opus sibi
fuerit, & de hoc fuerit requisitus: nos
enim tenore præsentium præcipimus se-
nescallis, & justitiariis locorum prædicto-
rum, ut tibi ad executionem præmissio-
rum, si eos inde requisieris, auxilium sub-
ministrant. Actum Parisius, die Lunæ
post festum beati Joannis Baptistæ, anno
Domini MCCLXXXIV.

Forse ad
que ipsum.

Cujus virtute mandati idem Bertrandus
cum instantias requisivit, ut super præ-
missis auxilium ministramus. Et nos man-
dato domini regis Franciæ parere volen-
tes, id complevimus indilate. & vos re-
quirimus nihilominus consulendo, ut Jo-
hanni de Drois curiæ clerico, & Odo-
ardo de Bordis domicello, vel eorum al-
teri unum servientem vestrum haberi faci-
ciatis, qui in seneschallia vestra præmissa
compleat secundum prædictarum conti-
nentiam litterarum, & hoc generose fa-
cere nullatenus obmittatis. Datum Bur-
degaliæ, & signatum nostro sigillo, anno
Domini MCCLXXXIV. die vero Mercurii,
in festo sancti Lucæ.

Postea dominus exivit civitatem Burdega-
lensem cum maxima comitiva burgensium;
& in via, antequam exivit de villa, ipse
visitavit Bertrandum servientem regi, qui
infirmabatur; & dimisit cum eo medicum
suum.

Postea intravit Girundam, & conduxit
cum ultra aquam Major Burdegalenſis, &
plures alii: & venit illa die apud sanctum
Gerardum, abbatiam Sylvæ majoris; & fuit

ibi multum honorifice & solemniter, cam-
penis pulsatis, & processionaliter a priore &
conventus ipsius, abbate abente, receptus.
Sunt ibi monachi nigri; & est locus mul-
tum insignis. Et quia non comeduntur in
corpore abbatis carnes, dominus cum suis
sociis comedit supra portam, & comedit ibi
carnes. Et venerunt ad dominum quidam
monachi, inhibentes abbati sancti Sulpitii,
ne carnes comederet ibi; quia ipse faceret
contra constitutionem ordinis sui. Sed do-
minus respondit, quod prælatus & sui socii
non adstringuntur regulis suis; cum sit co-
rum superior, & propter hoc ipse voluit,
quod dictus abbas comederet carnes; quod
& ipse fecit: & fuimus bene procurati.

Die Jovis post Missam voluit dominus in-
trare capitulum: sed quia cantabatur Pri-
ma, dixerunt quidam monachi, quod do-
minus expectaret, quousque Prima esset can-
tata; & tunc dominus intravit ecclesiam.

Et cum abbas secularis ecclesiæ sancti
Asterii Petragoricensis, generis vices reve-
rendi patris archiepiscopi Turonensis, &
episcopi Aurelianensis, conservatorum domi-
ni, sequeretur dominum ad ecclesiam; ve-
nit ad eum quidam monachus, Radi no-
mine, & est operarius ecclesiæ: qui contra
dominum, & contra dictum abbatem vole-
bat appellare: sed antequam dictus mona-
chus aliquid diceret, dictus abbas excom-
municavit ipsum, post trinam monitionem,
quod ad requisitionem decani & capituli
Burdegalenſis nihil faceret, vel diceret con-
tra dominum, nec contra ipsum.

Interim intraverunt ecclesiam ad invicem
litigantes; & monacho dicto coram domino
adstante, dominus monuit ipsum, quod ni-
hil faceret, aut diceret contra se: & quia
monachus volebat ipsum monere aliquid mo-
vere, ipsum monachum excommunicavit, &
monachus hoc non obstante dominum vo-
luit monere: sed non complevit, dicens,
quod factum ignorabat, & quod nesciebat
quid faciebat.

Et sic dominus exivit ecclesiam, facta
primo monitione coram majori altari, quod
ad suam visitationem in capitulo veniret:
quod facere noluerunt. Et tunc dominus
intravit capitulum, causa visitationis: sed
monachi voluerunt venire; quos dominus
monuit, ut debuit. Et quia venire nolue-
runt, dominus excommunicavit priorem, sub-
priorem, & alios officiales ipsius monasterii,
& ecclesiam ecclesiastico interdictione suppo-
suit. Præterea dictus abbas sancti Asterii
monuit prædictos monachos: & quia ad mo-
nitionem suam obedire domino noluerunt,
ipſos excommunicavit.

Quo facto, dominus recessit, & venit us-
que ad portum, ubi transit Dordanam; &
antequam recederet de portu, venit ad eum
Raymundus de Turis domicellus: & inti-
mavit sibi, quod apud sanctum Melianum
venerat Bolo archidiaconus de Blavia, qui
fecerat sibi claudi portas ecclesiæ: & tunc
dominus misit ad abbatiam Ernaudum, &
Joannem dictum de Santyo, servientem do-
mini Joannis de Agendo, tenente locum
seneschalliæ in Burdegaliæ & Basatæ diocesi-
bus: & quia loqui non poterant cum abba-
te, cum sit in Romana curia, locuti fue-
runt cum fratre abbatis, & cum magistro
Ray-

ANNO
CHRISTI
1184.

ANNO
CHRISTI
1114.

Raymundo procuratore abbatis; qui Ray-
mundus venit obviam domino, & rogavit
ipsum, & exhibitis litteris supplicavit, quod
ipse non irasceret super id quod fiebat; quia
parati erant honorifice, devote, & cum
summa devotione ad recipiendum dominum,
quando dictus archidiaconus de Blavia venit
ad abbatiam, qui eos moneret ex parte de-
cani & capituli Burdegalenſis, quod ipsum
non reciperent; alioqui ipsos auctoritate de-
cani & capituli excommunicabat. Et quia
non erant ausi incurere malevolentiam ipso-
rum decani & capituli: propter hoc roga-
vit dominum, quod contra abbatem nihil
faceret, nec ecclesiam interdiceret, quia su-
per impedimentum hujusmodi tristabantur.
Et dixit domino: Ad ecclesiam venite: &
quamvis ipsam clausam inveniat & hospiti-
um monasterii, verumtamen leviter intrabi-
tis, & omnia vobis necessaria habebitis.

Et sic dominus venit ad ecclesiam, & in-
venit eam clausam; sed ante portam extra
ecclesiam invenit unum canonicum ejusdem
Monasterii, qui contra dominum ad sedem
Apostolicam appellavit. Nomen canonici est
Menfredus de Salogna, & quemdam alium
clericum, qui dominum denunciavit a concilio
facto Biturige excommunicatum: & ejus
consensu & requisitione ostia domorum archie-
piscopaliū fracta fuerant: & appellatio-
nem factam per decanum & capitulum
Burdegalenſe contra dictum dominum inno-
vavit; & utrique istorum appellantium apo-
stolos petiit, quos concessit dominus; & ad
diem Veneris sequentem citavit decanum &
capitulum Burdegalenſe apud *la Bastide* san-
ctæ fidei, ostensurum gravamina quæ dice-
bant sibi illata per dominum; & obtulit do-
minus resarcire expensas, si quæ factæ essent
occasione dictorum gravaminum: & petiit
super oblatione hujusmodi publicum fieri in-
strumentum.

Postea monuit priorem & administratores
ipsius monasterii, quod ipsum reciperent ad
procuracionem & visitacionem: & quia hoc
facere denegarent, ipsos excommunicavit.
sed ob reverentiam ipsius abbatis monasterii
prædicti, cum præsens non esset, ipsi parci-
t, nec ecclesiam interdixit. Et tunc dominus
intravit hospitium ejusdem monasterii, quod
invenit quasi paratum: & antequam do-
minus comederet, Major villæ cum pluribus
burgensibus venit videre dominum; ei ostendens
dominus litteras domini Regis Franciæ,
& litteras domini Joannis de Cresilly
senescalli Vasconiz: qui respondit domino,
quod paratus erat suam facere voluntatem.
Illa die sic remansimus: & quia nimis tar-
de veneramus, non comeditur nisi semel.

Die autem Veneris, audita Missa in Au-
la, antequam dominus recederet, interim
venit ad portam ecclesiæ, & monuit inter-
im priorem, & alios administratores, quod
ipsum reciperent ad visitacionem: quod fa-
cere noluerunt: propter quod ipsos excom-
municavit.

Item ibidem, eadem hora & die excom-
municavit dictum archidiaconum de Blavia,
& dictum Menfredum, propter hoc quod
suam visitacionem impediabant; & fecit legi
suam privilegium, quod excommunicari
non poterat, Gallicè & Latine.

Die autem Jovis præcedenti, post moni-
Concil. General. Tom. XXIV.

tionem domini, & ejus excommunicationem,
abbas sancti Asterii usus fuit officio suo.

Die vero Veneris post festum beati Lucæ,
impletis prædictis, venit dominus apud Ba-
stidam sanctæ fidei, Agennensis diocesis, &
fuit ibi ad expensas proprias: prior autem
loci præsentavit sibi unum conderellum vi-
ni, & baillivus similiter unum.

Die sabbati audivit dominus Missam suam
in ecclesia, antequam recederet: & venit
apud Marmande ejusdem diocesis: & fuit
ibi ad expensas suas.

Die vero Dominica post dictum festum,
audita Missa summo mane, veniendo ad
portum sanctæ Mariæ, Agennensis diocesis;
venerunt obviam domino usque ad portum
de Aguilon Bernardus de Parille, prior sæ-
cularis ecclesiæ sancti Caprasii Agennensis,
Joannes de Fourgetes canonicus Bituricensis
& Agennensis, Helias de Contures prior de
portu sanctæ Mariæ. Fuit ibi dominus re-
ceptus tolemniter & processionaliter, & cam-
panis pulsatis, præsentibus omnibus supradic-
tis, qui cum domino comederunt, & fuit
ibi dominus bene procuratus.

Et quia dominus intellexerat, quod qui-
dam canonicus Burdegalenſis venerat apud
Agennenses, ut receptionem suam erga ca-
pitulum impediret; post comestionem misit
dominus ad capitulum Agennense Joannem
de Fourgetes prædictum, ut nunciaret capi-
tulo canonicorum Burdegalenſium errorem.

Die vero Lunæ ante festum sanctorum
Simonis & Judæ apostolorum, domino ven-
iente apud Agennenses, cantor, & plures
canonici Agennenses, ex parte capituli ve-
nerunt obviam domino, dicentes, quod do-
minum honorare modis omnibus intende-
bant: sed quia dictus canonicus Burdegalen-
sis capitulum Agennense monuerat, ut do-
minum non reciperent, alioquin eos auctori-
tate sui conservatoris excommunicabat; re-
quisivit dominum ex parte capituli Agennens-
is cantor ecclesiæ, quod si super impete-
rentur, quod ipsi haberent propitium & coad-
jutorem: & sic a domino recesserunt, &
venerunt ad ecclesiam, ut receptionem do-
mini honorifice prepararent. Dominus au-
tem ad ecclesiam veniens, multum solemniter
& honorifice a dicto cantore & toto capi-
tulo receptus, & in domibus episcopi re-
ceptus, absente episcopo, & procuratus.

Post comestionem vero, quia quidam de-
cani Agennenses dubitabant aliquantulum de
processu domini; informavit eos super pro-
cessu suo & super suo privilegio, quod non
poterat excommunicari; qui processu domi-
ni audito, pacificati remanserunt.

Die autem Martis, antequam recederet
de Agennis, celebravit in majori ecclesia ad
majus altare de beata Maria: & fecit ser-
monem ad populum, & tetigit negotium
Arragoniz, & dedit indulgentiam. Missa
celebrata, recessit, & veniente ipso apud
sanctam Liberatam Agennensem seu Agen-
nensis diocesis, venit ei obviam prior loci:
quo loco fuit receptus, campanis pulsatis,
& processionaliter, & procuratus; & affo-
ciaverunt eum ad dictum locum dictus prior
sancti Caprasii Agennensis, & Joannes de
Fourgetes prædictus. Sed antequam recede-
ret de Agennis, visitavit dominus ecclesiam
sancti

ANNO
CHRISTI
1114.

ANNO
CHRISTI
1114.ANNO
CHRISTI
1114.

sancti Capralii: & fuit ibi, campanis pul-
santibus, processionaliter receptus a priore
& capitulo dicti loci. Et quia capitulum
Agennense petierat a domino quamdam litem
teram, super requisitione quam ei fecerat
cantor Agennensis ex parte capituli, & eam
non habuerat; & facta fuit apud sanctam
Liberatam, & sigillata sigillo domini, &
tradita magistro Joanni de Fourgetes præ-
dicto.

Forma littera fuit in hac verba.

NO Simon Dei gratia Bituricensis
archiepiscopus, Aquitanie primas;
notum facimus universis presentes litte-
ras inspecturis, quod nobis jure Bituri-
censis ecclesie & nostro, Burdegalensem
provinciam & diocesim Agennensem visi-
tantes, & civitatem Agennensem causa vi-
sitationis ingressi; venerabiles viri capitu-
lum Agennensis ecclesie nos honorifice,
processionaliter, & prout decuit, recepe-
runt, & in palatio episcopi Agennensis
more solito fuimus procurati. Verum quia
decanus & capitulum Burdegalense, & eo-
rum officiales, sede vacante; & sacrista
Bayonensis, dicens se conservatorem a
sede apostolica deputatum, decano & ca-
pitulo supradictis contra capitulum Agen-
nense, ob premissa, se velle de facto
procedere comminatur: Nos quia prædi-
ctum capitulum Agennense nobis & jure
Bituricensis ecclesie in hac parte adsi-
stunt fideliter & adhaerent, & in poste-
rum se adhaerere & adstare protestantur;
concedimus quod nos, si occasione præ-
missorum, conjunctim vel divisim in po-
sterum molestentur, tam per vos, quam
conservatores nostros adstamus, eidem
favorem, consilium & auxilium impen-
dendo: jure Bituricensis, & Agennensis
ecclesiarum in omnibus semper salvo. Da-
tum &c.

Die vero Veneris, in vigilia sanctorum
Simonis & Judæ, audita Missa apud san-
ctum Asterium, venit dominus Petragoricas,
& intravit civitatem: & receptus fuit pro-
cessionally, campanis pulsatis solemniter,
a capitulo, absente episcopo: & fuit dominus
in domibus episcopi receptus & procuratus.

Die sabbati, in festo Apostolorum Simo-
nis & Judæ, celebravit cum pallio in ca-
thedrali ecclesia ad majus altare: & fecit
fieri sermonem, & dedit indulgentiam. Et
post Missam venit dominus apud sanctum
Frontonem in castro Petragoricensi: & sunt
ibi canonici sæculares, & abbas sæcularis:
& fuit ibi, campanis pulsatis, processiona-
liter & receptus & procuratus.

Die dominica celebravit dominus summo
mane in ecclesia sancti Frontonis, & fuit
usus pallio, & fecit sermonem ad populum,
& indulgentiam dedit. Et post Missam fuit
in capitulo, & denunciavit excommunica-
tiones factas ab ipso contra decanum & ca-
pitulum Burdegalense; & fecit fieri copiam
omnium privilegiorum suorum & processuum
factorum contra decanum & capitulum &
officiale Burdegalensem. Tunc recessit do-
minus, usque ad tempus quo cantaretur
Tertia.

Postea exivit dominus apud Majolum prio-

Aratum monachorum nigrorum, & est de
sancto Martiali Lemovicenti: & quia domi-
nus jam receperat omnes procuraciones quas
habebat in diocesi Petragoricensi, fuit in
dicto prioratu ad expensas suas; & venien-
do apud sanctum Majolum, vidit dominus
in quadam abbacia, que *Chensalade* nuncu-
patur, dominum episcopum Petragoricensem:
& sunt in prædicta abbacia canonici regu-
lares.

Die Lunæ ante festum omnium Sancto-
rum, misit dominus citationes ad citandos
decanum & capitulum sancti Andreæ, abba-
tem & conventum sanctæ crucis Burdega-
lensis, & abbatem de Sylva majori, ad diem
Veneris post festum omnium sanctorum. Ve-
niendo apud Angolimensem civitatem, oc-
currit ei dominus Amarritus de Montefor-
ti: & veniens ad civitatem & ecclesiam ca-
thedralem, fuit ibi receptus processionaliter
& solemniter, pulsatis campanis. a cantore
& capitulo, absente episcopo & decano;
& fuit receptus in domibus episcopi & pro-
curatus.

Die Martis, in vigilia omnium Sancto-
rum, audivit Missam dominus in ecclesia
cathedrali; & post Missam exeundo de ci-
vitate, conduxerunt eum dominus Amarritus
& cantor ecclesie, & venit apud san-
ctum Amandum abbatiam monachorum ni-
grorum: & fuit ibi receptus honorifice,
campanis pulsatis, processionaliter ab abba-
te & conventu, & procuratus.

Die Mercurii, in festo omnium Sancto-
rum, antequam dominus recederet de san-
cto Amando, celebravit in pontificalibus
majorem Missam: & non fecit sermonem,
ea solummodo causa, quod non intelligeba-
tur a populo.

Et missa celebrata, veniendo apud beatam
Mariam de Hallainvilla, Angolimensis diocesis,
conduxit eum dominus abbas de san-
cto Amando: & cum venisset ad prioratum
de Hallainvilla, fuit receptus dominus a
subpriori loci, absente episcopo, campanis
pulsatis, processionaliter, & procuratus. Et
sunt ibi canonici regulares; & non habent
ibi superiorem, nisi episcopum.

Die Jovis, antequam recederet dominus,
celebravit Missam pro mortuis: qua celebra-
ta, venit dominus apud Fontenay, Xanto-
niensis diocesis, prioratum de sancto Joanne
Angeliacensi: ubi fuit dominus receptus,
campanis pulsatis, processionaliter & pro-
curatus.

Die Veneris sequenti, apud Tanniacum
prioratum de sancto Gildatio, Bituricensis
diocesis, & venit ei obviam prior loci; &
fuit dominus ibi receptus, campanis pulsatis,
processionaliter, & procuratus.

Et quia dominus Agennensis fuerat addi-
ctum prioratum citatus, venit pro eo ma-
gister Joannes de Fourgetes, canonicus Bi-
turicensis & Agennensis. & apportavit litte-
ras excusatorias prædicto episcopo: & quia
dominus Joannes promiserat domino, quod
ipse episcopus revocaret quicquid fecerat
contra dominum, dominus recepit suam excu-
sationem. Et quia prior sancti Capralii,
& capitulum Agennense super hoc rogave-
runt dominum.

Die sabbati, audita Missa, venit domi-
nus apud Rupellam, prioratum de Clugnia-
co,

*Supra de
Fourgetes*

ANNO
CHRISTI
1184.

co; & venit ei obviam Major, & plures A
burgenses de villa, & fuit receptus in dicto
prioratu, campanis pulsatis, sed non pro-
cessionaliter, quia non erant parati; & fuit
ibi procuratus.

Die vero Dominica, quia de precedenti
non fuerat receptus processionaliter, rece-
perunt ipsum, campanis pulsatis, & proce-
ssionaliter, & celebravit dominus in pontifi-
calibus, & usus fuit pallio: & post Missam
fecit sermonem in cimiterio, & fecit men-
tionem de cruce in sermone, & plures cruce
signavit, & dedit indulgentiam; & fecit
sibi Major presentari plures cuniculos, aves
plures, & unum bearnem oneratum de da-
ceis.

Et his factis, venit dominus apud Boe-
tum prioratum de monasterio novo Picta-
vienti; & fuit ibi dominus receptus, cam-
panis pulsatis, processionaliter: & prior, &
plures burgenses venerant domino obviam,
sed eum non invenerunt, quia per aliam
venit viam. Et ibi tumus bene procurati,
quia prior est homo multum valens.

Die Lunæ, audita Missa, venit dominus
apud Asfort, & conduxit cum prior de Boeto
diu, Prioratus vero de Asfort est de Bur-
godolensi, Bituricensis diocesis: & fuimus
bene recepti, campanis pulsatis, sed non
processionaliter, quia prior, & monachi
erant in Bituria: sed non fuimus bene pro-
curati.

Die Mercurii, audita Missa, venit domi-
nus apud Niort, & conduxit eum prior de
sancto Joanne prædicto, & castellanus de
sancto Messantio. Et est prioratus abbas
de Charros Pictaviensis diocesis; & sunt
monachi nigri: & fuit receptus, campanis
pulsatis, processionaliter, & procuratus. Et
ibi venit ad dominum magister Guilielmus,
clericus domini episcopi Pictaviensis, ad con-
ducendum dominum per diocesim Picta-
vientem.

Die Jovis, audita Missa, venit dominus
apud sanctum Geloys, prioratum de Clu-
gniaco: & fuit ibi dominus receptus, cam-
panis pulsatis, sed non processionaliter, quia
prior non erat in partibus illis: & tuus fo-
cius, qui domum custodiebat, ierat apud
Niortum pro necessariis domino & familie
querendis, & fuit ibi procuratus.

Die Veneris, audita Missa summo mane,
venit dominus apud sanctum Messantium;
& est abbatia monachorum nigrorum, &
fuit ibi dominus receptus, campanis pulsa-
tis, processionaliter, præsentate abbate, &
procuratus.

Et fuerunt ibi citati decanus & capitulum
Burdegalense, qui comparuerunt per procu-
ratorem; cui dominus obtulit, quod para-
tus erat revocare omnia gravamina, si quæ
intulerat, dummodo doceret de eisdem.
Qui respondit, quod ad hoc non venerat:
& super huiusmodi processu dominus petiit
instrumentum publicum sibi fieri a quodam
tabellione, quem dicti Burdegalenses secum
ducebant; sed recessit instrumento non facto.

Et ad dictum locum venerunt duo cleri-
ci, quorum unus canonicus Xantonienfis ma-
gister Joannes de Sours, Carnotensis diocesis
scilicet, & quidam alius, ad excusandum
dominum Xantoniensem episcopum, super
hoc quod ipse iugillaverat processum Burde-
galensium, quibus dominus obtulit informa-
tionem sibi fieri per instrumenta publica de
processibus suis: qui usque in crastinam de-
liberationem petierint.

Mane facta, venerunt ad dominum,
& cileit, sigillum domini Xantonienfis sigilla-
tum dederunt, quod ipse totum revocabat. *Foris civi-
tatis.*

Quibus factis, celebravit dominus Missam
conventualem in pontificalibus, & usus fuit
pallio, & fecit sermonem ad populum, &
dedit indulgentias. Quo facta.

Die sabbati in festo beati Martini, venit
dominus apud Agones, prioratum canonico-
rum regularium, absente priore. Et est di-
ctus prioratus de abbatia de *P. Eskierpe*; ubi
fuit receptus, campanis pulsatis, processio-
naliter, & procuratus.

Die Dominica, audita Missa, venit do-
minus apud Verinos, prioratum de sancto
Messantio; ubi fuit dominus receptus, cam-
panis pulsatis, processionaliter, & procura-
tus. Quo loco fuerant nuntii Burdegalen-
ses, & inhibuerant priori loci, ne recip-
erent dominum. Sed abbas sancti Messantii
appellaverat contra ipsos pro se, & sibi ad-
hærentibus.

Et ibi fecit fieri dominus monitiones quas-
dam ad monendum dictos nuncios, ut des-
isterent a talibus inhibitionibus, alias ex-
communicarentur; & fuerunt missi ad di-
ctam monitionem faciendam Girardus cleri-
cus coquinae, & Joannes Bellechiere: sed
adhuc non invenerunt ipsos, quia non ve-
nerunt ad prioratum de Panpron, ubi cre-
debat quod debebant ire.

Die Lunæ, audita Missa, venit dominus
apud Panpron prioratum de sancto Messan-
tione; & venit ei obviam abbas de sancto Mes-
santio, & prior loci prædicti, ubi fuit recep-
tus, campanis pulsatis, processionaliter, &
procuratus.

Die Martis, audita Missa summo mane,
venit dominus apud Vinoniam, prioratum
abbatiz sancti Cypriani Pictaviensis; & ve-
niendo ad dictum locum conduxit eum ab-
bas sancti Messantii, & prior de Pampron,
& ibi fuit receptus, campanis pulsatis, pro-
cessionaliter a priore loci & focis suis, &
procuratus.

Die Jovis, audita Missa summo mane,
venit dominus ad abbatiam, quæ vocatur
abbatia sancti Benedicti de Quiriciaco vel
Quinciaco, in qua sunt monachi nigri; ubi
fuit receptus ab abbate & conventu, cam-
panis pulsatis, processionaliter, & procu-
ratus.

Et ibi venerunt ad dominum majores de
capitulo Pictaviensi, & informavit eos de
omnibus processibus suis, & habuerunt trans-
scriptum, ut habeant consilium super dictis
processibus; & dedit ibi dominus indulgen-
tias pro ecclesia Pictaviensi. Quidam ex eis
comederunt cum domino: quidam recesserunt.

Die Mercurii sequenti, audita Missa sum-
mo mane, venit dominus apud Lugudiacum,
prioratum de abbatia de Mazelliaco, Galli-
ce, *Maillefe*: & fuit ibi dominus receptus,
campanis pulsatis, processionaliter, a priore
loci & focii ejus.

Et ibi venit ad dominum subdecanus san-
cti Hylarii Pictaviensis; & solebat dictus
prioratus esse abbatia, ubi fuit abbas beatus

ANNO
CHRISTI
1164ANNO
CHRISTI
1164

Marcus vel Martialis: & sunt ibi illi duo A quos resuscitavit a mortuis.

Die Veneris, audita Missa, venit dominus apud Nobiliacum; & est abbatia monachorum nigrorum: & venit ei obviam abbas loci, ubi fuit receptus, campanis pulsatis, processionaliter, ab abbate & conventu multum honorifice, & solemniter, & fuit procuratus ibi; & venit ad eum Pictaviensis cantor, praepositus, & officialis, & subdiaconus sancti Hylarii Pictaviensis.

Die sabbati in octavis beati Martini, antequam dominus recederet de dicta abbatia, recepit licentiam ab eo canonicus Pictaviensis, & audita Missa, recessit. Similiter magister G. de Chipra, clericus domini episcopi Pictaviensis, qui nos conduxit per diocesim Pictaviensem; & conduxit dominus abbas & prior dictae abbatiae; & venit dominus apud Boeretè, prioratum monachorum nigrorum, & est de abbatia de Nobilitate: ubi fuit receptus dominus, campanis de more pulsatis, processionaliter, & procuratus.

Die Dominica post octavas sancti Martini hiemalis, visitavit dominus prioratum de Luceyo, & de sancto Martialis montis Maril. Lemovicensis; & receptus fuit processionaliter, campanis pulsatis.

Et quia prior sancti Martialis, ad quem ultimo declinavit, non habebat domos sufficientes ad recipiendum dominum; venit ad domum Dei montis Maril. & receptus ibidem processionaliter, procuratus fuit in dicta domo ad expensas dictorum priorum. In dicta domo non erat rector, nisi duo procuratores; & litigabant quidam in curia Romana, ut essent rectores praedictae domus.

Die Mercurii ante festum sancti Lucae evangelistae, procuratus fuit dominus in prioratu sancti Romani de Blavia, Burdegalenensis diocesis. Qua die decani sancti Andree, & sancti Severini, & multi alii canonici Burdegalenses venerunt ad dominum, conquirentes inter cetera de forma litterarum quas miserat per procuracionem suis petendis in locis ad quae declinaverat: unde tunc inter dominum, & praedictos decanos fuit forma litterarum, quae sequitur in haec verba:

Forma litterarum domini Bituricensis super, &c.

SIMON Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Aquitaniae primas; dilectis in Christo talibus, prioribus, vel abbatibus talis diocesis; salutem in Domino. Burdegalensem provinciam visitantes, omni eo jure quo possumus, & debemus, juxta provisionem seu ordinationem sedis Apostolicae super hoc editam a bonememorae domini Gregorio Papa IX. & pro ut praedecessores nostri a vobis consueverunt admitti; tali die ad locum vestrum proponimus favente Domino, declinare: unde vobis mandamus, nihilominus vos monentes, quatenus dicta die procuracionem nostram & nobis, & nostrae familiae praeparetis. Datum, &c.

Anno Domini MCCLXXXIII. die Veneris post Oculi mei, (sive post festum beati Gregorii, mense Martii, reverendo patre domino Simone Bituricensi archiepiscopo,

Aquitaniae primate, diocesim Claramontensem causa visitationis intrare volente, Dochabreyz ven Exoldunum, in abbatia loci Exoldunensis, ubi suam procuracionem recepit, sed ibi receptus non fuit processionaliter, nec campanis pulsatis, quia jam visitaverat alias ibidem; sed summa expensarum fuit septem librarum.

Sabbato sequenti visitavit ecclesiam beati Cyrici Exoldunensis; & fuit per ipsum dominum archiepiscopum, & canonicos praesentes de Missa defunctorum celebranda ibidem per unum canonicorum, vel per alium, quem procuraret; de residentia canonicorum facienda, & de pena deficientium in ipsa, quae est quinquaginta solidorum; & quod possint dicti canonici studere in illa, in qua magis poterunt proficere facultate; nisi de dolo, fraude, que liquido appareret: de quibus si appareat, corrigetur per praelatum. De his omnibus confecta fuit littera: dicti vero canonici procuracionem domini solverunt in abbatia praedicta, propter honestatem domorum.

Dominica qua cantatur *Letare Jerusalem*, sive ante festum beati Benedicti abbatis, visitavit dominus in ecclesia sancti Dionysii Exoldunensis. Canonici sancti Dionysii medietatem procuracionis solverunt, & prior sancti Paterni Exoldunensis aliam medietatem; domino remanente in abbatia praedicta, propter honestatem domorum.

Dicta die celebravit dominus apud sanctum Paternum in pontificalibus, & sermocinatus fuit ibidem, & confirmavit. Et est sciendum, quod uterque, scilicet capitulum sancti Dionysii, & prior sancti Paterni, ad integram procuracionem tenentur.

Die Lunae sequenti fecit dominus reconciliari cimeterium sancti Dionysii Exoldunensis per archipresbyterum Exoldunensem, virtute sui privilegii, aqua prius per ipsum dominum benedicta.

Inde venit ad Casale Benedictum, ubi fuit receptus processionaliter, campanis pulsatis.

Die Martis sequenti intravit dominus capitulum Casalis Benedicti, & ibi fecit sermonem: & inquisito de statu monasterii, tam in capite, quam in membris; post multa per multos de monasterio domino relata & revelata, tam palam, quam secreto, dictum capitulum & prior loci ejusdem per suas litteras sigillo conventus sigillatas, domino dederunt potestatem plenariam & specialem providendi ipsi monasterio per se vel per alium, de abbate, de monasterio, vel aliunde quodcumque ipsum monasterium per resignationem fratris Joannis, tunc abbatis monasterii ejusdem, contigerit vacare.

Ipsa die Martis, scilicet in festo sancti Benedicti abbatis, venit dominus ad prioratum de Vodolione, spectantem ad Burdegalensem; & ibi receptus fuit processionaliter, campanis pulsatis, & ibi procuratus fuit, & confirmavit dominus ibidem. Non fuit computatum.

Die Mercurii sequenti venit dominus ad prioratum de Linerys, ubi receptus fuit processionaliter, & procuratus. Summa expensarum sexdecim librarum, tres solidi, una cum duobus denariis.

Die Jovis sequenti apud Alis campum venit dominus, ubi fuit procuratus, & ibi benedi-

ANNO
CHRISTI
1184.ANNO
CHRISTI
1184.

681 **A** benedixit aquam pro ecclesia de Castell. Mailant reconcilianda; & mandavit reconciliari per archipresbyterum loci.

Die Veneris sequenti venit dominus apud Nigrum Lacum, ubi fuit una-cum abbate loci.

Die sabbati sequenti, in festo Annuntiationis Dominicae, venit dominus apud sanctum Amandum, ubi dominus sacros ordines celebravit, visitavit & fuit procuratus, & in crastino confirmavit ibidem.

Dominica sequenti, scilicet Dominica in Passione, sive die Dominica post Annuntiationem Dominicam, venit dominus ad abbatiam de Charenton, ubi fuit procuratus.

Die Lunae sequenti, intravit dominus capitulum, & super statu monasterii inquisitione facta diligentius, tam in temporalibus quam in spiritualibus, post multos tractatus carentes effectu, tandem finaliter priori de Linreio, commissaria fuit administratio bonorum temporalium ipsius monasterii, abbate Nigri lacus ipsi priori deputato habente a domino, quoad hoc potestatem, praesente; ut ipsius abbatis consilio dictus prior tractaret, & faceret quae majoris essent inquisitionis.

Qui prior tunc sacrosanctis evangeliiis juravit, se fideliter facturum & tractaturum diligenter, quod ipsi monasterio de Charenton viderit & crediderit expedire, tam in solutione debitorum, receptione, conservatione & expeditione bonorum, quam familiarum permutatione.

Præcepit etiam dominus, ut totus status monasterii in scriptis redigeretur, & quadruplicaretur, ita quod dominus unum scriptum haberet, abbatissa secundum, dictus prior tertium, & quartum abbas praedictus, ut de diligentia fidelitate & curiositate dicti prioris liquidius appareret.

Item benedixit Dominus aquam pro quodam cimeterio reconciliando, scilicet de sancto Stephano de Granerio, quod mandavit reconciliari per archipresbyterum loci.

Anno Domini MCCLXXXIII. die Martis, ante Ramos palmarum, intravit dominus Simon Bituricensis archiepiscopus Aquitaniae primas, diocesis Claromontensem, causa visitationis: & primo declinavit apud Siligniacum, & visitavit ecclesiam parochialem dicti loci, ubi fuit receptus processionaliter, pulsatis campanis; & procuratus in domo cappellani dicti loci ad expensas dicti cappellani.

Die Mercurii sequenti, in mane audivit Missam dominus in eadem ecclesia, confirmavit, tonsuras fecit, ac aquam benedixit pro quodam cimeterio reconciliando in diocesi Bituricensi: & exinde venit apud Pessoy prioratum de Sancto Porciano, ubi fuit receptus processionaliter, ut supra: & procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, octo libræ.

Die Jovis, scilicet penultima die mensis Martii, venit dominus apud monasterium Gelleigney, prioratum conventualem de Casa Dei, ubi receptus fuit processionaliter, campanis pulsatis, cum cantu, & procuratus: priore loci & sex de monachis suis praeudentibus cum domino. Fecit ibi praedicari indulgentiam, & confirmavit.

Eodem die finivit prior de Firmitate super Aligerim, de novem libris, pro procuratione.

Item eodem die finivit prior de Lengero Clugniacensis ordinis, de decem libris pro procuratione.

Item idem prior pro prioratu de Dreturray, pro procuratione finivit similiter de decem aliis libris.

Die Veneris sequenti, venit dominus apud Fleury prioratum de abbacia Turnortensi. Receptus modo quo supra; solutis expensis domini per priorem loci pro medietate, & per capellanum loci ejusdem pro alia medietate. Ibi confirmavit, tonsuravit parvos, & quaedam ornamenta, altaria, & alia sacerdotalia benedixit.

Sabbato in ramis palmarum, scilicet in prima die mensis Aprilis, venit dominus apud Verennes super Aligerim prioratum de sancto Porciano, receptus processionaliter campanis pulsatis: & ibi Missas suas audivit, confirmavit, fecit coronas; ornamenta sacerdotalia benedixit. Medietatem expensarum solvit prior loci ejusdem, & de suo curati villæ ipsius aliam medietatem solverunt.

Die Dominica in ramis palmarum, scilicet secunda die mensis Aprilis, venit dominus ad abbatiam sancti Geleberti Præmonstratensis ordinis, processionaliter receptus campanis pulsatis, cum cantu: & ibi ramos palmarum benedixit. Missam in pontificalibus celebravit, praedicavit, dedit indulgentiam, confirmavit, coronas fecit, quaedam ornamenta benedixit, & fuit ibi quoque procuratus.

Die Lunae sequenti, venit dominus apud Arthonam, visitaturus ecclesiam canonicorum. Canonici dominum non receperunt processionaliter, nec pullaverunt, nec cantaverunt.

Eodem die ipsi canonici suum regnoscentes errorem, defectum & negligentiam, quod dictum dominum Bituricensem archiepiscopum processionaliter, cum debita reverentia & honore non receperint; poenitentia ducti miserunt ad dominum, & venerunt humiliter supplicantes, ne pro dicta negligentia contra ipsos moveretur, nec offenderetur, & ad excusandas excusationes in praedictis, simplicitates & fatuitatem in praemissa negligentia assertive praetendebant; & quod malitiose non fecissent, & adventum domini non sufficienter praesciverint.

Verumtamen cantor nomine suo & capituli, & quilibet canonicus qui praesentes erant, dictam negligentiam in manu domini singulariter emendarunt; taxatione emendatione, per fidem cujuslibet ipsorum in voluntate domini relicta; & expresse recognoscentes adhibitionem reverentiae, & honoris, & processions ipsi domino, & suis successoribus se teneri. Et ad supplendum quod omiserant, in crastino dictæ diei Lunæ dictum dominum cappis fericis induti processionaliter receperunt; campanis pulsatis, cum cantu occurrentes ipsi domino usque ad exitum cimeterii, super ipsum pallio usque ad altare per ipsos deportato.

Dominus ibi suas Missas audivit, fecit praedicari, dedit indulgentiam, confirmavit, ornamenta benedixit, & fecit coronas; & ecclesiam, tam in spiritualibus, quam in temporalibus visitavit: inveniens quod dicta ecclesia, praecipue in administratione

tem.

ANNO
CHRISTI
1114.

temporalium, reformatione & consilio indigeat.

Auditusque his quae sibi canonici dicere voluerunt, in quibus reformatio necessaria videbatur: respondit dominus, quod super his domino Claromontensi episcopo libentissime loqueretur, & super exhibendo remedio cum ipso tractaret. Expensas vero dicti domini dicti canonici persolverunt. Summa expensarum fuit novem librarum.

Die Martis venit dominus apud *Telleide*, Latine, Thecleas, prioratum *Cath. Dei*: receptus processionaliter cum cappis sericis, campanis pulsatis, cantando, &c. Et licet prior loci ejusdem aliquibus de familia ipsius domini grosso modo loqueretur, & superbe utendo, quod dominum recipere non tenebantur, nisi cum equis triginta; & expendere non poterat ultra quatuor libras, nec debebat; & quod plus non solveret, tum totas solvit expensas, quas dominus & sui fecerunt. In loco ibidem dominus audivit Missas suas, confirmavit, ornamenta benedixit: & fuit summa expensarum, videlicet usque ad decem libras & quinque solidos.

Die Mercurii sequenti, venit dominus apud abbatiam de Chauvient, ordinis Augustinorum, seu canonicorum regularium, prope & in suburbio civitatis Claromontensis, receptus modo quo supra, & procuratus.

Die Jovis sequenti, scilicet in *Cæna Domini Jesu*, venit dominus visitationis causa ad majorem ecclesiam Claromontensem; receptus, processione sibi occurrente usque ad gradus ante valvas majores ipsius ecclesiae, pallio super ipsum dominum in quatuor habitibus, usque ad altare majus, campanis pulsatis, cum cantu honorifice deportato, omnibus de choro sericis cappis indutis.

Hoc facto, dominus intravit cum canonicis capitulum: & post septem psalmos, & *Litaniam* dictos in capitulo, absolute per ipsum dominum facta, super canonicos & adstantes, dominus prædicavit Latine.

Post sermonem, canonicis tantum in capitulo cum domino remanentibus; visitavit dominus, & cum canonicis de multis habuit sermonem, & tractatum potissime de abbate *Cath. Dei*: qui etsi privilegiatus cum monachis suis, quod suspendi, interdicti, seu excommunicari non possit, existat tamen in locis interdictis non privilegiatis, divina celebrare & ecclesiastica sacramenta per suos monachos facere ministrari, & permittere non veretur: quod ecclesiasticae rationi contrarium, & articulis fidei dissonum cunctis manifeste & certo patet.

Hoc facto, fecit fieri sermonem populo Gallicè, & ibidem dominus celebravit, & consecrationes chrismatis fecit: & deliberato consilio per quatuor dies consequentes apud Prædicatores, postea ordiavit in domibus episcopi; ut videretur omnibus minus onerosus: sed expensas interim totius illius diei Jovis, quas fecit dominus, solvit.

Die Veneris sequenti in *Parave*, dominus, audito divino officio, prout dies requirit, ivit visitatum ad abbatiam S. Andree, Præmonstratensis ordinis: receptus absque processione, quia dominus de sua hu-

manitate noluit, quod illa die processionaliter reciperetur, nec cum cantu pulsatum non fuit, quia illa die non pulsatur. Visitavit ibidem, & dominus de suo solvit: ne nimis in expensis dicta abbatia gravaretur; condescenditque ex illo loco, compatiens paupertati.

In sabbato Paschæ sancto, dominus in mane visitavit Chamelariam, & sanctum Genesium; in quibus ecclesiis sunt canonici seculares: quibus visitatis, venit dominus ad ecclesiam majorem, & in pontificalibus celebravit, & fontes benedixit.

Ibidem, quoniam a cantore majoris ecclesiae sibi prius fuerat supplicatum, ut dicta die sabbati & die Paschæ ipsis divinum officium celebraret: & fuit receptus ibi, visitavit processionaliter, cantando, pallio super ipsum honorifice deportato.

Die Paschæ sequenti celebravit dominus in pontificalibus in ecclesia majori, & interfuit Matutinis; & in domo episcopi nocte præcedenti cum parte suae familiae jacuit, ut Matutinis interesset: sed in domo episcopi, juxta ecclesiam, præpositum ecclesiae, hebdomadarios, & multos canonicos alios, & non cantorem, communicavit.

Et ipsa eadem die ecclesiam beatæ Mariæ de Portu post Missam visitavit; ubi receptus fuit cantando, a canonicis, & processionaliter, pallio in quatuor hastantibus super ipsum honorifice deportato.

Die Lunæ sequenti, scilicet in crastino Paschæ, dominus, audita Missa sua, ad ecclesiam majorem accessit; & in capitulo canonicorum, salutatis quibuslibet canonicis, fecit coronas plures, & recessit.

Eadem die Lunæ venit dominus apud Sarellach, prioratum abbatie *Cath. Dei*. Prior loci ejusdem, cum duobus sociis, & duobus armigeris, domino Bituricensi venit obviam fere per dimidiam leucam, & dominum honorifice salutaverunt & reverenter: tamen dominum non receperunt, nec processionaliter, nec alias; sed dominus invenit ostia aperta, & intravit. Prior & sui socii cum domino comederunt.

Dominus ibidem, audita Missa sua, confirmavit, ornamenta benedixit, multas etiam ad supplicationem prioris fecit coronas. Prior domino de necessariis noluit providere: tamen idem prior totas solvit expensas: dicens, quod abbas tuus eisdem inhibuerat, ne dominum reciperet, nec idem in aliquo provideret.

Domino volente in crastino recedere, dominus prior in præsentia domini fuit protestatus, quod cum familia domini prioratum violenter intravisset, quia ostium fuerat, ut dicebat, volebat sibi præjudicari in posterum; nec per hæc quæ facta fuerant, intelligebat domino, nec suis successoribus in aliquo se teneri: domino incontinenti in contrarium protestante, & dicente, quod possessionem suam retinuerat, & quamdiu viveret, jus visitandi, & procuracionem recipiendi reclamaret ibidem.

Domino recedente. Prior ipsum associavit satis longe. Habuit tamen dominus, cum dictum prioratum intravit, unum servientem baillivi, ad tollendam armorum violentiam, si prædicto domino aliqua violentia vel injuria pararetur.

Sum-

ANNO
CHRISTI
1114.

ANNO
CHRISTI
1114

Summa expensarum fuit novem libræ: A quas omnes solvit Prior dicti loci.

Die Martis sequenti venit dominus apud la Fœuillose, ecclesia parochiali primo visitata, antequam domum Templariorum intraret: quia ratione parochiæ ipsius quam tenent Templarii, debetur procuratio, ut domino dicebatur.

In ipsa domo Templariorum dominus, audita Missa, confirmavit, benedixit ornamenta, fecit coronas, & receptus processionaliter in dicta ecclesia ab ipsis Templariis fuit procuratus. Summa expensarum octo libræ Turonenis cum septem solidis.

Die Mercurii sequenti venit dominus apud Bullon, prioratum Casæ Dei, receptus B ibidem fuit cum reverentia processionaliter, & procuratus: nolueruntque computare gentes prioris.

Die Jovis sequenti accessit dominus apud Useillach, prioratum quoque eisdem abbatiæ Casæ Dei: ibique receptus processionaliter cum reverentia fuit; & cum honore, quem tenet prior de Bullon.

In ipso prioratu non invenit dominus aliquid faciendum: sed ecclesia & domibus ejusdem prioratus visitatis, rediit apud Bullon. Deinde ibidem confirmavit, ornamenta benedixit, & coronas fecit; & die qua primo venit, fuit phlebotomatus: & ratione visitationis istius exstitit procuratus super prioratu de Buseillac. Non fuit computatum.

Die Veneris sequenti, scilicet ante *Quas modo genis infanses*, venit dominus apud Thuriacum, prioratum S. Illidii Claromontensis, ordinis S. Benedicti, receptus processionaliter, campanis pulsatis, cum cantu, & procuratus. Ibi non invenit dominus aliquid faciendum; dictum prioratum tenebat abbas S. Illidii prædictus.

Sabbato sequenti visitavit dominus prioratum de Vichiaco, spectantem ad monasterium S. Illidii Claromontensis, Gallicæ, de *saint Aubry*: quo visitato, venit dominus apud Curciacum, directe ad hospitium domini Claromontensis, & ibi procurationem sibi ratione visitationis debitam a dicto prioratu de Vichiaco recipit: quia prior de Vichiaco paralyticus erat, nec domos habebat, ubi dominum honorifice posset hospitare.

Die Dominica sequenti fuit dominus receptus processionaliter, campanis pulsatis, ab abbatisa, & clericis de Cussey, clericis in cappis indutis tereticis. In capella beate Mariæ postea incontinenti intravit dominus capitulum monialium; & ibidem suo fungens officio, inquisivit diligenter de statu monasterii, tam in temporalibus, quam in spiritualibus: sed non fuit, quod correctione indigeret, sibi in publico revelatum.

Dominus suam procurationem a dicta abbatisa recepit in prædictis domibus domini Claromontensis; quoniam honestius fuit, dominum in dictis domibus pernoctare, quam in domibus monialium prædictarum. Et fuit abbatisa cum quatuor monialibus in prandio cum domino.

Dominus vero dicta die Missam in pontificalibus in dicta capella celebravit, monialibus divinum officium cantantibus, &

offeritorium quod venit ad manum domini recipientibus primæ cum recognitione, quod sociorum domini erat offeritorium, si placeret retinere; & ipsum offeritorium clerici & locii dicti domini dictis monialibus dividerunt. Dicta Missa, dominus confirmavit, ornamenta benedixit, in crastino quosdam confirmavit.

Die Lunæ sequenti, scilicet in crastino octavarum Dominicæ Resurrectionis, venit dominus apud abbatiam Montis Petroli, ordinis Cisterciensis, processionaliter, cum cantu, campanis pulsatis, receptus: ubi dominus in crastino, audita Missa sua, confirmavit, ornamenta benedixit, quosdam confirmavit; unum potissime sibi a priore & monachis dicti loci præsentatum, dicentibus illum suum esse condonatum & monachum facturum, abbate dicti loci tunc in remotis agente.

Verum cum dominus monachis scriptum dedisset sub hac forma verborum: *Vobis mandamus quatenus nobis, & nostris necessaria præparetis*; hoc verbum, *mandamus*, multipliciter impugnaverunt. Tandem illud verbum, *mandamus*, sublatum fuit, & ipsi domino necessaria ministrare cœperunt. Verumtamen ipsi monachi elemosynam dederunt, præsentibus pluribus de familia domini prædicti.

Die Martis sequenti venit dominus apud Landosum: receptus processionaliter, cum cantu, campanis pulsatis, pallio super ipsum in quatuor hastantibus deportato, a capitulo canonicorum, & receptus & procuratus, domino Claromontensi episcopo die illa eidem obviam veniente, & dominum colateraliter usque ad altare majus sub eodem pallio concomitante sibi.

In sequenti crastino dominus, ad supplicationem canonicorum, quoddam altare in quadam capella prope ecclesiam canonicorum, in honore S. Georgii, & sanctorum omnium consecravit, & quædam benedixit ornamenta: & dedit indulgentiam his, qui deob devotionem dictæ consecrationi interfuerunt.

Die Mercurii sequenti dominus, post consecrationem altaris prædicti, venit ad prioratum sancti Lanomari de Bletis, qui dicitur Maincaio; receptus modo quo supra, & ibidem, ad supplicationem prioris, & monachorum loci ejusdem, quosdam reliquias occultas in altari majori dicti prioratus, videlicet duo capita fere integra, cum pluribus fragminibus ossium parvis, & pluribus panniculis involuta, quorum capitulum unum dicitur caput beati Lanomari abbatis, aliud sancti Ebulii abbatis; illa de dicto altari levavit, ut cum majori reverentia & honore de cetero haberentur: & ea crastino sequenti, audita Missa sua, reposuit in quadam calula quoad aliquod tempus.

Eadem die Mercurii, prædictis reliquis levatis, cum ea reverentia qua decens est, Missam in honore duorum sanctorum celebravit pontificalibus indutus. Ibidem etiam dominus confirmavit, benedixit, tonsuravit, & suam ibidem procurationem recepit. Et venerunt dominus Claromontensis episcopus & frater tuus senecallus domino Bruncentis locuturi. Fecit ibi quoque prædicari, & de-

ANNO
CHRISTI
1114

ANNO
CHRISTI
1114.ANNO
CHRISTI
1114.

dit indulgentiam, & suam ibidem dominus A procuracionem satis honorifice recepit.

Domino die Jovis tum sequenti, eunte apud Thyart, dominus Claromontensis episcopus, & frater suus senescallus praedictus, sibi venerunt obviam, & per magnam partem itineris similiter, cum domino equitarunt.

Illa die dominus receptus modo quo supra, a capitulo & praeposito ecclesiae de Tyart, fuit procuratus, & in crastino audita Missa sua, benedixit ornamenta aliqua, confirmavit, & in capitulo visitavit, & rursum confirmavit.

Quo facto descendit dominus ad capellam beati Joannis Baptista, & ibidem tria consecravit altaria: medium in honore beati Joannis Baptista, & omnium sanctorum: dextrum in honore beatae Catharinae, & sinistrum in honore beatae Mariae Magdalenae. Quibus rite consecratis, dominus celebravit sine rota: & dedit indulgentiam his, qui consecrationibus interfuerunt.

Die Veneris sequenti, praescriptis ad plenum peractis, venit dominus apud abbatiam monasterii Turanensis, ordinis Cluniacensis, receptus modo quo supra & procuratus: fuit autem summa expensarum, octo librae.

Die sabbati sequenti, venit dominus apud Nigrum stabulum, prioratum quoque Cluniacensem, receptus processionaliter & procuratus: & ibidem benedixit, & confirmavit: summa expensarum, septem librae, & decem solidi.

Domnica sequenti, in quindena Paschae, venit dominus apud prioratum de Argeroles, ejusdem ordinis Cluniacensis, receptus processionaliter & procuratus, & ibidem confirmavit, tonsuravit, & benedixit: summa expensarum, decem librae.

Die Lunae sequenti, videlicet in crastino beati Georgii, venit dominus apud Salinhac prioratum sancti Michaelis de Clusa in Lombardia, receptus processionaliter & procuratus: & ibidem confirmavit, tonsuravit, & benedixit. Noluerunt computare.

Die Martis sequenti, in festo beati Marci, seu Marci Evangelistae, dominus apud sanctum Didier prioratum de Casa Dei, receptus processionaliter, campanis pulsatis, in in cappis sericis, cum cantu & procuratus: ibidem confirmavit & benedixit.

Die Mercurii sequenti, venit dominus apud Tullac vel Jullac, prioratum de Clausa in Lombardia, receptus processionaliter & procuratus: & ibidem confirmavit & tonsuravit; sicut & ornamenta, & quasdam imagines benedixit.

Die Jovis sequenti, venit dominus apud Marthac prioratum de Sartelenges, Cluniacensis ordinis receptus, & procuratus: & ibi confirmavit, tonsuravit, & ornamenta benedixit.

Die vero praecedenti finivit prior Dambert, & prior de Chamont, pro dictis prioratibus viginti libras, & quatuor solidos, ita quod pro quolibet illorum finavit decem libras, & duos solidos.

Die Veneris sequenti, venit dominus apud Chalure prioratum, Casa Dei, receptus processionaliter & procuratus: & ibidem sequenti sabbato celebravit Missam cum nota.

Eadem die sabbati, venit dominus ad Salane vel Salhanc prioratum, Casa Dei, ubi receptus processionaliter & procuratus fuit. Et ibidem confirmavit.

Dominica sequenti, videlicet ante festum beatorum Philippi & Jacobi Apostolorum, venit dominus apud Vineros, prioratum de Sartelenges, Cluniacensis ordinis: ubi receptus processionaliter & procuratus fuit. Ibidem confirmavit, tonsuravit, & benedixit.

Die Lunae sequenti, venit dominus scilicet prima die mensis Maii, apud Erlant prioratum de Declusa in Lombardia, receptus processionaliter & procuratus; ibidem confirmavit, benedixit, & tonsuravit.

Die Martis sequenti, misit dominus magistrum Joannem Gressillon canonicum Bituricensem; fratrem Simonem de Blesis, Renaldum socium ejus de ordine Fratrum Minorum, & Cononem canonicum Virsionensem, ad monasterium Casa Dei, cum duobus quibusdam clericis domini Claromontensis; magistrum Joannem scilicet, & magistrum Petrum: ut interessent collationi faciendae quarundam clausularum contentarum in privilegiis Casa Dei; per quas nituntur monachi se esse exemptos, tam in capite quam in membris. Et fuit facta dicta collatio dictarum clausularum ad privilegia: & fuerunt lecta dicta privilegia a principio usque ad finem, & diligenter inspecta, tam in filo quam in bulla, permissos a dicto domino Bituricensis, praesentibus dictis duobus clericis domini episcopi Claromontensis.

Primum privilegium lectum & inspectum, fuit domini Urbani Papae II. Secundum, Lucii III. Tertium, Honorii III. Quartum, Alexandri IV. Quintum, Alexandri III. Sextum, Clementis IV. Septimum, Urbani IV. Octavum, Paschalis.

Eodem die Martis, venit dominus apud sanctum Germanum Lerin, prioratum Casa Dei, receptus processionaliter & procuratus fuit: & ibidem tonsuravit, confirmavit, & quosdam benedixit.

Die Mercurii sequenti, post festum beatorum Philippi & Jacobi Apostolorum, venit dominus apud Azerac, prioratum Casa Dei, receptus processionaliter & procuratus: & ibidem confirmavit, benedixit, & tonsuravit & altare quoddam in dicto prioratu consecravit in honore beatae virginis Mariae: & dedit indulgentiam ibidem.

Ipsa die venit dominus episcopus Claromontensis, & abbas Casa Dei, & multi boni alii: cum quibus congregatum domino, lectae fuerunt clausulae supradictae sumptis in privilegiis Casa Dei praedictis: de quibus facta fuit copia & inspectio, ut superius est expressum.

Super quibus clausulis cum diutius fuisset altercatum hinc inde, multi fuerunt habitati tractatus inter dictos dominos Bituricensem & Claromontensem ex una parte, & abbatem Casa Dei ex altera super discordia reformanda inter ipsos, qui tractatus illo die non habuerunt effectum. Quibus actis recesserunt dicti dominus Claromontensis & abbas.

Die Jovis sequenti, venit dominus apud Ville, prioratum abbatiae Piperacensis, or-

Vil-

ANNO
CHRISTI
1186.ANNO
CHRISTI
1186.

dinis sancti Augustini; receptus processionaliter, & procuratus fuit. Ibidem confirmavit, benedixit, & tonsuravit.

Die Veneris sequenti, venit dominus apud Villebride, prioratum abbatie Pipracensis praedicti ordinis sancti Augustini, receptus processionaliter & procuratus. Ibidem confirmavit, & benedixit.

Die sabbati sequenti, venit dominus apud Cons vel Couz, prioratum monialium ordinis sancti Benedicti: receptus ibi fuit processionaliter a Clero, & monialium, & procuratus: & ibidem confirmavit, benedixit, & tonsuravit.

Tunc intravit dominus capitulum. & visitationis fungens officio invenit ipsum monasterium reformandum potissime circa spiritualia, & temporalia: siquidem hujus monasterii erant in manu regis Francie: quoniam ibi erant dum priorissa in discordia, & in dissensione.

Dominus adhibendo diligentiam quam potuit, statum monasterii debite restaurando, ordinando praecipit, quod si priorissa de novo ibi posita post litem motam, aliquam fecerat monialem, quod amoveretur.

Praecipit etiam, quod puella saeculares qui ibidem de bonis monasterii nutriuntur, expellerentur: & quod volenti aliquam retinere, nihil de bonis monasterii administraretur eidem.

Insuper cum quidam libri dicerentur ibidem sublatis, de quorum alienatione timebatur; praecipit dominus, infra Ascensionem omnes in medium reportari: & necessarios ad officium divinum in loco praedicto, seu consueto dimitti: non necessarios, per sacramentum custodiri, & hoc fieri praecipit per duas juratas ex eisdem monialibus proutraque parte.

Et super his scripsit dominus Baillivo Arvernise, in cujus manu nomine regis tenebatur temporalitas; ut de praemissis observari faceret, quae dicto monasterio crederentur expedire.

Dictis die & loco, venerunt quidam magni, & solemnes ex parte abbatis Casae Dei, qui cum domino de multis tractaverunt, & finaliter quamdam litteram concordarunt, quae se declarat, &c.

Tenor sequitur in hac verba:

Simon Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Aquitanie Primas, & Albertus ejusdem gratia abbas monasterii Casae Dei in Alvernia, universis praesentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod nos praefatus archiepiscopus asserimus, & jam adhuc asseramus, debere nos ad visitationem & procuracionem iure metropolitano admitti, & solvi nobis in monasterio Casae Dei procuracionem; eadem dicto abbate pro se, & conventu suo contrarium asserente; ansa pacis & concordiae, sic inter nos exiit concorditer ordinatum & expresse conventum: quod nos archiepiscopus praedictus recipere nunc ad processionem & procuracionem tantum in dicto monasterio: ita tamen quod per hoc, vel alia, quae sciemus ibi, vel fieri a nobis archiepiscopo praedicto, aut recipimus ab ab-

Concil. General. Tom. XXIV.

bate & conventu praedictis, nihil nobis quo ad proprietatem, possessionem, vel quasi, vel cujuscumque alterius iuris, aut suffragii acquiratur. Si vero aliquod jus proxime, aut istam compositionem domino archiepiscopo competeat, illud saluum sit & servetur eidem: nec in dictis proprietate, possessione, vel quasi, eidem abbati & conventui, nec eorum privilegiis aliquid praedicti generetur. Sane quia ex quibusdam tractatibus habitis inter nos, & abbatem praedictum, speramus audire Domino inter nos & ipsum ac monasterium suum, per concordiam, seu per sedem Apostolicam pacis foedera reformari: ordinatum est inter nos, quod usque ad septimum ab hodie numerandum, & complendum non possimus visitacionem, vel procuracionem, nec aliquid occasione earum nos, vel successores nostri petere efficaciter ab eisdem: ita tamen quod per dilationem istam nullum nobis, vel ecclesiae nostrae fiat praedictum: nisi interim per compositionem amicabilem & concordem, vel per declarationem Apostolicae sedis factam fuerit aliter ordinatum: ad quam declarationem seu compositionem poterimus pendente dicto septennio procedere, si viderimus expedire. Si vero interim non fuerit declaratum nobis archiepiscopo praedicto, id jus omnino petendi quo possimus hodie efficaciter uti & non amplius, & ipsis omnis omnino defensio quas possunt, vel possent hodie se tueri per omnia, reservatur. In quorum testimonium nos archiepiscopus & abbas praedicti, sigilla nostra praesentibus duximus apponenda. Actum & datum anno Domini MCLXXXIV. die sabbati & festo beati Joannis ante Portam Latinam.

Haec autem littera in scrinio monasterii certo die reposita fuit.

Die Dominica sequenti, venit dominus apud Mazerac, prioratum ejusdem monasterii Casae Dei, receptus processionaliter & procuratus. Prior noluit computare. Eadem die dominica misit dominus Cononem suum capellanum, cum clerico coquinae & coquum suum, & quosdam alios pedites de familia sua ad abbatiam Casae Dei, sicut alibi consueverant praemitti.

Abbas eos satis curialiter recepit: & uni monachorum suorum praecipit, ipsis tam pro domino procurando, quam pro ipsius familia necessaria, & interrogata affluenter ministraret: & hospitium in ambitu monasterii, pro domino, & suis sequentibus assignarunt.

Praemissi illo sero in villa voluerunt hospitari, quia hospitia non erant mundata. In illa villa fuerunt illo sero per abbatiam procurato, in feno & avena pro equis, in pane, vino, carnibus, candela, in aliis necessariis abundanter, prout petere voluerunt: & etiam multum plus illis fuit ab ipsis oblatum.

Die Lunae sequenti, veniente domino ad abbatiam & monasterium Casae Dei, multi de majoribus praedicti monasterii Casae Dei, venerunt ei obviam satis longe, suum excusantes abbatem, quare non venerat obviam domino, quia Missas suas audiebat &

X x

can-

* Videtur
ubi illa vox
desse, temp
poralia.

* Idem
dam, se
pennium.

ANNO
CHRISTI
1184.

canabat: & quod modus suus erat nullius omnino rei vacare negotiis, donec Missam celebravit. Hoc loco quoque deficiunt quaedam.

Anno Domini MCCLXXXV. die Veneris post quindenam Nativitatis beati Joannis Baptista, intravit reverendus pater Simon Bituricensis archiepiscopus, Aquitaniae primas, Lemovicensem diocesim, causa visitationis: & primo declinavit ad abbatiam de Albis petris, ordinis Cisterciensis: ubi receptus fuit processionaliter a conventu dicti loci, pulsatis campanis, & praedicavit in capitulo: & ipsa die pernoctavit ibidem ad expensas abbatis: nec fuit computatum.

Et sciendum quod in comitiva sua erant hi, quorum nomina hic notantur: videlicet, Joannes abbas sancti Sulpicii Bituricensis, frater domini Gilo capellanus suus, monachus sancti Sulpicii: Guido de Nohaylles capicerius Pictaviensis: & Stephanus capellanus suus: Girardus de Brina clericus suus, & tabellio publicus: Magister Johannes Gressillons canonicus Bituricensis: Magister Petrus de Vierstone, qui venit tertia die post: P. de Rupe archipresbyter de Castra, Bituricensis diocesis: Frater Hugo de Ferneris, monachus sancti Sulpicii Bituricensis: Otho de Salinis, canonicus Magdunensis, capellanus domini: Cono rector ecclesiae Vierstoneensis, capellanus domini, qui venit postmodum: Guido de Ranis, clericus domini: sicut & plures alii:

Dominica sequenti, ante festum beatae Mariae Magdalene in mane audivit dominus ibi Missam, praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & exinde venit apud Nozerias prioratum Dolentem: ubi receptus fuit processionaliter, & procuratus, ut supra, ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, octo librae.

Die Lunae sequenti in mane audivit ibi dominus Missam, confirmavit, tonsuras fecit, & exinde venit apud Nozermes prioratum Dolentem: ubi quoque receptus fuit processionaliter ut supra, & procuratus, ad expensas prioris dicti loci. Non enim fuit computatum de expensis.

Dicta die Lunae remisit ista vice dominus ob dilectionem & amicitiam magistri Girardi de Malamonte procuratorem, quam habebat in prioratu de Anzina prioratum Dolentem: quem prioratum idem magister Gerardus, ut supra tenebat.

De Martis sequenti, in mane audivit ibi dominus Missam, confirmavit, & exinde venit ad abbatiam Prati Benedicti, ordinis Cisterciensis: ubi receptus fuit processionaliter: ut supra, a conventu dicti loci, quia non habebat abbatem: & ipsa die pernoctavit ibi, ad expensas illius abbatis.

Die Mercurii sequenti, audivit ibi Missam dominus in quadam cappella extra abbatiam: confirmavit ibidem, & fecit coronas: & exinde venit apud Pradeaux prioratum Dolentem, ubi receptus fuit processionaliter, & procuratus ad expensas prioris dicti loci de Pradeaux, qui noluit computare.

Die Veneris sequenti, in mane audivit ibi Missam, confirmavit, & exinde venit apud Sarnage, prioratum conventualem de

A Clusa: ubi receptus fuit processionaliter ut supra, & procuratus ad expensas prioris, qui noluit computare.

Media nocte vero inventi fuerunt duo parvi latrunculi ante ostium camerae domini; quorum unus recognovit se cepisse in bursa capellani, & clerici capicerii Pictaviensis, eadem nocte, usque ad summam quindecim solidorum, de quibus partem reddidit: qui latrunculi incarcerati fuerunt in carcere prioris domini dictae villae de Sarnage.

Die sabbati sequenti, in vigilia beatae Mariae Magdalene, mane audivit ibi Missam, confirmavit: & exinde venit apud Garctum, prioratum sancti Savini, Pictaviensis diocesis, Receptus fuit processionaliter, ut supra; audivit Vesperas, Completorium, & Vigilias in ecclesia solemniter: & ipsa die procuratus fuit ad expensas prioris dicti loci, qui noluit computare.

Dominica sequenti, in festo beatae Mariae Magdalene, venit dominus apud abbatiam Agedunensem, ordinis sancti Benedicti: ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, ab abbate & conventu dicti loci. Celebravit Missam conventualem in pontificalibus cum pallio; acolytos fecit, praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit: & procuratus fuit ipsa die ad expensas abbatis, nec fuit computatum.

Eadem die proposuit Geraldus de Marciaco clericus contra Joannem Bachalac monachum beatae Mariae Agedunensis, quod idem monachus interfuit murtherio Joannis de Marcat defuncti, fratris dicti Geraldii; & est factum notorium, & fama publica: & quod hujusmodi facto perpetrato, praedictus monachus fugit abbatiam de nocte.

Idem dicit contra Petrum Bussy, monachum dictae abbatis, & priorem sancti Pascentii.

Die Lunae sequenti venit dominus apud Eonum Locum, abbatiam ordinis Cisterciensis, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, ab abbate & conventu dicti loci. Praedicavit in capitulo, audivit ibi Missam, & pernoctavit ibidem ad expensas abbatis; nec fuit computatum de expensis ibidem factis.

Die Martis sequenti in mane, ibidem in ecclesia consecravit duo altaria; unum in honore sanctae crucis, & aliud in honore sancti Nicolai; celebravit, tonsuras fecit, & confirmavit.

Et ipsa die exinde venit apud Turrem sancti Austregisili, prioratum Dolentem, quem abbas tenet in manu sua; ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, & procuratus ad expensas ejusdem monachi, procuratore dicti abbatis. Summa expensarum fuit octo librae, & duodecim solidi.

Die Mercurii sequenti, in festo beatorum Jacobi Apostoli & Christophori, venit dominus apud Goson, prioratum Stirpensem, vel Sturpensem, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra; celebravit in pontificalibus cum pallio. Praedicavit, indulgentiam dedit, & procuratus fuit ad expensas prioris dicti loci, qui noluit de illis computare.

Die Jovis sequenti venit dominus apud abbatiam Cambonensem, ubi receptus fuit pro-

ANNO
CHRISTI
1184.

ANNO
CHRISTI
1194.

processionaliter, ut supra, a prapposito & conventu dicti loci; audivit ibi Missam, & predicavit in capitulo; & procuratus fuit ad expensas prappositi dicti loci qui noluit computare.

Legg. ve-
ritatem.

Quia vero domino datum fuerat intelligi a quibusdam monachis dicti loci, quod prappositus dictae ecclesiae bona temporalia & spiritualia dissipabat, dicto prapposito contrarium asserente; dominus super his volens inquirere voluntatem, prout suo incumbit officio, mandavit conventui dicti loci, coram te ipsa die, ut sibi super statu suae ecclesiae dicerent veritatem.

Qui monachi, juramento obedientiae ad haec adstricti sibi responderunt omnes, & concorditer, publice tamen, quod praefatus prappositus laudabiliter se habeat, tam in spiritualibus, quam in temporalibus; & quod bona ecclesiae erant in bono statu, tam in capite, quam in membris: quorum responsionibus acquievit, & in his quoque actis, in inquisitione praedicta ulterius procedere meluit.

Die Veneris sequenti in mane audivit ibi Missam, confirmavit, fecit tonsuras: & exinde venit apud abbatiam Enahonensem, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, a prapposito, & conventu dicti loci. Audivit ibi Missam, predicavit in capitulo, praesentibus prapposito & conventu dicti monasterii, & aliis prioribus foraneis; videlicet Priore de Cautella, Priore de Domirac, Priore sancti Petri de Montelucio, Priore de Tullo, Priore de Neris, & pluribus aliis; necnon praesentibus decano Lemovicensi, domino Joanne de Vernologiis; Petro Malons canonico Lemovicensi, & sociis episcopi Lemovicensis; Magistro G. de Armeno Officiali Claromontensi; & prapposito Cambonensi, & pluribus aliis clericis & laicis.

Ubi prior de Trenant domino contra suum prappositum graviter conquerendo monstravit, quod cum ipse esset in possessione prioratus de Trenant; idem prappositus de Gnahon, vel Evahon ipsum spoliaverat sine cautela a possessione praedicta: asserens dictus prior, quod de consuetudine in praedicta ecclesia de Evahon approbata ita erat; quod prappositus non poterat aliquem prioratum conferre, nisi in capitulo, & de consensu capituli; nec etiam aliquem priorem destituere, deponere, seu amovere, nisi ex causa allegata & approbata, & de consensu capituli, & etiam metropolitani: dicto prapposito contra illam consuetudinem se opponente, & etiam consuetudinem negante.

Quibus sic propositis & auditis in praesentia nominatorum supra, praecipit dominus partibus, quod quilibet de jure suo ipsum informaret, & parti quae potiora iura pro se ostenderet, jus suum faceret de liberari.

Quibus sic actis, exivit capitulum; & dictus prappositus pro bono pacis voluit, & promissit postmodum in praesentia domini, quod dictus prior possessionem bonorum dicti prioratus una cum dicto prioratu integre rehaberet.

His actis, ipsa die procuratus fuit dictus dominus Bituricensis ibidem ad expensas Concil. General. Tom. XXIV.

prappositi & conventus dicti loci; nec fuit computatum de expensis.

Die sabbati sequenti audivit ibi Missam dominus in mane, & confirmavit: & exinde venit apud Ruygnac, prioratum Evahonensem, ubi receptus fuit ut supra, & procuratus ad expensas proprias prioris dicti loci, qui noluit computare de expensis.

Dominica sequenti in octavis beatae Mariae Magdalene, venit dominus apud Marillac, prioratum Silinginacensem: ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, audivit Missam, confirmavit, tonsuras fecit.

Et quia inter priorem & capitulum dicti loci contentio vertebatur, super hoc quod dictus prior dicebat, capellanum vel capitulum teneri ad medietatem procurationis; vocatis partibus, dominus super hoc inquisivit, & invenit per testes, quod praedecessores dicti capituli solverant medietatem procurationis: propter quod dicto priori qui sibi ministraverat dictam procurationem, dedit unam litteram, in qua continebatur, quod nisi infra certum terminum idem capellanus satisfecisset de medietate procurationis praedictae praedicto priori, quod propter hoc esset excommunicatus idem capellanus. Et fuit summa expensarum, novem librae & quatuor solidi.

ANNO
CHRISTI
1194.

capellani

Die Martis sequenti, in festo sancti Germani, venit dominus apud monasterium Rasoliense, ubi sunt canonici regulares: & receptus fuit processionaliter ut super, a canonicis dictae ecclesiae. Celebravit in pontificalibus, fecit acolytos, praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit: tonsuras fecit, & procuratus fuit ibidem ad expensas capituli. Summa expensarum, undecim librae, sex solidi.

Ipsa vero die quemdam clericum dictae villae, qui exstirpaverat vineam sacrillae dictae ecclesiae, coram se citari fecit; qui citatus comparens, recognovit se dictam vineam exstirpasse: propter quod dictus dominus condemnavit ipsum clericum in decem solidos Turonenses, reddendos dicto sacrillae infra quindecim dies: & super concessit litteram dicto sacrillae.

Die Mercurii sequenti, in festo sancti Petri ad vincula, venit dominus apud Phelatinum prioratum Cambonensem, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra; celebravit in pontificalibus cum pallio, fecit acolytos, praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & fecit tonsuras. Procuratus fuit ipsa die ad expensas prioris dicti loci, qui noluit computare de dictis expensis.

Die Jovis sequenti venit dominus apud Meignac, prioratum Dolensem, quem abbas Dolensis tenebat in manu sua: & ibi fuit receptus processionaliter, ut supra; audivit Missam, & procuratus fuit ibidem. Summa expensarum, octo librae.

Eodem vero die comparuit ibidem coram domino Joannes Leonardi canonicus ecclesiae Rasoliensis, citatus de mandato domini, pro eo quod ipse manus injecerat violentas in Joannem Malte laicum, in cimiterio Rasoliensi, usque ad effusionem sanguinis.

Quam effusionem recognovit idem canonicus coram domino, & se super hoc ordinationi domini supposuit; unde dominus con-

ANNO
CHRISTI
1174.

demnavit ipsum in decem solidis Turonensibus, reddendis passo injuriam.

Item condemnavit eundem in capta ferica in pretio sex librarum Turonensium reddenda ecclesie Rasoliensi, infra annum instantem: & super hoc fuerunt quidam plegii: scilicet capellanus ecclesie Rasoliensis, & Petrus Tire canonicus dicti loci, pro injuria illata ecclesie predictae Rasoliensi, pro verberatione & sanguinis effusione facta in cimiterio ecclesie predictae: & super hoc dedit litteras, quae traditae fuerunt archipresbytero de Albuconio, ut per ipsum archipresbyterum poena predicta

Eadem vero die, ad reconciliandum dictum cimiterium benedixit aquam, & mandavit dictum cimiterium benedici ex illa aqua benedicta per capellanum de Chambonac: hoc enim poterat facere dominus ex privilegio speciali: videlicet cimiteria polluta sanguine, vel alias reconciliari facere per quemcumque vellet, dum tamen capax esset, & idoneus, & ad hoc instructus.

Die Veneris sequenti, in festo inventionis sancti Stephani protomartyris, venit dominus apud abbatiam de Bona-Aqua, ordinis Cisterciensis, ubi receptus fuit processionaliter ab abbate & conventu loci predicti, pulsatis campanis. Praedicavit in capitulo, celebravit Missam conventualem in pontificalibus, cum pallio; & fecit acolytos, & tonsuras, & pernoctavit ipso die ibidem.

Quia vero abbas minus sufficienter necessaria ministraverat domino; & suis deficienti in ferratura equorum, & culcitris, lintheaminibus, palea, & multis aliis, domino die crastina in mane eundem abbatem canonice monuit de emendando predictum delictum. Et licet dominus abbas offerret se facturum voluntatem domini verbo, & non facto, dominus eum excommunicavit: & ex abundantia appellavit idem dominus ad sedem Apostolicam pro se, & suis, & ad hoc consentientibus; ne ipsi abbas & conventus, vel executores eorum a sede Apostolica deputati, si quos habebant, aliquid de facto contra ipsum, vel suos in hoc negotio attentarent.

Insuper legi fecit idem dominus ibidem privilegium, quod habebat: videlicet quod nullus delegatus, subdelegatus, conservator, vel executores quicumque illi sint, ipsum possint excommunicare.

Die sabbati sequenti, venit dominus apud Portum Dei, prioratum conventualem monasterii Casae Dei, ubi receptus fuit processionaliter & honorifice, ut supra campanis pulsatis, &c. Audivit ibidem dominus Missam conventualem, confirmavit, & procuratus fuit ad expensas prioris dicti loci: nec voluit computare de expensis.

Dominica sequenti, in mane fecit in eodem loco tonsuras, & exinde venit apud Bortum, prioratum ordinis Cluniacensis, quem tenebat episcopus Claromontensis: ubi fuit receptus ut supra, audivit ibi Missam, confirmavit, & procuratus fuit ibidem, de expensis procuratoris dicti episcopi Claromontensis. Non fuit computatum de expensis.

Die Lunae sequenti, venit dominus apud sanctum Angelum, prioratum conventualem

de Karroasio, ubi receptus fuit, ut supra; audivit Missam, confirmavit, & procuratus fuit ibidem ad expensas prioris dicti loci; qui noluit computare de expensis.

Die Martis sequenti, in mane fecit ibi tonsuras, & exinde venit apud Maniac abbatiam ordinis sancti Benedicti; ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, ab abbate & conventu predicti loci, celebravit & procuratus fuit ipsa die, ad expensas & onera predictae abbatiae de Maniac.

Et quia datum fuerat domino intelligi, quod monachi dictae abbatiae multum dissolute vivebant, jacentes singulariter in cameris, omisso eorum dormitorio, comedentes pariter & singulariter in eorum cameris refectorio praetermissis: mandavit dominus abbatem & monachos dicti loci coram se, & in praesentia monachorum suorum eidem abbati praecipit, quod de cetero comederent in refectorio, & jacerent in dormitorio, & non alibi, nisi ex causa: exceptis in officiis constitutis, de quibus praecipit dominus, ut servaretur in eis, quod hactenus fuerat observatum.

Predictus abbas promisit domino, quod staret ordinationi suae, & quod in praemissis tanquam suo ordinario obediret.

Die Mercurii sequenti, venit dominus apud Vedrines, prioratum monasterii Casae Dei, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, audivit Missam & procuratus fuit ibidem ad expensas prioris dicti loci. Summa autem expensarum fuit, novem librae Turonenses.

Eadem die finavit prior de Vantandor, Clugniacensis ordinis, de procuracione sua ad decem libras.

Et ipsa die incepit dominus dare commissiones sub hac forma.

Simon Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Aquitaniae primas dilectio in Christo tali priori, vel abbati Lemovicensis diocesis, salutem in Domino. Conquestus est nobis Lemovicensem diocesim visitantibus B. ejusdem diocesis, quod P. & H. clerici, vel laici, praefatae diocesis, super terris, debitis, possessionibus, & rebus aliis vel usuris injuriantur eidem. Ideoque discretioni vestrae committimus & mandamus, quatinus coram vobis partibus convocatis audiat causas, & sine debito terminetis: facientes, quod de conjunctis per censuram ecclesiasticam auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio, vel amore subtraxerint, censura simili compellatis veritati testimonium perhibere. Datum anno MCCLXXX. &c.

Eadem die impetravit commissionem Joannes de Ocherarico monachus abbatiae Casae Dei, contra Renandum Alemarc, Clunibertum Aboniarum, Petrum Galteri, & uxorem Joannis Boet, Lemovicensis diocesis, & habuit iudicem magistrum P. de Podiis canonicum Haentensis monasterii.

Die Jovis sequenti, in mane audivit ibi dominus Missam, & confirmavit, & tonsuram fecit, & exinde venit apud Tutelam abbatiam ordinis sancti Benedicti, ubi abbas & Burgenfes dictae villae cum trumbis & instru-

ANNO
CHRISTI
1174.

ANNO
CHRISTI
1184.

strumentis aliis jocundis obviaverunt domino: & ipsum conduxerunt usque ad portam ecclesie, & illic fuit receptus multum honorifice ad abbate & conventu dicti loci, pulsatis campanis, & processionaliter: & procuratus ibidem fuit ad expensas abbatis predictae, & non fuit computatum de expensis.

Die Veneris sequenti, in festo beati Laurentii martyris in mane intravit dominus capitulum, predicavit postmodum, & celebravit Missam conventualem in pontificalibus cum pallio, tecit acolytos, predicavit populo, indulgentiam dedit: & fuit ibidem ipsa die ex gratia ad expensas & imitationem abbatis dicti loci.

* Ferris, &
Invitationem.

Qua die congregato capitulo dominus in presentia capituli proposuit, quod monachi in prioratibus constituti sapissime, prioratibus suis debitis servitoribus destitutis, veniebant ad abbatiam suam ibidem diutius residentes: & in cameris dictae abbatiae comedeant, & secum multos monachos dictae abbatiae invitabant pro machinationibus & aliquibus discordiis sustinendis, ut eos possent trahere ad voluntatem suam faciendam: & ita bona abbatiae pro nihilo consumeant, prioratus suos debito servitio defraudantes.

Quare precepit eis dominus, ut super statu abbatiae responderent sibi veritatem. Predicti autem abbas & monachi responderunt concorditer, quod abbatia, tam in temporalibus quam in spiritualibus erat in bono statu. Quibus auditis dominus noluit procedere ulterius, sed recessit.

Die sabbati sequenti, in mane audivit ibi Missam, confirmavit, tonsuras fecit, & exinde venit apud Obaginam abbatiam ordinis Cisterciensis, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra: predicavit in capitulo, & rogavit ipsos de capitulo, ut ipsum recommendatum haberent in orationibus suis, & beneficiis suis. Qui devote eidem annuerunt.

Post prandium eadem die visitavit dominus moniales ibidem, prope existentes, quae nullo vitae suae tempore exeunt claustra, ut dicitur: nec intrant claustrum homines, nisi cum praelatis, vel personis honestis. Predicavit ibidem, & dedit indulgentiam.

Die Dominica in mane sequenti consecravit ibidem in quadam capella, in qua est altare consecratum in honore beatae Mariae Magdalene: audivit Missam, & dedit indulgentiam illis qui interfuerant consecrationi dicti altaris.

Exinde venit apud Argentac prioratum conventualem de Cluis, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra: audivit Missam, confirmavit, & procuratus fuit ad expensas prioris dicti: nec fuit computatum de expensis.

Die Lunae sequenti, audivit ibi Missam, confirmavit, tonsuras fecit, & exinde venit apud Brunasac, prioratum Solenniaccensem, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, & procuratus ad expensas prioris dicti loci. Nec fuit computatum de expensis.

Die Martis in vigilia Assumptionis beatae Mariae Virginis, venit dominus apud Bellum Locum, ubi fuit honorifice receptus a Burgensibus, & processionaliter ab abbate &

conventu dicti loci, & intravit capitulum, predicavit, & visitavit.

Et in ipso capitulo recepit homagium, & fidelitatis juramentum ab abbate predicto de villa Belli-Locensis, cum pertinentiis feodis illius villae; secundum quod in littera compositionis olim factae inter abbatem & dominum Bituricensem archiepiscopum, super hoc continetur.

Et protestatus fuit dominus, quod licet dictum homagium, & juramentum recepit in capitulo supradicto, nullum sibi, & ecclesiae Bituricensi praerudicium generetur, quin predictus abbas & successores ejus ea facere teneantur alibi, quando fuerint requisiti: petens idem dominus archiepiscopus ab ipso abbate claves portarum dictae villae, sibi tradi in signum domini, prout facere tenebatur.

Qui respondit, quod libenter eas traderet, si haberet; sed ad praesens eas non habebat, quia Bernardus de Sacratio, cui eas commiserat custodiendas tempore domini Guidonis predecessoris domini, sibi reddere denegabat, praesentibus pluribus monachis & burgensibus dictae villae, quorum nomina scripta sunt in litteris inferius confectis: eodem vero die dominus fuit cum abbate ex gratia; & a burgensibus villae, &c.

Super homagio & juramento fidelitatis facto, dedit abbas litteram sigillo suo sigillatam sub hac forma.

UNiversis praesentes litteras inspecturis, Rego humilis abbas Bellilocensis, Lemovicensis dioecesis, salutem in Domino. Noveritis, quod cum nos, & conventus noster, nomine ecclesiae nostrae Bellilocensis, a reverendo patre domino Simone Bituricensi archiepiscopo, Aquitaniae primatice, nomine sacrosanctae Bituricensis ecclesiae, tenemus in feodum, & tenere debemus villam nostram Bellilocensem, cum pertinentiis, & juribus ad ipsam spectantibus: cum praedicta omnia moveantur de feodo & dominio Bituricensis ecclesiae, prout evidenter per probationes legitimas productas coram Officiali Nivernensi, iudice super hoc delegato a reverendo patre Simone, Dei gratia titulo sanctae Ceciliae presbytero Cardinali, nunc Apollonicae sedis Legato apparet, & per diffinitivam sententiam ab eodem contra nos pro Bituricensi archiepiscopo promulgatam. Item cum nos teneamus in feodum a domino archiepiscopo, nomine Bituricensis ecclesiae, omnia temporalia prioratuum omnium, administrationum, & obedientiarum ad monasterium nostrum spectantium; ac omnes alias villas nostras cum pertinentiis suis, & juribus omnibus, ac omnia feoda & refoeda ad monasterium nostrum spectantia, videlicet.

Reparium & temporale de Schaulhaec; administrationem & temporalia de Friac, & de Favars, & de Riberia, de Biaroz, & Deufconz, & de Burda, & Delignet; & praeposituram de Budel.

Et temporalis ecclesiarum de Felinis, de Girac, & de Bonavilla, de Scanquel, & de Bochare, Datilaci, de Latuc, & de Nemoire; & villam de Condac; & villam del Saule; Ho.

ANNO
CHRISTI
1184.

ANNO
CHRISTI
1184.

Homagia & feoda vicecomitis Turanne,
domini de Castronovo, domini Regnaudi
de Cavengnac, R. de Turamonca, domini
de Moleto, domini Phiberti de Pomeya,
domini Gilberti de Ganeriis, domini Guil-
lelmi de Cabra, Petri Doragnac, Guillel-
mi de Moritanis, Guillelmi & Adenari
de Fauras, dominorum de Malamorre: &
omnium aliarum personarum, quæ nobis &
monasterio nostro debent, vel fecerunt ho-
magia; & qui tenent in feodum vel re-
feodum nobis & monasterio nostro, vel
tenere debent.
Nec prædicta omnia, vel aliqua de
prædictis tenemus ab alio domino tempo-
rali, nec tenere possumus; cum ipse ar-
chiepiscopus noster, & rerum nostrarum
temporalium dominus sit superior tempo-
ralis, & restitutum habet a nobis, tan-
quam dominus temporalis superior, &
habere debet, & successores sui, nunc &
in perpetuum.
Necnon eidem, & successoribus jurare
tenemur fidelitatem, ac idem claves Bel-
lilocensis villæ tradere in novo adventu
suo, anno Domini MCCCXXXV. XIX. Ka-
lendas Augusti, die Martis, quarta deci-
ma ejusdem mensis, in vigilia Assumptio-
nis beatæ Mariæ Virginis, in monasterio
nostro, videlicet in capitulo nostro, cir-
ca tertiam, pulsata campana ad congregan-
dum conventum nostrum in dicto ca-
pitulo; *Reverendo in Christo Patri domino
Simoni, De: gratia Bituricensis archiepisco-
po, Aquitanie primati suprascripto, nomine
Bituricensis ecclesie, homagium fecimus &
juramentum fidelitatis de omnibus supradi-
ctis: presentibus, & ad hoc vocatis re-
ligioso viro Joanne abbate sancti Sulpicii
Bituricensis; venerabilibus viris domino
Guidone de Nohailles, capicerio Picta-
viensis; & magistro Joanne Grefillons,
canonico ecclesie Bituricensis; fratribus
Simone de Blesis, & Joanne de sancta
Severa, ordinis Minorum; P. de Ruppe,
archipresbytero de Castra, Bituricensis
diocesis, fratre Hugone de Faveris, mo-
nacho sancti Sulpicii Bituricensis; Otho-
ne de Salinis, presbytero & canonico
Magdunensi; Conone presbytero, rectore
ecclesie parochialis de Vierlione, Bituri-
censis diocesis; Hugone monacho, priore
de Urfeto, Claromontensis diocesis; Joan-
ne de Maimac, priore claustrali monaste-
rii nostri, Bernardo de Quercu, infirma-
rio; Petro de Planis, camerario; Bertran-
do de Favars; Stephano de sancto Bada-
lio; Aymerico de Vigilando, monachis
ejusdem nostri monasterii; Martino la
Celhe, Petro Majoris, Petro del Segrey,
Beltrando del Segrey, Ademaro la Treille,
magistro Guillelmo Majoris, & Lauren-
tio Stephani: burgensibus villæ nostræ
Bellilocoensis; & pluribus aliis, &c.*
Die Veneris post Assumptionem beatæ
Mariæ Virginis, venit dominus Bituricensis
apud Albignec, prioratum de Clusa; ubi
receptus fuit processionaliter, ut supra, au-
divit Missam, confirmavit, tonsuras fecit,
& procuratus fuit ad expensas prioris di-
cti loci.

Die sabbati sequenti in mane, audivit ibi
Missam dominus, & exinde venit apud Bri-

nam, prioratum ordinis sancti Augustini;
ubi receptus fuit processionaliter, & procu-
ratus ad expensas dicti loci.

Die Dominica sequenti fuit ibidem do-
minus, ad imitationem domini Guidonis
de Nohailles, capicerii Pictaviensis ex gra-
tia, in domibus dicti prioris; & fuit secum
episcopus Caturcentis.

Eadem die celebravit in pontificalibus
cum pallio, fecit acolytos, & tonsuras,
prædicavit, & indulgentiam dedit.

Die Lunæ sequenti in mane, audivit ibi
Missam dominus, & exinde venit apud Vo-
ties, abbatiam ordinis sancti Benedicti; ubi
receptus fuit processionaliter, ut supra, &
procuratus ad expensas abbatie: nec fuit
computatum de expensis.

Die Martis sequenti audivit ibi Missam,
intravit capitulum, prædicari fecit, & exin-
de venit dominus apud Utarchiam; ubi re-
ceptus fuit processionaliter, campanis pulsa-
tis, ut supra, ab abbate & conventu dicti
loci de Utarchia; & procuratus fuit ad ex-
pensas abbatie. Non fuit computatum.

Die Mercurii sequenti, in octavis Assum-
ptionis beatæ Mariæ Virginis, in mane au-
divit ibi dominus Missam, prædicavit, &
tonsuras fecit, & confirmavit. Et exinde
venit apud Arnacum, prioratum sancti Mar-
tialis Lemovicensis, ubi receptus fuit pro-
cessionaliter, ut supra, & procuratus ad ex-
pensas prioris dicti loci.

Eadem die concessit commissionem domi-
nus Stephano Salavah, clerico conquerenti,
quod Bertrandus, vel Bernardus Boni-
faci, Guido Estuderii, Bartholomæus Radul-
phi, Bernardus Judicis de capella, Petrus
& Gaucelinus fratres super terris, &c. Ju-
dicem priorem claustralem Belliloci. (*Deest
hic aliquid; forte, recognoscere nolebant.*)

Die Jovis sequenti in mane audivit ibi
Missam dominus, confirmavit, & tonsuras
fecit; & exinde venit ad prioratum sancti
Roberti de Casa Dei, ubi receptus fuit,
modo quo supra, processionaliter, & pro-
curatus ad expensas prioris dicti loci.

Die Veneris sequenti, in festo beati Bar-
tholomæi apostoli, venit dominus Bituricensis
apud Dalon vel Daloy, abbatiam ordinis
Cisterciensis, ubi receptus fuit processionali-
ter, ut supra.

Altaria deinde duo in ecclesia dicti loci
dominus consecravit; unum in honore beati
Bartholomæi Apostoli, & aliud in honore
sanctorum Simonis & Judæ Apostolorum, &
audivit Missam, confirmavit, & fecit
tonsuras: & pernoctavit ibidem ad expen-
sas abbatie. Non fuit computatum de ex-
pensis.

Die sabbati venit dominus apud sanctum
Aredium, ubi sunt Canonici seculares: &
receptus fuit processionaliter, ut supra, a
decano & capitulo dicti loci.

Ipsa die celebravit dominus in pontifica-
libus magnam Missam, & fuit procuratus
dicta die ad expensas ducani & capituli di-
cti. Summa expensarum

Die Dominica sequenti, in ecclesia dicti
loci dominus duo altaria consecravit, unum
in honore sancti Aredii, & aliud in honore
sancti Juniani. Celebravit in pontificalibus
cum pallio, fecit acolytos & tonsuras, &
confirmavit.

ANNO
CHRISTI
1184.Forte, ad
invitatio-
nem.

ANNO
CHRISTI
1114.

Et ipsa die venit apud Chalas prioratum A
conventualem sancti Augustini, ubi fuit re-
ceptus processionaliter ut supra, & procura-
tus ad expensas prioris prædicti loci sancti
Aredii.

Die Lunæ sequenti in mane dominus au-
divit ibi Missam, & confirmavit, & ton-
suras fecit.

Et exinde venit apud Sollemniacum, ab-
batiam sancti Benedicti, ubi dominus & e-
piscopus Lemovicensis, abbas sancti Martia-
lis Lemovicensis, & plures alii venerunt do-
mino obviam; & fuit receptus processiona-
liter ipsi præsentibus ab abbate & conven-
tu dicti loci processionaliter, ut supra, &
procuratus ad expensas abbatie. Summa ex-
B penarum, &c.

Eadem die concessit dominus commissio-
nem abbati & conventui dicti loci conque-
rentibus, quod Ademar de Cambonio, do-
mini Becharius, Guido & Aymericus de Cla-
ro oculo, & Johannes, medici, Lemovicen-
sis diocesis, super terris, debitis, possessio-
nibus, &c. injuriantur, eidem judicem prie-
rem claustralem Bellilocensem præstatæ die-
cesis.

Item aliam dictis conquerentibus, quod
Johannes Gregorii clericus, & ejus uxor,
magister Mattheus qui moratur cum domi-
no Gracelino de Castronovo milite, di-
ctus Lalams, & dictus Haurac de Ge-
zons, præstatæ diocesis Lemovicensis, super
terris, &c. injuriantur, eidem judicem supra-
dictum.

Item aliam præposito de Fagia, mona-
cho abbatie Sollemniacensis, ejusdem die-
cesis, conquerenti, quod P. Baylac, G. Do-
neu domicellus, Joannes Deuquarroy, Ay-
mars Samcunnet, & Guido Rogerii, præ-
statæ diocesis Lemovicensis, &c. super ter-
ris, &c. injuriantur, eidem judicem supra-
dictum.

Item alia dicto præposito, conquerenti,
quod B. Greu, B. Baylet presbyter, dictus
Barriso, P. de Brolio, & Bernhardus Man-
ha, præstatæ diocesis, super terris, &c. in-
juriantur, eidem judicem priorem claustralem
Bellilocensem prædictum.

Item aliam Priori de Cella monacho Sol-
lemniacensi, conquerenti quod Guido Ger-
gnos domini Gannac dictus Bonnet Cans,
& Johannes Pellyssa, diocesis præstatæ Le-
movicensis, super terris, &c. injuriantur, ei-
dem judicem supradictum.

Item aliam Guillelmo Saderia, clerico
conquerenti, quod Ademar de Saxum mi-
les, Guillelmus de la Rocha, Joannes Ber-
trandi, G. Jacosta, P. Faure de Examdu-
no, ejusdem diocesis, super terris, &c. in-
juriantur, eidem judicem Priorem sancti
Gerardi Lemovicensis.

Item die Martis sequenti in mane, au-
divit dominus ibi Missam, & confirmavit,
& fecit tonsuras; & exinde venit apud Ca-
lutium, castrum magistri Geraldii de Malo-
monte, & fuit ibidem ad imitationem di-
cti magistri Geraldii ex gratia.

* Forte, in-
visitationem.

Die Mercurii sequenti, in festo Decolla-
tionis beati Joannis Baptistæ, in mane au-
divit ibidem dominus Missam, confirmavit,
tonsuras fecit: & exinde venit apud Petram
Bufferiam, ubi receptus fuit processionaliter
ut supra, & procuratus ad expensas prioris

dicti loci, & præpositi de Charovico; qui
duo unam procuracionem debent prioratus
de Petra Bufferia, & est de abbatia Sol-
lemniacensi: prior de Carovico, est de ab-
batia sancti Augustini Lemovicensis. Summa
expensarum

Eadem die fecit homagium domino, &
juramentum fidelitatis prior monasterii de
Vicano, Caturencis diocesis, de omnibus
temporalibus & juribus, quæ habebant vel
habebat, seu habere poterat, aut debebat
in villa Vicanensi, & pertinentiis suis; præ-
sentibus religiosis viris, Joanne abbate sancti
Sulpicii Bituricensis, priore de Petra Buffe-
ria; domino Guidone de Nohailles, capi-
cerio Pistaviensi; domino Ademaro de Ri-
peria: magistris, Joanne Grefillon canonico
Bituricensi; Petro de Vierstone; P. de Ru-
pe archipresbytero de Castra, Bituricensis
diocesis; Othone de Salinis, capellano do-
mini, canonico Magdunensi, & pluribus al-
iis clericis & laicis.

Et licet dictus prior dictum homagium
teneretur facere domino Bituricensi ad sup-
plicationem dicti prioris, & multorum bo-
norum recepit ibidem dictum homagium
ex gratia: super quibus debuit dare literas
dictus prior de Vicano.

Dicta die impetrarunt a domino commis-
sionem P. de Bellomonte, clericus, &
N. contra rectorem ecclesie de
Mauranis; Blasium Chaussandas, Bartholo-
mæum de Murato, P. Guardelli, & Gera-
ldum Chambatores, laicos ejusdem diocesis,
& huic Bertrandum Alboini canoni-
cum sancti Juliani, ejusdem diocesis Lemo-
vicensis.

Item eidem P. aliam commissionem con-
tra rectorem ecclesie sancti Hilarii de Tu-
rius, P. Hugonis Dantoyr, & Bonetum e-
jus filium, & P. Gardelli, laicos ejusdem
diocesis; & habuit judicem, Guillelmum
Ademay canonicum sancti Arredii, Lemo-
vicensis diocesis prædictæ.

Item idem P. aliam commissionem obti-
nuit, videlicet contra rectorem ecclesie de
Lecturs, P. de Marciho, Guidonem Daf-
sio clericos, P. Gourdelli, & B. Latschauf-
sandas ejusdem diocesis; & habuit judicem
Junianum Canoyis canonicorum sancti Junia-
ni ejusdem diocesis.

Item impetravit aliam idem P. commis-
sionem contra Stephanum Chandeliers, Ste-
phanum de Vernac, & Stephanum Lacro-
caria laicos, ejusdem diocesis Lemovicensis;
& habuit judicem P. Faydici, canonicum
Rasoliensem, ejusdem diocesis.

Item impetravit idem P. aliam commis-
sionem contra rectorem ecclesie Dantor,
Bonetum ejus fratrem, Guillelmum Garat-
haez, Guillelmum Emerici de Ulerchia, &
ejus uxorem præstatæ diocesis, & habuit ju-
dicem Guidonem Delchascuhier canonicum
sancti Arredii.

Item impetravit idem P. &c. contra prio-
rem de Vinhareria rectorem ecclesie de So-
dena, & Guillelmum Mallars laicum ejus-
dem diocesis; & habuit judicem Bertran-
dum Alboini canonicum sancti Juniani.

Die Jovis sequenti, in mane audivit i
Missam dominus, confirmavit, tonsuras fe-
cit: & exinde venit apud Aurelium, prio-
ratum conventualem sancti Augustini: ubi rece-

ANNO
CHRISTI
1114.

ANNO
CHRISTI
1114.

receptus tuit processionaliter presente domi- A
no episcopo Lemovicensi, ut supra, & ibi-
dem inter dominum & episcopum de mul-
tis contulerunt.

Postea recessit episcopus, & ivit pransum
ibi prope ad duas leucas: & dominus re-
mansit, & procuratus tuit ibidem ad ex-
pensas prioris dicti loci.

Dicta die impetravit prapositus Darco
monachus Sollempniacensis commissionem,
contra dictum Arnaus, Guillelmum Pelos,
& Stephanum, * ejus uxor P. & Johannem
dictum seu dictos Gautier, Lemovicensis
diocesis; & habuit judicem priorem de Bel-
lolo, Lemovicensis diocesis.

* Ita m.
Forre. &
Stephanam
ejus uxorem.

Item aliam commissionem impetravit prior B
de Layral, Claromontensis diocesis, ordi-
nis sancti Benedicti, contra Hugonem de
Frayxamas, dictum le Tondou Palic; Joannem
rectorem ecclesie de Verneya, recto-
rem ecclesie de Petraseta; Joannem de Ur-
chier presbyterum Lemovicensis diocesis; &
habuit judicem priorem monasterii Bellilo-
censis eiusdem diocesis.

Die Veneris in mane audivit ibi Missam,
confirmavit, & fecit tonsuras, & exinde
venit dominus apud Orthigiam, prioratum
conventuale. Ordo est per se. Ubi fuit
receptus processionaliter, predicavit in ca-
pitulo, & procuratus tuit ibidem ad expen-
sas prioris dicti loci.

Die sabbati sequenti, in mane audivit ibi
Missam dominus, & fecit tonsuras: & ex-
inde venit apud monasterium Haenten-
se, ubi receptus fuit processionaliter a prapo-
sito, & capitulo dicti loci; & procuratus
fuit in ipsa die ad expensas capituli dictae
ecclesie.

Eadem vero die vocavit dominus canoni-
cos dictae ecclesie coram se, & inquisivit
de statu ecclesie.

Et quia venerabilis vir magister R. de
Albuconio praposituram dictae ecclesie Haen-
tensis, & praposituram ecclesie Rasoliensis,
nec non & ecclesiam parochialem sancti Syl-
vani prope Bellamgardam in eadem diocesi
Lemovicensi, tenebat, tanquam intutula-
ta, in modum qui sequitur contra dictum
prapositum processit, post multas accusa-
tiones:

S Imon, Dei gratia Bituricensis archie-
piscopus, Aquitanie primas, univer-
sis presentes litteras inspecturis, salutem
in Domino. Nuper Lemovicentem dice-
cesin visitantes, dum per villam Bellz-
gardae transitum faceremus, ex clamora
intinatione parochianorum ecclesie san-
cti Silvani prope villam praedictam fre-
quenter didicimus, quod venerabilis ma-
gister R. de Albuconio tria beneficia, quae
inferius annotantur tanquam intutulata
detinebat: quorum unum ex altero non
dependet; in suae salutis praedictum &
scandalum plurimorum: videlicet eccle-
siam sancti Silvani, curam animarum ha-
bentem; ac praposituram ecclesie
Haentenensis; quae prapositurae in dictis
ecclesiis dignitates reputantur. Postea au-
tem ad ecclesiam Rasoliensem descendimus,
visitationis officium exercentes, ubi
canonici dictae ecclesie nobis hae eadem

retulerunt. Tandem ad ecclesiam Haen-
tensem declinavimus causa visitationis of-
ficium exercentes: ubi canonici dictae ec-
clesiae clamorem praecedentium confirman-
tes, non sufficebat admirari, qua conscien-
tia, tam enormem excessum non
compatiendo praedictis ecclesiis toleramus.
Cum autem praemissa omnia nota essent
& manifesta, & adhuc sint; ac episcopus
dictae Lemovicensis diocesis, quoad praemis-
sa negligens fuit, ut dicitur, & remissus
licet: beneficia, quae tanto tempore vaca-
vissent, quoad nos vel ad sedem Apostoli-
cam esset eorum devoluta conferendi po-
testas jure metropolitano, seu auctoritate
sedis Apostolicae conferre possimus, tandem
juxta verbum Apostoli dicentis, *Nemini
cito manum imponas*, volentes super pra-
missis habere certitudinem pleniorum,
ipsum magistrum R. die sabbati ante na-
talem beatae Mariae Virginis diem voca-
vimus coram nobis apud Haentenses: &
ab ipso petivimus diligenter, utrum pra-
fatum clamorem opere complevisset. Qui
nobis respondit, quod praefatam ecclesiam
parochialem, ac dignitates praedictas de-
tinuerat per longa tempora, & adhuc ec-
tiam detinebat, fructus & exitus dicto-
rum beneficiorum levando & percipiendo:
quae beneficia, ut dicebant, successive
fuerat affectus. Primo praposituram Ra-
soliensem, deinde praposituram Haenten-
sem, & ultimo ecclesiam parochialem
praedictam: asserens, tam fuisse super pra-
missis cum ipso a sede Apostolica dispen-
satum. Quam dispensationem ad nostram
conscientiam informandam ab ipso nobis
petimus ostendi. Qui nobis respondit,
quod dispensationem praedictam non ha-
bebat ad praesens, nec habere poterat; sed
die tertia a nobis sibi assignata illam no-
bis ostenderet & obferret. Et nos ad sup-
plicationem ipsius diem Veneris in vigilia
nativitatis beatae Mariae Virginis sibi as-
gnavimus per hoc coram nobis apud Le-
movicum, ad ostendendum & exhibendum
nobis dispensationem praedictam, siquam
haber, & ad procedendum ulterius ut jus
erit. Quam diem praefatus R. grater,
& ex voluntate acceptavit: praesentibus re-
ligiosis viris Johanne abbate sancti Sulpi-
cii Bituricensis; Fratre J. de Phetino, de
ordinis Praedicatorum, Lemovicensi; ac
discretis viris domino Guidone de Noy-
halthes, capicario Pictaviensi; Magistro J.
Gressillon, canonico Bituricensis; Adema-
ro de Riperia & Petro de Vierfione, cle-
ricis; domino Joanne de Vernolhis, ca-
nonico Lemovicensi; ac religioso viro
priore de Maravalle, Lemovicensi dice-
cesis; & pluribus aliis.

Datum dicta die sabbati ante Nativita-
tem beatae Mariae Virginis, apud Haen-
tenses, anno Domini MCLXXXIV.

Die Dominica sequenti in mane, ibidem
apud Haentenses audivit Missam dominus,
& confirmavit, & tonsuras fecit: & exinde
venit dominus apud Parenhae, prioratum
sancti Martialis Lemovicensis, ubi receptus
fuit processionaliter, ut supra: & fuit ibi
procuratus ad expensas capituli dicti loci:
nec fuit computatum ibi de expensis.

Die Lunae sequenti ante Nativitatem bea-
tae Ma-

ANNO
CHRISTI
1114.

ANNO
CHRISTI
1114.

tae Mariæ Virginis, in mane celebravit ibidem dominus, confirmavit, tonsuras fecit: & exinde venit apud sanctum Leonardum, prioratum conventualem ordinis sancti Augustini: ubi receptus fuit processionaliter, prædicavit in capitulo, & procuratus fuit ad expensas prioris dicti loci; in crastino autem celebravit, ibidem confirmavit, & tonsuras fecit.

Commissionem dedit domino domino Guidoni de la Porta, præposito sancti Silvani de abbacia de Uferche, Lemovicensis diocesis, contra Ademarum Forragu, Joannem & Petrum Dola fratres, Jobertum de Bausac, & Guidonem Morcelli domicellum præfate diocesis: & habuit judicem abbatem Bellilocensem.

Die Martis ante Nativitatem beate Mariæ Virginis, intravit dominus Lemovicensem civitatem: & primo declinavit ad ecclesiam cathedralem, ubi fuit receptus processionaliter ab episcopo, induto vestibus pontificalibus, & a canonicis dicti loci indutis cappis fericis: & ipsa die fuit procuratus in domibus episcopi, ad expensas ipsius episcopi, nomine capituli: quia debet solvere procuracionem pro capitulo, secundum quod est consuetum: nec fuit computatum.

Et notandum quod, antequam dominus intraret civitatem, venerunt domino obviam bene per unam leucam; scilicet episcopus Lemovicensis, decanus, magnus archidiaconus, cantor, archidiaconus de Malamorte, abbas Dauracensis, magister Gillebertus, & plures alii canonici Lemovicenses: & abbates sanctorum Martialis & Martini, qui processionaliter pro recipiendo dominum processionaliter.

Die Mercurii sequenti, prædicavit in capitulo, & visitavit; presentibus in capitulo episcopo, & canonicis dictæ ecclesiæ, qui ex gratia specialii obtulerunt ei primam præbendam in ecclesia vacaturam ad opus cuiusdam clerici sui.

Et ipsa die celebravit in dicta ecclesia majorem Missam in pontificalibus presente episcopo: prædicavit populo: indulgentiam dedit, & fuit procuratus in domibus episcopi Lemovicensis ab ipso episcopo, & ad expensas ipsius.

Die Jovis sequenti, visitavit dominus prioratum sancti Andreæ Lemovicensis, ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, presente episcopo: & declinavit ad abbatiam sancti Martini, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra: audivit Missam, & fuit procuratus ibidem ad expensas abbatis dicti loci: de quibus solvit prior sancti Andreæ Lemovicensis medietatem, prout consuetum erat.

Die Veneris sequenti, in vigilia Nativitatis beate Mariæ Virginis, visitavit dominus abbatiam sancti Augustini Lemovicensis: ubi receptus fuit processionaliter ab abbate, & conventu dicti loci, audivit Missam, & fuit procuratus ad expensas abbatis: nec fuit computatus de expensis.

Die sabbati in festo Nativitatis beate Mariæ Virginis, intravit dominus ibidem capitulum, prædicavit, & exinde venit ad abbatiam sancti Martialis Lemovicensis, ubi receptus fuit processionaliter presente episcopo Lemovicensi ab abbate & conventu dicti loci: celebravit Missam conventualem in pontificalibus cum pallio: acolytus fecit;

Consil. General. Tom. XXIV.

populo prædicavit, & dedit indulgentiam: & ipsa die procuratus fuit ad expensas prædicæ abbatis: in procuracione non fuit computatum.

Die Dominica sequenti in mane, intravit dominus capitulum: prædicavit, & visitavit, audivit Missam, & procuratus fuit ibidem ad expensas abbatis: in procuracione, quia abbas dicti loci tenetur ad suas procuraciones.

Ipsa die Dominica visitavit dominus abbatiam de Regula Lemovicensi, ubi quoque receptus fuit processionaliter; prædicavit, & visitavit in capitulo: & procuracionem suam, quam eis scilicet abbatis & conventui mandaverat ad diem sequentem, remisit ista vice abbatissæ dicti loci, ad supplicationem ipsius abbatissæ, ac venerabilis viri domini Guidonis de Noyhayles capicerii Pictaviensis, sicut & ad supplicationem abbatis Dauracensis, & plurimorum aliorum.

De Lunæ sequenti in mane, audivit dominus Missam apud sanctum Martialem: & in camera sua presentibus episcopo Lemovicensi, decano, archidiacono, abbate Dauracensi, canonicis Lemovicensibus, & pluribus aliis clericis & laicis, dominus viginti tres parvos tonsuravit.

Et notandum quod visitando dictam Lemovicensem civitatem, concessit commissiones quæ sequuntur: quarum commissionum forma mutata fuit prout sequitur, & concessa personis infra scriptis.

„ Simon, Dei gratia Bituricensis archie-
„ piscopus, & Aquitanie primas, dile-
„ cto in Christo priori de Tutella, ordinis
„ sancti Benedicti, Lemovicensis diocesis,
„ salutem in Domino, qui est omnium sa-
„ lus. Conquestus est nobis prædictam Le-
„ movicensem diocesim visitantibus Guillel-
„ mus Jordani miles ejusdem diocesis, quod
„ Helias de Fonte presbyter & rector eccle-
„ siæ de Barnaco, præfate diocesis Lemo-
„ vicensis, super terris, debitis, possessioni-
„ bus, & rebus aliis injuriantur eidem. Hinc
„ est quod cum de consuetudine approbata
„ de causis, controversiis, seu litibus qui-
„ buscumque omnium subditorum dictæ diocesis,
„ de quibus diocesanus loci cognoscere non
„ inceptit, possumus cognoscere visitando,
„ & ea sine debito terminare, vel
„ committere, & in possessione hujusmodi
„ juris, vel quasi, tam nos, quam prædecessores
„ nostros fuerimus, & etiam adhuc sumus,
„ discretioni vestre mandamus: quatenus
„ coram vobis vocatis partibus causas
„ audiatis prædictas, & eas sine debito usuris
„ cessantibus terminetis: facientes quod
„ decreveritis per censuram ecclesiasticam
„ auctoritate nostra firmiter observari. Testes
„ autem qui fuerint nominati, si se
„ gratia, odio, vel timore subtraxerint,
„ censura simili compellatis veritati testimonium
„ perhibere. Vobis enim quoad omnia
„ supradicta committimus vices nostras,
„ donec eas duxerimus revocandas.
„ Datum, &c.

Sub forma prædicta idem miles contra Guillelmum de Pœna Vayra, militem dictæ diocesis, aliam commissionem impetravit: & habuit judicem præpositum de Mammaco, dictæ diocesis Lemovicensis.

Yy Item

ANNO
CHRISTI
1114.Form
dictæ,
non
fuit compu-
tatum, ut
proxime.

ANNO
CHRISTI
1117.

Item idem miles contra Hugonem Ar-
niac, militem ejusdem diocesis, impetravit
aliam: & habuit judicem Petrum de Saver-
ril, canonicum Dauratensem.

Item Bernardus Raymundi, clericus Lemo-
vicensis diocesis, contra Gaucelinum Mac-
cel, Joannem Douverdieri, Agnetem Fau-
ressa, Joannem Audebert Decrosoli, & fi-
lium Pensic, clericum dictae diocesis, com-
missionem impetravit similiter: & habuit ju-
dicem priorem claustralem monasterii de Tu-
tella, praedictae diocesis.

Item aliam commissionem impetravit Bo-
so de Montibus, domicellus dictae diocesis,
contra P. Laracha, Raymundum Apicat,
relictam dicti Nacayner, & uxorem dicti B
Socameu, & Hubertum de Arlot, dictae
diocesis; & habuit judicem S. Chabilli,
canonicum sancti Juniani, praefatae dio-
cesis.

Item Armfingarda, dictae diocesis Lemo-
vicensis, commissionem impetravit contra
Gaucelinum de Aforla, militem; Heliam
Sulhei, militem; Heliam de Nobiliaco, do-
micellum; Laurentium Fautoris; P. Borda
Nayra, ejusdem diocesis; & magistrum S.
de Malomonte, canonicum Lugdunensem,
pro judice impetravit: & viso tamen, ne
virtute hujusmodi rescripti extra diocesim
Lemovicensem partes petraherentur.

Item Aymericus de Jarniac miles commis-
sionem impetravit contra Heliam Durandi,
R. Durandi, Henricum Bordanoyra, Ste-
phanum de Nuer, P. Chabnen, dictae dio-
cesis: ac P. de Barnon, canonicum Rasol-
liensem, Lemovicensis diocesis, pro judice
sub praedicta forma impetravit.

Die Lunae praedicta, in crastino Nativi-
tatis beatae Mariae Virginis, exiit dominus
civitatem Lemovicensem, & ipsa die venit
apud Carnum, juxta Axiam, prioratum sancti
Martialis Lemovicensis: ubi fuit receptus
processionaliter, ut supra, & procuratus ad
expensas prioris dicti loci, & prioris de Ape;
qui domino ad unam procuracionem tenen-
tur. Summa expensarum, undecim librae,
& duo solidi.

Dicta die impetravit commissionem Ay-
mericus Raucherus, laicus cruce signatus,
Lemovicensis diocesis, contra Heliam Pelli-
parii, clericum; * Gt. de Chamberac, pres-
byterum; P. Loveu; P. Pecum, laicum e-
jusdem diocesis: habuit judicem dominum
Julianum de Crozis, canonicum sancti Are-
dii, praefatae diocesis.

Item ibidem impetravit commissionem
Thomas de Montepessulano, de castro Lemo-
vicensi cruce signatus, contra Stephanum
Cambsfortz, P. Lo Lacier, P. de Perrei-
gnec, P. Pecum, & Guillelmum Vachier,
Lemovicensis diocesis: & habuit judicem
Julianum de Crozis praedictum, canonicum
sancti Aredii.

Die Martis sequenti audivit ibi dominus
Missam, & confirmavit, & fecit tonsuras;
& exinde venit apud Rupem Cavardi, prio-
ratus abbatiae de Caroso, ubi receptus fuit
processionaliter: & procuratus ad expensas
prioris dicti loci: & non fuit computatum
de expensis.

Die Mercurii sequenti in mane, audivit
ibi Missam dominus, & confirmavit, & fe-
cit tonsuras: & exinde venit apud Naacro-

num, prioratum de Carosio, ubi receptus
fuit processionaliter, & procuratus ad ex-
pensas prioris dicti loci. Summa expen-
sarum fuit, tredecim librae cum septem
solidis.

Die Jovis sequenti in mane, audivit ibi
Missam dominus, & confirmavit, & fecit
tonsuras: & exinde venit apud Buxerium,
prioratum conventualem de Clusa, ubi re-
ceptus fuit processionaliter, ut supra, &
fuit procuratus ad expensas prioris dicti lo-
ci: nec fuit computatum de expensis.

Die Veneris sequenti, in festo Exaltatio-
nis sanctae Crucis, venit dominus apud Sa-
las, prioratum conventualem ordinis sancti
Augustini; ubi receptus fuit processionali-
ter, ut supra: celebravit in pontificalibus,
acolytos fecit: & procuratus fuit ad expen-
sas prioris dicti loci, qui noluit computare
de expensis.

Die sabbati sequenti, in octavis Nativita-
tis beatae Mariae Virginis, venit dominus a-
pud Perusiac, prioratum de Carosio: ubi
receptus fuit processionaliter, ut supra; ce-
lebravit in pontificalibus, praedicavit, indul-
gentiam dedit, confirmavit, & fecit tonsu-
ras: & procuratus fuit ipsa die ad expensas
prioris dicti loci, nec fuit computatum de
expensis.

Die Dominica sequenti, venit dominus
ad abbatiam Strpensem, ubi receptus fuit
processionaliter, ut supra; audivit Missam,
& procuratus fuit ad expensas abbatiae: nec
fuit computatum de expensis.

Die Lunae sequenti, venit dominus in
mane, & intravit capitulum, & visitavit;
& exinde venit apud sanctum Junianum,
ubi receptus fuit a decano capituli. Summa
expensarum, tredecim librae, quinque dena-
rii minus.

Die Martis sequenti in mane, audivit
ibi Missam dominus, populo praedicavit, in-
dulgentiam dedit, tonsuras fecit, confirma-
vit, & in capitulo visitavit, & dedit com-
missiones, quae videlicet sequuntur.

Eadem die Catharina relictam Heliae de
Siens, tatrix. J. & Aymerici pupillorum
suorum, impetravit commissionem contra
Heliam de Varenis militem, Petrum de Mo-
lico, Heliam de Sue, Aymericum Pleychas
Valeti, Guillelmum de Fuino, & dictum
Guaydamour: & habuit judicem Heliam
Bortelli, canonicum sancti Juniani.

Item aliam commissionem obtinuit dicta
relictam contra Germanum Doveri, Germa-
num Raen, & P. de Rossays, Lemovicensis
diocesis; & habuit judicem praedictum He-
liam Bortelli, canonicum sancti Juniani.

Item commissionem obtinuit P. Borelli,
& Petronilla ejus soror, ejusdem litis con-
sortes, contra Heliam de Malomonte, mi-
litem; P. Vermier, cappellanum de Derna-
rac; P. Barac, & P. Boveron, ejusdem dio-
cesis: & habuerunt judicem Geraldum Gal-
terri, canonicum sancti Juniani praedicti, Lemo-
vicensis diocesis.

Die Martis praedicta, venit dominus a-
pud Beux, abbatiam ordinis Cisterciensis;
ubi receptus fuit processionaliter, ut supra:
& pernoctavit ibidem ad expensas abbatiae
praedictae, nec fuit computatum.

Die Mercurii sequenti in mane, audivit
ibi Missam dominus, & confirmavit; & ex-
inde

ANNO
CHRISTI
1117.

ANNO
CHRISTI
1114.

inde venit apud Grandimontem prioratum, ubi receptus fuit de more, processionaliter, a priore & conventu dicti loci de Grandimonte; & fuit dominus procuratus in aula dicti prioris, & fuit prior secum ad prandium, & ad expensas prioris dicti loci: nec fuit computatum de expensis.

Die Jovis in mane, intravit dominus capitulum, prædicavit, & se orationibus fratrum commendavit; audivit Missam, confirmavit, tonsuras fecit: & exinde venit apud Ambazac, prioratum de abbacia sancti Augustini Lemovicensis: ubi receptus fuit processionaliter, & procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, decem libræ Turonenses, cum septemdecim solidis: & propter paupertatem loci, dicto priori procurare promisit in primo adventu suo procuracionem.

Visitatio episcopatus Caturcensis a domino Bituricensi archiepiscopo.

ANNO
CHRISTI
1115.

Anno Domini MCLXXXV. die Jovis post mediam Quadragesimam intravit reverendus pater dominus Simon Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Aquitanie primas, diocesim Caturcensem, causa visitationis.

Et primo declinavit apud Marcellum, ubi fuit receptus processionaliter, pulsatis campanis, & procuratus ad expensas rectoris ecclesie dicti loci. Summa expensarum, septemdecim libræ, & duodecim solidi Turonenses.

Et notandum, quod pro caristia temporis, quæ carior incomparabilis erat in partibus illis, fiebant expensæ tam magnæ, & etiam quandoque propter supervenientes. Nam panis, qui alio tempore non valebat nisi unum denarium, valebat, & vendebatur tunc novem denarios, & sic de aliis epulis.

Et sciendum, quod in comitiva domini erant hi, quorum nomina hic notantur: scilicet religiosi viri, Guido abbas monasterii Vierfionensis, frater domini; minister Renerius de Senonis, archidiaconus Grancensis, in ecclesia Bituricensi; dominus Otho de Salinis, canonicus Magdunensis: Canon canonicus Mimantensis, cappellani domini; magistri P. de Vierfione & R. de Charitate, clerici domini; frater Joannes Marfac, monachus Vierfionensis; frater Hugo, monachus sancti Sulpicii Bituricensis, penitentiarius domini; magister Joannes de Camera, & Joannes de Senonis nepos dicti archidiaconi; & plures alii clerici & laici.

Die Veneris sequenti, ibidem in mane audivit dominus Missam, indulgentiam dedit; & exinde venit apud Varrac, prioratum de Tutella, Lemovicensis diocesis: ubi receptus fuit processionaliter, pulsatis campanis, & procuratus ipsa die ad expensas prioris dicti loci: nec fuit computatum de expensis.

Eadem die finavit de procuracione sua prior de Carenac, ordinis Clugniacensis, au quatuordecim libræ Turonenses.

Die sabbati sequenti, venit dominus apud Rupem Amatoris, prioratum abbacie Tutellæ, Lemovicensis diocesis: ubi fuit

Concil. General. Tom. XXIV.

receptus processionaliter ab abbate Turci lensi, & priore, & conventu dicti loci, pulsatis campanis; & in dicta ecclesia eodem die sacros ordines celebravit, & quosdam clericos Claromontensis diocesis ordinavit, & quosdam de diocesi Caturcensi, de licentia episcopi Caturcensis, qui sibi litteram clausam miserat sub hac forma:

Reverendo in Christo patri ac domino suo carissimo domino Simoni, divina providentia Bituricensi archiepiscopo, & Aquitanie primati; Raymundus permissione divina suus devotus Caturcensis episcopus; salutem, & cum recommendatione te ipsum ad ejus beneplacita & mandata. Reverende pater, sanctitati vestræ humiliter supplicamus, quatenus hac instanti die sabbati proxima post festum Annunciationis Dominicæ, ubicumque eadem die vos esse contingat in Caturcensi diocesi, vobis ibidem placeat sacros ordines celebrare: nos enim dictis ordinibus supercedebimus, ob vestri reverentiam & honorem. Valeat vestra reverenda paternitas bene & diu, quæ nobis semper præcipiat, tanquam suo. Datum Caturci die Jovis post dictum festum, &c.

Ordinibus vero celebratis, procuratus fuit ad expensas prioris dicti loci; & noluit computare; quia abbas suus, & monachi dicti loci comederant cum domino ad prandium.

Die Dominica sequenti, qua cantatur, *Ibi sunt dies*, ibidem apud Rupem Amatoris dominus celebravit, & prædicavit, & indulgentiam dedit; & quamplurimos, præsentente episcopo Caturcensi, confirmavit.

Et exinde venit apud Soliacum, prioratum conventualem de Aureliaco; ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, & procuratus ad expensas prioris dicti loci de Soliaco. Noluit computare de expensis.

Die Lunæ sequenti in mane, audivit ibi Missam, & confirmavit, & tonsuras fecit, & prædicavit, & indulgentiam dedit; & exinde venit dominus apud Gordovium seu Gordonium, prioratum de Vicano; ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, & procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa autem expensarum fuit, scilicet tredecim libræ, cum quatuor solidis Turonensibus.

Die Martis sequenti in mane, audivit ibi Missam, prædicavit, indulgentiam dedit, & confirmavit, & tonsuras ibidem fecit. Et exinde venit dominus apud Vicano, prioratum conventualem ordinis sancti Augustini: qui prioratus, cum ejus pertinentiis universis, tenetur a domino in feodum; & ibi fuit receptus processionaliter, ut supra, & procuratus in procuracione ad expensas prioris dicti loci. Summa autem expensarum, viginti duæ libræ, & septemdecim solidi cum sex denariis Caturcensibus; valent quindecim libræ, & quinque solidos Turonenses.

Die Mercurii sequenti fuit ibidem cum priore ex gratia; & eadem die ex gratia hac vice remisit dominus priori prædicto de Vicano procuracionem suam, quam ad dictam diem mandaverat priori de Concorret, qui prioratus est de abbacia sancti Ambrosii Bituricensis: quoniam prioratum idem prior de Vicano tenebat ad firmam.

Y y 2

Die

ANNO
CHRISTI
1115.

ANNO
CHRISTI
1283.

Die Jovis sequenti, fuit ibidem dominus ad expensas proprias, & in mane intravit capitulum dicti prioratus, & visitavit; & eadem die prior & conventus de Vicano praedicti, super homagio & fidelitate, quas domino facere tenentur de prioratu suo & pertinentiis universis, dederunt litteras sub hac forma:

Tenor litterarum de homagio facti per Priorem & conventum de Vicano, domno archiepiscopo Bituricensi.

UNiversis praesentes litteras inspecturis, nos Petrus Stephani prior monasterii de Vicano, Caturcensis diocesis, ordinis sancti Augustini; totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus, quod cum nos, nomine praedicti monasterii nostri, teneamur facere fidelitatem & homagium de omnibus rebus temporalibus, quocumque nomine ad nos & monasterium nostrum, quocumque jure, seu quantacumque causa vel modo pertinentibus, reverendo patri ac domino domino Simoni Dei gratia Bituricensi archiepiscopo, Aquitaniae primati: quae scilicet fidelitatem & homagium praedecessores nostros in dicto monasterio, Bituricensi archiepiscopo seu Bituricensibus archiepiscopis, qui fuerunt nostro tempore, ex debito contineamur fecisse. Nos ab eodem domino archiepiscopo, nomine suae Bituricensis ecclesiae, recognoscimus tenere in feodum omnia & singula temporalia superscripta: eisdem domino archiepiscopo nos praedictus Petrus Stephani prior de Vicano, nomine praedicti monasterii nostri, gratanter, prout tenemur, fecimus fidelitatem & homagium, nostro & conventus nostri nomine, apud Petram Buferiam, Lenovicensis diocesis; ubi de mera gratia, ab eodem reverendo patre admissi fuimus ad praemissa: quamquam apud Biturigam, si placeret eidem domino, praedictam fidelitatem & homagium facere teneamur. In cujus rei testimonium sigilla nostra, Nos prior & conventus praedicti, quibus divisim utimur, praesentibus duximus apponenda. Datum apud Vicanium, anno Domini MCCLXXXV. die Jovis ante Ramos palmarum.

Anno praedicto, diebus Mercurii & Jovis praedictis, scilicet ante Ramos Palmarum, ibidem apud Vicanium, in claustrum ecclesiae de Vicano, coram domino archiepiscopo, & mandato suo, personae infra scriptae, parochiani de Guorgonio, qui super usuraria pravitare erant quam plurimum diffamati; coram domino propter hoc vocati abjuraverunt: & per mandatum domini summas infra scriptas, quas se confessi fuerunt habuisse per usurariam pravitatem, per juramentum suum restituere promiserunt, & stare juri super his coram eo.

Bertrandus de Faveris abjuratus usuras, ut praemittitur, promisit restituere centum solidos monetae antiquae: quos, prout ipse confessus est, habuerat per usurariam pravitatem.

Girardus la Olmeida abjuratus usuras, ut praemittitur, promisit restituere quindecim

solidos monetae antiquae: quos, prout confessus est, habuerat per usurariam pravitatem.

Girardus de Molendino abjuratus usuras, ut praemittitur, promisit restituere centum solidos: quas, prout ipse confessus est, habuerat per usurariam pravitatem.

Raimundus de Porverlel abjuravit usuram, ut praemittitur, & promisit restituere octo libras: quos, prout etiam confessus est, habuerat per usurariam pravitatem.

Girardus Molendinarii abjuravit usuram, ut praemittitur, & promisit restituere decem & octo denarios: quos, prout confessus fuit, habuerat per usurariam pravitatem.

Regnaudus Constantini abjuratus usuram, prout praemittitur, promisit restituere quinquaginta solidos: quos, prout confessus est, habuerat per usurariam pravitatem.

Guillelmus de Angolismo abjuratus usuram, prout praemittitur, promisit restituere decem libras: quas, prout ipse confessus, habuerat quoque per usurariam pravitatem.

Bernardus de Faveris abjuratus usuram, ut praemittitur, promisit restituere triginta solidos: quos, prout confessus fuit, habuerat quoque per usurariam pravitatem.

Girardus Richardi abjuratus est usuras, prout praemittitur, & promisit restituere quatuor libras: quas, prout confessus est, habuerat per usurariam pravitatem.

Stephanus Masit abjuratus est usuras, prout praemittitur, & promisit restituere triginta solidos: quos, prout confessus est, habuerat per usurariam pravitatem.

Deodatus de Olvicida abjuratus est usuras, prout praemittitur, & promisit restituere centum solidos: quos, prout confessus fuit, habuerat per usurariam pravitatem.

Giraldus Esturaldi abjuratus est usuras, prout praemittitur, & promisit restituere centum solidos: quos, prout confessus est, habuerat per usurariam pravitatem.

Raimundus de Proverel abjuratus est usuras, ut praemittitur, & promisit restituere decem libras Caturcenses: quas, prout confessus fuit, habuerat per usurariam pravitatem.

Bernardus de Vineis abjuratus est usuras, prout praemittitur, & promisit restituere quinquaginta solidos: quos, prout confessus fuit, habuerat per usurariam pravitatem.

Arnaudus Novelli abjuratus est usuras, prout praemittitur, & promisit restituere viginti solidos: quos, prout confessus est, habuerat per usurariam pravitatem.

Raymundus Ribere abjuratus est usuras, prout praemittitur, & promisit restituere sexaginta solidos: quos, prout confessus est, habuerat per usurariam pravitatem.

P. Texendarius abjuratus est usuras, prout praemittitur, & promisit restituere centum solidos: quos, prout confessus est, habuerat per usurariam pravitatem.

Alnaudus de la Tramoille abjuratus est usuras, ut praemittitur, & promisit restituere quinquaginta solidos: quos, prout confessus fuit, habuerat per usurariam pravitatem.

Guillelmus de Gallucio abjuratus est usuram, ut praemittitur, & promisit restituere quatuor

ANNO
CHRISTI
1283.

ANNO
CHRISTI
1113.

quadraginta & octo solidos: quos, prout A
confessus est, habuerat per usurariam pravi-
tatem.

Ademarus Castri abjuratus est usuras,
prout pramittitur, & promisit restituere
quinque sextertia bladi: quæ, prout confes-
sus est, habuerat per usurariam pravi-
tatem.

Renaudus Bonardi abjuratus est usuras,
ut pramittitur, & promisit restituere vigin-
ti quinque solidos: quos, prout pramitti-
tur, confessus est habuisse per usurariam
pravitatem.

Deodatus de Mercato abjuratus est usu-
ras, ut pramittitur, & promisit restituere B
quinquaginta solidos: quos, prout confessus
fuit, habuerat per usurariam pravitatem.

Guillelmus de Casselade abjuratus est usu-
ras, ut pramittitur, & promisit restituere
centum solidos: quos, prout confessus est,
habuerat per usurariam pravitatem.

Raimundus de Marcillac abjuratus est usu-
ras, ut pramittitur, & promisit restituere
decem solidos: quos, prout confessus fuit
habuerat per usurariam pravitatem.

Raimundus de Fouborne abjuratus est usu-
ras, prout pramittitur, & promisit restitue-
re octo libras: quas, prout confessus fuit,
habuerat per usurariam pravitatem.

Gilbertus de Carentelo abjuratus est usu-
ras, prout pramittitur, & promisit restitue-
re decem libras: quas, prout confessus fuit,
habuerat per usurariam pravitatem.

Arnaldus Raynes abjuratus est usuras,
ut pramittitur, & promisit etiam restituere
decem solidos: quos, prout confessus fuit,
habuerat per usurariam pravitatem.

P. Laval abjuratus est usuras, prout pram-
mittitur, qui promisit restituere quinquagin-
ta solidos: quos, prout confessus fuit, ha-
buerat per usurariam pravitatem.

Guillelmus de Brina abjuratus est usuras,
ut pramittitur, & promisit restituere decem
solidos: quos, prout confessus est, habue-
rat per usurariam pravitatem.

Guillelmus de Benast abjuratus est usuras,
ut pramittitur, & promisit quoque restituere
decem solidos: quos, prout confessus est,
habuerat per usurariam pravitatem.

Arnaldus de Brinis abjuravit usuras, pro-
ut pramittitur, & promisit restituere vigin-
ti solidos: quos, prout confessus fuit, ha-
buerat per usurariam pravitatem.

S. P. Sp. Roal abjuratus est usuras, ut
pramittitur, & promisit quoque restituere
quinque solidos: quos, prout ipse confes-
sus est, ante habuerat per usurariam pravi-
tatem.

Bernardus de Bonperrier abjuratus est usu-
ras, ut pramittitur, & promisit restituere E
decem solidos: quos, prout confessus fuit,
habuerat per usurariam pravitatem.

Guillelmus de Linars abjuratus est usu-
ram, prout pramittitur, & promisit restituere
viginti quinque solidos: quos, prout confes-
sus est, habuerat per usurariam pravitatem.

P. Seguin abjuratus est usuras, prout pram-
mittitur, & promisit restituere duodecim soli-
dos antique monete: quos, prout confes-
sus est, habuerat per usurariam pravi-
tatem.

Guillelmus Palmerii abjuratus est usuras,

prout pramittitur, & promisit restituere vi-
ginti solidos: quos, prout confessus fuit,
habuerat per usurariam pravitatem.

Gasbertus du Coffet abjuratus est usuras,
prout pramittitur, qui promisit etiam res-
tituere decem solidos: quos, prout confes-
sus fuit, habuerat per usurariam pravi-
tatem.

Die Veneris sequenti, ibidem apud Vi-
canum in mane audivit dominus Missam,
& exinde venit apud Fontes, prioratum con-
ventualium abbatie de Figiaco, Caturcensis
diocesis, ubi receptus fuit processionaliter
pulsatis campanis, & procuratus in procura-
tione ad expensas prioris dicti loci. Sum-
ma expensarum, quatuordecim libra Turon-
enses, cum sex solidis.

Die sabbati sequenti in mane, audivit ibi
dominus Missam, & fecit praelevari, & in-
dulgentiam dedit, confirmavit, & fecit ton-
suras: & exinde venit apud Capdenatum,
prioratum de Aureliaco, ubi fuit receptus,
ut fuit supra, processionaliter pulsatis cam-
panis, &c. & procuratus est ad expensas
prioris dicti loci: Summa expensarum, vi-
ginti duæ librae, octo solidi, & tres denarii
Caturcenses; valent quatuordecim librae, &
novemdecim solidos Turonenses.

Eadem die sabbati, suavit domino de
procuratore sua prior de Cardelliaco, qui
est ordinis Cluniacensis, ad quatuordecim
libras Turonenses.

Die Dominica sequenti in Ramis Palma-
rum, venit dominus apud Figiacum, abba-
tiam ordinis sancti Benedicti, diocesis Ca-
turcensis: ubi receptus fuit honorifice, cum
trumpis, campanis pulsatis, & processiona-
liter a conventu dicti loci, induto cappis
sericis, absente abbate, qui ierat ad regem.

Et ipsa die processionaliter cum conven-
tu dicti loci, dominus accessit ad parochia-
lem ecclesiam dicti loci, in qua praeleavit
populo, indulgentiam dedit: & postmodum
rediit ad abbatiam: & ad majus altare, in
pontificalibus, cum pallio celebravit: acoly-
tos fecit; & ipsa die procuratus fuit ad ex-
pensas abbatie dicti loci, in procuratore.
Summa expensarum fuit, viginti quatuor
librarum, trium solidorum, & octo dena-
riorum Caturcensium, valentium octode-
cim librae, duos solidos, & sex denarios,
ut dicitur, Turonenses.

Die Lunae sequenti, visitavit dominus prio-
ratum de Cassignolis: qui prioratus est de
abbatia Figiacensi, & est in manu abbatis;
ubi receptus, ut supra, audivit Missam,
confirmavit, & reversus est apud Figiacum
in abbata: ipsa die fuit procuratus, super
procuratore praedicti prioratus de Cassigno-
lis. Summa expensarum fuit, viginti trium
librarum, & decem solidorum Caturcen-
sium, valentium quindecim librae, tredecim
solidos, & quatuor denarios Turonenses.

Eadem die Lunae finavit prior de Burgo,
qui prioratus est de Aureliaco, ad sum-
mam octo librarum pro expensis, quia pau-
per erat.

Die Martis sequenti in mane, ibidem a-
pud Figiacum, audivit dominus Missam, &
confirmavit, & fecit tonsuras; & exinde ve-
nit apud Marcellatum, abbatiam nigram,
ubi receptus fuit processionaliter; ad expen-
sas

ANNO
CHRISTI
1113.

ANNO
CHRISTI
1115.ANNO
CHRISTI
1115.

fas abbatis dicti loci, ut supra, procuratus. Summa, viginti duarum librarum, & duo solidi Caturcenses, valentium quatuordecim libras, & quatuordecim solidos, & octo denarios Turonenses. Et cum domino comedij abbas dicti loci, cum viginti duabus personis de ipsius abbatis predicti familia: in crastino vero audivit ibi Missam dominus in mane, & quosdam ibidem confirmavit.

Die Mercurii sequenti, scilicet ante Pascha, intravit dominus Civitatem Caturcentem; & venerunt eidem obviam fere per duas leucas episcopus, archidiaconi, & multi alii canonici ecclesie Caturcensis, cum magna societate: qui postmodum ad recipiendum dominum ante in civitatem reversi sunt.

Et primo declinavit ad majorem ecclesiam, ubi receptus fuit processionaliter, campanis pulsatis, ab episcopo induto pontificalibus ornamentis, & canonicis dictae ecclesie in cappis fericis, cum trumpis & gaudio magno.

Et postea venit dominus ad monasterium monialium beatae Mariae Deauratae vel de Aurate, ejusdem civitatis; ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, & procuratus ad expensas priorissae, & conventus dicti loci.

Et fuerunt episcopus & archidiaconus cum domino ad prandium. Postmodum vero ivit dominus in domibus episcopi, ubi jacuit; quia domus dicti prioratus non erant sufficientes.

Summa expensarum, viginti trium librarum, & septemdecim solidorum, & sex denariorum Caturcensium, valentium quindecim libras, & octodecim solidos, & tres denarios Turonenses. Et habuerunt omnes moniales panem & vinum, & Pisdanciam sufficientem de mandato priorissae super expensis hujusmodi.

Die Jovis sequenti, visitavit dominus dictas moniales, praedicavit in capitulo, & dedit indulgentiam; & postmodum venit ad majorem ecclesiam, intravit capitulum, visitavit, & praedicavit, episcopo & canonicis praesentibus, & multis aliis.

Postea in eadem majori ecclesia fecit servitium: chrisma, episcopo praesente, consecravit, & fecit solemnitate qua decet.

Quo facta, visitavit dominus prioratum sancti Ursitini, ejusdem civitatis, prioratum Marciliaco, quem tenebat dominus Sequardus canonicus ejusdem Caturcensis ecclesie & frater abbatis Miseracensis; ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, & procuratus in procuratione ad expensas prioris dicti loci. Et fuit dominus episcopus ad prandium cum domino, & multi alia ad imitationem dicti domini Sequardi; nec fuit computatum de expensis.

Die Veneris sequenti, cum episcopo in domibus suis fuit dominus ex gratia: & eadem die fecit servitium dominus in majori ecclesia, praesente episcopo: & tractavit de pace inter burgentes civitatis, & dictum episcopum reformanda.

Sabbato Paschae fuit dominus cum episcopo similiter in domibus suis in procuratione, nec fuit computatum: & ipsa die in majori ecclesia, episcopo praesente, sacros ordines celebravit, & quosdam clericos de dioecibus Bituricensi & Claramontensi or-

dinavit, & quosdam de dioecesi Caturcensi, de licentia ipsius; inter quos promovit ad ordinem subdiaconatus Acchidum magnum, nepotem dicti domini episcopi.

Dominica in festo Resurrectionis Domini, ibidem cum episcopo fuit dominus gratias; & celebravit dominus in pontificalibus, cum pallio in ecclesia majori, magna Missam. Et notandum, quod diebus Mercurii, Jovis & Veneris, praedictus episcopus fuit cum domino ad Vigiliis.

Die Lunae fuit ibidem apud Caturcum cum capitulo in procuratione, in domo capituli; & fuit episcopus, & omnes canonici ad prandium cum domino.

Eadem die audivit Missam, & praedicavit in majori ecclesia populo, & dedit indulgentiam.

Die Martis sequenti, ibidem in cappella episcopi audivit dominus Missam, & postmodum exivit civitatem Caturcentem, episcopo, & canonicis, & quibusdam burgentibus ipsum comitantibus, & conducentibus fere per unam leucam.

Et eadem venit apud Cathusium prioratum conventualem de Clusa, ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, & procuratus in procuratione ad expensas prioris dicti loci: & comederunt prior, & conventus cum domino. Summa expensarum, novemdecim libras, & sex solidi Caturcenses, valentes tredecim libras, & octo solidos Turonenses.

Eadem die ad supplicationem dicti domini Sequardi, remisit dominus ex gratia ista vice procurationem suam, quam mandaverat in prioratu de Viganteria: quem prioratum idem dominus Sequardus tenebat, & est dictus prioratus de abbacia de Marciliaco.

Die Mercurii sequenti in mane, ibidem apud Catufium audivit dominus Missam, confirmavit, & fecit tonsuras: & exinde venit apud Archas, prioratum abbacie de Marciliaco: ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, & procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum sexdecim libras, & quatuordecim solidi, sex denarii Caturcenses, valentes decem libras, & tres solidos, quos vulgo vocant Turonenses.

Die Jovis sequenti in mane, audivit ibi Missam, praedicari fecit, indulgentiam dedit, confirmavit: & exinde venit apud Luser, castrum domini episcopi Caturcensis; & fuit ibidem cum episcopo gratis.

Eadem die finavit domino de procuratione sua prior de Durcuello a tredecim libris Turonensibus: & est prioratus abbacie de Moisiaco.

Die Veneris sequenti summo mane, ibidem apud Luser in quadam cappella audivit dominus Missam, episcopo Caturcensi praesente; & postmodum exinde venit Moiacum, ubi abbas, & multi alii venerunt ei obviam bene per unam leucam: qui abbas Moiacensis praecessit ad recipiendum dominum processionaliter.

Et fuit dominus ibidem receptus, campanis pulsatis, processionaliter, ab abbate induto pontificalibus ornamentis; sicut cappa, mitra, baculo pastoralis, cum chirotecis; & a conventu dicti loci, cum trumpis & gaudio magno.

Et eadem die fuit procuratus in procuratione

ANNO
CHRISTI
1115.

tionem abbatis dicti loci, quæ voluit computare de expensis.

Die sabbati sequenti in mane celebravit ibidem dominus in pontificalibus, cum pallio: prædicavit populo, indulgentiam dedit, confirmavit, & fecit tonsuras; & exinde, ad invitationem abbatis, venit dominus apud Castellin, domum abbatis prædicti de Moisiaco, in diocesi Tolosana; ubi fuit ad expensas abbatis ex gratia.

Dominica sequenti, in octavis Paschæ, venit dominus apud abbatiam Montis Albani, quæ est sub abbate Casæ Dei, ut dicunt; ubi fuit, campanis pulsatis, processionaliter receptus a conventu dicti loci, abbate absente, qui erat Romæ.

Postmodum venit ad parochialem ecclesiam dicti loci, & celebravit ibidem in pontificalibus cum pallio, & populo prædicavit, indulgentiam dedit, & postea reversus est ad dictam abbatiam, & fuit in ea procuratus in procuratione ad expensas abbatis. Summa fuit expensarum, quindecim libræ, & decem solidi Caturcenses.

Die Lunæ sequenti, in mane ibidem quoddam altare in honore beati Bartholomæi, & plura parva altaria consecravimus, audivimus Missam, confirmavit, tonsuras fecit, & visitavit in capitulo.

Et exinde venit apud Caeracum, prioratum conventualem de Aureliaco, ubi receptus fuit, ut supra, a decano & conventu dicti loci, & procuratus ad expensas decani dicti loci. Summa expensarum, novemdecim libræ, sexdecim solidi Caturcenses; valent tredecim libras, decem solidos, & octo denarios Turonenses.

Eadem die Lunæ abbas sancti Marcelli, Cisterciensis ordinis, venit ad dominum: cui mandaverat dominus, quod pernoctare volebat in abbacia sua: qui abbas solum allegans pauperatatem loci sui, supplicavit domino, ut pro Deo placeret ei ista vice remittere; cum non haberet, propter caritatem temporis, unde posset eidem providere in necessariis: qui dominus ista vice ex gratia pepercit eidem.

Die Martis sequenti, in mane ibidem apud Caerac, audivit dominus Missam, confirmavit, & fecit tonsuras. Et exinde venit apud Gardiam Dei, abbatiam ordinis Cisterciensis; ubi receptus fuit, ut supra, ab abbate & conventu dicti loci: intravit capitulum, prædicavit, & se orationibus conventus commendavit, & pernoctavit ibidem ad expensas abbatis: nec fuit computatum.

Die Mercurii sequenti in mane, audivit ibi Missam, confirmavit, & exinde venit apud Calciatam, prioratum de Figiaco, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra.

Et quia ecclesia dicti loci erat interdita auctoritate episcopi Caturcensis; magister Gausbertus Deiplays, socius episcopi Caturcensis, qui conducebat dominum, ob reverentiam domini, relaxavit interdictum, quamdiu dominus esset in villa: & ipsa die fuit procuratus ad expensas archidiaconi Figiaci, qui dictum prioratum tenebat. Summa expensarum, viginti tres libræ Caturcenses. Valent quindecim libras, sex solidos, & octo denarios Turonenses.

Die Jovis sequenti, in mane audivit ibi dominus Missam, confirmavit, & fecit ton-

suras: & exinde venit apud cappellam Templariorum, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, a cappellanis dictæ ecclesiæ, & procuratus ad expensas magistri domus Templariorum dicti loci: & noluit pernoctare.

Die Veneris sequenti, ad supplicationem prioris de Cassucio, consecravimus dominus quoddam altare in honore beati Egidii, & beatæ Mariæ Magdalensæ, in Ecclesia beatæ Mariæ de Mheure, spectante ad prioratum de Cassucio, & audivit Missam.

Et exinde venit apud Cassucium, prioratum sancti Antonini, ordinis sancti Augustini: (qui prioratus partim est in diocesi Ruthenensi, & partim in diocesi Albiensi;) ubi fuit receptus ut supra, & procuratus ad expensas prioris dicti loci. Non fuit computatum.

Die sabbati sequenti, venit dominus apud sanctum Antoninum, prioratum conventualem ordinis sancti Augustini; qui prioratus partim est in diocesi Ruthenensi, & partim in diocesi Albiensi: & dum venisset ante portas ecclesiæ, dixit dominus priori, ut portas ecclesiæ faceret poni ad terram, ratione injuriæ factæ quondam domino Joanni de Soliaco prædecessori domini, a monachis & burgenibus dictæ villæ.

Qui prior ostendit domino quendam litteram, sigillo ejusdem domini sigillatam, in qua continebatur, quod idem dominus Johannes, certa pecuniæ quantitate pauperibus erogata, remitteret depositionem dictarum portarum. Qualiter avifatum, satisfactum fuit domino: & receptus fuit processionaliter, ut supra, a priore & conventu dicti loci. Summa expensarum fuit, quatuordecim libræ, decem solidi Turonenses; & ibi finivit visitatio diocesis Caturcensis.

Visitatio diocesis Albiensis a domino Bituricensi archiepiscopo.

DIE Dominica ante festum apostolorum Philippi & Jacobi, eodem anno Domini MCCLXXXVI. completa visitatione diocesis Caturcensis, intravit dominus diocesim Albiensem.

Et primo eadem die Dominica declinavit apud Woor, domum Templariorum; ubi fuit receptus processionaliter, pulsatis campanis, & procuratus a præceptore dictæ domus. Summa expensarum, undecim libræ.

Die Lunæ sequenti, in mane audivit ibi Missam dominus, confirmavit, tonsuras fecit; & exinde venit apud Viantium, prioratum ecclesiæ Albiensis: ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, a præposito dicti loci, & procuratus. Summa expensarum decem libræ, & decem solidi Turonenses.

Eadem die venit dominus episcopus Albiensis ibidem obviam Domino: & cum locuti fuissent infimul, recessit episcopus, & ivit apud Albiam.

Eadem die finavit de procuratione sua prior de Rabastins, monasterii Moisiacensis, ad duodecim libras Turonenses: & eadem die remansit dominus procuratus, & remisit procurationem quam mandaverat priori de Podio Celsi Abbatie Aureliacæ, ad supplicationem fratris abbatis sancti Germani de Pratis Parisiensis, ex gratia.

Die

ANNO
CHRISTI
1115.ANNO
CHRISTI
1115.

ANNO
CHRISTI
1196.

Die Martis sequenti, in vigilia apostolorum Philippi & Jacobi, ibidem in mane apud Viancium audivit Missam dominus, confirmavit, tonsuras fecit.

Et exinde venit apud Sisterol, prioratum abbatiae de Galliano; ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, confirmavit, & fecit tonsuras: & quia domus dicti prioratus non erant sufficientes, procuravit dominus idem prior in abbatia Gallianensi. Summa expensarum

Et quia idem prior de Sisterol dicebat, quod praedecessores domini, considerantes paupertatem loci sui, eidem dare consueverant aliquem prioratum in adjutorium: quod nequaquam dominus facere poterat, nisi loco prius visitato, propter constitutionem concilii Lugdunensis, eidem priori parcere promisit & procurare, quamprimum ipsum alias contingeret dictam dioecesim visitare.

Eadem die venit dominus apud Galliacum, abbatiam ordinis sancti Benedicti; & dicunt se esse sub abbatia Casae Dei; & quia in itinere fuit dictum domino, quod episcopus Albiensis excommunicaverat administratores dictae abbatiae: quam summam ipsi administratores dicebant non tenere, quia erant exempti; dominus, more praedecessorum suorum, voluit recipi processionaliter, pulsatis campanis, a conventu dicti loci, administratoribus dicti loci tum absentibus. Et ipsa die procuratus fuit ad expensas illius prioris de Sisterol.

Die Mercurii sequenti, fuit ibidem, intravit capitulum, visitavit, & praedicavit in prato sito ante capitulum; pro eo quod tanta populi multitudo erat ibi, quod intrare non poterant capitulum, & audivit Missam in cappella juxta capitulum, & fuit procuratus ipsa die ad expensas abbatiae. Summa expensarum fuit duodecim librae, textedecim solidi, & novem denarii Turonenses.

Die Jovis sequenti, reconciliavit dominus coemeterium, audivit ibi Missam, confirmavit; & exinde venit apud Candelium, abbatiam ordinis Cisterciensis, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, ab abbate & conventu dicti loci; intravit capitulum, praedicavit, & se orationibus fratrum commendavit, & pernoctavit ibidem ad expensas abbatiae.

Die Veneris sequenti, in festo Inventionis sanctae Crucis, in mane ibidem audivit Missam dominus, confirmavit, & fecit tonsuras; & exinde venit apud Lautum, prioratum sancti Pontii Narbonensis, ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, & procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, undecim librae, duo solidi, quatuor denarii. Et comederunt cum domino de familia praedicti prioris bene viginti personae.

Die sabbati sequenti, in mane celebravit ibidem in pontificalibus, cum pallio, praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & tonsuras ibidem fecit.

Exinde venit apud Castras, abbatiam ordinis S. Benedicti; ubi fuit receptus processionaliter, campanis pulsatis, & procuratus, ut supra, ab abbate & conventu dicti loci, ad expensas abbatis, ad summam qui noluit computare.

Die Dominica sequenti post festum Inventionis sanctae Crucis, celebravit ibidem in pontificalibus, cum pallio; praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & tonsuras, ut supra, fecit.

Et exinde venit apud Bullatum, prioratum de abbatia Castrensi, ubi fuit receptus processionaliter, campanis pulsatis, ut supra, & procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, quinddecim librae, octo solidi, decem denarii.

Et quia praedecessores nostri, attendentes paupertatem sui prioratus, eidem consueverant dare aliquem prioratum in adjutorium: quod non poteramus facere, nisi loco prius visitato, propter constitutionem concilii Lugdunensis repugnantem; praemisimus ei parcere, quamprimum nos contingerit alias dictam dioecesim Albiensem visitare.

Die Lunae sequenti, in mane audivit ibidem Missam, & confirmavit; & exinde venit apud sanctum Amantium, prioratum sancti Pontii Narbonensis; ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, & procuratus ad expensas prioris. Summa expensarum, sexdecim librae, & septemdecim denarii Turonenses; & eidem priori, quamprimum dictam dioecesim alias contingerit visitare, promisit parcere, ratione, qua parcere promisit priori de Bullato praedicto.

Die Martis sequenti, in mane audivit ibi Missam, confirmavit, & fecit tonsuras; & exinde venit apud Caranam, prioratum sancti Pontii Narbonensis, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, & procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, quatuordecim librae, duo solidi, & unus denarius. Et comederunt de familia prioris cum domino suo fere viginti personae.

Eadem die prior sancti Gervasii, cui dominus mandaverat procuracionem suam, mandavit domino, quod eum reciperet; sed propter viarum discrimina (nam robatores erant passim per loca illa montana, qui quotidie insidiabant transeuntibus) demandavit illi procuracionem suam quoad praesens.

Die Mercurii sequenti, ibidem apud la Carme audivit Missam, confirmavit, & fecit tonsuras; & exinde venit apud Ambiletum prioratum abbatiae Marsiliensis: ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, & procuratus ad expensas prioris. Summa expensarum, terdecim librae, duodecim solidi, & unus denarius Turonensis: in crastino autem audivit Missam dominus, & fecit tonsuras.

Die Jovis sequenti in festo Translationis sancti Nicolai, intravit dominus civitatem Albiensem; & venit episcopus cum magna comitiva obviam domino, qui postmodum praecesserunt ad recipiendum dominum processionaliter.

Et primo declinavit dominus ad ecclesiam cathedralem, ubi fuit receptus, pulsatis campanis, processionaliter, ab episcopo, praeposito, & capitulo ecclesiae; & post receptionem suam, declinavit ad domos episcopales, ubi procuratus fuit ipsa die ad expensas episcopi. Noluit computare.

Eadem die post prandium, venerunt consules & burgenfes civitatis in camera, quae est juxta cappellam episcopi, in domibus episcopi. Et ibidem sex burgenfes, scilicet Pon-

ANNO
CHRISTI
1196.

ANNO
CHRISTI
1198.

Pontius Hugonis, Aymeridus Amati, Raymondus Hugonis, Hugo Deodatus, R. Burgentia & Secardus Caillerii tradiderunt claves civitatis episcopo, quas tradiderat burgensibus custodiendas episcopus, ut dicebat.

Quas claves ibidem episcopus reddidit domino archiepiscopo, tamquam domino superiori; & quamdiu fuit in civitate prædicta dominus archiepiscopus, penes se custodivit; & dictæ traditioni clavium fuerunt præsententes hi qui sequuntur: videlicet Raymondus de Fraxinello præpositus Albiensis ecclesiæ, Berengarius de Carnoneis, & Berengarius de Monte Jovis, ecclesiæ Albiensis archidiaconi; magister R. de Canalibus præpositus Vianii; Pontius Amati sacrista, Bernardus Oliverii, magister G. de Monte Jovis, de comitiva domini; frater Guido abbas Vierfionensis frater domini, magistri Reinerius de Senonis archidiaconus Graciensis in ecclesia Bituricensi, & P. de Vierfione canonicus curatus ecclesiæ Vierfionensis, & Otho de Salinis canonicus Magdunensis, cappellani domini; frater Hugo de Faveriis monachus S. Sulpicii Bituricensis, frater Joannes de Marzac monachus Vierfionensis, & plures alii clerici & laici.

Die Veneris sequenti, in cappella episcopi audivit Missam dominus: & post Missam exiit civitatem, episcopo & multis canonicis eum comitante: & visitavit prioratum de Escuria, abbatiæ Galliacensis: ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, & procuratus a priore dicti loci. Summa expensarum, duodecim libræ; & idem promisit parcere priori, quamprimum ipsum eandem diocesim contigerit visitare, semel tantum, ex gratis consimilibus concessa.

Die sabbati sequenti, in mane audivit ibi Missam, confirmavit, fecit tonsuras; & exinde reversus est in civitatem, & declinavit ad monasterium sancti Savini: ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, a præposito & conventu dicti monasterii.

Post prandium intravit capitulum, visitavit, episcopo & præsentante ipso; & ipso die procuratus fuit ad expensas præpositi dicti monasterii; noluit computare. Post cœnam reversus est dominus cum tota familia in domibus archiepiscopalis.

Die Dominica sequenti, qua cantatur, *Cantate*, in mane visitavit in capitulo majoris ecclesiæ, episcopo & canonicis præsentibus, prædicavit, celebravit in pontificalibus cum pallio, indulgentiam dedit: & ipsa die procuratus fuit a capitulo dictæ ecclesiæ in domibus archiepiscopalis. Et fuerunt ad prandium cum domino episcopo, & fere omnes canonici.

Die Lunæ sequenti, in mane audivit dominus Missam in cappella Episcopi, & fuit cum ipso ipsa die gratis; ipsa vero die, hora nona, in domibus episcopo in camera, quæ est juxta cappellam episcopi.

Die Mercurii sequenti, venit dominus apud Flunhac, prioratum abbatiæ Conchenensis, ubi audivit Missam, confirmavit; & locum sic destructum invenit, quod non fuit aliquis qui sibi procuracionem suam ministraret: propter quod dominus ecclesiam ipsam supposuit ecclesiastico interdito.

Et postmodum venit apud Conchas, ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, &

Concil. General. Tom. XXIV.

procuratus ad expensas abbatis dicti loci, ex gratia.

Postmodum, elapsis sex diebus, venit quidam clericus, tenens dictum prioratum, qui se excusavit pro posse erga dictum dominum, pro eo quod non fuerat in receptione sua. Finavit de procuracione sua ad duodecim libras, quas dominus portari præcepit abbati Conchenensi, qui dicta die ministraverat expensis; & removit dominus summam, quam posuerat in dicta ecclesia.

Ruthenensis diocesis visitatio.

Anno prædicto, die Martis ante Rogationes, intravit dominus diocesim Ruthenensem.

Et primo declinavit apud Varenum, prioratum Aureliacensis abbatiæ, ubi receptus fuit processionaliter a decano & monachis dicti loci, pulsatis campanis, & procuratus ad expensas decani dicti loci.

Die Mercurii sequenti, audivit ibi Missam dominus, confirmavit, & fecit tonsuras; & exinde venit apud Bellolocom, abbatiæ ordinis Cisterciensis, ubi receptus fuit processionaliter, ut supra: audivit Missam, & fuit receptus a conventu dicti loci, quia abbas eorum mortuus erat; intravit capitulum, prædicavit, & se orationibus conventus commendavit; & ipsa die pernoctavit ibidem ad expensas abbatiæ. Noluit computare.

Die Jovis sequenti in mane, audivit ibi Missam, & exinde venit apud Lespurate, domum Hospitaliorum, ubi fuit receptus processionaliter, ut supra; audivit Missam, confirmavit. Et quia domus præceptoris non erat sufficiente ad recipiendum dominum, ministravit ibidem præceptor procuracionem domino apud Versuel.

Eadem die finavit prior de Valle, qui prioratus est de abbatiæ Aureliacensis, scilicet de procuracione sua ad quindecim libras, & quatuor solidos Turonenses pro Cambellanis.

Eadem die finaverunt monachi abbatiæ Locum Dei, ordinis Cisterciensis, ad quindecim libras Turonenses; quia dicebant se non habere avenam, vinum, nec panem sufficientem domino.

Die Veneris sequenti, venit dominus apud Najatum, prioratum sancti Antonini, Ruthenensis diocesis, ubi fuit receptus processionaliter, pulsatis campanis, ut supra: audivit Missam, & confirmavit, & ibidem fecit tonsuras: & procuratus fuit ad expensas prioris dicti loci.

Die sabbati sequenti, venit dominus apud Rivum petrosolum, prioratum abbatiæ sancti Martialis Lemovicensis, ubi receptus fuit processionaliter, pulsatis campanis, ut supra: audivit Missam, & confirmavit, & in crastino fecit tonsuras, & fuit procuratus ipsa die sabbati ad expensas decani, vel dicti loci, & noluit computare.

Eadem die remisit priori de Lufnaco abbatiæ Casæ Dei procuracionem suam, ad supplicationem abbatis Casæ Dei, & prioris de Prinazac, hac vice tantum, & ex gratia speciali.

Dominica sequenti, scilicet ante Ascensionem Domini, venit dominus apud Prinazac,

ANNO
CHRISTI
1198.

ANNO
CHRISTI
1166.ANNO
CHRISTI
1166.

rac, prioratum Casis Dei, ubi fuit receptus processionaliter, ut supra: audivit ibi Missam, confirmavit, & procuratus fuit ad expensas prioris dicti loci: noluit computare.

Die Lunae sequenti in mane, audivit ibidem dominus Missam, & celebravit de mortuis pro Gerardo de Vodejo domicello, quondam magistro hospitii sui, qui decesserat apud abbatiam, ubi remanserat infirmus: fecit etiam tonsuras.

Et exinde venit apud Rambac vel Rainhac, prioratum abbatiae Conchenfis, ubi receptus fuit processionaliter, campanis pulsatis, ut supra, in quadam minima cappella: nam parochialis ecclesia dicti loci per casum fortuitum corruerat, annus erat jam elapsus. In dicta cappella Missam audivit, confirmavit, & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci.

Eadem die finavit prior de Villanova monasterii Moisiacensis, ad quindecim libras, & quatuor solidos Turonenses.

Eadem die finavit prior de Petruccia monasterii Figiacensis, ad duodecim libras Turonenses.

Eadem die finavit prior sancti Juliani monasterii Fagiacensis, ad sex libras, professus de Mombasium.

Die Martis sequenti, venit dominus apud Aspirtias seu Aspirtias, prioratum sancti Martialis Lemovicensis; ubi fuit receptus processionaliter, pulsatis campanis, ut supra, & ibidem audivit Missam, & confirmavit, & in mane fecit tonsuras; & ipsa die fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa, quindecim librarum Turonensium.

Die Mercurii sequenti, venit dominus apud Fluvihac, prioratum abbatiae Conchenfis, ubi audivit Missam, confirmavit, & locum supposuit ecclesiastico interdido, pro eo quod non fuit aliquis, qui sibi procuracionem suam administraret.

Et exinde venit ad abbatiam de Conchis, ubi fuit receptus processionaliter, pulsatis campanis, ut supra: & procuratus fuit in abbatia ad expensas abbatis ex gratia.

Postmodum elapsis sex diebus quidam clericus secularis, qui dictum prioratum tenebat, finavit dicto domino ad decem libras, & unum denarium Turonensem.

Die Jovis sequenti, scilicet in festo Ascensionis Domini, dictus dominus in praedicta abbatia de Conchis, suam procuracionem recepit; intravit ibidem capitulum, & confirmavit, & celebravit majorem Missam.

In sero prior de Bavars contra ipsum dominum, prout in processu consuetur, appellavit.

Die Veneris sequenti, venit dictus dominus ad sanctum Albinum, prioratum conventualem ordinis sancti Augustini, ubi fuit receptus, ut supra, audivit Missam, confirmavit, & fuit procuratus, &c.

Die sabbati sequenti, transivit dominus per Montbrissam, & audivit ibi Missam, & confirmavit, & fecit ibi tonsuras; & quia non fuit qui ipsum procuraret, ecclesiam ipsam supposuit ecclesiastico interdido.

Et exinde venit dominus apud Bornesellum prioratum abbatiae Conchenfis, ubi fuit receptus processionaliter pulsatis campanis, ut supra, & procuratus.

Die Dominica sequenti, audivit ibi Mis-

sam, confirmavit, predicari fecit: & exinde venit apud Claras Vallas, prioratum abbatiae de Brecoline, ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, & audivit Missam, & fuit ibi procuratus.

Die Lunae sequenti in mane, fecit ibi tonsuras, & confirmavit: & exinde venit apud Marcelliac, prioratum abbatiae Conchenfis: ubi fuit receptus processionaliter, pulsatis campanis, ut supra, & audivit Missam, & fuit procuratus.

Die Martis sequenti, audivit ibi Missam dominus, & confirmavit, & fecit tonsuras, & exinde venit apud Lemosain, domum Templariorum, ubi fuit receptus, ut supra, & procuratus, dedit adiutorium priorem de Concorres.

Die Mercurii, venit dominus apud Silvam, seu Filvam, domum Templariorum, ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, & confirmavit, & fecit tonsuras, & ibidem fuit procuratus, ut supra.

Die Jovis sequenti, venit dominus apud Canaberes, domum Hospitalariorum: receptus ibi fuit processionaliter, ut supra, & audivit ibi Missam, & confirmavit, & fecit tonsuras, & procuratus fuit.

Die Veneris sequenti, venit dominus ad abbatiam Bonae Casae, vel Bonae Consue, ordinis Cisterciensis: qui & predicavit in capitulo, & Missam audivit, & pernoctavit ibidem ad expensas abbatiae praedicti loci. In mane fecit tonsuras.

Die Sabbati sequenti, videlicet in vigilia Pentecostes, intravit dominus Bituricensis civitatem Ruthenensem. Ex primo declinavit ad majorem ecclesiam, ubi fuit receptus a domino episcopo, & a capitulo, & procuratus ab episcopo.

Die Dominica in festo Pentecostes, fuit dominus cum praedicto domino episcopo ex gratia.

Die Lunae in crastino Pentecostes, fuit dominus cum capitulo.

Die Martis sequenti, fuit dominus cum priore sancti Amantii burgi Ruthenensis, & dedit sibi subsidium sexaginta solidorum Turonensium, super priorem Castri novi de Levezone Marullienfis abbatiae, & quadragenta super priorem sancti Genesii ejusdem monasterii.

In eadem visitatione fuit concessa ista littera.

„ **N**OS Officialis Ruthenensis, notum esse volumus per praesentes, quod anno Domini MCLXXXVI. reverendo patre domino Simone, Dei gratia Bituricensis archiepiscopo, Aquitanis primate, Ruthenensem diocesim, jure metropolitano, visitante: priores de Campanhac, de Pratis, & de Trebes, prioratus monasterii Conchenfis ejusdem diocesis Ruthenensis, supplicaverunt eidem, ut super procuracionibus, quas ab eis, jure quo supra, requirebat, eidem parcere dignaretur, insufficientiam dictorum prioratum, ac tenuitatem suorum reddituum, & temporis charitiam praetendentes: quorum precibus dictus dominus archiepiscopus Bituricensis condescendens, eidem prioribus, jus Bituricensis ecclesiae consentibus, & recognoscentibus; super praedictis pepercit hac vice,

„ vice, salvo jure sibi alias & suis successo-
ribus competenti. In quorum testimonium,
ad requisitionem ejusdem, &c.

A de beneficiis, quæ tanto tempore vacave-
rant, quod eorum collatio erat ad sedem
Apostolicam, juxta Lateranensia statuta con-
cilio legitime devoluta, &c.

Incipit visitatio diocesis Mimatensis.

Anno prædicto MCLXXXVI. die Mar-
tis post festum Sanctissimæ Trinitatis,
completa visitatione Ruthenensis diocesis,
intravit dominus diocesim Mimatensem: &
primo per calles & valles venit apud sanctam
Eminiam, prioratum conventuale sancti
Theofridi, Antientis diocesis; ubi fuit re-
ceptus processionaliter, pulsatis campanis, &
procuratus ad expensas prioris dicti loci.
Summa expensarum terdecim libræ, & quin-
que solidi Turonenses.

Die Mercurii sequenti, in mane audivit
ibi Missam, prædicari fecit, indulgentiam
dedit, confirmavit, & tonsuras fecit ibidem.

Et exinde ascendendo venit apud Fleu-
rac, prioratum Casæ Dei, quem tenebat
nepos abbatis Casæ Dei, studens in scho-
lis; ubi fuit receptus, ut supra, & procu-
ratus ad expensas prioris dicti loci. Summa
expensarum fuit quatuordecim librarum, &
septem solidorum Turonensium.

Et notandum, quod ibidem venerunt duo
monachi monasterii Aureliacensis, cum lit-
teris procuratoris abbatis sui, & litteris clau-
sus episcopi Ruthenensis directis domino; lo-
cuturi, & tractaturi cum domino super dis-
cordia, quæ inter dominum & abbatem
suum vertebatur, ratione prioratum de
Montbazain, Ruthenensis diocesis, & de
Bayvars ejusdem diocesis.

Et in fine finaverunt dicti procuratores
de procuracione dicti prioratus de Montba-
zain; cujus ecclesiam & procuracionem loci
supposuerat dominus ecclesiastico interdito,
ratione dictæ procuracionis sibi denegatæ,
ad duodecim libras Turonenses, quas de-
buerunt tradere domino episcopo Ruthen-
ensi.

Et ad implendum præmissa, dominus de-
dit potestatem domino episcopo Ruthenensi
amovendi summas prædictas, quandocumque
ipsi satisfactum esset, loco nostri, de dictis
duodecim libris, quas afferre vel mittere de-
bebat ad concilium Bituricense.

De procuracione autem prioratus de Bay-
vars, ejusdem monasterii, superfeldit domi-
nus ad relationem domini episcopi Ruthen-
ensis; afferentis per litteras suas clausas,
quod locus erat pauper & quasi inhabitabi-
lis, & quod prædecessores domini non con-
sueverant ibidem procurari.

Die Jovis sequenti, in mane ibidem apud
Fleurac audivit dominus Missam, &
confirmavit, & tonsuras fecit. Et exinde
venit, & intravit dominus civitatem Mima-
tensem.

Et primo declinavit ad majorem eccle-
siam, ubi fuit receptus processionaliter a
capitulo dictæ ecclesie: & dum esset in cho-
ro ecclesie, præsentibus canonicis ipsius ec-
clesie, & multis aliis, ob dilaciones & pa-
cem dicti capituli, ipse amovit summas ab
ipso auctoritate apostolica, latis in quosdam
canonicos dictæ ecclesie, opposentes se col-
lationi factæ n. agistro P. de Ruthena a do-
mino archiepiscopo de præpositura Mima-
tensi per privilegium papale sibi concessum
Council. Gener. al. Tom. XXIV.

Ipsa die procuratus fuit ad expensas ma-
gistri Pauli procuratoris clerici Mimatensis
in Romana curia existentis in domibus epi-
scopalibus ipsius clerici prædicti. Et non
fuit computatum.

Die Veneris sequenti, in mane intravit
dominus capitulum Mimatense, prædicavit,
& postmodum ad majus altare celebravit in
pontificalibus cum pallio, prædicavit popu-
lo, indulgentiam dedit; & fuit procuratus
in domibus episcopalibus ad expensas ca-
pituli dicti loci. Non fuit computatum.

Eadem die finavit de procuracione prior
de Expaniaco, Mimatensis diocesis, mona-
sterii de Aureliaco, ad summam duodecim
librarum Turonensium.

Item prior de Calinao, ordinis Clugnia-
censis, ejusdem diocesis, finavit similiter de
procuracione ad summam decem librarum
Turonensium.

Item eadem die finavit similiter de pro-
curacione prior de Cheriaco, conventualis
abbatiæ Marcillensis, ad duodecim libras
Turonenses.

Item, similiter eadem die finavit prior
de Canonica, ejusdem diocesis, ad decem
libras Turonenses, de procuracione.

Die sabbati sequenti, in mane ibidem apud
Mimatenses in cappella episcopi audivit
dominus Missam, confirmavit, & circa tri-
ginta parvos tonsuravit. Quo factò, exivit
civitatem Mimatensem, & venit ad eccle-
siam de Rivortorto parochialem; ibidem vi-
sitavit, & confirmavit quosdam.

Et exinde ipsa die visitavit dominus ec-
clesiam parochialem sancti Albini; ubi fuit
receptus processionaliter, ut supra, & pro-
curatus ad expensas cappellani dicti loci, &
cappellani de Rivortorto, qui per medium
procuracionem ipsam solverunt. Summa ex-
pensarum, quindecim libræ, & sexdecim so-
lidi Turonenses.

Die Dominica sequenti, scilicet in mane,
in octavis Sanctissimæ Trinitatis, audivit do-
minus Missam, confirmavit, & fecit ton-
suras; & exinde venit apud Melteolum, prio-
ratum sancti Agidii; ubi receptus fuit a
cappellano & quibusdam monachis dicti lo-
ci, priore absente, qui ex pravitate sua se
abstinerat, ut publice ferebatur.

Et ipsa die fuit dominus procuratus ibi-
dem ad expensas prioris dicti loci. Summa
expensarum, quindecim libræ; quas solvit
quidam burgenfis de villa, cui dominus ven-
didit bladum quod in dicto prioratu in-
venit; & de residuo obligavit & per lit-
teras suas ceteros redditus dicti priora-
tus, usque ad summam procuracionis præ-
dictæ.

Die Lunæ sequenti, in mane audivit ibi
Missam dominus, confirmavit, tonsuras fe-
cit; & exinde venit apud Salgue, priora-
tum ordinis Clugniacensis; ubi receptus fuit
processionaliter, ut supra, & procuratus ad
expensas prioris dicti loci. Summa expen-
sarum, viginti libræ Turonenses.

Et quia communiter dicebatur, quod ar-
chiepiscopi Bituricenses ibidem non consue-
verant procurari, licet locus esset sufficiens

ANNO
CHRISTI
1166.

ad procuracionis onera supportanda; domini priori, ad revelationem expensarum procuracionis praedictae, dedit sex libras Turonenses, percipiendas super prioratum de Bournocle; & alias sex libras super prioratum de Bor, Claromontensis diocesis, danteis litteras compulsatorias sub hac forma:

Tenor praedictarum litterarum.

Simon Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Aquitaniae primas: viro venerabili, & discreto domino Geraldo de Monte Alto canonico Mimatensi; salutem in Domino. Ut nostram provinciam visitantes in quibusdam provinciis seu ecclesiis nobis, saltem quantum ad exhibitionem procuracionum subiectis, considerata tenuitate reddituum, agamus mitius cum eisdem; ubi scilicet loca sunt potissime exempta immoderata pecuniae quantitate, ecclesiis aliis quae devote, & humiliter procuracionum nostrarum onera subierunt: benigne decernimus subveniendum ab illis, quos nobis, quantum ad hoc, subditos, prout de jure possemus, procuracione integra volumus praegravare; quamquam nec gravamen sit, nec dici debeat, nobis & praelatis aliis procuraciones debitas exhibere, quae singularium ecclesiarum commodis, & affectu, & officio obligarunt. Proinde dilecto in Christo priori de Bornhoncele, Claromontensis diocesis, summam sex librarum Turonensium ejus facultatibus imponimus: ut distas sex libras, ratione procuracionis, ab ipso priore de Bornhoncele nobis debeat, religioso viro priori de Salegne, Cluniacensis ordinis, qui procuracionis nomine nobis reverenter necessaria ministravit, solvere teneatur. Quare discretioni vestrae, tenore praesentium, committimus & mandamus, quatenus eundem priorem de Bornhoncele, auctoritate nostra metropolitana, moneatis, ut infra octo dies a monitione vestra, eidem priori de Salgue, vel ejus mandato, praedictas sex libras Turonenses solvere non omitat: quod si monitus non fecerit, ipsum, quem ex tunc suspendimus, interdicens, & excommunicamus; suspensum, & interdictum, & excommunicatum per cappellanum, curatum parochialem ecclesiae de Bornhoncele, & per omnes alios circumvicinos cappellanos ecclesiarum parochialium denunciari publice faciatis; ecclesiam quoque parochialem de Bornhoncele ecclesiastico interdicto, vice nostra supponentes, si opus fuerit, quousque idem prior monitus de praedicta pecunia quantitate, & de toto interesse integre satisfecerit. Subsequenter omnes & singulos qui priori de Bornhoncele ad exhibitionem debitorum reddituum, & obventionem, seu decimarum quarumlibet sunt adstricti, moneatis sub inhibitione solemnium, ne eidem priori de Bornhoncele quidquam exhibeatis de eisdem, nisi satisfactione praedictae pecuniae praecedente. Quod si secus egerint, ipsos, quos nunc prout ex tunc poena consimili innodamus, excommunicatos similiter publice nunciari mandetis: quam poenam extendimus in omnes, qui mandati vestri, immo nostri, circa hoc exstiterint transgressores. Ut autem praemissa omnia, singula exsequi, nec non & praebatas summas ag-

gravare per vos vel per alium valeatis, vobis tenore praesentium committimus & mandamus. Datum & sigillo nostro sigillatum, anno Domini MCCLXXXVI. ante festum beati Joannis Baptistae, die Mercurii.

Confimilem litteram compulsoriam habuit idem prior de Salgue, contra priorem de Bor praedictum, pro aliis sex libris.

Die Martis sequenti, ibidem apud Salgue in mane Missam audivit, & confirmavit, & fecit tonsuras: & exinde visitatione Mimatensi completa, venit apud Sancerne, domum praepositi Brujacensis juxta votum: ubi fuit ad invitationem praepositi memorati ex gratia.

Visitatio diocesis Claromontensis per Bituricensem archiepiscopum.

Anno Domini MCCLXXXVI. die Lunae post Ramos Palmarum, intravit reverendus pater Simon, Bituricensis archiepiscopus, diocesim Claromontensem, causa visitationis. Et primo declinavit apud Silvigniacum, prioratum conventualem ordinis Cluniacensis, ibi fuit cum priore in procuracione ipsa die. Summa expensarum, duodecim librae & quindecim solidi. In crastino audivit ibi Missam, praedicavit, indulgentiam dedit, & fecit tonsuras.

C Eadem die finavit de procuracione ad duodecim libras, prior de Firmitate moniali, ordinis Cluniacensis, distans a Silvigniaco per tres leucas: & visitavit dominus transeundo.

Similiter eadem die finavit de procuracione ad decem libras, prior de Barnay, ordinis Cluniacensis, distans a Silvigniaco per tres leucas.

Die Martis sequenti, venit dominus apud Vernolium, ubi fuit receptus processionaliter a capitulo dictae ecclesiae, & procuratus. Summa expensarum, novem librae, & decem solidi, de quibus ad revelationem expensarum dedit eis quadraginta solidos Turonenses: & quendam alia jura procuracionis remisit eis, pro eo quod invenit locum pauperrimum: & distat a Silvigniaco per quinque leucas. In crastino audivit ibi Missam, praedicavit, indulgentiam dedit, tonsuras fecit, & in capitulo visitavit.

Eadem die Martis, finavit de procuracione ad novem libras prior de Salis, ordinis Cluniacensis, distans a Vernolio per tres leucas, nec pro tanto esset immunis, nisi magister Stephanus curatus de Mainiac conduxerit dominum, pro eo specialiter rogavisset.

E Die Mercurii, fuit dominus apud Sanctum Porcianum, cum priore ordinis Cluniacensis: in procuracione non fuit computatum. Distat a Vernolio per unam leucam: in crastino audivit ibidem Missam dominus, praedicavit, indulgentiam dedit, & confirmavit, & tonsuras fecit.

Eadem die Mercurii, finavit de procuracione ad decem libras, & quatuor solidos per Cambellanum prior de Broo, ordinis Cluniacensis, distans a sancto Porciano per tres leucas: & visitavit eundem locum dominus dicta die.

Eadem die, similiter finavit de procuracione ad decem libras, & quatuor solidos, per

ANNO
CHRISTI
1166.

ANNO
CHRISTI
1186.

per Gambellanum prior de Janzec, distans a sancto Porciano per tres leucas, vel quatuor: & visitavit dominus locum.

Die Jovis sequenti, fuit dominus in abbazia sancti Gerberti ordinis Præmonstratensis, cum abbate in procuratione, & ibi sanctum christma consecit. Dista abbazia distat a sancto Porciano per duas leucas: in crastino audivit ibidem servitium, confirmavit, & fecit tonsuras.

Die Veneris sequenti, venit dominus ad prioratum de Chambarande monasterii Menatensis: & invenit ecclesiam dicti loci valde male ædificatam, & quasi minantem ruinam: nec habebat prior domos ubi posset habitare, excepta quadam grangia in qua dominus, & sui jacuerunt, & procurati fuerunt a priore dicti loci. Summa expensarum, septem libræ, & septem solidi. Et distat ab abbazia prædicta sancti Gerberti per duas leucas.

Die sabbati sequenti, scilicet in vigilia Paschæ, visitavit dominus ecclesiam de Karobio, pertinentem ad præceptorem domus Militiæ Templi de Marchia: qui quidem præceptor finavit de procuratione ad undecim libras, & quatuor solidos pro Cambellanis. Quas undecim libras dominus expendit, ipsa die in domo sua de Naves: & in ecclesia de Naves ordines celebravit dicta die sabbati: & quosdam de Bituricensi & Claromontensi diocæsis clericos ordinavit.

Eadem die sabbati, finavit de procuratione ad quatuordecim libras, prior de Escuroliis, ordinis Cluniacensis, distans a Marchia per duas leucas: quas expendit in domo sua de Naves ipsa die.

Die Dominica sequenti, scilicet ipsa die Resurrectionis, fuit dominus apud Naves in domo sua ad proprias expensas: & ipsa die in parochiali ecclesia dicti loci, celebravit solemniter in pontificalibus, cum pallio.

Die Lunæ sequenti, anni MCCLXXXVI. venit dominus apud Gannac, prioratum abbatiæ Ysodórensis: ibi fuit cum priore in procuratione. Summa expensarum, undecim libræ, septem solidi, & octo denarii.

In crastino Missam ibidem audivit, prædicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & tonsuras fecit: & distat villa de Gannac a castro de Navis per tres leucas.

Eadem die, finavit de procuratione ad decem libras, & quatuor solidos, prior sancti Boniti de Monte Pancerii ordinis Cluniacensis, distans a villa de Gannac per duas leucas. Et ipsa die visitavit dominus prædictum prioratum sancti Boniti.

Die Martis sequenti, fuit dominus apud sanctum Genesii cum priore dicti loci, monasterii Ebrolensis, in procuratione. Summa expensarum, decem libræ, sex solidi, & tres denarii: & distare dicitur locus a villa de Gannac per duas leucas. In crastino audivit dominus ibidem Missam, confirmavit, & fecit tonsuras.

Eadem die, finavit de procuratione ad decem libras, prior de Montibus, ordinis Cluniacensis, distans a villa sancti Genesii per tres leucas: quem locum dominus transseundo visitavit.

Die Mercurii sequenti, venit dominus apud Aquam sparsiam: visitavit ecclesiam

dicti loci, & fuit procuratus a capitulo de Thiare, qui tenetur ad procurationem. Summa expensarum, undecim libræ, & decem solidi, cum sex denariis. In crastino Missam audivit ibidem, & prædicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & fecit tonsuras. Distat a villa sancti Genesii per leucam.

Die Jovis sequenti, visitavit dominus prioratum de Lusillac, abbatiæ Casæ Dei, & fecit procurationem suam prior dicti loci apud Buillon. Summa expensarum, decem libræ, decem & octo solidi, & sex denarii: & distat Lusillac ab Aquasparsa per duas leucas, & a Buillon per unam leucam.

Die Veneris sequenti, visitavit dominus prioratum de Buillon, audivit Missam, confirmavit, fecit tonsuras, & fuit procuratus a priore dicti loci, in procuratione. Summa expensarum, decem libræ.

Die Sabbati sequenti, visitavit dominus prioratum de Marengne, monasterii Casæ Dei, ubi Missam audivit, confirmavit, tonsuras fecit, & fuit procuratus a priori dicti loci. Summa expensarum, decem libræ, undecim solidi: & distat a villa de Buillon per leucam.

Die Dominica sequenti, scilicet in octavis Paschæ, audivit dominus Missam apud prædictum prioratum de Marengne: & exinde venit apud Bellum regardum, ubi fuit cum episcopo Claromontensi gratis: & distat a villa de Marengne per duas leucas.

Die Lunæ sequenti, intravit dominus civitatem Claromontensem, episcopo eum temper comitante. Et primo declinavit ad ecclesiam sæcularem beatæ Mariæ de Portu.

Intravit capitulum una cum episcopo, & ibidem visitavit, & procuratus fuit a capitulo dictæ ecclesiæ, in domibus episcopi Claromontensis. Summa expensarum, decem libræ, quindecim solidi, & octo denarii.

Die Martis sequenti, visitavit dominus ecclesiam sæcularem sancti Genesii, episcopo præsentem: & procuratus fuit ab abbate & capitulo dicti loci, in domibus episcopi Claromontensis. Summa expensarum, undecim libræ, septemdecim solidi, & sex denarii.

Die Mercurii sequenti, visitavit dominus ecclesiam sæcularem de Chamaloro Claromontensem: visitavit in capitulo, confirmavit, tonsuras fecit, & fuit procuratus a capitulo dicti loci, in domibus episcopi. Summa expensarum, decem libræ, octo solidi, & sex denarii.

Et cum dominus fuit Claromontis, tractavit de multis: primo de contentione quæ vertebatur inter ecclesiam Claromontensem, & monasterium Casæ Dei.

Die Jovis sequenti, exivit dominus civitatem Claromontensem, & venit apud Montem Ferrandi: visitavit ecclesiam dicti loci, & procuratus fuit a priore dicti loci, ordinis monasterii Casæ Dei. Summa expensarum, undecim libræ, quinque solidi, & septem denarii.

In crastino audivit ibi Missam, confirmavit, & fecit tonsuras: & exinde venit in domum Fratrum Prædicatorum Claromontensium, ubi tractavit de negotio clerici Menutensis, usque ad horam pomeridianam.

Die

ANNO
CHRISTI
1186.

ANNO
CHRISTI
1186.ANNO
CHRISTI
1186.

Die Veneris sequenti, visitavit dominus A ad ipsum recipiendum; venit apud sanctum Germanum de Lambrou, distantem per leucam: ubi procuratus fuit a priore de Gressiaco, in domibus capitulo Brinacensis. Summa expensarum, decem libræ, & undecim solidi Turonenses.

Die Veneris sequenti, visitavit dominus ecclesiam sancti Germani de Lambrou: audivit Missam, prædicari fecit, indulgentiam dedit, confirmavit, & tonsuras fecit: & fuit procuratus a cappellanis sancti Germani, sancti Joannis, sancti Clementis dicti loci; & dedit dominus litteram compulsivam de illis qui volebant solvere partem procuracionis prædictæ.

Die Sabbati sequenti, venit dominus apud Bornhoncle, prioratum Salsiniarum: ubi Missam audivit, confirmavit, tonsuras fecit; & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, octo libræ, quinque solidi: & ipsa die equitavit duas leucas.

Dominica sequenti, scilicet post festum beati Marti Evangelistæ, venit dominus apud veterem Brinateniem, prioratum abbacie Píperatenfis; ubi Missam audivit, prædicavit, & confirmavit, & tonsuras fecit: & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, novem libræ Turonenses: & equitavit dominus duas leucas.

Die Lunæ sequenti, venit dominus apud Ville, prioratum Píperatensem: ubi Missam audivit, confirmavit, tonsuras fecit: & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, octo libræ, & tres solidi: & equitavit unam leucam.

Die Martis sequenti, ibidem audivit dominus Missam in mane, prædicavit, indulgentiam equitavit: & exinde equitando unam leucam, venit apud Azarac, prioratum Casæ Dei; & exinde fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, octo libræ, & quatuor solidi Turonenses.

Die Mercurii sequenti, quoddam cœmeterium ecclesiæ contiguum benedixit, Missam audivit, confirmavit, tonsuras fecit: & exinde equitando tres leucas, venit apud Nonnetam, prioratum Casæ Dei; & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, decem libræ, & quatuor solidi.

Die Jovis sequenti, scilicet in festo Apostolorum Philippi & Jacobi, in mane audivit ibi Missam, confirmavit, & fecit tonsuras: & exinde venit apud Isidororum, abbatiæ S. Benedicti, celebravit in pontificalibus cum pallio, prædicavit, indulgentiam dedit, confirmavit: & fuit procuratus ad expensas abbatiæ. Summa expensarum, decem libræ, & quinque solidi: & equitavit ipsa die per duas leucas.

Die Veneris sequenti, audivit ibi Missam in mane, tonsuras fecit: & exinde venit apud Cornomum, ubi ipse, & Claromontensis episcopus, & abbas Casæ Dei convenerunt, ad tractandum super multis.

Et exinde, post tractatum habitum, venit apud sanctum Andream, prioratum abbatiæ Casæ Dei: ubi fuit procuratus ipsa die ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, decem libræ, sex solidi.

Die Sabbati sequenti, scilicet post festum Apostolorum Philippi & Jacobi, in mane audi-

visitavit dominus A ad ipsum recipiendum; venit apud sanctum Germanum de Lambrou, distantem per leucam: ubi procuratus fuit a priore de Gressiaco, in domibus capitulo Brinacensis. Summa expensarum, decem libræ, & undecim solidi Turonenses.

Die Veneris sequenti, visitavit dominus ecclesiam sancti Germani de Lambrou: audivit Missam, prædicari fecit, indulgentiam dedit, confirmavit, & tonsuras fecit: & fuit procuratus a cappellanis sancti Germani, sancti Joannis, sancti Clementis dicti loci; & dedit dominus litteram compulsivam de illis qui volebant solvere partem procuracionis prædictæ.

Die Sabbati sequenti, venit dominus apud Bornhoncle, prioratum Salsiniarum: ubi Missam audivit, confirmavit, tonsuras fecit; & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, octo libræ, quinque solidi: & ipsa die equitavit duas leucas.

Dominica sequenti, scilicet post festum beati Marti Evangelistæ, venit dominus apud veterem Brinateniem, prioratum abbacie Píperatenfis; ubi Missam audivit, prædicavit, & confirmavit, & tonsuras fecit: & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, novem libræ Turonenses: & equitavit dominus duas leucas.

Die Lunæ sequenti, venit dominus apud Ville, prioratum Píperatensem: ubi Missam audivit, confirmavit, tonsuras fecit: & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, octo libræ, & tres solidi: & equitavit unam leucam.

Die Martis sequenti, ibidem audivit dominus Missam in mane, prædicavit, indulgentiam equitavit: & exinde equitando unam leucam, venit apud Azarac, prioratum Casæ Dei; & exinde fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, octo libræ, & quatuor solidi Turonenses.

Die Mercurii sequenti, quoddam cœmeterium ecclesiæ contiguum benedixit, Missam audivit, confirmavit, tonsuras fecit: & exinde equitando tres leucas, venit apud Nonnetam, prioratum Casæ Dei; & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, decem libræ, & quatuor solidi.

Die Jovis sequenti, scilicet in festo Apostolorum Philippi & Jacobi, in mane audivit ibi Missam, confirmavit, & fecit tonsuras: & exinde venit apud Isidororum, abbatiæ S. Benedicti, celebravit in pontificalibus cum pallio, prædicavit, indulgentiam dedit, confirmavit: & fuit procuratus ad expensas abbatiæ. Summa expensarum, decem libræ, & quinque solidi: & equitavit ipsa die per duas leucas.

Die Veneris sequenti, audivit ibi Missam in mane, tonsuras fecit: & exinde venit apud Cornomum, ubi ipse, & Claromontensis episcopus, & abbas Casæ Dei convenerunt, ad tractandum super multis.

Et exinde, post tractatum habitum, venit apud sanctum Andream, prioratum abbatiæ Casæ Dei: ubi fuit procuratus ipsa die ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, decem libræ, sex solidi.

Die Sabbati sequenti, scilicet post festum Apostolorum Philippi & Jacobi, in mane audi-

ANNO
CHRISTI
1186.

audivit ibidem dominus Missam, confirmavit, tonsuras fecit: & exinde venit apud Chaurihac, prioratum Saltinarum, ubi fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci, & capituli Verrofontionis. Summa expensarum, octo libræ, cum decem solidis Turonensibus.

Die Dominica sequenti, in mane ibidem quandam cappellam veterem reconciliavit, Missam audivit, prædicari fecit, indulgentiam dedit, tonsuras fecit, & confirmavit.

Et exinde venit apud Vic, prioratum abbatiæ Magni Loci: ubi fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, novem libræ, cum decem solidis.

Die Lunæ sequenti, in mane audivit ibidem dominus Missam, prædicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & fecit tonsuras.

Ex exinde venit apud Celsinias, prioratum conventualem ordinis Cluniacensis: ubi fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Non fuit computatum.

Die Martis sequenti, in mane audivit ibidem dominus Missam, confirmavit, tonsuras fecit; & locutus fuit cum domina Johanna, domina Soliaci, quæ ibidem venerat de Bituria, ratione cujusdam declarationis, quam fecerat dominus de contentis in quodam compromisso facto super eum a domino Henrico, quondam domino Soliaci, & comite Meledoni.

Et postmodum venit apud Magnum Locum, abbatiam sancti Benedicti, ubi fuit procuratus ad expensas abbatis dicti loci: & non fuit computatum.

Die Mercurii sequenti, in mane ibidem audivit Missam, prædicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & fecit tonsuras: & exinde venit apud *la Foilleuse*, domum Templariorum; ubi fuit procuratus a præceptore dicti loci. Summa expensarum, decem libræ cum sex solidis.

Die Jovis sequenti, in mane visitavit ecclesiam parochialem de Cuyllat, pertinentem ad dictam domum *de la Foilleuse*: audivit Missam, confirmavit, tonsuras fecit, & partem cœmeterii dictæ ecclesiæ reconciliavit.

Et exinde venit apud Nazac, ecclesiam collegiatam; ubi fuit procuratus ad expensas capituli dicti loci. Summa expensarum, octo libræ, septemdecim solidi.

Die Veneris sequenti, in mane audivit ibi Missam, prædicari fecit, indulgentiam dedit, confirmavit, tonsurasque fecit, & exinde venit . . . ubi episcopum Claromontensem invenit, & super multis tractavit cum eo. Ecclesiam de . . . visitavit: qua visitata venit apud Riomum in abbacia: ubi ipsa die fuit procuratus ad expensas capituli de Sallazac, vel Sabbazac; pro eo quod non habebant domos sufficientes, ut dicebatur. Summa expensarum, decem libræ Turonenses.

Die sabbati sequenti, ibidem apud Riomum in abbacia audivit Missam, confirmavit, tonsuras fecit, intravit capitulum, prædicavit, indulgentiam dedit.

Et his actis, ad munendum se, venit ad quandam domum, vocatam domum de Stanno, juxta Mozac: ubi ipsa die fuit ad expensas abbatis Riomensis. Summa expen-

farum fuit, tredecim libræ, & tres solidi.

Die Dominica sequenti, scilicet ante festum Ascensionis Domini, fuit dominus ibidem, & in mane visitavit monasterium de Mozac: audivit ibi Missam, confirmavit, tonsuras fecit in capitulo, & prædicavit. Et post reversus est ad dictam domum de Stanno, ubi fuit procuratus ad expensas abbatiæ prædictæ de Mozac, abbate absente.

Et notandum, quod dicta domus de Stanno non tenetur ad aliquam procuracionem: sed causa recreationis venit tantum ibi dominus Bituricensis.

Die Lunæ sequenti, visitavit dominus prioratum de Volvit: audivit ibi Missam, confirmavit, tonsuras fecit: deinde venit apud Maroac, prioratum monialium; ubi prædicavit, indulgentiam dedit, & quasdam moniales istius loci confirmavit.

Et exinde reversus est ad dictam domum de Stanno, ubi dicta die dictus prior de Volvit fecit sibi procuracionem suam, cum domus dicti prioris non essent bene preparata. Summa expensarum fuerunt decem libræ: & equitavit duas leucas.

Die Martis sequenti transiens dominus per abbatiam Binuziaci, audivit ibi Missam, confirmavit, fecit tonsuras: & exinde venit apud Telleide, prioratum Catæ Dei; procuratus fuit expensas prioris dicti loci. Summa expensarum decem libræ, tres solidi: & equitavit per duas leucas.

Die Mercurii sequenti, in mane audivit ibi Missam, & fecit tonsuras: & exinde venit apud Celville, prioratum de Menato; audivit ibi Missam, confirmavit, & tonsuras ibidem fecit.

Et quia domus dicti prioratus non erant parata; fecit ibidem prior procuracionem domino in abbacia sancti Illidii Claromontensis: & comedit ipsa die dominus episcopus Claromontensis cum domino, ad invitationem dicti abbatis sancti Illidii, & ipsa eadem die equitavit adhuc dominus quatuor leucas.

Die Jovis sequenti, in festo scilicet Ascensionis Domini, fuit dominus cum episcopo Claromontensi: & ipsa die in ecclesia majori Claromontensi, præsentem domino episcopo, celebravit in pontificalibus, & acolytos fecit.

Et Missa celebrata, venit ad dictam domum Doujardini, episcopo Claromontensi eum semper concomitante.

Eadem die, episcopo prædicto præsentem, in ecclesia prædicta Claromontensi dominus cantavit vespers: quibus cantatis, episcopo Claromontensi cum semper comitante, venerunt ad domum dictam *Doujardin*, vel Doujardini, ad cœnam: & jacuit ibidem.

Die Veneris sequenti, in mane audivit dominus Missam in cappella episcopi Claromontensis, quæ est in domibus episcopalibus: quam audita, ipse & episcopus Claromontensis, & multi alii tractaverunt de confirmatione fratris Durandi electi Menatensis abbatis: & fuit ibidem confirmatus.

Et postmodum venit dominus apud Albiac, prioratum de Riomo: ubi fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci, asserentis, quod alias non procuraverat integre. Summa expensarum, novem libræ Turonenses: & equitavit quatuor leucas.

Die

ANNO
CHRISTI
1186.

ANNO
CHRISTI
1286.

Die Sabbati sequenti, audivit ibidem Missam dominus Bituricensis, & confirmavit, & fecit tonsuras; & exinde venit apud Ebrolium, abbatiam ordinis sancti Benedicti, ubi fuit procuratus ad expensas abbatis dicti loci. Non fuit computatum.

Die Dominica sequenti, scilicet post Ascensionis Dominicæ festum, visitavit dominus prioratum de Veltia, abbatie Ebrolensis prædictæ: & inveniens locum interdictum pro procuratore Legati, & dissipatum ad priorem absentem; regressus est ad dictam abbatiam Ebrolensem: ubi fuit procuratus ipsa die dominus ex gratia.

Die Lunæ sequenti, in mane ibidem apud Ebrolium audivit Missam dominus, & prædicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & fecit tonsuras.

Et exinde venit apud Lacum Rubrum, prioratum conventualem ordinis sancti Augustini: ubi fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, decem libræ & septem solidi Turonenses. Comedit totus conventus cum domino.

Die Martis sequenti, in mane audivit ibidem Missam dominus, & confirmavit, & tonsuras fecit. Et exinde recessit, & venit apud Menatum, domino Claromontensi episcopo sibi obviantem, & comitante, & cum novo abbate Menatensi.

Et ante portam monasterii de Menato venientes, conventus dicti loci, indutus capis sericis obviantem ei; & fuit receptus novus abbas dicti monasterii de Menato, & installatus: & intrantes monasterium ipsum, domino archiepiscopo a dextris, & episcopo a sinistris, & abbate in medio eorum, flexerunt omnes genua ante altare.

Et postmodum dominus archiepiscopus Bituricensis dedit benedictionem suam. Quo facto, quilibet in suam cameram intravit: & postmodum adhuc dictus abbas Missam novam celebravit: & ipso die domini archiepiscopus, & episcopus, ob reverentiam dicti abbatis, fuerunt ibidem procurati.

Die Mercurii sequenti, in mane audivit dominus ibidem Missam, & confirmavit; & postmodum domini archiepiscopus & episcopus Claromontensis intraverunt capitulum: & abbate, & conventu præsentibus, post sermonem factum a domino Bituricensi archiepiscopo; dominus episcopus, ad reformationem ordinis dicti monasterii statuit quædam statuta: supplicans domino archiepiscopo, ut ea confirmaret.

Cui dominus archiepiscopus annuit benigne & devote. His actis, dominus archiepiscopus, equitando tres leucas, venit apud Bellam Aquam, abbatiam ordinis Cisterciensis: ubi ipsa die pernoctavit, & hoc ad expensas abbatie.

Secunda visitatio diocesis Claromontensis a domino Bituricensi archiepiscopo.

ANNO
CHRISTI
1287.

Anno Domini 1287. Dominica in festo beati Matthæi, intravit dominus diocesum Claromontensem, ad visitandum quem non visitaverat in visitatione præmissa.

Eadem die declinavit primo dominus apud Marcillac, prioratum abbatum abbatie Menatensis, ubi fuit procuratus: nec fuit computatum.

ANNO
CHRISTI
1287.

Die Lunæ, venit dominus apud Montem Acutum: ubi fuit cum priore in procuratione. Summa expensarum, octo libræ.

Die Martis sequenti, venit dominus apud Poyncac; prioratum abbatie Ebrolensis: ubi audivit Missam, prædicavit, tonsuras fecit, & procuratus fuit a priore dicti loci. Summa expensarum, sex libræ.

Die Mercurii sequenti, visitavit dominus ecclesiam parochialem sancti Gilvasii, audivit ibi Missam: & procuratus fuit apud Chambonet a capitulo sancti Gilvasii, & priore de Chambonet; qui duo tenentur per medium ad procuracionem sancti Gilvasii per procuracionem.

Nota, quod sibi debebatur ratione prioratus de Chambonet; remisit ipsa die: quia dictus prioratus eodem anno datus sibi fuit ad vitam.

Die Jovis sequenti, venit dominus apud Montem Fremini, prioratum abbatie Ebrolensis; ubi Missam audivit, prædicavit, & confirmavit, & tonsuras fecit: & procuratus fuit a priore dicti loci.

Die Veneris sequenti, visitavit dominus ecclesiam sancti Periceti; & fuit procuratus a priore & cappellano dicti loci: tamen dicebatur communiter, quod archiepiscopi Bituricensis ibidem alias non fuerunt procurati; & fuit præfens in procuracione electus Menatensis.

Die Sabbati sequenti venit domus apud Rupem Dagon, prioratum monasterii sancti Genulphi, Bituricensis diocesis; ubi Missam audivit, tonsuras fecit: & fuit procuratus a priore dicti loci. Summa expensarum sex librarum Turonensium fuit.

Dominica sequenti, scilicet in vigilia beati Michaelis, visitavit dominus prioratum de Doutre, abbatie sancti Genulphi: & fuit procuratus a priore dicti loci in quadam domo vocata, *Beaulen*; quia domus non erant sufficientes in dicto prioratu.

Die Lunæ sequenti, scilicet in festo beati Michaelis, celebravit dominus in ecclesia de Doutre, prædicavit, indulgentiam dedit, fecit tonsuras: & fuit eadem die cum abbate de Menato ex gratia, in domo dicta *Beaulen* prædicta.

Die Martis sequenti, visitavit dominus prioratum de *Saint Bar*, abbatie Cambonensis, diocesis Lemovicensis: ubi Missam audivit, tonsuras fecit; & fuit procuratus a priore dicti loci. Summa expensarum

Die Mercurii sequenti, venit dominus apud Mantes, prioratum similiter Cambonensem: ubi Missam audivit, prædicari fecit; & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, sex libræ, & quinque solidi.

Die Jovis sequenti, venit dominus apud Grajac, prioratum monasterii de Mozac: & invenit ecclesiam & prioratum firmatos; nam episcopus Claromontensis frater Guido dictum prioratum per longum tempus tenebat: & ideo archiepiscopus Bituricensis, ob dilectionem ipsius non declinabat: propter quod prior dicti prioratus dicebat, quod non tenebatur ad procuracionem; licet inveniretur in papyro domini Joannis Bituricensis archiepiscopi, quod tempore quo idem dominus Claromontensis dictum prioratum tenebat, fuerat procuratus.

Tandem,

Tandem, post multas alterationes, dominus receptus fuit & procuratus a priore dicti loci, sub illa forma: quod per hanc receptionem nullum novum jus, nulla nova possessio acquireretur ecclesie Bituricensi: & super facta fuit littera, quae remanet priori: & commissa fuit inquisitio proposito Claromontensis ecclesie.

Die Veneris sequenti, venit dominus apud Hermancum: ubi procuratus fuit a capitulo dicti loci; in crastino celebravit ibidem, predicavit, indulgentiam dedit, & multas tonsuras fecit.

Die Sabbati sequenti, venit dominus apud Agele, prioratum abbatie sancti Illidii Claromontensis, ubi fuit procuratus a priore dicti loci. Summa expensarum septem librarum, & tres solidi.

Dominica sequenti, scilicet ante festum beati Dionysii, venit apud Aureamvallem; ubi celebravit, predicavit, fecit tonsuras: & fuit procuratus a dicto capitulo dicti loci. Summa expensarum, septem librarum, & sex solidi.

Tunc de consilio Claromontensis episcopi, & prepositi, dimisit iter suum de eundo apud Aureliacum; quia dicebant vias esse intolerabiles propter frigus.

Die Lunae sequenti, venit dominus apud Brisfont, prioratum Abbatie Casae Dei: ubi Missam audivit, tonsuras fecit; & fuit procuratus a priore dicti loci. Summa expensarum, sex librae.

Die Martis sequenti, venit dominus apud Claromontem: visitavit ecclesiam sancti Andree, ordinis Praemonstratensis: & fuit procuratus ab abbate, & conventu dictae ecclesie.

Die Mercurii sequenti, fuit ibidem cum episcopo Claromontensi in domibus episcopalibus gratis.

Die Jovis sequenti, scilicet in festo beati Dionysii, fuit dominus in abbacia sancti Illidii Claromontensis cum abbate gratis.

Die Veneris sequenti, venit dominus apud sanctum Desiderium, prioratum abbatie Casae Dei, ubi Missam audivit, & confirmavit, tonsuras fecit; & procuratus fuit a priore dicti loci. Summa expensarum, sex librae, cum sex solidis Turonensibus, vel decem solidis.

Die Sabbati sequenti, venit dominus apud Cumilhac: ubi fuit procuratus a priore dicti loci. Summa expensarum fuit septem librae.

Dominica sequenti, scilicet ante festum beati Lucae, venit dominus apud sanctum Germanum Lempi, prioratum abbatie Casae Dei: ubi Missam audivit; & procuratus fuit a priore dicti loci. Summa expensarum, septem librae, cum decem solidis.

Die Lunae sequenti, fuit dominus apud Alencum Burgi, prioratum abbatie de Clusa: ubi Missam audivit, & predicavit; indulgentiam dedit; & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci.

Die Martis sequenti, visitavit dominus prioratum de Marcat & Dambert, ordinis Clugniacensis: & quia pauperes erant, finaverunt pro procuracione ad octo libras; nec pro tanto essent quittii, sed gratia eis fuit facta ista vice ad supplicationem domini Stephani Cappellani de Maincac, qui conducebat nos.

Concil. General. Tom. XXIV.

Eadem die, venit dominus apud Salinach, prioratum conventualem de Clusa: ubi in crastino Missam audivit, predicavit, indulgentiam dedit; & ipsa die Martis procuratus fuit ad expensas prioris dicti loci.

Die Mercurii sequenti, visitavit dominus abbatiam Thierentem: ubi Missam audivit, predicavit, indulgentiam dedit, & procuratus fuit ad expensas dictae abbatie Thierentis.

Eadem die Mercurii, finavit abbas Thierentis de procuracionibus prioratum Nigri Stabuli, & de Angerolles, ordinis Clugniacensis, quos prioratus tenebat, ad tredecim libras, & octo solidos Turonenses.

Die Jovis sequenti, visitavit dominus ecclesiam collegiatam de Thienio: ubi Missam celebravit, predicavit, indulgentiam dedit, & comedit una cum lociis suis, cum magistro G. de Malo monte gratis, & cetera familia super capitulum loci: & fuit summa expensarum, sex librae & novem solidi.

Die Veneris sequenti, venit dominus apud Montem Petrosam, abbatiam ordinis Cisterciensis: ubi duo altaria consecravit, & pernoctavit ibidem.

Die Sabbati sequenti, scilicet in festo beati Lucae, venit dominus apud Thuciacum: ubi celebravit Missam, predicavit, indulgentiam dedit, & fuit procuratus ab abbatissa & conventu dicti loci. Summa expensarum, octo librae.

Dominica sequenti, visitavit dominus prioratum de Montibus, ordinis Cluniacensis: ubi quia alias non fuerat, fuit receptus processionaliter, & procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, sex librae.

Die Lunae sequenti, visitavit dominus prioratum de Dreturay: ubi fuit receptus processionaliter, audivit Missam, predicavit, dedit indulgentiam; & procuratus fuit ad expensas dicti prioris. Summa expensarum, septem librae.

Die Martis, visitavit prioratum de Fleuret, ubi Missam audivit, confirmavit: & fuit procuratus a priore dicti loci.

Die Mercurii sequenti, venit dominus apud Saleigny vel Jaleigny, prioratum conventualem Casae Dei: ubi Missam audivit, confirmavit, tonsuras fecit; & procuratus fuit a priore dicti loci: nec fuit computatum.

Die Jovis sequenti, venit dominus apud Secay, prioratum Cluniacensis ordinis de Mosac: ubi Missam audivit, predicavit, indulgentiam dedit, & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum fuit septem librae.

Die Veneris sequenti, venit dominus apud sanctum Germanum de Fossatis, prioratum Ede Mozac: ubi Missam audivit, confirmavit, tonsuras fecit; & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci.

Die Sabbati sequenti, venit dominus apud Rex, prioratum conventualem Cluniacensem: ubi Missam audivit, predicavit, indulgentiam dedit; & fuit procuratus a priore dicti loci. Non fuit computatum.

Die Dominica ante festum apostolorum Simonis & Judae, apud Landosum cum capitulo: ubi Missam audivit, predicavit; & fuit procuratus. Summa expensarum fuit octo librae cum septem solidis.

ANNO
CHRISTI
1190.

Die Lunæ apud Poillac cum priore abbatiae Catæ Dei: audivit ibi Missam, prædicavit, & procuratus fuit. Summa expensarum, octo libræ, sex solidi, novem denarii.

Die Martis, in festo apostolorum Simonis & Judæ, apud Vionium venit dominus, & cum capitulo procuratus fuit. Summa expensarum, novem libræ.

Die Mercurii, apud Maincac, prioratum sancti Launomari Blesensis. Non fuit computatum; exinde venit in Bituricam per naves.

Hæc sunt loca que dominus bituricensis non visitavit in ista visitatione Claromontensi.

Primo, prioratus de Veriac, qui est abbatiae Ebroliensis; quem omisit ad visitandum, ob dilectionem Scalli Lugdunensis, qui eum detinebat; prioratus de la Crisjille, & Dou Quartz, qui ad unam procuracionem tenentur; prioratus de la Mongie, quem omisit ob dilectionem abbatis Meneatis; prioratus de Cambonet, abbatiae Maciacensis, quem omisit propter grangiam dicti loci combullam; prioratus de Baviile, quem omisit ob supplicationem abbatis sancti Illidii; prioratus de Calves, abbatiae Salinarum; prioratus de Mauriac, qui subest abbatiae sancti Petri vivi Senonensis, & est ibi decanus; prioratus de Drinac, abbatiae Aureliacensis; abbatia monialium sancti Benedicti de Brizac; ecclesia & prioratus de Ploes; abbatia Aureliacensis; prioratus de Charmel, ordinis de Corona; domus Hospitaliariorum de Salvitate; præpositura de Monte Salini, ordinis sancti Angeli; domus Templariorum de Carlac; capitulum de Roillac; prioratus de Bredon, abbatiae de Moissac; prioratus sancti Flori Cluniacensis; abbatia Piperacensis, ordinis sancti Augustini; abbatia monialium de Casis: nunquam fuit ibi archiepiscopus, ut dicitur; prioratus de Chanteiou, abbatiae Catæ Dei; prioratus de Lainac, Catæ Dei; prioratus de Caillac, Cluniacensis; prioratus de Volea, Cluniacensis; prioratus de Mazerac; abbatia Catæ Dei, vel prioratus de Sallanz; prioratus de Casina, Catæ Dei.

Usque hac possumus conduci sui expensis.

Exinde apud Claromontem, in abbatia de Chavicoïn, quam obtulit dominus propter paupertatem: exinde apud Janzarz, abbatiae sancti Illidii Claromontensis: exinde cum capitulo de Arcona: exinde cum priore de Vichiac. De Volca cum abbatissa de Bleolle: exinde apud Comps.

Item obtulit prioratus de Fernox, de Sallart, de Martinllac, de sancto Syndulpho, de Chembon: qui omnes prioratus sunt in compositione facta inter dominum Bituricensem, & abbatem Catæ Dei.

Visitatio Lemovicensis diocesis.

ANNO
CHRISTI
1190.

Anno Domini MCCXC. die Veneris ante festum beati Michaelis archangeli, intravit reverendus pater Simon, Dei Gratia Bituricensis archiepiscopus, Lemovicen-

A sem diocesim, causa visitationis.

Et primo declinavit ad abbatiam de Columba, ordinis Cisterciensis: ubi ipsa die Veneris pernoctavit ad expensas abbatiae.

Die Sabbati sequenti, equitando sex leucas, venit apud Daurancum. ubi receptus fuit processionaliter campanis pulsatis, a capitulo dicti loci; quia abbas infirmabatur; Missam audivit, prædicavit, indulgentiam dedit, tonsuras fecit; & procuratus fuit ad expensas abbatis & prioris dicti loci.

Dominica sequenti, equitando sex leucas, venit dominus ad abbatiam Stirpensem, ordinis sancti Augustini: ubi receptus fuit processionaliter, ut supra, audivit Missam, confirmavit, tonsuras fecit, & procuratus fuit ad expensas abbatis & conventus dicti loci. Nec fuit computatum.

Die Lunæ sequenti, fuit ibidem dominus ex gratia, ad invitationem abbatis dicti loci. Prædicavit in capitulo, & Missam audivit.

Die Martis sequenti, scilicet in festo beati Michaelis, equitando tres leucas venit dominus apud Petrusiam, prioratum Monasterii de Bourguill in valle; & est ibi conventus novem monachorum; ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, Missam celebravit, prædicavit, indulgentiam dedit, tonsuras fecit; & procuratus fuit ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, octo libræ, tres solidi.

Die Mercurii sequenti, equitando quinque leucas, venit dominus apud sanctum Pimauum: ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, a capitulo dicti loci, prædicavit, Missam audivit, tonsuras fecit; & procuratus fuit ad expensas capituli dicti loci.

Et ibidem venit eidem obviam dominus episcopus Lemovicensis, & sibi de piscibus suis grossis copiose præsentavit. Summa expensarum, octo libræ & decem solidi.

Die Jovis sequenti, equitando duas leucas, venit dominus apud Rupem Cavardi, prioratum de Karroffio: ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, audivit Missam, prædicavit; & procuratus fuit ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, septem libræ.

Die Veneris sequenti, equitando tres leucas, venit dominus apud Sales, prioratum conventualem ordinis sancti Augustini: ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, audivit Missam, confirmavit, tonsuras fecit, & in crastino celebravit ibidem ordines; & quosdam de diocesi Bituricensi, & quosdam de Lemovicensi diocesi ordinavit.

Die Sabbati sequenti, equitando duas leucas, venit dominus apud Buxeriam, prioratum conventualem de Clusa: ubi fuit receptus processionaliter, ut supra; audivit Missam, prædicavit, indulgentiam dedit; & procuratus fuit ad expensas prioris dicti loci. Summa expensarum, septem libræ, sex solidi.

Die Dominica sequenti, scilicet ante festum beati Dionysii, equitando tres leucas, venit dominus apud Nautonium, prioratum de Karroffio: ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, audivit Missam, confirmavit, tonsuras fecit, prædicavit; & procuratus fuit læto vultu a priore dicti loci. Nec fuit computatum.

Die Lu.

ANNO
CHRISTI
1190.

ANNO
CHRISTI
1199.

Die Lunæ sequenti, equitando sex leucas, venit dominus apud Apeem, prioratum monasterii sancti Augustini Lemovicensis: ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, & procuratus a priore dicti loci, & priore de Tarno monasterii sancti Martialis; qui ad unam procuracionem tenentur. In crastino Missam audivit, confirmavit, prædicavit, & indulgentiam dedit. Summa expensarum, sex libræ.

Diebus Martis & Mercurii sequentibus, fuit dominus ibidem apud Callucium Cheurot, cum magistro G. de Malomonte, & decano sancti Aredii, fratre suo, ad invitationem eorum, & de gratia speciali.

Die Jovis sequenti, equitando quinque leucas, venit dominus apud Sollempniacum, monasterium ordinis sancti Benedicti: ubi fuit receptus processionaliter, Missam audivit, & prædicavit in capitulo; & fuit procuratus ad expensas abbatis & conventus dicti loci. Summa expensarum, novem libræ Lemovicenses.

Die Veneris sequenti, scilicet ante festum beati Dionysii, intravit dominus civitatem Lemovicensem, & venit in abbacia sancti Augustini Lemovicensis: receptus processionaliter, ut supra, prædicavit, indulgentiam dedit; & fuit procuratus ad expensas abbatis. Summa expensarum, undecim libræ: vel potius septem libræ, & decem solidi.

Die Sabbati sequenti, ibidem apud sanctum Martinum, cum abbate sancti Martini, & priore sancti Andreæ Lemovicensis; fuit dominus receptus, &c. celebravit apud sanctum Martinum, prædicavit, indulgentiam dedit. Summa expensarum, undecim libræ.

Die Dominica sequenti, scilicet in festo beati Dionysii, exivit dominus civitatem Lemovicensem, & venit apud Aureliacum, prioratum ordinis sancti Benedicti: ubi fuit receptus processionaliter, ut supra, Missam audivit, prædicavit, indulgentiam dedit, tonsuras fecit; & fuit procuratus ad expensas prioris dicti loci. Nec fuit computatum.

Visitatio Caturcensis diocesis.

Multa hic deserviderunt.

..... de Aurate, Caturcensem: procuracionem, quam habebat ibidem percipere, si sibi placeret, ratione visitationis quam inibi potest licite exercere; litteras ipsius prioris recepimus sub hac videlicet forma:

UNIVERSIS presentes litteras inspecturis & auditoris, humilis Priorissa monasterii beate Mariæ de Aurate in civitate Caturcensis, ordinis S. Benedicti, salutem in Domino. Notum facimus, quod licet reverendus pater dominus Simon, divina providentia Bituricensis archiepiscopus, nobis hac vice remiserit procuracionem, quam sibi licebat percipere in monasterio nostro prædicto, ratione visitationis, quam potest ibidem licite, tempore congruo, exigere: nolumus, quod eidem archiepiscopo vel ecclesie sue Bituricensi, seu eius successoribus aliquod præjudicium generetur, quin possit & debeat, quando sibi placuerit, in prædicto monasterio visitare, & procuracionem ibidem debitam percipere & levare, modo & tempore consue-

Concil. General. Tom. XXIV.

ris. Datum Caturci, die Lunæ post Resurrectionem palmarum, anno Domini MCCXCI.

Die Martis sequenti, audivit dominus ibi Missam, scilicet apud prioratum sancti Ursini: & exinde, equitando quinque leucas, venit dominus apud Gardjam Dei, abbatiam ordinis Cisterciensis, ubi pernoctavit ad expensas abbatis dicti loci.

Die Mercurii sequenti, audivit dominus ibi Missam: & exinde, equitando quinque leucas, venit dominus apud Moisiacum, abbatiam ordinis sancti Benedicti; ubi fuit receptus, campanis pulsatis, a priore conventuali & conventu, processionaliter: & procuratus ad expensas abbatis, qui tunc erat ad Parlamentum Tholozæ; & misit idem abbas ad dominum litteras clausas excusatorias, ex eo quod non poterat esse ad abbatiam suam prædictam cum Domino.

Die Jovis sequenti, audivit dominus ibi Missam, prædicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, tonsuras fecit; & exinde, equitando quatuor leucas, venit apud Montem Albanum, ordinis S. Benedicti, subbatiam, ut dicitur, abbatie Casæ Dei: ubi receptus fuit processionaliter ab abbate & conventu indutis cappis sericis: & erat abbas mitratus, & tenebat baculum pastoralis in manu: & procuratus fuit ad expensas dicti abbatis.

Sancta die Veneris, celebravit ibidem servitium in ecclesia parochiali Montis Albani, prædicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & tonsuras fecit. Et exinde equitando per duas leucas, venit dominus apud Caeracum, prioratum conventualem de Aureliaco, ubi receptus fuit, ut supra, & procuratus ad expensas prædicti prioris.

SIMON, Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Aquitanie primas, dilecto nobis in Christo priori de Calceata, Caturcensis diocesis, salutem in Domino. Cum nos hac instanti die Sabbati ante Pascha Domini vestram proponamus ecclesiam visitare, & exinde illa die ipsa ecclesia visitata apud sanctum Antoninum favente Domino declinare: mandamus vobis quatenus dicta die apud sanctum Antoninum procuracionem nobis debitam præparetis. Datum anno Domini, &c.

Die Sabbati sequenti, venit dominus equitando per unam leucam apud Calceatam, prioratum de Figisco, ubi dominus credidit prædicare, & alias visitationis officium exercere; sed quia dominus non invenit aliquem in ecclesia, nec venerant parochiani adhuc ad ecclesiam, dominus recessit, nec voluit remanere ibi.

Exinde equitando per duas leucas, venit dominus apud sanctum Antoninum, prioratum conventualem ordinis sancti Augustini, Ruthenensis diocesis; ubi dominus mandaverat suam præparari procuracionem a priore de Calceata prædicto, sub forma seu consimili in fine pagine præcedentis, sub signo . . . videlicet scripta.

Et cum illa die veniret apud sanctum Antoninum, venit prior illius loci cum pluribus canonicis suis obviam domino: qui præcepit eidem priori, quod ipse & conventus desisterent a receptione processionali, & qua-

ANNO
CHRISTI
1199.

vis alia solemnitate, propter devotionem A
diei.

Venerunt etiam domino obviam burgen-
ses. & concomitaverunt dominum usque ad
prioratum prædictum: ubi benedictiones a-
que de fontibus fecit indutus pontificalibus,
celebravit, prædicavit, indulgentiam dedit:
& fuit ipsa die procuratus ibidem ad expen-
sas prædicti prioris de Calceata.

Sancto die Paschæ, fuit dominus in prio-
ratu prædicto, celebravit indutus pontifica-
libus cum pallio: & fecit prædicari, & in-
dulgentiam dari per fratrem Hugonem prio-
rem de Ynoy, qui fecit sermonem post ve-
speras in claustris prioratus prædicti: & fuit
dominus illa die procuratus ad expensas prio-
ris sancti Antonini prædicti.

*Visitatio Albiensis diocesis per dominum ar-
chiepiscopum Bituricensem.*

Die Lunæ in crastino Paschæ, dominus
Bituricensis consecravit ibidem, vide-
licet apud S. Antoninum, altare quod est
in capite ecclesiæ, & quatuor viatica seu
parva altaria: quod quidem altare in hono-
re B. Mariæ, & B. Martini, & omnium
Sanctorum exstitit consecratum, & reposuit
intra ipsum altare quasdam reliquias, &
sternavit petram cum calce benedicta.

Benedictionibus factis quæ in talibus re-
quiruntur, indulgentiam dedit illis qui in-
terfuerunt hujusmodi consecrationi: audivit
ibi Missam, prædicavit, & iterum indulgen-
tiam dedit, confirmavit.

Et exinde intravit Albiensem diocesim, &
venit equitando duas leucas apud Vacurdo-
mum Templariorum: ubi dominus Albiens-
is venerat obviam domino, & requisivit
dominum eundem, quod ipse esset cum ipso
episcopo per octo dies, & quod contraman-
darentur procuraciones mandatz & Missæ.

Et ipsa die locutus fuit cum domino su-
per pluribus, & postea ante comessionem se-
cessit: prælatum autem dominum receptus fuit
ibidem processionaliter, campanis pulsatis,
cantando: & procuratus fuit ad expensas
præceptoris prædicti loci.

Die Martis sequenti, audivit ibi Missam,
prædicavit, indulgentiam dedit, confirma-
vit, tonsuras fecit, & exinde equitando tres
leucas, venit apud Podium Celsi, priora-
tum de Aureliaco, Claromontensis diocesis:
ubi receptus fuit, ut supra, audivit ibi
Missam; prædicavit, indulgentiam dedit, &
confirmavit: & procuratus fuit ad expen-
sas prioris.

Nota de fraude prioris dicti loci, qui pe-
nes se retinuit omnia bona ecclesiæ, & ad
ipsam ecclesiam spectantia, & in collatio-
ne, seu præsentatione ejusdem ecclesiæ se-
cit pactum, ut dicitur, cum rectore illius
ecclesiæ, quod ipse rector finiret de procu-
ratione archiepiscopi Bituricensis, & mini-
straret de propriis bonis ecclesiæ supra ea,
quæ pro procuracione contingeret exigi in
futurum.

Et quia dominus intellexit fraudem hu-
jusmodi, mandavit bona dicti prioris, per ar-
chipresbyterum loci arrestari & casiri: &
facit Bajulum vel Bailum prioris, per Guil-
telmum de Rivo clericum suum crastina die
moneri, ut idem Bajulus dicti prioris no-

mine, & pro ipso satisfaceret eidem domi-
no competenter de procuracione sua.

Quam quidem procuracionem dictus re-
ctor jam solverat, & de ipsa ad plenum
satisfecerat: sed dominus procuracionem
ipsam, tamquam a rectore prædicto solu-
tam noluit acceptare.

Cum autem dictus Bajulus, qui vocatur
Joannes de Mala Petra, videret, quod tam
contra ipsum, quam contra dominum suum
priorem dominus vellet procedere ad excom-
municationes summas; idem Bajulus promi-
sit in manu archiepiscopi dicti loci pro do-
mino stipulantis, quod ipse dicti prioris no-
mine, & pro ipso satisfaceret de procuratio-
ne prædicta: cui promissioni fuerunt præten-
tes, dominus Vivianus de Concordia, do-
minus Hugo præceptor domus sancti And-
ræ, dominus Adam de Chemino dispen-
sator domus domini Bituricensis prædicti, &
ego Guillelmus de Rivo publicus notarius.

Et advertendum est, quod taliter in
recessu crastina die fuit processum: die Mer-
curii, qua, ut præmittitur, contra priorem
de Podiocelli fuit processum, venit domi-
nus, equitando per tres leucas, apud Rabasta-
gnum, prioratum de Moisiaco; ubi domi-
nus receptus fuit, ut supra; & venerat ab-
bas Moisiacensis obviam domino satis lon-
ge: audivit ibi Missam, prædicavit, confir-
mavit, & indulgentiam dedit; & procura-
tus fuit ad expensas prioris, qui est nepos
domini Moisiacensis.

Die Jovis sequenti, fecit ibi tonsuras; &
exinde, equitans per duas leucas, venit a-
pud Viancium, præposituram de ecclesiæ Al-
biensi, quam tenet præpositus ejusdem eccle-
siæ: ubi dominus receptus fuit, & fecit, ut
supra, & procuratus ad expensas præpositi
dicti loci.

Die Veneris sequenti, venit dominus e-
quitando per unam leucam, apud Gallia-
cum, abbatiam ordinis sancti Benedicti, im-
mediate subjectam, ut dicitur, abbatiæ Ca-
sæ Dei: ubi receptus fuit, ut supra; & pro-
curatus fuit ad expensas abbatis.

Die Sabbati, equitando per duas leucas,
venit dominus apud Rommanour, prio-
ratum de abbatiæ Marciliensi: ubi receptus
fuit, ut supra, audivit Missam, & ibi con-
firmavit.

Et exinde venit ea die apud Sexterolium,
ibi prope prioratum de Gailliac: ubi recep-
tus fuit processionaliter, pulsatis campanis,
audivit ibi Missam, confirmavit: & procu-
ratus est ad expensas prioratum prædicto-
rum. Et impetravit prior de Sexterolio a
domino quasdam litteras monitorias de com-
pellendo priorem de Rommanour prædictum
de satisfaciendo medietatem procuracionis.

Tandem idem prior alias litteras impe-
travit, quod inquireretur, utrum fecisset
magnam aliquam contributionem, vel par-
tem aliquam procuracionis solvisset; & quod
non compelleretur ad satisfactionem ali-
quam, nisi ad hoc teneri inveniretur per
inquestam.

Et fuerunt ab utraque parte plures litte-
ræ impetratz.

Die Martis fuit dominus cum ipso gratis.
Die Mercurii fuit similiter cum eodem
gratis.

Die Jovis similiter cum eodem gratis.

Die

ANNO
CHRISTI
1190.

Die Veneris exiit dominus civitatem Albiensem, & cum equitando per tres leucas, veniret apud abbatiam de Candello, Cisterciensis ordinis, descendit dominus ad cœmeterium ecclesie de Candello veteri, & reconciliavit illud, & ibidem confirmavit.

Et postea venit ad dictam abbatiam, ubi receptus fuit processionaliter, campanis pulsatis, tonsuras fecit, & pernoctavit ibidem ad expensas abbatis.

Die Sabbati sequenti, audivit ibi Missam, tonsuras fecit: & exinde equitando per quatuor leucas, venit ad abbatiam de Castris ordinis sancti Benedicti, ubi receptus fuit processionaliter, campanis pulsatis: & erat abbas cappa serica indutus, & habebat baculum pastorem in manu in receptione domini: audivit ibi Missam, predicavit, indulgentiam dedit, & procuratus fuit ad expensas abbatis.

Die Dominica, qua cantatur *Usum Domini*, reconciliavit cœmeterium parochialis ecclesie dicti loci, quod quidem cœmeterium est extra villam de Castris situm: indulgentiam dedit illis qui interfuerunt reconciliationi hujusmodi.

Et post rediens ad abbatiam prædictam, ad majus altare ipsius monasterii indutus pontificalibus celebravit, predicavit, & indulgentiam dedit, confirmavit: & exinde equitando per unam leucam, ivit dominus apud Rupperturnam castri domini Montisfortis, ad invitationem domini S. de Courciaco, senescalli ipsius domini, & potavit ibidem dominus cum tota familia sua.

Et exinde venit illa die equitando per duas leucas, apud Lautricum, prioratum abbatie sancti Pontii, Narbonensis diocesis, ubi multum honorifice fuit receptus a nobilibus & burgensibus dictæ villæ, qui obviam domino subtus villam venerunt; & fuit dominus processionaliter receptus campanis pulsatis, in ecclesia prioratus prædicti, & procuratus fuit ad expensas prioris.

Die Lunæ sequenti, audivit ibi Missam, predicavit, indulgentiam dedit, & exinde equitando per quatuor leucas, venit dominus apud Albiam, declinans ad prioratum sancti Salvii de civitate Albiensi, ordinis sancti Augustini: ubi receptus fuit multum honorifice, sicut supra, & procuratus fuit ad expensas prioris.

Die Martis sequenti, celebravit ibidem indutus pontificalibus, predicavit, indulgentiam dedit, & confirmavit.

Et postea, rediens ad cameram, habuit ipse & episcopus Albiensis tractatum cum communitate villæ Albiensis: & requisivit communitatem eandem, quod ipsa sibi, tamquam domino suo superiori, facerent quod dicunt, appellando ad eum ab auditorio episcopi, & recognoscendo eundem dominum suum superiorem: & quod scriberet ipsa communitas domino Regi, quod cum senescallus Carcassonenensis inhibuisset omnibus dictæ villæ Albiensis, ne ad alium appellarent quam ad ipsum: quod faceret idem Rex inhibitionem hujusmodi revocari, vel quod ipsa inhibitione non obstante posset ipsa communitas ad dominum archiepiscopum, tamquam ad suum superiorem dominum, appellare.

Sub quo dominus episcopus propria manu

scripsit quandam notam, sub cujus forma debebat ipsa communitas domino Regi scribere: quam notam communitas asportavit, & deliberare noluit super ea.

Eadem die, scilicet die Martis post dominicam qua cantatur, *Usum Domini*, venit dominus apud Scuriam, prioratum de abbatia Gailliacensi: ubi receptus fuit processionaliter, campanis pulsatis, & vicis villæ paratis & juncatis; procuratus fuit ad expensas prioris.

Notandum est autem, quod dominus debuisset ivisse de loco prædicto apud Securum, prioratum abbatie Moisiacensis: & mandaverat ibidem dominus procuracionem suam præparari: sed prior loci accedens ad dominum per duos dies vel tres ante, suggestit domino, quod locus adeo pauper erat, quod ad recipiendum eundem sufficere non valebat: aliam causam specialissimam prætendendo scilicet, quod aliquis prædecessor domini nunquam visitaverat illum locum, nec procuracionem ibidem receperat. Verum quia nonnullæ litteræ nunciabantur, per quas bonæ memoriæ J. prædecessor domini, fecerat priorem ejusdem loci moneri de reddendo contributionem sibi taxatam ad subveniendum cuidam alii prioratui, præsumebatur quod ipse ad procuracionem tenebatur: præsertim cum, ut asseritur, locus ille sit bonus & pinguis. Tandem vero dominus facilis suggestionibus prioris, & nonnullorum precibus circumventus, specialiter motus & ductus, contemplatione domini Moisiacensis abbatis, procuracionem mandatam eidem priori remisit.

Hæc sunt loca subscripta, quæ dominus propter eorum distantias non solum, sed etiam propter æstivos calores omisit in Albiensi diocesi visitanda: scilicet, prioratus de Ambilero, prioratus sancti Amantii, prioratus de Camia, prioratus de Bullato, prioratus sancti Gervasi, & dictus prior de Securo vel Securo.

Visitatio alterutra de diocesi Ruthemensi in diocesi Caturcensi.

Die Mercurii sequenti, audivit dominus Missam apud Scuriam prioratum prædictum, predicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, tonsuras fecit, cœmeterium ecclesie reconciliavit, iteram indulgentiam dedit illis, qui hujusmodi reconciliationi intertulerunt.

Et exinde Albiensem diocesim exeundo per quinque leucas, equitans apud Varenh, prioratum de Abbatia Aureliaci, qui prioratus est Ruthemensis diocesis, declinavit, & fuit ibidem procuratus ad expensas prioris; qui ierat ad electionem abbatis monasterii Aureliacensis faciendam, quod monasterium tunc temporis pastore carebat.

Die Jovis sequenti, audivit dominus ibi Missam, predicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & tonsuras fecit; & exinde equitando per unam leucam, venit dominus apud Spinacium domum Hospitaliariorum ejusdem diocesis Ruthemensis, ubi receptus fuit, ut supra: & erant domus loci ejusdem satis sufficientes pro domino, licet præceptor dicti loci, falsitate suggesta, fecisset eum reverti apud Viride Folium, ubi fuimus: ad

ex-

ANNO
CHRISTI
1190.In margi-
ne, in ve-
niantur.

ANNO
CHRISTI
1190.ANNO
CHRISTI
1190.

expensas præceptoris: & sinavit præceptor cum magistro domus domini, ad tredecim libras monetæ illius patriæ.

Die Veneris sequenti, equitando semileucam, venit dominus apud Bellum Locum, abbatiam Cisterciensem ejusdem diocesis Ruthenensis, ubi campana pulsata processionaliter fuit ab abbate & conventu receptus, & fecit ibidem tonsuras.

Die Sabbati sequenti, audivit dominus ibi Missam, prædicari fecit per fratrem Hugonem priorem de Ynoy, indulgentiam dari, & se abbatis & conventus orationibus commendari: & exinde equitando per duas leucas, venit dominus ad Cappellam Templariorum Caturcensis diocesis, ubi campanis pulsatis receptus fuit processionaliter, & procuratus ad expensas præceptoris.

Die Dominica, qua cantatur *Jubilata*, audivit ibi dominus Missam, prædicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & tonsuras fecit: & exinde, cum veniret apud Locum Dei, abbatiam Cisterciensem, Ruthenensis diocesis, distantem ab hinc per duas leucas; declinavit apud Calves, ubi cæmeterium ecclesiæ ipsius loci reconciliavit.

Et postea venit ad abbatiam prædictam, ubi receptus fuit processionaliter, campanis pulsatis: & erat abbas in processione, indutus cappa serica, cum baculo pastorali.

Et postea intravit dominus capitulum: ubi aliquibus verbis Theologiæ præpositis ab eodem, se abbatis & conventus orationibus commendavit; & in dicto monasterio pernoctavit: & quia dominus, aut aliquis prædecessor ipsius, numquam ibidem fuerat, dominus fecit subventionem abbati de sexaginta solidis.

Die Lunæ sequenti, audivit dominus ibi Missam, tonsuras fecit: & exinde, equitando quinque leucas, venit apud Marsiliacum, abbatiam ordinis sancti Benedicti, Caturcensis diocesis: ubi receptus fuit, ut supra; & procuratus ad expensas abbatis.

Quia vero dominus invenit in dicto monasterio quosdam monachos lethifere fauciatos; scripsit episcopo Caturcensi, sub hac videlicet forma.

Simon Dei gratia, Bituricensis archiepiscopus, Aquitanie primas; venerabili fratri R. ejusdem gratia episcopo Caturcensi; salutem in Domino. Nefandum scelus ac piaculare flagitium, quod in monasterio de Marsiliaco vestræ diocesis, visitantes ibidem per quorundam impiorum flagitiosas dextras, innocentis sanguinis avidas, in religiosos viros fratres Guidonem de Vaclac, & Raymundum de Vallon, monachos ejusdem monasterii Marsiliacensis, horribili sevitare commissum vidimus; nec non contemptus divinæ majestatis nos afflictos super hoc provocant ad vindictam: unde cum præfatos monachos, a prædictis impiis instinctu diabolico iocitatis; scilicet dictum fratrem Guidonem, quasi lethifere vulneratum, non tantum in capite, verum etiam in brachiis, humeris, manibus, & tibiis, vulneribus super vulnera damnabiliter cumulatis, præfatum autem Raymundum per privationem, & amputationem pugni proprii, ab aliis impiis muti-

latum invenimus; admirantes quomodo super atrocitate tanti facinoris, omisit interponere partes vestras: quas vulnerationes, seu vulnerum cicatrices ac mutilationem vidimus contristari; & ideo præmissa, conniventibus oculis, pertransire nolumus: fraternitati vestræ mandantes, movemus vos primo, secundo, & tertio, tenore præsentium, quatenus contra Raymundum Barasti domicellum, Bertrandum de Truffe ejus basilium, & Raymundum de Grivelia domicellum, illatores facinoris in dictum Guidonem commissi, ut dicitur; super quo etiam fuimus summarie informati, nec non contra Guillelmum de Portu, Bernardum de Rencsch, Arnaldum de Villa Sicca, B. Petrum Berganti, & Bernakum Corneliu servientes dicti Guillelmi, quos sceleris in personam fratris Raymundi, ut prædicatur, commissi poteritis invenire hujusmodi atrocitatis fautores, seu actores, consiliarios, ac etiam adjuutores, tam per testes, & minas, quam per verisimiles conjecturas, & alias probationes sufficientes; taliter procedatis, quod hoc Dei, & ecclesiæ suæ sanctæ cedat honori, & animæ nostræ & vestræ saluti.

Et est sciendum, quod dominus super hoc fecit fieri quondam monitionem generalem, sine nominum expressione, cum denunciatione excommunicationis a canonicis in malefactores facinoris antedicti.

Item sciendum est, quod dominus propter hoc scripsit senescallo Petragoricensi, & senescallo Caturcensi, pro domino rege Franciæ, & pro domino rege Angliæ.

Visitatio Lemovicensis anno MCCXC.

Anno Domini MCCXC. die Dominica, qua cantatur *Reminiscere*; reverendus pater dominus Symon, Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Aquitanie primas, volens intrare Lemovicensem diocesim, ad visitandum nonnulla loca, quæ per eum in visitatione prædicta non fuerant visitata: de castro suo de Navis, ubi die sabbati præcedente suos celebraverat ordines, & venerabilem virum dominum Egidium de Billone electum, confirmatum Narbonensem ad ordinem sacerdotalem promovit: primo declinavit ad abbatiam Bellæ Aquæ, ordinis Cisterciensis, prout infra scribitur, & directum transitum faciendo de Lemovicino in Caturcinum, & de Caturcino in Albigeum, redeundo per Caturcinum, Albigeo visitato, in Lemovicinum; ipsorum locorum dioceses, prout inferius continetur, plenius visitavit.

Primus, ut directius dominus iter suum arripere dicta die Dominica; declinavit, equitando septem leucas, apud prædictam Abbatiam Bellæ Aquæ, ordinis Cisterciensis, Claromontensis diocesis: ubi fuit ad expensas ejusdem monasterii; & ibidem pernoctavit.

Ipsaque die, plures commissiones fecit in Bituricensi diocesi dirigendas, super absolutione quorundam excommunicatorum pauperum, & aliorum, auctoritate officialis Bituricensis, & super causis diversis audiendis ab aliis, quibus dominus

ANNO
CHRISTI
1191.ANNO
CHRISTI
1191.

nus committebat, & sine debito fermi-
nandis.

Die Lunæ sequenti, videlicet post Domini-
nicam qua cantatur *Romulus*: audivit Mis-
sam in abbacia supradicta, & confirmavit,
& tonsuras fecit; & exinde venit, equitan-
do quatuor leucas, apud Evahonium, præ-
posituram ordinis sancti Augustini, Lemo-
vicensis diocesis: ubi, campanis pulsatis,
fuit receptus processionaliter a præposito &
conventu dicti loci.

Commisit autem dominus pro archipres-
bytero de Monte Lucio causam motam in-
ter capitulum de Gias, Bituricensis diocesis,
ex una parte, & parochianos ipsos ex
altera audiendam, & sine debito termi-
nandam.

Item fecit per magistrum P. de Virsione
examinari quamdam causam matrimonia-
lem, motam inter quosdam de parochia de
Marchia Lemovicensis diocesis, & plures
alios fecit processus: & fuit ipsa die ad ex-
pensas præpositi procuratus.

Die Martis sequenti, audivit apud locum
prædictum Missam, prædicavit, indulgentiam
dedit, confirmavit, tonsuras fecit; & exin-
de, unam leucam minimam equitando, ven-
it apud Cambonium, præposituram Le-
movicensis diocesis, ordinis sancti Benedi-
cti membrum per se: & sit præpositus per
electionem, sicut Evahonensis præpositus su-
pradictus: & ibidem fuit receptus dominus,
sicut supra; & factæ fuerunt ibidem plures
substitutiones, procuraciones, commissiones,
ac absolutiones: & huiusmodi procuratus
fuit ad expensas monasterii Cambonensis
prædicti.

Die Mercurii sequenti, audivit Missam
apud locum prædictum, prædicavit, indul-
gentiam dedit, confirmavit, tonsuras fecit:
& exinde venit equitando tres leucas, apud
Ruginacum, prioratum monasterii Evahon-
ensis prædicti: ubi dominus receptus fuit,
ut supra: domicilia vero loci ejusdem tota-
liter vel quasi minabantur ruinam. Cau-
sam matrimonialem supradictam expedivit;
& procuratus fuit ad expensas prioris,
qui tunc erat in Romana curia, ut di-
cebatur.

Die Jovis, ibidem visitationis officium
complevit, ut supra, & exinde, equitando
duas leucas, venit dominus apud Menia-
cum, prioratum de Convegniaco, Clunia-
ensis ordinis, locum male ædificatum &
pauperem, & receptus fuit, ut supra, &
procuratus ad expensas prioris seu Cappella-
ni ejusdem loci.

Commisit dominus, & mandavit archi-
presbytero de Argentonio, ut Gervasium sa-
mulum prioris sancti Benedicti in Saltu,
Bituricensis diocesis, ad benedictionem nu-
ptialem admitti faceret, non obstante si te-
stimoniales presbyteri vel officialis, in cujus
parochia seu diocesi oriundus existerit, non
habebat; quia adeo juvenis venit ad servi-
tium dicti prioris, quod non erat aliquate-
nus præsumendum, eundem Gervasium cum
alia contraxisse.

Die Veneris, apud locum prædictum suæ
visitationis officium complevit, ut supra;
& exinde equitando, venit apud Bouum Lo-
cum, abbatiam ordinis Cisterciensis; & per-
noctavit ibidem ad expensas monasterii.

Die sabbati sequenti, audivit ibi dominus
Missam, confirmavit, tonsuras fecit; & ex-
inde equitando quatuor magnas leucas,
venit apud Albuconium prioratum monaste-
rii Cambonensis male ædificatum: ubi rece-
ptus fuit processionaliter, campanis pulsa-
tis, & procuratus fuit ad expensas prioris
prædicti loci. Oportuit totam familiam do-
mini, clericos, & etiam armigeros intra
ecclesiam dicti loci iacere.

Dominica sequenti, qua cantatur *Oculi
mei*, audivit ibi dominus Missam, prædica-
vit, indulgentiam dedit, confirmavit, & ton-
suras fecit, & exinde venit equitando per
unam leucam, venit dominus apud mona-
sterium Rosliense: ubi receptus fuit, ut
supra.

Dominus illa die fuit ad vespervas indu-
tus pontificalibus; quia illa die erat Annun-
tatio Dominica: & procuratus fuit ad ex-
pensas præpositi & capituli.

Eadem die conquestus est nobis Joannes
Males Herbes laicus super eo quod Joannes
Leonardi canonicus monasterii Rosliensis
prædicti, dicebatur fecisse eundem Joannem
per personam interpositam injuste & sine
causa rationabili ad iudicium evocari.

Et ipsa die finaliter compromiserunt co-
ram magistro Petro de Virsione auditore
causarum, & socio domini, super his in
magistrum Durandum de Mainhac canoni-
cum monasterii Rosliensis supradicti.

Item eadem die, duo clerici defectum na-
talia patientes, constituerunt coram do-
mino, seu locum ejus tenente, quosdam
procuraciones sub forma, quæ sequitur:

Sanctissime Pater, &c.

„ **S**anctissimo Patri, &c. devotissimus suus
„ Simon, &c. Noverit scilicet vestra
„ clementia, quod in mea presentia con-
„ stitutus personaliter Joannes Albi, cle-
„ ricus Lemovicensis diocesis, discretos vi-
„ ros Geraldum de Ageduno, dictum *Bene-*
„ *frat*, & Guillelmum de Virsione clericos,
„ licet absentes, suos fecit, & constituit, &
„ ordinavit procuratores; & quemlibet eo-
„ rum in solidum; ita quod non sit melior
„ conditio occupantis ad impetrandum a
„ sanctitate vestra dispensationem super de-
„ fectu natalium, quem idem Joannes pati-
„ tur, de clerico ad aliquos superiores or-
„ dines non promotus genitus, & soluta:
„ quod huiusmodi non obstante defectu, pos-
„ sit ad omnes ordines promoveri, & eccle-
„ siasticum obtinere beneficium, etiam si cu-
„ ram habeat animarum. In cujus rei te-
„ stimonium, &c.

Die Lunæ sequenti, equitando per unam
leucam, venit dominus apud Phelestinum,
prioratum de monasterio Cambonensi: &
receptus fuit processionaliter, sicut supra,
celebravit ob festum, & in honore Annun-
tiationis Dominice, indutus pontificalibus,
prædicavit ibidem, indulgentiam dedit, con-
firmavit, tonsuras fecit; & procuratus fuit
ad expensas prioris dicti loci.

Die Martis sequenti, equitando tres ma-
ximas leucas, venit dominus apud Mainhac,
prioratum abbacie Burgidolensis: & receptus
fuit, ut supra, prædicavit, indulgentiam de-
dit, confirmavit, tonsuras fecit: & pro-
cura-

ANNO
CHRISTI
1190.ANNO
CHRISTI
1190.

curatus fuit laudabiliter ad expensas prioris.

Die Mercurii sequenti, equitando sex leucas, venit dominus apud Bonam Aquam, abbatiam ordinis Cisterciensis: ubi pernoctavit, & in crastino Missam ibidem in cappella Portali, seu de Porta audivit, praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & tonsuras fecit; & abbati dicti loci de quibusdam malefactoribus, qui pisces de stagnis & piscariis amoverant furtive, & alia bona vastaverant, conquerenti; quamdam generalem concessit monitionem omnibus cappellanis Lemovicensis diocesis dirigendam seu directam.

Die Jovis sequenti, equitando tres leucas magnas, venit dominus apud Portam Dei, prioratum Casae Dei, bonum & divitem, tamen inter arduos colles situm: & receptus fuit processionaliter a priore & conventu, audivit ibi Missam in crastino, praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, tonsuras fecit; & procuratus fuit ad expensas prioris.

Die Veneris sequenti, equitando tres leucas pessimi Kemini, venit apud Boort, prioratum Cluniacensem: ubi illa die receptus fuit, & fecit ut supra, immediate; & Petro de Ruppe presbytero, qui de sancto Juliano Lemovicensis diocesis exiit oriundus, litteras testimoniales concessit, quod ipse in sacerdotium fuit promotus; & hoc juraverunt de credulitate verum esse, Joannes Gaulahe, P. de Chavanhae, & G. Labessa presbyteri, qui viderunt eundem P. de Ruppe apud Boort, & alibi celebrare; nec non discretus vir dominus Durandus Brunel rector ecclesiae de Hucello dictae diocesis asseruit juratus, quod in quadam cappella sua, de voluntate & assensu Lemovicensis episcopi, celebravit idem Petrus.

Die Sabbati sequenti, equitando quinque leucas, venit dominus apud sanctum Angelum, prioratum abbatiae de Karosio, Pictaviensis diocesis: ubi processionaliter fuit receptus, ut supra, audivit Missam, praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, & tonsuras fecit; ac procuratus fuit ad expensas prioris.

Dominica qua cantatur, *Letare Jerusalem*, venit dominus apud Maymacum, abbatiam ordinis sancti Benedicti: ubi receptus fuit, ut supra, audivit ibi Missam, praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit, tonsuras fecit, & procuratus fuit ad expensas abbatis.

Die Lunae sequenti, equitando venit dominus apud Vedrinas, prioratum Casae Dei; ubi receptus fuit, & fecit, ut supra.

Die Martis sequenti, equitando unam leucam, venit dominus apud Ventadour, prioratum ordinis Clugniacensis: ubi fuit processionaliter, campanis pulsatis, ut supra: & in ecclesia dicti prioratus dominus consecravit quoddam altare, in honore beatae Katarinae, beatorum Mauricii, Vincentii, & Blasii, & fecit super illud altare quamdam Missam pro defunctis, per quemdam cappellanum ipsius domini celebrari.

Die Mercurii sequenti, audivit ibi Missam; & exinde, equitando septem magnas leucas, & venit dominus apud Olbazinam, Cisterciensis ordinis; & fuit receptus dominus

Amultum honorabiliter ab abbate, qui emit bladum in herba a portario suo, pretio duorum sextorum frumenti, pro dispergendo per cameram domini, & per aulam in qua compedit.

Et postmodum, dominus ivit ad visitandum quosdam moniales illius ordinis, inclusas in quodam loco, quem ipsi moniales habent satis prope illam abbatiam, extra portam in nemore. Et est secundum, quod priorissa servat unam clavem, & prior claustralis de Olbaziana aliam, ut mihi videtur.

Et cum dominus visitasset easdem, & praedicasset, & se earundem orationibus commendasset; recessit; & praecipit magistro hospitii sui, ut easdem monialibus erogaret quamdam pecuniae quantitatem.

Die Jovis post Dominicam, qua cantatur *Letare Jerusalem*, exiit dominus Lemovicensem diocesim, & intravit dominus diocesim Caturcensem, apud Martellum declinans; & receptus fuit processionaliter, campanis pulsatis; audivit die crastina ibi Missam, praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit; & procuratus fuit ad expensas cappellani dicti loci.

Qui quidem cappellanus se inhabilem reddidit in habitu, quem debet habere quislibet cappellanus, minimam desert tonsuram, capillos longissimos, a posteriori parte scissos, a parte anteriori, ad modum scutiferi raubam patulam cum punctis, coram praelato suo scitiles suturales, effrons facie pravia videtur.

Eadem die fecit dominus Baillivum domini regis coram se ad iudicium evocari; pro eo quod ipse, dum eramus in villa praedicta, manus iniecerat temere violentas in presbyterum: & quia ipse noluit coram nobis respondere eundem excommunicavimus.

Tandem vero didum Baillivum in forma ecclesiae apud Rupem Amatoriam, &c. Quare infra apud praedictum, die sabbati sequenti.

Die Veneris sequenti, equitando duas leucas, venit dominus apud Soliacum, decanatum ordinis sancti Benedicti, immediate subiectum, ut dicitur, abbati Aureliacensi, Claromontensis diocesis: & receptus fuit multum honorabiliter a decano, qui obviam domino venit per leucam cum pulcherrima comitiva scutiferorum, & capitulorum commonachorum suorum, processionaliter, campanis pulsatis, &c. & procuratus fuit ad expensas prioris.

Die sabbati sequenti, audivit dominus ibi Missam de beata Maria, praedicavit, indulgentiam dedit, confirmavit: & exinde, equitando duas leucas; venit apud Rupem majorem, ubi ordines celebravit, acolytos, subdiaconos, diaconos, & presbyteros promovendo: praedicavit, indulgentiam dedit.

Fuit vero receptus multum honorabiliter ab abbate Tuteliensi, Lemovicensis diocesis, qui tenet prioratum de Rupe majore in manu sua: venit enim domino obvius satis longe; & postea rediit ad ecclesiam; in qua dominum dictum abbas monachi, & clerus deserviens prioratui praedicto, in medio graduum illius ecclesiae obviantes domino, receperunt; & fuit procuratus illa die ad expensas abbatis praedicti.

Eodem

ANNO
CHRISTI
1191.

Eadem die, dominus absolvit Baillivum A Regis apud Martellum a duplici excommunicationis sententia: scilicet ab illa, quia coram domino citatus super hoc, quod in presbyterum manus injecerat temere violentas, noluerat respondere, & ab alia canonis, quia injecerat manus in presbyterum.

Reservavit autem dominus taxationem emendæ, de consensu Baillivi prædicti, super excessibus antedictis. Quare principium in pagina præcedenti apud Martellum. Præsentem autem fuerunt reservationi hujusmodi, & absolutioni, archipresbyteri de Vallibus, magister Pontius, & magister Vitalis, ac frater dicti Baillivi.

Nota quod dominus recepit litteras domini episcopi Caturcensis sub hac forma:

Reverendus in Christo patri ac domino vestro carissimo domino Simoni, Dei gratia Bituricensis archiepiscopo, Aquitanique Primati; suus Raymundus, Dei gratia episcopus Caturcensis, cum commendatione seipsum. Paternitatem vestram nobis carissimam requirimus & rogamus, quatenus hac instanti die sabbati, ubicumque vos in nostra diocesi esse contigerit, omnes, si placet, ordines celebretis, & omnia alia faciatis nomine vestro & nostro, quæ ad vestram pertinent dignitatem; nos, si placet, habentes, domine, excusatos, quia tarde vobis scribimus; cum hac instanti die veneris tarda hora ubi vos eratis ignorabamus omnino. Scientes, reverende pater, quod ad vos habuissimus accessum, si equitare possemus. Valeat paternitas vestra per tempora longiora. Datum Caturci, die Veneris post Dominicam, qua cantatur, *Latare Jerusalem*, anno domini MCCXCI. Dominica qua cantatur, *Isti sunt dies*, audivit dominus apud prioratum prædictum de Rupe Amatorum, in cappella beatæ Mariæ Missam secretam, & postea in majori ecclesia magnam Missam, confirmavit, benedixit ornamenta, calices, imagines, & cruces.

Et exinde venit, equitando tres leucas, apud Vicanium: ubi receptus fuit, ut supra. Et cum dominus post prandium evocasset priorem & capitulum dicti loci in camera sua, ad tractandum de statu ecclesiæ, dictis priore & capitulo congregatis; dominus petiit ab eisdem, qualiter temporalitas illius ecclesiæ se habeat: qui unanimiter responderunt, quod erat in bono statu, præter hoc solum, quod contentio erat inter ipsos priorem & capitulum ex parte una, & dominum de Gourdonio ex altera, super alta iustitia villæ de Vicano.

Post hoc autem, interrogati a domino de spiritualitate: præsertim cum dominus intellexisset, quod licet pro canonicis regularibus conferrentur, communiter tamen ipsorum quilibet propriam cameram habebat, non in eodem refectorio comedebant, non in eodem dormitorio conversabantur, non faciebant professionem in dicto monasterio, &c.

Responderunt, & confessi sunt præsentibus magistro P. de Viersione, domino J. de Gressibus, cappellano domini, & Guillelmo de Rivo, publico notario, ac pluribus, quod

Council. General. Tom. XXIV.

in ingressu monasterii, & in creatione ipsorum in canonicos, votum aliquod non fecerunt; dicentes, quod non deserunt alicubi habitum regularem, sed sæcularem, nec deserunt superpellicia, nisi infra metas claustrum sui: & cum claustrum vel villam exeunt, vadunt huc & illuc, ut purus sæcularis.

Advertendum est autem, quod prior & capitulum de Vicano tenent illam villam de Vicano a domino Bituricensi archiepiscopo in feodum, & debent sibi facere hommagium & fidelitatem jurare.

Item, quia dominus viderat, quod ecclesia dicti loci, quæ incepta fuerat opere sumptuoso, vix aut nunquam posset ad finem perducere; voluit, & ordinavit, quod prior daret unam præbendam ad opus prædictum. & dedit indulgentiam illis, qui ad hoc pias elemosynas largirentur.

Die Lunæ sequenti, audivit ibi dominus Missam, prædicavit, indulgentiam dedit, confirmavit: & exinde, equitando semileucam, venit apud Gourdonium, prioratum de Vicano: ubi processionaliter, campanis pulsatis, cantando fuit receptus, & procuratus ad expensas prædicti prioris.

Eadem die misit dominus dominum Fortanum, dominum de Gourdonio, ut veniret die crastina super contentione illius iustitiæ de Vicano cum domino tractaturus.

Die Martis sequenti, audivit dominus ibi Missam, prædicavit, indulgentiam dedit, & confirmavit; & postea reversus ad cameram, tractavit cum prædicto domino de Gourdonio super contentione prædicta, quæ vertebatur inter ipsum dominum Fortanum vel Fortanum ex parte una, & priorem de Vicano ex altera: super qua contentione compromiserant ipse partes; & prolatum fuit dictum arbitrale super hoc. Sed prior asserens monasterium suum læsum non modicum; volebat hujusmodi dictum servare, præsertim cum arbitri forent suspecti, propter plures alias rationes.

Qui quidem Fortandus, consultus a commilitibus suis & aliis, de consilio suo multum benigne respondit domino, quod ipse paratus erat stare dicti domini dicto, arbitrio, voluntati, vel domini Caturcensis, vel alterius cujuscumque probi viri. Demum dominus assignavit seu cunctavit diem Lunæ post Ramos palmarum, Caturci, ad procedendum plenius super istis.

Quibus sic actis, venit dominus, equitando quamdam magnam leucam, apud Concorest, prioratum sancti Ambrosii Bituricensis: ubi receptus fuit, ut supra; & procuratus ad expensas prioris de Gourdonio, qui tenebat cum ad firmam a Camerario sancti Ambrosii, priore dicti prioratus de Concorest.

Die Mercurii sequenti, audivit Missam, & fecit prædicari per fratrem Hugonem priorem de Inoy, socium domini, & indulgentiam dari; confirmavit, & exinde venit, equitando duas leucas, apud Archas, prioratum de Marsiliaco, abbatiæ ordinis sancti Benedicti, Caturcensis diocesis.

Et cum dominus pranderet, venit ad mensam domini quidam monachus, Guillelmus nomine, de prioratu de Duranello, qui prioratus est de abbacia Moisiacensis, & di-

Bbb

xit

ANNO
CHRISTI
1191.

ANNO
CHRISTI
1191.ANNO
CHRISTI
1191.

xit domino verba hæc vel consimilia: Re-
verende pater, Prior de Duravello, vel Du-
ravello me misit ad vos, ut nunciaram vo-
bis, quod cum proponatis nostram ecclesiam
de Duravello die Jovis crastina visitare pro-
curacionem ibidem debitam recepturus, &
ibidem nullus prædecessorum vestrorum vi-
sitaverit, nec procuracionem recepit; non est
intentionis ejusdem prioris, quod ad hoc vos
recipiat: & si hoc facere, scilicet visitare,
& procuracionem recipere volueritis; ego ad
Apostolicam sedem appello.

Et incontinenti dominus monuit in scri-
ptis priorem & monachum prædictos de ad-
mittendo ipsum ad visitationem, & de mi-
nistrando sibi procuracionem debitam.

Quibus sic actis, dictus dominus Bituri-
censis præcepit dicto fratri Guillelmo, quod
iret comestum, quia non erat adhuc ex-
communicatus. Dicta vero die procuratus
fuit dominus ad expensas prioris de Archis;
sed semper dicebat, quod dominus, nec ali-
quis prædecessori ipsius procuracionem inte-
gram receperat in ecclesia sua prædicta; sed
contribuebat, vel contribuebatur eidem.

Prædicta autem die, dum dominus veni-
ret de Concorest, apud Archas, fecit do-
minus transitum per Verganteriam, quæ est
in medio viæ, & debuissimus ibidem ivisse:
sed dominus noluit, quod ille locus visita-
retur ad præsens, contemplatione domini
Sicardi archidiaconi Caturcensis; & tunc de-
ceptus fuit dominus, quia ipse archidiaconus
non tenebat eundem: & est prioratus
dicti loci de abbacia de Marsillaco.

Die Jovis sequenti, audivit dominus Mis-
sam ibidem, scilicet apud Archas, prædi-
cavit, indulgentiam dedit, confirmavit: &
exinde, equitando quatuor leucas, venit do-
minus apud Duravellum, prioratum abba-
tiæ Moisiacensis, de quo fit mentio supra:
ubi fuit receptus processionaliter, campanis
pullatis, a priore & monachis illius loci,
indutis cappis fericis; & procuratus fuit ad
expensas prioris prædicti.

Die Veneris sequenti, audivit dominus ibi
Missam, prædicavit, indulgentiam dedit,
confirmavit: & exinde, equitando quatuor
leucas, venit dominus apud Catufsum, prio-
raturam de Clusa; ubi fecit, ut supra, ton-
suras: & receptus, ut supra, procuratus fuit
ad expensas prioris.

Die Sabbati sequenti, cum dominus vel-
let intrare civitatem Caturcensem, episco-
pus Caturcensis obviavit domino prope Ma-
stusium, castrum ipsius episcopi, & conco-
mitavit dominum usque ad ecclesiam Catur-
censem: ubi dicta die receptus fuit domi-
nus, campanis pullatis, processionaliter, a
capitulo illius ecclesiæ, & toto clero indu-
to cappis fericis, cantando; & illa die fuit
procuratus ad expensas domini episcopi.

*Notandum autem est, quod mandata fuit
procuratio sub hac forma.*

„ S Imon, Dei gratia Bituricensis archie-
„ piscopus, Aquitanie primas; venera-
„ bili fratri Raymundo, Dei gratia episco-
„ po Caturcensi, salutem & sinceram in
„ domino caritatem. Cum nos hac in-
„ stanti die Veneris ante Ramos palmarum
„ ad vestram proponamus ecclesiam, causa

„ ibidem visitationis officium exercendi, sa-
„ vente domino, declinare; mandamus vo-
„ bis, quatenus dicta die procuracionem
„ nobis debitam præparetis. Datum anno
„ Domini &c.

*Contra mandata existit sub his verbis,
usque ad diem sabbati sequentem.*

„ S Imon &c. venerabili fratri &c. salutem
„ &c. ut supra. Contramandamus vobis
„ ex causa, diem Veneris ante Ramos pal-
„ marum; qua die ad vestram proponimus
„ ecclesiam declinare; causa ibidem visita-
„ tionis officium exercendi: significantes
„ vobis, quod die sabbati immediate sequen-
„ ti dictam ecclesiam, concedente Domino,
„ proponimus visitare. Quare mandamus
„ vobis, quatenus dicta die sabbati procu-
„ rationem nobis debitam præparetis. Da-
„ tum &c.

Et sciendum est, quod sub hac forma
scriptum fuit capitulo, & pluribus prioribus
diocesis Caturcensis; tamen stilus antiquus
est brevior, ut videre poteritis in registis
Joannis, & hæc est generalior forma quæ
sequitur.

„ S Imon &c. dilecto nobis in Christo prio-
„ ri vel abbati de loco tali, diocesis
„ talis &c. salutem in Domino. Cum nos
„ instanti die vestram proponamus ecclesiam,
„ concedente Domino, visitare: mandamus
„ vobis, quatenus dicta die procuracionem
„ nobis debitam præparetis. Datum, &c.

Si dominus sit in diocesi visitanda, sic in-
cipienda est littera: Cum nos eandem dio-
cesim visitandam die instanti &c. ut supra
immediate.

*Forma brevis contramandationis seu
demandationis est talis:*

„ S Imon &c. dilecto nobis in Christo
„ priori &c. Ex causa mutato nostro pro-
„ posito diem quam vobis mandaveramus
„ usque ad talem diem vobis ducimus de-
„ mandandam. Datum &c.

Die Dominica sequenti, benedixit in ma-
jori ecclesia Caturcensi Ramos palmarum
& flores; & post receptus fuit processiona-
liter, ut supra; prædicavit, indulgentiam
dedit, celebravit Missam in pontificalibus,
cum pallio; & procuratus fuit ad expensas
capituli in domibus ipsius episcopi.

Die Lunæ sequenti, tractatu habito cum
domino de Gourdonio, super contentione
quæ inter priorem de Vicano, & ipsum do-
minum vertebatur super justitia de Vicano;
quem dominum de Gourdonio invenit do-
minus Bituricensis tractabilem & benignum
ad omne quod dominus super hoc vel qui-
dam alius probus duceret ordinandum: vit
dominus ad ecclesiam fratrum Prædicatorum
Caturcensium; ubi dominus, ad instantiam
plurimorum nobilium de partibus illis, ce-
lebravit ibidem Missam pro quodam defun-
cto nobile, & tradidit eundem ecclesiastica
sepulturæ: prædicavit ibidem, & indulgen-
tiam dedit.

Post hoc ad Caturcense capitulum decli-
navit;

ANNO
CHRISTI
1191.

navit; ubi cum eodem capitulo, presente A
episcopo Caturcensi, tractavit de negotiis
ecclesie sue, & visitavit eisdem ibidem.

Post hoc autem incontinenti ivit domi-
nus apud sanctum Ursitinum de Caturcensi
civitate, prioratum abbatie de Marsiliaco,
ordinis sancti Benedicti; quem tenebat do-
minus Siquardus, archidiaconus Caturcen-
sis: audivit ibi Missam, & confirmavit; &
procuraturus fuit ad expensas ejusdem archi-
diaconi, tanquam prioris dicti loci.

Eadem die dominus remisit ex gratia speci-
ali priorissae beatæ Mariæ de Aurate.

Die Lunæ sequenti, in crastino sancti Mi-
chaelis, anno Domini millesimo ducentesi-
mo nonagesimo primo, completa visita-
tione Lemovicensis, intravit Domi-
nus diocesim Bituricentem. B

Scriptum
est in margi-
ne antea
in origi-
nali libro
habetur, o-
Guagelino
quarto.

Visitatio diocesis Bituricensis.

ET ipsa die primo declinavit apud Mal-
verum, prioratum sancti Martialis,
Lemovicensis diocesis: ubi fuit receptus
ad expensas prioris dicti loci. Summa ex-
pensarum, quinque librae, quinque solidi.

Die Martis sequenti, venit dominus apud
sanctum Nazarium: ubi fuit cum magistro
Domus Hospitalis dicti loci in procuratione.
Nec fuit computatum,

Eadem die, Gaudinus dominus de Reme-
fort, & filius & hæres Gaufridi Lobe de
Remesfort, quondam domini Militis, con-
cessit coram domino litteras manumissionis
centum puellarum, quas pater suus manu-
mitti jusserat in terra sua de Roignac & de
Remesfort ab omni tailia, & commenda:
cui manumissioni consenserunt coram nobis
executores dicti defuncti.

*Littera super dicta manumissione facta sequitur
in hac verba:*

" SImon, Dei gratia Bituricensis archie-
" piscopus, Aquitanie primas, ac exe-
" cutor testamenti bonæ memoriæ defun-
" ti Gaufridi Lobe, militis quondam do-
" mini de Remesfort; universis presentes
" litteras inspecturis, salutem in Domino
" sempiternam. In testamento prædicti de-
" fundi publico, & sigillo curiæ Bituricen-
" sis sigillato, vidimus clausam qua sequi-
" tur in hæc verba.

" Volo, concedo, & præcipio, pro remedio
" anime mee parentumque meorum; quod cen-
" tum puella de terra mea de Remesfort &
" de Maignac manumittantur, & fiant libe-
" ra ab omni tailia & commenda.

" Quibus visis, nos nobilem domicellum E
" Gaudinum, filium & hæredem memora-
" ti defuncti dominum de Remesfort, no-
" stræ Bituricentis diocesis, requisivimus,
" ut de locis prædictis nobis nominaret cen-
" tum puellas, & eas manumitteret, pro
" implenda, ut prædiximus, voluntate me-
" morati defuncti. Qui sponte, & delibera-
" tione præhabita, ac de bonorum consilio,
" ut dicebat, anno Domini MCCLXXXV.
" die Martis post festum sancti Michaelis,
" apud sanctum Nazarium nostræ diocesis,
" presentibus pluribus bonis viris, nobis
" nominavit & assignavit in scriptis cen-
" tum puellas de terris prædictis: qua-

Concil. General. Tom. XXIV.

rum nomina hic inferius continentur:
videlicet:

" Joanna filia Aymerici de Pontilon,
" Olanna filia Amici Pozinea de Barris,
" Johanna filia Dulciæ Pozinele de Barris,
" Joanna filia Petronini Pretelégle de Derot,
" Dulcia filia Humberti de Coillon de Nu-
" ners,
" Joanna filia Ranulphi de Pleys,
" Joanna filia Blanchetta, quæ gardam de
" Deras vel de Derot,
" Joanna filia Boium, fuerat de Ramaforti,
" Janna filia Humberti Peruchet de Barris,
" Beneventa filia Olannæ Martine de Fonte,
" Augerii dicta Maria filia Joannis Pelar
" de Derot,
" Joanna filia Stephani Taillon de Miners,
" Dionysia filia Hyssemberti Peruchet de
" Barris,
" Joanna filia Joannis Bavosin de Derot,
" Petronilla filia Joannis Peruchet de Bar-
" ris,
" Joanna filia Joannis de Ruppe,
" Joanna filia Guilleti Tacherot de Barris,
" Joanna filia Petiti Coillon de Miners,
" Joanna filia Aymerici Braccart de Pa-
" lize,
" Agnes filia dicti Maignet de Brotia,
" Joanna filia Charbonnier de Boenayo,
" Petronilla filia Joannis de Oblinquo de
" Ramaforti,
" Joanna filia Botinot de Rollec,
" Joanna filia Guarmerii de Miners,
" Matthea filia Peron de Foudet de Bar-
" ris,
" Radegundis filia Laurentii de Bacle de
" Buxeria,
" Joanna filia Amici Pesant de Megnec,
" Joanna filia Fratris dicti de Roenao,
" Joanna filia dicti Colas de Agia,
" Joanna filia Joannis Martini de Cha-
" tres,
" Bona filia Guillelmi de Boeria,
" Joanna filia Tortorin de Rollec,
" Margareta filia a la Violate de Derot,
" Joanna filia Joannis Berandea de Cho-
" chet,
" Joanna filia Gaufridi,
" Guillometa de Mengnec,
" Joanna filia sub... Pesant de Megnec,
" Joanna filia dicti Segoyne de Megnec,
" Dionysia filia magistri de Joncheria de
" Megnec,
" Joanna filia Perroveti Cabulon de Me-
" gneg,
" Joanna filia Stephani Paterit de Megnec,
" Joanna filia Joannis de Penitea de Me-
" gneg,
" Margareta filia a la Petite de Megnec,
" Petronilla filia Dede de Megnec,
" Bruneta filia Stephani Barriler de Megnec,
" Joanna filia Aymerici Richardi de Fonte
" Augerii,
" Laurentia filia Vaquerelli de Barris,
" Radegundis filia boni Joannis de Rama-
" forti,
" Bona filia Joannis de Villeneç,
" Dicta Maura filia Dulciæ de Rollec,
" Matthea filia Guillelmi Piscatoris de
" Rollec,
" Joanna filia Rosigneo de Fonte Augerii.
" Joanna filia Aymerici Martini de Foate
" Augerii.

Bbb 2

Joan-

ANNO
CHRISTI
1191.

ANNO
CHRISTI
1191.ANNO
CHRISTI
1191.

„ Joanna filia Aymerici Richard de Fonte A
 „ Augerii,
 „ Joanna filia dicti Siphenea de Fonte Au-
 „ gerii,
 „ Dicta filia filie a la Poche de Fonte Au-
 „ gerii,
 „ Joanna filia dicti au Coc de Fonte Augerii,
 „ Joanna filia de Petronini de Ulmo de Roset,
 „ Joanna filia Beatricis de Paliz,
 „ Joanna filia Michaelis de Paliz,
 „ Petronilla filia Yfsemberti Charlot de
 „ Recules,
 „ Dionysia filia Joannis Beraudi de Choche,
 „ Aynaurdis filia dicti Fratris de Roenayo,
 „ Margareta filia Joannis Collonde Miners,
 „ Joanna filia dictæ la Lebre de Barris, B
 „ Dicta la Ninde Barris,
 „ Laurentia filia Renaudi de Barris,
 „ Dicta Magdalena filia Picardi de Rama-
 „ forti,
 „ Stephana filia dictæ la Forte de Oblin-
 „ quo de Ramaforti.
 „ Joanna filia dicti Nadan de Paliz,
 „ Joanna filia dicti Turloton de Derot,
 „ Stephana filia Dominæ la Krione de
 „ Fonte Augerii,
 „ Joanna filia Ymerici Richart,
 „ Joanna filia Petronii Baraton de Roset,
 „ Joanna filia Joannis de Recules,
 „ Joanna filia Dulcis de sancto Nazareo, C
 „ Stephana filia Joannis dementis,
 „ Joanna filia dictæ Bonæ de la Totofere,
 „ Joanna filia Joannis de Ris de Ramaforti,
 „ Laurentia filia Audeberti de Derror,
 „ Joanna filia Flore de Derror,
 „ Joanna filia Blancheti Cocart de Derror,
 „ Joanna filia Petri Berfelat de Derror,
 „ Joanna filia filii Philippi de Barris,
 „ Joanna filia Joannis de Plays,
 „ Joanna filia Morelli de Palliz,
 „ Joanna filia Stephani Tardi de Palliz,
 „ Joanna filia Aymerici Biolac de Derror,
 „ Joanna filia Joannis Bernardon de Plays,
 „ Petronilla filia Joannis Polinea de Barris,
 „ Joanna filia Odonis Vigneron de Menec,
 „ Joanna filia dicti Berton de Recules, D
 „ Joanna filia Joannis de Oblinquo de Ra-
 „ maforti,
 „ Joanna filia Joannis Eicor de Plateis,
 „ Joanna filia Issamberti Charlot de Recules,
 „ Joanna filia Joannis Arnaudi de Ramafort,
 „ Joanna filia Renaudi Fauchez de Barris,
 „ Joanna filia Petronini Pretegele de Derror,
 „ & Joanna filia Roselli de Cochet.
 „ Quas omnes & singulas prenotatas
 „ centum domicellas seu puellas, idem do-
 „ micellus præfens propter hoc in jure co-
 „ ram nobis accedens, & adimplere deside-
 „ rans prædicti voluntatem patris sui, pro
 „ se & aliis fratribus & fororibus suis, quos
 „ habebat in tutela, masimburnio sive cura, E
 „ ut dicebat, & pro quibus omnibus manu-
 „ cepit de rato super omnibus bonis suis,
 „ manumissas a patre suo; ratificavit, &
 „ confirmavit, & eas liberas approbavit, &
 „ quantum in se erat, & in fratribus suis,
 „ manumisit, & libertati donavit, atque
 „ ipsas ab omni tailla, commenda liberas
 „ efficit & immunes: promittens, sub obli-
 „ gatione omnium bonorum suorum, se fa-
 „ cturum & curaturum, quod dicti fratres
 „ & sorores ejusdem, quamprimum ad le-
 „ gitimam ætatem pervenerint, omnia præ-

„ missa & singula ratificabunt, & super om-
 „ nibus & singulis præmissis litteras consimi-
 „ les concedent: promittens idem domicel-
 „ lus, per fidem in manu nostra præstitam
 „ corporalem, quod contra manumissionem
 „ & libertatem prædictas, per se vel per al-
 „ lium non venient in futurum: obligans
 „ quoad hæc, se & hæredes suos & bono-
 „ rum suorum quorumlibet possessores, &
 „ omnia bona sua mobilia & immobilia,
 „ præsentia cum futuris, ubicumque, &
 „ quantacumque, volens & concedens ex-
 „ presse, ipsum & ejus hæredes per nos &
 „ successores nostros, seu officiales Bituri-
 „ censes compelli ad observantiam omnium
 „ præmissorum, ubicumque ipse vel hæ-
 „ res sui suam facient mentionem.
 „ „ Omnia autem præmissa, & singula,
 „ prout superius sunt expressa, nobilis mul-
 „ lier relicta defuncti Gaufridi Lobe militis
 „ prædicti, præfens in jure propter hæc co-
 „ ram nobis grata & rata habuit, voluit
 „ & laudavit, & quitavit propria auctorita-
 „ tate quidquid juris, possessionis, proprie-
 „ tatis, servitii, domini, servitutis, & red-
 „ dentis cujuslibet, in dictis centum &
 „ quatuor puellis habebat, vel habere poterat
 „ ratione Ofcei, sive dotis, seu qua-
 „ cumque de causa, vel ratione, per fidem
 „ in manu nostra præstitam corporalem;
 „ quod contra præmissa, vel aliquid præ-
 „ missorum per se, sive per alium, non ve-
 „ nient in futurum.
 „ „ Obligans quo ad hæc, & jurisdictioni
 „ curiæ nostræ, & successorum nostrorum,
 „ & officialis nostri supponens se & hæ-
 „ res suos & bonorum suorum possessores;
 „ & omnia bona sua mobilia & immobilia,
 „ præsentia cum futuris, ubicumque sint &
 „ quæcumque: Renunciantes per fidem, tam
 „ dictus domicellus, quam relicta prædicta,
 „ omni actioni, exceptioni, deceptiõni, læ-
 „ sioni cujuslibet, in præmissis, exceptiõni
 „ doli mali in factum, conditioni sine
 „ causa & ob causam, exceptioni circum-
 „ ventiois, & omni juri in favorem mu-
 „ lierum introducto, & introducendo; om-
 „ ni beneficio, & auxilio totius facti & ju-
 „ ris canonici, & civilis; beneficio mino-
 „ ris ætatis, restitutionis in integrum Vel-
 „ lejani, & beneficio crucis, & omnibus al-
 „ legationibus, defensionibus, exceptionibus,
 „ defensis, privilegiis, & rationibus facti &
 „ juris quibuscumque, ac etiam omnibus
 „ consuetudinibus, ulagis proprie, & ita-
 „ turis patriæ, & generaliter omnibus ra-
 „ tionibus juris & facti, per que contra
 „ præmissa, vel aliquid præmissorum posset
 „ opponi aliquid sive dici. Renunciantes præ-
 „ cipue juribus dicentibus generalem renun-
 „ ciationem non valere; volentes & con-
 „ cedentes, quod sibi contra præmissa, vel
 „ aliquid præmissorum aliquid factum fue-
 „ rit, vel fieri contigerit in futurum, quod
 „ per illud factum prædictis renunciationi-
 „ bus, & ab eis quocumque modo habenti-
 „ bus, nulla possessio, nulla præscriptio,
 „ nullum jus, nulla obligatio adquiratur.
 „ Die Mercurii sequenti, venit dominus apud
 „ Vigno prioratum de Karosio, ubi fuit
 „ in procuratione cum priore dicti loci. Sum-
 „ ma expensarum fuit novem libras.

1^o Fori.
manfionem.Die Jovis sequenti, venit dominus apud
Ar-

ANNO
CHRISTI
1291.ANNO
CHRISTI
1291.

Argentonium cum priore sancti S... de A
abbatia sancti Gildasii de castro Radulphi.

Summa fuit expensarum decem libræ.

Die Veneris, fuit ibidem dominus cum
priore sancti Marcelli de eadem abbacia.

Summa fuit expensarum decem libræ.

Die sabbati ante festum beati Dionysii,
fuit dominus apud Nurer cum magistro do-
mus Hospitaliariorum dicti loci. Summa ex-
pensarum, octo libræ.

Die Dominica sequenti, cum priore de
sancto Galtero, venit ad prioratum de Stir-
po. Summa expensarum fuit decem libræ,
& quatuor solidi.

Die Lunæ sequenti, venit dominus apud
Ruphec cum priore de abbacia sancti Mar-
tialis Lemovicensis. Summa fuit expensarum
novem libræ, & undecim solidi.

Die Martis sequenti, equitando venit ab
Obliquam cum priore dicti loci, qui est de
abbacia Dolensi, & eadem die celebravit
Missam dominus.

Die Mercurii sequenti, in festo sancti
Dionysii apud Fontem Gombaudi cum ab-
bate dicti loci: non fuit computatum de
expensis.

Die Jovis sequenti, venit dominus apud
Lorolium cum magistro Domus Hospitalia-
riorum: non fuit computatum.

Die Veneris sequenti, apud sanctum Si-
gnemium cum abbate fuit. Non fuit com-
putatum.

Die sabbati sequenti, apud Thoifeliacum
cum priore de abbacia Dolensi. Non fuit
computatum.

Die Dominica sequenti, venit dominus
apud Castellum cum capitulo. Summa ex-
pensarum, decem libræ.

Die Lunæ sequenti, apud Clerum venit
dominus, cum priore dicti loci, & eadem
die remisit dominus ad supplicationem ab-
batis Nullebecensis, procurationem suam
quam habebat, & mandaverat in pito-
latu de Chaielles de abbacia Nullebecensis.

Die Martis sequenti, apud Paludellum,
prioratum sancti Genulphi.

Die Mercurii, apud sanctum Genulphum,
cum abbate. Non fuit computatum.

Die Jovis ante festum sancti Lucæ evan-
gelistæ, apud Busenciacum, prioratum Nul-
lebecensis.

Die Veneris sequenti, cum priore de Vil-
la Dei, abbacie sancti Geldasii.

Die sabbati sequenti, cum priore de Ar-
giaco: & remisit dominus eidem procuratio-
nem anni futuri, pro domibus suis repa-
randis; & priori de Lucejo malo remisit
similiter, eadem de causa, procurationem,
quam sibi mandaverat.

Die Dominica post festum beati Lucæ,
apud Landesium, in abbacia Cisterciensis or-
dinis.

Die Lunæ sequenti, cum priore de ab-
batia Dolensi.

Die Martis sequenti, apud Rueillacum,
prioratum sancti Dionysii in Francia.

Die Mercurii sequenti, venit dominus a-
pud Biturigam, pro sepultura Henrici do-
mini de Soliaco, defuncti in Arragonia; cu-
jus corpus recepit in monasterio Fratrum
Minorum Bituricensium; Missam celebravit,
& corpus ejus in eadem ecclesia tradidit ec-
clesiasticæ sepulture: & postmodum venit a-

apud sanctum Palladium: & fuit ibidem ad
expensas suas proprias.

Die Jovis sequenti, ivit dominus apud
Locum regium; ibi ad majus altare Mis-
sam de mortuis celebravit pro dicto domi-
no Soliaco; cujus cor eadem die tumulatum
fuit in introitu dictæ ecclesiæ de Loco re-
gio: ubi multi de genere Soliacorum sepul-
tuerant. Et hoc facto revertus est dominus
apud sanctum Palladium; ubi fuit ad ex-
pensas suas.

Diebus Veneris, sabbato, Dominica, &
Lunæ sequentibus fuit dominus apud Matum
Respotum ad expensas etiam suas proprias:
& ipsa die Lunæ fecit servitium domini re-
gis Philippi defuncti in Arragonia, in ma-
jori ecclesiæ: celebravit, prædicavit, indul-
gentiam dedit.

Die Martis ante festum omnium Sancto-
rum, venit dominus apud Mure, prioratum
abbacie Vierfionensis: ubi fuit procuratus a
priore.

Die Mercurii sequenti, in vigilia omnium
Sanctorum, venit dominus apud Karobrias:
ubi fuit usque ad sequens festum sancti Mar-
tini hiemalis; & in eodem festo fuit domi-
nus apud Vierfionem in expensis abbacie præ-
dictæ: ex gratia.

Die Lunæ sequenti, post dictum festum
sancti Martini hiemalis, venit dominus a-
pud Celliacum: ubi fuit secum ipsa die do-
minus episcopus Caturcensis, qui de patria
sua venerat, cum corpore bonæ memoriæ
Philippi regis Franciæ, defuncti in Ar-
ragonia.

Die Martis sequenti, fuit dominus apud
Plenipodium: ubi ad expensas suas esse vo-
luit, sed abbas dicti loci noluit sustinere,
& fere media nocte surrexit, & ivit apud
Dunum regis, ubi corpus memorati regis
erat: & in aurora die Mercurii sequentis,
venit in cappella castri de Duno regis, ubi
invenit corpus dicti regis defuncti.

Et postmodum in dicta cappella, venit
Philippus novus rex Franciæ, ad audiendum
Missam; quem dominus in introitu dictæ
cappellæ salutavit, & asperxit aqua benedi-
cta: & cepit licentiam ab eo, ut una cum
episcopo Carnotensi conducerent corpus re-
gis defuncti usque Biturigam: & factum fuit
ita; & ad expectandum novum regem, re-
ceptum fuit dictum corpus in ecclesia de
castro Bituricensi, a domino archiepisco-
po, & episcopo Carnotensi, & cano-
nicis dictæ ecclesiæ, & ibi habuit vigi-
lias suas.

Postmodum vero, congregatis processio-
nibus Bituricensibus in majori ecclesia, domi-
nus, & Carnotensis episcopus, cum dictis
processionibus perrexerunt ad ecclesiam de
castro Bituricensi: & recommendatione di-
cti corporis facta, delatum fuit corpus pro-
cessionaliter ad majorem ecclesiam; & re-
ceptum in ea a domino archiepiscopo & e-
piscopo Carnotensi, præfente novo rege,
qui corpus prædictum gestabat inter brachia
una cum multis baronibus.

Diebus Mercurii & Jovis sequentibus fuit
dominus Bituricensis ad expensas proprias in
domo cantoris, ubi esse debet, ut dicitur
de consuetudine, quando aliquis major se
occupat domos suas: in quibus dominus rex
fuit per illos duos dies.

Dicta

ANNO
CHRISTI
1191.ANNO
CHRISTI
1191.

Die die Jovis, celebravit dominus in A
majori ecclesia Bituricensi Missam de mortu-
is pro Philippo rege Francie defuncto,
cujus corpus erat presens, presente novo re-
ge, episcopo Carnotensi, & Othone duce
Burgundie, vel Comite, & pluribus aliis
baronibus & personis.

Die Veneris sequenti, conduxit dominus
corpus regis defuncti usque ad sanctum Pal-
ladium, & reversus est ad prandium apud
Telliacum: & fuit ibi dicta die dominus, &
die sabbati sequenti.

Die vero Dominica sequenti, videlicet
post octavas sancti Martini hiemalis, venit
dominus apud Cornoussam, ubi fuit usque
ad diem Dominicam post festum beati An-
dree apostoli: qua die Dominica venit do-
minus apud Callonium, prioratum sancti
Sulpicii Bituricensis; & fuit ibi in pro-
curatione, &c.

Die Lunae sequenti, apud Montem Cal-
yum cum priore in procuratione.

Die Martis sequenti, apud Lurejatam,
prioratum Plenipedensem, cum priore in
procuratione.

Die Mercurii sequenti, apud Colubrem,
prioratum Plenipodii, fuit cum priore in
procuratione.

Die Jovis sequenti, in festo sancti Ni-
colai hiemalis, apud Hyuriconem, cum ca-
pitulo: & eadem die finavit prior de Orato-
rio Odomant, ordinis Cluniacensis, de pro-
curatione.

Die Veneris sequenti apud Montem Ce-
nobium, in capitulo dicti loci: & eadem die
finavit de procuratione prior de Chapes, or-
dinis Cluniacensis.

Die sabbati sequenti, apud Monhetum,
cum priore dicti loci, abbatie de Clusa:
& eadem die finavit de procuratione prior
de Valegny, ordinis Cluniacensis.

Die Dominica sequenti, apud Barbonium,
cum priorissa: & eadem die finavit de sua
procuracione prior de Becay, ordinis Clu-
niacensis, & prior de Cenquinio, ejusdem
ordinis.

Die Lunae sequenti, apud sanctum Leo-
perdinum, cum priore de abbacia sancti Sul-
picii Bituricensis: & eadem die finavit prior
de Cappella Hug. abbatie de Vezelay, or-
dinis sancti Augustini.

Die Martis sequenti, apud Anuldriam,
prioratum Sovigniacensem, cum priore di-
cti loci.

Die Mercurii sequenti, apud sanctum
Stephanum de Graverio vel Grandio, prio-
ratum Plenipedenfis abbatie,

Die Jovis sequenti, in festo beate Lucie
virginis, apud Fontem mortuum, abbatiam
ordinis Cisterciensis.

Die Veneris sequenti, apud sanctum Hil-
larium, prioratum sancti Laurentii, diocesis
Antissiodorensis.

Die sabbati sequenti, apud Berviam, prio-
ratum Cluniacensem, cum priore.

Die Dominica sequenti, apud Callovium,
abbatiam ordinis Cisterciensis, cum abbate
predicti loci.

Die Lunae sequenti, apud Sancerium, cum
priorissa dicti loci.

Die Martis sequenti, apud sanctum Saty-
rum, cum abbate: & sciendum, quod ad
preces ipsius abbatis, dominus remisit hoc

anno procuraciones suas prioratibus sancti
Petri de Sancerio, & de Silvignaco; qui
prioratus sunt de abbacia sancti Satyri.

Die Mercurii sequenti, apud Jars, prio-
ratum sancti Satyri, cum priore dicti loci.

Die Jovis sequenti, apud sanctum Palla-
dium in expensis propriis.

Die Veneris sequenti, idem ad expen-
sas suas.

Die Sabbati sequenti ibidem ordines ce-
lebravit: & celebratis ordinibus, venit apud
Telliacum ad prandium; & fuit ibi ad ex-
pensas proprias.

Die vero Dominica sequenti, videlicet
ante Nativitatem Domini, venit dominus
ante Cornoussam; ubi fuit usque ad diem
Mercurii post Epiphaniam Domini: qua die
Mercurii venit apud Meillant, prioratum
Dolensem, ubi fuit cum priore loci predi-
cti in sua procuracione.

Die Jovis sequenti, in octavis Epiphaniae
Domini, apud Cellam de Brueria, prio-
ratum Dolensem, cum priore dicti loci in
procuracione.

Die Veneris sequenti, apud Castrum No-
vum cum capitulo de Venefine in pro-
curatione.

Die Sabbati sequenti, apud Cressiacum,
prioratum Dolensem, venit dominus cum
priore dicti loci.

Die Dominica sequenti, apud Manceyum,
cum abbate in procuracione.

Die Lunae sequenti, apud Olivetum, cum
abbate Cisterciensis ordinis.

Die Martis sequenti, apud Albigniacum
Captivi, prioratum abbatie Casalis sancti
Benedicti, cum priore.

Die Mercurii sequenti, apud sanctam Si-
riculam, prioratum Dolensem, cum priore
dicti loci.

Die Jovis sequenti, apud Vilenceras, cum
priore.

Die Veneris sequenti, apud sanctum Aman-
tium, cum capitulo.

Die Sabbati sequenti, apud Chabries;
Dubi fuimus usque ad diem Mercurii post
octavas Purificationis beate Marie Virginis:
qua die ivit dominus visum Comitissam de
Blevis, & pernoctavit apud Villam Novam
ad expensas suas.

Die Jovis sequenti, ad Villam Francam,
cum rectore domus Hospitaliorum de Vil-
la Franca, in procuracione.

Die Veneris sequenti, apud Cellas sancti
Dionysii, cum priore de abbacia sancti Sa-
tyri.

Die Sabbati sequenti, apud Noviacum
super Branjon, cum priore de abbacia Vier-
sionensi.

Die Dominica & die Lunae ante Cathedram
sancti Petri, apud Vouferon, videli-
cet die Dominica, in procuracione cum
priore: & die Lunae ex gratia cum abbate
Viersionensi.

Diebus Martis & Mercurii sequentibus,
apud Malum Restutum, ad expensas pro-
prias.

Diebus Jovis & Veneris in Cathedra san-
cti Petri sequentibus, apud La Pinere; &
die sabbati sequenti, ad invitationem abba-
tis sancti Sulpicii Bituricensis; & in sero ivit
Biturigam.

Et Dominica in mane, predicavit in ma-
jo-

ANNO
CHRISTI
1191.

majori ecclesia, & dedit indulgentiam: & A eadem die Dominica, venit dominus apud sanctum Palladium; & fuit ibi ipsa die Dominica ad expensas suas.

Die Lunæ sequenti ante Brandonos, fuit dominus in procuratione cum priore de cappella Gilonis, prioratum abbatie sancti Sulpicii Bituricensis.

Die Martis sequenti, apud Albignum super Yeurram vel Yerram, cum cappellano dicti loci in procuratione.

Die Mercurii sequenti, Apud Agent cum cappellano in procuratione.

Die Jovis sequenti, apud sanctum Goni- B dulpnum, cum priore dicti loci in procuratione.

Die Veneris sequenti, apud sanctum Bri- cium, prioratum sancti Benedicti Floriacensis, cum priore: & eadem die finavit prior de Castellione de procuratione sua.

Die Sabbati sequenti, apud Belleu, prio- ratum abbatie sancti Satyri, cum priore dicti loci.

Die Dominica Brandonum, apud sanctum C Palladium, in expensis propriis.

Die Lunæ sequenti, ibidem similiter in expensis propriis.

Die Martis sequenti, apud Malum Repa- stum, ad expensas proprias.

Die Mercurii sequenti, apud Exoldunum, in capitulo sancti Cyrici, in procuratione.

Die Jovis sequenti, ibidem cum abbate beatae Mariæ Exoldunensis, in procura- tione.

Die Veneris sequenti, apud Vodolenum, cum priore de abbatia Dolenſi.

Die Sabbati sequenti, ibidem celebravit

dominus sacros ordines: & eadem die ve- nit dominus apud Yvolium, prioratum Do- lenſem, cum priore dicti loci in procura- tione.

Die Dominica post octavas Brandonum, apud sanctum Julianum, prioratum Do- lenſem.

Die Lunæ sequenti, apud Podium Fer- randi, cum abbate dicti loci in procuratione.

Die Martis sequenti, venit dominus apud sanctum Desideratum, cum priore dicti lo- ci in procuratione.

Die Mercurii sequenti, apud Heuriacum, cum priore de abbatia Dolenſi, in procura- tione.

Die Jovis sequenti, apud Montem Lu- cium, cum priore beatae Mariæ dicti loci de abbatia Menacensi.

Die Veneris consequenti, apud Colum- beyum, cum priore ordinis Cluniacensis.

Die Sabbati sequenti apud Bellam Na- viam, cum priore dicti loci de abbatia Menacensi.

Dominica qua cantatur, *Oculi mei*, & die Lunæ sequenti, fuit apud Naves ad ex- pensas proprias.

Die Martis sequenti, visitavit dominus prioratum de Contella, prioratum da Evaon: & fecit expensas: & procuravit dominum apud Naves idem prior de Cautella.

Et eadem die, fuit concordata quædam littera super contentione jurisdictionis, & metarum, quæ vertebantur inter dominum archiepiscopum Bituricensem, & gentes Comitatibus Atrebatensis: cujus tenor sequitur ad hoc signum; *Ut... sed deest*.

ANNO
CHRISTI
1191.ANNO
CHRISTI
1186.ANNO
CHRISTI
1186.

STATUTA SYNODALIA

MAGDEBURGENSIS PROVINCIÆ

AD ANNO MCCLXVI. AD AN. MCCLXXXVI. (a)

*Borchardus Dei gratia Sanctæ Ecclesiæ Magdeburgensis Archiepiscopus
Universis Prælatiſ, totique Clero ejuſdem Provinciæ,
ſinceram in Domino caritatem.*

Scriptum in canone quod (b) dictum est, E foribus infligendo (d). Et ut hæc omnia conſultius & ſalubrius peragantur, expedit id fieri ſuffraganeorum ſuorum ſibi approbatione & conſilio in omnibus aſſiſtente, unde & ſubjungitur, & eos interroga. Spe- rat nihilominus ad ipſius metropolitani cir- cumſpectionem & prudentiam, ut juxta cre- ditæ ſibi diſpenſationis officium ſubditorum commodis, proſectibus & quieti ſollicitudinis debet ſtudio adhibere, præcipue laicorum quorumdam qui clericis oppido ſunt inſeſti. Nunc antiquorum ſtatutorum declaratione & ſuppletionem, nunc vero novorum editio- ne prout poſſibile fuerit inſultus & auſus nefarios reprimendo; ipſi namque ſuis fini- bus non contenti niuntur in vetitum (f) ac illicita ſrena relaxant. Eccleſiarum præla- tiſ,

(a) Dantur variantes ex MS. Cod. optima nota Magdeburgenſi, quæ tranſmiſit, Rev. P. Forbenius Forſter abba S. Emmerami Ratibonienſis. (b) quo. (c) habeat. (d) hoc omne. . . peragatur. (e) providentiam ſua. (f) & vel illicita &c.

Ex Lunigii
Spici. Com.
p. 151.

ANNO
CHRISTI
1116.ANNO
CHRISTI
1116.

tis, ecclesiis, ecclesiasticisque personis & rebus etiam earumdem onera imponunt gravia, ipsasque vexationibus plurimis, talliis collectisque multiplicibus frequenter aggravant & molestant. Propter quod contra huiusmodi præsumptos summa suadet necessitas, gratia suffragante divina, pro pace & quiete ac utilitate publica salubriter providendum. Sacro igitur approbante concilio statuimus & sanximus. Quod si quis deinceps in hoc sacrilegii genus nefandum irreperit, quod archiepiscopum vel episcopum Magdeburgen. provincie (a) inter provinciam ipsam ceperit, seu captum detinuerit in eadem, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandaverit, vel factum ratum habuerit, aut consilium dederit, vel favorem, aut postea sponte receperit vel defensaverit scienter eundem (b). Cum ex eo excommunicationis sententiam incidat ipso facto excommunicatus & ab omnibus artibus evitandus accensis candelis & pulsatis campanis per totam denunciatur provinciam singulis diebus dominicis & festivis, & cessatur nihilominus in ampliore pena ipsius in tota provincia a solemnibus divinarum. Ita tamen quod singulis diebus in ecclesiis & monasteriis missæ celebrentur & alia divina dicantur officia sicut prius submissa tamen voce, januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis (c) ac etiam populo nostro admisso & una campana semel tantum pulsata, ut sic convenient per quos debet divinum officium celebrari, & insuper tempore huiusmodi cessationis nulla conferantur ecclesiastica sacramenta. Iis dumtaxat exceptis quæ tempore interdicti iura permittere voluerunt, videlicet baptismata parvulorum & tam sanorum quam infirmorum penitentia, viaticum & (d) confirmationem in fronte. Licet autem per generale interdictum denegetur omnibus tam uncto quam ecclesiastica sepultura, de gratia tamen duximus concedendum, quod tam clerici quam laici decedentes, qui causam non præbuerunt huiusmodi interdicto in cimiterio (e) ecclesie sine campanarum pulsatione sic quod laici abique (f) presbytero, clerici vero cum præsentia presbyteri sub silentio tumulentur. Ita tamen quod funere ad suam ecclesiam deportato & oblationibus si quis eas exhibere voluerint more solito ibi factis, populus ab ecclesia exeat & presbyter in ecclesia præsentie funere voce submissa missam celebret pro defunctis. Quibus sic peractis funus eo modo ut dictum est tradatur ecclesiasticæ sepulture. Si vero archiepiscopi vel episcopi nostræ provincie captio vel detentio extra provinciam committatur, ex tunc omnes episcopi alii, & etiam archiepiscopus (g) ipse sicuti captus non fuerit cum suis capitulis infra quindecim dies aut etiam prius si comode fieri poterit postquam ad eorum notitiam de captivitate archiepiscopi vel episcopi pervenerit, archiepiscopum vel episcopum extraneum in cuius diocesi tenetur captivus efficaciter interpellare debebunt, ut ipse ad

liberationem captivi exhibens consilium & auxilium opportunum in tota sua diocesi cessari faciat a solemnibus divinarum. Omnibus aliis supradictis in nostra observandis provincia tempore captivitatis huiusmodi in suo robore duraturis. Si autem Canonicum ecclesie Cathedralis, vel abbatem aut archidiaconum vel prælatum collegiatæ aut regularis ecclesiarum in provincia ipsa capi vel detineri contingat, extunc postquam de hoc consiterit per totam diocesi in qua captus fuerit & captus etiam detinetur, cessent solemnibus divinarum, & nihilominus in penam ipsius captivatoris ac etiam aliorum, de quibus superius est expressum, ea quæ sunt de excommunicationis denunciatione & observatione interdicti statuta in ipsa diocesi tantum inviolabiliter observentur. Eodem modo si canonicus ecclesie collegiatæ vel rector alterius ecclesie cuiuscunque seu etiam clericus in sacris vel etiam minoribus ordinibus constitutus infra terminos provincie captus fuerit vel detentus per totum archidiaconatum tantum in quo detinetur a divinarum solemnibus volumus abstineri, aliis penis superius positis in ipso archidiaconatu diligentius observatis. Si tamen Cathedralis vel aliarum ecclesiarum canonici aut abbates prælati seu clerici supradicti extra provinciam capti fuerint vel detenti, archiepiscopus sive episcopus (h) ipsius capti ordinarius pro ipsius liberatione ad archiepiscopum vel episcopum loci in quo detinetur captivus preces suas dirigere teneatur; ac etiam (i) tam exacta diligentia exhortari ut ipse tempore detentionis huiusmodi cessari faciat in sua diocesi solemnibus divinarum contra captivorem seu captivores, faciendo singulis diebus dominicis & festivis excommunicationis sententiam publicari. Has autem omnes penas statuimus inviolabiliter observandas donec captum liberum & solutum dimitti contingat cum satisfactione debita & condigna. Contra eos similiter, qui clericos membro aliquo mutilare, enormiter vulnerare, aut etiam occidere non vereantur, extendi volumus penas easdem quæ contra clericorum captivores, seu detentores sunt superius promulgatæ (k). Cæterum quia dignum est, ut propter enormitatem culpam penarum modus exuberet, nec penis solitis contententur. Statuimus quod filii & filie & omnes eorum posterii, qui, vel quævisque ad quartam generationem per lineam rectam tam masculinam (l) quam femininam a prædictis malefactoribus descendere dinoscuntur in nulla ecclesiarum nostræ provincie ad beneficium aliquod ecclesiasticum ante præstitam satisfactionem debitam & congruam aliquam assumentur (m). Et quidem si secus per eos, ad quos electio, collatio, præsentatio seu provisio talium beneficiorum spectare dinoscitur, attentatum fuerit, ipsa electio, collatio, præsentatio, vel provisio ea vice ad loci episcopum (n), qui si infra tempus a jure statutum id facere neglexerit, ad superiorem proximum devolvatur, non

(a) terra. (b) eundem ex eo . . . sententiam & sit ipso facto. (c) & populo non admisso. (d) confirmatio. (e) vel ecclesiam. (f) præsentia presbyteri. (g) ille si captus. (h) verba usque ad episcopum desunt in ms. (i) cum. (k) hæc verba sic liguntur in ms. Ceterum quia dignum propter enormitatem quæ modo exuberat, nec penis solitis contententur &c. (l) quia prædictis. (m) & quod si. (n) transferatur.

ANNO
CHRISTI
1166.

non obstante aliqua consuetudine contra A
ria, si quæ possint per quemcumque in op-
positum allegari. Et ne in oblivionem ve-
ritas veniens vegetur incerta, statuimus ut
nomina prædictorum episcopo loci tradan-
tur, per ipsum scripturæ memoria peren-
nanda, qui etiam talium copiam nominum
ad alios transmittat episcopos, prout vide-
rit expedire. Eisdem etiam pœnis teneri vo-
lumus omnes, qui prædictorum spontanei
receptatores, vel defensores extiterint, aut
ipsis præbuerint opem, consilium, & favo-
rem. Ut tamen pœnas præmissas contra
captivatores & detentores personarum ec-
clesiasticarum nostræ provincie in hoc concilio
generaliter promulgatas mitigare, rem-
ittere, interpretari, declarare, vel etiam
ampliare prout qualitas facti exegerit, va-
leamus, tam nobis, quam cuilibet fratrum
& coepiscoporum nostrorum in sua diocesi.
libera sit facultas pœnis prioribus super ar-
chiepiscopi seu episcopi captivitate & de-
tentione statutis nullatenus immutatis, nisi
super hoc omnium nostrorum accedente
communi consilio & consensu. Item quia
non solum a jure censentur, qui in perso-
nas ecclesiasticas manus injiciunt temere
violentas, verum etiam & illi qui res ec-
clesiarum & personarum ecclesiasticarum
spoliant, diripiunt & invadunt. Præsenti
constitutione sanximus, quod spoliatores & in-
vasores rerum ecclesiasticarum, si legitima
monitione præmissa de damnis & injuriis
irrogatis infra terminum competentem ad
hoc assignatum eisdem postquam per duos,
vel tres testes idoneos super damnis & inju-
riis hujusmodi sufficiens fuerit facta fides
satisfactionem competentem exhibere con-
templerint, excommunicationis vinculo con-
stringantur. Ex quod contra tales hujusmo-
di excommunicationis sententia promulgata
per eos qui super hoc requisiti fuerint per
totam nostram provinciam singulis diebus
dominicus accensis candelis, & pulsatis cam-
panis debeat publicari. At quod in omni-
bus locis in quibus malefactores præfati do-
miciam, seu receptaculum habuerint, &
ad quæ ipsos, vel aliquem ipsorum perve-
nire contigerit & quamdiu ipsi ibidem mo-
ram traxerint, & (a) post recessum eorum per
triduum immediate secutum in illis, ad quæ
ipsum spoliium deducetur, civitatibus ec-
clesiarum cathedralium dumtaxat exceptis, ces-
sandum statuimus ab officio divinatorum, do-
nec rebus spoliatis, seu earum æstimatione
prout justum fuerit restituis, de damnis,
injuriis & interesse satisfactum fuerit com-
petenter. Insuper ad extirpandam quorum-
dam laicorum patronorum detestabilem cor-
ruptelam qui rectoribus ecclesiarum defun-
ctis dotes ipsas spoliare præsumunt, & de
rebus mobilibus, & immobilibus & se mo-
ventibus (b) in ipsis ecclesiis inventis se
temere intromittunt. Statuimus, ut si quis
patronus laicus cujuscumque præminentie,
dignitatis, status, vel conditionis existat,
talisa de cetero facere præsumperit jure præ-
sentandi clericum ad ecclesiam taliter spo-
liatam sit ea vice privatus, & presentatio
clerici ad loci episcopum; alioquin ipso
Concilii Generali. Tom. XXIV.

episcopo infra tempus a jure (c) debitum ne-
gligente ad superiorem proximum devolvatur.
Idemque patronatus tanquam rerum ecclesia-
sticarum in favor ad ablatorum restitutionem
per censuram ecclesiasticam ab executoribus
hujusmodi concilii compellatur. Sunt præterea
nonnulli ecclesiarum advocati ipse tuitionis
& defensionis ecclesiarum assumpti qui ecclesia-
rum jura, possessiones & homines adeo tur-
bant, lacerant, minuunt, & molestant,
quod ex defensoribus in offensores turpiter
se transmutent, ex eo quod tam immode-
ratis exactionibus & oneribus ecclesias ipsas
opprimere non ventur, quod dominis suis
propriis jura, (d) & decorum nequeunt per-
solvere, nec quod gravius est, vitæ suæ
congruam sustentationem habere. Cum igitur
hujusmodi ingratitude jura merito
pœnaliter persequantur; statuimus & sanxi-
mus, quod iidem advocati suis juribus ipsis
ab initio deputatis contenti nihil sibi am-
plius audeant occasione advocacionis hujus-
modi usurpare; alioquin ipsi advocati talia
præsumentes ipso facto sententiam excom-
municationis incurrant, cum de præsum-
ptione hujusmodi constiterit, excommuni-
cari publice nunciandi. Item cum iniquum
existat aliquem alterius odio prægravari, hu-
jus sacri auctoritate concilii prohibemus,
ne prætextu inimicitiarum, quas quandoque
contra ecclesiarum advocatos haberi con-
tinget, bona ecclesiarum & clericorum
quiscumque exactionibus seu vexationibus de
cetero aggravare, lædere, seu molestare præ-
sumat, alioquin ipso facto sententiæ excom-
municationis se noverit subiacere, & con-
tra talem ad interdicti sententiam procedatur.
Si id statutorum executori visum fu-
erit expedire amplius cum ecclesiis ecclesia-
sticæque personæ, ac res ipsarum non so-
lum jure humano, quinimmo & divino a se-
cularium personarum exactionibus sint im-
munes, propter multorum insolentiam in
exactionibus talibus, & abusum sacri ca-
nonis statuerunt, quod si personæ singula-
res fuerint talia præsumentes excommuni-
cationis (e), si autem collegium, vel univer-
sitas civitatis castri, seu loci alterius cu-
juscumque hæc præsumperit, ipsa civitas,
castrum, vel locus interdicti sententias
incurrere ipso facto (f); quas quidem ex-
communicationis & interdicti sententias sta-
tuimus in singulis ecclesiis quandocumque,
& quotiescumque opus fuerit publicari, &
super his per executores statutorum præ-
sentis sacri concilii querulantibus sine diffi-
cultate qualibet subveniri. Insuper clerici
seu notarii, qui per dominos suos præmis-
sa fieri dolose persuaserint, seu consilium
& auxilium præstiterint ad talia faciendum,
dum de dominorum suorum delicto consti-
terit, a familiaritate, & servitio ipsorum in-
fra mentem omnino recedere teneantur,
alioquin propter dolum ipsorum, cum dete-
ctus fuerit, omnino reddantur inhabiles ad
aliquod beneficium ecclesiasticum in poste-
rum consequendum, & beneficio, si quod
actu jam habent, sint ipso facto privati.
Item quia jura canonum, ecclesias incal-
lare a laicis, (g) vetuerunt. Nos volentes
C c c
prohi-

ANNO
CHRISTI
1166.

(a) Per triduum post recessum eorum immediate secutum, nec non ad quæ. (b) In ipsis inventis. (c) De-
petarum. (d) & debita sua nequeunt. (e) sententiam incurrat, si autem &c. (f) addit debeat
(g) vident.

ANNO
CHRISTI
1186.ANNO
CHRISTI
1186.

prohibitionem eandem pœnarum adjectione
juvare, statuimus, quod si qui laicorum ec-
clesias incastellare & de eis propugnacula
facere non formidant, ipso facto sententiam
excommunicationis incurrant, & terra ipso-
rum si quam habent, vel locus in quo de
jure seu de facto jurisdictionem exercent ec-
clesiastico sit suppositus interdicto. Insuper
statuimus quod omnes ii qui statuta facere,
seu edere, mandare, servari præsumperint
in derogationem, subversionem, & conculca-
tionem ecclesiasticæ libertatis & præcipue mu-
nerum sacro altari offerre volentium suis
statutis illicitis retringentes (a), qui ex fa-
cto hujusmodi excommunicationis sententiam
juxta sanctiones canonicas inciderunt, per
rectores ecclesiarum, cum expediens viderint,
excommunicati solemniter publicentur, ni-
si inter mensem super hoc moniti talia sta-
tuta omnino revocent & faciant amoveri,
nullo umquam tempore valitura. Præterea
cum debeant clerici non solum interiori, sed
etiam exteriori ornatu fulgere, præsentis
approbatione concilii prohibemus, ne quis
clericus vel monachus tabernas frequentare
præsumat, vel habitum clericalem seu mo-
nachalem abiciat, vel tonsuram clericis
congruentem & debitam portare contemnat,
quia huic ornatui qui in clericis nitere de-
bet videntur non modicum adversari. Trans-
gressores vero prædictorum ab ingressu ec-
clesiæ suspendantur, & ii qui contra tonsu-
ram decentem & debitam deliquerint, red-
ditus suorum beneficiorum non percipiant,
nec ullum eis jus competat, redditus tales
petendi quousque se modo debito faciant
tonsurari. Item cum sacrorum imaginibus
propter illorum reverentiam quos (b) figu-
rant locus dignior merito debeat. Ob hoc
ne in civitatibus, oppidis, castris, villis, in
quibus ecclesiæ parochiales habentur, alibi (c)
usquam quam in altari consecrato quilibet
eas collocare præsumat & ne portantes ta-
bularum in manibus fidelium elemosynas pe-
titori sacrorum imagines, vel reliquias tunc
pariter cum tabulis, vel etiam præter ta-
bularum secum deferant, aut forsitan hæc si-
mulent se deferre, cum id ex avaritiæ ra-
dice procedat, fieri de cetero sub anathe-
mate prohibemus, diebus dedicationis ac
parronis ipsius ecclesiæ dumtaxat exceptis,
cum his diebus propter multitudinem popu-
li adunati non pateat accessus facilis ad al-
tare, vel nisi super hoc faciendo per epi-
scopum loci iusta causa pensata (d) spiri-
tualis licentia concedatur. Insuper statui-
mus, quod laici parochialium ecclesiarum
provisores, seu vitrici qui (e) altissimi
vulgari vocabulo nuncupantur, de rebus ec-
clesiarum quas receperint & expendunt ad
requisitionem rectoris ecclesiæ (f), quem ad-
hibeant in virtute sanctæ obedientiæ duxi-
mus astrigendum bis in anno in præsentia
ipsius rectoris & quorundam aliorum de
parochia honestorum rationem reddere te-
neantur, ut & de prædictorum consilio &
consensu res ecclesiarum ad usus earundem
congruus & decentes utiliter convertantur.

Ac pariter & nos & aliorum locorum epi-
scopi, quibus ecclesiarum cura & sollicitu-
do imminet, super rebus ecclesiarum per
rectores ipsos super hoc requisitos possumus
apertius informari. Postremo præcipimus &
mandamus, ut nulla statuta alia a præde-
cessoribus nostris in suis conciliis promulga-
ta, si statutis nostris præmissis reperiantur
contraria, vel adversa, quisquam recipiat,
vel secundum ea judicet, aut pœnas seu
sententias earum auctoritate aliquas proferat
vel etiam exequatur. Decernentes statu-
ta talia, sententias, pœnas & processus ha-
bitos ex eisdem nullius obtinere roboris fir-
mitatem per hoc ultimum statuta alia Mag-
deburgen. conciliorum, si qua fuerint, mini-
me revocantes.

(g) Clemens episcopus &c. ad perpetuam
rei memoriam. Ex frequentibus præ-
latorum querelis accepimus, & nos ipsi ex-
perientia certa didicimus, probavimus in
minoribus constituti, quod plerumque reli-
giosi nunc patenter excautionibus sceleratis
& frivolis innitentes nunc latenter ecclesia-
rum suarum januis perforatis, ac in eis fa-
ctis fenestris, seu modis aliis exquisitis, non
absque damno Cathedralium ecclesiarum &
parochialium & scandalo plurimorum disrum-
pendo nervum ecclesiasticæ disciplinæ, civi-
tatum, terrarum, & aliorum locorum, gene-
ralia interdicta præsumptione damnabili vio-
lare præsumunt. Nos igitur in sancta dei
ecclesia cui disponente domino præsidemus,
quæ quidem unica est & unicum Deum
prædicat atque colit, unam fidem credit fir-
miter & simpliciter constitutur uniformitatem
quantum commode possumus observare vo-
lentes. Circa interdictorum observantiam
prædictorum auctoritate sedis apostolicæ vel
a locorum ordinariis positorum, de fratrum
nostrorum consilio districte præcipiendo man-
damus, quatenus religiosi quicumque, tam
exempti quam non exempti, cujuscumque
conditionis & ordinis existant, cum cathedralem,
vel majorem loci ecclesiam illa
viderint, vel sciverint observare, non ob-
stantibus quibuscumque appellationibus an-
tea etiam ad eandem, vel alium seu alios
interjectis, & aliis objectionibus quibuscum-
que, absque dolo & fraude cum moderatio-
ne tamen decretalium Almx, inviolabiliter
ea servant. Alioquin non servantes excom-
municationis sententiæ hoc ipso volumus
subjacere, quod & in interdictis & in ces-
sationibus a divinis indictis per provincia-
lium conciliorum statuta, vel ipsorum au-
thoritate, cum majus sit provinciale conci-
lium quam singulare prælati provincie ac
judicium integrum quod plurimorum sen-
tentia comprobatur, volumus observari. In
cessationibus vero generalibus a divinis ci-
vitatibus, terrarum, & aliorum locorum, quas
aliquando ex consuetudine vel alias capita-
la, collegia, vel conventus secularium aut
regularium ecclesiarum sibi vendicant, quia
hoc unico lumine ad repellendas injurias
eis factas privare nolumus nec debemus,
idem

(a) Cum de facto hujusmodi contiterent, sententia excommunicationis. incidant (b) significant -
(c) nullquam. (d) specialis (e) Aldehudo. (f) quem ad hoc. (g) littera ipsa Clementis papa
& statuta Guadonis non extant in eodem codice post hoc concilium.

Hæc statuta sunt Burcardi III. Archiepiscopi Magdeburgensis & condita sunt intra annos 1197. & 1217. et hæc
per litteras admonuit idem religiosus Abbas, ex quo hæc variantes accipi.

ANNO
CHRISTI
1186.

idem intelligimus observandum. Ipsi vero A
sint diligenter attentis, ut statuta Romano-
rum Pontificum prædecessorum nostrorum
super his edita inviolabiliter servent. Por-
ro sanctionem hanc etiam ad pendentia
trahimus, non obstantibus privilegiis eis con-
cessis, conventionibus & statutis aut con-
suetudinibus quibuslibet, quæ contra præ-
missa seu quælibet præmissorum reliquorum
ipsis in nullo volumus suffragari. Nulli er-
go hominum &c.

FRater Gwido miseracione divina tit. san-
cti Laurentii in Lucina presbyter car-
dinalis apostolicæ sedis legatus ad perpetuam
rei notitiam. Sacrosancta Romana ecclesia
sicut in beato Petro apostolorum principe a
domino promissionem obtinuit, quod univer-
sali ecclesiæ fundamentum existeret, & præ-
ceptum accepit, ut christianæ fidei profes-
sores in fide, religione, omnique sanctimonia
confirmaret: ita pro universarum ecclesia-
rum profectibus sollicitam se semper exhi-
bit, & de instituyendo, conservando ac pro-
vehendo in omnibus ecclesiis cultu fidei fuit
omni tempore studiosa, ut & ab ea sicut a
fonte ad universos ecclesiæ filios sit christi-
ana religio derivata. & quod ab aliis qui S.
Spiritus primitias acceperunt religiose ac sa-
lubriter institutum est, ut per eandem im-
mutabilem acciperet firmitatem. Hinc est
quod sanctissimus pater noster, dominus Cle-
mens, papa quartus, ad Magdeburg. provin-
ciam ac episcopatum Camminen. cum
plenæ legationis officio nos duxerit destinan-
dos, officii nostri debitum libenter exequi-
mur, evellendo scilicet evellenda, plantan-
do plantanda, recta gerendo, & dirigendo
salubriter indirecta. Verum quoniam expedit
ad profectum & robur fidei christianæ, ut
sacramenta ecclesiæ, in quibus tanquam in
vasis medicinalibus populus devotus & hu-
milis antidotum gratiæ recipere consuevit,
in honore & reverentia ab omnibus habeantur,
cum ea plerumque contingat effici vilia
propter vilem & abominabilem ministrorum
ecclesiæ conversationem, universis personis
ecclesiasticis provinciæ & diocet. prædictarum
districte præcipimus, ut in ritu, vestitu, &
aliis operibus ac circumstantiis status sui sic
honeste se habeant & decenter, ne propter
ipsos nomen ecclesiasticum inter laicos blas-
phemetur, eidem districtius inhibentes, ne
de patrimonio crucifixi inimicos se faciant
crucis Christi, sicut illi quorum deus venter
est, qui terrena sapiunt, non divina; in con-
viviis suis modestiam & mediocritatem ob-
servent, superfluitatem indebitam refecan-
tes. Ebrietatem omnium vitiorum fomitem
& nutricem evitent. Prælati vero a grava-
minibus abstineant subditorum, & maxime
cum ecclesias visitant, moderentur expensas,
coerceant evectionum numerum, prout in ge-
nerali concilio exstitit definitum. Electiones
libere facti permittant in subditis ecclesiis,
nec pro suis amicis carnalibus, vel aliis pre-
ces armatas porrigant ante factum vel post
factum, ita ut non exauditis precibus indi-
gnationem exhibeant vel vindictam sumant,
sibi & gregi suo taliter intendentes, quod
zelatores iustitiæ, modestiæ amatores & ge-
neraliter omnium bonorum sectatores ope-
rum ostendantur. Præsentis igitur concilii
Concil. General. Tom. XXIV.

approbatione præcipimus, ut clerici continen-
ter & caste vivere studeant, quod puro cor-
de & mundo corpore deo possint in officio
ecclesiastico ministrare. Si qui vero de ce-
tero deprehensi fuerint detinere publice con-
cubinas, nisi infra mensem se ab eis & ab
eorum consortio separaverint, ita quod in
domibus earum aut propriis aut aliis quibus-
cunque non cohabitent, nec ad illas acce-
dant, ex tunc ab omni beneficio ecclesiasti-
co sint privati, & per eos ad quos eorum-
dem beneficiorum spectat collatio, personis
idoneis conferantur. Item cum in plerisque
locis quorundam iniquitas in tantum inva-
luerit, quod in rebus ecclesiæ furtum repu-
tetur sagacitas, rapina probitas, & violen-
tia fortitudo, synodali iudicio definimus,
ut qui bona ecclesiarum scienter detinent
occupata, nisi infra instantem quadragesimam
de damnis & iniuriis satisfecerint competen-
ter, ex tunc introitum ecclesiæ sibi nove-
rint interdictum, nec ab episcopis aut aliis
ecclesiarum prælati ad communionem do-
minici corporis admittantur. Qui vero ob-
stinata mente dum vixerint satisfacere non
curarunt, nullus clericus secularis, vel re-
gularis sepulturæ ipsorum interesse præsu-
mat. Adjicientes, ut singulis annis in sy-
nodo illi qui clericos capiunt, verberant,
vel occidunt, aut alias in ipsos manus mit-
tunt violentas, excommunicati publicentur
& nominatim illi de quibus constiterit ma-
nifeste. Quicumque vero personam ecclesia-
sticam enormiter vulneraverit, vel occi-
derit aut captiverit, non nisi per sedem
apostolicam absolvatur & ipso facto, siquid
tenebat ab ecclesia, illud perdat & in uti-
litate ecclesiæ convertatur. Adjicientes quod
in illa diocesi, in qua aliquem canonicum
Cathedralis ecclesiæ, vel in dignitate eccle-
siasticam constitutum capi contigerit, vel cap-
tum detineri, usque ad liberationem ipsius
ac exhibitionem debitæ satisfactionis, cesse-
tur generaliter a divinis. Similiter & in illa
parochia, in qua res clericis violenter ab-
latas capi, vel detineri contigerit, utque ad
restitutionem & satisfactionem congruam a
divinis cessetur. Item cum matrimonii sa-
cramentum non sit incontinentiæ præcipi-
tium sed potius remedium contra illud, non
absque dolore cordis audivimus in hac pro-
vincia & dioc. Caminen. quosdam sic a
sua carnis voluptate, vel terrena cupiditate
deceptos, quod in gradu prohibito de facto
temere contrahentes, quod non matri-
monium sed contubernium dici debet, se
incestuose luxuriose vilitatem immergere, &
sacramentum matrimonii quantum in ipsis
est polluere non verentur. Nos itaque tan-
tum excessum conniventibus oculis pertran-
sire nolentes, sub pena excommunicationis
districtius prohibemus, ne absque dispensa-
tione sedis apostolicæ de cetero tale matri-
monium seu contubernium contrahatur. A-
lioquin sacerdotes qui tales conjunxerint, a
sacerdotali officio noverint se suspensos. Illi
vero, qui sic scienter permiserint se conjun-
gi, ipso facto ab ingressu ecclesiæ suspen-
dantur. Sub eadem quoque pena illis, qui
jam absque dispensatione tale matrimonium
contraxerunt, districte præcipimus, ut a co-
habitatione invicem abstinentes diocesano
suo vel alii prælato, ad quem de jure vel
con-

ANNO
CHRISTI
1186.

ANNO
CHRISTI
1196.ANNO
CHRISTI
1196.

confu etudine pertinere dinoscitur talium caufarum cognitio, rei veritatem infouare non tardent. Qui vocatis qui fuerint evocandi & caufa diligenter examinata, quod canonicum fuerit ftatuat, faciens quod decreverit per cenfuram ecclefiasticam firmiter obfervari. Epifcopi vero five alii praelati de caufis matrimonialibus cognofcentes, omnino caveant, ne cupiditate devicti non folum dirimenda non dirimere, verum etiam feparanda redintegrare praetextu pecuniae vel alterius commodi non praefumant. Si quis autem contra hoc venire praefumpferit interdiftum, eo ipfo fe noverit officio beneficioque privatam. Laici vero qui de penis inferendis perfonis conjunctis, in caufa matrimoniali feu accufatoribus in probatione deficientibus fe intromiferint, cum ad ipfos non pertineat, fed ad iudicem ecclefiasticum, coram quo negotium ventilatur, per cenfuram ecclefiasticam compellantur, cum ex hoc multi ab accufatione matrimonii retrahantur. Item cum detentores plurium perfonatum, vel dignitatum feu beneficiorum ecclefiasticorum cum cura sine difpenfatione fint facrorum canonum transgreffores, & fructus talium beneficiorum percipiendo, furtum committere dinofcantur, praefenti decreto ftatuimus, ut omnes qui hujusmodi dignitatum, perfonatum, feu beneficiorum cum cura pluralitatem retinent, aut fuper hoc fecum difpenfatum fuiffe coram nobis infra proximam quadragesimam doceant manifefte, aut fi cum eis non fuerit difpenfatum, eligant fibi unum de praedictis beneficiis retinendum & alia infra terminum memoratum libere in manibus illorum resignent, ad quos illorum collatio dinofcitur pertinere; alioquin extunc ab omnibus beneficiis ecclefiasticis, dignitatibus, feu perfonatibus fe noverint efle privatos. Praecipimus autem illis, ad quos praedictorum beneficiorum, perfonatum, feu dignitatum collatio pertinet, ut aliis perfonis idoneis conferant & assignent. Quod fi infra terminum a jure determinatum hoc adimplere non curaverint, ad proximum fuperiorem eorum collatio devolvatur. Item ad aures noftras quorundam laicorum gravis excessus pervenit, qui contra ecclefiasticam libertatem quaedam ftatuta, quae leges iniquae poffunt verius appellari, introducere non verentur, quod licet contra hujusmodi praefumptores per fummos pontifices olim proceffum extiterit, nos tamen propter transgrefforum audaciam non tam nova cudentes quam etiam vetera renovantes, omnes illos qui in Megdeb. provincia & diocef. Caminen. de cetero fervari fecerint ftatuta edita aut confuetudines introductas contra ecclefiasticam libertatem, excommunicamus in his fcriptis, nifi ea de capitularibus fuis infra instantem quadragesimam fecerint amoveri. Excommunicamus etiam ftaturarios & fcriptores ftaturorum ipforum nec non confules & rectores, & confiliarios locorum in quibus de cetero hujusmodi ftatuta & confuetudines editae fuerint & servatae, nec non & eos qui fecundum ea judicare praefumpferint vel in formam publicam fcribere judicata. Item dolentes dividimus, quod quidam nobiles progenitorum fuorum felicitum, videlicet principum qui ecclefiis & ecclefiasticas perfonas honora ve-

runr multipliciter propter deum, ingenue libertatis exemplum derelinquentes, ac viam fuperbiae & avaritiae in fuarum periculum animarum fequentes, ab epifcopis & aliis ecclefiarum praelatis bona quaedam, quae ab eorum ecclefiis confueverunt recipi & teneri & recipere ac eisdem debitum omagium facere dedignantur. Et cum fuper hoc requiruntur rationabiliter a praelatis quaedam frivola exceptionem opponunt, videlicet quod id facere minime teneantur pro eo quod ipsi praelati nondum ab imperatore fua bona temporalia receperunt. Nos itaque hujusmodi periorama quo tales fuae fuperbiae & avaritiae turpitudinem occultare nituntur tanquam vanum & frivolum exuffantes, praedictos nobiles monemus & hortamur attente, ut Epifcopis & aliis ecclefiarum praelatis debitum omagium faciant, ac bona temporalia, quae a praedecessoribus recipi confueverunt in feodum, recipiant ab eisdem, ad quod faciendum nos instantem follemnitate refurrexionis dominicae pro termino peremptorio duximus praefigendum praefenti hac fidelium multitudinem, significantes eisdem quod nifi infra praedictum terminum hoc facere curaverint, extunc contra ipfos fpiritualiter & temporaliter auctore domino procedetur, prout iuftitia & ratio fuadebit. Item ficut intelleximus fama crefcente, beneficia quaedam ecclefiastica plerifque per simoniae vitium conferuntur. Nos igitur huic morbo peftifeto congruum remedium adhibere volentes, diftrictae praecipimus, ne id de cetero fiat, & quicumque remofum conscientiae habens fuper beneficio per simoniam dato vel recepto illud infra infans pascha resignet, quod simoniace recepit, & qui obtulit poenitentiam agat, & fi quid pro eo recepit refituat. Alioquin utrumque dantem fcilicet & recipientem ex tunc excommunicationis vinculo innodamus. Item ficut ex relatione multorum & fide dignorum intelleximus, quaedam confuetudo deteftabilis, quae magis corruptela quam confuetudo eft cenfenda, per Magdeb. provinciam inolevit, videlicet quod defunctis sacerdotibus ecclefiarum parochialium, nec cura animarum porrigitur nec divinorum administratio conceditur perfonis per veros patronos, ecclefiarum praelatis, vel archidiacono loci ad quos de jure pertinet praefentatio legitime praefentatis, nifi primo archidiacono vel praelato melior velis & equis sacerdotis defuncti tradantur eidem, vel quaedam summa pecuniae pro aestimatione praedictorum. Nos itaque tam horribilem venalitatem ab ecclesia dei excludere cupientes, perpetuo decreto prohibemus, ne pro inducendo presbyterum in ecclesiam, vel cura animarum porrigenda, vel divinorum administratione concedenda aliquid promittatur vel detur. Quod fi contra factum fuerit, uterque fcilicet dans & recipiens vel promittens per cenfuram ecclefiasticam percellatur. Si vero ex post facto aliquid ex mera libertate ultro offeratur, illud aequanimiter toleramus. Haec autem ftatuta per totam provinciam Magdeburg. & ad Civitatem & Diocef. Caminen. duximus extendenda, mandantes ea legi in fmgulis fynodis Epifcopalibus, ne qui praetextu ignorantiae fe excusent. Acta sunt haec in concilio Magdeburg. Anno domini M. CC. LX.

VI. Pontif. d. C. papæ IV. Anno se-
cundo.

In nomine domini, Amen.

Quoniam propheticis ex scripturis abominabile dicitur affore tempus, in quo fides Catholica usque adeo laceretur, quod in ea vix iustissimi & fortissimi perseverent, non immerito formidatur, quod jam adveniat talis hora prout videtur ex gente nequandissima tartarorum, quorum dominus se quasi parem vel fratrem omnipotentis dei & altissimi reputando, dicit: dedit in partem suam orbem terrarum, & dei salvatoris nostri cessasse regna cælestia portionem, dispare tamen cultu, cum suam partem interfectionibus sortiatur, quam & dominus noster Jesus Christus simul cum cælestibus creavit, quem & salvavit proprio sanguine & redemit. Proinde ad resistendum tantæ immanitati Reverendus pater ac dominus noster sacrosanctæ Romanæ sedis summus pontifex mandavit nobis præsens concilium adunare, in quo sic decernimus statuendum, ut fratres nostri domini episcopi, filii abbates, præpositi, archidiaconi & alii ecclesiarum prælati commissum sibi christianum populum quilibet in suis terminis exhortetur diligentia cum exacta, ut si quid sit inter eos, quod ab sit, errorum odii, vel qualibet simulationis super eo in fraternæ pacis redeant unitatem, & vigiliis, orationibus, jejuniis, elemosynis ibi Deum reconcilient, & ideo processiones & lætanas indicant, quas hic etiam præcipimus observari. In quolibet mense una processio generalis sicut in Rogationibus cum jejuniis observetur: possunt tamen prælati, archidiaconi, & plebani post peractam processionem, sexta feria dumtaxat excepta, suis subditis læticanorum esum misericorditer indulgere. Ad quam etiam processionem veniant religiosi ordinis cujuscumque. Præterea volumus, ut ps. *Deus venerunt gentes*, cum antiphona, *Da pacem Domine*, nec non cum *Kyriele Christe. Kyriele. Pater noster* cum vers. *Fiat pax in virtute tua* & cum coll. *Deus a quo* cum genuflexione. Et hæc omnia post agnus Dei antequam sacerdos communicet, qui etiam sacerdos coll. dicat, cum pulsatione unius campanæ, & ista in singulis ecclesiis & parochiis diligentius observentur. Item statuimus, ut qui prædictam campanam pulsari audierint, & cum genuflexione dominicam orationem dixerint, auctoritate nostra & suffraganeorum nostrorum X. dies iunctæ indulgentiæ habeant, & hoc sive intra vel extra ecclesiam campanam audientes, & ut dictum est dominicam orationem dicentes fuerunt constituti: verum quoniam hominum excrecente malitia iuribus que super libertatibus ecclesiarum & cleri s. — detrahitur adeo quod quia nulla defensio ab ipsis iuribus habeatur, sacro approbante concilio quædam spiritualia statuimus, que ad notitiam tam futurorum quam præsentium cupimus pervenire, quod si archiepiscopum, vel episcopum nostræ provinciæ capi contingat in tota provincia, cessetur penitus a divinis. Si vero prælatum, vel canonicum Cathedralis ecclesiæ capi contigerit, per totam diocæsim qua captus detinetur, cessetur pe-

nitus a divinis. Item si plebanum vel quolibet clericum in sacris ordinibus constitutum capi contingat, per totum archidiaconum cessetur similiter a divinis. Item si archiepiscopum vel episcopum nostræ provinciæ capi contingat, & capiens cappellanos habeat vel scriptores, statuimus ut infra VIII. dies a domino suo recedant. Alioquin extunc beneficiis careant & sint inhabiles ad beneficia obtinenda & ad superiores ordines nullatenus assumantur. Si vero jam sint ecclesiastica beneficia consecuti, illis nec non officio sint privati. Ceterum si prælatus infensor aut plebanus vel clericus in sacris ordinibus constitutus captus fuerit, Cappellani vel scriptores captivantis ab eo infra unum mensem recedant, alioquin de iis sit quemadmodum superius est statutum. Ad hæc quia prælati tam regulares quam seculares & alii clerici nostræ provinciæ passim contra libertatem ecclesiasticam ad sæculare iudicium pertrahuntur, cum hoc penitus sit absurdum, statuimus, ut actor qui talem malitiose intemptaverit actionem, postmodum coram ecclesiastico iudice conquerens nullatenus admittatur; & nihilominus si compertum fuerit eum de persona ecclesiastica calumniose movisse querelam, tam ipse quam iudex excommunicationis sententia constringantur usque ad satisfactionem condignam arctius evitandi. Item quia quædam a prælati seu personis ecclesiasticis contra libertatem eorum & approbatam consuetudinem ex antiquis obtentam temporibus pedagia theolonia extorquent iniuste, statuimus ut tales ad abstinentiam hiis angariis eorum per ordinarios suos, monitione præmissa, censura ecclesiastica compellantur. Item propter malitiam hominum excrecentem contra spoliatores episcoporum & clericorum cujuscumque ordinis statuimus, ut quicumque nobiles vel alii ad tormenta vel prælia pro... ad colligendum viros & complices suos jacuerint in bonis sive alodiis episcoporum & clericorum, & fecerint ibi damna, nisi per ordinarios vel eorum officiales commoniti de damnis illatis læsis satisfaciunt. Iidem iudices certificati per juramentum trium ad minus quorum interest legalium personarum de injuria notoria & manifesta excommunicent ipsos & enuncient ab omnibus arctius evitandos, omnia quoque loca in quibus habent receptacula vel domicilia, usque ad satisfactionem condignam subiciantur ecclesiastico interdicto. Præterea statuimus ut si qui episcopos vel clericos cujuscumque ordinis angariaverint ad præstandos equos vel currus virtualibus oneratos, ut ab hoc cessent simili sententia compellantur. Et hoc etiam de illis qui faciunt exactiones in bonis episcoporum vel clericorum distridius præcipimus observari. Excommunicamus etiam exnunc omnes, qui dicatas Deo ecclesias ausu sacrilego prophanatas, faciunt munitiones de ipsis, perfodiunt cæmeteria relictis ossibus mortuorum, omnes quoque adhibentes in iis opus, consilium & juvamen decernimus excommunicationis sententiæ subiacere, ecclesias etiam taliter prophanatas & omnia loca illa, in quibus consilium vel auxilium præstantes habent receptacula, subijcimus exnunc ecclesiastico interdicto. In graviorem etiam penam talium

ANNO
CHRISTI
1186.ANNO
CHRISTI
1186.

talium subtrahantur eorum familiarum sacramenta & ecclesiastica sepultura, donec cum debita satisfactione munitiones destruant supradictas. Ad extinguendam etiam illam detestabilem corruptelam quorundam patronorum, qui defunctis ecclesiarum rectoribus dotem spoliabant, & ecclesiam rebus mobilibus & immobilibus in salutis suae dispendium & scandalum plurimorum, statuimus, siue clericus vel laicus facere praesumpserit, iure praesentandi sit ea vice privatus, & archidiaconus vel si & ipse negligens fuerit, primus superior eandem ecclesiam conferat illa vice, & nihilominus ad restitutionem ablatorum patronus per ordinarium compellatur ecclesiasticam per censuram. Ceterum cum nonnulli ecclesiarum advocati spe defensionis assumpti ita quod de ceteris stipendiis eisdem spontanea deputatis ipsarum ecclesiarum iura possessiones & homines defendere deberent, facti sunt defensoribus offensiores, eo quod tam immoderatis servitiis angariant homines, quod non possunt propriis dominis persolvere tuos census, aliaque illicite dividentes inferioribus suis advocatias in partes in grave dispendium ecclesiarum eos infeodare praesumunt. Cum igitur privilegium mereatur amittere qui sibi concessa abutitur potestate, statuimus quod iidem advocati stipendiis & servitiis sponte assignatis sint contenti, prout coram imperio est obtentum sententia principum approbante, aliaque iura ecclesiarum & homines defendant, nihil aliud juris in hominibus & possessionibus uterpantes, redintegrent advocatias in partes divisas & inferioribus infeodatas, & ipsi feudatarii taliter occupatas dimittant. Quod si non fecerint intra mensem moniti per ordinarios & superiores ipse advocatus & suus feudatarius ad id per excommunicationis & interdicti sententiam compellantur. Statuimus deinde ut si quis episcoporum vel clericorum & ecclesiarum bona siue homines temere invaserit spoliis, incendiis, vel rapinis, aut tollendo pignora occasione cujuscumque, quæstionis quam contra alicujus ecclesiae advocatum se proponit habere s. sanctiones Can. puniantur. De mulieribus quæ beginæ vocantur statuimus, ut plebano, in cuius morantur parochia, obedientiam faciant, & ei in omnibus obediant sicut ceteri parochiales. Alioquin ad id per ipsos plebanos cum excommunicationis sententia compellantur. De interfectoribus clericorum & mutilatoribus servetur, quod de his Can. statuerunt. Item quia vagi scolares, qui eberdini vocantur, abominabilem ducunt vitam, divinum invertunt officium, unde laici scandalizantur, monachis dant materiam apostatandi, quippe quos de claustris recedentes & alibi receptaculum non inveniunt ipsi in suum recipiunt confortium, statuit hæc sancta synodus prohibendo ne quis clericos ipsos recipiat vel aliquid det eisdem, quod si fecerit, a superiore suo suspensus acrius corrigatur. Nullus etiam scolaris recipiatur, nisi scolas vel chororum frequentans, siue decenti alias servitio deputatus. Item quicumque violaverit communitatem ecclesiae convictus excommunicatus denunciatur donec satisfecerit secundum Can. sanctiones. Item qui propter urgentem necessitatem ut fieri solet tempore

Werratum iuguria vel alia receptacula in cæmeterio faciunt, cessante Werra, exportatis rebus & destructis iuguriis, tam ecclesias quam cæmeteria mundicie & libertati pristinae reformant; si moniti infra duos menses non fecerint, ad hoc per excommunicationis sententiam compellantur. Prophanum etiam judicamus, quod si quis in ecclesiis vel cæmeteriis edificia vel qualescumque res posuerit, postmodum ea jure hæreditario praesumpserit usurpare. Item sacerdotes qui scienter incendiarios ecclesiarum vel religiosorum locorum, necnon alias excommunicatos receperint in divinis Can. puniantur. Item Laici qui quicquam contra ecclesiasticam statuerint libertatem utpote contra sacrificia vel alia ad cultum divinum spectantia excommunicationis sententia innodentur. Item circa matrimonia etiam statuimus & praecipimus, ut hoc firmiter teneatur, scilicet ut matrimonia cum omni honore in facie ecclesiae celebrentur Sacerdos quoque in tribus diebus dominicis vel festivis a se distans populum moneat, ut si quod legitimum impedimentum noverint circa matrimonium contrahendum, utpote Consanguinitatem, Affinitatem, Votum, Ordinem, Disparem cultum, Compaternitatem & similia, illud in facie ecclesiae studeant ferulare. Excommunicationis etiam sententia feratur in genere in omnes eos, qui huiusmodi impedimenta celant, qui etiam condigne si postmodum detecti fuerint puniantur.


In nomine Domini Amen.

NOS Witigo Dei gratia Misnien. & Friericus Mersburgen. & Bruno Nuenburgenf. Episcopi recognoscimus, & tenore praesentium protestamur, quod ad succurrendum praesuris tam nobis quam clero & religiosis cuiuscunque ordinis exemptis & non exemptis ex hominum malitia imminentibus in hoc convenimus, & tenore praesentium nos mutuo obligamus, quod sententias tam auctoritate ordinaria a nobis latis, quam statuta domini Gwidonis Card. sedis apostolicæ legati & Magdeburg. concilii invicem exsequemur. Et praeterea quæ in praemissis conciliis de Captivitate Episcoporum & Clericorum continentur. Hoc in nostris diocesis volumus observari videlicet quod filii Captivantium episcopos vel clericos inhabiles sint ad beneficia, & sacros ordines obtinendum, nec ipsorum filiae in aliquo collegio sacramentalium admittantur. Abbates quoque, Abbatissa, praepositi & conventus contra hanc inhibitionem nostram venientes, per sententiam quam in his scriptis ferimus tam a divinis noverint se suspensos, donec eificent sic receptos. De incendiariis autem & invaloribus ecclesiarum & Cæmeteriorum quæ quidem ecclesiae & cæmeteria non solum pro salute mortuorum sed ut etiam vivi pacis in eis refugium inveniant consecrantur, sic observari volumus, ut qui surrexerint in rapinam ecclesiarum vel cæmeterii, nisi ablata restituant vel emendandam & plenam praestiterint securitatem, poenitentiae beneficium ei penitus denegetur, & singulis diebus dominicis pulsatis campanis & incensis candelis excommunicatus publice nunciatur. Et si obstinata mente us-

ANNO
CHRISTI
1276.

te usque ad mortem perseveraverit, ecclesiastica carcat sepultura, nisi subtestimonio plebani & aliorum trium damna restauraverit universa. Si qui vero clerici tales ad sepulturam receperint, aut eorum sepultura interfuerint, vel ipsorum elemosynas receperint, ordinis sui damnus irrecoverabiliter patiantur, & ipso facto suis beneficiis sint

privati. Et quia ea, quæ præmissa sunt, de prælatorum & capitulorum nostrorum processerunt consentu præiens scriptum tam nostris quam jam dictorum capitulorum nostrorum sigillis fecimus communiri. Actum Nuenburh: Anno Domini MCCLXXXVI. In Nativitate beate Virginis.

ANNO
CHRISTI
1276.ANNO
CHRISTI
1277.ANNO
CHRISTI
1277.

ARTICULI OBSERVANDI PER RECTORES

ET VICARIOS CANTUARIENSIS

Diœcesis & jurisdictionis.

Ex MS. in registro principali archiepisc. Cantuar. nuncupato Peckam edidit collector Anglicanus tomo II.

Frater Joannes, &c. dilecto filio... archidiacono Cantuariensi salutem, gratiam, & benedictionem. Quamvis cura animarum nihil sit pretiosius in hoc mundo, cum pro hac sola Christus in cruce obtulerit semetipsum; nihil tamen iis temporibus apud multos vilis reputatur. Sunt quidem innumeri, qui fructus ecclesiarum audacter rapiunt, metunt carnalia, ubi nunquam spiritualia, sed potius scandala seminant. Quo sacrilegio, quia nullum est damnabilius coram Deo, et, ut possumus, remedium apponentes, vobis in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus articulos illos, quos vobis mittimus litteris præsentibus interclusos, in omnibus ecclesiis vestræ jurisdictioni subiectis, in nostra Cantuariensi diœcesi, ad perpetuam rei memoriam, faciatis scribi lucide & aperte in Missali, vel alio libro solemniter & publice recitari, ut frequenter occurrant memoriæ ministrorum, & visitantibus ostendantur. Inhibentes sub pœna excommunicationis, in quam incidere volumus omnes contrarium facientes, ne quis articulos ipsos, in toto vel parte sic scriptos, audeat abolere. Quid autem circa hoc feceritis, nobis ubicumque fuerimus, in nostra diœcesi vel provincia rescribatis, per vestras patentes litteras harum seriem continentes, citra festum Assumptionis Virginis gloriose. Datæ apud Otteford. viii. Idus Julii anno Domini MCCLXXXVII. Ordinationis nostræ nono.

Consimiles littera emanarunt commissario Cantuariensi, & singulis decanis exemptæ jurisdictionis.

Nos frater Joannes, permissione Divina Cantuariensis ecclesiæ minister humilis, totius Angliæ primas, universis rectoribus, vicariis, & quibuscumque curam animarum habentibus, sive in nostra diœcesi, sive in locis aliis, nostræ immediatæ jurisdictioni subiectis, præcipimus articulos inferius annotatos, in virtute obedientiæ, & sub debito præstiti juramenti inviolabiliter observari.

Primo, quod faciant ecclesiastica officia,

cum reverentia & decencia qua poterunt, per honestos ministros opportunis temporibus continue celebrari.

Secundo, quod provideant fideliter gregi sibi commisso, in spiritualibus; utpote in prædicationem verbi Dei, & sacramentis ecclesiæ dispensandis, & specialiter in confessionibus audiendis: & ubi ipsi non sufficiunt ad hoc, vocent in sui adjutorium viros sanctos, ad hoc specialiter deputatos.

Tertio, quod pauperibus & egenis, præcipue curæ suæ, in corporalibus necessitatibus provideant, juxta quod sufficiunt ecclesiæ facultates, saltem de his, quæ supererunt suis necessitatibus, & ministrorum suorum, & hospitalitatem etiam servent prout dicuntur canonice sanctiones.

Quarto, quod nullum incant contractum, clam vel palam, cum quacunque litterata vel illitterata persona, in quacunque curia, qui possit in temporalibus vel spiritualibus parare præjudicium successoribus eorundem, quo minus prosequi valeant ecclesiæ suæ jura.

Quinto, quod ædificia rectoriæ, vel vicariæ, in statu decenti conservent, prout sufficiunt ecclesiæ facultates.

Sexto, quod bona ecclesiæ contra jus commune alienata, & libertates etiam quacunque, secundum Deum & justitiam revocare teneantur.

Septimo, quod bona & jura ecclesiæ sibi concussa, pro viribus, absque alienatione & detrimento quolibet notabili studeant conservare.

Octavo, quod fructus ecclesiarum suarum non vendant simul & in summa, sine nostra licentia speciali: quoniam hujusmodi venditio, firmæ similis, omnia evacuat officia pietatis, & facit decimas nundinales, quæ debent in domo Dei pauperum necessitatibus providere.

Item istos articulos scribi præcipimus in quolibet ecclesia, in Missali, vel libro alio potiori, palam, lucide, & aperte: ut frequenter occurrant memoriæ ministrorum, & visitantibus ostendantur. Facientes aliter, graviter puniantur.

A Petro Quivil episcopo, Exonii congregata, finita XVI. Calend. Maii, anno Domini MCCLXXVII.

Ex Tomo II. collectionis conciliorum Britannic.

1. De sacramentis ecclesie.
2. De Baptismo.
3. De Confirmatione.
4. De Eucharistia.
5. De Pœnitentia, &c.
6. De Extrema unctione.
7. De Matrimonio.
8. De Ordine.
9. De ecclesiis, cappellis, & oratoriis.
10. De dedicatione ecclesiarum.
11. De cœmeteriis ecclesiarum.
12. De ecclesiarum ornamentis.
13. Ne in ecclesiis & cœmeteriis.
14. De cœmeteriis claudendis.
15. De immunitate ecclesiarum.
16. De ecclesiarum domibus.
17. De vita & honestate clericorum.
18. De clericis concubinariis.
19. De resiliencia.
20. De mansuetudine.
21. De Divino officio.
22. Quod parochiani ecclesiam frequentent.
23. Qualia festa iudici debeant.
24. Ne clerici sint negotiatores.
25. Ne dignitate vel officia tradantur ad firmam.
26. De ecclesiarum rebus non alienandis.
27. Ne clerici de bonis ecclesie in solo adificent laicali.
28. De quantitate vicariarum & stipendiis sacerdotum.
29. Ut beneficia aqua benedictæ solis scholaribus.
30. Ne clericus clericum coram seculari iudice.
31. De celebratione capitulorum ruralium.
32. Quod non alii quam diffamati, ad capitula vocentur.
33. Ut litigantes a lite recedant.
34. De iuramento advocatorum.
35. De captione excommunicati.
36. Ne presbyteri regant parochias primo anno.
37. Ne aliena ordinationis presbyteri.
38. Ne pro spiritualibus officiis quicquam exigatur.
39. Ne pro delictis rectorum ecclesia suspendatur.
40. De visitationibus archidiaconorum.
41. Ne clerici se obligent foro seculari.
42. De bonis clericorum.
43. De excommunicationum sententiis.
44. Ne quis in propria causa excommunicet.
45. Ut absque libelli donatione, &c.
46. Ut omnibus libere liceat appellare.
47. De quæstoribus elemosinarum.
48. De reliquiis & veneratione sanctorum.
49. De Judæis & eorum mancipiis.
50. De testamentis.
51. Ut rectores, post mediam quadragesimam, lecedentes, &c.
52. De mortuariis.
53. De decimis.
54. De oblationibus.
55. De sententiis excommunicationum.

A P R Æ F A T I O.

Altissimus de terra medicinam: eccl. 38. Quod primo & principaliter intelligitur de medicina animæ, cujus medicus est Christus. Secundo animæ morbus est peccatum, juxta illud Prophetæ: *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Et hæc spiritualis medicina animam curat per verborum sancti Synodi efficaciam, juxta illud propheticum: *Misti verbum suum, & sanavit.* Et non solum sanat per verborum efficaciam, sed per operationes sacramentorum, fluentium de fontibus Salvatoris, id est, Christi vulneribus. Hic est medicus, de quo loquitur Augustinus: Venit magnus medicus, quia ubique jacebat ægrotus: de cujus medicina dicitur in ecclesiastico: *Unguentarius faciet pigmentum suavitatis, & unctiones conficiet sanitatis.* Et sicut dicit Augustinus, ipse fuit medicina, qui sufficiebat omnibus, & contra omnem morbum. Hic est Samaritanus, id est, Christus, qui infundit vinum, id est, Salvatoris punctiones verborum, & oleum sacramentorum, fauciato, id est, per peccatum vulnerato. Cujus prætextu, nos Petrus miseratione divina Exoniensis episcopus, vices quodammodo gerentes in terris, licet minus digne, prædicti altissimi Samaritani & unguentarii Jesu Christi, pro nostro modulo Pauli doctoris gentium sequentes vestigia, qui apud Miletum synodum convocavit, vos fratres nostros & filios in Christo, dignum duximus convocandos ad hanc sanctam synodum in ecclesia nostra Exoniæ celebrandam: ut aquam sapientiæ hauriamus cum gaudio de fontibus Salvatoris: a quibus cum virtutes sacramentorum effluerint, a sacramentis sumat tractatus noster synodalis exordium.

I. De Sacramentis in genere.

Quoniam ecclesiastica sacramenta ad salutis remedia sunt divinitus instituta, in quorum dispensatione præcipuum consistit ministerium prælatorum: omnibus quibus animarum cura incumbit, sacramenta ipsa sane intelligere, ac scire plebi sibi commissa rite conferre, expedit & oportet; & tan-

ANNO
CHRISTI
1117.ANNO
CHRISTI
1117.

to circa eorum collationem cautius se habere, quanto utiliora sunt, & magis necessaria ad salutem. Quae igitur sint, & quot, & quae necessaria, & quae non, ac quae collata valeant iterari: ab initio propter simpliciores breviter exponamus. Sunt autem *vii.* Baptismus scilicet, qui est janua omnium sacramentorum, & dicitur ingredientium, eo quod ingredienti sanctificat, & tam ab originali quam actuali peccato hominem exuit & emundat: unde, prima tabula ducens ad portum salutis post naufragium, appellatur. Secundum vero sacramentum nuncupatur Confirmatio, & dicitur pugnantium: quoniam per baptismum sanctificatos contra antiqui hostis insidias corroborat, ut insulibus fortius resistant humani generis inimici, tamquam leo rugiens mundum circuire non desinens, praedam quam devoret quaerens in hominibus. Est & tertium sacramentum progredientium: ideoque viaticum seu Eucharistia appellatur, ingenti caritate & rationabili institutum. Quartum vero sacramentum est redeuntium, eo quod redeuntibus datur: propter quod secunda tabula post naufragium appellatur Poenitentia. Est & quintum sacramentum, scilicet Extrema Unctio, & dicitur exeuntium, quod tam ad infirmitatem corporis alleviationem, quam peccatorum remissionem, noscitur salubriter institutum. Est & sextum sacramentum, scilicet Matrimonium, quod fuit institutum in paradiso, & ante peccatum: post vero peccatum, & extra paradisum, fuit institutum ad remedium; videlicet, ut carnalis concupiscentiae vitium cohiberet, & fornicationis labe per legitimum conjugium concluderetur. Est & septimum sacramentum scilicet Ordo. Nam sicut in veteri testamento sacrificia offerebantur, non per quoscumque, sed vocatos a Domino: ita nec in novo, nisi per ipsos, qui ad hoc sacros suscipiunt ordines, ecclesiastica sacramenta poterunt dispensari.

Cum igitur sint *vii.* sacramenta ecclesiastica: primum quidem est Baptismus, quod omnibus est necessarium; sine quo ad regnum caelorum minime pervenitur. Poenitentia vero necessaria est adultis, qui post baptismum in crimen actuale inciderunt. Cetera vero tria, scilicet Confirmatio, Eucharistia, & Extrema Unctio, non ita necessaria ut praecedentia: quoniam absque eis potest esse salus: dum tamen haberi nequeunt, & ex contemptu minime omittantur. Duo vero ultima, scilicet, Coniugium, & Ordo, voluntaria sunt & spiritualia; quia liberum unicuique ipsa percipere, vel non percipere hoc excepto, quod qui curam habent animarum, compelli ad ordines, vel curam susceptam dimittere, sacri canones decreverunt. Per ista duo sacramenta peccatum non dimittitur, sed per Matrimonium, fornicationis juvatur vitium: per Ordinem, si digne conferatur & rite, virtutes augentur & munera gratiarum. Horum autem *vii.* sacramentorum quaedam sunt irreiterabilia, ut Baptismus, Confirmatio, & Ordo: quae semel collata, minime reiterantur. Cetera vero quatuor licite poterunt iterari, solemniter poenitentia duntaxat excepta, quae sacramentalis est, iterari non debet. Praemissis tam breviter quam leviter in genere

Concilii. General. Tom. XXIV.

expositis, ut per hoc ab initio corda simplicium cautius illustremus: ad singula sacramenta, qualiter uniuersusque curam habens animarum in ipsis suum debeat impendere ministerium, per ordinem descendamus: nostri progressus, quem Deus dirigit & conservet, a Baptismo sumentes exordium.

II. De Baptismo.

Baptismi sacramentum adeo est necessarium, quod sine eo non est salus, nec alius quam baptizatis regni caelestis janua aperitur. Quapropter sacerdotibus, quibus cura animarum incumbit, dillicite praecipimus, quod formam baptizandi parochianis suis exponant saepius in vulgari: videlicet, quod tempore partus aquam habeant promptam, in quam, si oportuerit, baptizandum immergant, dicentes: Ego baptizo te in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Saepius enim accidit, quod propter mortis periculum, per alium quam per sacerdotem oportebit parvulum baptizari. Propter causas huiusmodi emergentes, expedit & oportet ut quilibet formam baptizandi intelligat & sciat: quam, cum inevitabilis casus emerferit, valeat observare, quae si penitus observata non fuerit, parvulus de integro baptizetur. Quoniam ex quo duo sunt necessaria in Baptismo, scilicet verbum & elementum: utroque vel altero deficiente, nihil est quod agitur. Sacerdos insuper suos instruat parochianos, quod non solum sacerdotes, verum etiam clerici & laici, insuper pater & mater, in necessitatis articulo absque copula conjugali, suos parvulos valeant baptizare. Cum igitur contigerit parvulum domi propter mortis periculum baptizari, si postea convalescit, ad ecclesiam deferatur; ut si rite fuerit baptizatus, non ipsa submersio, nec ipsa praecedentia, sed subsequencia dumtaxat per sacerdotem, ut convenit, suppleantur. Vas vero in quo puer domi fuerit baptizatus, comburatur, vel ad usus ecclesiae referretur, ac aqua, in qua puer immerfus fuerit, in baptisterium effundatur, vel saltem projiciatur in ignem ob reverentiam sacramenti.

Et ne ob parentum imprudentiam ullatenus absque baptismo decedat: praecipimus, ut per sacerdotes parochiales praegnantibus mulieribus injungatur, in tempore partus sui aquam habeant promptam ad manus, ut si ingruerit repentini casus necessitas, puer saltem a parentibus, si alii non adint, in forma quam praemisimus baptizetur. Ita quod peccata sua, cum tempus partus instare crediderint, sacerdoti confiteantur: ne, cum ipsis in puerperio laborare contigerit, impediens parienti doloribus, confiteri non voluerint, adimatur facultas.

Ad hoc praecipimus, quod sacerdotes parochiales, parochianos suos moneant diligenter, ut pueros suos diebus sabbati proxime ante Pascha & Pentecosten, ad baptismum solemniter celebrandum a sacris canonibus deputatis, ad ecclesiam studiosius deferant baptizandos, cessante cujuscumque periculi suspitione.

In levatione pueri de fonte sacro, per quam compaternitas spiritualis contrahitur: praecipimus, ut in levatione maris, duo ma-

Ddd res

* Forte qui
tanquam
non defuit.
H

* Add. ab-
ique diri-
menda cop-
com. vel
quid Amic.

ANNO
CHRISTI
1197.

res & una femina. in femina vero levatione, unus mas & duæ feminae adhibeantur. Plures non possunt esse compatres, sed tanquam testes.

Ne autem alicuius dubietatis prætextu, non baptizatus quisquam relinquatur, quod in infantibus expositis, & aliis domi baptizatis extra formam superius traditam, de facili posset contingere: præcipimus, quod in huiusmodi dubio baptizentur sub hac forma verborum: Non intendo te rebaptizare: sed si non es baptizatus, ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Nec tum dubietas talis facit sacramentum baptismatis iterari: quoniam non monstratur iteratum, quod nescitur esse factum.

Panni vero christiales, quorum candor innocentiam vitæ, & puritatem Christianam designant, nusquam in usus profanos, sed ecclesiæ, convertantur.

Baptizandus vero nisi de legitimo matrimonio fuerit procreatus, a sacerdote exactissime inquiratur de parentum nominibus: ut, quamquam parvulo baptismus non debeat denegari, parentes tamen ejus pro commixtione illicita puniantur.

III. De Confirmatione.

Quoniam in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam: eo quod nobis est magna & gravis colluctatio adversus principem tenebrarum. Quapropter sacerdotibus parochialibus districte præcipimus, ut parochianos suos sæpius moneant, quatenus parvulos suos, quos prius baptizatos esse consilerit, procurent quam citius poterunt confirmari. Et ne ob parentum negligentiam ipsos conringat absque confirmatione diutius remanere: statumus, ut parvuli, intra triennium a tempore ortus sui, confirmationis recipiant sacramentum: dum tamen proprii vel alieni episcopi copia habeatur. Alioquin parentes ex tunc qualibet sexta feria in pane & aqua jejurent, donec pueri confirmentur.

Adulti vero ad confirmationem minime offerantur, nisi peccata sua prius fuerint confessi eodem die.

Confirmandi secum deferant ligaturas mundas, latitudinis & longitudinis competentis, quas post confirmationem per triiduum portare, deinde igne comburi præcipimus, & confirmatos ultra baptisterium per manus sacerdotis, vel saltem diaconi, ablui.

Sacerdotes autem suos instruant parochianos; ne pater aut mater, vitricus vel noverca, puerum suum; nec vir, feminam; nec femina, masculum; aut qui confirmatus non fuerit, ab episcopo teneat confirmandum.

Item inter tenentes pueros ad confirmandum ex parte una, & ipsos confirmatos & parentes eorum ex altera, sicuti in baptismo, cognatio contrahitur spiritualis: propter quam ad invicem matrimonium contrahere prohibentur.

Et quia huiusmodi sacramentum iterari non debet, ut prædiximus: moneantur parentes pro locorum presbyteros, ut pueris suis de confirmatione tempore infantie

suz recepta, postquam ætatem exceßerint, innotescant. Unde & pueros suos pro hoc certificare, & parentes certificare oportet.

IV. De Eucharistia.

Sacramentum Eucharistiæ omni veneratione dignum, sicut sacerdotibus licet conficere, qui secundum ecclesiæ claves ritè fuerunt ordinati. Sacerdotes igitur, priusquam accedant ad ministerium tam sublime, vitæ suæ vias examinent diligenter, verbum Apostolicum sæpius in animo revolventes: *Qui manducat & bibit indigne*, &c. Et similiter illud Evangelii, cum dominus intinxisset panem, & dedisset Judæ Iscarioti: *Post buccellam intravit in eum satanas*: quia manducavit indigne. Quod si forte alicuius peccati mortalis læsam conscientiam habuerint: (in quo tum, quantum ad se, suspensi existunt,) ad dictum ministerium accedere non præsumant, donec conscientie suæ vulnera alicui patefecerint sacerdoti, & pœnitentiam inde receperint salutarem.

Provideant igitur sacerdotes, quod oblatas habeant confectas de simila frumentis, & aqua dumtaxat: ita quod nihil immiscetur fermenti. Sint & oblatæ integre candidæ, & rotundæ: nec per tantum tempus custodiantur, quod in sapore vel aspectu abominabiles habeantur. Vinum habeant purum: vinum vero in acetum conversum rejiciatur omnino.

Missam celebraturus sacerdos infundat calici plus de vino, & parum de aqua: nec Missæ, nisi in altaribus & super altarium consecratis, aequaliter celebrentur. In quarum celebratione duo saltem luminaria habeantur, tam ob reverentiam sacramenti, quam extinctionis casu fortuito: quorum semper altera sit de cera.

De parochianorum elemosynis sacerdotes procurent duos fieri tortillos in canone Missæ ardentes, prout in ecclesiis multis hædenus fieri consuevit. Ut autem ad idem efficiamus subditorum animos prompiores: omnibus parochianis nostris contritis & confessis, qui in hac parte manus porrexerint adiutrices, quindecim dies de pœnitentia tibi injuncta misericorditer relaxamus.

Quia vero per hæc verba, *hoc est enim corpus meum*, & non per alia, panis substantiatur in corpus Christi: prius hostiam non levet sacerdos, donec ipsa plene protulerit verba, ne pro creatore, creatura a populo veneretur.

Hostia autem ita levetur in altum, ut a fidelibus circumstantibus valeat intueri: per hoc enim fidelium devotio excitatur, & fidei meritum suscipit incrementum. Parochiani vero sollicite exhortentur, ut in elevatione corporis Christi, nedum reverenter se inclinent, sed genua flectant, & creatorem suum adorent, omni devotione & reverentia, ad quod per campanellæ pulsationem primitus excitentur: & in elevatione ter tangatur campana major.

Habeat sacerdos parochialis, propter infirmos, semper hostias consecratas, quas ultra vii. dies conservari firmiter prohibemus: sed proximo die Dominico sequente, ante calicis abluionem, a sacerdote Missam cele-

ANNO
CHRISTI
1197.

ANNO
CHRISTI
1187.ANNO
CHRISTI
1187.

celebrante, vel ab alio, dum tamen digne & devote sumatur. Quo die, juxta parochianorum diffusionem, plures vel pauciores consecrentur: alix innoventur per subsequentem hebdomadam duraturam.

Cum ergo Eucharistia ad infirmum fuerit deferenda: superpelliceo & stola induat se sacerdos, nisi loci distantia & aeris intemperies hoc fieri minime patiatur. Sit corpus Dominicum repositum in bursa mundissima, & ipsa includatur sub serura in pyxide munda & honesta, argentea vel eburnea, vel alia convenienti, quam ad pedes deferat sacerdos, ipsi precedentis lucerna, eo quod portatur candor lucis aeternae. Praecedat etiam tintinnabulum, ad cuius sonitum excitentur fideles ad orandum corpus Dominicum, se humiliter inclinando, & si fieri potest, genua flectendo. Et ut eorum in hoc labor meritorius habeatur: iis omnibus, si hoc fecerint corde puro pariter & devoto, tredecim dies de iniuncta sibi poenitentia misericorditer relaxamus. Ne quis reputet onerosum, suo creatori tantum impendere famulatum, unde insigilante diabolo ulla sollicita dubitatio de corpore Christi occupat laicorum. Priusquam communicent, instruantur per sacerdotes, quod illud accipiunt sub panis specie, quod pro illorum salute pendit in cruce: hoc suscipiunt in calice, quod effusum de corpore Christi: & ad hoc inducantur per exempla, rationes, & miracula, quae hactenus evenerunt.

ad adorandum

V. De poenitentia

Admiranda & multiplex Dei misericordia, humanis lapsibus ita subvenit, ut non solum per baptismi gratiam, sed per poenitentiae medicinam, spes vitae reparatur aeternae: ut qui regenerationis dona violassent, proprio se iudicio condemnantes, ad remissionem criminum pervenirent. Mediator enim Dei aeterni & hominum homo dominus Jesus Christus, praepositis ecclesiae hanc tradidit potestatem, ut sacerdotes confitentibus poenitentiae satisfactionem darent, juxta illud Evangelii: *Quorum remisistis peccata, remittantur, &c.* Item: *Ite, ostendite vos sacerdotibus, &c.* Verum, quia in gravibus peccatis quis positus, dum in suis premitur, aliena non diluit: revocent se praelati intus ad conscientiam, ut crimina propria prius corrigant, & tunc aliena reprehendant. Curet igitur sacerdos, ut sapiens medicus & perfectus, primo peccata sua diluere, & postea aliena tergere & sanare: & ut liberius & commodius hoc valeat adimplere, praesentis synodi approbatione statuimus, ut locorum archiepiscopi, qui de sacerdotum prudentia & moribus pleniorum habent notitiam, de quolibet decanatu, unum vel duos eligant confessores, quos ad hanc scientia & mentis crediderint magis idoneos: qui vice nostra, decanorum ruralium, rectorum, vicariorum, & parochialium sacerdotum audiant confessiones: poenitentiarum nostri generalis auctoritate in omnibus salva, ad cuius arbitrium in dubiis & gravibus recurratur, nisi forte talis emergat articulus, qui nobis inconsulto nequeat expediri.

Corr. at chidiacoui.

Concil. General. Tom. XXIV.

Et quia praelatis ecclesiarum, quibus animarum cura incumbit, in se bonos existeri non sufficit ad salutem, nisi subditorum mores & vitam corrigant & reforment, quorum sanguis de eorum manibus requiretur: moneant parochianos suos, & crebris praedicationibus inducant, quod quilibet eorum ter in anno, scilicet ante Natale Domini, Pascha, & Pentecosten, vel ad minus in Quadragesima, in ipsius initio confiteatur, ne ecclesiae careant suffragis, quae sunt tunc temporis, peccata sua integre proprio sacerdoti, vel alteri de ipsius licentia, confiteantur. Licentia vero petita, & assignata rationabili causa, non denegetur: alioquin poenitentes frustra se detegerent alieno, cum ipse absque licentia eos absolvere non poterit vel ligare, nisi de mandato superioris. Hoc fiat, vel in peregrinatione, seu vinculo, seu mortis articulo poenitens fuerit constitutus. De confessione vero facia alteri per ipsius assignationem, fidem faciat proprio sacerdoti: alioquin pro confesso nullatenus habeatur.

Quod si quisquam confessus non fuerit & communicaverit semel in anno: vivens ab ingressu ecclesiae arceatur, & moriens ecclesiastica careat sepultura.

In poenitentis vero injungendis, sacerdotes peritorum medicorum inhaereant velligiis, ut sciant vinum & oleum infundere vulneribus sauciati, & juxta qualitatem criminum & contritionem confitentium, adhibere propria & proficua medicamenta. Etenim non omne quod sanat oculum, sanat calcaneum. Qualitatem igitur & contritionem confitentium diligenter attendant; audiant quicquid dixerint, ac eos supportent in spiritu lenitatis; ne verbis exasperent, nec aspectu; sed sollicito inducant, ut integre confiteantur. Vagos non habeant oculos, sed pronos in terram; non respicientes faciem confitentis, nisi quatenus ipsius cordis contritionem & erubescitiam, quae est maxima pars poenitentiae, valeant aestimare, quae non tam verbis, sicut vultu & aspectu poterunt deprehendi. Mulieres in aperto, & extra velum confiteantur: non ut audit valeant, sed videri. Et quae partui sunt vicinae, tunc confiteantur, prout supra decrevimus in titulo de baptismo.

Caveant intuper sacerdotes, ne maritis, aut eorum uxoribus, pro poenitentia quicquam injungant, per quod inter ipsos de enormi crimine sinistra valeat oriri suspicio, & ex hoc odium generari. Qualitate tum criminis committi, & illius universis circumstantiis ponderatis, talis injungatur poenitentia confidenti, quae satisfactionem inducere, & proficere valeat ad salutem.

Praeterea statuimus, & sub poena praecipimus concilii generalis, ut medici corporis, cum ipsos ad agrotos vocari contigerit, ante omnia infirmis persuadeant, ut medicos advocent animatum: cum nonnumquam inimicitias corporalis proveniat ex peccato, propter quod Dominus praecipit languido, quod abiret & amplius non peccaret, ne deterius sibi contingeret. Et cum sic fuerit agrotus de spiritali salute provium, ad medicinae corporalis remedium salubrius procedatur. Medicus agrotus nihil suadeat, quod cedat in animae detrimentum, cum

Ddd ?

mul.

ANNO
CHRISTI
1127ANNO
CHRISTI
1127.

multo pretiosior sit anima corpore, & per consequens salus unius est alterius saluti merito proponenda.

Infirmi confiteri non tudent, sed pro sacerdote confestim mittant, & de die, propter diversa pericula quae de nocte potuerint evenire. De quorum vero convalescentia desperatur, Dei tunc misericordiae commendentur: nec est eis praecise poenitentia injungenda, sed notificanda potius quae debetur: ut si convaluerint, perficiant eam: Si decesserint, poena aeterna quae debetur, in poenam Purgatorii transitoriam commutatur, occulto Christi iudicio arbitrandam.

In poenitentis dandis diligenter attendat sacerdos qualitatem delinquentis, quantitatem delicti, locum, tempus, causam, perseverantiam in delicto, poenitentis devotionem, & signa contritionis ipsius; nec inquirat de propriis nominibus personarum, cum quibus quis peccaverit, sed in genere. Ut si mulier fuerit, quae peccavit, quærat ab ea, utrum cum clerico, vel laico, religioso vel saeculari sacerdote, vel diacono, vel subdiacono, conjugato vel soluto, consanguineo vel affine. Si vero vir, aptus & conformis de mulieribus sibi faciat quaestiones: ita tamen, quod majora & notoria poenitentiarum nostro reservet, & poenitentem sibi transmittat, cum litteris, causam delicti & circumstantias ipsius continentibus. Poenitentes iterum cum litteris poenitentiarum, absolutionis & poenitentiae modum continentibus, ad suum redeant sacerdotem; revertenti aliter non credatur. Haec nedum in foro poenitentiali, sed judiciali, praecipimus firmiter observari.

Et quoniam spiritus & carnis in dies singulos crescente concupiscentia, & refrigescente caritate multorum, nedum usitata crimina multiplicantur, sed excogitantur nova, & inaudita pariter perpetrantur: nostro poenitentiarum indulgemus, ut si in capite jejunii ad suscipiendum, & audiendos publice poenitentes, se solum sufficere non crederit, socium unum vel plures, juxta poenitentium numerum, sibi adiungat.

De peccatis quae communiter sunt in usu, a sacerdote inquiri poterit singillatim: de aliis inusitatis non inquirat, nisi per circumstantias, & a longe inquirat; ut per haec, expertis, dum eorum recensetur memoria, detur materia confitendi; in expertis, dum celantur incognita, occasio delinquendi non pandatur.

Caveant igitur sacerdotes, ne ex ardore avaritiae poenitentias laicis exponant venales: quarum praetextu ipsis laicis remittatur corporalis poenitentia, quae debetur; & ipsis sacerdotibus quicquam temporalis lucri accretat, cum aeterno supplicio & brevi fructu. Nullum etenim crimen tam grande quis timeret committere, quod per pecuniam conspiceret se posse rodere. Hujus criminis reos, si qui inventi fuerint sacerdotes, (quos ipso facto suspensos ac simoniacos declaramus) si postea Divina celebrare, immo verius profanare praesumpserint, a nostra dicecesi, absque spe redeundi, in perpetuum decrevimus expellendos.

In rebus vero nefarie acquisitis, sacerdotes iniungant parochianis poenitentibus, ut damnum passis, omnino, si super sint, abla-

ta restituant: alias autem in elemosinarum quarumcumque largitiones ablata huiusmodi nullatenus convertantur.

Contenti se criminalia perpetrasse, quamvis mentiendò dicat se abstinere non posse, curiose suadendum est & consulendum, ut abstineat: & quamquam vera poenitentia dici non debet, admitti tamen debet ipsius confessio, & crebris & salubribus monitis sibi est poenitentia indicenda.

Nullus omnino sacerdos crimina sibi confessata revelet, vel verbo, vel signo, vel quovis alio modo, specialiter vel generaliter. Sed si in dubiis prudentiori consilio indigerit, illud absque ulla expressione certae personae caute requirat: quoniam sic deceptes deponendos esse & in arduum monasterium detrudendos, ad perpetuam poenitentiam peragendam, apostolica decrevit auctoritas.

Custodes carcerum incarceratos sustineant libere confiteri. Quod si de cetero quispiam confessionis gratiam inhibuerit carcerato, nisi vivens de hoc condigne satisfecerit, morien ecclesiastica careat sepultura.

Et quia de rebus transitorii nihil superest, quod animarum saluti debeat anteponi, praecipimus, quod cum fratres Praedicatorum & Minores, tam in Quadragesima, quam extra, cum transitum fecerint per parochias, confessiones fidelium libere audiant, & poenitentias injungant: qui, si voluerint confiteri, proprii sacerdotis licentia requiratur, & ecclesiae parochiani oblationibus consuetis & debitis prius solutis, & si sedes apostolica eis amplius indulserit, vel indixerit indulgendum, hoc ab omnibus observetur. Et quoniam ipsorum Fratrum praedicatio & sancta conversatio in ecclesia Dei prolixius fructum non modicum dignoscitur, ubicumque per nostram dicecesim transitum fecerint, honorifice admittantur & procurantur honeste.

VI. De extrema unctione.

Salubre utique tam corpori, quam animae, unctionis extremae perpenditur sacramentum, ad allevationem corporum, remissionem peccatorum, dignoscitur alimentum. Quapropter inter cetera sacramenta istud non minimum praecipimus venerari, & sacerdotes parochos, quodcumque fuerint requisiti, ad visitandum infirmos se promptissimos exhibere. Et qui difficiles se exhibuerint in hac parte, & infirmis poenitentibus & petentibus, gratis absque ulla exactio- ne pecuniae sacramentum hoc non contulerint: cum gratia sit gratis data, & non pretio conferenda, convicti super hoc, juxta canonicas sanctiones punientur condigne.

Praeterea praecipimus, quod resecta omni negligentia, parochiales presbyteri, circa curam sibi commissam vigiles sint & solliciti, extra suam parochiam absque causa rationabili nullatenus provocantes. & tunc loco suo alium dimittant idoneum, qui ea quae animarum curae incumbunt, sciat & valeat adimplere.

Quod si quemquam juvenem vel senem, culpa, negligentia, vel absentia sui sacerdotis, quod absit, absque baptismo, confessione, Dominici corporis perceptione, ac extre-

ANNO
CHRISTI
1187.ANNO
CHRISTI
1187.

trema unctioe preveniri morte contigerit: A sacerdos super hoc convictus, a celebratione Divinorum protinus suspendatur: cuius suspensio minime relaxetur, donec tam grande crimen penitentia condigna meruerit expiari.

Et quoniam quidam laici imperiti, de hoc sacramento nequiter sentientes, illud abhorrent in tantum, quod vix velint illud suscipere etiam in extremis, fatue estimantes, quod post ipsius susceptionem, carnis esum, nudis pedibus incessum, compulam carnalem etiam cum uxore legitima, sibi fore penitus interdicta: precipimus parochialibus presbyteris, ut ubi noverint tantam haerese pululare, contrarium praedicent, parochianis notificantes inter cetera, hoc sacramentum posse licite iterari; & quod uncti, si ab infirmitate postea convalescerint, carnes comedere, nudis pedibus ambulare, & si conjugati fuerint, uxores suas cognoscere, occasione huiusmodi omittere non tenentur.

VII. De matrimonio.

Carnalis concupiscentiae vitium ex inobedientia primorum parentum contractum, ita transivit in posteros, ut quanquam homo baptismi gratia renovatus, confirmationis robore solidatus, & sacro viatico recreatus existat, non est tamen per omnia priori innocentiae restitutus: immo prioris concupiscentiae sordes adhuc remanens, ipsum inquietare non cessat, per quam colaphizatur stimulo satanae, incessanter nitentis hominem per hoc sicut per ceteros nocendi modos ducere ad interitum. Homo tamen, si legitime resisterit, propter certaminis huius victoriam majus meritum consequetur. Ad vitandum igitur huius concupiscentiae malum, matrimonii sacramentum ab Apostolo post peccatum hominibus est concessum, quod a Deo in paradiso & ante peccatum, ad officium fuerat institutum. Hoc per sponsalia de futuro initiatur, per mutuum consensum de praesenti ratificatur, per carnalem copulam consummatur. Debet igitur hoc sacramentum, cum discretionem magna & reverentia celebrari, in locis honestis, & tempore congruo, cum omni modestia, & maturitate: non in tabernis, potationibus, & commessionibus, non secretis horis, latebris, & suspectis, sed palam & sobrie celebretur.

Et ut in ipsis contrahendis forma de cetero observetur, a qua vidimus quamplurimos deviare, & nonnulla animarum evenisse pericula: praesentis synodi auctoritate statuimus, ut nullum matrimonium, nulla sponsalia, nisi in praesentia rectoris ecclesiae, seu sacerdotis parochialis, & trium fide dignorum, in posterum contrahantur, qui, si super forma & modo contractus his inter contrahentes oriri contigerit, valeant super hoc veritati testimonium perhibere. Contrahentes vero extra formam praedictam, & praesentes in contractu, per locorum ordinarios graviter puniantur. Licet per legitimam viri & mulieris consensum legitima matrimonia contrahantur: quantum ad ecclesiam necessaria sunt verba vel signa, consensum exprimentia de praesenti. Ex quo

manifeste liquet, quod sine auctoritate ecclesiae, cuius iudicio approbandus vel reprobandus est contractus, non sunt matrimonia contrahenda: quanquam alias contracta propter hoc minime dissolvantur.

Et quia ex insolentia contrahentium sic alias nonnunquam ecclesiastici iudices nimium perturbantur, & perplexitates inextricabiles in causis matrimonialibus saepius inducuntur: statuta canonum exequentes, statuendo precipimus: quod cum matrimonia, modo supradicto contracta, fuerint solemnizanda, trina denunciatio in ecclesiis, in quarum parochiis habitant copulandi, diebus Dominicis & festivis per presbyteros parochiarum, publice proponatur; quarum quilibet octo dierum contineat spatium, ut supra illum terminum, qui voluerint, & valuerint, legitimum impedimentum apponant. Presbyteri etiam quod per se ipsos potuerint investigare, & quod per se vel per alios invenerint, illud litteratorie significant quibus incumbit solemnitates contractuum celebrare. Quod si contra copulam contrahentium appareat probabilis conjectura; contractus interdicatur expresse, donec quid super iis fieri debeat, canonicè dijudicetur. Si vero aliquis impedimentum apponat, cui fama vicini non consentit, juret statim quod illud non obivit malitiose: injungatur sibi quod coram loci ordinariis, certis die & loco compareat, impedimentum obiectum legitime probaturus: qui si jurare noluerit, vel juraverit, & non comparuerit, vel in probatione defecerit obiectorum, ex tunc procedatur in negotio, oppositione huiusmodi non obstante. Opponens vero, quia matrimonium legitimum impedivit, canonicè puniatur.

Praeterea quia quidam diabolice fraudis instinctu, legitima matrimonia, contra praecipitum Domini, dissolvere satagentes, cum diversis in diversis provinciis contrahere non verentur: sub poena excommunicationis firmiter inhibemus, ne aliqua extranea & ignota persona, ad contrahendum matrimonium, in nostra dioecesi ullatenus admittatur, donec per litteras loci ordinarii, in cuius jurisdictione moram traxit diutinam, constiterit matrimonium legitime bannatum fuisse, & se posse contrahere absque ullo impedimento docuerit evidenter. Idem fiat, etiam si contrahentes fuerint nostrae dioecesis: dum tamen diversorum archidiaconatum, vel parochiarum. Sacerdotes solemnitatem matrimonii aliter celebrantes, nec non & ipsa contrahentes, puniantur poena concilii generalis.

Cum autem matrimonium in facie ecclesiae fuerit solemnizandum, palam & in ostio ecclesiae sacerdos interroget contrahentes, si igitur invicem consentiant, ab ipsis singillatim. Si suspecti sint, nihilominus investiget: an ad contrahendum vi metus vel violentia sint induci. Et si de hoc per utriusque vel alterius eorum confessorem constiterit, ulterius non procedat: alioquin eos instruat in vulgari, quod se invicem accipiant sub his verbis: Accipio te in meam, & ego te in meum: eo quod per haec verba vel consimilia, legitima matrimonia contrahuntur. Ubi vero sponsalia contrahuntur, quae sunt futurarum nuptiarum repromissio, ut puta sub his verbis vel consimilibus: Accipiam, vel

ANNO
CHRISTI
1187.

habebo te in meam, & ego te in meum: A
vel qualitercumque clam vel palam matri-
monium sit contractum, solemnitate mini-
me subsecuta, in utroque casu ipsis contra-
hentibus carnalem copulam interdiximus,
donec trinæ denunciationes facta fuerint,
& solemnitas in facie ecclesiæ adimpleta.
Qui prius inter se commiserint, graviter py-
nantur, quanquam aliud non superluerit im-
pedimentum.

Ad hæc, quia propter clandestina & in-
terdicta matrimonia, nonnulla animarum pe-
ricula contingit pluries evenire, cum non
appareant legitimi testes per quos contractus
posset probari: multoties venit, ut conjun-
cti legitime, separentur, & illegitime con-
juncti cum suarum tolerentur periculo ani-
marum, eo quod ecclesiasticus iudex nequit
in dubiis certam ferre sententiam. Omnes
talia matrimonia contrahentes, ab ingressu
ecclesiæ: salva nihilominus poena concilii
generalis soboli imposta ex talibus nuptiis
procreata. Sacerdotes parochiales, si talia
conjugia nedum celebrare præsumpserint, vel
contempserint prohibere, vel quicumque re-
gularis ipsius præsumptionis interesse, suspen-
dendum ab officio per triennium declara-
mus: poenæ subdendum nihilo minus gravi-
ori, si culpæ iuræ qualitas id postulaverit sus-
cipiendum.

De
antur.

Circa fornicariorum abjuraciones hanc for-
mam de cetero præcipimus observari, ut delin-
quentes juramento præstito se astringant.
Quod si ipsos contingerit pati postea recidi-
vum, poenam corporalem, absque ulla con-
tradictione subibunt, quæ ipsis arbitrio sui
iudicis imponetur. Quam si postea incurre-
rint, & super hoc convicti fuerint, vel con-
fessi: tunc delinquentes sine juramenti ex-
actione contrahant sub hac forma: Ego ex
nunc accipio te in meam, si de cetero car-
naliter te cognoscam: & ego te in meum,
si a te de cetero carnaliter cognita fuero.
Quem quidem contrahendi modum redigi
præcipimus in scripturam: ut per ipsam, in
dubio, reigessæ veritas comprobetur. Quod
si contrahentes postea se carnaliter cogno-
verint, & super hoc fides facta fuerit in
iudicio: compellantur matrimonium, ante
sic contractum, in facie ecclesiæ solemniza-
re, infra certum tempus arbitrio iudicis mo-
derandum.

Studeant mariti juxta verbum apostoli ux-
ores suas diligere, eisque debitum reddere
conjugale, & ipsis juxta substantiæ suæ vi-
res vitæ necessaria exhibere: ad quæ, cum
oportuerit, eosdem decrevimus compellen-
dos. Advocatos necnon & procuratores, qui
de cetero in causis matrimonialibus, quic-
quam malitiose opponunt, quo minus legiti-
mum matrimonium, debitum sortiantur effe-
ctum, vel ut in ceteris causis ecclesiasticis
processus iudicialis contra justitiam diutius
remaneat in suspensio, præsentis synodi ap-
probatione excommunicamus: & nihilominus
super hoc convictos a suis officiis per annum
decrevimus suspendendos.

Causa vero divortii postquam fuerint exa-
minata, & plene instructæ, ad officialem
nostrum cum toto processu habito remittan-
tur, per ipsum canonicè decidendæ, sicut
hactenus fieri consuevit.

VIII. De Ordine in genere.

ANNO
CHRISTI
1187.

CUM ad spiritualia officia exequenda as-
sumendi sint tales, qui possint digne sa-
cramenta Dominica pertractare, quæ per al-
ios, quam per illos, qui ad hoc sacros ordi-
nes susceperunt, nequeunt dispensari: cum
omni reverentia venerandum est Ordinis sa-
cramentum, per quod cetera ministrandi so-
lis clericis est attributa facultas. Quicumque
igitur qui ad tam dignum accesserunt sacra-
mentum, præcipue sacros ordines suscepturi,
cum omni munditia corporis & cordis, fa-
cta confessione, & recepta poenitentia, idem
assumant. Quibus ex causis, ad ordines sus-
cipiendos accedentes, diligenter attendant,
prudenter advertentes, an sint legitimi, nec
dum legitimi; an irregularitatem notam
ex aliqua causa contraxerint, ut puta quia
fuerint homicidæ, iudices, advocati, dista-
tores, scriptores, executores in causa san-
guinis; an simoniaci, vel interventores simo-
niacæ pravitatis, vel simonice vitio infecti;
aut an ab hæreticis, schismaticis, vel nomi-
natim excommunicatis scienter promoti. Item
an bigami, corruptarum mariti, vel sacra-
rum virginum violatores; an excommunica-
ti, vel furtive ordines adepti, vel in susce-
ptis taliter ordinibus ministrantes. Item an
sacrilegi, sortilegi, dæmonibus immolato-
res, incendiarii, ecclesiarum effracto-
res; an conscientiam habeant peccati mortalis, vel
consimilibus criminibus fuerint irretiti, quæ
irregularitatem inducunt. Quos omnes sus-
pensos esse ab executione sui officii decla-
ramus, & a receptione ordinum superiorum,
donec super defectibus vel criminibus hujus-
modi cum eis canonicè fuerit dispensatum,
omnino decrevimus repellendos.

Item ad propriam recurrant conscientiam,
quo sine ad ordines aspirent, ut Deo & ec-
clesiæ virtuosius & gratiosius famulentur,
non pro temporali quæstu, nec beneficiis a
suis ordinariis extorquendis, quoniam ta-
les simoniacos reputamus.

Caveant ad sacros ordines promovendi,
ut titulum habeant sufficientem, sine quo
omnibus ad sacros ordines accedere interdiximus
facultatem: alioquin ipsos tanquam
furtive promotos decrevimus reputandos, eo
quod intentionis nostræ non est aliquos aliter
ordinare.

Et quoniam quidem promovendi, adven-
tentes se non posse absque titulo ordinari,
cum clericis beneficiatis vel laicis pacificum-
tur, ut eis per chartam nomine tituli con-
ferant spirituale aliquid vel temporale, eam-
dem chartam ab eisdem post susceptos ordi-
nes recepturi: huiusmodi beneficiatos, & ta-
liter ordinatos, tanquam simoniacos, ab
officio & beneficio decrevimus suspensos.
Laicos vero pactonibus huiusmodi mediatores, con-
scios tantæ fraudis, excommunicationis ma-
joris sententia innodamus.

Religiosis ac sæcularibus clericis districte
præcipimus, ne aliquos de confratribus suis
ad sacros ordines nobis audeant præsentare:
nisi eis ante ordinum susceptionem in suf-
ficienti & perpetuo titulo velint & valeant
providere. Alioquin sicut ordinatos, ita præ-
sentatores eorum, suspendendos decrevimus
a Divinis.

Nullus

ANNO
CHRISTI
1117.

Nullus etiam, etsi de sufficiente titulo sit privatus, absque sui archidiaconi litteris patentibus super instalibus & honesta conversatione, ad hujusmodi ordines suscipiendos accedat: religiosis & beneficiis dumtaxat exceptis.

Cum abbates, priores, vel saltem subpriors, aliquos de confratribus suis ad ordines recipere contigerit: sub poena excommunicationis districte precipimus, quod nullum ante annum probationis effluxum, vel factam professionem, nobis presentent absque suis patentibus litteris: ne ipsis forsitan ad seculum revertentibus, nos vel successores nostros super eorum provisione fatigari contingat.

Ad hæc, quoniam quidam extranei se oriundos de nostra diocesi, ac servi se liberos multoties mentiuntur, ad quod probandum conductitios testes & falsos producant: nos tam ipsos, quam testes eorum, pro hujusmodi fraudis commento, excommunicationis vinculo innodamus.

Item quia quidam ecclesiarum rectores, cum eos ad ordines suscipiendos contigit evocari, seasserunt in sacris, cum non sint, ut sic nobis valeant & officialibus nostris illudere, sicut alii, qui cum sint auctoritate concilii privati, se procurant, absque nostra conscientia, inter ceteros ordinari: tam hos, quam illos, ab officio suspendimus & beneficio, donec primi super illusionem hujusmodi nobis satisfecerint, & in sacris ordinibus fuerint constituti; secundo vero beneficia sua dimiserint vacua, aliis libere conferenda. Alioquin, si ipsa presumpserint postmodum retinere, fructus, si quos ex ipsis perceperint, quos constat non esse suos, cum integritate restituere compellantur; quos si retinere contenderint, tanquam rei ecclesiasticæ invasores excommunicationis sententia percellantur.

Clerici ab alieno episcopo ordinati, non prius ad executionem sui ordinis in nostra diocesi admittantur, donec de eorum ordinatione, litteratura, conversatione, moribus, nobis vel locorum archidiacono fidem fecerint manifestam.

Rectores vero ecclesiarum parochialium, ad ordines quos beneficiorum suorum cura requirit, intra constitutum tempus se faciant promoveri, & resideant personaliter in eisdem, si poenam generalis concilii voluerint evitare: nec ecclesiis ipsis per vicarios, sed per seipos deserviant, nisi dignitates forte annexæ fuerint, vel præbendæ; in quo casu ipsos habere vicarios canonicè constitutos, a jure novimus esse permissum.

IX. De ecclesiis, cappellis, & oratoriis construendis & reparandis.

Quoniam ecclesiarum ordinatio, a quocumque constructæ fuerint, non in constructis potestate, sed loci diocesani, consistere dinoscitur, prout utriusque juris sancta & salubris decrevit auctoritas; nec liceat cuiquam ecclesiam, vel cappellam de novo construere absque episcopi sui licentia speciali: precipimus, quod nullus ecclesiam, vel cappellam in nostra diocesi de novo fabricare præsumat, nisi nostro primitus requisito & accedente consensu; nec in eisdem Divina

aliqua facere ministeria, nec ipsa sine nostro consensu totaliter diruta renovare.

Cappellæ vero cum fuerint sic constructæ, nihil in eis fiat quod in matricis ecclesiæ cedat præjudicium. Illa etenim nonnunquam, de rectoris assensu, mediante iustitia conceduntur; hoc adjecto, ut id fiat absque juris præjudicio alieni. Quo casu statuimus, ut sacerdotes in dictis cappellis ministrantes, universas oblationes, quas in ipsis offerri contigerit, ecclesiæ matricis rectori cum integritate restituant. Et ut sibi super hoc salubrius consulatur, dictos sacerdotes ad idem religione sacramenti precipimus obligari. Libertatem etenim, quæ de concedentis benignitate præcessit, in suam læsionem nolumus redundare. Hoc nedum de construendis, sed de jam simili modo constructis, firmiter precipimus observari.

Si quis autem restituere contempserit, præter reatum perjurii, ipsum suspensionis vinculo, donec restituerit, innodamus. Si vero laicus restitutionem impedit, ac post trinam admonitionem non desitit ab impedimento: hoc ipso majoris excommunicationis incurrat sententiam.

Inhibemus etiam, ne in cappellis quæ proprios parochos non habent, parochianis matricis ecclesiæ, nec aliis quibuscumque, sacramenta vel sacramentalia ministrentur: nisi aliquibus aliis amplius fuerit indultum. Nec sit in ipsis fons baptismalis, nec in eisdem nuptiæ vel Divina celebrentur: nisi fundationis tempore, vel postea, majori donatæ fuerint libertate, & ob hoc matrix ecclesiæ honorem receperit competentem. Obventiones tamen earum, quas a prædictis personis contigit provenire, rectori, ut prædictimus, reserventur. Idem de oratoriis, quæ in aliquorum domibus construuntur, statuimus observari.

Ad hæc, onus hujusmodi constructionis & reparationis, cancelli matricis ecclesiæ, ad ipsius ecclesiæ rectorem; navis vero ecclesiæ, ad parochianos, volumus & precipimus pertinere, consuetudine contraria non obstante.

Verum onus cappellæ quæ distinctam habet parochiam, ad ipsos cappellæ parochianos totaliter pertinebit; eo quod ob ipsorum favorem & commodum fuit constructa: & nihilo minus matrici ecclesiæ, si refectione indiguerit, juxta discretionem locorum archidiaconi, ipsos decrevimus pervenire.

Quia domini terrarum in diversis parochiis terras possidentes, & in una illarum tantummodo perendinantes, ad onera ecclesiæ, in cujus parochia non inhabitant, sed sui famuli & servientes, ipsis parochianis incumbentia contribuere contradicunt: ut hujusmodi calliditati in posterum obvietur, præsentis synodi auctoritate statuimus, quod domini hujusmodi, onus reparationis ecclesiæ & cœmeterii, secundum portionem terræ quam possident in eadem parochia, sicut ceteri parochiani agnoscant & persolvant totaliter in futurum; & ipsi ad id faciendum, si necessarium fuerit, per illarum ecclesiarum prælatos, per omnimodam censuram ecclesiasticam, de cetero compellantur.

Si quis vero altare cum parietibus & tecto in ecclesia, ex devotione velit construere:

re:

ANNO
CHRISTI
1117.

ANNO
CHRISTI
1187.

re: hoc fiat, prius a nobis petita licentia & obtenta, ac assignata perpetua & sufficienti sustentatione ad reparationem huiusmodi ædificii, cum indigerit: ita quod parochiani propter hoc procedente tempore non graventur.

Onus oratoriorum, quæ in privatis domibus construuntur, & etiam cappellarum proprios non habentium parochianos, ad ipsorum dumtaxat: pertineat fundatores, item ecclesiæ & cappellæ, quæ si fuerint superflue vel dirute, an debeant reparari, vel aliis uniri, an totaliter destrui, ordinandi potestatem nobis de cetero reservamus, juxta canonicas sanctiones.

X. De dedicatione ecclesiarum.

Sicut nos iræ filii de natura, per baptismatis sacramentum facti sumus templum Domini universi: ita privata domus a ceteris materiali subiecto non differens, per invisibile dedicationis ministerium, Dominicum templum efficitur: in quo, cum tanquam homines fragiles & imbecilles excefferimus, a Deo misericordiam imploramus, & veniam delictorum: in hoc loco, & non alibi absque causa honesta, & necessitate magna, hostia salutaris viva & vera, offerri habet manibus sacerdotum, sicut liquet omnibus quibus præcepta sunt nota novi & veteris testamenti.

Ideirco officii nostri debitum exequi cupientes, singulis ecclesiarum rectoribus nondum dedicatarum præcipimus: quod ecclesias suas curent taliter parare, ut ipsas dedicare possimus, cum vacaverit nobis tempus. Et ut quæque probabilis ignorantia nos circumveniat in hac parte, decanis ruralibus injungimus, ut de ecclesiis non consecratis nec; & de aliis, de quibus dubium est an fuerint consecratæ (eo quod certa consecrationis indicia non appareat) nos vel officialem nostrum, citra festum Nativitatis beatæ Mariæ, non omittant reddere certiores: alioquin ipsos velut inobedientes graviter puniemus.

Et ut matri a filiis honor debitus impendatur, statuimus, ut anniversarius dedicationis dies, a parochianis omnium ecclesiarum, & etiam cappellarum adjacentium non dedicatarum, velut dies natalis Domini solemniter celebretur: & quod parochiani ipsam, velut matricem, suis oblationibus venerentur. Parochiani cappellarum dedicatarum & non dedicatarum, prædicto die, & die festi sanctæ matricis ecclesiæ, ad ecclesiam matricem accedant, honorem debitum, qui a filiis matri debetur, devotis precibus impensuri: non ut parochiani cappellarum dedicatarum offerant, nisi velint, eo quod oblationes suas in cappellis dedicatis, ipsos facere oportebit.

Ut autem consecrationis impensæ memoria perpetuetur: præcipimus, quod dotis quantitas quæ in dedicatione ecclesiæ est collata, dies dedicationis & annus, nomen consecrantis, numerus dierum indulgentiæ a consecrante concessæ, in Kalendare ecclesiarum conscribantur.

XI. De cæmeteriis cappellarum, de matrice ecclesia longe distantium, dedicandis.

ANNO
CHRISTI
1187.

Quia propter locorum distantias, & viarum discrimina, ac inundationes aquarum, nonnunquam cappellæ infra parochiarum limites constituuntur, certos parochianos, & distinctos fines habentes, de quibus rectores omnia percipiunt emolumenta: advertentes per hoc viventibus parochianis salubriter fuisse provisum, sed in nullo mortuos relevari, statuimus, ut ubi defunctorum corpora, propter impedimenta prædicta, nequeunt absque nimia difficultate & periculo ad matricem ecclesiam tumulanda deferri, si cappellæ distent a viis ecclesiis per duo miliaria, vel sint minoris distantiæ, dum tamen aquarum nimia inundatio tale præstitit impedimentum, rectores ecclesiarum, si locus supersit, faciant ibi sumptibus parochianorum, cæmeteria præparari: ut cum per loca ipsa transitum fecerimus, eabenedicere valeamus, in quibus corpora parochianorum earumdem, ad vitandum huiusmodi pericula (absque matricis ecclesiæ præiudicio) reponantur.

Dedicentur cappellæ ecclesiæ ipsæ: cum orationes in locis dedicatis efficaciz sint longe maioris.

XII. De ecclesiarum ornamentis, & eorum custodia.

Ut ornamenta ecclesiarum, quibus quasi propriis instrumentis sacramenta ecclesiastica ministrantur, sint fulgida & honesta, exemplum nos docet doctissimi Salomonis, dum vasa domus Dei ex auro purissimo constituit fabricari. Quapropter præcipimus, quod quælibet parochialis ecclesia, & etiam cappella distinctam habens parochiam, munda & decencia habeat ornamenta.

Sit in aliqua ecclesia saltem unus calix argenteus, purus vel deauratus: scyphus argenteus vel stanneus pro infirmis, ut postquam Eucharistiam assumpserint, loturam digitorum suorum sacerdos sibi præbeat in eodem. Sint duo corporalia munda & integra cum repositoriis: duo paria vestimentorum, plenare unum, festivale, aliud feriale: quatuor tuellæ ad majus altare, quarum saltem duæ sint benedictæ, & una illarum cum parura.

Item ad quodlibet altare, cum contigerit Missam inibi celebrari, sint superpellicea duo, & unum rochetum: velum quadragesimale: velum nuptiale: palla mortuorum: frontellum ad quodlibet altare: Missale bonum, graduale, troparium, manuale bonum, legenda, antiphonale, psalteria, ordinale, venitare, hymnare, collectare; præsens synodus scripta habeatur in singulis ecclesiis citra festum S. Michaelis: cista ad libros & vestimenta: pyxis argentea vel saltem eburnea ad Eucharistiam cum serura: chrismatorum stanneum cum serura: asser ad pacem: pyxis ad oblatas: tres phialæ: sacramentarium lapideum, & immobile: thuribulum: vas ad incensum: vas ad aquam benedictam: herja ad tenebras: candelabrum Paschale: duæ cruces, una fixa, & alia portabilis: imago beatæ Mariæ virginis, & sancti loci ejusdem: ce-
reus

ANNO
CHRISTI
1167ANNO
CHRISTI
1167.

reus paschalis: duo cerei processionales: celatura super altare: campanella deferenda ad infirmos, & ad elevationem corporis Christi: lucerna boeta: campanellæ ad mortuos: feretrum mortuorum: baptisterium lapideum bene feratum: fenestræ vitræ sufficientes in cancello & navi ecclesiæ.

Qualiter hæc sunt necessaria in ecclesia Dei ad expendendum cultum Divinum, usus nos instituit quotidianus. Quædam istorum, prout utilitas exposcit in majoribus ecclesiis quæ sufficienter, duplicentur, vel triplicentur, in quibus sint hæc amplius quam aliis: diaconus & subdiaconus, cappa chori, tunica, dalmatica, duo phylacteria ad cornu altaris, & unum ad patenam.

Onera omnium ornamentorum prædictorum, parochiani, sicut hæctenus, ita de cetero supportabunt, libris matutinalibus, unico scilicet psalterio, fenestris vitreis in cancello, & celatura super majus altare, dumtaxat exceptis: quæ rectores vel vicarii supportabunt, prout in nostra diocesi hucusque fieri consuevit.

Ornamenta ecclesiæ, securæ custodiæ committantur: non tamen sub custodia laicorum, nisi id necessitas major exposulaverit. Nec tunc sacra contingere, nec in ecclesia loco clerici aliquoties ministrare præsumant.

Et quoniam audivimus, quod quidam nobis & locorum archidiaconis illudentes, cum sibi ecclesiastica deficiunt ornamenta, tempore visitationis exhibent aliena pro suis, mendaciter asserentes illa sua esse, quæ ab aliis accommodarunt: hanc fraudem sub pena excommunicationis de cetero fieri prohibemus.

Ad hæc, cum ornamenta ecclesiæ incurfu latronum contigerit asportari: si propter defectum cancelli, ornamentorum amissionem periculum, ad rectorem; si navis ecclesiæ, ad parochianos statuimus pertinere: ut per hoc, tam hi, quam illi, ad supplendos tales defectus potius animentur.

Et quoniam inter ecclesiarum rectores & suos parochianos contentiones in ecclesiis sæpius suscitantur, dum parochiani ipsi propria auctoritate truncum affigunt in ecclesiis, vel extra, pro fidelibus eleemosynis colligendis, & præsumunt, ut audivimus, publice prædicare majorem fore eleemosynam, ad truncum ipsum offerre, quam in manibus proprii sacerdotis: unde evenit, ut tam ab oblationibus debitis, quam ex devotione consuetis, corda insipientium avertuntur, & ecclesiarum rectores in utriusque damnium incurunt non modicum, & iacturam. Audivimus etiam, quod quidam laici oblationes candelarum, quæ in festo Purificationis beatæ Mariæ Virginis, & aliis festis per annum, ex laudabili consuetudine fieri consueverunt, ne dum rectores recipiunt, sed aliquando capiunt de manibus offerre volentium: scelus huiusmodi palliantes, quod ex cera inde collecta, velint facere cereum coram cruce, vel alibi. Has duas laicorum præsumptiones, tanquam nefarias, detestantes, statim præcipimus, quod omnes tales trunci in ecclesia affixi, seu cæmeteriis, vel juxta, citra festum Nativitatis Joannis Baptistæ, ab ecclesiis ipsis penitus amoveantur; nec iterum apponentur, absque nostra,

Council. General. Tom. XXIV.

Archidiaconi, vel saltem ipsius rectoris, licentia speciali: ad quos truncos si parochiani prædicare præsumperint, perpetuo amoveantur, & ipsi nihilo minus canonice puniantur. Si vero prædictum citra terminum amoti non fuerint: ex tunc ecclesias in quibus remanserint, donec amoveantur, suspēdimus a Divinis.

Et quia laudabilis consuetudo erga sanctam ecclesiam pia devotione fidelium introducta, commutari non debet, sub consueto colore canonice pietatis: omnes impediētes debitas oblationes & devotas in ecclesia Dei, & rectores ecclesiarum, quo minus de ipsis libere disponere liceat, excommunicamus, donec de injuriis, eisdem rectoribus satisfecerint competenter.

Item audivimus, quod propter sedilia in ecclesia rixantur multoties parochiani, duobus vel pluribus unum sedile vendicantibus: propter quod grave scandalum in ecclesia generatur, & Divinum sæpius impeditur officium. Statuimus, quod nullus de cetero quasi proprium sedile in ecclesia valeat vendicare, nobilibus personis & ecclesiarum patronis dumtaxat exceptis: sed qui orandi causa primo ecclesiam introierit, juxta propriæ voluntatis arbitrium sibi eligat orandi locum.

Præcipimus insuper, quod de ecclesiarum instauratio, ipsius custodes, coram rectoribus vel vicariis ecclesiarum, seu saltem cappellarum parochialium, & quinque vel sex parochianis fide dignis, quos ipsi rectores, vicarii, vel cappellani, de hoc duxerint eligendos, quolibet anno computum fideliter reddant & redigatur in scriptis. Quam scripturam præcipimus loci archidiacono, cum visitat, præsentari: nec ipsum instaurum in alios usus, quam ecclesiæ, ullatenus convertatur. Unde si parochiam pro defectibus ecclesiæ, seu pro aliis demeritis, amercari contigerit, de proprio satisfaciant, instaurum ecclesiæ integre remanente.

Et quia nonnumquam certus redditus & instaurum cantariis, altaribus, seu luminariis assignatur: præcipimus, quod ipsa in alios usus ecclesiæ minime convertantur, nisi necessitas vel saltem æquitas aliter suadeat ordinare, loci archidiaconi vel saltem rectoris accedente concessu.

XIII. Ne in ecclesiis vel cæmeteriis earum mercata vel placita secularia teneantur, vel edificia secularia construantur.

Plus & misericors Dominus, qui dum pro peccatis nostris irascitur, misericordie recordatur, templa Dominica construi & Divinis precibus consecrari voluit & præcepit: in quibus plebs fidelis ab omnibus torrensibus & secularibus operibus abstinens, per oblationes & pacificas hostias, devotæ præcipue orationis, iram judicis mitigaret, ipsius elementiam humiliter postulando. Quod idem omnium Dominus tam verbis, quam operibus, specialiter volens designare, flagello facto de funiculis, cementes & vendentes ejecit de templo: asseverans domum suam domum fore orationis, & per tale commercium factam fuisse speluncam latronum. Ne igitur ubi delictorum est venia impetranda, delicta delictis gravius accumulentur: distri-

Ecc
de

ANNO
CHRISTI
1133.

de prohibendo statumus, ne in quibuscumque ecclesiis nostris directis, atris earum, vel cœmeteriis, mercata seu placita secularia de cetero teneantur; nec ullas negotiationes quicquam exercere præsumat; nec ædificia secularia inibi construere, nisi pro communi utilitate, & hostilitatis tempore, necessitas id exposcat. Et si quæ hæcenus constructa fuerint, ipsa præcipimus demoliri.

Et quia in cœmeteriis dedicatis multa sanctorum & salandorum corpora tumulantur, quibus debetur omnis honor & reverentia: sacerdotibus parochialibus districte præcipimus, ut in ecclesiis suis denuncient publice, ne quisquam luctas, choreas, vel alios ludos inhonestos in cœmeteriis exercere præsumat: præcipue in vigiliis, & in festis Sanctorum, cum huiusmodi ludos theatrales & ludibriorum spectacula introductos, per quos ecclesiarum coinquinatur honestas, facti ordines detestentur. Quod si aliqui, post factam denunciationem, ludos huiusmodi, & quantum improprie dictos, eo quod ex eis crimina oriuntur) exercuerint: prædicti sacerdotes eorum nomina loci archidiacono, vel ipsius officiali, denuncient, ut ipsi pro suis demeritis canonicè puniantur.

XIV. *De cœmeteriis claudendis & arboribus crescentibus.*

Sacra loca ab omnibus venerari, tam iuris civilis est ratio, quam sacrorum canonum iuber auctoritas. Idcirco ecclesiarum cœmeteria, cum quia sancta, tum quia sanctorum reliquiis sanctificata existunt, ab omni immunditia præcipimus custodiri: maxime ne brutorum animalium sordibus maculentur.

Hinc etiam, quod omnibus, quibus ipsa claudendi onus incumbit de iure & consuetudine, inungimus & mandamus: ut circumquaque muro vel fossato ipsa totaliter claudant & conservent clausa, ne bruta animalia, porci: præcipue ingrediantur. Quod si rectores ecclesiarum vel presbyteri parochiales, ad quos cœmeteriorum custodia dignoscitur principaliter pertinere, propria animalia, vel aliena, ibidem deq̄ascant, vel depasci permittant: ipsos per locorum ordinarios decrevimus graviter puniendos. Et ne ex aliena culpa propriam negligentiam in posterum valeant excusare: compellendi parochianos suos quacumque censura ecclesiastica, decenter & honeste sua cœmeteria claudere, præsentis synodi auctoritate ipsis plenam committimus potestatem.

Et quia inter rectores ecclesiarum & suos parochianos, super arboribus in cœmeterio crescentibus altercationes oriri sæpius intelleximus, utrisque ad se ipsos pertinere contendentibus: huius altercationis dubium declarare juris scripti potius quam statuto decidere æstimamus. Nam cum cœmeterium, maxime dedicatum, solum sit ecclesiæ; & quicquid plantatur, solo cedat: sequitur necessario, arbores ipsas debere inter facultates ecclesiasticas annumerari, de quibus laicis disponendi nulla est attributa facultas; sed, sicut sacra scriptura testatur, solis sacerdotibus dispositionis cura indiscusse a Deo commissa docetur. Verum, quia arbores ipsæ, propter ventorum impetus, ne eccle-

siis noceant, sæpe plantantur: prohibemus, ne ecclesiarum rectores ipsas præsumant prosternere indistincte, nisi cum cancellus ecclesiæ necessaria indigeat refectione: nec in alios usus aliquo modo convertantur, præterquam si navis ecclesiæ indigerit similiter refectione, & rectores propter parochiæ indigentiam, eis caritative de arboribus ipsas duxerint largiendum. Quod fieri non præcipimus: sed, cum factum fuerit, recom-mendamus.

XV. *De immunitate ecclesiarum, personis & rebus earum.*

Sanctam matrem ecclesiam, quæ nemini claudit ingressum, vel gremium redeundi, non solum patres apostolici, sed etiam Romani principes in unitate multiplici decoraverunt: ut sit ipsa tanquam pia mater, quæ in sinu suo recolligit universos: ita singuli boni, sive mali, ad ipsam confugientes, sub ipsius chlamyde protegentur illæsi. Hanc libertatem ecclesiasticam bonæ memoriæ Orthobonus, quondam in Anglia sedis apostolicæ legatus, prudenter attendens, decrevit statuendo: ut si quis aliquem, ad ecclesiam, cœmeterium, vel claustrum confugientem, inde abstraxerit, vel necessarium victum sibi prohibuerit ministrari; aut res alienas in prædictis locis depositas, hostiliter vel violenter asportaverit, vel asportari fecerit; aut abstractionem aut prohibitionem suo nomine factam, vel a suis familiaribus, ratam habuerit; aut talia præsumebus auxilium, consilium, vel consensum præbuerit, publice vel occulte: fore ipso facto, vinculo excommunicationis innodatus, a quo non prius absolventur, donec ecclesiæ dampnum passæ satisfecerint competenter. Hæc digna emulatione sequentes, adijcendo statumus: ut nullus in prædictis locis, etiam laicus in laicum manus injiciat temere violentas, vel ad palliendam propriam injuriam vel alienam, locum sacrum: præsumat affirmare profanum, vel aliam personis ecclesiasticis, rebus earum, aut familiæ, contra immunitatem a sanctis canonibus eis indultam, injuriam irroget, vel gravamen. Alioquin contravenientes vinculo excommunicationis concilii ianodamus: ceteris penis in statuto ipsius legati enumeratis, in suo robore nihilo minus induraturis.

XVI. *De ecclesiarum domibus conservandis, & reparandis.*

Ingratitudinis vitio & avaritiæ labe quorundam statum novimus quamplurimum dejugari: qui, cum beneficiis ecclesiasticis suis nonnulla percipiunt emolumenta, onera incumbunt negligunt supportare, ædificia ecclesiarum integra conservare, & restaurare dirupta non curantes: immo, aut bona percepta in sinu avaritiæ ascundunt aut velut prodigi, inutiliter consumere non verentur.

Hinc est, quod statuendo & monendo districte præcipimus, ut clerici universi, ecclesiarum suarum cancellos, domos, & cetera ædificia destructa, de novo construere, & ruinosa sulcire, prout indigerint, non omittant: ut cum nos, vel locorum archidiacono

ANNO
CHRISTI
1133.De dresse
rebus ali
quod v. de
ter.* Deep for
te eccleha
ficum
f. deni
grati

ANNO
 CHRISTI
 1187.

ANNO
 CHRISTI
 1187.

diaconos, per loca ipsa transire contigerit, A
 valcanius ibidem hospitare honeste. Qui si
 moniti per nos vel dictos archidiaconos, præ-
 scripta per duos menses facere detrederint:
 ex tunc, juxta prædicti legati statutum, tan-
 tum de ecclesiarum suarum fructibus plena-
 rie * præcipimus, quantum ad refectioem
 hujusmodi sufficiat peragendam.

Item a pravorum consortiis se abstineant.
 Saepe etenim pravorum consortia bonos mo-
 res corrumpant, & diutina conversatione
 subvertunt. Lectioibus & orationibus inten-
 dant assidue.

Item clerici modesti sint & sobrii, absti-
 nentes se a crapula & ebrietate. Nam, ut
 ait Gregorius, gula nihil turpius est, cuius
 fœtor est in ore, pallor in facie, tremor in
 digitis: in cujus corde nullum latet secre-
 tum. Ut inter clericos & histriones, sicut
 est, ita appareat in omnibus dispar profes-
 sio: districte præcipimus, ut ad convivia non
 accedant, maxime sacerdotes: nisi a domi-
 no domus specialiter fuerint invitati. Quod
 si invitari contigerit, sese non ingurgitent,
 sed protinus post prandium, ad propria sob-
 brii revertantur. Nusquam tabernas exer-
 ceant, nisi peregrinationis causa in itinere
 constituti: sed ita modestè & sobrie vivant,
 semper, ut in omni tempore inter sanctam
 & profanam, mundum & immundum, dis-
 cernere sciant & valeant, sicut decet.

Præcipimus ut clerici histrionibus & jocu-
 latoribus non intendant; ad aleas vel ad ta-
 xillos non ludant, nec aliis ludentibus sint
 participes, aut inspectores: nec ad specu-
 la publica, spectandi gratia, præsumant ac-
 cedere. Avibus nec canibus venatoriis non
 utantur. Hac & alia plurima sunt clericis
 interdicta, quorum conversatio a laicorum
 actibus est remota, quos sicut loco, ita re-
 ligione debent præcellere.

XVII. De clericis concubinariis, & concubinis
 eorum puniendis.

L ibidinis ardorem, quo decor & honestas
 clericalis sæpius scandalizatur, & ha-
 betur pluribus in derisum, extinguere cu-
 pientes: clericos universos beneficiatos, &
 alios, ab * omni incontinentiæ vitio præ-
 cipimus caste vivere & honeste, præcipue in
 sacris ordinibus constitutos. Et ne eorum
 honestatem, mulierum consortia dehonestent:
 præcipimus, quod * in domibus suis
 nec alienis detineant publice concubinas: &
 si qui hæcenus habuerint, ipsas infra men-
 sem a se prorsus amoveant, illas vel alias
 de cetero nullatenus retenturi. Alioquin
 secundum statuta dominorum Othonis &
 Othoboni, contra eos edita in hoc casu,
 puniantur condigne: quæ juxta formam sta-
 tuti * Radingiæ promulgati, præcipimus an-
 nis singulis publicari.

Et licet ecclesiastici, quidquid vitæ suæ
 necessitatis eis superfluerit de patrimonio suo
 Jesu Christi, in usus pauperum, quorum dis-
 pensatores existunt, teneantur ex debito
 erogare: quidam tamen eorum, ut audivi-
 mus, de quo dolemus, bona ecclesiæ, non
 in pauperum usus, at suarum concubinarum
 convertunt, eisdem terras, redditus, seu res
 alias, de pecunia ecclesiæ comparando, vel
 ad comparandam pecuniam ministrando: im-
 mo quod deterius est, præsumptione tam
 damnabili non contenti; in extremis labo-
 rantes, & de supremo lumine cogitantes,
 in suis ultimis voluntatibus, quas in malum
 exemplum omni tempore continuerunt, bo-
 na ecclesiæ suis concubinibus relinquere non
 formidant; aliquando directe, aliquando, ut
 pallent scelus suum, persona tercia mediau-
 te.

XVII. De vita & honestate clericorum.

UT clerici a vulgari vita reclusi, mundi
 voluptatibus non intendant, sacris est
 canonicis distinctum: quorum etiam vita
 aliis exemplare, ceteros morum gravitate &
 conversatione laudabili decet præcellere. Ne
 igitur clerici ad gubernationem positi popu-
 lorum, per vitam malam & gestus incom-
 positos efficiantur ruinæ, tam propriæ, quam
 multorum: statuendo præcipimus, quod cle-
 rici universi, quorum opera lucere debent
 coram hominibus, vita bona, conversatio-
 ne honesta, & sanctis moribus se exornent;
 ut non solum verbo prædicationis, sed vitæ
 propriæ integritate, errantes ad viam veri-
 tatis revocent & salutis.

Et ne in ipsis superbiæ vitium, quod om-
 nis peccati & perditionis * fuit, prædomi-
 netur: præcipimus, quod pannis sericis vel
 viridibus, aut rubeis, seu subtelaribus mani-
 cis, solutaribus consutiis, caligis aliis quam
 nigris, frænis, sellis, pectoralibus, calcari-
 bus deauratis, aut alio quocumque ornatu
 superfluo non utantur, sed habitu & inces-
 su corporis, Deo & hominibus studeant com-
 placere.

Omnes personæ in dignitate, necnon re-
 ctiores ecclesiarum in sacerdotio constituti,
 ac parochialium ecclesiarum vicarii, cap-
 pis & superniis utantur clausis, & maxi-
 me in civitatibus, via, & in plateis, coram
 suis prælatis & conventibus clericorum. Hoc
 idem faciant sacerdotes, quanquam minime
 beneficiati, si sibi suppetant facultates: quæ
 si defuerint, volumus tamen & præcipimus,
 quod tam ipsi, quam ceteri clerici omnes
 constituti in sacris ordinibus, super indumen-
 tis saltem utantur clausis, ut in omni ca-
 su, per habitum exteriorem, per quem inter-
 ior designatur, clerici a laicis discernantur.

Induant se clerici vestibus unius coloris,
 & non varii, nec permixti: quoniam omnis
 ornatu ad jactantiam adhibitus, esse debet
 a clericis alienus. Et sicut nec fulgidis vesti-
 bus se ornare *, ita non sordibus deturpare
 statæ sordes, laudes. Nam ut exquisitæ delicia: * nec affe-
 ctatæ sordes, laudes.

Clerici vestes habeant, nec longitudine
 nec brevitate nimia ridiculas: nec fibulas,
 nec annulos deferant, nec corrigias leucas,
 auri vel argenti habentes ornatum. Circa
 capitis tonsuram, honestatem ostendant, ut
 comam nullatenus nutriant. sed crinibus &
 patentibus auribus incedant, coronas habentes
 sphaericas & decentes, quas intulis coo-
 perire, sub pœna statuti legati Othoboni
 penitus prohibemus. Moribus & verbis pu-
 dorem indesinenter ostendant: ad quod de-
 signandum, prædicatores turturi comparan-
 tur. Et quoniam in compositione corporis,
 qualitatem indicant mentis: & incesu cleri-
 ci debent esse ornati, ut gravitate itineris,
 mentis maturitatem ostendant.

Council General. Tom. XXIV.

* Add. ori-
 go, vel quid
 dicitur

* Deest de-
 bent.
 * ita nec af-
 fectatæ sor-
 des. lauda-
 biles

* abique
 omnis

* Deest for-
 me, nec

* Ann. 1187.
 vide supra

ANNO
CHRISTI
1187.ANNO
CHRISTI
1187.

te. Hanc damnabilem presumptionem in clericis perfecto odio prosequentes, damnamus pariter & reprobamus, auctoritate presentis synodi: statuentes, ut clerici beneficiati in nostra diocesi, concubinas suas, si quas hactenus habuerunt vel habituri sunt, quod absit, terras, redditus, domos emere, vel ad emendum pecuniam ministrare, aut in solo laicali de bonis ecclesiasticis aedificia construere, seu fructus ecclesiasticos in laico seudo reponere, a modo non presumant. Quod si aliquid contra hoc statutum venire presumpserint: ipsos pro tanto temeritatis excessu excommunicationi decrevimus subjacere, donec letis ecclesiis emendam praestiterint sufficientem.

Et quamquam ultimis decedentium voluntatibus favor maximus debeat: in odium tamen incontinentium clericorum & concubinarum suarum praecipimus, quod si clericos suis concubinis aliquid legare contigerit, legato tali, velut invalido, totaliter careant. Quod si vel aliis suppositis personis solvi contigerit: executores illud, tanquam indebitum, repetant, & ecclesiae, de cujus processu patrimonio, restituere non omittant: alioquin de proprio satisfacere compellantur.

Ut autem incontinentiae vitio circa clericos cautius obviamus: poenis temporalibus, cum perpetuas non formidant, decrevimus succurrendum: statuentes, quod beneficiati, qui a modo concubinas suas publice detinent, eo ipso ab officio & beneficio sint suspensi, ita quod de beneficiis, donec omnino ipsas amoverint, se nullatenus intromittant. Alioquin majoris excommunicationis incurrant sententiam; qua dum sint ligati, si Divina praesumpserint celebrare, a suis beneficiis perpetuo amoveantur. Qui vero beneficiati non fuerint, ab officio suspensi remaneant: gravius puniendi, prout culpae qualitas hoc exposcit.

Presbyteri vero, qui in illis fornicantur, quas baptizaverint, vel susceperint ad poenitentiam: si beneficiati fuerint, hoc ipso facto a suis beneficiis sint amoti. Alioquin ab officio tamdiu suspensi remaneant, donec ad arbitrium superioris condigne poenituerint. Clerici vero, qui adulterium commiserint vel incestum, praeter poenas supradictas, graviter puniantur. Qui vero de incontinentia publice fuerint diffamati, nec voluerint aut valuerint canonice se purgare: pro convictis habentes, decrevimus puniri.

In detestatione autem incontinentiae vitii clericorum & presbyterorum, publicas concubinas eorum ab ingressu ecclesiae, & susceptione suspendimus sacramentorum. Quas si inonitae, a sua foeditate non recesserint, ipsas excommunicationis vinculo innodamus: quas, in majorem utriusque ruborem, a suis fornicariis presbyteris, tales praecipimus publice nunciari. Et si adhuc incorrigibiles forte permanserint; invocetur contra eas, si oportuerit, auxilium brachii saecularis.

Caveant igitur clerici, & prudenter attendant, ut si ipsos cum suis concubinis taliter excommunicatis, amplius fornicare contigerit, ne majoris excommunicationis incurrant sententiam, criminosis in eodem crimine communicando.

Et ne impietas sub pietatis specie pallie-

atur: praecipimus, ut clerici, in sacris maxime ordinibus constituti, ulla consanguineas, dammodo suspectas, in domibus suis alimentorum gratia praesumant recolligere: sed si tales haecant quam indigeant, in domibus alienis, procul ab eis, vita necessaria suminihrent.

Et quia mulierem quam bene conspiciamus convertantem, mente debemus diligere, & non frequentia corporali: irhibemus, ne clerici ecclesias monialium, vel sororum saecularium, vel regularium, sine honesta & legitima causa, frequentare praesumant; aut cum eisdem frequenter familiare habere colloquium.

Ut autem incontinentiae vitium, tam a laicis, quam a clericis, detestabile magis imposterum habeatur: praecipimus, quod sacerdotes parochianis suis, saepius & publice praedicent, omnem carnalem commixtionem inter virum & mulierem, extra legitimum conjugium, mortale fore peccatum, & aeternam gehennae poenam inducere, nisi in hac vita vera confessione & poenitentia purgetur.

XIX. De residentia ecclesiasticorum presbyterorum, habentium plura beneficia.

Pastoralis curae sollicitudo hoc habet in se proprium, ut oves pastoris vocem audiant & sequantur, ut mutua inter eos habeatur cognitio. Sicque curae gregis sibi commissi, praesentialiter oportet pastorem intendere, & errantes crebris clamoribus ad ovilem Dominicum revocare: ut grex (quicquam animarum) boni pastoris sequatur vestigia, & non mercenarii, qui dimittit oves & fugit, eo quod non est sibi cura de ovibus. Statuimus, ut rectores ecclesiarum parochialium, quibus, ex suscepta cura regiminis, residendi onus incumbit, in ipsis personaliter resident, iis dumtaxat exceptis, quorum absentia per institutos vicarios fuerit excusata; vel quorum ecclesiae, dignitati vel praebendae sint annexae, vel cum quibus ad obtinendum plura beneficia a sede apostolica dicitur dispensatum. Quorum beneficiorum numero & eorumdem facultatibus prudenter pensatis, modo in uno, modo in alio, plus vel minus residentiam faciant personalem. Quibus injungimus, districte praecipientes, ut dispensationes, si quas habeant, per quas tot beneficia licite valeant personaliter retinere, nobis citra proximum festum S. Michaelis, quem terminum ipsi peremptorie assignamus, non differant exhibere. Quas, si iusto impedimento cessante, intra praedictum tempus non exhibuerint: ex tunc ipso jure vacare eadem beneficia declaramus, secundum verbum & intellectum concilii generalis aliis idoneis personis libere conferenda.

Circa vicariorum institutionem & residentiam, statutum dominorum Othonis & Otoboni, per omnia praecipimus observari. Et ne quam habeat unde quis ignorantiam, vel negligentiam excusabilem praetendere valeat: ipsa summam duximus notificanda. Statuit dominus Otho*, ut nullus ad vicarium admittatur, nisi in presbyterum ordinatus, vel saltem diaconus in presbyterum proximo quatuor temporibus ordinandus: qui re-

Abundant
voces tres
omnino in-
cisa.

* Legimus
Orthoboni,
sed
falso.

num.

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
CHRISTI
1187.

nunciis aliis beneficiis curam animarum habentibus, juraret, residentiam facere; & per seipsum ibidem faceret continue corporalem: alioquin ipsam institutionem nullam fore decrevit, & vicariam alii conferendam. Cui statuendo superaddit dominus Oihobonus, ut si quis contra prædictum statutum vicariam teneret, fructus suos non faceret sic perceptos: sed illorum medietas una ecclesie, cujus est vicaria, traderetur, in ipsius utilitatem modis omnibus convertenda: pars vero una alterius medietatis, inter pauperes ipsius parochie distribueretur, & altera loci archidiacono applicaretur, qui annis singulis super his inquisitionem faceret diligentem, ut prædictum statutum facere firmiter observari.

Hoc, & cetera quæ in prædictis statutis latius continentur, tam ab his archidiaconis, quam vicariis, inconculse præcipimus observari: ita quod nulla valeat in his negligentia vel culpa notari.

XX. De inquisitione facienda super litteratura ecclesiasticarum personarum.

Omnium mater errorum ignorantia, præcipue sacerdotibus est vitanda, qui in populo Dei docendi officium susceperunt: quorum opus in prædicatione & doctrina consistit, ut ædificent cunctos, tam fidei scientia, quam operum disciplina. Ne igitur per cæcitatibus ignorantiam, dum ducunt præstant populo Christiano, ambo in foveam delabantur: singulis locorum archidiaconis injungimus, ut diligenter inquirent, qui rectores, vicarii, aut sacerdotes, in litteratura enormem patiuntur defectum: & postquam eis de hoc constiterit, nobis denunciare quam citius non omittant.

De parochialibus sacerdotibus frequenter assumant experientiam, an habeant & sciant decalogum, id est, præcepta legis Mosaicæ, ipsaque subditæ plebi exponant, & sollicite prædicent observanda. An etiam sciant septem peccata mortalia, ipsaque prædicent populo fugienda: sciant etiam septem sacramenta ecclesiastica, & qualiter habent conferri, ut supra diximus, unumquodque: & an articulorum fidei Christianorum saltem simplicem habeant intellectum, prout in psalmo, Quicumque vult, & in utroque symbolo continentur; ni quilibet, qui fidem catholicam firmiter non crediderit, salvus esse non poterit.

Sacerdotes autem, si quos invenerint, circa præmissa, nimia ignorantia laborare, ipsos protinus suspendant ab officio sacerdotali, maxime a regimine animarum, ad quos quidem Divinus sermo dicitur: Tu vero scientiam reliquisti, & ego te repellam, ne jurgaris mihi sacerdotio.

Ut autem quilibet sacerdos, cui animarum cura incumbit, melius sciat & intelligat, qualiter debeat in ipsa versari: præcipimus, quod quilibet, cui parochialis ecclesie regimen incumbit, quandam summulam plurimum utilem, immo verius necessariam, a diversis tractatibus extractam sub compendio: (quæ summula sub eisdem verbis incipit) quilibet, & præsentem synodum, citra festum S. Michaelis, habeant scriptam, & ipsam sane intelligant, ac ea utantur sub

* f. nam
quil.

Ok. 4.

* Idem n.
missum ver-
bis, a quibus
incipit hæc
Summa.

A pœna unius marcæ, loci archidiacono applicandæ. Quam si archidiaconus remiserit, & ipsam vel ipsius partem quartam levare poterit, & recipere prætermiserit: eundem archidiaconum, in duabus marcis, fabricæ ecclesie Exoniensi volumus obligari.

XXI. De Divino officio nocturno, pariter & diurno.

Ministri ecclesiarum, qui ecclesiasticis sustentantur stipendiis, prompti debent esse & solliciti circa Divinum officium peragendum: ut in vinea Domini viriliter laborantes, præter stipendia temporalia, quæ hic percipiunt, æternæ retributionis denarium mereantur percipere post laborem: quos circa ipsum officium propheticus sermo instruit, & informat, dum per prophetam dicitur: In matutinis meditabor in te: & alibi: Scriptis in die laudem dixi tibi.

Hinc est quod singulis ecclesiarum ministris in virtute sanctæ Trinitatis injungimus, ut secundum formam concilii generalis, Divinum officium, nocturnum pariter & diurnum, corde & voce simul studiose celebrent, & devote, & plane, & plene, absque syncope, psallendo seu cantando singula quæ incumbunt. Caveant igitur psallentes, ut in medio versiculi pausent pusillum: nec unus sequentem versiculum prius incipiat, donec alter plene dixerit præcedentem: & sic psallendo sese intelligant, ut dum voce unus psallat, animus affectu simul psallere videatur.

Et quia canonicæ horæ secundum temporum interstitia, in ecclesiis parochialibus, sicut in cathedralibus & collegiatis, nequeunt decantari: præcipimus, ut presbyteri parochiales ab ecclesiis suis recedere non præsumant, donec festis diebus ante Missam, vel post, canonicas horas decantaverint; vel saltem legerint absque cantu, cum dies fuerit feriandus: provisio, quod Missam sacerdos prius non celebret, donec matutinas & primam solverit creatori.

Preæcipimus etiam, quod parochiales presbyteri, omni die, præterquam in Paschatis tempore, & festis Sanctorum, novem lectionum, & in vigiliis eorundem, decantent Placebo & Dirige, & commendationem. Hæc tamen tempora non excipiunt, dum tamen id velint facere ex devotione.

Ad hæc districte prohibemus, ne presbyteri circa potationes & inutiles confabulationes, noctes ducant, quasi insomnes, sicut fieri audivimus aliquando: quod cubant foris tempore, ut mane surgentes post plenam digestionem, habiliores sint ad Divinum officium exequendum. Quo incepto, exteris colloquutionibus laicorum amplius non intendant; sed donec illud impleverint, aures intentas iugiter porrigant ad Divina.

Præterea audivimus quandoque, quod presbyteri quanquam fuerint absentes, forte ex illicita causa, tanquam præsentem essent, ad horas canonicas faciunt campanas pulsari: quarum sonitu populus excitatus, dum ad ecclesiam, Divinum officium audiendi & orandi causa, accedit, presbyterum non inveniens, clerico præsentem, ubi sit inquirent, & responsum accipiunt, non est hic; jam recessit: & sic parochiani illusi recedunt, & eccle-

neque. Al-
tissimus de
terra cura-
vit, &c.
Eam sum-
malam via
ad celestem
pulvis conser-
vit.

Psal. 118.
Psal. 119.

* Reg. offi-
cium tunc
tenet novam
lect.
* f. hæc
enim tem-
pora.

* f. sed ou-
dem.

ANNO
CHRISTI
1187.

& ecclesia defraudatur obsequiis. Hanc tam fraudem, quam injuriam . . . cedere minime dubitatur, evellere cupientes: statuimus, ut si talis sacerdos perpetuus fuerit, veluti rector, seu vicarius, per mensem vel amplius, superioris arbitrio ab ingressu ecclesie suspendatur: si vero conductitius fuerit, & temporalis, ut vere dici possit, jam recessit; ipsum a nostra dioecesi precipimus amoveri.

Præterea precipimus, quod nullus sacerdos bis in die Missam celebrare præsumat, præterquam diebus Nativitatis Domini, & Resurrectionis Dominicæ; & cum in ecclesia propria corpus fuerit tumulandum. Quibus casibus in Missa priori presbyter ablutionem calicis aut digitorum non assumat.

Statuimus insuper, quod parochiales presbyteri annalia vel triennialia non recipiant, per quæ parochiales ecclesie careant obsequiis debitis, & quotidianis. Alii vero capellani conductitii, diebus Dominicis & aliis solemnitatibus, non prius celebrent, donec Missa parochie fuerit celebrata.

Et quoniam audivimus, quod quanquam rectores ecclesiarum, metu pœnæ statuti, infra annum a tempore suscepti regiminis, . . . & fecerint in presbyteros ordinari, Missarum tamen solemnitas differunt celebrare per tempora diuturna; per hoc excusare volentes, quod in prædicto statuto nihil cautum de Missarum solemnitate reperitur: hanc excusationem (qua se acculant potius quam excusant) frivolum reputantes: statuimus, ut saltem infra dimidium annum post ordinum susceptionem, nisi canonicum habuerint impedimentum, Missas celebrare non omittant. Alioquin beneficiorum suorum fructus decrevimus sibi subtrahendos, donec quod dictum est devote compleverint: nec postquam semel celebraverint, incipiant tunc cessare; sed sub pœna prædicta frequenter studeant celebrare.

Et cum in ecclesia Dei, secundum inferiores & superiores ordines, officia sunt constituta, ne inferior usurpet officium superioris, & promiscuis actibus contingat ecclesiastica officia perturbari: firmiter inhibemus, ne diaconi confessiones audiant, penitentiasve injungant, vel sacra ministrent, aut aliqua officia exercent, quæ solis sacerdotibus sunt concessa.

Laicos aut in cancello stare, vel canes secum in ecclesia detinere, aut in nave ecclesie tumultum facere, dum in ipsa Divinum officium celebratur, firmiter inhibemus: & ipsos a tali præsumptione per locorum rectores, vicarios, & parochiales insuper sacerdotes, censura ecclesiastica statuimus coercendos: inhibentes clericis conjugatis, quantumcumque literatis, ne altari præsumant ministrare, cum ipsos studere oporteat qualiter uxoribus suis valeant complacere: sicque eis, quæ Dei cultum respiciunt, animam ex toto nequeunt applicare.

XXII. *Quod parochiani frequentans ecclesiam diebus Dominicis.*

TAM veteris quam novi Testamenti pagina septimum diem ad humanam requiem deputavit. Unde Judæi secundum litteram, diem Sabbatum, nos secundum lit-

teram intellectum, Dominicum a materiali opere custodimus: quo, in ecclesia conveniens populus Christianus, tam Divina obsequia audiant, quam vivendi normam ad discant. Et quanto varis sæculi operationes, parochianos non sinunt ceteris diebus Divinis officiis interesse; tanto his diebus singulis curiosius tenentur adesse; ut dum pro pane materiali in singulos dies, perituro, sex diebus laboraverunt, septimo saltem die, cibo spirituali, qui non perit, verbo prædicationis salubrius refocillentur.

Idcirco parochialibus presbyteris precipimus, universis, ut parochianos suos monent diligenter, & efficaciter inducant: ut ecclesiam suam festis diebus, præsertim Dominicis, studeant frequentare, Divinum officium audituri, & recte vivendi instructionem humiliter recepturi. Qui si ex consuetudine se absentaverint, per locorum ordinarios puniantur. Et ut absentandi se occasio auferatur, sub pœna excommunicationis firmiter prohibemus, mercato Dominicis diebus in nostra dioecesi celebrari, præterquam de vicualibus quæ in his sicut ceteris licite vendi possunt: Missa tamen primitus celebrata. Aliter & alia vendentes, & ementes, gravi pœnæ decrevimus subjacere.

XXIII. *Qualis Festa debent indicari, & observari.*

CIRCA festa indicenda errare novimus quam plurimos sacerdotes, dum unus in sua parochia festum aliquod indicit solemniter celebrandum, alius idem festum penitus prætermittit: sicque in una parochia homines cessare a laboribus, in alia communiter laborare sæpe contingit. Quod absurdum admodum reputantes, inhibemus, ne sacerdotes alia festa in parochiis suis precipiant solemniter celebrari, quam ea quæ in sacris canonibus sunt expressa, vel quæ cum clero & populo solemniter duximus veneranda.

Ut festorum celebrandorum inter omnes subditos nostros eadem observantia habeatur: festa solemniter celebranda, cum clero & populo, præsentis synodo duximus inferenda.

In mense Januarii: Circumcisionis Domini, Epiphaniæ Domini, Conversionis S. Pauli.

In mense Februarii: festum Purificationis B. Mariæ, Cathedræ S. Petri, S. Matthiæ apostoli.

In mense Martii: festum S. Gregorii, Annunciationis S. Mariæ.

In mense Aprilis: S. Georgii, S. Marci Evangelistæ.

In mense Maji: sanctorum Philippi & Jacobi, Inventionis sanctæ Crucis, S. Joannis ante portam Latinam, S. Augustini Anglorum apostoli.

In mense Junii: S. Barnabæ apostoli, Nativitatis S. Joannis Baptistæ, apostolorum Petri & Pauli.

In mense Julii: Translationis S. Thomæ martyris, sanctæ Mariæ Magdalene, S. Jacobi apostoli majoris.

In mense Augusti: Ad vincula S. Petri, S. Laurentii, Assumptionis B. Mariæ, S. Bartholomæi apostoli, Decollationis S. Joannis Baptistæ.

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
CHRISTI
1187.

In mense Septembris: Nativitatis beate
Mariæ, Exaltationis S. Crucis, S. Matthæi
apostoli, S. Michaelis Archangeli.

In mense Octobris: S. Lucæ evangelistæ,
apostolorum Simonis & Judæ.

In mense Novembris: Omnium Sando-
rum, S. Martini, S. Catharinæ, S. Andrea
apostoli.

In mense Decembris: S. Nicolai, Conce-
ptionis B. Mariæ, S. Thomæ apostoli, Nati-
vitatibus Domini per octo dies, Paschæ per
quatuor dies, Ascensionis Domini, Penteco-
stæ per quatuor dies. Temporibus suis, fe-
stum Sancti loci, & dedicationis ecclesiæ.

XXIV. Ne clerici negotiatores existant, vel
seculares administrationes recipiant.

A Turpis lucri quælibet, quæ ex cupi-
ditatis labe procedunt, cujuscumque
gradus clericos se abstinere Apostolica sen-
tentia patenter insonat; qua cavetur: *Nemo
veniens Deo implicat se negotiis secularibus.*
Inhibemus igitur cunctis clericis, religiosis,
& aliis, ne quis eorum negotiator existat,
vel secularia commercia, verum inhonesta
maxime, exercere præsumat. Oportet tamen
prælatos, negotiorum secularium habere noti-
tiam: ut eorum cautela, ecclesiæ ferventur
indemnes, & subditis non solum spiritualia,
sed etiam carnalia subsidia, cum indige-
rint, subministrant.

Et quanquam clericis sit interdicta nego-
tiatio: illa negotiationis species in ipsis præ-
ceteris, ubi tempus venditur, quod omnibus
est commune. Unde ipsis inhibemus, sub
pœna suspensionis officii & beneficii: ne cui-
cumque dare præsumant suam substantiam
ad usuram. Alioquin super hæc convicti,
suis beneficiis privandos decrevimus: & ad
dignitates ecclesiasticas amplius minime ad-
mittantur.

Inhibemus etiam ipsis, ne vilius emant,
aut carius vendant, pro dilectione temporis
non venalis.

Item quia absurdum est clericis, immo
probrosum, si forensium disceptationum exe-
cutores existant: districtius inhibemus, ne
clerici aut in sacris ordinibus constituti, lai-
corum ministri aut procuratores existant;
aut quascumque ballivas ab ipsis recipiant;
per quas sibi ad ratiocinia obligentur: ma-
xime a talibus, qui per sæcularem poten-
tiam, ipsorum bona, immo verius ecclesiæ,
de facto valeant occupare.

Item ne judicia sanguinis tractare eisdem,
nec interesse, nec sententiam sanguinis di-
ctare, scribere aut proferre, seu sanguinis
vindictam exercere, seu ubi exercetur inte-
resse, ullo modo præsumant: alioquin ipsos
ad beneficia ecclesiastica retinenda inhabiles
fore decrevimus.

XXV. Ne dignitates vel officia ulli tradantur
ad firmam.

In subversione Judæorum & gravamine
subditorum redundare dignoscitur, cum of-
ficium conducitur prælaturæ: ut justitia, quæ
gratis est cuilibet impendenda, interveni-
bus pecuniæ, redimatur. Ideo etenim personis
ecclesiasticis certa sunt stipendia constituta,
ne dum sumptus quam prædo di-

strictè igitur inhibemus, ne dignitates vel of-
ficia ecclesiastica, seu spiritualis jurisdic-
tionis exercitium, seu quoruncumque Sacra-
mentorum proventus, modo ad firmam ali-
qualiter concedantur. Alioquin convicto su-
per hoc deliquisse pœna Exoniensis concilii
infigatur. Si tamen certus redditus dignita-
ti vel officio sit annexus, dari ad firmam
licite poterit, petita a nobis primitus licen-
tia, & obtenta, sicut de aliis beneficiis de-
crevimus consequenter.

Item cum laboranti in vinea Domini, &
non alii, retributionis denarius debeatur: sta-
tuendo decrevimus, ut nulla ecclesiastica be-
neficia, quocumque quæsito colore, tradantur
vel recipiantur ad firmam, absque licen-
tia nostra speciali: quam si honesta causa ali-
quibus gratiose concesserimus, ut puta longæ
peregrinationis forsitan vel studii causa, cir-
ca nostram concessionem, fraudem fieri prohi-
bemus: statuentes, ut causa cessante, seu
indulto a nobis terminato tempore, cesset
firmæ traditio, & ipsius conductor con-
fessum ab ea recedat, ac locator ad suum
beneficium revertatur, in ipso facturus reli-
dentiam personalem. Alioquin primo per fru-
strum subtractionem, deinde sumptus con-
tinua causa hoc exegerit, per sui beneficii amif-
sionem, ad id, si necesse fuerit, compellatur.

Et quia audivimus aliquando, quod do-
lentes referimus, laicis ecclesiis conjuncti ad
firmam, sub nomine ballivorum, in quarum
domibus præsumunt cum suis uxoribus & fa-
milia habitare, in grave scandalum & dispen-
dium ecclesiarum: nos id de cætero fieri
prohibemus sub pœna excommunicationis,
quam in dantes proferimus & recipientes:
sub pœna eadem nihilo minus interdicentes,
ut terra libera ecclesiarum, decimæ, vel
quæque alia ad ecclesias pertinentia, pro-
pter pericula quæ de facili exinde possent
contingere, sub annuo censu ad firmam lai-
corum non committantur.

XXVI. De prohibita ecclesiasticarum rerum alienatione.

Ecclésiasticarum rerum alienationes non
solum sancti patres Romani pontifices,
sed etiam principes sæculares grandi devo-
tionis affectu interdicerere studuerunt: ne per
ipsas incaute factas, in rebus ecclesiæ tem-
poralibus graviter læderentur. Hinc est quod
omnibus viris ecclesiasticis, religiosis, & a-
liis cujuscumque eminentiæ aut gradus exi-
stant, quascumque rerum ecclesiæ immobi-
lium alienationes facere prohibemus: ut nec
ipsas extra formam canonis, vendere, dona-
re, impignorare, permutare, aut in perpetuam
emphyteusim concedere nullo modo
præsumant. Contrarium vero facientes, pœ-
na canonis, aut constitutionis Romanæ, seu
saltem Oxoniensis concilii, decrevimus esse
plectendos. Si vero res ecclesiæ hætenus a-
lienaverunt, juris forma minime observata:
illi iidem, si supersint, alioquin successores
eorum, alienata celeriter studeant revoca-
re: cum tales alienationes viribus careant,
& sint irritæ ipso jure.

Qui vero res alienatas receperit, nisi mo-
nitus ipsas restituat, excommunicationis sen-
tentia percussatur: a qua, priusquam resti-
tuerit, nullatenus absolvatur.

XXVII.

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
CHRISTI
1187.XXVII. *Ne clerici de bonis ecclesiasticis in solo adhaerent laicali.*

UT clericos nobis subiectos ab omni laicivis specie, quatenus possumus, cohibeamus: statuimus districtius inhibentes, ne de bonis ecclesiasticis edificia sibi in solo constuant laicali, in quibus praeter ecclesiarum rerum dispendia, nonnullos clericos in animarum suarum periculum, & laicis perniciosum exemplum, multa turpia & inhonesta audivimus perpetrasse. Verum in solo ecclesiarum edificia sibi necessaria studeant edificare: & si necesse fuerit, ad idem, ut supra praemisimus, compellantur; in quibus, absque ulla vagatione (hospitum se recolligant, & ecclesiarum suarum fructus reponant, ut sic semper sub ecclesiasticarum personarum potestate consistant, & laicorum iudisdictioni nullatenus subiciantur.

XXVIII. *De quantitate vicariarum, & stipendiis sacerdotum.*

Laborantibus in vinea Domini, sicut in humanum est, victum necessarium denegare: ita nimias divitias largiri, quibus impinguati, incipiant insanire, reprehensibiliter iudicamus. Ut igitur circa utrumque moderationis temperiem adhibeamus, & ex duobus contrariis faciamus optimum temperamentum, illum imitantes, qui ait: *Divitias & paupertatem ne dederis mihi Domine; sed tantum victum meo tribue necessaria*: statuimus, ut in parochialibus ecclesiis quaelibet vicaria perpetua certas portiones habeat sibi assignatas, valentes ad minus pretium unius cappellani stipendia, quae quinque marcas; de quibus ipse vicarius iuxta suae substantiae modulum valeat hospitalitatem tenere: & si in aegritudinem, senectutem, vel aliam impotentiam incidit, sustentari, ecclesia propter hoc debitis obsequiis non carente. In ecclesia 40. marc. secundum verum valorem, vel circiter, praecipimus hoc observari. In aliis vero estimationis majoris, iuxta oneris quantitatem, & nostrae discretionis arbitrium, vicariarum portiones volumus ampliari: ita quod in utroque casu rectores vel vicarii onera ordinaria vel extraordinaria, prout ipsa posuerimus istis vel illis, agnoscant; & de illis satisfaciant absque partis incommodo sine norma. Quod si pars ab huiusmodi onere libera, propter normam partis oneratae damnum incurrat: praecipimus damnum, quod accidit sine culpa, a parte culpabili plenarie reservari. Ubi autem inter rectores & vicarios onerum divisio non est facta: iuxta modum facultatis utriusque agnoscant ambo onera supradicta.

Ad haec, ne parochiales sacerdotes in vituperium clericalis ordinis oporteat mendicare, aut turpius facere, lucri quaestibus inhiare, seu in habitu indecenti incedere, propter eorum inopiam compellantur: statuimus, ut a rectoribus ecclesiarum quibus deserviunt, annuatim percipiant pro stipendiis xl. solid. sterlingorum. Et si cum eisdem convenerint, pro quantitate minori: praesentis tamen synodi auctoritate decrevimus suppleri, quod deest: fidei interpositione iuramenti rei insolitum recepta mi-

noris valoris, vel alterius cuiuscumque generis vinculo, quod in fraudem praesentis statuti inter contrahentes interponi contigerit, a quo absolvimus partem totaliter obligatam, minime obsistente. In majoribus ecclesiis, nisi propter majus onus pro majori quantitate conveniri contigerit, conventionem ipsam ratam habemus partem & acceptam. Nec rectores in hoc reputent se gravatos: cum liberum sit eis, ad quod non tenentur, propriis ecclesiis personaliter deservire; & sic se a parochialium sacerdotum stipendiis exonerare.

Sacerdotes vero auxiliares, non minus percipiant quam quinquaginta solidos, quam cum eisdem conveniri contigerit pro minori: alioquin quod decrevit, suppleatur sub forma superius annotata.

XXIX. *Ut beneficia aquae benedictae solis scholaribus assignentur.*

A nostris majoribus saepe audivimus recitari, beneficia aquae benedictae, intuitu caritatis, fuisse ab initio instituta, ut ex eorum proventibus, pauperes clerici exhiberentur in scholis, ibidem taliter proficerent, ut aptiores & magis idonei fierent ad majora. Ne igitur, quod tam salubriter exstitit institutum, per tempus redeat in abusum: statuimus, quod in ecclesiis quoque a scholis civitatis vel castrorum diocesis, ultra decem non distantibus miliaria, aquae benedictae beneficia solis scholaribus assignentur.

Quia vero in rectores & vicarios ecclesiarum, ac suos parochianos, super collatione huius beneficii lites nonnunquam audivimus suscitari; quas, sicut cordi nobis est amputare, debemus destruere: statuimus, ut rectores & vicarii, quorum magis est scire, qui clerici ad huiusmodi officium idoneiores existant, tales clericos in beneficiis praedictis praeficere studeant, qui sunt iuxta corda eorum, & sciant & valeant in Divinis officiis sibi congrue deservire, & suis velint mandatis obtemperare. Quibus si parochiani malitiose subtrahere velint elemosynas consuetas: ad ipsas sibi largiendas sollicite moneantur, & si necesse fuerit, compellantur.

XXX. *Ne clericus clericum coram saeculari iudice conveniat.*

Cum nec volens nec invitus clericus valeat sibi laicum constituere iudicem: inhibemus, ne clericus clericum super re spirituali, aut quacumque actione personali sibi competente, vel suis, trahat in causam correctionis coram iudice saeculari. Alioquin illum qui hoc facere attentaverit, causam perdere declaramus.

Et quamquam non suo nomine, sed alieno, ad vetitum examen clericum trahi procuravit: nihilominus cum qui taliter in fraudem legis committit, praedictis penis decrevimus involutum. Si quis autem clericus contra laicum actionem se habere crediderit: illam, nisi de re spirituali fuerit, vel aliter conventum fuerit inter partes, saeculari coram iudice prosequatur. Si quis vero laicum clericum cuiuscumque gradus duxerit.

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO CHRISTI 1187.

ANNO CHRISTI 1187.

duxerit esse pulsandum, coram ecclesiastico iudice eas proponat, quas se habere exillimat, occasiones.

Hunc ordinem legibus consentaneum illa regula manifestat, quæ perfcit * actorem sequi forum pulsati. Qui vero huius ordinis violator extiterit, si clericus fuerit, gravi subiacet ultioni: si vero laicus, puniatur * violator ecclesiastica libertatis, ac sic in generalem excommunicationis sententiam, qua violatores huiusmodi innodantur, incidisse publice denunciatur. Et ne laicis ulla detur occasio clericos apud non suos iudices fatigandi: præcipimus, quod si inter huiusmodi diversæ professionis homines litigium oriatur, cum celeritate qua convenit, B laicis ipsis plena iustitia impendatur.

Ad hæc, sub pœna excommunicationis inhibemus, ut nullus parochianus noster clericum aut laicum nostræ diœcesis, contra quem nihil iuste habet quæstionis, coram extraordinario iudice malitiose fatigare præsumat laboribus & expensis: ut sic pro redimenda veratione valeat a convento pecuniam extorquere.

Si quis vero laicus clericum ad forum pertrahit sæculare, super actione maxime personali; & iudex sæcularis clericum coram se compellat respondere; vel quia non respondit, ipsum gravare propter hoc præsumat: tam ipsum iudicem, quam totaliter pertrahentem, auctoritate præsentis synodi sacrosanctæ, excommunicationis, ac specialis interdicti sententias & generales, ceteraque remedia ecclesiastica, contra eosdem fore procedendum nihilominus decernerit, donec gravamen huiusmodi revocaverit, & clerico in hoc læso satisfecerit competenter.

XXXI. De celebratione capitulorum ruralium.

Principis apostolorum doctrina nos instruit & informat, ut, qui omnibus præesse volumus, singulos juvemus, singulos relevemus: eo quod onera singulorum nostris numeris supportare incumbit. Juxta igitur pastoralis curæ sollicitudinem, quieti subditorum prospicere cupientes: statuimus, ut archidiaconi, & eorum officiales, capitula sua studeant celebrari in locis, ubi sacerdotes, & clerici facilius & cum minori gravamine poterunt convenire; & remotiores primo expédiant, eorq; protinus abire dimittant, qui de parochiarum suarum ecclesiis fuerint expediti: nec capitula usque in crastinum continent, ne sacerdotes sic cœcti, extra suam parochiam, non absque periculo animarum, oporteat pernoctare.

De mense in mensem capitula celebrentur, nisi festa vel alia impedimenta que occurrunt, hoc minime patiantur.

De consistoriis nostris hæc eadem præcipimus observari.

Et quia juxta beatum Isidorum, nullam reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat: præcipimus, quod si laicus convictus fuerit super crimine, propter quod publica sit ei penitentia injungenda, illam non in pecuniariam commutet, nisi scandalum, vel alia honesta causa exegerit aliter ordinare.

Cæcil. General. Tom. XXIV.

Solemnis penitentia, quæ sacramentalis est, in aliam nullatenus commutetur.

Quia vero clerici eam subire non debent: statuimus, ut si t. le crimen commiserint, & de eo convicti fuerint judicialiter, propter quod esset laicis solemnis penitentia injungenda: ab executione sui officii suspendantur, donec per nos, vel superiorem nostrum, secum fuerit dispensatum. Huiusmodi autem criminosi clerici, sive laici, ad nostrum penitentiarium transmittantur: ut præter penam in foro judiciali eis inflatam, propter scandalum, in foro penitentiali ob ipsium delictum penitentiam recipiant salutarem.

XXXII. Quod alii quam publice diffamati, ad capitulum non vocentur.

De Amnabilis apparitorum præsumptio, a deo his diebus, illicitis auctoribus additum patefecit, sicut ex frequenti clamore didicimus plurimorum: ut quandoque motu proprio, nulla infamia præcedente, ad capitula vocare præsumant super crimine innocentes, ut aliquid extorquant a vocatis, vel a suis votis quasi de licentia commendetur. Huic morbo, quale possumus, remedium adhibere volentes; firmiter inhibemus, ne quis officialis, decanus, aut apparitor, quemquam ad capitulum evocet, vel faciat evocari, super crimine de quo publice non fuerit prius defamatus: Alioquin super hoc convicti, a suis commoveantur officis.

In indicendis purgationibus defamatis, quinquenarium numerum principali persone pro levi crimine, pro majori & horribili duodenarium, iudices non excedant. In imponendis vero multis, onerosi subditis non existant: ne pastoris solum fungentes nomine, velut lupi rapaces præsumant gregem subditum sibi dilaniare.

XXXIII. Ut litigantes impune a lite recedant.

Salvator noster, pacis amator, ipsam vivens nobis deit, & reliquit discedens: quam qui impedit aut perturbat, in pacis committit auctorem, ipsius donum evacuare molens, pariter & relictum. Ne igitur iudices ipsius iudicium impedire præsumant, cui a patre omnia iudicia sunt concessa: statuimus, ut quancumque a lite recedere voluerint litigantes, & pacis inter se fœdus inire, hoc eis libere liceat, absque pœna, nisi de alterutrius injuria constiterit evidenter: si tamen talis sit lis, quæ compositione amicabili valeat terminari.

Et quoniam cupiditas omnium malorum radix, nonnunquam mentes iudicum tanta involvit caligine, ut iustum putent quicquid eis cedit ad lucrum: districte prohibemus, ne cum iudex aliquis partem ad debiti solutionem condemnat, pœnam statuatur sibi solvendam, si intermedio solutionis facienda minime fuerit satisfactum. Et si quis contra hæc venire præsumperit, id quod hoc modo perceperit, in duplum restituere compellatur.

Fff

XXXIV.

ANNO
CHRISTI
1847.

XXXIV. De juramento advocatorum.

SANCTIONE legali ab olim provide novimus institutum, ut advocati lite legitime constituta; in omni judicio & coram quocumque iudice, sacris sacrosanctis Evangeliiis juramentum præstarent: omni virtute sua, omnique tempore, quod iustum & verum æstimarent, suis inferre clientulis, & nihil in hoc studii relinquere, quod sibi esset possibile: & si causam, quam in sua fide susciperent, vel improbabilem scirent, vel penitus desperatam, vel certamine procedente talem eam cognoscerent, amplius eisdem minime procurarent, sed tali communionem sese totaliter separarent. Quia tam sancta & salubris provisio in desuetudinem abierat, sicut vidimus; & hoc superest testimonium sapientis, dicentis. Quod si naretur, lege cavetur, sed consuetudine non habetur: Felicis recordationis Gregorius papa X. sanctionem prædictam novæ constitutionis suffragio renovavit*, ipsam & ad procuratorum personas latius extendendo, & tam sanctionis prædictæ, quam suæ constitutionis novæ, certas pœnas violatoribus infligendo. Quæ quidem consuetudo, quamvis tempore recens existat, antiqua tamen videtur per abusum & desuetudinem, sicut alias habuisse.

Quapropter advocatorum & procuratorum malitias indes singulos excrecere conspicientes, adeo ut prædictæ constitutionis observantia magis sit utilis & necessaria futuris temporibus, quam transactis: prædictam consuetudinem per pœnas in eadem insertas districte præcipimus observari: adjungentes, ut advocati & procuratores, quanquam a iudice vel a parte minime fuerint requisiti, tamen juramentum prædictum ultro se offerant præstituros. Alioquin a foro, in quo facere prætermiserunt, eo ipso per annum sine a suo officio suspensi.

Judices oblatum juramentum non respuant, sed confestim admittant: cum illud nedum in favorem iudicii, sed partium, fuerit adinventum. Ad hoc tamen causæ spirituales, per canones habeant terminari. Inhibemus, ne quisquam laicus, maxime illiteratus, ipsius ad vocationis assumat officium, sed sibi omnino silentium imponatur, per pœnam quam iudex fuerit arbitraturus.

XXXV. De captione excommunicatorum.

AB uno & eodem principio vices & potestates quibus mundus regitur processerunt, scilicet sacerdotalis & regalis potestas: quarum prima gladio spirituali: alia materiali utitur in rebelles. Et quanquam Divino aspectu secunda* major existat, utraque tamen pro qualitate temporum alterius eget auxilio: sicque propter obstinatarum malitiam compescendam nonnunquam major compellitur auditorium minoris implorare: ut potestas secularis brachia sua in ipsos extendat, quos ecclesiastica nequit coercere.

Hinc est quod singulis archidiaconis, eorum officialibus, ac ceteris jurisdictionem habentibus ordinariam, districte præcipimus: ut pro excommunicatorum captione a se-

* Cor. prima
Vel forte le-
gendus. Pri-
mo aspectu
secunda ma-
ior &c. II.

f. ut cum.

Acularibus potestatibus impetranda, vobis crediderint esse scribendum, ob quam causam, & qui auctoritate, ordinaria scilicet, au delegata, fuerint invocati, nos suis litteris reddant certiores. Cum autem ad supplicationem nostram excommunicati capti fuerint per auxilium brachii secularis: ipsius ecclesiæ ingressum, & communionem fidelium, ac sacramentorum participationem penitus interdiximus. Et ne ab satisfactione congrua, & inspectis super hoc nostris seu saltem litteris excommunicatorum testium alibi libenter, sub pœna excommunicationis incurrenda hoc ipso penitus prohibemus.

ANNO
CHRISTI
1847.Locus mem-
dosus.

XXXVI. Ne presbyteri primo ordinationis suæ anno parochias regant.

CUM sit ars artium regimen animarum: illud juvenibus & inexpertis committere valde reputamus absurdum, donec per merita virtutum & experientiam diutinam digni efficiantur ad tantum oneris sarcinam supportandam. Quapropter statuimus, ne quisquam presbyterorum, primo ordinationis suæ anno, ad curam parochiæ ullatenus admittatur: illis tamen dumtaxat exceptis, tenentur propriis ecclesiis deservire. Sed cum post annum ad curam hujusmodi contigerit se admitti, in ipsa se exerceant studiose: sic etenim per exercitium, eorum artificium suscipiet incrementum. Si vero prius, contra prohibitionem nostram admitti fuerint, tam admissos, quam admittentes, tamdiu ab officii executione suspendimus, donec per nos vel officialem nostrum suspensio hujusmodi fuerit relaxata.

XXXVII. Ne aliena ordinationis presbyteri sine examinatione, & litteris dimissorias, admittantur.

QUIA clerici criminosi, vel in natalibus patientes defectum, vel inhabiles ad ordines suscipiendos, nonnunquam a suis diocesanis fugiunt, ut ab alienis episcopis ordines consequantur, quibus nedum suos celant defectus, sed quod detestabilis est, sæpe mentiuntur ordines se habere, vel majores habere quam habeant: sancti patres proinde statuerunt, ne quisquam episcoporum, alterius diocesis clericos ordinaret absque sui episcopi licentia, & litteris commendatitiis: alioquin tam ordinatores, quam ordinatos, ab executione sui officii suspenderunt.

Hinc est, quod districte prohibemus, ne archidiaconi, vel quisquam alius, clericum quemcumque nostræ diocesis, ab alieno episcopo ordinatum, ad celebrandum in nostra diocesi prius admittant, donec litteras commendatitias sui inspexerint ordinatoris, per quas constat eis totaliter ordinatum, f. taliter a nobis prius litteras dimissorias habuisse. Aliter etenim suspensus remaneat ordinatus, quousque secum duxerimus dispensandum.

Cum vero ordinatus fuerit alterius episcopatus, & ordinationis similiter alienæ: statuimus, ut absque litteris commendatitiis sui episcopi, & examinatione diligenti super honestate & litteratura, ad parochias custodiendas vel celebranda Divina, pere-

gri-

ANNO
CHRISTI
1187.

Grinando nullatenus admittatur, vel remissus procedatur in ipsis, sub pœna excommunicationis. Interdicimus ne a quocumque sacerdote quicquam detur, vel recipiatur pro licentia celebrandi.

Inhibemus etiam, ut nullus sacerdos celebrare præsumat, donec loci ordinario fuerit præsentatus, & per ipsum, ut convenit, approbatus. Quod etiam de capellanis magnatum intelligi volumus, quibus confessiones audire, pœnitentias dare, aut alia sacramenta ministrare, firmiter prohibemus: nisi forte, quæ eis a jura in necessitatis articulo sunt concessa: & tunc non aliter, quam si talis articulus emerferit ex inopinato.

XXXVIII. *Ne pro spiritualibus officiis quicquam exigatur.*

Quanta sit labe simoniæ pravitatis, sanctorum patrum decreta declarant, qui omnia crimina hujus comparatione, quasi pro nihilo reputant. Simoniacos etenim, præcipuos hæreticos, a cunctis fidelibus novimus respiciendos, & ipsos Judæ proditori comparandos. Nam sicut ipse Dei filium, ita isti Spiritum sanctum, Patri & Filio consubstantialem, vendere non formidant: & sic ejusdem rei facinorosi; portiones pro crimine erunt participes.

* *Depr. cri-
m.*

Ne igitur avaritia, quæ est idolorum servitus, ministrorum ecclesiæ corda ad tam grande alliciat: districte inhibemus, ne ipsi pro sacris, vel quibuscumque sacramentalibus ministrandis, ut puta sepulchris & exequiis mortuorum, benedictionibus inhabitantium, installationibus abbatum vel priorum, seu admissionibus clericorum in possessionem beneficiorum suorum, & consimilibus, quicquam præsumant exigere, cum id absque labe fieri non valeat simoniaca. Laudabilem tamen consuetudinem, si qua fuerit in hujusmodi pia fidelium introducta constitutione, cum de ipsa nobis constiterit, faciemus, Domino inspirante, firmiter observari, juxta traditam nobis formam in concilio generali.

Ad hæc, in Dei nomine lacrymosis obsecramus suspiriis, ut locorum archidiaconi, & ceteri ecclesiarum prælati, sic studeant excessus subditorum corrigere, ut holocaustum pro peccato minime postulantes, lucro animarum pecuniam vel aliud nullatenus anteponant.

XXXIX. *Ne pro vestrorum vel vicariorum delictis ecclesia suspendatur a Divinis*

* *Corr. de
suis.*

Periniquum judicantes, quemquam alieno odio prægravari, cum pœna debeat suos tenere auctores, nec ulterius progredi metas quam reperiatur in excedente debitum: districte prohibemus, ne pro rectorum aut vicariorum delictis ecclesia a Divinis suspendatur; sed per suspensionis & excommunicationis sententias, in personas eorum canonice promulgandas, fructuum suorum sequestrationem, & si ecclesiæ fuerit, distractionem, aut cohibeantur a malo, aut ad bonum quod omiserunt facere, compellantur.

Parochianos similiter pro suis delictis, & Concil. General. Tom. XXIV.

in personis, statuimus puniendos: nisi omnes vel majorem partem constiterit deliquisse, & eorum proterviam aliter compesci non posse, nisi ecclesia a Divinis obsequiis suspendatur.

XL. *De visitationibus archidiaconorum, & procuratoribus, & non visitando.*

A Terni largitor præmii, laborantibus pascem manducare concessit, quem otiosis omnibus interdixit. Ideoque Dominus omnium, solis operariis in vinea sua laborantibus, retributionis dona est largitus: idemque ipse in sacro evangelio austeritati imputat dominantis, si tollat quod non posuit, & metat quod minime seminavit. Et his sancti patres provide informati, in suis canonibus decreverunt, ne quisquam prælatorum, cui visitationis incumbit officium, procuracionem ea ratione recipere, nisi quando personaliter visitaverit, ut procuratio aliud non sit nisi sustentatio visitantis. Alioquin duplici infamia, negligentia scilicet & avaritia notaretur.

Hinc est quod singulis archidiaconis præcipimus, ut ab ecclesiis, quando personaliter non visitant, procuraciones exigere vel percipere non præsumant: alioquin quod receperint, vel ut indebitum & non suum restituant.

Archidiaconatum suorum singulis annis singulas ecclesias studeant visitare: quarum vestes, libros, utensilia, & cetera ornamenta, habeant in scriptis redacta; ut videant quæ a tempore proximæ visitationis per diligentiam personarum superaddita fuerunt, & quæ per earum negligentiam deteriorata medio tempore vel deperdita: proinde, an quælibet ecclesia, juxta suas facultates decentibus fulgeat ornamentis, & eorum habeat copiam, sicut est superius diffinitum. Libros monasteriorum abjectos, a parochialibus ecclesiis ipsis monasteriis appropriatis, abjiciant: qui cum non sint de communi usu, presbyteri & clerici per ipsos in ministeriis Divinis, errare coguntur, ac laici eorum ignorantiam, quanquam inculpabilem, intuentes, eosdem tanquam fatuos incipiunt deridere. Et adeo temporalis lueri commodum appetitur, in supplendis hujusmodi defectibus cura negligitur & correctio impetranda. Statuimus ut non per pœnas pecuniarias, sicut hætenus fieri consuevit, sed per coerciciones canonicas, contra eos quibus reparandi & supplendi ipsius defecti onus incumbit, amodo procedatur. Et si forte contra præsentis statuti decretum præsumptum fuerit: pœna ipsa, si committatur, non ipsis visitatoribus, sed potius ecclesiæ visitatæ usibus applicetur. Alioquin recipientem aliter, præter pecuniæ receptionem, restitutionem in duplum pœnæ apposita, in subsidium fabricæ ecclesiæ nostræ Exoniensis, præsentis synodi auctoritate decrevimus puniendos.

Inquirant etiam diligenter, numquid parochiales sacerdotes circa Divinum officium, nocturnum pariter & diurnum, sicut in concilio generali, ut supra cavetur, suum devote exerceant officium ut tenentur; & ut invenerint, pœna condigna castigent.

Et quia peccata hominum Christum a

ANNO
CHRISTI
1187.* *f. dæmum
& recipian
tem.
* Corr. re
stitutione*

ANNO
CHRISTI
1197.

sua sede, quæ est in anima iusti, expellunt; operibus manifestant, ne juxta Apostolum, non quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi, querere comprobentur. Sollicite igitur inquirent de excessibus singulorum, quorum actus boni seu mali, de facili trahuntur a subditis in exemplum. Majores excessus nobis referant, illos maxime, super quibus criminosi nostra indigent dispensatione: ceteros corrigant, prout secundum suæ discretionis arbitrium, melius viderint expedire. Ita semper, ut animarum lucrum quaesiti anteponant.

* Corr. & ius
carum
* C. occasio
ne prima
* Corr. eve-
ntuam.
* Later. III.
c. 9.

Possessiones ecclesiarum suarum & iustarum* faciant plene conscribi: de alienationibus, si quæ fuerint, inquirentes, ut cum

In aliis suis visitationibus conventionem* in concilio Lateranensi* statutam nullo modo excedant: sed in equis, familia, victualibus, & aliis necessariis, habeant per omnia moderate. Unde Oxoniensis concilii statuta sequentes, firmiter prohibemus, ne ad procuratorem suam præsumant extraneos invitare. Si tamen pro ipsorum honore rectores hoc duxerint faciendum: hoc fieri minime prohibemus. Qui vero ibidem se ingesserint, si clerici fuerint, suspendantur; si laici, modeste corripiantur, & informentur te aliter abstinere.

Item nullas tales excommunicationes indebitas per se vel suos exerceant in subditos; nec antiquas procuraciones augere præsumant, seu ab exilibus ecclesiis, quæ propter sui tenuitatem, hæcenus procuraciones dare minime consueverant, procuraciones aliquas extorquere.

Et quanquam sollicitudinis cura per ipsos tanquam oculos nostros in quampluribus habeat relevari: nolumus tamen, quod præsumptione quadam terminos transcendant, quos sibi statuerunt patres nostri. Unde de sequentibus nostris, clericis, non ordinatis, non residentibus, religiosorum excessibus, & aliis ad nostram jurisdictionem immediate spectantibus, ipsis interdiximus interponere partes suas, nisi talem, ut nobis vel officiali nostro fideliter referant, quæ in hac parte sciverint corrigenda.

XLI. Ne clerici obligent se distractioni fori secularis: vel in parvis vel vivariis magnatum furtum committant.

Annis singulis & diebus, mundus iste nequam, labe pius solito corripitur peccatorum, & tanto ardentius conatur inventum, quanto quis sibi congregat cumulum delictorum. Ecce etenim rabies inaudita aliorum, dum insurgunt filii in parentes, & ipsos nituntur subicere servituti, per quos sunt ad vitam perpetuam regenerati, & servitute diabolica liberati. Quod apertius in laicis, qui clerum & ecclesiarum libertates nituntur subicere suæ ditioni: quorum temerariam audaciam refecere tenemur potius quam fovere. Prohibemus igitur sub pœna excommunicationis, ne clerici, maxime beneficiati, pro debito proprio vel alieno, distictioni se obligent iudicis secularis: cujus obligationis prætextu, laici de facto, quamquam de jure non valeant, clericos ad iudicia secularia pertrahant.

Et sicut per clericorum contractus nolumus quod amplius id contingat: sic multo magis detestamur, si propter eorum deserta id debeat evenire. Unde districte inhiabemus, ne quicquam clericorum in foresta domini regis, vel parvis alterius cuiuscumque aut Warena, furtum committere venationis; vel in stagnis piscariis, vel vivariis, quocumque furtum præsumat committere.

Si quis autem clericorum contra has prohibitiones nostras venire præsumperit: si quidem in contractu, ipsum a Divinis in triennium volumus manere suspensum; si in delicto, ipso facto, vinculum excommunicationis incurrat. Et postea, si monitus a prælato suo, pro tam gravi culpa, ad ipsius prælati arbitrium satisfacere non curaverit: extunc, si beneficiatus fuerit, ipsum a beneficio suo decrevimus fore privandum. Si vero beneficiatus non existat, ab executione ordinum per quinquennium suspendatur: dicit etenim ratio, ut in quibus major reperitur culpa, in ipsos gravior exerceatur vindicta.

XLII. De forma liberandi bona clericorum a laicis male capta & retenta.

Bona mobilia & immobilia clericorum, sicut ipsorum personas, sub protectione ecclesiastica consistere, sanctorum patrum decreta sanxerunt: ut neque laicis de ipsis statuendi seu disponendi quicquam*, ecclesiarum respiciat commodum, ulla sit permessa facultas: sed quicquid fecerunt in hac parte, firmum & stabile esse non poterit, donec ab ecclesia fuerit approbatum. Quanto minus sit eis licitum bona clericorum capiendi & detinendi, nemo est qui ambigat sanamenti.

Cum igitur clericorum, seu aliarum personarum, quæcumque bona a baillivis magnatum, seu aliis quibuscumque, capi & detineri contigerit: de injuria propria, quod absque læsione ecclesiasticæ libertatis posse fieri non videatur, ad eorum liberationem taliter procedi statuimus & mandamus: ut per loci archidiaconum vel officialem ipsius, vel alium quem ipse assignaverit, moneantur ipsorum bonorum detentores primo, secundo, & tertio, sub testimonio trium vel quatuor clericorum, vel saltem laicorum, si clericorum copia non habeatur: per quas monitiones possit probari, si de ipsis in dubium alias revocetur, quod bona ipsa clericis a quibus sunt ablata, restituant indilate, & si reddiderint, clericos ipsos sibi fore obnoxios, quod compareant in proximo loci capitulo, advertens eos suam profecturam actionem

Quem quidem terminum ipsis clericis assignari præcipimus, ut querelantibus respondeant in forma juris. Si vero factis monitionibus, detentores bona ipsa restituere per biduum detrectaverint: ex tunc qui illud inonuit, ut scriptis excommunicet detentores cum suis complicibus & fautoribus: qui si* latam in ipsos sententiam adhuc* aliud biduum bona ipsa restituere præpoverint*, locum in quo taliter bona detinentur, ecclesiastico interdictione supponat. Et si nec robor, nec fatigatio huiusmodi, adhuc sufficiant ad tantam obstinatorum malitiam compescendam: contra eorum complices & fau-

ANNO
CHRISTI
1197.

* i. e. quid-
quam, quod
eccles.

* i. e. si post
latam
* Corr. ad-
huc
* Corr. post-
posuerint,

ANNO CHRISTI 1187.

ANNO CHRISTI 1187.

fautores, per inquisitiones legitimas, & sequentes excommunicationis sententias, censuras ecclesiasticas modis omnibus precipimus aggravari. Deinde his remediis attentatis, nisi ad deliberationem proficiant, suslineamus patienter, ut ecclesiis non habeat quid ultra faciat, quod is cuius bona detenta sunt, ius suum coram seculari iudice prosequatur. Hanc formam volumus observari, nisi clericus laicum feodum possideat: ratione cuius bona sua laico feodo capi contigerit. Nam quantum ad ipsum feodum pertinet, clerici secularibus obnoxii sunt legibus.

Ad hanc, quoniam, ut ait beatus Gregorius, culpam vehementer me committere astito, si ea, quae pro timore omnipotentis Dei sunt suggerenda, noluerit: & alibi: cum increpare delinquentes non vult, eos proculdubio tacendo pastor occidit. Ut igitur valeamus cum Apof.olo dicere & clamare:

Munda sunt manus mea a sanguine ovium nostrarum: Silere & impunitam versutiam quorundam laicorum maxime bailivorum magnatum, nostra conscientia minime nos permittit. Ipsi etenim frequenter querela didicimus, in tantam furoris audaciam modernis temporibus inciderunt, quo magis contumelias, damna, & opprobria personis ecclesiasticis, & rebus eorum intulerunt, eo magis congaudent, & id potissime gloriantur. Heu miseri infelices, & in tenebris ambulantes! Nonne Deus pater noster est, qui vos creavit? ecclesiae mater est, quae vos in baptismo regeneravit? Nonne in canone cautum reperitur: Qui abstulit patri aut matri, & dicit quia hoc peccatum non est, homicidii particeps est. Ergo qui pecunias ecclesiae rapit, auferit, & defraudat: homicida est. Nonne mirabilis infantiae esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum, sibi subjugare conetur, & iniquis obligationibus illum sub poena subijcere, a quo credit non solum in terra, sed etiam in caelis sese ligari posse & solvi?

Quapropter in virtute sanctae Trinitatis firmiter inhibemus, ne quisquam laicorum, clericum, cuiuscumque conditionis vel ordinis, capere, vel incarcerare praesumat; aut aliter in eum injicere manus temere, aut violenter, cum scriptum sit: *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Quod de praelatis ecclesiarum & clericis intelligimus esse dictum: nisi pro ipsius clerici captione, velut excommunicati, scriptum est, sed pro crimine homicidii, aut consimili enormi delicto, capiendus fuerit, tanquam violator pacis domini Regis regni.

Quod si quis clericum aliter capere, detinere, & incarcerare praesumpserit, aut in eum manus injicere violentas: ipsum, candelis accensis, pulsatis campanis, in singulis ecclesiis archidiaconatus, in quo hujusmodi sacrilegus conversatur, excommunicatum a canone tamdiu publice nunciari, donec hanc injuriam pacis satisfecerit competenter, precipimus, & cum nostrarum testimonio litterarum ad sedem apostolicam venerit, absolvendus.

Item quidam laici proprios terminos excedentes, inter sacrum sanctuarium & profanum minime distinguentes: solummodo quod sacrum est a manibus pontificum con-

secratum, sanctuarium appellant, dum ecclesiam & ipsius coemeterium, sanctuarium tantum mendaciter asseverant. Quod nedum civilis, verum etiam canonica sanctio liquido contradicit, dum inquit: *Nulli licet ignorare: Omne quod Domino consecratur, sive furvis homo, sive animal, sive ager, vel quicquid fuerit semel consecratum, sanctum sanctorum erit Domino, & ad jus pertinet sacerdotum.* Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui a Domino & ecclesia cui competunt, auferit, vastat, invadit, & eripit, usque ad emencationem, ecclesiaeque satisfactionem. Vel sacrilegus judicetur, & si emendare noluerit, excommunicetur. Depellenda est etenim illius usurpationis contumelia, ne praedia usibus caelestium coetuum dicata, a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis praesumpserit, ut sacrilegus judicetur.

Hinc est quod omnes illos, qui nedum clericorum personas, sed res eorum mobiles, seu se moventes intra ecclesiam vel ipsius coemeterium, aut in agro ad ecclesiam pertinente, vel alibi, absque rationabili causa rapiunt, capiunt, & abducunt, ipsi in vitis quorum sunt bona, nisi celeri restitutione sibi prospexerint, ut inimicos Dei & ecclesiae, ac sacrilegos, excommunicamus, & a sanctae matris ecclesiae liminibus sequestramus: necnon ad bonorum liberationem ipsorum procedi praecipimus, juxta formam superius traditam. Quandocumque pro eo quod clerici aut laici causam spiritualement, utputa violenta manuum iniectione in clericum

(nisi ad correctionem rebus praemisissis) vel matrimonio contrahendo, decimis oblationibus, mortuariis, lesione fidei vel juramenti, & ceteris hujusmodi, de jure vel consuetudine ad forum ecclesiasticum pertinentibus, in foro ecclesiastico fuerint prosecuti, ipsos ad forum traxerint seculari; necnon & iudex secularis, qui eos obgravare praesumpserit: nisi post trinam admonitionem a gravamine desisterit inferendo, & satisfecerit de illata injuria, consimili excommunicationis sententia innodamus: firmiter praecipientes, ut rei judicatae exceptionem iudices seculares admittant; rei dico, cujus cognitio ad ecclesiasticum pertinet iudicem. Et ecclesiastici iudices similiter, cum de re judicata per iudicem secularem excipitur: admittere non postponant, ubi jura canonica non repugnant.

XLIII. De deliberatione in sententiis cum excommunicatione promulgandis.

XLIII. De deliberatione in sententiis cum excommunicatione promulgandis.

Ecclesiarum praelati, qui claves Petri gestant in manibus, prudenter attendant, quanta sit eis a Christo commissa potestas ligandi & solvendi. Non enim, ait Chrysostomus, homo est qui ligat, sed Christus qui hanc potestatem dedit. Dominus fecit homines tanti honoris. Et cum excommunicatio, aeternae mortis damnatio sit, nec nisi pro mortali debeat imponi crimine, ac illis dumtaxat qui aliter corrigi nequeunt: in ipsa ferenda iudices oportet esse peritos, ut deliberatione provida & maturitate debita, ipsam studeant promulgare. Nam si quis fidelium excommunicatur injuste: ei potius oberit, qui ipsam tulit, quam ei qui ipsam injuriam patitur.

Cun-

AB. 10. Dec. re- linquere

Dec. 6. cut

Corr. ut quo

Isal. 106.

f. scripserimus, qui pro cr.

leg. & regu.

f. de vior- lena

Dec. par- ticipes.

ANNO
CHRISTI
1187.

Cunctis ergo libditis nostris jurisdictionem A
habentibus, & ceteris omnibus quibus de ipsis
in hoc commissa est potestas, districte præ-
cipimus: cum ipsos oportet in aliquam pro-
ferre sententiam, sibi præcaveant, ne abi-
que causa rationabili, id est trina moniti-
one præmissa, & præsentibus personis, per
quas, si necessarium fuerit, possunt moni-
tiones probari, ipsam promulgare præsu-
mant, sicut statutum novimus in concilio
generalis. Hanc autem causam expresse con-
scribant, & ipsam proferant in scriptis: cujus
copiam tradant excommunicato infra men-
sem a die sententiæ, si fuerint requisiti.

* Liber. III.
c. 47.

Et hæc eadem in suspensionis & interdicti
sententiis volumus observari: sicut in alio
concilio novimus esse cautum. Qui præter
hanc formam quemquam excommunicare præ-
sumperit, & super hoc convincti contige-
rit: penis expressis in præfatis conciliis se-
novit subiacere, quas faciemus dante Do-
mino firmiter observari.

Quia vero communicans cum excommu-
nicatis scienter, innodatur simili sententia
ipso jure, per quam sacramentorum partici-
patione privatur: præcipimus, quod exco-
municati, a singulis arctius evitentur, ut ne
quisquam cum ipsis cibo, potu, osculo, sa-
lutatione, locutione, oratione, aut aliquo
genere communionis, communicare præsu-
mat. In foro ecclesiastico, aut civili, post-
quam eorum excommunicatio per patentes
litteras constiterit, excommunicati ad agen-
dum nullatenus admittantur; sed a cunctis
legitimis actibus repellantur, donec fuerint
absoluti, & super hoc litteras exhibuerint
testimoniales.

Quicumque autem excommunicatum ad
agendum aliter admiserit, auctoritate præ-
sentis synodi sacrosanctæ, excommunicamus:
eundemque sic ligatum, cum de hoc con-
stiterit, præcipimus publice nuntiari, ut præ-
textu ignorantie, excusationis causa omni-
bus auferatur. Sacerdotibus parochialibus fir-
miter injungimus, ut cum in ecclesiis ma-
jor aderit populi multitudo, candelis accen-
tis & pulsatis campanis, excommunicatorum
nomina, & excommunicationum causas, ac
qua auctoritate fuerint sic ligati, omnibus
innotescat.

XLIV. *Ne quis in propria causa quemquam
excommunicet vel suspendat.*

Quemadmodum non decet, ita non licet,
quemquam sibi esse judicem, vel in
propria causa sibi jus dicere. Statuimus ergo,
ut nullus pro proprio debito, vel pro
injuria personæ suæ illata, quemquam pro-
pria auctoritate suspendere vel excommuni-
care præsumat. Alioquin & debitum amit-
tat, & pro injuria quam intulit, ab inju-
riarum cadat totaliter actione: alteri parti,
super injusta sententia, salva nihilo minus
quæstione.

Licet autem prælatis ecclesiarum juris-
dictionem habentibus, in ipsos qui eorum
jurisdictionem notorie impedire contigerit,
præhabita competenti monitione, suspensio-
nis & excommunicationis sententias promul-
gare: cum in jus dicendo, non tam suam,
quam publicam exerceant utilitatem.

Licet igitur ecclesiarum rectoribus, vica-

riis, & parochiarum cappellanis, pro mor-
tuariis, decimis, oblationibus, & instauro
ecclesiæ, & aliis juribus ecclesiæ suæ inju-
ste detentis; in quorum possessione noto-
rium est suas ecclesias extitisse, per semet-
ipsos, trina tamen monitione præmissa, no-
minatim suspendere & excommunicare de-
tentores: cum in hoc casu non injuriam
suam, nec sibi debitum, sed ecclesiæ suæ
potius, prosequi videantur.

XLV. *Quod absque libelli donatione in causis
matrimonialibus procedatur.*

Considerantes, in causis matrimonii, ju-
ris solemnitate non esse per omnia
observandam, quæ breves lites alio nomine
appellatur, eo quod in ipsis breviter sit pro-
cedendum, id est, summarie terminari: ne pro
exiguis rebus maximas actiones
homines sustinere cogentur, statuimus in
pecuniariis causis, in quibus litis æstimatio
viginti solidi non excedit, absque libelli do-
natione cum celeritate debita prolequatur,
sicut de consuetudine hæc in nostra dioce-
seli novimus observatum. Volumus tamen,
ut in illis factum ita dilucide exprimat, ut
sciat, ut qualis agenti competat. . . . &
defensio ipsi reo.

CXLVI. *Ut omnibus libere liceat appellare, &
suas prosequi appellationes.*

Appellationis remedium non ad defensio-
nem iniquitatum, sed innocentie præsi-
dium, novimus institutum. De quo in ca-
nonibus cautum reperimus, ut omnis oppres-
sus, libere, si voluerit, appellet judicium,
a nullo prohibeatur, sed ab aliis sulciatur,
liberetur, & audiatur.

* f. liben

Item a quibuscumque ecclesiasticis judici-
bus, ad alios judices ecclesiasticos, ubi est
major auctoritas, provocatum fuerit, au-
dientia non negetur. Et quia patet illud
omnibus esse commune: statuendo præcipi-
mus, ut archidiaconi, aut ceteri subditi no-
stri ordinariam jurisdictionem habentes, ap-
pellationibus ab ipsis ad nostram audientiam
interpositis, sicut decet eos, deferant reve-
renter: appellantis, vel suis, nullam ob
hoc molestiam inferentes vel gravamen. Nec
iptos minis terreant, ut ab appellationum
suarum prosecutione desistant. Terminum
designent appellantis, infra quem, coram
nobis vel officiali nostro modo comparere
valeant, appellationes suas legitime prosecu-
turi. Ac ipsis petentibus instanter concedant
epistolas, in quibus, si a gravamine vel in-
terlocutoria ab ipsis fuit appellatum, ap-
pellationis causam expriment. Et si ipsam non
E duxerint admittendam: cur hoc, nobis ex-
presse designent. Patienter etenim sustinebi-
mus, si eorum appellationes admittæ non
fuerint, quorum excessus, evidentia rei, vel
iptorum confessione, aut alio legitimo mo-
do, notorii fuerint & manifesti; vel ap-
pellationes alias frustratorie evidenter expo-
nant.

XLVII. *De quæstoribus elemosynarum*

Quot errores, quantæque abusiones elec-
mosynarum quæstores hæcenus prædi-
cave-

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
 CHRISTI
 1187.

ANNO
 CHRISTI
 1187.

caverunt, populo Christiano satis per orbem A
 novimus divulgatum. Ipsi etenim cum: sint
 idiotæ, vitæ pariter communiter inhonestæ.
 contingentes se peritos, & vitæ sanctitatem
 exterius præcedentes, cum audacia quadam
 præsumpta prædicandi assumunt officium. Qui
 vero nusquam Divini verbi notitiam habue-
 rant, inter cetera erronea quæ profertur,
 mendaciter asserunt se habere multo plures
 & majores indulgentias, quam habeant: ut
 sic simplicium alliciant animos ad maiores
 elemosynas largiendas, quas postea in ebrie-
 tatis & luxuriis, in omni conspectu prodigi-
 galiter consumere non erubescunt. Unde e-
 venit, ut veræ & fructuosæ indulgentiæ
 nonnullis sæpius contemnuntur.

* f. in om-
 nium consp.

Quapropter prohibemus subditis nostris,
 ne quæstorem elemosynarum ullum admit-
 tant, nisi litteris nostris munitis exiit: & tunc
 prædicare minime permittatur, sed cappellis
 parochialibus ipsius negotia & indulgentias,
 prout a litteris papalibus vel nostris valeat eli-
 cere, evidenter plebi exponat fideliter. Nec
 credant schedulis falsis, quas ipsi sæpius por-
 rigunt: nisi schedulæ prius per nos fuerint
 examinatæ, & approbatæ nostri impressione
 sigilli. Pecunia vero collecta, usque ad pro-
 ximum loci capitulum integra custodiatur,
 tunc per loci ordinarium fideli nuntio as-
 signanda. Qui vero aliter eos admiserit, vel
 ipsos prædicare permiserit, per nos vel of-
 ficialem nostrum censemus graviter punien-
 dum: nisi ipsis litterarum potestatem con-
 cesserimus ampliorem.

Cum vero ipsis contigerit indulgeri, cle-
 rum posse convocare (quod cum minori
 cleri commodo intellexerimus) esse intelli-
 gimus concessum: statuimus quod hujusmo-
 di convocationes alibi non fiant, nisi in ple-
 nis locorum capitulis, in quibus clerus com-
 modius poterit convenire, & indulgentiæ
 concessæ melius examinari.

XLVIII. De reliquiis, & veneratione sancto-
 rum.

NONnumquam per malos, sicut per bo-
 nos, miracula facta sanctorum, facta
 commemorat ecclesia. Idcirco sanctam
 Romanam ecclesiam, (quæ per Dei omni-
 potentis gratiam, auctoritate apostolicæ tra-
 ditionis, nunquam errasse probatur a trami-
 te:) in hoc ideo est recurrendum, & ex-
 pectandum ipsius decretum: ne quis hoc ap-
 probando, quod ipsa reprobat, a catholicis
 hæreticus comprobetur. Idcirco in concilio
 generali provide novimus esse prohibitum:
 ne quis reliquias de novo inventas publice
 venerari præsumat, nisi a Romano ponti-
 fice prius fuerint approbatæ. Quam prohibi-
 tionem inviolatam ab omnibus præcipimus
 custodiri: statuentes, ut nullus sanctorum re-
 liquias venales exponat; sed nec lapides,
 fontes, arbores, ligna, vestes, aut res qual-
 cumque alias, ut sanctas, propter fœdita
 documenta, aliquantulum veneretur; cum illud
 hæreticum sapere pravitate apostolica de-
 clarat sententia, & nulli licere docetur aliud,
 vel sentire, quam Romanam ecclesiam ma-
 trem omnium ecclesiarum sequi viderit & te-
 nere. Si autem contra hoc venire præ-
 sumperint, nisi moniti tuum deponant er-

Later. IV.
 c. 61.

roam, tanquam hæreticos censemus gravi-
 ter puniendos.

XLIX. De Judæis & eorum mancipiis.

A Judæis regimen Dei ablatum, & datum
 genti justitiam facienti, scriptum in ca-
 nonibus reperitur. Per quod liquet Christi-
 colas libertate donatos, Judæosque subditos
 eorum perpetuæ servituti. Cum igitur scri-
 ptum sit: *Ejice ancillam & filium ejus, non
 enim erit hæres filius ancillæ cum filio libera:*
 nimis reputamus absurdum, ut filii liberæ,
 ancillæ filii famulentur.

Gen. 16

Quapropter Lateranensis concilii statuta
 sequentes, districte prohibemus ne Judæi sub-
 obtentu alendorum puerorum suorum, ne-
 que pro servitio vel qualibet alia causa, in
 domibus suis mancipia habeant Christiana:
 ne forte per assiduam familiaritatem, ad eor-
 um perfidiam simplicium animos valeant
 inclinare. Sæpe enim malorum consortia,
 bonos corrumpunt. Christiani qui contra
 hanc prohibitionem venire præsumperint,
 excommunicantur: Judæi gravi subjacent
 ultioni.

Prohibemus insuper, ne Judæi publicis fun-
 gantur officiis, quorum prætextu Christianis
 nimium sint molesti. Et quoniam cum eis
 sumere cibum non licet: inhibemus, ne Ju-
 dæi ad Christianorum, vel Christiani ad Ju-
 dæorum accedant convivia. Item si qui
 Christianus infirmatus fuerit, a Judæo non
 accipiat medicinam. Item die parasceves,
 ostia & fenestras habeant clausas, quia Chri-
 stianis. . . . consueverant illudere illo die.
 Item prohibemus ne novas fabricent synago-
 gas. Sed si erigant veteres quæ corruerint,
 vel ruinam minentur: si ipsas reedificare
 permittantur, ita quod ampliores vel pretio-
 siores non faciant, ipsis satis novimus esse
 permissum.

Ad hæc, districte præcipimus, ut Judæi
 utriusque sexus, super vestes exteriores, duas
 tabulas laneas habeant alterius coloris, ad pe-
 ctus cõsutas: quarum latitudo digitorum
 duorum, & longitudo quatuor sit ad mi-
 nus: ut sic per diversitatem habitus a cat-
 holicis discernantur; & damnatæ commin-
 tionis excessus inter hos & illos valeant e-
 vitari.

Ne autem ecclesiæ parochiales per ipsos
 suis juribus defraudentur: præcipimus, quod
 Judæi de terris quas colunt, decimas solvere,
 vel possessionibus ipsis renuoiare; & pro do-
 mibus quas inhabitant, parochialia jura ec-
 clesiæ parochiali debita tribuere, arctius com-
 pellantur.

L. De testamentis.

QUanquam in jure canonico, & longe
 amplius in civili, de testamentis & te-
 getis, grandis & diffusus habetur tractatus:
 propter simplices tamen qui neutrius juris
 gaurant volumina, nec ipsorum habent no-
 titiam, necessarium duximus super prædictis,
 quæ in quotidiano sunt usu, utilia quadam
 statuere; & penis statutorum refrænare,
 prout possumus, abusores.

Cum igitur extremis decedentium volunta-
 tibus, favorem maximum impendere tenea-
 mur: statuimus, ut nullus, cujuscumque sta-

ANNO
CHRISTI
1117.

ANNO
CHRISTI
1117.

tus aut conditionis existat, clericum vel laicum, liberum vel servum, de bonis que possidet tempore mortis, libere testari impediat quoquo modo, sub pena excommunicationis, quam impediens decrevimus incurrere ipso facto: cum, quantum ad ea que tunc possidet, liber quilibet censeatur, sicut de hujus regni consuetudine hactenus est pacifice observatum.

Quando cumque igitur sano vel egroto, libero aut servo, suum placebit condere testamentum: statuimus, ut pro rectore, vicario, vel cappellano ecclesie parochialis confectum transmittat, ut in ipsorum presentia & duorum vel plurium fide dignorum, de omnibus bonis suis mobilibus portionem suam contingentibus, disponat pro anime sue salute, sicut sibi placebit, & melius crediderit expedire. Uxor & filiorum si quos habuerit portionibus per omnia salvis: expensis funeris exceptis, que ante omnem divisionem deduci statuimus de communi, debita que debet testator, solvantur.

Similiter de communi, portiones dividenda inter predictas personas per omnia, sicut aequales portiones, ita ut pro una persona omnes filii computentur. Si vero testator alicui filiorum de propriis bonis prius sustentationem providerit; & sic aliis, & alii, cui vel quibus minime sit provisum: statuendo prohibemus, ut iis, quibus provisio facta est, similiter testatoris heredes (si tantumdem habeant, de propria hujusmodi provisione, quantum tum foret sua portio, si ad divisionem cum ceteris admitterentur) nullatenus ad portionem dividendam inter filios admittantur: sed eo quod eis est provisum a testatore, vel successione juris, contenti remaneant, nec per ipsos aliorum portio diminuatur. Hæc que de marito statuimus, de uxore servari volumus, si decedat.

Que autem ad usum testatoris specialiter sunt parata, ut puta equi, arma, & cetera hujusmodi; vel que ad usum uxoris, ut puta suppellectilia, vestes muliebres, monilia, annuli: abique divisione utriusque eorum, præcipua referentur.

Curet autem testator, fideles & locupletes nostræ diocesis, & non aliunde, constituere executores: ac in scriptis, si fieri poterit, suum condere testamentum. Quod, postquam factum fuerit, claudatur, & cum sigillo proprio, si habeat, alioquin alieno, protinus consignet: quod & presentium sigillis faciat consignari. Alioquin contra testamentum, testatoris sigillo signatum, de facili præsumi queat: cum post mortem testatoris, possit testamentum aliud fabricari, & sigillo ipsius aliter consignari, prout adivimus fieri aliquando.

Facto autem testamento nuncupativo, vel in scriptis, & testatoris corpore tradito sepulture: ad loci ordinarium executores accedant, super testamento factum in scriptis fidem facturi, tam de presentia consignantium, quam de signis. Super nuncupationem vero probationes dilucide monstrantur super omni eo quod testator asseritur voluisse, & specialiter super omni relicto: ita quod inter testes, executores nullatenus admittantur.

Probato igitur testamento, & per iudicem approbato, executores fideliter conficiant in-

ANNO
CHRISTI
1117.

ventorium in presentia fide dignorum, ad hoc specialiter vocatorum: in quo omnia bona que defunctus habuit tempore mortis & que sibi debebantur, & que debuit aliis, conscribantur fideliter & expresse. Quo inventorio factum, tam ipsi executores quam presentes eidem, sua appendant sigilla. Donec ista fiant (que fieri præcipimus infra quindecim dies, si fieri potest, a tempore sepulture) executores minime ministrant.

Cum ergo coeperint ministrare, protinus uxori & filiis, si supersint, suas assignare studeant portiones. De portione vero contingente defuncti legatum distribuunt, debita eidem exigant, & exolvant aliis debita ab eodem; ad que tam uxor quam filii tenentur contribuere pro rata portionis cuiusque.

Sed ne eorum portiones propter timorem, seu incertitudinem æris alieni, ab executoribus diutius detineantur: statuimus, quod æs alienum, de quo constat, ante restitutionem portionum, ab executoribus deducatur: pro dubio vero & incerto, recepta ab ipsis uxore & filiis cautione idonea de restituendo, quantum legitime apparere poterit ipsos pro suis portionibus ad id teneri, executores suas constitutas liberent portiones. Idem faciant litigatores de sibi relictis, sicut inferius & plenius continetur.

Et sic studiose suum curent executores officium exercere; ut infra anni spatium nihil remaneat exequendum. Alioquin composito reddito de receptis, amoveantur omnino, & eorum loco alii magis idonei subrogentur, quod inferius statuimus, si prius suspecti probabiliter inveniantur.

Et quoniam propter malitias executorum, seu debitorum defuncti, seu fraudes heritorum creditorum, decedentium voluntates vix debitum sortiuntur effectum: cupientes in hac parte remedium quale possumus adhibere, auctoritate presentis synodi sacrosanctæ, excommunicamus omnes executores, quousque modo impedimentum præstant, nisi vel aliter recusantes in foro ecclesiastico a defuncti creditoribus conveniri, vel ipsis, sicut decet, inibi respondere.

Item omnes illos, qui scientes se obligatos defuncto, patiuntur se per malitiam a suis executoribus conveniri, ut sic ipsis in probatione deficientibus, per sententiam absolvantur; vel impedimentum quoquo modo, quo minus in foro ecclesiastico ab executoribus defuncti libere valeant conveniri.

Item omnes illos, qui ab executoribus defunctorum iudicio scienter exposcunt indebitum, & in sua petitione iniqua usque ad diffinitivam sententiam perseverant, quod a defunctis licet si superstitibus essent non peterent, vel de jure valere non valerent.

Ut autem executores circa suum officium exequendum promptiores reddamus, pariter & attentos: volumus, quod dum circa hoc laborant, de bonis defuncti expensas percipiant moderatas; cum suum officium sibi non debeat esse damnosum, nec debeant propriis stipendiis militare; quibus, sub pena excommunicationis interdiximus, ne per se, vel interpositas personas, absque fide dignorum presentia & rationabili... quicquam de bonis defuncti emere sibi invicem vel dona-

ANNO
CHRISTI
1117.Corr. im-
pediant.

f. habere

donare, seu quovis alio titulo usurpare, seu A sibi retinere præsumant, nisi quod eis reli-
quum fuerit specialiter in testamento.

Si vero contigerit parochianum nostrum, hominem alterius diocesis sibi constituere executorem: ille ad hujusmodi onus nullatenus admittatur nisi de subditis nostris, locupletes & idoneos manupactores inveniatur ad fidele inventarium faciendum, & fideliter administrandum, vel ratiocinium reddendum, cum ipsum vel suos manupactores super hoc contigerit interpellari: ad quod etiam executores nostræ diocesis per corporale sacramentum, priusquam administrent, præcipimus obligari; omnibus executoribus interdicens, ut cum verisimilis præsumptio habetur, defunctum nimis æris alieni pondere oneratum, legatum nemini liberent, nisi recepta prius obligatoria sufficienti cautione de restituendo quantum legis Falcidie ratio in hoc exposcit. Alioquin cum ad ratiocinia reddenda pervenerint, quæ supererogaverint, ipsis minime decrevimus allocanda.

Et quoniam cordi plurimum debet esse veritatis cuiuslibet amatori, nequitiam reprimere salutariorum: nos præsentis synodi sanctæ approbatione, excommunicamus & excommunicatos publice denunciamus omnes illos, qui postquam testator condito testamento in fata decesserit, testamentum aliud fabricare, aut præter testatoris conscientiam quicquam condere, addere, vel detrudere testamento priori, sibi vel aliis aliud describendo, seu fraudem quamcumque aliam committendo, contra testatoris præsumptionem voluntatem. Et si quos tantæ fraudis reos convenire contigerit, ipsos decrevimus, tanquam fallaces puniendos.

Ut autem viris religiosus omnem evagandi materiam auferamus, quibus omnibus, ceteris derelictis, solius Dei incumbit inhærenter ministerii: statuimus, ut nullus religiosus in nostra diocesi executionis onus aliqualiter in se suscipiat, absque nostra licentia speciali. Si quis autem contra hanc prohibitionem nostram venire præsumserit: quod fecerit, & viribus careat, & ipse nihilo minus juxta nostræ discretionis graviter puniatur.

In fine autem cuiuslibet testamenti, hanc clausulam adjici volumus generalem: Cetera omnia bona mea, sive in rebus, sive in manibus fuerint debitorum, in hoc testamento non expressa, volo ut pro animæ meæ salute, per manus executorum meorum in pios usus distribuantur; & quod creditoribus meis per manus eorundem, similiter sit satisfactum.

Si qui vero, laicorum decesserint intestati, de bonis eorum, per locorum ordinarios, taliter præcipimus ordinari, ut pro anima defuncti in pios usus totaliter erogentur.

LI. *Ut rectores, post mediam Quadragesimam decedentes, libere legare valeant fructus autumnii sequentis.*

for. adeo
dissolutam.

Sæpe contigit nonnullos ecclesiarum rectores, vitam ducere dissolutam, ut cum ad vitæ finem pervenerint, non habeant in bonis, de quibus ecclesiarum suarum defructus, tam in ornamentis, quam in

Concil. General. Tom. XXIV

domibus, voleant reparari, vel creditoribus suis de eo satisfacere quod sibi debetur.

Quapropter, laudabilem nostræ diocesis consuetudinem approbantes: statuimus, ut quilibet beneficiatus nostræ diocesis, si die Dominica Quadragesimæ, quacumque hora, vel postea decesserit, fructus beneficii sui subsequenti autumnii liberam legandi habeat potestatem: sœno, prato, pastura, & cetera de dominico ecclesiæ duntaxat exceptis, quæ cum ad annum sequentem pertineant, ipsi futuro rectori statuimus reservari.

Et quoniam non est ferendus is, qui lucrum amplectitur, onus autem annexum contemnit: statuimus, ut de domibus prædictis defectibus, ac etiam ecclesiæ omnibus ordinariis, usque ad mediam Quadragesimam sequentem, executores satisfaciant ad plenum.

Item statuimus de quolibet qui fructus percepit autumnales, quandocumque ante tempus prædictum decedat, usque ad illud, ad omnia onera teneatur.

Si vero prædicto die Dominico, vel post, quis intestatus decedat: omnia bona testatoris, & fructus sequenti autumnii, in solutionem debitorum defuncti prædictorum, & defectuum suppletionem, ac in alios pios usus, juxta nostræ discretionis arbitrium convertantur, ita quod circa suppletionem defectuum, per quantum tempus illud beneficium tenuerit, ratio habeatur.

Idem fiat, si ante prædictum tempus quemquam contigerit decedere intestatum, ut in utroque casu testamenti & executorium faciamus suppleri defectum.

Ab isto statuto, parochialium vicarios ecclesiarum duntaxat excipimus. Nam cum ipsius virtute sacramenti præstiti, personalem residentiam facere teneatur: congruum est, immo verius necessarium, ut fructus & obventiones vicariæ suæ, protinus & cum integritate percipiant, de quibus valeant sustentari. Idcirco de bonis defuncti vicarii, quæ habuit tempore mortis, & debita sua solvi præcipimus, & prædictos defectus suppleri, ratione temporis considerata.

Præterea statuimus, quocumque tempore anni quis decedat, fructus terrarum quas seminavit superstes, sibi cadant, & in suos usus integre convertantur: hoc excepto, ut si decedat ante terminum supra prædictum, sumptus quos defunctus impendit in terris excolendis & seminandis, ipsius executoribus allocentur. Successor vero, si quem cappellanum stipendiarium invenerit, ante terminum prænotatum, sive post ipsum, si idoneus fuerit, usque ad festum S. Michaelis proximo sequentis, nullatenus amovere præsumat: sed sub eisdem conditionibus ipsum retineat, quibus idem cappellanus convenerat cum defuncto.

Ne igitur ecclesiarum vacantium terras jacere contingat incultas: statuimus, ut per locorum decanos fideliter excolantur, ita quod iidem decani a futuris executoribus sumptus percipiant competentes, quos loci ordinarius moderetur, si aliter inter se convenire noluerint.

ANNO
CHRISTI
1187.

LII. De mortuariis.

Mortuorum præstationem ex eo intelleximus salubriter sumptisse initium, quod decimis majoribus & minoribus, ac ceteris juribus parochialibus per ignorantiam non solutis, læsis ecclesiis præstarentur, ut talis oblivio procedens ex incuria non solventis, posset saltem, per hoc, apud districtum judicem excusari. Et quanquam illa provisio esset aequaliter fructuosa omnibus Christianis: quidam tamen, vel causam hujusmodi præstationis ignorantes, vel quod deterius est, de salute propria non curantes, ipsam mirabiliter subtraxerint, suam miseriam in posteros transmittentes; qua se nituntur modernis temporibus excusare, quod nec ipsi, nec majores eorum, hanc præstationem ullo tempore agnoverint. O excusatio misera & infelix, quæ dum sit in peccatis, suos ducit ad interitum excusantes! Unde sunt & alii, qui animæ suæ salutem provide consulentes, velut devoti ecclesiæ filii, præstationem ipsam agnoscunt, sicut majores eorum hæcenus cognoverunt: sicque contingit, in una parochia solvi secundum melius averium pro defunctis; & in alia penitus denegari.

Ut igitur a palea triticum separemus: statuendo præcipimus, ut in parochia, in qua talis solutio fieri consuevit, nullus ab ea se valeat excusare; sed in eadem fiat præstatio uniformis, cum eadem non debeat diverso jure censeri.

Parochianos aliarum parochiarum monemus, & hortamur in Domino: ut spirituum assumentes consilii sanioris, tam salubrem præstationem agnoscant de cetero, & de ea satisfacere studeant sicut ceteri in futurum. Videntur namque rabie nefanda moveri, qui male detentis Deo & ecclesiæ satisfacere tunc non curant, quando quod debetur sibi nequeunt amplius retinere: sed ipsi subibunt iudicium, cui in hac parte injuriam intulerunt.

In parochiis vero, in quibus secundum melius averium dari hæcenus consuevit, illud legandi, donandi, assignandive in alios usus, decedentibus omnibus interdiximus facultatem. In executores, seu alios quoscumque detentores, nisi legitime moniti satisfecerint Deo & ecclesiæ de eodem, excommunicationis sententiam præcipimus promulgari.

Item præcipimus, si sint aliqui, qui secundum melius averium, falso & nequiter asserunt suum, vel partem ipsius, ut per hoc ecclesiam suo jure valeant defraudare: quorum assertioni nullatenus est credendum, nisi prius de suo titulo fecerint

Et quia aliquando accidit, quod in bonis defuncti plura animalia inveniuntur, in quibus aliqui asserunt se habere partes, sicque nullum eorum in totum esse defuncti: statuimus, quod quanquam verum fuerit quod affirmant; si tamen defuncti partibus computatis, partes collectæ ad secundum melius se extendant, illud ecclesiæ liberetur: partibus uni vel pluribus, pro partibus suis ab executoribus defuncti primitus satisfactum.

A Et quoniam quidam in diversis parochiis diversa domicilia possidentes, in eisdem, pro sua voluntatis libito, æqualiter commemorantur: si in alterutra illarum parochiarum in fata decedant, dubitatur an illi infra cujus limites decesserint, integraliter, vel alteri ecclesiæ, pro indiviso, mortuarium ipsius defuncti sit præstandum: dubitationem hujus præsentis synodi auctoritate enodantes, declaramus; quod illa ecclesia, ubi decessit, & viaticum recepit, mortuarium sibi debitum integraliter percipiat. Quod si talis dominus in aliena parochia, ubi nullam terram possedit, decedat: tunc illi ecclesiæ ubi larem fovet tempore mortis, hujusmodi mortuarium sit integre præstandum.

Cum autem tanta laboraverint paupertate, ut soluto ecclesiæ quod exigitur, æquivalens apud superstitēs nihil remaneat: præcipimus, quod cum de hoc constiterit, nihil eo nomine exigatur, nisi quod reliquum ecclesiæ specialiter invenitur.

LIII. De decimis.

OMnia & ineffabilis caritas vestri quilibet in signum universale dominii, velut ille cujus est terra & plenitudo ejus, &c. decimas & primitias sibi reddi præcepit, non sibi sed sacerdotibus profuturas; ut illis sint cibus, qui in domo sua sibi ministrant, juxta illud Malachie prophete: *Inferte omnium decimationem in horreum meum, ut sit cibus in domo mea*. Idem tamen omnium Dominus, fructum cunctorum largitor, pro decima quam recipere dignatus est, ipsam plene solventes quadruplici largitione remunerat, beneficio fructuum, sanitate corporis, indulgentia peccatorum, & regni cælestis gratia præmiorum. Nemo igitur pro avaritia, tot amittat beneficia, sed quilibet decimas placabiles Deo exolvat: ut sint cibus illis quibus ipse pro suo cultu eas concessit, ne maledictionem incurrant, quam Dominus per Dns Prophete protulit in non solventes.

Quapropter ecclesiarum dispendiis & animarum periculis occurrere cupientes: universis parochianis nostris, sub Divini testatione iudicii præcipimus, ut de omnibus fructibus totiens quotiens renovantur in anno, seu in annis, ecclesiis parochialibus persolvere decimas integre non omittant, sumptuum expensis nequaquam deductis.

Et quia decimæ debentur de omnibus quæ licite adquiruntur: præcipimus, quod nedum de segetibus decimæ persolvantur, verum etiam pomis pressoribus, arboribus, herbis hortorum, apibus, jumentis, animalibus, lana, lino, canabo, melle, columbariis, caseo, butyro, piscationibus, pannagiis, silvis cædis, ruscis, feno, herba, prato vendito, pastura vendita extraneis parochianis, nisi de animalibus ibidem pascentibus, decima persolvatur: locatione boum facta extra parochiam locatoris, furnis, venatione, molendinis, granariis, absque sumptuum deductione. Sed & de sillonariis, velut de negotiationis lucro, decimam solvi præcipimus; argentariis, metallariis, lapidinis, de negotiationibus, artificibus; & de instauro ecclesiæ, contraria consuetudine non obstantē.

Quia

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
 CHRISTI
 1187.

ANNO
 CHRISTI
 1187.

Quia vero aliqui, ut audivimus, etiam A
 jure suo asserunt, partem prati pro deci-
 ma fœni, ecclesiæ fuisse antiquitus assigna-
 tam: nisi hoc probaverint evidenter, ipsos
 in sua assertione decrevimus nullatenus au-
 diendos.

Insuper, quod in quibusdam locis con-
 suetudo pessima inolevit, scilicet, quod qui-
 dam laici integre solvere decimas contra-
 dicunt, nisi prius sibi vel suis a rectoribus
 ecclesiarum convivia præparentur, chirothe-
 cæ, seu quicquam aliud: quasi pro custo-
 dia decimæ suis debeantur servientibus. Nos
 vero hanc consuetudinem velut corrupte-
 lam, ac a jure contrariam decrevimus ex-
 tirpandam: inhibentes, sub pœna excom-
 municationis, ne tale quid exigatur am-
 plius seu præstetur: sed ecclesiarum recto-
 res, suos parochianos per ecclesiasticam
 compellant censuram ad præstationem de-
 bitam decimarum, prædicta consuetudine,
 vel aliqua consimili, non obstante.

Ad hoc, quia propter appulsiones peco-
 rum ad diversarum parochiarum pasturas,
 plures & quasi inextricabiles quæstiones in-
 ter ecclesiarum rectores sæpius oriuntur:
 nos, qui in lenitate pacis quiescimus, dum
 subditos pati perspiciamus, pariter inquit:
 sic statuimus, quod si oves a tempore ton-
 sionis usque ad festum S. Martini, in pa-
 rochia una depascantur & cubent: tunc
 de decima lanæ, casei, & butyri, eccle-
 siæ illius parochiæ persolvantur plene pro
 eodem tempore, quanquam postea amove-
 antur, & alibi tondeantur. Vulgariter enim
 dicitur, quod ante festum supradictum tan-
 tum crevit lana, quantum crescit anno
 eodem.

Et ne rector de decima per amotionem
 ovium defraudetur: præcipimus, quod pri-
 usquam oves amoveantur a pascuis, recto-
 ri sufficienter caveatur de solvendo dictam
 decimam lanæ, cum tempus venerit ton-
 sionis. Si vero oves a festo S. Martini,
 usque ad festum Purificationis beatæ Ma-
 riæ Virginis, in una parochia commoren-
 tur: decima agnorum illi ecclesiæ persol-
 vatur: salva decima lanæ, alteri rectori,
 a cujus parochia amotæ fuerint, forma
 qua diximus. Quod si a tempore tonsionis
 usque ad festum S. Martini, ad pascua di-
 versa transforentur: quælibet ecclesiæ, pro
 rata temporis decimam percipiat eorum-
 dem: ita quod, si in una parochia cu-
 bent, & pascantur ibidem per xx. dies vel
 citra, morentur, & non amplius, tam bre-
 ve tempus dividatur.

Pullorum vero, equorum, vitulorum, &
 hædorum, habita ratione ad loca diversa
 ubi gignantur, eduntur, & nutriuntur, &
 ad moram quam contraxerunt in eisdem.
 inter rectores decima partiatur. Cum quis
 vero post festum S. Martini oves occide-
 rit, vel alio fortuito casu moriantur: de
 decima vellerum ecclesiæ satisfiat. Si au-
 tem oves extraneæ in alicujus parochia ton-
 deantur: idem rector decimam lanæ con-
 servet, donec sibi constiterit alibi fuisse pro
 decima satisfactum.

Et quia inter rectores ecclesiarum &
 suos parochianos, contentiones sæpe oriun-
 tur, eo quod nonnunquam in dubium re-
 vocatur, quid & quantum dari debeat pro
 Concil. General. Tom. XXIV.

decima, quando propter vaccarum vel ovi-
 um paucitatem caseus inde fieri non suffi-
 cit, & similiter propter modicitatem vitu-
 lorum, agnorum, hædorum, pullorum,
 porcellorum, aucarum, vellerum, certa
 decima dari non potest, cum decem capi-
 ta minime inventiantur: nos certam regu-
 lam super his tradere cupientes, cum hoc
 locorum consuetudini relinquere, potius
 esset litium augere materiam, quam aufer-
 re consuetudinem per negotiationem in du-
 bium revocatam: statuimus, quod pro quo-
 libet agno, hædo, & porcello, infra nu-
 merum septenarium, detur pro decima
 unus quadrans. Si vero fuerint septem,
 pro decima detur unus, & in sequenti an-
 no, quod defecit de denario numero, in
 solutione decimæ allocetur, vel pro quoli-
 bet vitulo infra prædictum numerum detur
 obulus. Si vero tot fuerint, pro decima
 detur unus, & sicut in casu priori fiat al-
 locatio. Pro pullo vero detur denarium.
 Si vero fuerint septem aucæ, pro decima
 detur una. Alioquin usque in annum se-
 quentem decimæ solutio differatur. Item
 pro lacte cujuslibet vaccæ, caseo deficien-
 te, detur denarium. Item pro lacte ovis ma-
 tricis, quadrans: pro lacte capræ, obulus.

Ad hæc, quia intelleximus, quod qui-
 dam molendina habentes in minutis parti-
 culis, quasi granorum pugillis; & totiens
 quasi singulis diebus, decimas de molendi-
 nis exsolvent: unde evenit, quod gravi-
 ter in hoc ecclesia læditur, eo quod non
 patiuntur rectores ibi habere cistas ad suas
 decimas colligendas. Nos sane consideran-
 tes, particularem solutionem & exactionem
 non minima habere incommoda: statui-
 mus, quod in Kalendis cujuslibet mensis,
 de decima molendinorum de cetero satis-
 fiat; vel saltem, quod rectores habere ci-
 stas inibi permittantur, in quas decima
 reponatur, quam, cum ipsis placuerit, li-
 bere valeant asportare.

Item quia quidam lac purum pro deci-
 ma lactis, quod consuevit in caseo decimari,
 sicut hætenus est observatum in nostra dice-
 cesi, de consuetudine approbata, ad eccle-
 siam deterunt malitiose; & quod sceler-
 tius est, non inveniuntur ibi qui illud
 recipiat, in contumeliam Dei & ecclesiæ
 coram altari projiciunt. Quidam vero non
 sinunt rectores, decimas libere colligere &
 asportare, sed equos & boves suos, & sub-
 jugatos capiunt, & imparcant, & decimas
 ipsas depascunt propriis animalibus, & alie-
 nis. Quidam decimas suas subtrahunt frau-
 dulenter, vel in odium rectorum deterio-
 rant scienter. Quidam magnates, nedum
 rectores in decimis percipiendis, sed jam
 receptis, fraudare conantes, nonnunquam
 suos tenentes, plerumque alienos, & per-
 minas impediunt & terrores, modo clam,
 modo palam, ne a rectoribus decimas suas
 audeant comparare: ut per hoc rectores,
 emptores minime inveniunt, ipsis magna-
 tibus duntaxat pro villi pretio decimas suas
 vendere compellant, aut alias damnificen-
 tur. Alii sequestrationem, etiam archidia-
 conorum, in decimis interpositam infringere
 non formidant. Alii etiam beneficiis eccle-
 siasticis, absque institutione, per sæcu-
 larem potentiam se intrudentes, vel pro-

f. sceler-
 tatus.

ANNO
CHRISTI
1187.

curantes intrudi, decimas non suas violenter asportant, seu faciunt asportari. Nos, omnes hujusmodi molestatores, complices, & fautores eorum, auctoritate Domini patris omnipotentis, & beati Petri principis apostolorum, patroni nostri, approbatione presentis synodi sacrosanctae, excommunicamus: donec pro commissis satisfactionem praestiterint competentem. Dicitur intrusores (qui quod per iudicis officium petere debeant, invadere praesumpserint) praeter dictam excommunicationis sententiam, quam ipsos incurrere volumus ipso facto, poenis in sacris canonibus, & praecipue in concilio Othoboni, quondam legati in Anglia, contra transgressores editis & statutis, decrevimus subiacere.

LIV. De oblationibus.

Quoniam oblationes fidelium, non solum a constitutionibus sanctorum Patrum, sed a lege Divina sumptere originem, ad quarum praesentationem parochianus quilibet obligatur: statuimus, quod omnis adultus, videlicet quatuordecim annorum, quater in anno, in die natalis Domini, Paschae, festi Sancti loci, & festi Dedicacionis ecclesiae suae parochiae, vel festi Omnium Sanctorum, si talis alicubi vigeat consuetudo, ecclesiam suam parochialem suis oblationibus veneretur: nisi fuerit parochianus alicujus cappellae, a matrice ecclesia dependentis; cui cappellae a suis parochianis similem statuimus impendi honorem. Statuimus insuper, quod obventiones & oblationes, quas fieri contigerit in cappellis, ubi matrix ecclesiae religiosae est appropriata personis, non ipsis religiosis cedant, sed vicariis duntaxat inibi canonicis constitutis.

Quia vero ecclesia Exonii mater est omnium ecclesiarum diocesis, omnibus parochianis nostris, per presbyteros parochiales sollicito praecipimus suaderi: ut in signum debite subjectionis, oblationes suas Pentecostales ad ecclesiam antedictam deferant; vel saltem per suos presbyteros parochiales transmittant. Ut autem ad ipsorum corda cautius & facilius inducantur, ipsis parochianis presbyteris, ut indulgentias benefactoribus ecclesiae concessas, per tres dies ante festum Pentecostes proximos & solemnes, suis parochianis exponant; oblationes, quas fieri contigerit, recipiant, & ipsas secum deferant ad locum ubi processiones Pentecostales conveniant, una cum propriis oblationibus ad quas ex more tenentur, collectori, fide ad haec data, integre restituri.

De statu & regularibus observantiis religiosorum ad praesens aliquid decernere, seu definire, nobis videtur supervacaneum, & onerosum potius, quam fructuosum. Per regulas etenim quas profitentur, insuper sanctorum Patrum decreta, concilii domini Othoboni quondam legati in Anglia constituta provincialia, & correptiones quas facimus circa personas eorum in visitationibus nostris, quasi singulis annis: satis poterunt informari, qualiter in ordine suo & observantia regulari, quilibet debeat conversari.

Quae autem in praesenti synodo sunt salubriter instituta, ab omnibus subditis no-

stris praecipimus observari inviolabiliter: nobis, vel officiali nostro metropolitano, super dubiis, si emerferint, reservata.

LX. De sententiis excommunicationis.

UT autem subditorum nostrorum salutius prospiciamus, ne excommunicationum sententias per ignorantiam incurramus, aliquantulum ipso facto latas: excommunicationum sententias, tam Oxoniensis concilii per dominum Stephanum quondam Cantuarie archiepiscopum, quam in concilio Londoniensi per dominum Othobonum, quondam legatum in Anglia; praesenti synodo duximus interendas.

In Oxoniensi concilio excommunicantur omnes illi, qui malitiose ecclesias suo jure privare praesumunt; aut per malitiam libertates earundem infringere vel perturbare praesumunt, & ad usus proprios retinere.

Item omnes illi, qui pacem & tranquillitatem domini regis & regni injuriose perturbare praesumunt, & qui jura domini regis retinere contendunt.

Item omnes illi, qui scienter & prudenter falsum perhibent testimonium, vel perhibere procurant; vel etiam qui tales testes scienter producant, vel subornant, in causa matrimoniali, ubi scilicet agitur de matrimonio, vel ubi agitur de alicujus exheredatione.

Item advocati omnes, qui in causis matrimonialibus malitiose exceptiones opponunt, vel opponi procurant, nec matrimonia verum & debitum fortiantur effectum, vel contra justitiam causae diutius suspendantur.

Item omnes illi, qui gratia lucri, vel favoris, & odii, vel quacunque aliqua de causa, crimen imponunt alicui, cum infamatus non sit apud bonos & graves, ut sic purgatio ei indicatur, vel alias graviter.

Item omnes illi, qui vacante ecclesia malitiose opponunt vel opponi faciunt patronatus quaestionem: ut sic verum patronum illius ecclesiae illa vice defraudent.

Item omnes illi, qui gratia lucri, odii, vel favoris, contemnunt exequi mandata domini regis contra excommunicatos, ecclesiae mandata contemnentes.

In concilio Londoniensi excommunicantur omnes illi, qui aliquem ad ecclesiam, coemeterium, vel claustrum, confugientem, inde abstrahunt violentem; vel ei victum necessarium prohibent exhiberi; vel qui res alienas in locis praedictis depositas violentem asportaverint, vel asportari fecerint, aut abstractionem, prohibitionem, vel asportationem factam suo nomine, vel a familiaribus suis, ratam habuerint; aut abstrahentibus, prohibentibus, vel asportantibus, publice exhibuerint, vel occulte, auxilium, vel consilium & consensum.

Item omnes illi, qui de domibus, maneriis, vel grangiis, vel aliis locis, ad archiepiscopos, episcopos, vel alias personas ecclesiasticas, vel ad ipsas ecclesias pertinentibus, praeter dominorum voluntatem vel custodum rerum earum, consumere, vel auferre, aut tractare praesumant: nec, donec satisfecerint, absolvantur.

Item omnes illi, qui pro impedimento pacis vel co...tionem litigantium objiciendo, quic-

ANNO
CHRISTI
1187.* Diess, ju
dicandi po
testate, vel
quid simile.

* An. 1133

* An. 1168.

* a Forie
vel ut. H.* a Forie
ut autem ad
haec ipsorum
corda. Hard.

ANNO
CHRISTI
1187.

quicquam receperim, donec restituant sic A
receptum donatori.

Item excommunicati sunt ab archiepiscopo Angliæ, omnes illi qui veniunt aut faciunt contra novam chartam: quæ sententia per sedem apostolicam pluris confirmata est.

Has excommunicationum sententias, sic proinde vulgatas; neron & nostras quas supra criminofos tulimus & rebelles, prima Dominica in Advantu Domini, Dominica in Septuagesima, & Dominica proxima ante festum beati Petri ad vincula, intra Misfarum solemniam, cum major aderit cleri & populi multitudo, candelis accensis, pulsatis campanis, in singulis ecclesiis parochialibus nostræ diocesis, per locorum presbyteros, & per decanum Christianitatis Exonii, in prædicto festo B. Petri cathedralis ecclesiæ Exonii, præcipimus solemniter publicari.

Ne autem per tempus elapsum, statutorum deperat memoria, sed recens omni tempore habeatur: præcipimus, quod in quolibet archidiaconatu, in proximis capitulis ante festum S. Michaelis, & post Pascha celebrandis, synodus singulis annis solemniter publicetur: ecclesiarum rectoribus & vicariis nihilominus præcipientes, ut circa festum S. Michaelis, in ecclesiis suis, sicut prædiximus, ipsam habeant scriptam; & tam ipsi quam ceteri sacerdotes parochiales, totiens quotiens illam respiciant & revolvant, donec quasi corde tenus eam intelligant, & sciant pandendam laicis facilius exponere in vulgari: ut ea quæ de præfenti synodo, pro communi utilitate statuimus, tam prælati, quam subditi, sciant & valeant observare. Quibus ea observantibus salus sit & vita æterna in Christo Jesu Domino nostro per infinita sæcula sæculorum.

Data Exonii xvi. Kal. Maji, feria quarta post Dominicam qua cantatur, Quasi modo geniti, scilicet officium. Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, & consecrationis nostræ septimo.

SUMMULA

S E U

Modus exigendi confessiones pœnitentiasque injungendi, ab eodem reverendo patre Petro episcopo Exoniensi, sacerdotibus suæ diocesis ad observandum impositus in synodo Exoniensi.

OBSERVATIO COLLECTORIS ANGLICANI.

Summulam vocat in proemio, altero post inceptivum E & videtur eadem esse de qua cavet in 20. c. suæ synodi, his verbis: „Præcipimus quod quilibet, cui parochialis ecclesia regimem incumbit, quandam summulam plurimum utilem, immo verius necessariam, a diversis tractatibus extraham sub compendio, (quæ summula sub eisdem verbis incipit) quilibet, & præfentem synodum circa festum S. Michaelis habeant scriptam, & ipsam sane intelligant, ac ea utantur sub pena unius marci, loci archidiacono applicandæ. „Quod si archidiaconus remiserit, &c. Vide synodum præcedentem, cui immediate subjungitur in MS. hæc summula, synodi panas deuo indicens.

Altissimus de terra creavit medicinam. Eccles. 38. Iste est altissimus de quo

canit ecclesia, dicens: tu solus altissimus Jesus Christus: & iste est medicus, de quo in psalmo dicitur: *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum, sano me Domine, &c.* Et si aliqui vulnerati corporaliter, multum desiderant habere medicum, ut dicit Origenes: anima quotiens, totiens vulneratur. Et beatus Ambrosius dicit, quod nullus dolor major, quam hic qui mucrone peccati conscientias vulnerat. Sed dicit aliquis: quomodo poterit hoc esse, quia ego non sentio hujusmodi vulnera? Ad hæc respondet Origenes, & dicit: „Quando volunt medici „incidere aliquos; vel urere, dant eis bibe- „bere aliquid, quod potum facit eos pro- „funde dormire, ita quod amentes fiant, „& sic non sentiunt: „sic & amentes effici- „di propter cupiditates terrenas, quæ nos red- „dunt intentatos, ita quod non sentimus quan- „ta sunt vulnera animæ. Et propter hæc quærendus est Christus, qui est altissimus medicus: quia non est opus valentibus, sed male se habentibus, medico. De isto medico dicit Ambrosius: „Audite me terreni ho- „mines, inveni medicum qui habitat in ca- „lis, & in terris parat medicinam. Nihil po- „test sanare vulnera mea, nisi ille qui... „sentit. „Christus ergo medicus est altissimus, & dat dimissionem in contritione laxati. Nam medicinam in confessione; dicitur C injungit in observatione jejuniorum; balneum præcipit in lacrymarum effusione; phlebotomiam injungit in passionis Christi recordatione. Sed quid est medicina? utique pœnitentia, de qua dicit Augustinus: „Pœnitentia non solum præteritum vulnus curat „jejunio, sed animam ultra a peccato vulnerari non sinit. „Sed aliqui dicunt: Invenimus misericordiam, & in fine pœnitebimus: quia dicit Dominus, nolo mortem peccatoris. Contra dicit Augustinus: „Sic nullus „debet spe misericordiz in suis peccatis diutius remanere, sicut nec debet sibi vulnus „procurare causa curationis futura: quia qui „peccatori veniam promittit, diem crastinum D „non promittit. „

Ex prædictis ergo patet, quod Pater & Filius & Spiritus sanctus, trinus & unus, medicus est: quam Trinitatem offendit peccator per peccatum. Peccatum vero morbus est: pœnitentia est medicina, quæ per tres sui partes, scilicet contritionem & confessionem & satisfactionem, mitigat iram Trinitatis, quam peccando offendit peccator.

Hæc ergo ego Petrus Exoniensis intime considerans, & insufficientiz presbyterorum sacrorum confessiones audientium compatiens, quorum ignorantiam, prohi dolor! sæpissime sum expertus: præfentem summulam eisdem assigno, ut eam sciant ad utilitatem suam E & contentium. Cum autem satisfacere debeat delinquens, non secundum arbitrium proprium, sed potius ad arbitrium ejus contra quem deliquit: misericordius volens agere nobiscum Dominus, sacerdotem potuit inter seipsum & nos, cujus in hoc arbitrium debemus sequi. Quem quidem ad nostram partem potius voluit declinare, tanquam infirmitate circumdatum: & propter hoc scientem compati iis qui ignorant, & ut iste sciat quid nobis injungere debeat. Nos inde omnia debemus confiteri, quia nostras non potest per se conscientias intueri. Et quoniam

ANNO
CHRISTI
1187.

Psalm. 6.

* Deest,
peccat.

ANNO
CHRISTI
1287.

Erod. 10.

Cor. 6.

Erod. 11.

ad transgressionem decem dictorum mandatorum, tota reduci potest criminum multitudo: dicta mandata scire tenentur poenitentes, & poenitentias injungens: & sunt hæc.

Non adorabis deos alienos, &c.

Recurrat igitur poenitens ad primum mandatum, & sollicite videat in seipso, si transgressus fuerit. An scilicet cultum soli Deo debitum, demonis vel aliis creaturis exhibuerit; scilicet faciendo præstigia, id est, recurrendo ad conjurationes, sicut solet fieri pro furto, in gladio, in pelvi, & in nominibus scriptis & inclusis in luto, & impositis in aqua benedicta, & similia: vel recurrendo ad auguria sortiarii, vel si sortiarios pro talibus consulerit, & dæmonibus sacrificaverit, id est, divinationes vel sortilegium fecerit, sicut faciunt quidam miseri pro mulieribus quas amant satue.

Deinde videat, si transgressus fuerit secundum mandatum, *Non assumes nomen Dei in vanum*. Ut, si forte aliquo modo vacillaverit in fide, vel situbaverit. Et debent doceri simplices (quia forte non possunt scire omnia quæ credi debent) quod habeant apud se stabile cor & fixum, scilicet quod credant sicut credit ecclesia: vel si non fecerunt, & opera Christiana faciant: quia secundum Augustinum, non sufficit quod nomen Christi acceperint, si opera Christiana non fecerint. *Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*. Videat etiam si nomen Dei in scriptis sacrosanctis, vel tactis, sicut sæpe fit, aliis, & ibi doceantur mala perjurii: vel si juraverit sine causa, maxime nominando caput vel cetera membra Christi; & hæc ex consuetudine, contra consilium Salomonis, dicentis: *Jurationi non assuescat os tuum*. Videat etiam si transgressus fuerit quod fide data promissit.

Deinde videat si transgressus fuerit tertium mandatum, quod est, *Memento ut dicam sabbati servare*, non faciendo in ea opera servilia: scilicet diebus Dominicis & solemnitatibus Sanctorum: vel peccata, quæ maxime sunt servilia. Tria vero præcedentia mandata, Deo debita sunt: septem sequentia ad proximum referuntur.

Quarto considerandum est, si transgressus fuerit quartum mandatum, quod est: *Honora patrem tuum & matrem tuam*. Quod non solum de patre carnali, sed de spiritali intelligendum est: sive parentibus, hoc est de patre & matre, in ipsos manus injiciendo, sive verbis probrosis, sive operibus injurias eis erogando: vel forte si fuerint pauperes, si non subvenerit eis elemosynis, secundum posse suum rationabile, ut si sint mortui & orationibus egeant, si non fecerit orare pro eis. Non tamen injungat sacerdos Missas a se faciendas, vel a suo socio, qui tale beneficium reddat ei.

Deinde videndum est, quod si transgressus fuerit quintum mandatum, quod est, *Non occides, &c.*

Quæ sequuntur, continent examen in sequentia decalogi præcepta: deinde in septem peccata capitalia; denique in circumstantias Quis, quid, ubi, &c. Quæ quia nihil habent, quod non reperiat in familiaribus confessionis formulis, quæ omnium tenentur manibus: idcirco hic prætermittenda visa sunt.

Quia tamen quædam sunt peccata, pro-

pter quæ debet simplex sacerdos ad papam vel episcopum mittere poenitentem: ea præsertim tractatui utique duximus inferenda: ut auditis talibus mittat sacerdos poenitentem ad episcopum, vel ejus poenitentiarium, ut ipso audito poenitente, discernat utrum ad episcopum absolutio pertineat, vel ad papam debeat ipsum destinare. Sunt autem hi ad papam mittendi, ad absolutionem suscipiendam, scilicet:

Percussores clericorum, vel religiosorum, sive clericorum sive laicorum, dum tamen sunt in collegiis. Item incendiarii qui domos incendunt. Violatores ecclesiarum. Sortilegi, & dæmonibus immolantes: & etiam aliud quam Deum adorantes. Item communicantes scienter & prudenter cum excommunicatis a papa, & etiam ab episcopo. Item falsarii litterarum domini papæ, & etiam procurantes falsitatem ab alio heri, & scienter & prudenter falsis litteris utentes. Item falsi testes. Item supponens partum, id est, faciens alienum, partum suum, ut alii exheredentur. Item partum suum necans, vel per injuriam suffocans. Item tonsores monetæ. Item impediens legem domini Papæ. Item proditor domini sui, vel regni, vel alterius. Item sectans hæreses, id est, hæreticus, scilicet, qui fovet hæreticos. Item simoniacus, scilicet, qui emit vel dat aliquid, ut habeat aliquid spirituale; vel qui vendit spirituale, vel etiam qui procurat aliud dare, ut ipse vel alius habeat aliquod spirituale, scilicet beneficium ecclesiasticum, vel etiam ordines. Item raptores rerum talarum. Item schismaticus, id est, recedens ab ecclesia Romana. Item invadentes possessionem ecclesiasticam. Item adjutores Saracenorum in armis vel aliis prohibitis. Item usurarius. Item judex qui facit statuta contra libertatem ecclesiæ, vel qui favet talibus. Item qui suspensus, Divina celebravit, Item qui enormia contra naturam committunt circa luxuriam.

Et si forte non possit peccator induci, quod hujusmodi episcopo vel ejus poenitentiarium adeat episcopum sacerdos, & exposito ei crimine, recipiat ab eo sacerdos potestatem absolvendi poenitentem. Hi quidem, sicut dictum est, mittendi sunt ad episcopum, ut ipse quos absolvere poterit, absolvat: quos vero absolvere non poterit, ad papam mittat episcopus absolvendos.

Consideratis his interrogationibus, suppleat discretus sacerdos ignorantiam poenitentis, adhibita discretione prædicta in omnibus faciendis. Consideret autem sacerdos absolvere volens poenitentem, si poenitens sit Christianus, & si fidem habeat. Quo invento doceat eum sacerdos articulos fidei, quos ignorat. Deinde doceat eum quod habeat contritionem, & amaram corde, & discretam cum moderatione, ne sit dolor irratiocinabilis, & perseverantem cum proposito te abstinendi, & generalem, scilicet pro omnibus commissis, & hoc præcipue propter Deum. Deinde videat & moneat eum sacerdos, quod habeat oris proprii confessionem veram & nudam, cum omnibus circumstantiis, & integram, quod omnia detegat, & hæc omnia faciat propter Deum. Deinde moneat eum sacerdos, quod voluntarie satisfaciat, occulte pro occultis, & manifeste pro-

ANNO
CHRISTI
1287.

* Forte, ipse H.

* f. conti-
teatur.

ANNO
CHRISTI
1187.* Fidei, at-
tenda. II.

pro manifestis: & quod plenarie satisfaciatur, A
moneat eum sacerdos, ut scilicet satisfactio
omnibus correspondeat peccatis: & hoc totum
sit propter Deum.

In mutationibus antecedit sacerdos, quod
tria sunt genera peccatorum. Quædam sunt
peccata spiritus: ut superbia, ira, invidia,
acedia. Quædam carnis: ut gula, luxuria.
Quædam vero media: ut cupiditas, avaritia.
Contra spiritus peccata, injungenda sunt ma-
xime oratio, humilitas, mansuetudo, & si-
milia. Contra gulam, & luxuriam, & cu-
piditatem, & avaritiam, injungenda sunt fla-
gella corporis, jejunia, disciplinæ, & pere-
grinationes. Contra quidem media, injun-
genda sunt largitas elemosynarum, & exer-
citiū in operibus misericordiarum. Contra pec-
cata quidem carnis, injungenda sunt flagel-
la corporis, jejunia, disciplinæ, & peregrina-
tiones. Fuerunt tamen quidam, qui docu-
erint pro omni peccato, hæc tria esse in-
jungenda: scilicet orationem, elemosynam,
& flagellum corporis, sicut prædicium est,
scilicet in jejuniis & elemosynis, & pere-
grinationibus. Quia, sicut credebant, in om-
ni actu peccatorum habet aliquid de suo tu-
perbia vitæ, cujus medicina spiritualis est
oratio: & hoc est forte genus demonii,
quod non eicitur sine oratione & jejunio.
Aliquid habet de suo concupiscentia oculo-
rum: contra est proprie elemosyna. Habet
aliquid de suo concupiscentia carnis: contra
est flagellum corporis. Nec nos hæc repro-
bamus: dum tamen, secundum quod pec-
catum est magis spirituale, vel carnale, vel
medium, magis injungat sacerdos propriam
medicinam. Et qui elemosynam dare
non poterit corporalem, det saltem spi-
ritualem: scilicet compassionem, cum volun-
tate dandi corporalem, si subesset facultas.
Doccat etiam sacerdos penitentem quorum-
libet spiritualium peccatorum remedia, se-
cundum quod Dominus ei inspiraverit ex
auctoritate scripturarum. Nos enim non de-
cernimus iis ad præsens onerare patientem
tractatum. Et secundum omnes diversita-
tes horum, dicitur esse arbitraria peni-
tentia.

Diligenter sunt hæc observanda: conditio
scilicet penitentis, hoc est, si servus vel li-
ber: & etiam sexus, id est, si est masculus
vel femina: & status, ut si est dives vel
pauper, juvenis vel senex: & ordo, ut si
est clericus, vel laicus. Si vero clericus, cu-
jus ordinis sit. Item complexio consideran-
da est: scilicet, si est sanguineus, vel phleg-
maticus, vel cholericus, vel melancholicus:
& consentientia quidem corporis, id est, si
est æger vel sanus, vel debilis vel potens.
Quæ consideret sacerdos: & secundum
hæc, qualitatem & quantitatem injungendo-
rum sacerdotis moderetur quidem discre-
tio.

Circa ægros hæc observanda sunt a sa-
cerdote, quod si laboret quis in extremis,
vel alia sit gravis ægrotudo: non injungat ei
sacerdos penitentiam, quæ, si sanus fuisset,
fuerit ei injungenda. Quam si voluerint ami-
ci ejus pro ipso suscipere, concedam: non
tamen ipsi, nisi forsitan languens hoc postu-
laverit, crimina languentis exponantur. Si
convalescit, veniat quidem ad ecclesiam,
penitentiam suscepturus, & absolvat eum

* Fidei,
cedat.

sacerdos, monens eum, quod animo prom-
pro Divinæ se subjiciat voluntati, sive in
morte, sive salute animæ suscipienda..... &
de omnibus aliis moneat eum, quæ circa
salutem decrevit esse faciendam. Quid autem
prodesse debeat, si deceaserit, penitentia
quam amici ejus suscipiant faciendam, Dei
relinquatur elementæ. Similiter in casibus,
in quibus mittendi sunt ad episcopum peni-
tentes, in articulo mortis a sacerdote
simplici absolvantur. Injungatur tamen
eis, quod si convalescerint, episcopum a-
deant, impleturi quod vis duxerit injungend-
um.

Sunt autem articuli fidei, quos peniten-
tem debet docere sacerdos, secundum quod
quidam annumerant, subscripti. Quod Deus
unus est in essentia, trinus in personis; scilicet
Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; sine
principio, sine fine: omnia creans ex
nihilo. Et quod filius Dei carnem sumpsit
ex Virgine: de ea natus, manente virgine:
verus Deus & homo: Deus, quia idem filius
Dei; & homo, quia idem filius Virginis.
Crucifixus est, mortuus & sepultus: non ta-
men necessitate, sed sponte, ut nos redime-
ret. Quod idem Deus & homo a morte sur-
rexit, carne glorificata post resurrectionem:
& quod nos omnes resurgemus. Quod idem
Deus & homo Jesus Christus ascendit in cæ-
los in sua humanitate, iterum venturus ju-
dicare mundum. Est autem necessaria fides
sacramentorum, & eorum effectus. Scilicet
quod baptismus mundat ab originali pecca-
to, & ab actuali, ut adultum: sed necessa-
ria est adulto contritio pro actuali. Quod
confirmatio confirmat Spiritum sanctum in
homine baptizato. Quod vera penitentia
delet peccatum actuale, mortale, veniale.
Quod in sacramento altaris est verum cor-
pus & verus sanguis Christi: verus Deus, &
verus homo. Et quod idem sacramentum
confirmat penitentem ne recidat, reconcili-
ando & sustinendo contra actuale pecca-
tum. Quod ordines collati conferunt pote-
statem officiorum & sacramentorum celebra-
ndorum. Quod matrimonium legitime con-
tractum, excludit mortale peccatum in ope-
re generationis virorum & mulierum. Quod
extrema unctio alienat a pœna corporali &
spirituali.

Debet autem sacerdos docere laicum, quod
credat & sciat symbolum, *Credo*, saltem in
lingua materna. Et quod sciat orationem
Dominicam, scilicet *Pater noster*: & saluta-
tionem beatæ Mariæ, scilicet *Ave Maria*.
Moneat etiam ipsum, quod sollicite custo-
diat ne recidat, & quod sæpe revertatur
ad ipsum: saltem ter in anno, sicut in con-
ditionibus synodalibus continetur. Et si for-
tate labatur in peccatum, statim post lapsum
redeat ad sacerdotem, ut instructum peni-
tentem sic absolvat, & in pace dimit-
tat: melius tamen si sciverit, & si ei Do-
minus melius inspiraverit faciendum, sa-
ciat.

Hic tractatus habeatur in singulis, vel
diversis parochialibus, sub pœna unius
marcæ, loci archidiacono solvendæ: vel mi-
nus, vel plus, secundum facultatem sacer-
dotis ignorantis. Quod arbitrio archidiaconi
in periculo animæ suæ committimus: re-
ser-

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
CHRISTI
1587.

servando nobis potestatem puniendi archidia-
conum, si negligens fuerit inventus, qui ad
minus solvat ad opera beati Petri Exonii,
vel episcopo, duas marcas pro qualibet ne-

Agilentia. Quod singuli sacerdotes illum ad-
dicant, & sciant: alioquin cum super hoc
requisiti fuerint, causa, quasi insufficientes
repellitur.

ANNO
CHRISTI
1587.* f. benefi-
cium cau-
sa

C O N C I L I U M R E M E N S E.

Nunc primum prodit ex apographo R. P. Jac. Sirmondi Societ. Jesu.

Concilium provinciale ecclesie Remensis celebratum circa annum Dom. M^oCLXXXVII
a reverendo patre domino Petro Barbet

Universis presentes litteras inspecturis, **B** nostrorum * omnium, necnon procuratorum *
Petrus miseratione Divina Remensis venerabilium fratrum nostrorum Suesionen-
archiepiscopus, Robertus Laudunensis, Tho- sis & Cameracensis episcoporum, de quibus
mas Belvacensis, Guido Noviomensis, Guil- absentia tunc constabat (qui quidem procu-
telmus Ambianensis, Galterus Silvanectensis, ratores ad hoc habebant speciale manda-
Jacobus Motinensis, & Michael Tornacen- tum) multorum abbatum & prelatorum e-
sis, ejusdem permissione, episcopi suffragane- jusdem provincie consensu, & etiam volun-
nei Remensis provincie, salutem in Domi- tate, predictum negotium in curia Roma-
no sempiternam. na, usque ad ipsius totalem expeditionem
statuimus prosequendum, & decernimus au-
thoritate concilii memorati.

* Ad. que
* Corr. quan-
tumcumque

Ad fructificandum in ecclesia Domini, *
ager Dominicus nuncupatur, sensibus nostris
inesse debet illa sollicitudo, ut quicumque
diversa negotia quae nobis incumbunt ex of-
ficii debito, diversimode distrahant mentes
nostras: ad illa tamen praecipue internae confi-
derationis oculos dirigamus, per quae vit-
turi periculum animarum. Cum itaque inter
nos, & viros religiosos fratres Praedicatorum
& Minores, occasione cujusdam concessionis,
a felicitis memorati domino Martino papa
quarto super confessionibus audiendis & in-
jungendis poenitentis sibi factae, gravis esset
orta dissensionis materia, prout universitatem
vestram credimus non latere: pro eo vide-
licet quod iidem fratres dicunt & asserunt,
se intelligere eo modo quod distulde * ob-
viant juri communi, conciliis, & constitu-
tionibus Romanorum pontificum, & inten-
tioni etiam concedentis: ex quibus assertio-
nibus, praesumptionibus*, temerariisque, quod
dolentes referimus, multa scandala & ani-
marum pericula in clero & populo sunt exor-
ta, cum periculo subditorum nostrorum,
eorum sanguis in districto examine de no-
bis manibus requiretur: praesertim cum nos
in suscipiendo curam ipsorum nostras obli-
gaverimus animas pro eisdem. Et licet plu-
res contractus amicabilem cum fratribus ha-
buerimus memoratis, per quos credebamus
vitare scandala & pericula supradicta, & praedi-
ctos fratres amabiliter inducere, ut resi-
piscerent ab inceptis, & quod ipsi non praes-
sumerent pontificale officium usurpare: ipsos
tamen ad id allicere nequeuntes, necesse ha-
buimus super tam arduo & periculoso nego-
tio provinciale concilium convocare, Deo
propitio in eodem negotio salubre remedium
quasururi. Et demum venerabilibus fratribus
nostris suffraganeis praedictis, procuratoribus
capitulorum cathedralium, & aliarum colle-
giatarum ecclesiarum, abbatibus, prioribus
conventualibus non exemptis, & aliis eccle-
siarum praelatis praeterea provincie, qui ad
hoc vocati* fuerunt, vocatis per nos & ar-
chiepiscopum supradictum, Remis ad diem
Lunae in festo B. Michaelis archangeli, ad
jam dictum concilium: ipsique praesentibus
in eodem concilio, deliberato statuimus, &

* Fere, ob-
viant. H.* Corr. praes-
umptionibus

* f. vocati

Et quia causa ipsius prosecutionis necesse
habemus expensas facere, necnon circa sup-
plicationes (contra abusores litterarum apo-
stolicarum, per quas tam clerici quam lai-
ci ejusdem provincie graves jacturas & dama-
na intolerabilia patiuntur, & alia negotia saepe
dictae provincie promovenda) summo ponti-
fici faciendas: In eodem concilio, delibe-
ratione provida statuimus, quod nos praedi-
ctus Remensis archiepiscopus, & unusquisque
episcopus ipsius suffraganeorum, vigesimam
redituum nostrorum omnium anni praesentis
solvere teneamur infra instans pascha, pro
eisdem negotiis prosequendis. Et quia pater-
na dilectio, & devotio filialis, illam insolu-
bilem unionem inter se mutuo vendicant,
quod Pater & filius, quicquid in hujus vel
illius animo geritur, praecordialiter sentiunt
& affectant: nec aliter quam ad semetipsum,
opportunitate temporibus recurrit alter ad al-
terum, cum hoc caritas innuat, & debitum
exigat honestatis: in eodem concilio simili-
ter duximus ordinandum, quod omnes ab-
bates, priores, decani, capitula, parochia-
lium ecclesiarum rectores, non exempti,
Remensis provincie, centesimam redituum
& proventuum suorum anni praedicti, infra
praedictum terminumolvere teneantur, & a-
pud illos deponere, quos in hac parte duxe-
rimus ordinandos. Et nihilo minus quilibet
episcopus in sua dioecesi, exigendi, colligen-
di, & recipiendi dictam centesimam a suis
subditis, necnon compellendi eosdem ad id
E auctoritate concilii, ad solvendum videlicet
praesentem centesimam, habeat potestatem.

Illi vero qui centesimam alias impositam in
toto vel in parte hactenus non solverunt,
ad solvendum eandem, vel quod residuum
fuerit, infra instans festum Purificationis Vir-
ginis gloriose, auctoritate praedicti concilii
compellantur. Et nihilo minus memorati e-
piscopi, eos, postquam plane satisfecerint,
poterunt absolvere, qui pro defectu solutio-
nis dictae centesimae, excommunicationis sen-
tentiam incurrerunt.

In quorum testimonium & munimen, si-
gilla nostra una cum sigillis praedictorum
Sues.

Suessionensis & Cameracensis episcoporum, ad nostræ poterunt sustinere, promittimus nos facturos. Ad quorum evidentiam pleniorum, præsentem litteras, una cum sigillis reverendissimorum patrum suprædictorum, sigillis nostris fecimus sigillari.

Nos autem Suessionensis & Cameracensis episcopi prædicti, præmissis omnibus, prout superius continentur, benignum assensum favorabiliter impertimus, & ea in nostris decretibus, auctore Domino, & quantum vires

Datum & actum anno Dom. MCCXXCVII. in die festo B. Remigii, in capite Octobris.

CONCILIIUM HERBIPOLENSE.

Sub præsidio Joannis legati sedis apostolicæ, in præsentia Rudolphi imperatoris multorumque principum celebratum anno MCCLXXXVII.

TITULI CAPITULORUM. B 42. De his quibus erat indultum quod excommunicari & interdicti non deberent.

1. De honesta vita.
2. De vitandis tabernis ac ludis.
3. De colloquio cum monialibus, vel de inordinato joco.
4. De basiludiis clericorum.
5. De clericis concubinariis, vel manifestis cohabitatoribus.
6. De his qui beneficia per intrusionem accipiunt.
7. De bina celebratione Missarum.
8. De portatione corporis Christi.
9. De alienationibus rerum ecclesiasticarum.
10. De habitibus duas vicarias.
11. De ætate clericorum promovendorum.
12. De præsentatione promoti.
13. De observatione interdicti.
14. De beneficiorum susceptione de manu laicorum.
15. De benedictionibus & sepulturis que fiunt per pactum.
16. De cura cappellarum.
17. De vicariis in ecclesiis parochialibus monasteriorum.
18. De habitu & conversatione monachorum.
19. De vitu & habitu monialium.
20. De occupatoribus & invasoribus rerum ecclesiasticarum.
21. De laicis recipientibus beneficia ecclesiastica.
22. De advocatis ecclesiarum.
23. De usurariis.
24. De lesionibus ecclesiasticarum personarum.
25. De lesionibus nunciorum sedis apostolicæ.
26. De usurpantibus sibi bona ecclesiarum vacantium.
27. De visitatione per episcopos faciendâ, & de confirmatione.
28. De propugnaculis qua fiunt in ecclesiis.
29. De debitis maritorum defunctorum.
30. De spoliatoribus stratarum.
31. De emptione seu venditione bonorum feudaliū ecclesie.
32. De his qui capiunt bona ecclesie vel capituli propter debita singularis persone.
33. De his qui invadunt bona ecclesiarum propter inimicitias advocatorum.
34. De apostolis reprobatis.
35. De laicis qui fabrica ecclesie administrant.
36. De his qui prohibent ne quis coram ecclesiastico iudice conquærat.
37. De falsariis.
38. De observatione interdicti.
39. De conservatoribus monasteriorum.
40. De emergentibus nova passagia.
41. De observatione constitutorum.

Concil. General. Tom. XXIV.

CONSTITUTIONES JOANNIS TUSCULANI episcopi, apostolicæ sedis legati.

PRÆFATIO

Joannes Divina miseratione Tusculanus episcopus, apostolicæ sedis legatus, venerabilibus in Christo patribus universis, archiepiscopis, episcopis, & dilectis sibi in Christo clericis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, præpositis, archipresbyteris, & aliis ecclesiarum prælatis, capitulis, conventibus, & collegiis, Cisterciensibus, Præmonstratensibus, Ciuriacensibus, sancti Benedicti, sancti Augustini, Cartusienensibus, Grandimontensibus, & aliorum ordinum, necnon prioribus hospitalis sancti Joannis Hierosolymitanarum domorum, militia templi beatae Mariae Tantoncorum, ceterisque personis ecclesiasticis regularibus & secularibus, exemptis & non exemptis, & per partes Aïmania, Bobemia, Dacia, & Suecia regna, necnon Moravia, * Marthiani, Polonia, Pomerania, Prussia, Casubia, & Livonia ac Russiæ ducatus constitutis, in perpetuum.

Vox m.
dola. vel
iguota. H.

DEUS deorum Dominus rite ac æquo modo deramine cuncta præordinans, ab æterno ingentes legis voluit esse conditores, ut se homines esse cognoscerent, & proprium sub legis limitibus arbitrium limitarent: in ceterisque propulsatis, in silentiis roboraretur, iustitia vigeret, æquitas & candor magis enitescerent honestatis. Hæc tria, quasi conformia, & status prosperitatem asserentia possessoris, promptis affectanda sunt desideris, summis exequenda vigiliis, & sollicitis studiis acquirenda. Hæc apta sunt & necessaria protinus singulis, maxime personis sublimibus, dignitate præcellentibus, ac in sacris officiis constitutis. Hæc sicut affectu nobis anxio appetimus, sic & ea subditis nostris libentissime propinquamus, ut per æquitatis, iustitiæ, honestatis suæ tramites incedentes, adit eis felicitatis status tranquillitas & plena jucunditas libertatis. Ut igitur de commisso nobis per sacrosanctam matrem Romanam ecclesiam in partibus nostris plenæ legationis officio, & continuis nostris laboribus, quos libenter perferimus, & subditis nostris quietem pacis, & status commoda propinquemus, fructusque percipiant optatos, pro salubri statu clerici, partium, regnorum,

Locus corruptus.

H h & du-

ANNO CHRISTI 1167.
 * deest forte, concilio.
 & ducatum prædictorum, in sacro Heribolenſi concilio, aſſidentibus nobis venerabilibus patribus, Moguntinenſi, Colonienſi, Saltzburgenſi, & Viennenſi, archiepiſcopis, & nonnullis eorum ſuffraganeis, & de ipſorum ac abbatum & prælatorum præſentium* quædam conſtitutiones edidimus per eos in poſterum inviolabiliter obſervandas, quæ a jure ſuadentur, æquitati deſerviunt, & continent honeſtatem: mandantes auctoritate qua fungimur, ut in qualibet, etiam cathedrali, conventuali, ſeu etiam collegiata, ſub noſtro ſigillo penitus habeantur annuatim, prout in conſtitutione noſtra contra uſurarios actus inferius annotata expreſſe legitur, publicandæ. Vos itaque has conſtitutiones devote ſuſcipite, & eas tanquam amatores juſtitie inviolabiliter obſervate.

A diligentibus: perſonis hujusmodi frequentationem clauſtrorum, ſeu monaſteriorum monialium, ac inhoneſtam colloctionem, & ludum noxium cum ipſis monialibus in cameris, vel publice, in hac edictali conſtitutione de cetero prohibemus: & qui contra fecerit, pœna* communionis puniatur per ordinarium

ANNO CHRISTI 1167.

* f. excommunicationis.

IV. De haſtiludio clericorum.

B Haſtiludia & torneamenta, clericis qui ſunt in dignitatibus, perſonatibus, ſeu in ſacris ordinibus conſtituti, hoc edicto perpetuo ſibi noverint interdicta: ita quod nulla perſona eccleſiaſtica in dignitate ſeu perſonatu, & in ſacris ordinibus conſtituta, cum armis vel ſine armis ipſa exerceat. Et ſi contra fecerit, anathematis vinculum eo ipſo incurrat. Abſolutionem tum* eorum epifcopo metropolitano, ac aliis epifcopis reſervamus.

* f. tamen cor.

CAPITULA.

I. De honeſta vita.

In nomine Domini, Amen. Ut Chriſti militia laudibus deputata Divinis, vita, geſtu, moribus, & habitu, a malitia ſecernatur humana: cunctos archiepiſcopos, epifcopos, clericos, abbates, ceteroſque inferiores eccleſiarum prælatos, & perſonas in dignitate ſacri ſacerdotii conſtitutas, quarum cura nobis committitur, auctoritate hortamur in Domino, & paterna ſuadela monemus, ut pie, caſte, munde, ac in ſplendore* vitæ vivere ſtudeant, gravitate qua convenit, tam in habitu, quam in moribus incedentes: & ut dignitate præcellunt, ſic & vitæ præfulgeant honeſtate: præſenti conſtitutione ſtatui-mus in poſterum valitura, ut archiepiſcopi, epifcopi, abbates, in domibus eorum, clauſa, & non nimia longitudine vel brevitate, munda habeant indumenta.

* Bon. Max. habet forte legendum: Virtutum.

V. De clericis concubinariis, vel manifeſtis cobabitatoribus.

Concubinarios clericos, qui retinendo publice concubinas, & famam negligunt, & reverentiam maculant clericalem, more pii patris, non perſonas, ſed perſonarum vitium deteſtantes, eorum ſaluti præſentis conſtitutionis tenore ſic duximus providendum. Et quod ſi publice retinere præſumpſerint concubinas, vel novas focarias acquirere earum loco, ſint ipſo facto beneficiis privati: quæ illi, ad quos collatio pertinet, conferre aliis perſonis idoneis teneantur.

II. De vitandis tabernis ac ludis.

Uſus tabernarum, præterquam in itinere conſtitutis, & ludos taxillorum, omnibus clericis & perſonis eccleſiaſticis, præſertim in prælaturis & ſacris ordinibus conſtitutis, omnino prohibemus: & qui contra fecerint, in publico, vel alibi laicis præſentibus, arbitrio ordinarii puniantur.

VI. De his qui beneficia per intruſionem arripiunt.

Damnandæ ambitionis improbitas ſic aliquorum animos occupat, quod in illam eos temeritatem impellit, ut quod prohibente jure nequeunt, præſumant per intruſionem arripere, ac præſumpta violenter retinere. Volentes igitur competens huic morbo remedium adhibere, hoc edicto perpetuo conſultiffime prohibemus, quod nullus clericulus eccleſiam vel præbendam aliquam, vel beneficium eccleſiaſticum, aut proventus ipſorum, quæ ad eum de jure non pertinent, in alterius præjudicium recipere ac retinere præſumat. Qui contra fecerit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat: nec poſſit ſibi de

III. De colloquio cum monialibus, vel de inordinato joco.

Abuſum quoque ac ſuſpicionem contagii a perſonis eccleſiaſticis, maxime in dignitatibus & ſacris ordinibus conſtitutis, paterna diligentiâ præcidere

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
CHRISTI
1187.

absolutionis beneficio providere, nisi A portare præsumperit, ordinarii arbitrio puniatur.

illi, cui super ecclesia seu beneficio & fructibus eorum hujusmodi injuriam fecit; satisfaciatur competenter. Et nihilo minus si per mentem in occupatione, intrusione, seu violentia hujusmodi, animo steterit indurato, beneficiis, si qua habet in ecclesiis, ipso facto sit privatus; & sit extunc inhabilis ad dignitatem aliquam, seu ecclesiam obtinendam. Et, si laicus fuerit, sententiam excommunicationis incurrat.

VII. De bina celebratione Missarum.

Ad nostrum pervenit auditum, quod nonnulli presbyteri, ignari quantiterioris existat illicite tractare Divina, quæ sicut gloriam digne sumpta, sic & indigne præsumpta pœnam promittunt æternam, in eadem ecclesia nulla necessitate urgente, sed ad solum quæstum, Missam celebrant bis in die. Quod detestantes omnino, sub attestazione tremendi judicii, in quo ab eis, si contrafecerint, requiratur, hac edictali constitutione singulis presbyteris inhibemus, ut nisi unam Missam, aut duas in casibus a jure concessis, in die cantare aut legere cum sacrificii celebratione præsumant, & si secus fecerint, ordinarii arbitrio acriter puniantur.

VIII. De portatione corporis Christi.

Sanctissimum corpus Christi, cujus dignæ venerationi fragilitas humana non sufficit, cum ad infirmos, vel ad mulieres vicinas partui, extra corpus ecclesiæ deportatur, veneratione solita mandamus venerari: videlicet, ut presbyter indutus superpelliceo cum stola circa collum portet; nisi loci distantia, & temporis qualitas secus exposcat; clericus vero præcedens cum campanella & lumine, tintinnando; & obviantes, donec sacerdos transeat, genuflectant, & dicant devote ter ad minus orationem Dominicam cum salutatione B. Virginis gloriosæ. Nos enim tam sacerdoti quam clerico deportantibus, & singulis vere pœnitentibus & confessis genuflectentibus, dummodo, ut dictum est, genuflectant, & orationem Dominicam cum salutatione beatæ Virginis dicant, decem dies pro vitæ qualitate de injuncta sibi pœnitentia, auctoritate quas fungimur, relaxamus. Presbyter vero, qui aliter, tum occulte ipsum

Council. General. Tom. XXIV.

IX. De alienationibus rerum ecclesiasticarum.

Licet alienationes rerum ecclesiasticarum, maxime possessionum, librorum & vasorum, quæ Divinis cultibus sunt deputata, sacri prohibeantur canones: quia tamen, ut nostris insonuit auribus, nonnulli prælati tam sæculares quam religiosi, sicut abbates & abbatissæ, & priores monasteriorum quæ sunt per priores solita gubernari, & alii ecclesiarum rectores, novo alienationis quæsito colore, bona ecclesiarum, quarum gubernatores existunt, fingentes se pro utilitatibus ecclesiarum suarum maximis debitis obligatos, consanguineis eorum, seu personis extraneis, bona alienant hujusmodi ad vitam, vel obligant possidenda, & per hoc, ipsi qui obligantur deficientibus, successores eorum, aut propter potentiam detinentium, aut ecclesiarum inopiam, non audent ea redimere, vel non possunt, & sic pastorum nequitia ecclesiæ propriis bonis defraudantur: nos indemnitati ecclesiarum providere volentes, ac alienationes hujusmodi edicto perpetuo prohibentes, omnino * alienantes in fraudem sine superiorum assensu, & aliter quam in casibus a jure permissis, bona ecclesiarum, quarum curam gerunt, pœna canonis puniantur.

X. De habentibus duas vicarias.

Presbyteris duas communicaturas recipere prohibemus omnino, cum impossibile sit quod sufficienter * possit ecclesiis servire duabus: & qui contra fecerit, prima vicaria ipso facto, & de secunda, quamdiu primam retinuerit, proventibus sit privatus, quos in utilitatem ipsius ecclesiæ decernimus per ordinarium convertendos.

XI. De aetate clericorum promovendorum.

Præfenti perpetuo prohibemus edicto, ne de cetero archiepiscopi, episcopi, abbates & abbatissæ, seu alii ecclesiarum prælati, ad quos parochialium ecclesiarum collatio, seu præsentatio pertinet, parochiales ecclesias personis, quæ vicimum quintum annum non attingunt, conferant; vel eas ad hujusmodi ecclesias

Hhh 2

re-

ANNO
CHRISTI
1177.

representent, vel representatum talem admittant, vel instituant in eisdem. Si contra factum fuerit, premantur pœna illius canonis, *Licet canon. (a) l. lib. 6.*

Adetur: nec absolvi valeat, nisi ecclesie sic obtentas de fructibus percum perceptis plenarie satisfiat.

ANNO
CHRISTI
1177.

XII. De presentatione promoti.

Ecclesiarum quoque patronos, seu illos, qui noscuntur in ecclesiis aliquibus jus patronatus habere, presentis sanctione monemus: ut vacantibus ecclesiis de jure, & de facto, in quibus jus patronatus obtinent, personam idoneam & ætatis legitimæ, diœcesanis, seu illis, ad quos institutio in ipsis ecclesiis pertinet, infra tempus statutum a jure student presentare. Et si per mensem ultra dictum tempus ecclesias ipsas detinere præsumperint, ipso facto excommunicationi subjeant: & ea vice presentatione hujusmodi sint privati. Ac si superior non ecclesiam sic vacantem infra tempus a canone sibi præfixum conferat: a collatione beneficiorum sit per annum ipso facto privatus. Et si laici fuerint, & ordinarium providere volentem ipsi ecclesie impediverint: ipso facto sint sententia excommunicationis innodati.

XIII. De observatione interdicti.

Clericos tam sæculares, quam religioſos etiam, cujuscumque sint ordinis, qui constituti erunt in civitate, villa, seu castro, vel in aliquo loco qui subjeat interdicto, in obsequiis mortuorum seu processionibus non debere cantare, aut publice celebrare, aut campanas ad horas pulsare, presentis constitutionis oraculo volumus declarari, nisi haberent ex privilegio vel indulto*.

* facultatem
forte in ma-
nuscripto
menber: vox
dref.

XIV. De beneficiorum susceptione de manu laicorum.

Nullus de cetero clericus, vel ecclesiastica persona, ecclesiam seu ecclesiasticum beneficium de manu laici, vel alterius ad quem collatio non pertinet, recipiat, seu laicali favore vel potentia sibi existimet retinenda: & qui contra fecerit, nisi in manu diœcesani, vel ejus ad quem ecclesie, vel beneficii collatio, vel institutio pertinet, libere resignaverit, anathematis vinculo inno-

XV. De benedictionibus & sepulturis que sunt per pactum.

Obsecram illorum abominationem presentis constitutionis oraculo detestantes, qui vendere dicuntur benedictiones nubentium, & sepulturas mortuorum, talia de cetero fieri prohibemus omnino: & qui contra fecerit, cum Giezi in die tremendi judicii recipiat portionem. Nec per hoc intendimus, quod laudabiles consuetudines locorum, seu ecclesiarum habeantium cœmeteria, infringi debeant, & quando* possint rectores earundem ecclesiarum hujusmodi recipere licite, si nubentes post benedictionem, & consanguinei vel alii pro defunctis post sepulturam, aliquid offerre voluerint, devotionis intuitu, & etiam pietatis.

* f. quod
non poss.

XVI. De cura cappellarum.

Rectores, qui matrices habent ecclesias, a quibus dependent cappellæ, circa ipsas in tali volumus cura versari, ut in ipsa cappella, quæ subjeat curæ suæ, si facultates suppetant, vicarium idoneum statuunt, qui resideat continue in ecclesia, & deserviat in Divinis, & parochianis spiritualia præbeat alimenta. Quod si fuerint in hoc remissi, vel se reddiderint negligentes, per ordinarios puniantur.

XVII. De vicariis in ecclesiis parochialibus monasteriorum.

Curent etiam & priores, cujuscumque sint ordinis, parochialibus ecclesiis quas obtinent, pleno jure per vicarios idoneos continue facere in Divinis obsequiis deservire, & parochianis ecclesiarum ipsarum spiritualia sollicite ministrare. Alioquin abbas, seu prior, qui parochialem ecclesiam hujusmodi sine rectore per mensem dimiserit a die notitiæ computando, & in ea non curaverit vicarium aut ministrum idoneum ordinare, presentis constitutionis tenore sit extunc ab officio ipso facto suspensus, tamdiu in suspensione hujusmodi permanens, quamdiu eccle-

(*) Est canon 13. Concilii Lugdunen. Admonere autem Binus debuerat, hanc voculam, *lib. 6* additam fuisse potest. Nam anno 1177. nondum erat factus decretalium liber. *Harduinus.*

clesia ipsa sine vicario seu ministratore manebit: & provisio sive ordinatio ecclesie ordinarii arbitrio reservetur.

XVIII. De habitu & conversatione monachorum.

Volumus etiam, quod abbates, priores monasteriorum quae per priores sunt solita gubernari, vestes non habeant, quae in forma vel colore appareant saeculares, ac monachos eorum intra claustra eorum retineant, nec permittant eos sine manifesta, seu iusta ac rationabili causa, frequenter in saeculo cum saecularibus conversari: sed secundum statuta regulae, in qua professi sunt, studeant Domino deservire: & si contra fecerint, per mensem per superiorem ab officio suspendantur.

XIX. De vita & habitu monialium.

Hanc circa monialium curam abbatissas, & priorissas monasteria monialium gubernantes, volumus adhibere cautelam, ut postquam monialis quindecimum annum aetatis exegerit, & post duodecimum aut quindecimum aetatis suae annum probationem in monasterio fecerit, ultra annum professionis velum cogatur recipere, ac sibi capillos juxta scapulas amputare, quae per subtractionem praebendarum & abbatissae studiose arceantur. Item, sine manifesta vel rationabili causa, exitus claustris eiusdem monialibus per eam quae regit monasterium prohibeatur omnino. Ceterum ne praetextu inopiae ipsis detur monialibus occasio malignandi, abbatissa, juxta facultatem & quantitatem reddituum monasterii, eis in victu honeste provideat & amictu, prout regula patitur earumdem. Super quo si dubietas emergerit, per ordinarium loci declaretur; & ipse ordinarius abbatissas contra facientes per administrationis privationem coerceat, vel alias, quo melius eas posse videbitur coerceri.

XX. De occupatoribus & invasoribus rerum ecclesiasticarum.

Dignum arbitantes & contentaneum aequitati, ut quos iugo legis forsitan premimus, ab oppressorum illicitis ausibus defendamus, & consultius constitutione in posterum valitura sanciamus, quod nulla saecularis vel ecclesiastica persona, quantacumque nobilitate aut praeminentia status praefulgeat (Christianissimo domino Romanorum rege semper Augusto, ejusdemque Divina consortis, eorumque filiis dumtaxat exceptis) ecclesias & ecclesiastica bona, jura & jurisdictiones, & vasallos eorum, violenter & auctoritate propria publice usurpare, aut occupando invadere, vel scienter usurpare, aut occupatoribus, invasoribus, & scienter usurpantibus ecclesias & bona praedicta, praestare praesumant quomodolibet, per se, vel per alium aut alios, consilium, auxilium, vel favorem: vel quod si aliquis contra hujusmodi nostrae constitutionis tenorem facere vel venire praesumpserit, & requisitus, infra mensem, ecclesiae laesae, aut praelato ipsius, damnum non emendaverit, ipso facto anathematis vinculo sit innodatus, & terrae ipsius ecclesiastico subjaceant interdicto: ac clerici terrae offensores hujusmodi, sola denunciatione praelati, seu cleri ecclesiae laesae, servent inviolabiliter interdictum: quod si celebrare praesumpserint, quamdiu offensores hujusmodi non emendaverint quod deliquit, ipso facto a Divinis officiis se noverint esse suspensos. Simili modo illos qui possessiones ecclesiasticas titulo pignoris detinent obligatas, a quibus jam receperint ultra sortem, si non restituant praelatis ecclesiarum quarum sunt, infra dictum tempus, volumus hac poena mulctari.

laris vel ecclesiastica persona, quantacumque nobilitate aut praeminentia status praefulgeat (Christianissimo domino Romanorum rege semper Augusto, ejusdemque Divina consortis, eorumque filiis dumtaxat exceptis) ecclesias & ecclesiastica bona, jura & jurisdictiones, & vasallos eorum, violenter & auctoritate propria publice usurpare, aut occupando invadere, vel scienter usurpare, aut occupatoribus, invasoribus, & scienter usurpantibus ecclesias & bona praedicta, praestare praesumant quomodolibet, per se, vel per alium aut alios, consilium, auxilium, vel favorem: vel quod si aliquis contra hujusmodi nostrae constitutionis tenorem facere vel venire praesumpserit, & requisitus, infra mensem, ecclesiae laesae, aut praelato ipsius, damnum non emendaverit, ipso facto anathematis vinculo sit innodatus, & terrae ipsius ecclesiastico subjaceant interdicto: ac clerici terrae offensores hujusmodi, sola denunciatione praelati, seu cleri ecclesiae laesae, servent inviolabiliter interdictum: quod si celebrare praesumpserint, quamdiu offensores hujusmodi non emendaverint quod deliquit, ipso facto a Divinis officiis se noverint esse suspensos. Simili modo illos qui possessiones ecclesiasticas titulo pignoris detinent obligatas, a quibus jam receperint ultra sortem, si non restituant praelatis ecclesiarum quarum sunt, infra dictum tempus, volumus hac poena mulctari.

XXI. De laicis recipientibus beneficia ecclesiastica.

Laicos, quantacumque status dignitate fulgentes, ecclesiastica recipere beneficia, aut occupata tenere, quae debentur militantibus in Divinis, de cetero prohibentes: eos, nisi infra mensem a tempore occupationis, in antea occupata beneficia ipsa dimiserint, ipso facto excommunicationis vinculo volumus esse innodatos.

XXII. De advocatis ecclesiarum.

Nonnulli, qui ecclesiarum se afferunt advocatos, sicut tenentur, non solum ecclesias ipsas ab oppressoribus non defendunt, sed ecclesiarum ipsarum bona violenter diripiunt, ac personas ipsorum multipliciter inquietant. Et si advocatus quatuor pluresve habeat filios, quod est tamen intolerabile,

ANNO
CHRISTI
1177.ANNO
CHRISTI
1177.

bile, omnes se reputant in direptionem bonorum ecclesie advocatos: sic quod per hoc ecclesie, unde sperant auxilium, frequenter sentiunt detrimentum. Quibus volentes salubre remedium adhibere, hac edictali constitutione sancimus, cunctos ecclesiarum advocatos infra nostrae legationis terminos constitutos, cujuscumque sint preeminentie status, eisdem iuribus esse contentos, quae ipsis, seu eorum antecessoribus fuerint concessa semper, quos advocacioni huiusmodi praefecerint: & ecclesias, quarum advocati existunt, defensare studeant, & manutenere pro posse; & solum ille, in quem omnes concordant, aut major pars eorum, habeatur eorum de cetero advocatus. Alioqui si negligentes in defendendo & manutendo personas & iura ipsarum ecclesiarum fuerint vel remissi, huiusmodi advocacionis officio eos privatos esse volumus ipso facto: & si quid ultra debitum ab ipsis ecclesiis auferre, & contra huius nostrae constitutionis tenorem venire praesumpserint, nisi infra mensem ecclesiis ipsis restituerint quod auferunt, vel emendaverint, quod delinquant, excommunicatos esse decernimus: & ad requisitionem personarum ecclesie injuriam passae, excommunicatos mandamus denunciari omni mense.

XXIII. De usurariis.

Usurarios actus Divina & humana lege satis novimus exprobratos: & contra exercentes usuras novissima constitutio Lugdunensis concilii poenas statuit exquisitas, quibus addendum aliquid non videmus. Sed quia novo quaesito senerandi colore, nonnulli sub titulo venditionis exercent usuras, emendo pignus pro quantitate, quae mutuo petitur, & vedendo eodem redemptionis tempore pro quantitate adaucta numero usurarum, huic fraudi sic praevidimus obvian-
dum: quod constitutio sanctae recordationis Gregorii papae decimi contra usurarios edita in concilio Lugdunensi, in singulis cathedralibus & collegiatis ecclesiis, una cum praesentibus constitutionibus nostris publicetur, statim lecto evangelio, semel in anno in quadragesima publice coram populo: & tunc seneratores huiusmodi, & alios qui contra tenorem huiusmodi concilii Lugdunensis exercent usuras, & retinentes eos in domibus propriis, excommunicati nominatim

* an. 1174.
can. 26.

A publice nuncientur. Quod si ecclesiarum praelati, in huiusmodi publicatione, quam per seiplos & alios facere debent, negligentes fuerint vel remissi; & in dicto tempore publicatio ipsa non fiat: eos aeterni mitimus iudicis ultioni. Et si usurarius diem claudit extremum, qui occulte usuras exercuit, & trium aut duorum testium fide dignorum testimonio constiterit exercuisse usuras: nisi pro eo satisfactum fuerit de receptis usuris, nullus ipsum recipiat ad ecclesiasticam sepulturam. Alioqui si contra factum fuerit, praeter poenam latam in Lugdunensi concilio contra tales, volumus ut locus seu ecclesia, in cuius caemeterio de voluntate praelati seu capituli sepulta fuerint corpora talium, ipso facto ecclesiastico subiaceant interdicto, quamdiu eadem corpora per eos non fuerint exhumata.

XXIV. De lesionibus ecclesiasticarum personarum.

Eos qui Dei timore postposito clericos seu ecclesiasticas personas occidunt, vulnerant, mutilant, proficiunt, capiunt, & captas retinere praesumunt, etsi sententiam, quam incurrun-
t, latam a canone non verentur, adjectione huiusmodi poenae volumus coercere: videlicet quod praelati vel rectores ecclesiarum, in quibus captivantes & detinentes ipsi degunt, & captivati clerici capiuntur, & captivi tenentur, ipsos captivantes, & captivos detinentes excommunicatos denuncient publice singulis diebus Dominicis & festivis, nisi, postquam requisiti fuerint, eos infra octo dies dimiserint, & in locis, ubi capti clerici & personae ecclesiasticae tenentur, quamdiu scientes cessent a Divinis, quamdiu in locis ipsis fuerint sic captivi. Quod si contra fecerint, tanquam eorumdem maleficorum participes excommunicatos esse volumus ipso facto: salvo aliis quae contra tales sunt in conciliis provincialibus constituta.

XXV. De lesionibus nunciorum sedis apostolicae.

Si quis in tanti proruperit furoris audaciam, quod nuncios legatorum apostolicae sedis de latere missorum ab ipsa, seu archiepiscoporum aut episcoporum, aut delegatorum, capere vel verberare, ac eos spoliare, seu

ANNO
 CHRISTI
 1127.

ANNO
 CHRISTI
 1127.

seu litteras auferre, aut dilaniare, aut alias eos in iurisdictione eis commissa, per se, vel per alios aut alium, publice vel occulte, vel quomodolibet impedire præsumserit, ipso facto sint excommunicationis sententia innodati. Eamdem pœnam nihilo minus contrahere volumus, qui venientes ad curiam eorundem, & abinde redeuntes eos in personis offenderint, vel eos bonis eorum, quæ secum habuerint, occulte vel publice spoliarint.

XXVI. De usurpantibus sibi bona ecclesiarum vacantium.

Nonnulli afflictis ecclesiis, quæ vacationis laborant incommodo, non verentes afflictionem addere, bona earundem ecclesiarum diripere ac occupare nituntur. Ex quo grave ipsi ecclesiis in rebus earum provenit detrimentum. Nos super hoc vacantibus ecclesiis providere volentes, eos, qui vacantium ecclesiarum, & decedentium clericorum, bona immobilia seu mobilia de cetero usurpabunt, aut usibus propriis deputabunt, excommunicatos esse volumus ipso facto.

XXVII. De visitatione per episcopos facienda, & de confirmatione.

Curent archiepiscopi & episcopi commissas eis provincias omni sollicitudine ab insidiis inimici humani generis, & qui circuit quærens quem devoret, per se vel alios custodire. Et quia ob defectum visitationis multos mares & mulieres quasi sexagenarios invenimus, nondum unctione christi confirmatos: præsentis constitutionis tenore sancimus, ut singuli archiepiscopi, & episcopi, civitates & diœceses suas per se, vel per alium, aut alios, anno quolibet, vel ad minus de biennio in biennium, visitare studeant, confirmando confirmandos, & corrigendo quæ sunt corrigenda.

XXVIII. De propugnaculis quæ sunt in ecclesiis.

Nonnullos, qui guerras habent vel inimicitias cum aliquibus ecclesiis sibi vicinis, campanilia sive domos ipsarum occupare audimus, ac armatis & ædificiis ad pugnandum incastellare, præter prælatorum assensum, & in ultiones contra votum. Et propter hoc inimici eorum incastellatio-

nes & munitiones huiusmodi occupare volentes, ecclesias plerumque occupant & comburunt. Quod omnino prohibere volentes, præsentis constitutionis tenore, omnes, qui de cetero ecclesias, seu domos, & campanilia ecclesiarum occupare, incastellare, aut munire personis armatis, vel quibuslibet ædificiis præsumserint, sub pœna excommunicationis, quam in eos per superiores fieri volumus, hoc edicto perpetuo monemus, ne contra assensum prælatorum audeant ecclesias munitionibus & incastellationibus huiusmodi molestare: & hæredes eorum, si in huiusmodi, paternæ violentiæ participes fuerint, eadem cum parentibus volumus pœna mulctare.

XXIX. De debitis maritorum defunctorum.

Nonnulli, sicut audivimus, pro maritorum seu filiorum debitis uxores seu matres excommunicant ordinaria sulti iurisdictione. Quod juri & æquitati contrarium reputantes, id fieri de cetero prohibemus: nisi mater & uxor succedant in bonis mariti, seu filii, defunctorum.

XXX. De spoliatoribus stratarum.

Spoliatores stratarum, & raptores alios, qui transeuntes per vias aut stratas publicas, viduas, pupillos, & personas alias, eorum bona vi spoliante, eorum violentias, quæ perturbationem desiderandæ pacis inducunt, volentes de cetero coerceri: præter pœnas, quas eis sacratissimæ leges imponunt, tali volumus, nostro feriente correctionis gladio, pœna mulctari, ut tam ipsi, quam receptantes eos scienter, & dantes eis auxilium vel favorem, ipso facto, nodo anathematis sint innodati.

XXXI. De emptione seu venditione bonorum feudalium ecclesie.

Ementes bona feudalium, quæ ad ecclesias seu personas ecclesiasticas ecclesiarum nomine de jure directi domini pertinent, ac vendentes, cum ea sine consensu ecclesiarum & personarum huiusmodi alienari nequeant, ecclesiarum indemnitatibus providendo, tali volumus pœna mulctari: ut ementes & alienantes laici vel clerici, sive sint religiosi, vel clerici seculares, qui sine consensu eorum, qui

ANNO
CHRISTI
1197.

qui super hoc requirendi sunt, hujusmodi bona feudalia emerint vel alienaverint, ipso facto excommunicationi subjaceant, & bona ipsa ecclesiis, ad quas directum dominium pertinet, applicentur.

XXXII. De his qui capiunt bona ecclesia vel capituli, propter debita singularis personæ.

Prohibemus insuper, ut nullus propter debitum, vel fidejussoriatum obligationem, singularis personæ alicujus, vel ecclesiæ, bona ecclesiastica capiat, quæ ad ecclesiam vel capitulum ipsius ecclesiæ communiter pertinent. Et qui contra fecerint, nisi moniti, infra quindenam a die notificationis numerandam restituerint ecclesiæ vel capitulo, ad quos pertinent, excommunicationi subjacere volumus ipso facto.

XXXIII. De his qui invadunt bona ecclesiarum propter inimicitias advocatorum.

Nullus de cetero, qui cum advocatis ecclesiarum guerras habebit, vel inimicitias, bona ecclesiarum, quibus advocati defensores existunt, prætextu guerræ, quam habet cum eis, subripiat, aut ecclesias ipsas, vel villas earum, & loca incendio vel hostilitate devastet, aut homines earum spoliet bonis eorum. Et qui contra fecerint, ipso facto excommunicationem incurrant, nec absolvi valeant, nisi quod deliquerunt, emendent.

XXXIV. De apostolis reprobatis.

Peccatores, seu reprobos apostolos, in eorum reprobata regula remanere vetantes omnino: volumus quod nullus clericus, nulla sæcularis persona, intuitu religionis eorum, ac insolito habitu, eos de cetero recipiat, aut eis alimenta ministret. Et qui contra fecerit, arbitrio sui ordinarii puniatur. Quod & in vagis scholaribus tractandis observari volumus: & quod clericali privilegio coram sæculari iudice nequeant se tueri.

Fieri, qui
bona fabri-
ca. H.

XXXV. De laicis qui fabrica ecclesiæ administrant.

Laicos in nonnullis partibus, prætextu fabricæ ecclesiæ reparandæ, por-

laicos sine consensu prælatorum, seu capitulorum ecclesiarum hujusmodi, ad recipiendum oblationes, seu proventus alias concessos fabricæ, deputatos, præsentis constitutionis tenore, hujusmodi officio ex nunc esse volumus privatos: & alios laicos, vel clericos, sive prælati, seu capituli ecclesiarum reparandarum assensu, prohibemus in posterum ordinari: cum ex privilegio, vel ex longinqua consuetudine approbata, vituperosum existat, ut laici, prælati & capituli ecclesiarum invitati, bona ecclesiæ administrarent. Ideoque qui contra fecerint, ac per ordinarium loci moniti, infra mensem ab hoc officio non cessabunt, eos excommunicatos esse volumus ipso facto.

XXXVI. De his qui prohibent, ne quis coram ecclesiastico iudice conqueratur.

Personas omnes, quacumque dignitate & status præminentia præfulgentes, universitates civitatum & locorum, ac consules eorumdem, qui, ut nullus conqueratur, coram ecclesiastico iudice prohibent, ac statuta condunt contra clerum seu clericos, & ecclesiasticam libertatem: hæc edito perpetuo tali pœna volumus puniri, videlicet, quod personæ talia de cetero committentes modo quolibet, excommunicationis; & universitates interdicti subeant sententias ipso facto.

XXXVII. De falsariis.

Falsarios litterarum, seu bullæ summorum Pontificum, monetarum, aut litterarum, vel sigilli eorum, excommunicantes in scriptis: eos qui scienter receptaverint, aut eis præstiterint, quo minus capiantur, auxilium, consilium vel favorem, publicum vel occultum, præsentis constitutionis tenore ipso facto excommunicationis esse volumus vinculo innodatos.

XXXVIII. De observatione interdicti.

Quotiens ex justa causa episcopus locum aliquem ecclesiastico supposuit interdicto, id observent, & observari faciant alii episcopi vicini: ut inter se compatibles, mutua caritate ad invicem, in tuitionibus ecclesiarum earumque jurium, alter alteri alternis subsidiis suffragetur.

XXXIX.

ANNO
CHRISTI
1197.

Corr. fm

Corr. hoc

E

ANNO
CHRISTI
1187.XXXIX. De conservatoribus monasterio-
rum.

Conservatores, qui personis religio-
sis & monasteriis maxime dari con-
sueverunt, exemptis per summum
Pontificem, aut legatos ejus missos
a latere, sub certa forma, cum ad-
ditione illa, videlicet* attentius pro-
visurus, ut eis & de his, quæ causæ
cognitionem exigunt, & quæ indulta
hujusmodi non attingunt, se nul-
latenus intromittant. Ipse enim sum-
mus Pontifex, si secus præsumptum
fuerit, tam litteras super hoc datas,
quam processus earum auctoritate ha-
bitos, omnino carere juribus, & nul-
lius firmitatis esse docuerint* a tenore
litterarum hujusmodi deviantes per-
sonas, quas illi, quibus conservatores
hujus* conceduntur, convenire vo-
lunt, ad suam citant præsentiam,
quantacumque distantia sint longin-
qui. Quia eosdem conservatores non
posse etiam citatos ad eorum venire
præsentiam non* teneri, processusque
eorum contra citatos tales faciendus
nullius esse momenti, præsentis con-
stitutionis serie declaramus.

XL. De exigentibus nova passagia.

Cum imponentes & exigentes no-
va passagia, vel antiqua seu conces-
sa augmentantes, singulis annis sum-
mus Pontifex in Cœna Domini anat-
hematis vinculo denunciaret subjace-
re: statuímus, ut ordinarii locorum,
per se vel per suos vicarios singulis
annis in Cœna Domini solemniter
coram populo eosdem, sive sint ar-
chiepiscopi, sive episcopi, seu abba-
tes, aut alii inferiores prælati, aut
laici, seu sæculares personæ; quo-
cumque nomine censeantur, pulsatis
campanis, & candelis accensis, ex-
communicatos denuncient, usque ad
integram restitutionem, tanquam ex-
communicatos ab omnibus evitandos.

XLI. De observatione constitutorum.

Has nostras constitutiones in hoc
sacro concilio promulgatas, in singulis
cathedralibus ecclesiis in nostræ le-
gationis termino constitutis, sub si-
gillo nostro haberi volumus & pu-
blicari, prout superius legitur, omni
anno: & ut his nostris constitutioni-
bus adhibeatur in perpetuum plena
fides, eas appensione nostri sigilli fe-
cimus communiri.

Concil. General. Tom. XXIV.

A Actum Herbipoli an. Dom. MCCLXXXVII.
mense Martii, feria tertia post Latere Je-
rusalem, pontificatus domini Honorii Papæ
IV. anno II.

XLII. De his quibus erat indultum quod
excommunicati & interdicti non as-
berent.

Hactenus, sicut & hodie fieri di-
citur, nonnulli tam clerici quam læ-
culares, quibus erat & extitit in-
dultum ex indulgentia summorum
Pontificum, quod interdicti, suspen-
di, vel excommunicari, & quod ter-
ræ ipsorum non possint subijci eccle-
siastico interdicto, hujus privilegio
abutentes, multam nocendi & abu-
tendi assumebant, &, tanquam eis
sit licitum, assumunt audaciam &
materiam delinquendi. Sanctæ re-
cordationis Alexander papa IV. &
Clemens papa IV. volentes super hoc
salubriter providere, quia per hoc
ordinariorum jurisdictio elidebatur,
& condemnabantur a talibus omnia
hujusmodi apostolica indulta, quibus-
cumque personis concessa, in quan-
tum per ea ordinariorum jurisdictio
impeditur, restringitur, vel arctatur,
totaliter revocarunt: ita quod iidem
ordinarii in personis & terris (ipsis
regibus, & reginis, quantum ad re-
gina sua tantum, & regois ipsis, nec
non & regum ipsorum filiis & fra-
tribus, ac eorum uxoribus, & en-
rum filiorum, fratrum & uxorum
terris exceptis) jurisditionem suam,
talibus indultis nequaquam obstanti-
bus, valeant, prout ad eos pertinet,
exercere. Nos itaque præsentis con-
stitutionis oraculo revocationem hu-
jusmodi, prout in eorumdem Ponti-
ficum litteris, quas in Herbipolensi
concilio publice legi fecimus, ple-
nius continetur, volumus inviolabi-
liter observari: & declaramus, eo-
rundem privilegiorum auctoritate or-
dinariorum jurisditionem minime im-
pediri.

NOTA SEVERINI BINII.

E Chronicon Hirsaugense anno 1183. res in hac syno-
dali concilio his verbis: Eodem anno Martinus Papa
IV. legatum de latere misit in Alemanniam episcopum
Tusulanum qui veniens ad Herbipolim in præsentia
Rudolphi regis Romanorum, & multorum principum,
episcoporum, ducum, comitum atque nobilium, concilium
celebravit: ubi inerat alius legatus ipso nomine papæ
contributionem decumi denarii a clero, & rex ab uni-
verso populo imperii, instantissime exigere cœperunt,
multis principibus in eorum sententiam consentientibus.
Sivardus autem archiepiscopus Coloniensis, & Henricus
archiepiscopus Trevirorum, contra insolitam, ac nimis
gravem exactionem se fortiter opposentes, negotium per-
nitus revocarunt. Haec Tribemius in prædicto chronico
Hirsaugensi. Eiusdem concilii meminit Eberhardus in suis
annalibus anno 1180. his verbis: Rodolphus rex apud
Herbipolim, solemnem curiam habuit cum principibus

III Ale-

* f. videlicet
(attentius pro-
visurus ut eis,
&c) de his* Sic ali-
quod men-
dum in MS.
subest. H.
* Corr. hu-
jusmodi.
Nam in MS.
titulis dicitur
sape dicitur
pro hujusmo-
di.* Etiam hic
aliquid men-
dum subest
in MS. H.ANNO
CHRISTI
1187.* Forte, &
contemneba-
tur a tali-
bus, omnia
hujusmodi
&c. H.

ANNO CHRISTI 1187.

Alemannia. Et eodem tempore Joannes Tusculanus episcopus, apostolice sedis legatus, ibidem celebravit concilium: & quod multa onera & graves expensas volebat clero imponere, a quibusdam episcopis adversus eum exiit ad sedem apostolicam appellatum, & propter hoc sua intentio & consilium, desideratum ab eo eventum non habuit: & ipse subito ad propria est reversus. Insuper enim prius alii de morte domini

A papa, Honorii: qui prius dicebatur Jacobus de Sabello, cui successit frater Hieronymus de ordine fratrum Minorum, & vocatus est Nicolaus. *Hec de Herbipolensi concilio Eberhardus. In tempore Tribemini, Sigfridus, & Eberhardus discipuli. Lestionem Eberhardi, quam habet manuscriptus, quamque approbat Sigfridus, secundam putavi.*

ANNO CHRISTI 1187.



AD HERBIPOLENSE CONCILIUM

Anno 1187. habitum,

ADDITIO.

Ex suppl. Mann Tom. 3 pag. 170.

Concilii Herbipolensis actis ea adjunderentur. **C**oncilii Herbipolensis actis ea adjunderentur da censeo quæ Joannes Witoduranus in Chron. ab Eccar. in corpore historico med. ævi to. 1. pag. 1758. vulgato, adnotavit his verbis. *Honorius IV. misit in Theutoniam Legatum Episcopum Cardinalem, qui Rege presente in Herbipoli solemne concilium convocavit, & quartam partem omnium provinciarum a prelatibus omnibus postulavit per annos quatuor. Cunctis ergo Episcopis, & aliis prelatibus tremantibus, & contradicere formi-*

Bantibus surrexit Dominus Probus episcopus Tullensis, frater minor quondam lector Constantiensis, de Turing. oriundus, & stans super baptisterium nobilissimum pro omnibus appellavit, & se confudit, quia de episcopatu contemptibiliter dejectus in pristinum sacrum est reversus.

Ex actis concilii hujus legendis apud Luningium Spicileg. Ecclesiastic. continuat. III. pag. 500. canonem sequentem accipi, qui in actis apud Labbeum non legitur.

CANON.

De Clausuralibus habentibus bona pignoratia.

Abbatess, & Abbatissæ, & priores monasteriorum simili modo illos, qui

Confessiones ecclesiasticas titulo pignoris detinent obligatas, ex quibus jam receperunt ultra sortem, restituant prelatibus ecclesiarum, quarum ecclesiarum sunt.



CONCILIUM MEDIOLANENSE.

In causa disciplinæ ecclesiasticæ habitum, anno Domini MCCLXXXVII.

Constitutiones synodales hoc concilio promulgatas summam recenset Bzovius in analibus his verbis: Mediolani porro eodem anno, auctoritate summi pontificis, Otto archiepiscopus, indicta convocataque synodo provinciali in ecclesia sanctæ Teclæ, presentibus quamplurimis episcopis, abbatibus, & reliquis ex clero, ad duodecimum diem Septembris multa saluberrima constituit.

I. In primis constitutiones summorum pontificum & Friderici olim imperatoris, contra hæreticos latas, inviolabiliter observari, & ex earum præscripto contra fidei catholicæ prævaricatores procedi, mandavit.

II. Abbates, monachos, & reliquos omnes religiosos, ut ex formula S. Benedicti & S. Augustini viverent, admonuit.

III. Ne moniales, quovis prætextu, septa monasteriorum, in quibus reclusæ, egrederentur, edixit.

IV. Aucupium & venationem universo clero, lata excommunicationis sententia, interdixit.

V. Alienandi bona, quæcumque, sive mobilia sive immobilia, ecclesiastici juris fuerint, potestatem omnibus abstulit, neve quis aut vendere, aut oppignerare, aut titulo donationis ea alicui concedere auderet, sub anathematis & nullitatis centura prohibuit.

VI. In detentores ecclesiasticorum bonorum gravissimas penas promulgavit.

VII. Falsi crimine obnoxios, a communione sacramentorum atque fidelium segregavit.

VIII. Legatorum priorum fraudatores cætu Christianorum indignos esse judicavit.

IV. Potestatem ædificandi ecclesias, aut oratoria, penes solos episcopos esse iussit.

X. Rerum sacrarum ex testamento vel codicillis relictam administrationem, penes solos parochos esse voluit; aliaque pro ecclesiastica disciplina ex more prisco, sive revocanda, sive observanda, in eodem concilio sanctissime ordinavit.

SYNODUS MEDIOLANENSIS

Habita anno MCCLXXXVII. Indiæ. 1. sub Othone Archiepiscopo.

Ex Rerum Italic. Script. Tom. 4.

PRÆFATIO LUDOVICI ANTONII MURATORI.

Celebrata est ista Synodus anno 1187. in metropolitana basilica S. Teclæ, interfuertque aut Episcopi, aut Procuratores Episcoporum, & Capitulum Ecclesiarum, quæ tunc Metropolitane Mediolanensi suberant. Eiusdem vero mentionem minime omisit celebris rerum Mediolanensium Scriptor Bernardinus Corrus, qui in Historiis suis ad an. 1187. etiam auctor est, in eo Con-

ANNO
CHRISTI
1287.ANNO
CHRISTI
1287.

Concilio acrem excitatam fuisse animorum contentionem inter Brixientem & Verceilensem Episcopos, quod uterque sibi assereret Iessionis locum ad Archiepiscopi dexteram, itaut Verceilensis interposita prius ad Romanum Pontificem appellatione, inde statim recesserit. Si eidem Corio fides, pridie idus Septembris, die Veneris pramemorati anni convenere Patres, eaque de constitutiones infra edendas promulgaverit. Neque abnuo ego, nisi quod Anno 1287. in diem 12. Septembris minime cecidit sexta feria. Refert etiam Corius aliquot ex Canonibus ibi editis, quorum tamen sensum tutius ex Actis ipsius petere juvat, nam sive ob incuriam Typographorum, aut propter vitiatos Codices, Corius satis expressisse mentem Patrum minime videtur. Scribit ille, constitutum fuisse in ea Synodo: *che nessuno ecclesiastico non andasse nei Monasteri, ne vii tenesse bisedancia, ne prestasse bisedancia sotto pena di scomunicazione.* Ita vero se habet Canon V. *Nulla persona ecclesiastica in domibus Monasterii, vel Ecclesiarum, seu etiam alibi, teneant bisedanciam, nec mutant in bisedancia.* Adhuc apud Mutinentes, immo & apud Thulcos, in usu sunt hæc vocabula *Biseca*, & *Biscazza*, quibus significantur loca publica, quo multi confluunt ad ludendum ludum alearum aut talorum, non voluptatis, sed

questus gratia. Ipse etiam ludus *Biscazza* olim appellabatur. In Statuto Bononiensi lib. v. Rubricæ 47. interdicatur, ne quis ludat ad aliquem ludum taxillorum, seu ad aliquod genus *Biscazzaria taxillorum*. Infra edicatur, ne quis debeat mutare ad ludum, seu occasione ludi *Biscazzaria* in sua domo, vel alio loco. Simili modo in Statuto Regensi lib. 3. cap. 103. vetantur homines ludere ad aliquem ludum taxillorum, & chartarum nec ad aliquem alium ludum *Biscazzaria*, in civitate &c. Deinde additur: *Nulle obligationes, impignationes &c. facte tempore, vel occasione ludi, vel Biscazzaria, vacent &c.* Ex his veram vocabuli significationem habes. Sed iterum audiamus eundem Corium, alterius Canonis sententiam nobis edisserentem: *Che gli Abati, Priori, Monachi, Canonici Regolari, Abbatelli, e Monache non giocassero a dadi, e non andassero a funerale al uno.* Distinguendi hæc erant: ibi enim *Abbatelli* tantum vel *Monachi* ad essequias mortuorum ire prohibentur. Reliqua mitto. Ughellius etiam in Catalogo Archiepiscoporum Mediolanensium Tom. IV. col. 28. Ital. facit. Concilium hoc memoravit, addens, *magnam illam contentionem de ditione que inter Brixianum & Verceilensem Episcopos per id tempus vertitur, ad aequilibrium exactum per ipsos fuisse exactum.*

Acta præfatio varians, & amplior superioris Synodi Provincialis supra dictæ, ab Ottone Vicecomite Archiepiscopi Mediolanensis, ex lat. ex manuscripto codice Bibliothecæ Ambrosianæ, cui synodo accedunt Constitutiones Guisfredi S. Rom. Ecclesiæ Card. Et legati zippoliti.

IN SYNODUM MEDIOLANENSEM.

ANNI MCCLXXXVII.

Præfatio

LUDOVICI ANTONII MURATORII.

NON ad ecclesiasticam tantum eruditionem, sed & ad dignoscendos temporum mores, non parum conducere solent Acta & Decreta Conciliorum: neque enim Cleri tantum disciplinam, sed etiam sæcularium hominum vitam ea occasione componendam præponere sibi consueverunt Patres. Propterea quum olim descripsissem, atque in adversaria mea coniecissem Synodum Provinciale Mediolani habitam ab Ottone Vicecomite Mediolanensi Archiepiscopo, cujus Acta hætenus delituere, oportuim duxi Collectioni huic tandem adjungere, tum ad incrementum publicæ eruditionis, tum etiam ad nobilissimæ Mediolanensis Ecclesiæ decus. Celebrata est illa Synodus Anno 1287. in Metropolitana Basilica Sanctæ Teclæ, interfueruntque aut Episcopi, aut Procuratores Episcoporum, & Capitulum Ecclesiarum, quæ tunc Metropolitæ Mediolanensi suberant. Eiusdem vero mentionem minime omisit celebris rerum Mediolanensium Scriptor Bernardinus Corius, qui in Historiis suis ad Annum 1287. etiam auctor est, in eo Concilio acrem excitatam fuisse animorum contentionem inter Brixientem & Verceilensem Episcopos, quod uterque sibi assereret Iessionis locum ad Archiepiscopi dexteram, ita ut Verceilensis interposita prius ad Romanum Pontificem appellatione, inde statim recesserit. Si eidem Corio fides, pridie idus Septembris die Veneris pramemorati Anni, convenere Patres, eaque die constitutiones infra edendas promulgaverit. Neque abnuo ego, nisi quod Anno 1287. in diem xii. Septembris minime cecidit sexta feria. Refert e-

etiam Corius aliquot ex Canonibus ibi editis, quorum tamen sensum tutius ex Actis ipsis petere juvat; nam sive ob incuriam Typographorum, aut propter vitiatos Codices, Corius satis expressisse mentem Patrum minime videtur. Scribit ille constitutum fuisse in ea Synodo: *che nessuno ecclesiastico non andasse nei Monasteri, ne vii tenesse bisedancia, ne prestasse bisedancia sotto pena di scomunicazione.* Ita vero se habet Canon quintus: *Nulla persona ecclesiastica in domibus Monasterii vel Ecclesiarum, seu etiam alibi, teneant bisedanciam, nec mutant in bisedancia.* Adhuc apud Mutinentes, immo & apud Thulcos in usu sunt hæc vocabula *Biseca* & *Biscazza*, quibus significantur loca publica, quo multi confluunt ad ludendum ludum alearum aut talorum, non voluptatis, sed questus gratia. Ipse etiam ludus *Biscazza* olim appellabatur. In Statuto Bononiensi lib. V. Rub. XLVII. interdicatur ne quis ludat ad aliquem ludum taxillorum, seu ad aliquod genus *Biscazzaria taxillorum*. Infra edicatur ne quis debeat mutare ad ludum, seu occasione ludi *Biscazzaria* in sua domo, vel alio loco. Simili modo in Statuto Regensi lib. III. Cap. CIII. vetantur homines ludere ad aliquem ludum taxillorum, & chartarum, nec ad aliquem alium ludum *Biscazzaria* in civitate &c. Deinde additur: *Nulle obligationes, impignationes &c. facte tempore vel occasione ludi, vel Biscazzaria vacent &c.* Ex his veram vocabuli significationem habes. Sed iterum audiamus eundem Corium, alterius Canonis sententiam nobis edisserentem: *Che gli Abati, Priori, Monachi, Canonici Regolari, Abbatelli, e Monache*

nache, non giocassero a dadi, e non andassero a funerale alcuno. Distinguenda hæc erant; ibi enim Abbatisa tantum vel Moniales, ad exequias mortuorum ire prohibentur. Reliqua mitto. Ughellius etiam in Catalogo Archiepiscoporum Mediolanensium Tom. IV. col. 283. Ital. Sac. Concilium hoc memoravit, addens, magnam illam contentionem de dignatione, qua inter Brixianum, & Vercellensem Episcopos per id tempus vertebat, ad æquilibrium exactissimi Juris ibi fuisse expensam.

Post Mediolanense Concilium in MS. Codice succedebant *Constitutiones Domini Cælestini Legati in Lombardia*: Cur hic titulus appositus fuerit, quum infra Legatus ille Sedis Apostolicæ se *Gusfredum tit. Sancti Mauricii Presbyterum Cardinalem* appellet, divinent alii. Rursum quo Anno hæc ille promulgaverit in conventu Laudensi præsentibus Archiepiscopo, & Episcopis Provinciae Mediolanensis, ignotum profecto mihi fateor. Attamen veri videtur simile, vel paulo ante, vel circiter eundem Annum 1287. Legatum hunc Apostolicum ad In-

subres missum, quum adhuc ibi Manicheorum semina vigentia falcem exposcerent. At de illo nil aliud mihi dicendum succurrit; nisi quod eisdem temporibus floruit *Gusfridus S. R. E. Cardinalis*: sed quum is titulum *Sanctæ Susannæ* præferret, *Gusfridus* autem titulum *Sancti Mauricii*: unum cum altero miscere minime ausim. Ceterum hæc per me olim depromptis fuisse ex Ambrosianæ Bibliothecæ Codice MS., D. 233. in fol.; sed nullius antiquitatis. Ut enim ibi adnotatum fuerat, ille magni nominis vir omniumque proborum laude ac immortalitate dignus Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis, *Federicus Borromæus* senior, ipsius Bibliothecæ parens, exemplum ejusdem Concilii Mediolanensis, & Constitutionum Laudensium impetrarat ab Episcopo Vercellenfi nempe, ut arbitror, ab Augustino Ferrerio, apud quem conjicere fas est adservata fuisse Acta hæc primigenia. Omnia autem digna videntur, quæ in Conciliorum collectiones, ubi hæcenus desiderata sunt, inferantur.

ANNO
CHRISTI
1287.

Incipiunt Capitula, seu Rubricæ Constitutionum Domini Ottonis Archiepiscopi Mediolani.

- I. Quod statuta Romanorum Pontificum observentur.
- II. Quod statuta contra Hereticos observentur.
- III. Quod hæc statuta, & alia observentur.
- IV. Quod Abbat, & Monachi Sancti Benedicti, Priores, Præpositi, ac Canonici Sancti Augustini compellantur per Diocesanos hæc observare.
- V. Quod Clerici, vel Moniales non ludant, nec corebrent, nec teneant biscatiam, vel ibi præsent.
- VI. Quod Clerici non utantur venationibus.
- VII. Quod Clerici contra Laicos non causentur.
- VIII. Quod nullus Secularis detineat personas, vel res ecclesiasticas.
- IX. Quod nullus faciat statutum contra excommunicatos, vel interdictiones.
- X. Quod nullus faciat statuta contra Fidem, vel ecclesiasticam libertatem.
- XI. Quod nullus proponat in concionibus aliquid contra Fidem, vel ecclesiasticam libertatem.
- XII. Quod ecclesiastica persone non præsent causa lucris.
- XIII. Quod nullus invadat, vel usurpet bona ecclesiastica.
- XIV. Quod nullus alienet bona ecclesiastica.
- XV. Quod nullus noviter locum adificans committat circumstantes ad illum locum congregari.
- XVI. Quod nullus celet fraudulenter ecclesiastica Fenda, vel alia bona.
- XVII. Quod nullus teneat modo illicito bona ecclesiastica.
- XVIII. Quod Episcopi in Synodis exponant de perjuriis, & infamibus.
- XIX. Quod nullus falsificet instrumenta, vel litteras.
- XX. Quod Sacerdos Parochialis denunciât Diocelano infra mensem de ordinationibus Defunctorum.
- XXI. Quod nullus detineat legata ad pias causas.
- XXII. Quod Parochialis ecclesia habeat ter-

tiam partem de legationibus ecclesia factis; & quod nullus inducat infirmum sepeliri alibi, quam in sua ecclesia Parochiali.

- XXIII. Quod nullus audiat Confessiones sine licentia.
- XXIV. Quod nullus construat Oratoria sine licentia.
- XXV. Quod nullus audiat ad Confessionem alienos Parochianos, vel recipiat ad Divina.
- XXVI. Quod Humiliati obediant suo Diocesano.
- XXVII. Quod nullus prædicet sine licentia.
- XXVIII. Quod nullus stet excommunicatus per annum.
- XXIX. Quod nullus recipiat ignotos ad Ordines, vel celebrandam Missam, vel conferat Oleum, vel Cbrisma sine litteris commendatitiis.

Otto Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Universis litteras præsentis inspecturis, salutem in Domino Jesu Christo.

Quia hominum malitia prævalente Caritas retrigescit, Fides subtrahitur, attenuatur Ecclesiæ devotio, & libertas Ecclesiastica usurpatur, Nos ad honorem Dei Patris omnipotentis, & B. Mariæ Virginis gloriose, & Sancti Ambrosii Confessoris patroni nostri, & animarum salutem, & subditorum nostrorum ædificationem, & immunitatem Ecclesiæ conservandam, & reprimendam malitiam perverlorum: Præsentibus, & assistentibus nobis in Provinciali Concilio venerabilibus Fratribus, & Suffraganeis nostris Brixienfi, Novariensi, Laudensi, Taurinensi, Cremonensi, Astensi, & Vintimiliensi Episcopis, ac Electo Aquisiensi, Archipresbytero, & Ordinariis Mediolanensis Ecclesiæ; Alcherio Archidiacono Alexandriz, & Magistro Petro Goltifesta Canonico Laudensi Procuratoribus Astensis Episcopi; Vicedomino. Præposito, & Joanne de Ferraria Canonico Ecclesiæ Brixienfi pro Capitulo ejusdem Ecclesiæ; Archidiacono, & Archipresbytero Novariensibus pro Capitulo

ANNO
CHRISTI
1287.

tulo ejusdem Ecclesie; Jacobo Cimiterio, A
& Magistro Petro Gelintesta Canonico Ec-
clesie Laudensis pro Capitulo ejusdem Ec-
clesie; Andriolo de Gavio, & Amadeo Pa-
rie Canonico Ecclesie Terdonensis pro Ca-
pitulo ejusdem Ecclesie Sede vacante; Ma-
gistro Germano Canonico Astensis pro Ca-
pitulo Astensis Ecclesie; Præposito, & Bart-
holomæo Prando Canonico Ecclesie Tauri-
vensis pro Capitulo ejusdem Ecclesie; Ober-
to de Moncalo Canonico Ecclesie Aquen-
sis pro Capitulo ipsius Ecclesie; Præposito
Nantelino de Adelapsis, Pergamino de Nem-
bro, & Robacastello de Nuzo Canonico
Ecclesie Pergamentis pro Capitulo ejusdem
Ecclesie; Archipresbytero, & Guifardo de B
Perico Canonico Ecclesie Cremonæ pro Ca-
pitulo ejusdem Ecclesie; Archidiacono, &
Savino Canonico Ecclesie Ipporegientis pro
Capitulo ejusdem Ecclesie; Archidiacono,
& Guillermo Ruxato Canonico Ecclesie Al-
bensis pro Capitulo ejusdem Ecclesie; Pres-
bytero Anselmo de Castello Canonico Ec-
clesie Sacensis, & Vicario Capituli Sede
Vacante pro Capitulo ejusdem Ecclesie;
Præposito & Presbytero Ottone Canonico
Ecclesie Vintimiliensis pro Capitulo ejusdem
Ecclesie; Præposito, Presbytero Anselmo,
Præposito Sanctæ Mariæ Albinganensis pro
Capitulo ejusdem Ecclesie; Anicherio Ar-
chidiacono, Rufino Archipresbytero, Joan-
ne Melono Canonico Ecclesie Alexandria
pro Capitulo ejusdem Ecclesie; Sancti Con-
stantii, & de Colla Monasteriorum Abbati-
bus infrascriptis; Constitutiones, & Statuta
in hac ecclesia Sanctæ Teclæ Mediolanen-
sis, hoc sacro Concilio approbante, faci-
mus, & solemniter promulgamus, ac pro-
mulgamus, auctoritate, mandato, & privi-
legiis Sedis Apostolicæ, & Legatorum ejus
in omnibus semper salvis.

CAPITULUM I

*Quod statuta Romanorum Pontificum ob-
serventur.*

IN primis monemus, indicimus, ac hor-
tamur, ut Constitutiones, & Statuta
Sanctorum Patrum, Canones, Concilia, &
Decretales Romanorum Pontificum inviola-
biliter observentur.

CAP. II.

Quod statuta contra Hæreticos observentur.

Item monemus, & indicimus, ac horta-
mur, ut Concilia, & statuta a Sanctis Pa-
tribus, & Summis Pontificibus edita, nec-
non leges quondam Federici Imperatoris
promulgatæ contra hæreticam pravitatem,
& pro libertate Ecclesiastica inviolabiliter
observentur.

CAP. III.

*Quod hæc statuta, & alia præcedentia obser-
vantur.*

Item statuimus, quod Prælati, & Cleri-
ci seculares omnes Constitutiones, & ordi-
namenta, editas, & edita tam per Lega-
tos Sedis Apostolicæ, quam per nos, &
Prædecessores nostros, & suffraganeos Me-
diolanensis Ecclesie, & Prædecessores eo-
rum tam super cultu Divino, quam super
vita & honestate Clericorum debeant invio-

CAP. IV.

*Quod Abbates, & Monachi Sancti Benedicti,
Priores, ac Canonici Sancti Augustini
ista observent.*

Item statuimus, quod Abbates, & Mo-
nachi Regulam Sancti Benedicti, Priores,
& Præpositi, ac Canonici Regulares Regu-
lam Beati Augustini inviolabiliter observent,
& per Diocesanos locorum ad prædicta com-
pellantur.

CAP. V.

*Quod Clerici, vel Moniales non ludant vel
corebzant, nec teneant biscatiam, vel
ibi præstant.*

Item statuimus, quod Abbates, Priores,
Præpositi, & Monachi, & Canonici Regu-
lares, necnon Abbatisæ, & Moniales ad
aleas, vel taxillos non ludant, nec core-
hizent.

Abbatisæ, vel Moniales ad exequias mor-
tuorum non vadant. Nulla persona Ecce-
siastica in domibus Monasterii, vel Ecce-
siarum, seu etiam alibi, teneant biscatiam,
nec mutuent in biscaria; & qui contra te-
cerit, sit excommunicatus.

CAP. VI.

Quod Clerici non utantur venationibus.

Item prohibemus Abbatibus, Prioribus,
Monachis, Canonico Regularibus, & Reli-
giosis quibuscumque, ne canes, accipitres,
austures, vel falcones ad venandum habeant,
teneant, vel teneri faciant, nec hujusmodi
venationibus, aut vagationibus urantur. Qui
si monii per Diocesanum proprium se cul-
pabiles exhibuerint in præmissis, auctoritate
hujusmodi Constitutionis ipso facto senten-
tiam excommunicationis incurrant, quam si
per mensem sustinuerint animo indurato,
pœna graviori puniantur.

CAP. VII.

Quod Clerici cum Laicis non causentur.

Item quia nonnulli Seculares Potestatis
gerentes officium, libertatem & immunita-
tem Ecclesiasticam lædere ac imminuere mo-
lientes, tanquam invidi honoris & privile-
gii Ecclesiastici, Ecclesiasticas coram se li-
tigare personas compellunt contra Canoni-
cas sanctiones: Statuimus, quod venientes
Clerici coram eis, quos fore Clericos habi-
tus & Clericalis tonsura demonstrat, alle-
gato privilegio coram ipsis: si Justitarii,
vel seculares compulsioni nihilominus insti-
terint, eo ipso sententiam excommunicatio-
nis incurrant, a qua nullatenus absolvantur,
nisi ab hujusmodi compulsione destiterint,
& de damnis, interesse, & expensis, quæ,
& quas ob hoc sustinuerint, per ipsos Ju-
stitarios, seu Judices Seculares fuerit satis-
factum, eorum processibus, & sententiis ha-
bitis in hujusmodi quætionibus, & prola-
tionibus, nil omnino roboris habituris.

CAP. VIII.

*Quod nullus Secularis detineat personas, vel
res ecclesiasticas.*

Item quum sint aliqui, qui personas Ec-
clesiasticas, & res earum capiunt & inva-
dunt, & personas easdem carceribus, seu
vinculis mancipatas, & res detinent, &
quum a Judicibus Ecclesiasticis admonentur,
quod res & personas Ecclesiasticas reddant
& liberent, ut res & personas easdem pos-
sint impune detinere, diutius malitiose ne-

ANNO
CHRISTI
1287.

ANNO
CHRISTI
1257.

occupasse, & detinere: Quæ eorum quotidianis fraudibus occurrentes, deliberatione provida duximus statuendum, ut siue loci Dominus fuerit, siue Rector, siue quocumque nomine nuncupetur, teneantur jurare, se rem illam, vel personam non detinere, nec detineri facere, nec dolo vel malitia desitisse habere, & nec deliberandi, nec restituendi potestatem habere. Qui si juramentum hoc præstare noluerint, quum eo ipso culpabiles videantur, excommunicationis vinculo sint adstricti.

C A P. IX.

Quod nullus faciat statutum contra excommunicatos, vel interdictos.

Item statuimus & ordinamus, quod quicumque statutum, præceptum, bannum, decretum, seu interdictum fecerint, seu fieri fecerint, aut factum servaverint, aut dederint auxilium, consilium, vel favorem, contra excommunicatos, vel denunciatores sententiarum excommunicationum, vel interdictorum, vel oblationes ipsarum, publicum, vel occultum: denunciarentur excommunicati per totam Provinciam nostram. Postquam denunciationem Diocesanus, si sibi expedire videbitur, cessari faciat a divinis in loco, vel locis, in quo, vel quibus morabuntur, vel ad quæ venerint taliter excommunicati, quamdiu moram fecerint in eisdem; nec absolvantur, donec satisfecerint competenter de damnis & injuriis propter hoc Ecclesiæ & Ecclesiasticis personis illatis.

C A P. X.

Quod nullus faciat statuta contra Fidem, vel Ecclesiasticam libertatem.

Item statuimus, quod omnes illi Rectores, & Potestates, qui de cetero fecerint, seu contulerint aliquid fieri contra Fidem Catholicam, vel Ecclesiasticam libertatem, necnon omnes & singuli, qui super hoc dederint auxilium, consilium, vel favorem publice, vel privatim, sint ipso facto excommunicationis vinculo innodati, & tanquam excommunicati ab omnibus evitentur.

C A P. XI.

Quod nullus proponat in concionibus aliquid contra Fidem, vel Ecclesiasticam libertatem.

Item statuimus, quod nullus in conciliis, vel concionibus alicujus Civitatis, Castri, Burgi, seu Villæ, aut Universitatis, Collegii, seu Societatis, præsumat arengare, proponere, seu alio quocumque modo dare auxilium, consilium, vel favorem super aliquibus factis, vel faciendis, quod redundet in Hæreticorum favorem, ac læsionem Catholicæ Fidei, vel Ecclesiasticæ libertatis. Alioquin excommunicationem incurrant ipso facto, & nihilominus sit notatus tanquam suspectus de hæretica pravitate, & etiam Feudis, & beneficiis, quæ ab Ecclesiis, seu Monasteriis, vel eorum, seu eorum Vassallis detinet, necnon Jurepatronatus, siue Advocatæ, si quid in aliquibus habet Ecclesiis, omnino sit privatus.

C A P. XII.

Quod Ecclesiastica persona non præstent causas lucris.

Item statuimus, ut nullus Prælati, aut Clerici Secularis, vel Religiosi, cujuscumque sit conditionis, præminentia, seu sta-

tus, a quocumque, penes quem deponitur pecuniam, seu ab alio nomine ipsius, per se, vel per alium, emolumentum aliquod ratione ipsius depositi pacificatur habere, siue in specialibus, & expressis verbis, siue generalibus, quibuscumque utantur. Quod si quis hujusmodi nostræ constitutionis violator existerit, volumus & mandamus, quod depositario contra deponentem exceptio competat ad emolumentum hujusmodi non solvendum; & si solverit, actionem habeat contra taliter deponentem ad recipiendum quæ ratione solvit eidem. Qui vero depositum hujusmodi fecerit, vel fieri fecerit, & emolumentum aliquod hujusmodi depositi pacis fuerit habere, vel recipere per se, vel per alium, sententiam excommunicationis incurrat.

C A P. XIII.

Quod nullus invadat, vel usurpet bona Ecclesiastica.

Item statuimus, quod nulla Ecclesiastica, Seculari siue persona, cujuscumque ordinis, status, conditionis, aut dignitatis existat, Ecclesias, Ecclesiarum possessiones, domos, jurisdictiones, vasallos eorum, Feudum, seu bona, & jura quæcumque ad illas spectantia, invadere, occupare, usurpare, aut capere, seu detinere, vel occupatoribus, invasoribus, detentoribus, usurpatoribus, & capientibus, consilium, auxilium, vel favorem publicum, vel occultum per se, vel per alium præstare præsumat. Et si quis Ecclesias, Ecclesiarum possessiones, domos, jurisdictiones, aut vasallos, seu eorum jura, & bona quæcumque ad illas spectantia, invaserint, occupaverint, aut capere, seu detinere præsumperint; Ecclesias ipsas, & ipsarum jura, possessiones, & bona superius nominata infra duos menses a publicatione præsentis constitutionis in Civitate Mediolani, ac in ejus Diocesi, in aliis vero Civitatibus nostræ Provincie, & Diocesibus earumdem, infra similem terminum, ex quo præfens constitutio in eisdem fuerit publicata, libere & absolute dimittat, reddat, & restituat, & relaxet, ut ipsis Ecclesiis per illos, ad quos de jure in eisdem electio, vel collatio, aut præsentatio, seu provisio pertinet, de personis idoneis valeat provideri. Qui vero contra hujusmodi nostræ constitutionis tenorem facere, vel venire præsumperit, si fuerit persona Ecclesiastica, quæ Ecclesiam taliter occupabit, vel occupaverit, seu detinuerit, non solum Ecclesia taliter occupata, vel detenta, verum etiam omnibus beneficiis Ecclesiasticis, quæ infra nostram Provinciam obtinet, eum præfentis Concilii auctoritate privamus. Si vero eadem persona Ecclesiastica non Ecclesiam, sed jura præmissa, vel aliquid præmissorum detinet occupata, & infra præfixum tempus libere & absolute non dimiserit, aut de cetero occupaverit, excommunicationis vinculo sit adstrictus. Quam si spatium duorum mensium tulerit animo indurato, ex nunc omnibus beneficiis, quæ infra nostram Provinciam obtinet, sit privata. Laicus autem si quid tenet, perdat, & excommunicationis vinculo sit adstrictus, a qua, nisi satisfecerit competenter, non valeat absolutionis beneficium obtinere. Quam sententiam si per tres menses tulerit

ANNO
CHRISTI
1257.

nuerit animo indurato; & per Diocesana A
passi injuriam requisitus, infra eundem ter-
minum libere & absolute non restituerit;
vel si dictum detentorem requirere non au-
debit, & post denunciationem factam per
ipsum in loco publico, quo ad dictum in-
vasorem possit dicta denunciatio pervenire,
Ecclesiam vel bona occupata, vel invasa
non restituerit: Terra propria, si quam ha-
bet, seu tenet alibi infra nostram Provin-
ciam, quamdiu invasori obedierit, supposita
sit Ecclesiastico interdicto. Et nisi ante ne-
cessitates ultimas tam persona Ecclesiastica,
quam Secularis sibi de hujusmodi absolutio-
ne providerit, quamvis in mortis articulo
non sit ei, si penituerit, absolutio, vel B
Communio deneganda: tamen Ecclesiastica
careat sepultura, donec Ecclesia occupata,
aut detenta per eum, aut jura, & bona
premissa absolute & libere dimittantur, ac
de fructibus eidem ad mandatum Ordina-
rii, vel ejus Vicarii fuerit satisfactum. Om-
nesque Religiosos, & Clericos Seculares,
qui tales scienter ad Ecclesiasticam sepul-
turam receperint, ab officio & beneficio
per annum decernimus fore suspensos.

C A P. XIV.

Quod nullus alienet bona Ecclesiastica.

Item presenti Constitutione statuimus,
quod nulla persona Ecclesiastica nostrae Pro-
vinciae, possessiones, vel res immobiles, aut C
jura Monasteriorum, Ecclesiarum, & Hos-
pitalium, & aliorum locorum venerabilium,
seu thesaurum, Libros, vel paramenta quo-
cumque titulo distrahat, alienet, vel pigno-
ri obliget sine Diocesani licentia speciali.
Quod si contra factum fuerit, hujusmodi
distractiones, alienationes, vel pignorum ob-
ligationes nullae sint ipso jure, nec per eas
emporibus, vel creditoribus jus aliquod ac-
quiratur. Et nihilominus distrahentes, alien-
antes, vel pignori obligantes, ipso jure
hac praesenti Constitutione, officio, & be-
neficio sint suspensi, quousque per Diocesa-
nam suspensionem hujusmodi contigerit
relaxari. Recipientes vero scienter bona praedi-
cta, vel aliquod praedictorum in pignore,
vel alio modo illicito, ipso facto senten-
tiam excommunicationis incurrant.

C A P. XV.

*Quod nullus noviter locum adificans compellat
circumstantes ibi congregari.*

Item statuimus, & ordinamus, quod si
aliquis Rector, vel alius Dominus tempo-
ralis, seu Civitas, Commune, aut alius lo-
cus Villam, Burgum, vel alium locum de
novo construxerit, aut construere voluerit,
homines alicujus Ecclesiae compellere, vel
compelli facere per se, vel per alium non
praesumat, ut causa habitandi se transfe-
rant ad Villam, vel Burgum, seu locum
construendum, aut construendum de novo.
Prohibentes etiam, ne praedictae personae,
seu loca de possessionibus hominum eccle-
siae, quominus in jurisdictione, & dominio
Ecclesiae remaneant, se modo aliquo intro-
mittant. Qui vero contra praedicta facere
attentabit, si Rector fuerit, vel alius Do-
minus temporalis, ipso facto sententiam ex-
communicationis incurrat; & Terra, si
quam infra nostram Provinciam obtinet,
quamdiu eidem obedierit, sit supposita Ec-
clesiastico interdicto. Civitas autem, Com-

mune, seu locus alius, quae, vel qui cen-
tra nostram Constitutionem facere attentabi-
bit, ipso facto Ecclesiastico subiaceat inter-
dicto: quod interdictionem relaxari non possit,
nisi per Diocesana, in cujus Civitate, vel
Diocesi damnum fuit irrogatum.

C A P. XVI.

*Quod nullus celet fraudulenter ecclesiastica Fe-
uda, vel alia bona.*

De his autem, qui scienter Ecclesiastica
Feuda celant, vel alia bona immobilia ad
Ecclesiam pertinentia, si infra duos menses
a tempore publicationis hujusmodi, eadem
ab Ecclesia recognoscere, & id quod debent
Ecclesiae, & personis Ecclesiasticis facere ju-
re Feudi, vel alio contextu, seu alio justo
modo facere, solvere, seu restituere contra-
dicent: auctoritate praesentis Concilii sen-
tentiam excommunicationis incurrant. Quam
si per annum sustinuerint animo indurato,
ipso facto cadant a jure Feudi, & ab om-
ni alio jure, quo tenebant, & tenuerunt
praedicta bona, & ad Ecclesiam revertantur.
Et hanc nostram constitutionem per singu-
las Parochias singularum Diocesum semel
in anno praecipimus publicari.

C A P. XVII.

*Quod nullus teneat modo illicito bona ecclesia-
stica.*

Item statuimus, quod quicumque habet,
vel tenet modo illicito Cruces, Calices, Pa-
ramenta, & Libros, seu quaecumque alia
bona divino cultui deputata, Ecclesiae, vel
illi, cujus est, infra duos menses a tempo-
re publicationis hujusmodi restituere debeat:
& consignare: & si ignorat cujus Ecclesiae
sint, vel fuerint, aut illam personam, cu-
jus fuerint, Diocesano, vel Capitulo Ca-
thedralis Ecclesiae, si vacaret, consignet.
Alioquin excommunicationis vinculo sit ad-
strictus.

C A P. XVIII.

*Quod Episcopi in Synodis exponant de perjuris,
& infamis.*

Item statuimus, ut singuli Episcopi in
suis Synodis publice exponere non omittant,
quod perjuri, & infames sunt ab omni a-
ctu legitimo repellendi, nec merentur Ec-
clesias regere, & alias poenas, quibus pro-
pter perjurium sunt adstricti. Injungentes
Sacerdotibus Parochialibus, ut & ipsi in suis
Ecclesiis saepius praedicta publicent, ne praet-
extu ignorantiae occasionem habeant per-
jurandi.

C A P. XIX.

*Quod nullus falsificet Instrumenta, vel lit-
teras.*

Item statuimus, ne aliquis Religiosus,
Clericus, seu Laicus contrafaciat, vel con-
traferi faciat, aut falsificet, vel falsificari
faciat litteras nostras, vel Diocesanae provin-
ciarum, seu instrumenta coram nobis, vel
Diocesanae nostrorum aliquo confecta,
vel rogata, vel quibus nos impartimur au-
thoritatem, aut aliquis ex iustifraganeis no-
stris. Et si quis contra fecerit, excommu-
nicationis vinculo sit adstrictus.

C A P. XX.

*Quod Sacerdos Parochialis denunciaret Episcopo
de ordinationibus desuclorum infra
mensem.*

Item statuimus & mandamus, quod qui-
cumque alicujus ultimae voluntatis exequu-
tio.

ANNO
CHRISTII
1177.ANNO
CHRISTII
1177.

tionem susceperit, ante omnia, quæ defun-
ctus ad pias causas, & pro male ablatis
restituendis, & de bonis suis distribuenda,
& reddenda mandaverit, expediat exequutor,
nisi defunctus aliud iusserit faciendum, quo
facto quæ prædiximus exequatur. Circa quod
volumus, quod Parochialis Sacerdos defun-
cti infra mensem a die obitus testatoris, vel
quo eum defunctum cognoverit, per se,
vel per alium Diocesano loci, vel ejus Of-
ficiali, necnon defuncti, & exequutoris
ipsius, denunciât, quid, & quantum pro
prædictis casibus legaverit, referat, & expo-
nat; & tunc Diocesanus, vel Officialis ipsius
eumdem exequutorem compellat secundum
voluntatem defuncti, quæ præmissa sunt, B
adimplere. Sacerdos autem, qui denuncia-
tionem prædictam Diocesano, vel ejus Of-
ficiali faciendam scienter omiserit, excom-
municetur.

C A P. XXI.

Quod nullus detineat legata ad pias causas.

Item statuimus, quod quicumque legata,
seu reliqua ad pias causas detinet occupata,
vel de cetero occupabit, nisi infra mensem
a tempore hujusmodi publicationis restitu-
erit, seu impedierit, quominus distribui pos-
sint secundum voluntatem testatoris, senten-
tiam excommunicationis incurrat.

C A P. XXII.

*Quod Parochialis Ecclesia habeat tertiam par-
tem de legationibus Ecclesie factis, & quod
nullus inducat aliquem sepeliri nisi in sua
Ecclesia Parochiali.*

Item statuimus, ut de cetero Parochialis
Ecclesia tertiam habeat portionem de his,
quæ testator legaverit Ecclesie, ubi elegerit
sepulturam, & de oblationibus faciendis
circa exequias sepulture, nisi in aliquibus
locis ratione compensationis, vel consuetu-
dinis certum aliud observetur. Et quod ali-
quis dolum, vel fraudem non committat
in his, quæ legaverit, vel legare voluerit
aliquis pro anima sua, & de oblationibus,
ut Ecclesia Parochialis defraudetur Canoni-
ca portione. Et non inducat, seu induci fa-
ciat, quod aliquis sepulturam eligat alibi,
quam in Ecclesia sua. Et qui contra fece-
rit, ipso facto sententiam excommunicationis
incurrat.

C A P. XXIII.

*Quod nullus audiat Confessiones sine li-
centia.*

Item statuimus, ne quis Sacerdos Reli-
giolus, seu Secularis, alterius Clerici, vel
Laici (excepto quum mortis articulo immi-
nente Sacerdotem proprium habere non pos-
sit) nisi de licentia Diocesani, vel proprii
Sacerdotis, Confessiones audiat, & pœni-
tentiam injungat, vel absolvat eundem. Et
si quis contra fecerit, excommunicationis
vinculo sit adstrictus.

C A P. XXIV.

*Quod nullus constituat Oratoria sine li-
centia.*

Item statuimus, quod nullus Clericus,
vel Secularis, aut etiam Laicus Oratoria,
Altaria, vel Cappellas, seu Ecclesias in lo-
cis non exemptis sine Diocesano ipsorum
licentia construat, vel construi faciat,
nec in iam constructis, vel construendis di-
vina tenet Officia celebrare. Si vero in lo-
co exempto constructum fuerit Oratorium,

vel Cappella, nullus ibidem celebrans ali-
quem de grege alteri credito recipiat ad di-
vina. Nullus insuper exemptus in locis non
exemptis prædicta faciat, nec in eisdem,
quum ab Ordinario fuerit interdictum, ce-
lebrat, vel faciat celebrari divina. Nec et-
iam in exemptis hoc ipsum exempti faciant,
nisi super his licentiam Sedis Apostolicæ ha-
beant, vel ipsius privilegium speciale, de
quibus licentia, & privilegio infra XV. dies
a tempore præsentis interdicti Diocesano,
vel Officiali ipsius, aut ei, quem ad hoc
deputaverit, hat fides. Qui autem contra
hanc constitutionem faciet, eum in his scri-
ptis excommunicationis vinculo innodamus.

C A P. XXV.

*Quod nullus audiat ad Confessionem alienos
Parochianos, vel recipiat.*

Item quia Humiliati indifferenter officium
prædicationis usurpant, Confessiones audiunt,
injungunt pœnitentias, & absolutiones con-
cedunt, necnon Parochianos alienos reci-
piunt ad divina; hoc duximus statuendum,
quod si super hoc a Sede Apostolica, vel
Legatis ipsius, aliquo privilegio, vel privi-
legiis asserunt, seu credunt se fore munitos,
infra tres menses, postquam præiens conti-
tutio fuerit in Civitate nostra, & Civitati-
bus nostræ Provinciæ publicata, Diocesa-
no, vel ejus Officiali, aut Capitulo Cathedra-
lis Ecclesie, si vacaret, vel ejus Vicario,
de hujusmodi privilegio, seu privilegiis
faciant plenam fidem. Alioquin eos, & eor-
um quemlibet auctoritate præsentis Concilii
admonemus primo, secundo, tertio, ut a
prædictis desistant; quod si prædicta facere,
vel aliquid prædictorum præsumperint, ipsos,
& eorum quemlibet excommunicationis vin-
culo innodamus.

C A P. XXVI.

Quod Humiliati obediant suo Diocesano.

Item statuimus, quod Humiliati suo Diocesa-
no obediant, & quod dodias, fodra, &
collektas una cum alio Clero solvant.

C A P. XXVII.

Quod nullus prædicet sine licentia.

Item quum quidam indifferenter officia
prædicationis usurpare conentur, statuimus,
quod nullus Secularis Clericus, vel Religio-
sus, aut etiam Laicus, cujuscumque ordi-
nis, status, aut scientiæ gloriatur, prædica-
re audeat, vel præsumat, nisi a Sede Apo-
stolica, vel Legatis ipsius super his privile-
gium habuerit speciale, vel a Diocesano
loci hoc sit eidem commissum. Et si quis
contra fecerit, auctoritate præsentis Con-
cilii excommunicationis vinculo sit adstrictus.
Et si quæstuarii fuerint, qui aliqua in præ-
dicationibus hujusmodi lucrati fuerint, vel
acquisierint, licite possit eis auferri, & au-
ferentium fiant. Nolumus tamen, quod Pres-
byteri in Cathedralibus Ecclesiis existentes
hac constitutione ligentur.

C A P. XXVIII.

*Quod nullus fiet excommunicatus per an-
num.*

Item statuimus in præsentem Concilio, & vo-
lumus per totam nostram Provinciam fir-
miter observari, quod si Laicus excecata
& obstinata mente adeo fuerit induratus,
quod excommunicationis sententiam per an-
num sustinerit, nec absolutionem curave-
rit obtinere, Sacerdos, de cujus Parochia ex-

ANNO
CHRISTI
1137.

excommunicatus fuerit, Diocesano loci, vel Capitulo Ecclesie Cathedralis, si vacaret, infra mensem referat per se, vel per nuntium specialem. Et tunc Diocesanus loci Seculari Judici illius excommunicati denunciaret pertinaciam & contemptum. Qui Judex, sub cuius jurisdictione temporali idem excommunicatus exiit; pena pecuniaria illum cogat absolutionis beneficium postulare, & prestare cautionem Ecclesie, si potest, quam casus excommunicationis illius acquirit. Et si Judex ille Secularis in hoc negligens fuerit, vel remissus, ad id Judex Ecclesiasticus per censuram Ecclesiasticam Judicem illum cogat. Si vero excommunicatus praedictus Rector fuerit Civitatis, vel loci, aut ejus Officialis, aut Dominus, sive alio quocumque nomine censeatur, qui non possit per modum praedictum ad absolutionem hujusmodi coerceri, & eandem excommunicationem per annum sustinuerit animo indurato: Terra, vel locus, in quo, vel in qua idem Rector fuerit, vel Officialis, seu quis alius quocumque nomine censeatur, si quam propriam infra nostram Provinciam obtinet, quamdiu eidem excommunicato obedierit, supponatur Ecclesiastico interdito; & nihilominus ipso facto Feudum, si quod ab Ecclesia detinet, perdat, & ad Ecclesiam revertatur. Si vero Clericus excommunicatus adeo mentis obstinatae persistit, quod infra annum non procuraverit se

absolvi, tunc Diocesanus illum beneficiis suis privet, & ad illa beneficia eligantur idonei per eos, ad quos in illis electio, vel praesentatio noscitur pertinere. Qui autem ob hanc causam, vel quamcumque aliam a Diocetano excommunicatus fuerit, vel excommunicationem incurrerit ipso facto, & excommunicatus ingerat temere se divinis, vel quicquam injuria excommunicatori, vel suo Parochiali Presbytero, pro eo quod eum evitet, vel non admiserit ad divina, aut quicumque alteri Clerico, vel laico ob hanc causam dixerit, & intulerit, aut dici, vel fieri mandaverit, excommunicetur iterum; & si ejus protervitas meruerit, praedicta sententia, & sententiae aggraventur.

C A P. XXIX.

Quod nullus recipiat ignotos ad Ordines, vel ad celebrandam Missam, sine litteris commendatitiis.

Item praecipimus in virtute obedientiae, & obtestatione divini Judicii universis & singulis Episcopis nostrae Provinciae, ne alicui Religioso Clerico, vel Seculari dent, vel dari faciant Chrisma, Oleum Sanctum, nec eos recipiant ad Ordines, vel publice ad celebrandum Missam absque litteris commendatitiis Diocesanorum suorum.

Explicunt Constitutiones Domini Ottonis Archiepiscopi Mediolani.

INCIPIUNT CONSTITUTIONES DOMINI

COELESTINI LEGATI IN LOMBARDIA.

OBSERVATIO LUDOVICI ANTONII MURATORII.

Post mox relatum Mediolanense Concilium in Ambrosiana Bibliotheca Codice MS. D. 235. fol. ex quo illud desumptum, succedebant Constitutiones Domini Caesarii Legati in Lombardia. Cur hic titulus appositus fuerit, quum infra Legatus ille sedis Apostolicae se Guifredum III. S. Mauritii presbyterum Cardinalem appelleret, divinitus alii. Rursus quo anno haec ille promulgaverit in conventu Laudensi, praesentibus Archiepiscopo, & Episcopis provinciae Mediolanensis, ignotum profecto mihi fateor. Attamen veri videtur simile, vel paulo ante, vel circiter eundem annum 1137. Legatum huic Apostolicum ad Infubres missum, quum adhuc ibi Manichaeorum temeraria vigentia falcem exposcerent. At de illo nihil aliud mihi dicendum fuerit nisi quod isdem temporibus floruit Guifredus S. R. E. Cardinalis. sed quum is titulum sanctae Sufannae praeferebat, Guifredus autem titulum S. Mauritii, unum cum altero miscere minime ausim.

Venerabili in Christo Patri Dei gratia D. Mediolan. Archiepiscopo Guifredus mileratione divina tituli Sancti Mauritii Presbyter Cardinalis Apostolicae Sedis Legatus salutem in Domino. Destinatus a Summo Pontifice ad Provinciam Lombardiae pro animarum salute conservanda, Ecclesiastica libertate, vita & honestate Clericorum reformanda, & extirpanda haeretica pravitate ad laudem, & honorem nominis Christiani, praesentibus nobis, & venerabilibus Patribus Placentino, Vercellensi, Cremonensi, Pergamensi, Novariensi, Terdonensi, Saonensi, Iporiensi, Laudensi, Taurinensi, & Vigintimiliensi Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis apud Laude ad hoc specialiter convocatis.

CAPITULUM PRIMUM.

De Statutis Civitatum contra Ecclesiasticam libertatem.

Ordinamus, ut omnia Statuta praeperta, & banna, quae per Potestates, seu Rectores, Consuleve Laicorum facta sunt, vel fiunt contra Deum, & Ecclesiasticam libertatem, ac personas Ecclesiasticas, atque contra Statutum, & honorem Ecclesiarum, sint irrita ipso jure. Atque statuendo praecipimus, ut dicti Potestates, atque Rectores ea de Capitalibus suis abdicent; & ea, vel illis similia non scribant ibi, seu scribi permittant; nec utantur eisdem, aut similibus, quantumcumque adstrinxerint se vinculo juramenti, quia juramenta de illis servandis illicita sunt, & ideo non servanda. Quod si secundum ea aliquid subditis suis praeeperint, subditi nullatenus eis obediant, etiam juramento adstricti. Transgressores autem, sive Rectores,

Kkk

sive

ANNO CHRISTI 1177.

ANNO CHRISTI 1177.

sive subditi fuerint, ipso jure vinculum excommunicationis incurrant secundum tenorem generalis Constitutionis felicis recordationis Honorii Papae, & nec eorum filii, vel nepotes de cetero ad Ecclesiasticum beneficium assumantur. Quod si assumti fuerint, illo careant, & assumtores conferendi potestate priventur.

C A P. II.

Quod Statuta contra libertatem Ecclesie non serventur.

Item statuimus, ut quodlibet Commune teneatur ponere in suo Statutario, quod si aliquod Statutum contra praedicta ibi sit, vel ponatur, illud teneatur juramento non servare; & si suspicio sit, ne aliquid contra praedicta in eo contineatur, Librum Statutorum, & Statuta sua ostendant frequenter Episcopo, vel ejus Nuntio, & copiam legendi faciant omni anno, & ad monitionem emendent Episcopi. Quod si non fecerint, postquam per Episcopos admoniti fuerint, poenam excommunicationis incurrant. Item provisiones, quas Civitatum & locorum Rectores recipiunt super eo, quod si pro iniquis Statutis, vel praecipis, quae faciunt, excommunicati fuerint, vel damna incurrerint, omnino serventur indemnes, penitus irritamus, & cassamus, & eas decernimus irritas & inanes, & qui eas receperint, poenam excommunicationis incurrant.

C A P. III.

Quod nullus usurpet bona Ecclesiastica.

Item Potestates, locorumque Rectores non extendant manus ad extirpandam Jurisdictionem in locis, vel terris, seu personis, quae ad Episcopos pertinent, vel etiam ad Ecclesias pleno jure. Et qui contra fecerint, nisi admoniti resipuerint intra decem dies, poenam excommunicationis incurrant.

C A P. IV.

Quod Statuta contra Haereticos observentur.

Statuta quaeque edita in Concilio generali Lateranensi, & leges promulgatas a Frederico Imperatore pro libertate Ecclesie, vel contra haereticam pravitatem, praecipimus inviolabiliter observari.

C A P. V.

Quod nullus fiat excommunicatus per annum.

Item statuimus, quod si aliquis contumaciter Clericus, vel Laicus in excommunicatione perduraverit per annum, quod Potestas ad requisitionem Episcopi ipsum bannire teneatur banno maleficii.

C A P. VI.

Quod Conventuales communiter vivant.

De vita & honestate Clericorum statuimus, ut in omnibus Conventualibus Ecclesiis, nisi magna necessitate coacti ab Episcopo approbata hoc non possint, vivant Clerici in communi. Alioquin tertia pars reddituum sequestretur ad minus, dividenda singulis diebus inter eos tantum, qui interfuerint Divinis Officiis, & pro hospitibus recipientis, & elemosynis largiendis. Ad hoc per Episcopos censura Ecclesiastica compellantur.

C A P. VII.

Quod quilibet Hebdomadarius faciat suam septimanam.

Suam septimanam Hebdomadarius per se, vel per alium facere teneatur. Alioquin

A per mensem beneficio sit suspensus, salvo consuetudinibus eorum, qui sunt in personatibus, & illorum, qui sunt Episcoporum, vel Ecclesie servitio occupati.

C A P. VIII.

De Clericis concubinariis.

Clerici concubinariis foeminas suas infra octo dies post admonitionem abjiciant, & eas a cohabitatione abjurent, nec filios secum teneant; & qui contra fecerit, sententiam excommunicationis incurrat; quam si contemserint, ipso jure priventur beneficio.

C A P. IX.

Quod Statuta de honestate Clericorum observentur.

B Et praecipimus Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, ut constitutiones editas super vita & honestate Clericorum servent, & faciant in suis Ecclesiis inviolabiliter observari.

C A P. X.

Quod Clerici intendant circa ornatum Ecclesie.

Monachi Sancti Benedicti, & Canonici Regulares Regulam Sancti Augustini observent, & suas institutiones per Ecclesiam approbatas. Circa ornamentum Ecclesie intendant; tam in his, quam circa Altaria exerceantur, quam in aliis.

C A P. XI.

De custodia & reverentia Corporis Christi.

C Corpus autem Domini cum omni custodia si reservari contigerit, in purissimo loco reponatur, & in elevatione campanae pulsentur. Et si per Civitatem portetur, vel Villam, portans cum stola ad collum incedat, & portet honeste. Et qui contra fecerit, tribus diebus Veneris in pane & in aqua jejunet.

C A P. XII.

Quod nullus teneat duo beneficia.

Item statuimus & ordinamus, quod nullus de cetero in eadem Civitate, vel Plebe, seu Plebanatu, nisi Cappellae sint teneas in redditibus, vel annexae Plebi, duo beneficia obtineat; & si qui habuerint, eligant quod maluerint infra mensem. Qui si retinere praesumerint, noverint se vinculo excommunicationis adstrictos.

C A P. XIII.

Quod promulgata in Lateranensi Concilio observentur.

De Ecclesiis Parochialibus, & dignitatibus Ecclesiasticis districte praecipimus ab Episcopis, & aliis Praelatis, & subditis observari, quae in Lateranensi & generali Concilio statutuntur.

C A P. XIV.

Quod res Ecclesiastica non possint alienari.

E Praelati quoque, & Ministri Ecclesiarum juramento adstringantur per Episcopum, vel suum majorem Praelatum, thesaurum Ecclesie, vel res immobiles, absque licentia Episcopi, vel sui superioris alienare non posse.

C A P. XV.

Quales debeant eligi in Sacerdotibus.

Item statuimus, quod non possit eligi aliquis, vel institui in loco, vel beneficio Sacerdotis, nisi sit Sacerdos, vel talis, qui in proximo velit & possit fieri Sacerdos, vel nisi aliquis ex Clericis ipsius Ecclesie sit, qui velit, & possit fieri Sacerdos. Et si aliter factum fuerit, ex nunc cassamus; & con-

ANNO CHRISTI 1187.

& contrafacientes pœnam suspensionis incur-
ant; quam si contempserint, excommuni-
centur. Si autem Ecclesia ita tenuis sit in
facultatibus, quod ibi non possit esse Sacer-
dos, & hoc sit in provisione Episcopi: ille,
qui percepit proventus Ecclesie ipsius, tan-
tum teneatur dare vicino Sacerdoti, ut con-
gruis temporibus ibi deserviat. Alioquin
privetur beneficio. Prælati Ecclesiarum cog-
nantur ad Sacerdotium, & si inobedientes
faciunt suspendantur. Quod si contem-
pserint, excommunicentur.

C A-P. XVI.

De Usurariis quomodo sepeliantur.

De Usurariis statuimus, quod nisi ad pe-
nitentiam venientes steterint mandatis Ec-
clesie de usuris restituendis, in Cimiterio
non sepeliantur. Et si forte sepulti fuerint,
quousque ibi remanserint, in Ecclesia non
celebretur. Et si possent commode inveniri
ibi, a quibus usuras habuerunt, stipulentur
sibi restitutionem fieri. Alioquin Presbyter
recipiat cautionem, & penitentes hæredes
damnet de restitutione facienda, & inde te-
neantur sacramento.

C A-P. XVII.

Qui debeat absolovere excommunicatos.

Et volumus, nisi ubi specialiter prohibe-
tur, per Episcopos posse absolvi excommuni-
catos, & interdictos.

C A-P. XVIII.

Quod nullus recipiat Usurarios ad sepulturam.

Interdicimus autem Templariis, & Ho-
spitalariis, & aliis exemptis, ne publicos
Usurarios ad Ecclesiasticas sepulturas admit-
tant, nec interdictos, vel excommunicatos
ad Divina Officia, vel sepulturas, nec Pa-
rochianos alienos ad Sacramenta. Et si a-
moniti per Episcopum contra prædicta veni-
re præsumpserint, pœnam suspensionis in-
currant, salvo privilegio ipsorum, quibus
exhibitis legitime se defendant.

Ideoque caritati vestre in virtute obedi-
entia, qua fungimur auctoritate, districte præ-
cipiendo mandamus, quatenus prædicta om-
nia solemniter publicantes, eadem & vos
ipsi observetis, & faciatis inviolabiliter ob-
servari, ita quod in novissimo districti ex-
aminis die coram tremendo Judice, qui red-
dit unicuique secundum opera sua, dignam
possitis reddere rationem. Datum Laude
XII. Kal. Junii.

ANNO CHRISTI 1187.

AD CONSTITUTIONES DOMINI COELESTINI

Legati in Lombardia

Anno 1287. edita.

ADNOTATIO CRITICA

An. 1287.
Ex miss. ad
Royal. ad-
net. ad an.
1287.
Mansi sup.
tom. 1. p.
131.

C oncilio Mediolanensi Muratorius atte-
xit constitutiones *Gaufridi tituli S.
Mauritii* presbyteri cardinalis A. S. L. quas
Legatus ille edidit in Leudensi concilio at-
tendentibus episcopis provincie Longobardie
undecim. His constitutionibus titulum nunc
offendit in veteri cod. præfixum vir doctis-
simus: *Incipiunt constitutiones domini Coelesti-
ni legati in Longobardia*. Ambigua hæc &
obscura arbitratur Muratorius, neque enim
coherere inter se existimat titulum hunc
cum nomine Legati, qui in præfatione har-
um constitutionum exprimitur. In titulo
enim est *Coelestinus*, in præfatione vero *Gau-
fridus*. Suspiciatur tamen deberi hæc Gau-
frido Bardo qui per hos annos Romana pur-
pura fulgebat, absumptusque fuit morbo,
qui Romæ sævit post funus Honorii IV.
Sed virum doctissimum falli mihi plane ex-
ploratum est; Guifredus seu Gaufridus iste

D. A. S. L. per Insubriam idem est *Guifredus
tituli S. Marci* legatione per Insubriam a
Gregorio IX. donatus. Idem vero anno
1237. vel circiter ad episcopatum Sabinen-
sem promotus, dein sub nomine Coelestini
IV. Romanam cathedram ascendit; hinc
natus titulus: *Constitutiones domini Calisti-
ni*. Mendum tamen irrepit in titulum car-
dinalitium Guifredi, neque enim presbyte-
rum cardinalem *tituli S. Mauritii* agebat;
nullus enim fuit S. Mauritii titulus cardin-
alitus; sed potius cardinalis erat tituli S.
Marci; cum tamen, pro more ejus ætatis,
tituli hujus nomen prima tantum littera in-
dicaretur, imperitus amanuensis legendum
censuit S. *Mauritii* pro S. *Marci*. Concilium
igitur hoc Laudense non anno qui
dem 1287. sed forte anno 1227. celebra-
tum fuit.

S T A T U T A S Y N O D A L I A

JOHANNIS EPISCOPI LEODIENSIS.

ANNO MCCLXXXVII. edita.

Ex duobus codicibus MSS. uno insignis monasterii Parci prope Lovanium. altero Colbertino.

Johannes, Dei gratia, Leodiensis epi-
scopus universis abbatibus, abbatissis,
prioribus, priorissis, præpositis, archi-
diaconis, decanis, conventibus, capitulis
Concil. Genera. Tom. XXIV. Kkk 2 eccle.

Ex Marte
Theol. Anec.
tom. 4. p.
129.

ANNO
CHRISTI
1107.

ecclesiarum salutem in Domino sempiter-

nam. A præcedentibus nostris Leodiensibus episcopis temporibus retroactis ad conservandum & gubernandum libertatem ecclesiarum, & ecclesiasticarum personarum, jus & regimen civitatis & diocesis Leodiensis, & ad reprimendam malitiam perverforum, multas provisiones & constitutiones synodales emanarunt: quia tamen postmodum, crescente hominum malitia, nunquam in eodem permanentium, & continue novas malitias novatque rebelliones adinventientium, & contra ecclesiam Dei & iustitiam malignantium, ipsæ ecclesie & ecclesiasticæ personæ civitatis & diocesis Leodiensis propter ipsorum malitiam perverforum adhuc nimium perturbantur; nos auctoritate pontificali dictis malitiis obviare, & ipsi libertati ecclesiasticæ & ecclesiasticarum personarum civitatis & diocesis nostræ Leodiensis providere, in quantum poterimus, cupientes, hac generali synodo de consensu & voluntate capituli nostræ majoris ecclesiæ Leodiensis, constitutiones synodales nostrorum prædecessorum una cum nostris constitutionibus, quas in præsentī synodo statuimus, ipsas antecessorum nostrorum constitutiones synodales, quas in ipsa compilatione nostra redigimus, resecatis aliis superfluis, approbamus & ratificamus, & una cum nostris constitutionibus præcipimus inviolabiliter observari.

I. De synodo.

I.

Districte igitur, prout nostri antecessores statuerunt, præcipimus & mandamus decanis, & sacerdotibus, & aliis qui ipsi synodo interesse tenentur, ut jejuni & cum magna devotione intrent synodum, nec aliquis afferat in synodo causas vel negotia impertinentia ad synodum. & omnes personæ quæ tenentur interesse synodo, veniant ad synodum audituri salubria mandata synodalia; & decani induti albis & stolis, presbyteri autem cum superpellicis intrent synodum, nisi detineantur infirmitate gravi vel inevitabili necessitate, & si qui venire nequeant, mittant ad synodum cum litteris suis patentibus, causam infirmitatis vel necessitatis suæ expresse continentibus suo sigillo vel alio authentico sigillatis, per quas se obligent ad statuta synodalia observanda, cappellanum vel clericum, vel alium idoneum habentem per ipsas litteras potestatem dictam absentem excusandi, & canonicum impedimentum in animam ipsius, si necesse fuerit, jurandi & mandata synodi ad dominum suum referendi.

II.

Item, præcipimus, quod ipsi decani, presbyteri & alii qui dictæ synodo interesse tenentur, cundo, redeundo & moram faciendo, in loco synodi honesta habeant hospitia, & honestam societatem, & non recedant a synodo sine nostra licentia: & ipsi decani antequam recedant, habeant omnes constitutiones præsentis synodi scriptas, & eas legant & intelligant, & si super aliqui-

requirant ea per nos vel officialem nostrum exponi, antequam recedant a synodo.

II. De baptismo.

I.

Baptismus honorabiliter & caute celebretur cum aperta distinctione verborum & forma verborum in quo consistit salus baptizandi.

II.

Ille qui baptizat, quando immergit in aqua baptizandum, dicat hæc verba nihil addendo, subtrahendo, vel mutando, puerum nominando *Petre*, vel *Johannes*: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Et ut caveatur periculum baptizandi, non mergatur caput pueri in aqua, sed sacerdos super verticem pueri ter infundat aquam cum pelvi vel alio mundo vase & honesto, tenens puerum nihilominus una manu discrete.

III.

Item, juxta fontem instituat piscina apta, ubi laventur manus eorum qui tenentur puerum, & super piscinam illam ponatur cooperculum.

IV.

Item, doceant presbyteri frequenter viros & mulieres formam & verba baptizandi in propria lingua, quibus valeant in necessitate baptizare, etiam parentes, si alius defuerit, & postmodum referatur ad sacerdotem, qui diligenter interroget quid baptizator fecerit, aut quid dixerit, & si inveniat omnia rite facta vel dicta, faciat puerum ea quæ solent fieri post immersionem. Si vero invenerit vel dubitarit, puerum non esse rite baptizatum, baptizet puerum sub hac forma: *Petre, si tu es baptizatus, ego te non baptizo; sed si tu non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*.

V.

Item, doceant presbyteri quod si pater vel mater infantem suum in necessitate baptizaverint, non propter hoc dimittant, quin ut conjuges se habeant ut ante.

VI.

Item, si caput infantis nascentis appareat extra, vel membrum aliud principalius, & timeatur de morte infantis, antequam perfecte nascatur, infundat qui affuerit, aquam super caput nascentis dicens: *Infans, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Si autem pervenerit virus ad ortum legitimum, de novo baptizetur sub his verbis: *Non te baptizo; sed si non fuisti baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*.

VII.

Item, si mulier mortua fuerit in partu, non negentur ei aliqua jura christianitatis, sed in ecclesia deferatur, & in cœmeterio tumuletur, nisi aliud obliterit, quia penam non debemus ei convertere in culpam: & si certum sit quod parturiens mortua fuerit, teneatur os ejus apertum, & cum magna cautela uterus ejus aperiat, ut infans vivus, si possit, educatur & baptizetur. Si autem mortuus reperitur, extra cœmeterium sepeliatur vel tumuletur.

ANNO
CHRISTI
1107.

ANNO
CHRISTI
1197.

VIII. Ad levandum puerum de sacro fonte duo vel tres ad plus admittantur: & si puer sit masculus, una mulier & duo viri intersint. Si sit foemina, unus vir & duae mulieres, & pater nullatenus admittatur.

IX. Parentes & patrini filios doceant orationem dominicam, scilicet *Pater noster* & symbolum apostolorum, scilicet *Credo in Deum* & salutationem B. Mariz, id est *Ave Maria*, & exhortentur eos saepe pie & iuste vivere.

X. Item, fontes sub cooperculo competenti & sub sera custodiantur propter immunditias & sortilegia.

XI. Item, renovetur aqua fontium singulis annis in Pascha & Pentecoste, & saepius si necesse fuerit, & tunc saepius diligenter inspiciatur, si indigeat renovari: & si indigeat, tunc exclusis laicis & clausis olliis renovetur, & amoveatur vetus aqua, & fontes bene mundificentur, & nova aqua imponatur & benedicatur & chrismetur; sed antequam nova aqua apponatur, fontes diligenter mundificentur propter reverentiam sacramenti.

XII. Chrisma, oleum sanctum, & oleum infirmorum in ampullis metallinis vel cristallinis sub clave & sera custodiantur, & desuper diligenter obturentur. Si autem oportuerit chrismati vel oleo sancto aliud oleum apponi, caute & diligenter admisceatur oleum appositum cum chrismate & oleo sancto, & hoc cum virgula.

XIII. Excommunicamus omnes illos & illas, qui vel quae de sacramento altaris, vel de altari, vel in ipso altari vel de chrismate, aut de alio sacramento seu sacramentis aliis sortilegia faciunt seu fieri procurant.

III. De confirmatione.

I. Moneant presbyteri parentes baptizandorum nondum confirmatorum, ut eos adducant ad episcopum, qui solus potest confirmare. Adducant septennos pueros vel minoris aetatis, quibus abscondantur capilli contra frontem dependentes, & frontes diligenter laventur, & habeant fasciolas sive bandella de spissa tela non tenui peplo, quae sint sine sutura & sine nodo intermedio, quae habeant latitudinem trium digitorum & longitudinem duorum pedum & dimidii, & sint munda & alba.

II. Offerantur autem pueri episcopo ab eis qui curam eorum habeant, qui melius noverunt quod non sunt vel fuerunt confirmati. Et moneantur parentes, quod confirmatos pueros tertia die adducant ad ecclesiam, ut presbyter lavet frontes eorum, & comburat bandella, & aquam lotionis cum cinere bandellorum faciat in sacram piscinam reponi. Adulti autem si sint vel doli capaces, vel duodecim annorum & amplius, prius confiteantur suis presbyteris, quam confirmentur. Diligenter autem doceantur a

A presbyteris omnes confirmandi, quod se, ut dictum est, praeparant ante diem praeparationis, & quod nullus audeat se ingerere ad confirmandum, qui alias fuerit confirmatus. Parentes autem jam confirmatorum parvulos, saepe reducant eos ad memoriam quando, & a quo, & ubi fuerunt confirmati.

III.

Doceant autem sacerdotes quod episcopus in confirmatione confirmandorum nomina potest mutare.

IV.

Nullus etiam ad primam tonsuram vel ad minores ordines audeat accedere, qui non prius fuerit confirmatus.

V.

Moneantur confirmandi, ut ita tempestive veniant ad confirmationem, ut primae orationi intersint, expectent usque ad ultimam quae fuerit supra confirmatos.

VI.

Item, praecipimus sacerdotibus, quod in suis ecclesiis publice & pluries denuncient suis parochianis, quod in confirmatione sicut in baptismo contrahitur compaternitas, quae non solum impediatur matrimonium contrahendum, sed dirimit jam contractum.

IV. De confessione & poenitentia.

I.

Item, sacerdotes doceant vel moneant subditos ac etiam eis in poenitentiam injungant, ut saepe veniant ad confessionem, priusquam veniant diligenter scrutentur corda sua, peccata sua apud se rememorent sollicito cum dolore, & simplici vultu veniant ad confessionem quasi ad Dei iudicium. Sacerdotes autem, ut Dei ministri circa confessionem audiendam & poenitentiam injungendam maximam habeant diligentiam.

II.

Ad audiendas confessiones communem & apertum locum in ecclesia sibi eligant sacerdotes, ut communiter ab omnibus videri possint, & in locis abditis & obscuris non audiant confessiones, non extra ecclesiam, nisi ex magna necessitate vel infirmitate.

III.

Item, praecipimus quod sacerdotes non sedeant ad confessionem ante solis ortum, nec post solis occasum, nisi ex magna necessitate.

IV.

Item, praecipimus districte quod sedendo ad confessionem presbyteri habeant vultum humilem, oculos ad terram, nec faciem respiciant contentis, & maxime mulieris.

V.

Item, presbyteri in superpellicio vel cappa rotunda confessiones audiant, & cum stola superposita ad confessionem sedeant.

VI.

Sacerdotes etiam moneant subditos suos, ut humili habitu & gestu, oculis in terram defixis confiteantur. Mulieres cooperto capite & collo, submissa facie confiteantur.

VII.

ANNO
CHRISTI
1197.

ANNO
CHRISTI
1187.

VII. Sacerdotes mulierem quæ sola sit in ecclesia non audiant confessionem, sed in aspectu honestæ societatis.

VIII. Præcipimus sub pœna excommunicationis presbyteris, ne audiant confessiones mulierum cum quibus peccaverint, de peccatis quæ perpetraverunt cum eis: nec etiam confesos & fautores peccati sui vel mediatores audiant, sed mittant eos ad honestos confessores, nisi necessitas, ex casu hoc præcedente, exegerit.

IX. Item, præcipimus quod sacerdotes mansueti audiant confitentem, & de consuetis peccatis interrogent sigillatim: de inusitatis autem non nominatim, sed per talia verba inquirent, ex quibus confitens, si reus est peccati, possit intelligere quid dicatur, ut intelligens confiteatur: si autem reus non est, de illo non tentetur.

X. Item, sacerdotes moneant confitentes, ut integre & distincte confiteantur omnia peccata mortalia, & circumstantias quæ aggravant peccatum, ut sacer ordo, sacer locus, in peccato luxuriæ, & circumstantiæ quæ aggravant peccatum, notantur in hoc versu:

Quis, quid, ubi, quotiens, per quos, cur, quemodo, quando,

Venialia autem summam sufficit confiteri.

XI. Item, sacerdotes referent episcopo majora peccata, ut puta, homicidia, sacrilegia, incendia, peccata contra naturam, concubitus personarum conventualium in sacris ordinibus constitutarum, incestus, videlicet cum consanguinea vel affini, vel cum ea quæ votum castitatis emisit, injectionem manuum in parentes, oppressiones parvulorum, negligentia pereuntium in igne; vel in aqua natos amittentium, veneficia, perjuria solemnia, fidei fractiones, votorum transgressores, simoniam, adulteria manifesta, hæreses, apostasiam, maleficia, eorumque malefici, aut conjuges ne possint coire, vel qui procurant sterilitatem mulierum, vel qui procurant abortum, falsarios, qui litteram, sigillum, vel monetam falsant. In his autem mittant presbyteri ad episcopum absolvendos, nec absolvant eos, nisi de nostra speciali licentia, vel nisi in articulo mortis.

XII. Licentiam concessam a nobis seu auctoritate nostra quibuscumque sive religiosis, sive aliis absolvendi a prædictis peccatis revocamus.

XIII. Intendimus etiam nos de prædictis peccatis salubriter disponere, & religiosis & alijs personis idoneis super hoc committere vices nostras, declarantes autem quod illi quibus duxerimus committendum, potestatem non habeant alijs personis idem committendi.

XIV. In dubiis autem confessor consulat episcopum vel ejus vices gerentem, vel alios sapientes, quorum consilio penitentem absolvat vel remittat ad alium.

XV. Audita confessione, semper confessor interroget confitentem, si velit se abstinere ab omni peccato mortali: quod si confessus non dixerit, cum presbyter non absolvat, nec injungat ei penitentiam, ne inde confidat, sed eum moneat, & sollicitè hortetur, ut interim faciat quidquid boni poterit, ut Deus cor ejus illustret ad penitentiam, & consulat ei modum vivendi, per quem facilius abstinere possit a peccato mortali.

XVI. Injungant sacerdotes penitentias secundum quantitatem delicti sive peccati & possibilitatem confitentis, scilicet pro peccatis carnalibus magnas injungant penitentias corporales, sicut jejunium, disciplinam & hujusmodi. Item, pro spiritualibus spirituales, ut orationes etiam & meditationes suis peccatis contrarias.

XVII. Præcipimus statuendo quod quando aliquis recognoverit vel confessus fuerit presbyteris quod peccaverit in assumptione rei alienæ, vel damno alii illato per furtum, rapinam, usuram, fraudem, inventionem, injustam vexationem, falsam restitutionem, & aliquos modos, pro eo injungant sacerdotes restitutionem fieri eis quos prædictis modis damnificaverunt; vel si decesserint, eorum hæredibus. Quod si non inveniatur hæredes, fabricæ ecclesiæ nostræ Leodiensis restituendo applicent. Et concedimus quod restitutio talium possit fieri dictæ fabricæ ecclesiæ nostræ S. Lamberti. Qui vero restituendi facultatem non habent, promittant se restituros prædictis modis cum facultatem habuerint, aliter non absolvantur.

XVIII. Item, declaramus quod nomine restitutionis restituentes ecclesias, cappellanas, vel cœnobias instituere non possunt, vel elemosynas, vel legata, vel testamenta facere auctoritate propria, sed restituenda dictæ fabricæ applicentur, vel alias de nostra licentia ordinetur. Sed prius unde possit heri restitutio assignetur.

XIX. Et quia nonnulli falso asserunt, quod privilegia habent a sede apostolica, quod restitutiones talium bonorum ipsis fieri possint, præcipimus omnibus rectoribus ecclesiarum, quod nisi ipsi religiosi vel alii ostendant talia privilegia ipsis rectoribus, ipsi rectores non permittant ipsis fieri tales restitutiones, & eas ipsis fieri inhibeant sub pœna excommunicationis: & denuncient suis subditis, quod non liberantur, si talibus religiosis vel alijs non habentibus super hoc privilegium injusta restituant. Et nos excommunicamus & excommunicatos denunciamus omnes illos qui dixerint se habere privilegium, quod restitutiones tales ipsis fieri possint, cum non habeant privilegium, & nihilominus recipiunt restitutiones tales.

XX. Item, in confessione caveant sacerdotes, ut si confitentes nomina eorum intimaverint cum quibus peccaverunt, secretum teneant sicut confitentes peccatum.

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
CHRISTI
1177.

XXI.

Item, nullus sacerdos ira, vel odio, vel etiam metu mortis in aliquo audeat confessionem confitentis sibi signo vel verbo generaliter vel specialiter aliquatenus revelare. Omnes enim sacerdotes contrarium facientes excommunicamus & excommunicatos denunciavimus.

XXII.

Sacerdotes missas quas poenitentibus injunxerint vel injunxerunt, non celebrent, neque tricenarium, neque annuale, neque collationem cum alio sacerdote faciant de missis celebrandis, ut sibi mutuo pro missis celebrandis suos parochianos transmittant.

XXIII.

Item, presbyteri suos parochianos moneant frequenter, ut a festo Purificationis omnes ab xiv. annis & supra veniant ad confessionem ante dominicam in Ramis palmarum, & qui in hoc negligentes fuerint per octavam Pasche a carnibus abstineant & jejunabunt sicut in quadragesima, nisi necessitate fuerint exculati, nec propter hoc ipsis confessio denegetur.

XXIV.

Item, statuimus quod presbyteri inhi-beant parochianis suis ne quis rem furtivam vel furti susceptam vel suspectam emat: quod si emerit, sciat se ad restituendum teneri.

XXV.

Item, inhibemus statuendo sacerdotibus & aliis confessoribus, ne a confitentibus nomina illorum, cum quibus peccaverunt, inquirent, vel circumstantias per quas possint nomina eorum designari: quod si fecerint, ab officio audiendi confessiones noverrint se ipso facto suspensos, & sacerdotes primo inhibeant confitentibus, ne illorum nomina cum quibus peccaverunt expriment, nisi forte constentur se deliquisse cum patre spirituali aut carnali, aut in alio casu, sine quo non potest plene confiteri, & tunc confitentes non dicant nomen proprium illius cum quo peccaverunt, sed in genere dicant peccavi cum sacerdote, clerico, monacho, & similibus.

XXVI.

Item, presbyteri attendant quod si parochiani eorum non veniant semel in anno ad confessionem, nomina eorum referri debent ad episcopum vel officialem in scriptis ut puniantur.

XXVII.

Item, doceant presbyteri subditos suos, quod ipsi tenentur ex precepto observare jejunia ab ecclesia instituta, etiamsi mortaliter non peccaverint, ut jejunia quadragesimae, quatuor temporum, processionum, & in festo S. Marci & rogationum sequentium & similia.

XXVIII.

Si festum sancti Marci in hebdomada Paschali venerit, sive dominica die, non differetur, neque jejunetur, sed processio fiet generaliter cum letania.

XXIX.

Item, doceant sacerdotes, quod ipsi subditi sui tenentur jejunare vigilia Natalis Domini, Petecosten, Natalis B. Johannis-Baptista, B. Laurentii, Assumptionis B. Ma-

rie, & omnium sanctorum & apostolorum, de quibus inferius apparebit. Et si aliqua vigilia die dominico evenit, jejunetur sabato precedenti.

XXX.

Item, si alicui imponenda est solennis poenitentia pro crimine, & peccato vulgarrissimo quod totam villam commoverit, remittendus est ad episcopum, ut in die cinerum ejiciatur ab ecclesia & in die cenae recipiatur.

XXXI.

Item, praecipimus quod sacerdotes de mortalibus confiteantur suis decanis consiliorum, & decani confessiones suorum sacerdotum audiant saltem semel in anno, & decanus nomina sacerdotum sibi non confitentium saltem semel in anno referat nobis vel officiali nostro, ut puniantur.

XXXII.

Et praecipimus etiam omnibus sacerdotibus quod in principio missae celebrandae & divini officii celebrandi ab eisdem, moneant etiam omnes fideles existentes in ecclesia, ut si aliquem excommunicatum sciverint in ecclesia, quod illum nuncient sacerdoti: & cum presbytero innotuerit aliquem excommunicatum esse in ecclesia, non celebret, nisi exeat excommunicatus: & si excommunicatus violenter persistere voluerit in ecclesia tempore quo divinum officium celebratur, tunc presbyter significet justitiae saeculari loci, & petatur ut dictum excommunicatum ab ecclesia extrahat, & eundem ad hoc compellat, ut divinum officium permittat excommunicatus celebrari. Et si justitia saecularis monita, hoc facere noluerit cum possit, & dictum excommunicatum in ecclesia persistere permiserit, ex tunc statuimus dictam justitiam exercentem excommunicationis sententiam incurere, vel incurrisse ipso facto. Et praecipimus sacerdotibus, quod dictam excommunicationem publice denuncient in ecclesia sua sic esse latam, & referant nomina dictam justitiam exercentium propter hoc excommunicatorum, nobis aut nostro officiali, & decano. Et praecipimus decanis quod per totum decanatum suum dictam justitiam quae dictam excommunicationem incurrit, denuncient & denunciari faciant singulis diebus dominicis & festivis, candelis accensis ac campanis pulsatis publice sic excommunicatam.

XXXIII.

Item, praecipimus quod cum laici decimas tenentes, quas non tenent ab ecclesiis vel ecclesiasticis personis ad confessionem venerint, sive sint sani sive infirmi, sacerdotes nullatenus absolvant eos, nisi promiserint, quod quam cito poterint illas decimas de nostro consilio, resignabunt ecclesiis vel ecclesiasticis personis assignandas: & si promittere noluerint, consulant eis quod Corpus Domini non recipiant in tali statu: intimantes eisdem, quod si illud receperint, magis peccabunt.

XXXIV.

Item, praecipimus statuendo, ut nullus sacerdos audeat celebrare missam, nisi postquam dixerit matutinas, primam canonicam, & jejunio stomacho, & post dormitionem. Sacerdotes cum accedunt ad missam celebrandam devote se habeant, & ante alta-

ANNO
CHRISTI
1177.

NOTA.

ANNO
CHRISTI
1157.

re dicant devote *Confiteor* suum. Et post-
quam sacerdos missam celebrare inchoave-
rit, se habeat humiliter & devote, nec fa-
boletur cum aliis extraneis personis ante-
quam sit missa finita: & cum offertur, non
inspiciant personas offerentes, & maxime
mulieres, sed vultum simul habeant fixum
verius terram.

V. De sacramento altaris.

I.

Sacerdotes in vestibus albis, mundis, sa-
cerdotalibus, & benedictis accedant ad mis-
sam celebrandam. Manipulus habeat in lon-
gitudine sub brachio duos pedes, stola ad
minus usque ad paramentum albæ depen-
deat vel prope extremitatem albæ. Alba &
casula integra & non dissuta observetur.
Amictus sæpe mundetur. Cingulum mundum
& integrum & longum benedictum habeat-
ur. Presbyteri sub albis induti sint super-
pellicis vel tunica linea quæ vulgariter *Sa-
robs* vel *Rochet* appellatur.

II.

Præcipimus, ut singulis quatuor mensibus
abluantur ornamenta ecclesiastica quæ ablu-
i debent.

III.

Non cantent sacerdotes sine calceamentis
vel caligis cum calceis attingentibus super
genua.

IV.

Noverint sacerdotes, quod si cum con-
scientia peccati mortalis accesserint ad ce-
lebrandam missam & celebraverint, ad minus
ter, peccant mortaliter. Primo, quia præ-
sumunt indigne accedere; secundo, quia
indigni conficiunt & contingunt Eucharis-
tiam & tenent sacra vasa; tertio, quia
indigni manducant Corpus Christi & San-
guinem bibunt.

V.

Altare ad celebrandum ad minus paretur
duobus pallis benedictis.

VI.

Duo corporalia ad necessitatem unius al-
taris ad minus habeantur, quæ sint mundis-
sima & benedicta & aptè plicaturæ.

VII.

Pannus quo calix extergitur cum veneratione
custodiatur.

VIII.

Missale semper involutum camisia linea
& munda altari imponatur, & habeat sub-
darioium, vel manutergium dependens, quo
presbyteri nares, os & faciem detergant.

IX.

Loca circa altare ab araneorum telis &
pulveribus & ceteris immunditiis sæpius emun-
dentur.

X.

Sacerdotes ablutis ante canonem pollice
vel indice nihil tangant in canone præter
Corpus Domini & corporale ante elevatio-
nem Corporis Christi.

XI.

Cortinæ a lateribus altaris utrimque ap-
pendantur, nec ab aliquo tempore sacrificii
retrahantur. Cortina conveniens sursum su-
per altare extendatur, quæ protegat & de-
tendat altare ab immunditiis descendentibus.

XII.

Calix & patena in quibus conficitur Cor-
pus Christi sint argentea vel aurea & in-
tegra, & calix sit cum firmo pede & non
titubans.

XIII.

Nullus sacerdos sine clerico celebrare præ-
sumat, qui clericus habeat tunicam lineam
vel superpelliceum vel cappam rotundam
& calciatus incedat.

XIV.

Clericus autem & sacerdos non faciant
aperturas sub atellis in tunica linea vel su-
perpellicio, quibus ejiciant vel exeant bra-
chia sine manicis tunicæ lineæ vel superpel-
licii in ministerio altaris.

XV.

Ampullæ aquæ & vini integræ & mundæ
intus & exterius observentur, & signo vo-
cabuli distinguatur vas vini a vase aquæ.

XVI.

Vinum ampullæ de tertio in tertium diem
ad minus renovetur. Vinum rubicundum,
si commode possit haberi, ministrretur ad
celebrandum.

XVII.

Piscina in qua lavat sacerdos manus suas
post sanctam consecrationem munda teneat-
ur & cooperiatur, & exterforium post il-
lam lotionem mundum habeatur, & reve-
renter alba tela vel corona linea vel serica
tegatur, & cum corporali, cum necesse fue-
rit abluatur ab aliquo sacerdote vel persona
religiosa, & aqua ablutionis in piscinam sa-
cræ mittatur.

XVIII.

Idem fiat de exterforio calicis, vel ipsum
quando vetus vel minus honestum fuerit
super piscinam sacram comburatur, & ci-
nis in piscinam radatur.

XIX.

Item, habeant sacerdotes proprium ma-
nutergium quo manus detergant ante ce-
lebrationem vel ante contactum sacrorum, ut
Eucharistiæ, chrismatis & olei sancti.

XX.

Clericus autem non extergat ad prædicta
manutergia vel exterforia; sed habeat aliud
proprium.

XXI.

Sacerdos sit diligens in electione hostiæ
consecrandæ, ut sit integra, solida, non
nimis vetusta; & in appositione vini &
aquæ, ut discernat odore quid sint utrum-
que, vel ab aliquo faciat gustu discerni.
De aqua autem ponantur duæ guttæ vel
tres.

XXII.

Sacerdotes autem attente & distinctè di-
cant & legant in canone quæ dicenda sunt.

XXIII.

Sacerdos non elevet hostiam ad ostenden-
dum populo, nisi postquam dixerit hæc ver-
ba: *Hoc est enim Corpus meum*; & tunc pul-
setur campana magna tribus ictibus ex una
parte, ut fideles qui audierint, ubicumque
fuerint, adorent.

XXIV.

Si sacerdos cum venerit ad consecratio-
nem sanguinis vel ad perceptionem, & ni-
hil in calice invenerit, innuat ut afferatur
ei vinum & aqua, quibus appositis, dicat
illa verba canonis ab illo loco: *Simili mo-
do*

ANNO
CHRISTI
1157.

ANNO
CHRISTI
1187.

do post quam comatum est, usque ad finem, A & faciat signacula quae ex tunc solent fieri supra sanguinem.

XXV.

Illam autem quam facta sunt super Eucharistiam non reitet. Quod si aquam puram invenerit & gustaverit, sacramentum non reitet sanguinis, sed transeat cum consueto modo.

XXVI.

Ille autem cui perejus negligentiam hoc evenerit, tribus diebus a se distantibus jejuet in pane & aqua.

XXVII.

Si quid vero de sanguine ceciderit super corporale, vel super pallam altaris, illa pars B abscindatur, & pro reliquiis habeatur, & recondatur, vel comburatur, & cinis in piscina sacra ponatur, vel pars corporalis vel pallae intincta sanguine ter diligenter abluatur, & aqua ablutionis a presbytero jejunio vel alia religiosa persona & jeiuna sumatur, & poterit dictis pannis uti, sicut prius post ablutionem praedictam.

XXVIII.

Si sanguis supra aliud vestimentum ceciderit, illa pars abscindatur & comburatur, & cinis in sacra piscina recondatur: si supra linum, lapidem, vel terram solidam sanguis ceciderit; illa pars, si commode possit, a sacerdote abluatur & postea radatur, & rasura cum ablutione vini & aquae a sacerdote sumatur, vel combusta in lacram piscinam ponatur.

XXIX.

Item, si in sanguine musca vel aranea, vel aliquid abominabile ceciderit, quod vix sine vomitu vel periculo corporis possit fumi, caute abstrahatur supra patenam vel alium calicem, & abluatur vino, & post sanguinis summionem & ablutionem solitam illa lotio honeste a presbyteris sumatur, vel saltem in piscinam mittatur, & bestia supra piscinam comburatur.

XXX.

Si Corpus Domini supra pallam ceciderit, bis lavetur vino & aqua & a presbytero sumatur. Si supra aliquod vestimentum ceciderit, pars illa abradatur, & comburatur, & cinis in piscinam mittatur.

XXXI.

Calix ad communicandum infirmos mundus & integer habeatur, & coopertus custodiatur, & si facultas suppetat, fiat argenteus.

XXXII.

Pyxis in qua Corpus Domini reservatur, vel ad infirmos deferretur, eburnea vel argentea, vel ad minus cuprea bene elimata, & semper pannus lineus, albus, mundus, vel sericus infra pyxidem ponatur, supra quem Corpus Domini in pyxide collocetur.

XXXIII.

Cum infirmus communicari voluerit, prius visitet eum presbyter sine Corpore Domini, si commode fieri potest, & diligenter audiat confessionem eius, & post redeat ad ecclesiam, & cum iturus erit ad infirmum communicandum, prius aliquanto spatio pulsatur campana aliquo certo signo ad hoc distincto, ut fideles ad ecclesiam veniant, & sacerdotem qui desert Dominum suum, reverenter & ordinate subsequantur, Concil. General. Tom. XXIV.

& orationes quas solent dicant devote pro infirmo, eundo & redeundo. Sacerdos eat dicendo septem psalmos, & si via fuerit longior, addat xv. psalmos, & letaniam, & orationes.

XXXIV.

Incedat autem sacerdos ad communicandum cum campanula & lucerna procedente. Expectent autem omnes fideles donec infirmus communicetur, & redeant usque ad ecclesiam post sacerdotem semper Corpus Domini deferentem, ne populus in redeundo in vanum adoret, & ut populus in accedendo cum Deo suo reverentius vel libentius accedat: quilibet fidelis poenitens si devote fecerit, habeat quinque dies indulgentiae pro eundo & quinque redeundo: Si qui autem maligni hanc processionem turbaverint, si moniti se non correxerint, per censuram ecclesiasticam compescantur.

XXXV.

Referatur autem Corpus Domini venerabiliter & sublimiter, posito decenti cooperculo super calice, quod sit cum cruce supposita & panno fimbriis sericis adornato.

XXXVI.

Si infirmus frequentem vomitum levi occasione patiat, non conferat presbyter ei Corpus Domini, sed credat infirmus & spiritualiter accipiat.

XXXVII.

Ante autem quam sacerdos communicet infirmum, sacerdos dicat ei, si credat quod sub illa forma panis sit Corpus Christi, natum de Virgine, passum in cruce, suscitatum tertia die. Quod si confessus fuerit verbo vel signo, communicet eum, si alia causa non obsiterit: alioquin non communicet eum. Si autem communicatus evomuerit, partes corporis diligenter & attente colligantur, & quae reperiri possunt, cum vino a sacerdote vel aliquo fidei sumantur, residuum vomitus comburatur, & ponatur in terram juxta altare, vel alibi in sacro loco ubi commode poterit.

XXXVIII.

Cum autem Corpus Domini deferretur, fideles coram quibus deferretur, si commode fieri possit, genua flectant, pectus tundant, & inclinato capite, junctis manibus adorent. Equitantes autem non dedignentur descendere de equis ut adorent eum, qui pro ipsis descendit de caelis in terram.

XXXIX.

Si per casum mortis, vel aegritudinis, vel passionis alicujus inopinatum contingat, quod sacerdos ceptum nequeat explere mysterium, licitum sit alteri sacerdoti exequi & perficere consecrationem cepti officii: ita quod incipiat ibidem ubi alter desistit, nisi incepta collecta necdum perfecta vel inceptis verbis sacramenti Eucharistiae necdum perlectis, praedictus casus contingat: tunc enim a capite collectam, vel sacramenti verba recipiet, ut sic salutis fragilitatis humanae consulatur, & sacris mysteriis, ne inexplata & ne interrupta remaneant, provideatur sollicitate.

XL.

Si autem dubitetur an hostia a primo sacerdote sit consecrata, substitutus sacerdos novam oblatam offerat, & solito more

LII

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
CHRISTI
1287.

re conficiat, & post missam hostiam pri-
mam accipiat. Idem dicimus de calice, id
est de eo quod in calice recipitur.

XLI.

Eucharistia pro infirmis reservata singulis
diebus dominicis renovetur.

XLII.

Corpus Domini in honesto loco sub al-
tari vel in armariolo sub clave sollicito
custodiatur. Similiter chrisma & oleum in
alio loco.

XLIII.

Doceant sacerdotes subditos suos, ut
cum venerint ad communicandum in die
Paschæ vel alias, jejuni & devoti & con-
fessi accedant, & nullus extraneus se im-
miscat, nisi viator vel peregrinus, & hoc
de licentia sacerdotis.

XLIV.

Item, hostiæ non consecratæ quæ di-
cuntur panis benedictus nulli dentur, nec
etiam parvis pueris. Pueri non communi-
centur antequam discretionem fidei habere
dinoscantur, ut circiter decennium.

XLV.

Item, præcipimus, ut in die Paschæ &
ceteris solemnibus quibus fideles comuni-
cant, tot hostiæ consecrentur, quod non
oporteat frangi formas quando fideles com-
municant.

XLVI.

Præcipimus, ut nullus sacerdos bis in
die celebret missam, nisi ex magna neces-
sitate & urgenti: & tunc in prima missa
post perceptionem sanguinis non utatur ab-
lutione vini & aquæ, sed reservet in tuto
& honesto loco, & eam accipiat post se-
cundam missam, vel det honestæ personæ
jejunæ, quam noverit ad hoc esse paratam.

XLVII.

Presbyteri non deserviant duabus eccle-
siis, nisi una dependeat ab altera.

XLVIII.

Nullus fidelis arcendus est a communio-
ne, nisi excommunicatus vel interdictus,
vel ab aliquo notorio crimine notatus: vi-
delicet publicæ meretrices, mimi, histrio-
nes, usurarii notorii.

XLIX.

Sacerdotes prohibeant sub pœna excom-
municationis subditis suis, ne locent mer-
etricibus vel receptatoribus earum, vel tur-
pitudinis mediatoribus earum, domos ali-
quas: & si qui contra prohibitionem istam
fecerint, episcopo vel ejus officiali nomina
eorum per presbyterum nuncientur, & ex-
hortentur sacerdotes suos parochianos, ut
ipsis presbyteris denuncient eos vel illas qui
deliquerunt in præmissis.

L.

Excommunicamus sacerdotes cappellanos,
qui scienter accedent ad missam celebran-
dam præsentibus publicis excommunicatis.

LI.

In cappellis magnatum vel aliorum de
novo constructis, nisi ex licentia nostra
nullus audeat celebrare: quod sub pœna
excommunicationis fieri prohibemus.

VI. De ordinandis.

I.

Præcipimus statuendo clericis habentibus
parochias, vel cappellanas, vel præpositu-
ras vel alias curas animarum, ut ad singula
tempora ordinum offerant se ordinandos
prout onus beneficii requirit episcopo, fe-
ria v. ante tempus ordinum etiam non vo-
cati, ut possit interrogare episcopus vel ar-
chidiaconus de his quæ pertinent ad suffi-
cientiam ordinandi. Et hoc jurare debent
quando recipiuntur ad parochias vel ad ec-
clesias. Præsententur ordinandi episcopo per
archidiaconos suos.

II.

Statuimus quod cedant fructus parochia-
rum & cappellaniarum eorum qui in pro-
priis personis & in ordine sacerdotali ibi-
dem non deserviunt, & eorum qui curam
parochialem de manu prælati sui non re-
ceperunt ad opus nostri, archidiaconorum
seu aliorum, secundum quod se habet de
consuetudine hætenus in nostra diocesi ob-
servata.

III.

Excommunicamus, & excommunicatos
denunciamus omnes illos, qui fructus eccle-
siarum parochialium & cappellaniarum &
altarium earundem, in quibus rectores earum
personaliter non deserviunt, pro illis
temporibus nobis, archidiaconis, & decan-
is competentes receperint & levaverint præ-
ter nostram, archidiaconorum & decano-
rum voluntatem.

IV.

Excommunicamus etiam omnes, qui fru-
ctus ecclesiarum parochialium, cappellania-
rum, vel altarium in quibus rectores earum
personaliter non deserviunt pro illis tem-
poribus levaverunt & receperunt contra vo-
luntatem nostram, archidiaconorum seu de-
canorum, nisi infra mensem proximum sa-
tisfecerint de receptis.

V.

Præcipimus decanis, ut singulis in suis
decanatibus de hujusmodi diligenter inqui-
rant, & eos ad notitiam nostram referant,
officialis nostri vel archidiaconi.

VI.

Omnes ordinandi diligenter ante ordines
confiteantur, ut mundi mente & corpore
gratiam recipiant ampliolem.

VII.

Præpositi & decani qui curam habent ani-
marum ad sacros ordines, secundum quod
beneficium requirit se præsentent, & in ec-
clesiis debitam faciant residentiam.

VIII.

Excommunicamus omnes illos qui ton-
suram clericalem & quoscumque ordines sa-
cros vel non sacros ab alienis episcopis re-
ceperint, licentia nostra speciali super hoc
non obtenta.

IX.

Item, excommunicamus omnes alios ex-
traneos qui a nobis seu vices nostras ge-
rente in nostra diocesi tonsuram clericalem
vel quoscumque ordines sacros vel non
sacros furtive susceperint, sine licentia epif-
coporum suorum.

ANNO
CHRISTI
1287.* al. de ordi-
nibus.

ANNO
 CHRISTI
 1117.

ANNO
 CHRISTI
 1117.

X.

Item, excommunicamus omnes illos qui tonsuram clericalem ab alieno episcopo sine nostra licentia susceptam deferre praesumpserint, vel radi fecerint, nostra licentia super hoc non obtenta, etiamsi ab excommunicatione, quam ob hoc incurrerint, fuerint absoluti.

XI.

Item, praecipimus quod nullus accedat ad ordines, nec per archidiaconum praesentetur ordinandus, nisi aetate, moribus, & scientia dignus existat & sub certo titulo.

XII.

Item, nullus admittatur ad titulum vicariae, nisi sit perpetua vicaria, a qua non possit amoveri.

VII. De extrema unctione.

I.

Cum reverentia, aqua benedicta, & cruce deferatur oleum sanctum ad infirmos, & diligenter dicantur vii. psalmi prius cum letania & orationes ad hoc institutae. Ille autem, qui inungit proferat ista verba: *Per istam unctionem & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid peccasti per visum, & sic de aliis, & reverenter inungat, & verba distincte proferantur, & inde penitus nihil exigat: & si quid datum fuerit, gratis recipiatur: tamen consuetudo laudabilis observetur per episcopum.*

II.

Item, ad sacramentum extremae unctionis laque presbyteri moneant populum, ut indifferenter a xiv. annis & supra singuli cum necesse fuerit inungantur, nec pauperes pro egestate se excusent.

III.

Si non possit infirmus habere multitudinem candelarum, vel indumenta linea, quae causa reverentiae in hoc sacramento haberi solent, non propter hoc dimittat sacerdos inungere, sed sufficiat candela una.

IV.

Inundi cum stupa diligenter in singulis membris inunctis extergantur, & stupae comburantur, & cinis in sacro loco reponatur.

V.

Doceant sacerdotes quod hoc sacramentum licite potest iterari in qualibet gravi & periculosa infirmitate.

VI.

Item, suscepturi quodcumque sacramentum prius confessione mundentur. Istud sacramentum valet ad tres, unde versus

*Ungor in extremis, ut sit mihi gratia major,
 Et morbus levior, vel poenitentia minor.*

VIII. De coemeteriis & sepultura.

I.

Praecipimus, & statimus, quod nullus excommunicatus nunciatus in coemeterio ecclesiae, vel ipsa ecclesia, vel ambitu sepeliatur: & si factum fuerit, corpus & ossa ejus excommunicati extumulentur & ejiciantur ex coemeterio, dummodo discerni possint a corporibus & ossibus fidelium, & coemeterium in quo corpus excommunicati sepultum est maneat & sit interdictum, do-

Council. General. Tom. XXIV.

A nec excommunicati corpus, si discerni possit, extumuletur.

II.

Et praecipimus omnibus tam religiosis quam aliis, dum ad ipsos aliquis qui sepulturam suam elegerit debeat sepeliri, interrogent a sacerdote suo diligenter, utrum sepeliendus decesserit excommunicatus vel interdictus. Quod si per presbyterum aut alias ipsis constiterit, nullo modo sepeliant corpus excommunicati vel interdicti in coemeterio ecclesiae vel ejus ambitu.

III.

Item, prohibemus sub poena excommunicationis, ne aliquis in coemeterio interdicto sepeliatur, & ne aliquis sepulturae tali interfit.

IV.

Laici autem qui tali sepulturae in coemeterio interdicto interfuerint scienter, excommunicationis sententiam, quam super hoc ferimus in his scriptis, incurrant ipso facto, & nunciatur publice excommunicati.

V.

Clerici vero qui interfuerint tali sepulturae scienter, sententiam suspensionis ab officio, quam in eos ferimus ipso facto, se noverint incurrisse.

VI.

Item, statimus & praecipimus sub poena excommunicationis observari, ut quotiens quis in loco religioso sepulturam elegerit, corpus primo praesentetur parochiali ecclesiae, & tunc demum celebrata missa in ecclesia parochiali deferatur in locum in quo elegerit sepulturam: & hoc nihilominus fiat salvo in omnibus jure ecclesiae parochialis defuncti.

VII.

Item, cum a pluribus sacerdotibus intellexerimus, quod quidam religiosi fraudulenter in damnum & praedictum ecclesiarum parochialium incitent & inducant infirmos divites & potentes precibus & promissionibus ad eligendum apud eos suam sepulturam: ut per hoc ipsi religiosi vel alii apud quos tales sepulti fuerint habeant magnam partem bonorum mortuorum, & munera parentum eorumdem, ex quibus ecclesiae parochiales suis juribus defraudantur: nos sub poena suspensionis & excommunicationis talia de cetero fieri prohibemus. Sed si ipsi infirmi sine fraude, & sine dolo, & precibus talibus, suam ad locum religiosorum aut alias elegerint sepulturam, ibidem sepeliantur, salvo tamen jure parochialis ecclesiae, ut dictum est.

VIII.

Et nos omnibus eligentibus suam sepulturam ad suam parochialem ecclesiam quadraginta dies de injuncta sibi poenitentia relaxamus.

IX.

Sacerdotes audito obitu parochianorum suorum, absolvant eos statim cum psalmo *De profundis* & collecta, & dicant vigiliis, & alia quae pro defunctis debentur.

X.

Corpora defunctorum de nocte in domibus non custodiantur, sed ad ecclesiam deferantur, & omnibus exclusis, ostia firmantur factis orationibus, & aliis quae in talibus fieri consueverunt.

ANNO
CHRISTI
1117.

XI.

Item, decani referant ad synodum nomina sacerdotum qui eodem anno defuncti sunt, ut in synodo absolvantur, & singuli presbyteri faciant pro eis speciale servitium, ut similiter pro eisdem fiat tempore opportuno.

XII.

Item, precipimus, quod sacerdotes in reditu de synodo ad suas parochias, unusquisque sacerdos quam cito commode poterit, cantet missam solemniter pro sacerdotibus defunctis in illo anno.

XIII.

Item, statuimus, quod omnes presbyteri annuatim in crastino octavarum Paschae solemniter observent & celebrent anniversarium sacerdotum omnium suorum & fratrum, & nuncient populo dominica praecedenti, quod quicumque anniversario praedicto intererit, si poenitens fuerit, ei decem dies indulgentiae concedimus.

XIV.

Item, statuimus, quod omnes portantes corpora pauperum, mortuorum ad ecclesiam & ad fossam, & omnes qui intererunt sepulturae eorumdem habeant xx. dies, & qui extreme unctioni intererunt habeant decem dies similiter indulgentiae.

XV.

Item caemeteria munda & clausa muris & tepibus vel aliis teneantur, ne a porcis vel aliis animalibus inquinentur.

XVI.

Excommunicamus omnes illos qui de novo in ecclesia aedificaverint. Si quis partem caemeterii sibi attraxerit vel appropriaverit, moneatur ut restituat: quod si noluerit, episcopo nunciatur.

XVII.

Nullus presbyter pro sepultura vel pro quocumque ecclesiastico sacramento conferendo aliquid exigat vel petat. Sed si sibi postea datum fuerit, illud presbyteri recipere possunt. Sed si in aliqua parochia de consuetudine antiqua aliquid presbytero conlucet dari, dum sacramenta ecclesiastica exhibuerit, vel aliquem sepelierit, & illud presbytero non conferatur, denunciatur ipse presbyter nostro officiali vel archidiacono loci, & nos vel ipsi talem consuetudinem laudabilem faciemus ex officio nostro observari.

XVIII.

Item, inhibemus ne placita saecularia in ecclesia, vel in porticu, vel in caemeterio eiusdem teneantur, & omnes processus iudicum saecularium specialiter sententias prolatas in eisdem locis a saecularibus iudicibus declaramus & pronunciamus ipso facto non tenere.

XIX.

Precipimus etiam sub sententia excommunicationis omnibus principibus & aliis laicis, ne sua parlamenta habeant vel teneant in ecclesiis vel earum caemeteriis, & quod nullas negotiationes, & praecipue nundinarum & fori cuiuscumque tumultus exercent in ecclesiis vel earum caemeteriis.

XX.

Precipimus etiam, quod joculariores, histiones, saltatrices in ecclesia, caemeterio, vel porticu eiusdem, vel in processibus,

avel in rogationibus joca vel ludibria sua exercent, nec in dictis locis aliquae choreae fiant.

XXI.

Item, statuimus, quod in ecclesiis civitatis & diocesis Leodiensis laici de cetero saecularia vel alios contractus saeculares non exercent, nec merces vendantur ibidem, cum domus Dei non negotiationis, sed orationis esse debeat & vocari: alioquin ab his qui ecclesiis praerant excommunicentur.

IX. De matrimonio.

I.

Precipimus presbyteris quod prohibeant subditis suis, ne dent sibi fidem de matrimonio mutuo contrahendo, nisi coram sacerdote alterius eorum qui voluerit contrahere in loco celebri & publico, non in cameris, non in domibus, sed coram pluribus in facie ecclesiae, nisi sint tales personae, quod presbytero loci ex causa ad alium locum hoc visum fuerit expedire. Et si aliter fidem dederint de matrimonio contrahendo, eos excommunicamus, & eos etiam qui clandestinas nuptias contrahunt, & tales denuncientur excommunicati. Et si aliqui sibi fidem dederint de matrimonio contrahendo sine presbytero, & in matrimonio postea voluerint procedere ulterius per ecclesiam, coram sacerdote fidem iterent. Et tunc presbyter procedat ad proclamationem bannorum.

II.

Cum autem matrimonia fuerint celebranda, contrahentes prius coram sacerdote contrahant sponsalia, & postea tribus diebus festivis a se distantibus super dicto matrimonio contrahendo banni fiant in ecclesia ad missam post evangelium, & proclametur publice a sacerdote quod dicti contrahentes matrimonium sunt contrahaturi, & precipiatur ab ipso sacerdote omnibus audientibus sub poena excommunicationis, ut si qui sciant legitimum impedimentum inter ipsos contrahere volentes, quare ad matrimonium procedere non possint, videlicet consanguinitatis, affinitatis, vel compaternitatis, vel quodlibet aliud, quod id proponant, & id denuncient presbytero antequam matrimonium contrahatur, & ipsi presbyteri nihilominus investigent diligenter utrum aliquod impedimentum existat. Cum autem apparuerit probabilis conjectura contra matrimonium contrahendum, ad matrimonium contrahendum non procedat presbyter. Et ipsis contrahere volentibus expresse presbyter interdicit, ne procedant ad matrimonium, donec quid fieri debeat de praemissis per episcopum seu ejus officialem, archidiaconum, vel alium qui in talibus cognoscere possit & consuevit declaretur, & tunc presbyter contrahere volentes, & denunciatores, si per eam se facere voluerint, citet coram nobis vel nostro officiali, archidiacono, vel alio, ut supra, & quid super hoc per ipsum presbyterum actum fuerit in proclamationibus & aliis, & causam quare ad matrimonium non procedit per litteras suas significet idem presbyter nobis, vel nostro officiali, vel aliis
ut

ANNO
CHRISTI
1117.

ANNO
 CHRISTI
 1197.

ANNO
 CHRISTI
 1197.

ut supra, & significet presbyter suis paro-
 chianis quod quicumque impedimentum ali-
 quod scit, vel famam super hoc, quod
 mortaliter peccat, si hoc antequam matri-
 monium contrahatur, non denunciat.

III.

Excommunicamus & excommunicatos de-
 nunciamus, qui post affidavitem clandestinam,
 vel etiam in manu presbyteri factam,
 antequam matrimonium in conspectu ec-
 clesiae cum solemnitate debita sit contra-
 ctum, carnaliter se cognoscunt.

IV.

Item, excommunicamus & excommuni-
 cati denuncientur qui clandestina conjugia
 contrahunt. Item, excommunicamus & de-
 nuncientur excommunicati, qui postquam
 eis per presbyterum loci vel officialem no-
 strum seu loci archidiaconum interdictum
 sit, ne matrimonium contrahant, nihilo-
 minus contraxerunt matrimonium.

V.

Excommunicamus, & excommunicatos
 denunciamus sacerdotes, clericos, sive lai-
 cos, vel etiam mulieres, & quoscumque
 qui aliquas personas clandestine modo præ-
 dicto præsumpserint copulare.

VI.

Item, excommunicamus & excommuni-
 cati denuncientur quicumque clandestinis
 matrimoniis coram presbytero vel aliis ce-
 lebratis interfuerunt, nisi infra mentem ex-
 tunc hoc denunciant episcopo vel ejus offi-
 ciali, archidiacono vel aliis, &c. Et nihilo-
 minus poena debita puniantur.

VII.

Item, excommunicamus & excommuni-
 catos denunciamus illos, qui fidem vel mu-
 nera aliqua dederint, seu acceperint pro
 celandis impedimentis matrimonii, vel qui
 prece, pretio, gratia, favore, odio, vel
 timore impedimentum matrimonii celave-
 rint.

VIII.

Item, excommunicamus omnes illos qui
 quomodolibet falsum impedimentum propo-
 nunt contra matrimonia contracta vel con-
 trahenda. Si qui vero clandestina matri-
 monia vel interdicta conjugia inire præsum-
 pserint, in gradu prohibito, etiam igno-
 rantes, soboles de tali conjunctione suscepta
 prius illegitima censeatur, de parentum
 ignorantia nullum habitura subsidium: si-
 militer proles illegitima censeatur, si am-
 bo parentes scientes impedimentum legiti-
 mum, propter quod inter eos matrimonium
 stare non possit, & nihilominus matrimo-
 nium etiam in faciem ecclesiae contraxe-
 rint.

IX.

Excommunicamus etiam & excommuni-
 catos denunciamus quoscumque, qui rapue-
 runt aliquas mulieres, & abducunt invitae
 ad hoc quod eis cohabitent, vel matrimo-
 nium contrahant cum eisdem, licet post-
 modum de non volentibus, fiant volentes.
 Et cum matrimonia debeant esse libera,
 prohibemus ne poena aliqua apponatur su-
 per matrimonio contrahendo, & poenam
 appositam in matrimonio declaramus non
 tenere, & ad eam solvendam poenam pro-
 mittentes non esse obligatos, cum matri-
 monia metu poenae astringi non debent.

A Si qui autem ad invicem dederint fidem de
 matrimonio contrahendo per verba de fu-
 turo, & ante carnalem copulam fidem ve-
 lint remittere, non fiat hujusmodi remis-
 sio, nisi per episcopum, ejus officialem vel
 archidiaconum loci.

X.

Presbyteri pro dandis litteris testimonia-
 libus nihil recipient, sed solum pro labore
 scripturae, sigillatione, & cera tres albi sus-
 ficient.

XI.

Excommunicamus & excommunicatos de-
 nunciamus omnes illos, qui contra matri-
 monium contractum vel contrahendam for-
 tilegia vel maleficia procurant, vel per for-
 tilegium & maleficium faciunt, vel consi-
 lium ad hoc dant quod conjuges se odio
 habeant, vel quod unus cum alio coire
 non possit.

XII.

Matrimonia cum devotione contrahen-
 tium, & benedictio nuptiarum in missa ho-
 ra debita celebrentur. Nuptiae non cele-
 brentur, nisi hora missae, & conjuges in
 nuptiis celebrandis audiant totam missam.

X. De vita & honestate Clericorum.

I.

Præcipimus quod universi clerici & pres-
 byteri continenter & caste vivant, ab libi-
 dinis vitio præcaventes, quatenus in con-
 spectu omnipotentis Dei puro corde & mun-
 do corpore valeant administrare: & qui
 comprehensi fuerint incontinentiae vitio la-
 borare, prout magis vel minus peccaverint,
 ab eorum ordinariis seu prælatis punian-
 tur: alioquin nos prælatorum negligentiam
 supplebimus & tales puniemus.

II.

D Præcipimus etiam prælatis eorum sub po-
 na suspensionis, quod tales clericos in suis
 iniquitatibus non sustineant, maxime ob-
 tentu pecuniae vel alterius commodi tem-
 poralis.

III.

Ab crapula & ebrietate omnes clerici di-
 ligenter abstineant.

IV.

Præcipimus etiam omnibus clericis sub
 poena suspensionis, & maxime sacerdotibus
 & in sacris ordinibus constitutis, ne femi-
 nam aliquam in domo sua teneant vel ha-
 beant, nisi sorores, matres, amitas, aut
 materteras, vel filias earum, sive avuncu-
 lorum aut patruorum, aut alias ita matu-
 ras & antiquas, quod nulla suspicio de il-
 lis habenda sit. Antiquas autem reputamus
 sexagenarias, & ultra.

V.

Prohibemus etiam ipsis clericis, ne mu-
 lieres alias a supradictis domus eorum fre-
 quentare, aut eisdem in domibus servare
 permittant, licet in eis morentur.

VI.

Clerici tonsuram & habitum habeant cle-
 ricales; & coronam rotundam competen-
 tem, & septies ad minus in anno radant
 coronam.

VII.

Monemus primo, secundo & tertio omnes
 cle.

clericos nostræ civitatis & diocesis Leodiensis, ut infra mensem proximum tonsuram & habitum habeant clericales, & ulterius portent & deferant competenter. Alioquin omnes & singulos clericos ex tunc ulterius tonsuram & habitum clericales continue non gerentes, post monitionem ternam specialiter factam, denunciamus gaudere non debere privilegio clericali, & ipsum privilegium amittere.

VIII.

Continue autem reputamus clericos portare tonsuram & habitum clericales, qui in civitates, vicos, ecclesias & alibi coram notis & ignotis palam portant eisdem. Verumtamen si clericus per vias vel loca aliqua procedens ad vitandum pericula, de quibus merito timere debuit, tonsuram & habitum clericales dissimulaverit & non portaverit, hujusmodi privilegium non amittit.

IX.

Clerici pannis rubeis, viridibus, & virgulatis indecentis mensuræ non utantur sine causa: alioquin eos a laicali justitia ratione clericali privilegii non defendemus.

X.

Sacerdotes cappis manicatis non utantur.

XI.

Clerici in sacris ordinibus constituti & beneficiati mitras non habeant in capite, dum sunt in ecclesia.

XII.

Clerici ad aleas vel taxillos non ludant, nec participes sint ludentibus: & sint clerici in ecclesia honeste sine tumultu, sine verbositate & susurratione, nec habeant in domibus suis canes vel aves venaticos.

XIII.

Item, statuimus, quod quicumque sacerdotes seu clerici beneficiati sententiam suspensionis vel excommunicationis per annum & diem animo sustinuerint indurato, beneficiis suis priventur per suos ordinarios, & alias nihilominus propter hoc canonicè puniantur.

XIV.

Item, statuimus, ut clerici ubique & maxime in divinis officiis decenter & distinctè se habeant, & tales se in moribus, vita, & conversatione, verbis, factis, societatibus, corporis compositione, & quibuscumque honestatibus exhibeant, ut verecundia quæ etiam laicis est indicta, in ipsos clericos commendetur.

XV.

Nullus clericus in sacris ordinibus constitutus vel beneficium habens ecclesiasticum, horas canonicas & beatæ Mariæ qualibet die distinctè & discrete dicere prætermittat.

XVI.

Item, statuimus, quod nec canonici nec clerici vagentur tempore nocturno per plateas: & si aliquos transire oporteat ex justa & legitima causa, hoc faciant sine clamore, sine tympanis & chorea; & præcipimus quod contrarium facientes excommunicentur.

XVII.

Nullus presbyter dicat missam nisi unam in die, & præcipue de die, nisi in casibus a jure permisis, vel hoc faciat necessitate imminente, utpote missam pro defunctis: nec celebret presbyter sine clerico vel scho-

lari, nec mulier permittatur aliquatenus ad altare ministrare.

XVIII.

Item, statuimus, quod nequaquam laicus vel clericus uxoratus instituaturs matricularius, ubi matricula valet lx. solidos Leodienses vel amplius, sed clericus honestus, non uxoratus, si haberi possit: & si in aliquibus ecclesiis sit laicus vel uxoratus clericus matricularius, ille epiciatur, & recipiatur clericus non uxoratus, & ubicumque haberi possit clericus, non recipiatur laicus.

XI. De ordinario & festis.

I.

Item statuimus, ut in omnibus ecclesiis nostræ diocesis singulis noctibus in matutinis psalmi nocturnales sive feriales decantentur vel legantur ad nocturnos, nisi ea die sit tale festum, quod missam propriam habeat, vel collectam. Invitatoria, responsoria & laudes, ac horum diei de sancto cuius est festum cantentur, quemadmodum in majori ecclesia servatur.

II.

Item, distinctè præcipimus sub pœna excommunicationis tam decanis conventualem ecclesiarum, quam sacerdotibus parochialibus, & aliis civitatis & diocesis Leodiensis, quod calendaria ecclesiarum suarum corrigant ad calendarium ejusdem ecclesie majoris Leodiensis; & ordinarium habeant & teneant majoris ecclesie Leodiensis, & se in divinis officiis celebrandis & faciendis, & in ordinario conforment dictæ majori ecclesie tanquam membra suo capiti, suo modo, & suo posse. Volumus tamen quod quilibet ecclesia festum cujuscumque sancti, cujus specialiter in illa ecclesia solet haberi reverentia, observet prout hæcenus consuevit.

III.

Item, statuimus, quod quodcumque aliquod festum ix. lectionum occurrerit in dominica infra quadragesimam vel adventum, dictum officium dominicæ tam diurnum, quam nocturnum fiat in dominica, & officium festi transferatur usque ad feriam secundam proxime sequentem, & tunc fiat plenariè, nec tamen populo præcipiatur quod dicta festa celebret.

IV.

Item, statuimus, si festum Annunciationis venerit in dominica *Latere Jerusalem* seu dominica in Passione, tunc differatur usque ad secundam feriam, & populo præcipiatur, ut secunda feria festum Annunciationis celebretur. Quando autem Annunciatio venerit in dominica seu hebdomada palmarum, tunc anticipabitur in vigilia palmarum, & celebrabitur. Quando autem venerit in hebdomada Paschali, videlicet feria secunda, tertia vel quarta, anticipabitur in vigilia palmarum, & celebrabitur.

V.

Item, statuimus, quod festum Trinitatis dominicæ post octavam Pentecostes, quæ vocatur octava Trinitatis, cum ix. lectionibus & debita solemnitate fiat. In hebdomada-

ANNO
 CHRISTI
 1157.

domada vero procedente, videlicet ab octava Pentecodes in secundis vespertis usque ad praedictam dominicam canetur & legatur de Trinitate, prout haecenus consuevit, & post dictum festum Trinitatis per hebdomadam sequentem canetur officium dominicum, scilicet *Domine ne in ira*, & quinta feria ejusdem hebdomadae fiat solemniter festum Eucharistiae, prout haecenus a nostris antecessoribus sunt statuta.

V I.

Item, statuimus, prout antecessores nostri statuerunt, quod in festo Annunciationis & in festo Purificationis B. Virginis, quando infra septuagesimam evenerint, *Te Deum*, *Gloria in excelsis*, & sequentia canentur.

V I I.

Item, statuimus, prout in ecclesia Leodiensi observatur, quod per totam diocesim in singulis ecclesiis celebrentur cum 11. lectionibus festa SS. Gregorii, Benedicti, Ambrosii, Barnabae, Dominici, Augustini, Jeronymi, Francisci, Lucae, Leonardi, & undecim millium Virginum. Notum tamen, quod populus in dictis festis cesset ab operibus suis.

V I I I.

Festa etiam quae per totum annum nos praecipimus celebrari, sunt haec. *In Januario* festa Circumcisionis, Epiphaniae, Conversionis S. Pauli. *In Febuario* festa Purificationis, Cathedrae S. Petri, Matthiae apostoli. *In Martio* festum Annunciationis. *In Aprili* nullum, nisi Pascha. *In Maio* festum apostolorum Philippi & Jacobi, Inventionis S. Crucis. *In Junio* Nativitatis B. Johannis Baptistae, Petri & Pauli apostolorum. *In Julio* festa S. Magdalene, Jacobi apostoli. *In Augusto* festa S. Petri ad vincula, Laurentii, Assumptionis B. Mariae Virginis, B. Bartholomaei apostoli. *In Septembri* Nativitatis B. Virginis, S. Lamberti, S. Matthaei apostoli, S. Michaelis. *In Octobri* festa S. Dionysii, SS. Simonis & Judae. *In Novembri* festum Omnium sanctorum, S. Huberti, S. Martini, Catharinae, & S. Andree. *In Decembri* S. Nicolai, S. Thomae, Nativitatis Domini, S. Stephani, & Johannis evangelistae, SS. Innocentium. Festum Paschae Domini quocumque mense accidat cum tribus diebus, & festum Pentecostes cum tribus diebus sequentibus solemniter celebrentur. Quaelibet ecclesia festum sui patroni & suae dedicationis celebret in sua parochia. Omnia vero alia festa, exceptis praedictis non praecipiantur celebrari, nec proclamantur in synodo qui ea infringunt, sed in ipsis devotioni hominum relinquatur: ita quod qui noluerit ea celebrare, propter hoc nec poenam incurrat, nec culpam: proviso tamen quod in ecclesia eorum fiant officia a clericis & a sacerdotibus modo debito & consueto.

I X.

NOTA. Item, praecipimus omnibus sacerdotibus sub poena suspensionis & excommunicationis, quod feria secunda & tertia ante diem cinerum ab esu carnum abstineant

X.

Item, statuimus quod in omnibus vigiliis praeterquam in vigiliis Johannis evangelistae, Philippi & Jacobi jejunetur. Et

A hoc presbyteri praecipiant populo sibi subiecto, & in vigiliis Omnium sanctorum, Natalis Domini, Assumptionis B. Mariae Virginis jejunetur, & a lacticiis abstineatur.

X I.

Item, praecipimus omnibus clericis uxoratis, qui beneficia ecclesiastica detinent, quod infra mensem proximum post praesentis synodi celebrationem resignent ea: quod si forte neglexerint, ipsos excommunicamus, & excommunicatos denunciamus.

X I I. De bigamiis.

I.

Item, praecipimus omnibus qui fuerint clerici & bigami sunt effecti, quod tonsuram & habitum non deferant clericalem: alioquin nos ipsos excommunicamus, cum bigamus gaudere non debeat privilegio clericali.

I I.

Excommunicamus etiam, & excommunicatos denunciamus omnes laicos & alios quoscumque qui clericos deassecuraverint, maxime coram suo iudice, volentes facere justitiae complementum, nisi infra octo dies eisdem assecurent & a praemissis desisterint, & ulterius talia non attentaverint.

I I I.

Et nos omnibus iudicibus ecclesiasticis, decanis, capitulis, archidiaconis & aliis praecipimus, quod celeriter laicis de clericis faciant justitiae complementum: alioquin nos & officialis noster astitiam faciemus.

I V.

Item, cum in aliquibus locis clerici in illo loco potentes consanguineos & amicos suos seu alios ad hoc inducunt & iucitant precibus, pretio, seu nutu vel signis, quod aliis clericis minas inferant, vel noceant, eosdem ledant seu gravent: nos errori talium obviare volentes, excommunicamus & excommunicatos denunciamus omnes illos clericos, qui ulterius talia fecerint, & omnes alios qui amicis suis, consanguineis & aliis mandaverint, praeeperint vel injunxerint, incitaverint prece, pretio, nutu, vel aliquibus signis, vel ratum habeant quod clericis minas inferant, noceant, vel ipsos ledant in corpore vel rebus, nisi tales clerici infra quindenam a tempore praesentis synodi praemissa revocent, & faciant quod propter ipsos talibus clericis mala non fiant, & omnes etiam illos, qui de cetero talia facere praesumpserint, vel consilium seu auxilium adhibuerint.

V.

Item, prohibemus, ne clerici exercent negotia turpia, & officia inhonesta, quae non decent clericos, qualia sunt haec, utra & omnes species utrae, turpis quaestus, scilicet cum aliquid carius venditur, sive propter diem sive propter terminum; officium cambitoris, carnificis, tabernarii, prociatoris, fullonis, futoris, textoris, nec sint histriones, joculatores, ballivi, forestarii saeculares, goliardi, thelonearii, unguentarii, triparii, molendinarii. Si vero clerici aliqui officia talia exeruerint, a suo praelato super hoc puniantur.

V I.

ANNO
 CHRISTI
 1157.

ANNO
CHRISTI
1187.ANNO
CHRISTI
1187.

VI.

Item, nullus presbyter permittat aliquem predicare in ecclesia vel parochia sua, nisi sit authentica persona, vel de ordine Prædicatorum vel Fratrum Minorum, & habeat licentiam suorum priorum vel ministrorum suorum, vel licentiam super hoc a nobis habeat specialem.

VII.

Item, statuimus, ut Corpus Domini servetur tam in conventualibus ecclesiis, quam etiam in parochiis.

VIII.

Item, statuimus propter apostatas, desertores & vagos & ignotos clericos, de quibus an sacerdotes sint vel quales non immerito dubitatur, ut nullus rector ecclesie vel altaris tacite vel expresse aliquem admittat in socium, vel ad celebrandum sacramentum, vel ad divinum officium exercendum, nisi notum de ordinibus, moribus & conversatione, & alias commendatum: & si omnino extraneus vel peregrinus fuerit, per nos, officialem nostrum, seu loci archidiaconum cum examinatione debita approbatus & admissus ad hujusmodi officia exercenda admittatur. Et si quis rector ecclesie vel altaris aliquem contra hoc admiserit, suspensus sit propter hoc ipso facto, eo salvo quod honeste personæ peregrinantes, qui non quaestu, sed pietatis & devotionis intuitu missam dicere volentes, admitti poterunt, si requirant.

IX.

Item, cum intellexerimus, quod quidam laici cappellas & altaria in ecclesiis construxerunt propria auctoritate, & sine licentia episcopi sui, & eisdem cappellas vel altaria dotare non curant; sed de anno ad annum, vel de mense ad mensem, vel de tempore ad tempus conducunt presbyteros vagabundos pro pretio quanto potuerint minori ad celebrandum in ipsis cappellis vel altaribus, tales presbyteros instituendo & removendo pro eorum voluntate: nos talia sub pena anathematis fieri prohibemus: præcipientes rectoribus ecclesie sub quibus tales cappellæ vel altaria consistunt, quod moneant illos qui tales cappellas vel altaria construxerunt, ut ipsas vel ipsa dotent: alioquin ipsos competenti monitione præmissa excommunicent, & nomina eorum nobis vel officiali nostro remittant, & in ipsis cappellis ac altaribus, quousque dotentur, aliquatenus officia divina celebrari non permittant, nisi per suum archidiaconum.

XIII. De statu religiosorum.

I.

Statuimus, ut nullus monachus vel monialis claustrum suum exeat per civitates, villas & oppida discurrendo, aut in villa monasterio adjacente comedere audeat, nisi ex causa rationabili & urgente: & id tunc fiat cum prælati sui licentia principali: quam licentiam prælati non dent, nisi evidens & iusta sit causa, & non possit sine scandalo denegari.

II.

Item, sub pena excommunicationis lætæ sententiæ præcipimus, ut omnes religio-

si, sed præcipue moniales, quicumque fuerunt constituti, habitum serant secundum regulam eorundem.

III.

Item, statuimus & præcipimus quod presbyteri & decani rurales obediant archidiaconis suis in omnibus licitis & honestis, eorum jura & nostra observent & faciant observari. Nolumus etiam quod jura archidiaconorum nostrorum per aliquos impediatur.

IV.

Item, sub pena excommunicationis lætæ sententiæ, præcipimus omnibus monachis, monialibus & canonicis regularibus, quicumque ordinis nostre civitatis & diocesis existant, ne habeant proprium, nec pecuniam habeant, nisi cui hoc permittitur ratione officii vel administrationis sibi commissæ.

V.

Item, nullus religiosus fidejubeat, vel pecuniam mutuo recipiat sine licentia sui abbatis & conventus: alioquin abbas & conventus non tenebuntur respondere, nec obligati erunt ex contractu hujusmodi: & nos omnes religiosos fidejubentes, seu mutuum recipientes, vel contrahentes sine licentia abbatis & conventus, ipso facto suspendimus. Caveant ergo sibi laici & alii, ne de cetero cum talibus contrahant: & præcipimus omnibus presbyteris hæc statuta in ecclesiis suis pluries publicare.

VI.

Item, præcipimus, quod de cetero nec monachi nigri, nec canonici regulares in hiscis vel tabardis equeant vel incendant, sed tantummodo in cappis rotundis vel cucullis: & si quis ex eis contra hoc fecerit, ipso facto ab ingressu ecclesie tamdiu sit suspensus, donec a nobis beneficium absolutionis obtinuerit.

VII.

Item, statuimus, ut nigri monachi in suis monasteriis habeant statuta felicitis recordationis domini Gregorii pape, & ea observent, & abbates eorum faciant observari, & frequenter in suis capitulis publicari.

VIII.

Item, statuimus, quod religiosi, quicumque religionis existant, de cetero novam domum ædificare, vel oratorium novum construere, vel antiquam transponere non præsumant sine licentia nostra.

IX.

Item, præcipimus omnibus abbatibus & prioribus in virtute sanctæ obedientiæ; ut omnia & singula, quæ ad ordinem & regulam pertinent, faciant ab omnibus & singulis monachis suis seu canonicis regularibus observari, cum appositione pænæ quæ in regula continetur.

X.

Rebelles vero & incorrigibiles ad nos vel officialem nostrum referant, & inobedientiam & rebellionem ipsorum nobis ostendant, ut ipsorum rebellio per ipsorum detentionem seu alias per nos compescatur.

ANNO
CHRISTI
1187.

XIV. De archidiaconis & decanis.

I.

Statuimus & præcipimus, quod omnes presbyteri & decani rurales obediant archidiaconis suis in omnibus licitis & honestis, & jura ipsorum & nostra observent & observari faciant: nolumus etiam quod jura archidiaconorum nostrorum per aliquos impediantur.

II.

Archidiaconi visitent in suis archidiaconatibus ecclesias, & corrigant ea quæ spectant ad suum officium, & in visitandis ecclesiis B subditorum recipiantur semel in anno, secundum quod in generali concilio continetur.

III.

Archidiaconi vero v. aut VII. decani vero duobus equis contenti existant, nec cum canibus venatoriis & avibus proficiantur: & ita procedant, ut non quæ sua sunt, sed quæ JESU CHRISTI sunt, quærere videantur, nec archidiaconi, nec decani recipiant procuracionem aliquam in pecunia, nec permittant a suis servientibus vel clericis aut sacerdotibus aliquam pecuniam exigi vel extorqueri: quod si contra fecerint, sciant se penam a canone super hoc constitutam incursum, & C nihilominus sententias suspensionis, excommunicationis, vel interdicti, si quas promulgaverint, contra hoc in ecclesias vel personas decernimus non tenere; & cum archidiaconi vel decani visitaverint & ad aliquam ecclesiam pervenerint, quæ visitanti per se ad aliquam non sufficit, tunc duas vel plures conjungant, & eas uno die visitent, & tunc expensas illius visitationis ab ipsis ecclesiis visitatis pro rata cujuslibet recipiant, nec aliquam pecuniam ab ipsis ecclesiis habeant, quam quod expensæ illius visitationis solvantur.

IV.

Cum archidiaconi in ecclesiis & earum appendiciis; & decani in capellis in nostra diocesi habeant de consuetudine institutiones: præcipimus eisdem, quod nullum ad regimen parochialis ecclesie admittant vel instituant, nisi qui xxv. annum ætatis suæ attigerit; & si archidiaconi vel decani, vel eorum clerici scienter contrarium fecerint, nos ipso facto contrarium facientes, prout nostri antecessores fecerunt, suspendimus a divinis, & nos collationes ecclesiarum parochialium, admissiones & institutiones ad easdem faciendas vel factas a tempore generalis concilii ultimi Lugdunensis personis qui vigesimum quintum annum ætatis suæ non attigerunt, pronunciamus & declaramus nullas esse ipso jure, & nullus admittatur ad regimen parochialis ecclesie, nisi qui scientia & moribus idoneus existat, & infra tempus a jure statutum possit in presbyterum ordinari.

V.

Is etiam qui ad regimen parochialis ecclesie assumitur, si infra annum a tempore institutionis suæ non fuerit in presbyterum ordinatus, & personaliter non resederit in eadem, ex tunc anno elapso, nulla etiam mentione præmissa, dicta ecclesia est privatus. Poterit tamen super residentia dispensari per eum qui super hos habuerit potestatem.

Concil. General. Tom. XIV.

A

Nihil exhibeatur & detur archidiaconis & decanis, seu aliis ratione visitationis, nisi ad ecclesias specialiter visitationis causa venerint vel accesserint.

VII.

Si quis autem archidiaconus aut decanus, vel alius loco archidiaconi vel decani parochialis ecclesie regimen cuiquam qui nondum xxv. ætatis suæ annum attigerit, scienter contulerit, nos eo ipso suspensos declaramus.

VIII.

Archidiaconi vel decani nullum admittant ad aliquod beneficium ecclesiasticum, nisi primo juret quod ipsum beneficium canonice sit adeptus, & quod alienata ipsius ecclesie pro posse suo revocabit, & quod in adeptione illius beneficii simoniam vel passionem illicitam non commiserit, nec credit ab aliquo commissam, & quod infra annum debet in sacerdotium promoveri, & personaliter in ecclesia residere.

IX.

Nullus etiam archidiaconus aliquem presbyterorum qui in alio archidiaconatu vel alia diocesi fuerit conversatus recipiat vel celebrare permittat, nisi per litteras archidiaconi, in cujus archidiaconatu conversatus est, constiterit ei de conversatione ejus, & cum non pati legitimum impedimentum, quominus valeat divina celebrare.

X.

Cum etiam a nostris antecessoribus quoddam statutum factum fuit quod est tale: „Cum alia vice inhibuerimus, ne aliquis archidiaconus ruralis officiales habeat, qui cognoscant de causis, cum ipsi archidiaconi & officiales eorum inveniri debeant in cathedrali ecclesia, ubi possunt subditis plenitudinem justitiæ exhibere, & copiam habere consilii: denunciamus omnes illos excommunicatos, qui tale officium exercebant sine nostra licentia. „ Nos præmissa sub pena excommunicationis observari præcipimus.

XI.

Cum autem ad parochialem ecclesiam vel beneficium aliquod archidiaconis vel decano aliquis præsentatur, fiant tres proclamationes, ut in matrimonio super dicta præsentatione, & citentur omnes qui sua crediderint interesse ad videndum admissionem ipsius, & dicendum quicquid velint proponere seu opponere de jure contra dictam præsentationem, & si nullus comparuerit contra dictam præsentationem, tunc examinetur præsentatus de scientia, moribus, & vita. Et si idoneus existat, si non fuerit idoneus, non admittatur: & si aliquis comparuerit & se opposuerit dictæ præsentationi, vel si plures fuerint ad ipsum beneficium præsentati: tunc archidiaconus vel decanus causam oppositionis & de jure præsentatorum cognoscat, & qui potior fuerit in jure, ad ipsam ecclesiam admittatur, nec occasione litis vel controversiæ per aliquam compositionem aut conventionem ecclesiarum aut fructuum partitio fiat, & si contra hoc factum fuerit, illud decernimus irritum & inane.

XII.

Præcipimus etiam decanis ruralibus, quod in suis decanatibus inquirent utrum aliqui filii sacerdotum vel illegitime nati obrinent aliqua beneficia ecclesiastica sine dispensatione

M m m

ledis

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
CHRISTI
1187.

sedis apostolicæ: quos si invenerint, nuncient A
patronis beneficiorum, quod ipsa beneficia con-
ferant personis idoneis, & nomina talium su-
periori suo sub pœna excommunicationis re-
mittant.

XIII.

Nullus filius sacerdotis obtineat beneficium
in quo pater suus immediate deservivit.

XIV.

Prohibemus etiam ne fiant resignationes ec-
clesiarum, nisi in manibus prælati ecclesiæ:
alioquin resignatio non valet saltem quoad
ecclesiam.

XV.

Decani etiam infra duos menses proximos
faciant congregationem presbyterorum suorum, B
& præcipiant cuilibet presbytero & curato
maxime, quod habeant ista statuta hujus sy-
nodi, & ea legant & intelligant: & si pres-
byteri statuta non intelligant, exponant ea
presbyteris.

XVI.

Præcipimus omnibus presbyteris curatis sub
pœna excommunicationis, quod ista habeant
statuta, & ea sæpius legant, & intelligant om-
nes articulos statutorum, per quos incurritur
sententia suspensionis vel excommunicationis,
vel interdicti ipso facto, & que sub ipsis pec-
nis præcipiuntur observari exponant suis sub-
ditis, tam in ecclesiis suis quam alibi in lingua
propria, & doceant suos subditos, quam pericu-
lota sit excommunicatio, que repellit hominem
a participatione sacramentorum & a communio-
ne fidelium, scilicet ab ecclesia militante &
triumphante, & doceant subditos suos, quia sen-
tentia excommunicationis etiam si sit injusta,
timenda est & tenenda: & hoc ipsum pres-
byteri faciant ad minus semel in mense: &
ipsi presbyteri admittant sive in ecclesia, si-
ve extra, excommunicatos & interdictos ad
prædicationem, sed post prædicationem expel-
lant eos ab ecclesia.

XVII.

Decani non faciant assisiam vel talliam su-
per presbyteros suos.

XVIII.

Decani pro nuptiis consanguineorum suo-
rum non mittant presbyteris suis subditis jo-
culatores remunerandos, nec presbyteri suis
subditis vel sociis, nec clerici clericis.

XIX.

Decani & presbyteri non emant a quæstua-
riis futuros proventus seu quæstus faciendos.

XX.

Item, præcipimus omnibus decanis & sa-
cerdotibus consiliorum sub pœna suspensionis
& excommunicationis, quod quolibet anno
excessus contingentes in decanatibus & paro-
chiis eorum & ad nostram correctionem spe-
ctantes, officiali nostro vel illi qui erit ex
parte ipsis referant fideliter, cum super hoc
fuerint requisiti.

XXI.

Item, prout antecessores nostri statuerunt
præcipimus universis consiliorum decanis, quod
ipsi diligenter inquirent nomina & numerum
ecclesiarum in quibus investiti personaliter non
deserviunt, & nobis seu officiali nostro re-
mittant.

XXII.

Item, similiter inhibemus, ne aliquis de-
canus presbyteros extra diœcesim Leodiensem
ab alienis quibuscumque episcopis ordinatos

permittant in suis decanatibus celebrare, nisi
per litteras nostras eis ostenderit ipsos super
hoc licentiatos, & tunc eos licentiæ concel-
sus terminos excedere non permittant.

XXIII.

Item, statuimus prout nostri antecessores
statuerunt, quod decani consiliorum singulis
annis personaliter in cena Domini consecra-
tioni chrismatis intersint reverenter & de-
center, nisi legitimo detenti sint impedimen-
to: & tunc sacerdotes pro se mittant, qui
eos legitime excusent, & eorum vices gerant.

XXIV.

Decani vero chrismate ad loca sua depu-
tato, illud sacerdotibus suis personaliter re-
verenter, si fieri potest, venientibus tradant:
alioquin presbyteris notis, & fide dignis, pro
se missis in honesto habitu, munda vasa &
honestas deferentibus, sanctum chrisma, & o-
leum sanctum infirmorum, sub debita distin-
ctione signorum distribuunt sine exactione a-
licujus pecuniæ, pretii pro laboribus & ex-
pensis: mandantes quod de cetero nulli laico
prædicta tradantur referenda.

XXV.

Præcipimus etiam, prout antecessores no-
stri fecerunt, omnibus archidiaconis ne ali-
quem vicarium in suis archidiaconatibus ad
ecclesiam admittant, nisi prius vicarius jura-
verit quod sine diminutione stipendii dari cou-
sueti admittitur: nec admittant aliquem vi-
carium qui in aliena ecclesia est canonice in-
vestitus, vel vicarius legitimus.

XXVI.

Præcipimus omnibus archidiaconis, ut vi-
cariis faciant debitam competentiam assignari.

XXVII.

Suspendimus etiam ab officio omnes vica-
rios, qui investitis aliquid dant, concedunt,
vel promittunt ad supplicandum alios & ob-
tinendum vicarios.

XXVIII.

Item, præcipimus omnibus archidiaconis,
quod quando visitant ecclesias archidiacona-
tus sui, & invenerint in ecclesia defectum
D in libris missalibus & aliis, ad quem major de-
cima parochiæ tenetur, ipsi moneant deten-
tores dictæ decimæ, quod prædictum defectum
sive defectus suppleant infra terminum com-
petentem: alioquin fructus decimæ dictæ in-
banniant & fassiant auctoritate nostra, donec
de prædictis fuerit satisfactum, & quicumque
de prædictis fructibus post hujusmodi inbanni-
tionem se intromiserit, si est religiosa persona
vel ecclesiastica, ipsam a divino officio suspen-
dimus ipso facto: si vero laica, ipsam ipso fa-
cto excommunicamus. Damus autem archidia-
cono potestatem relaxandi sententias, quando
de præmissis fuerit satisfactum.

XXIX.

Item, ordinamus & præcipimus omnibus
investitis & rectoribus ecclesiarum parochia-
lium, & aliis ecclesiarum prælati, quod
statutis temporibus successive prout onus be-
neficii eorum requirit, se faciant in presbye-
ros ordinari, & in eorum ecclesiis personali-
ter deserviant: alioquin ipsos suspendimus ab
officio: & si in ipsa suspensione per mensem
steterint, ipsos excommunicamus, nisi super
hoc cum ipsis dispensatum fuerit ab eo, qui
hoc faciendi habeat potestatem.

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
CHRISTI
1187.ANNO
CHRISTI
1187.

XXX.

Item, inhibemus etiam, ne aliquis de beneficio ecclesiastico in temporalibus seu spiritualibus spectantibus ad ipsum beneficium se aliquatenus intromittat, antequam ad ipsum beneficium canonice admissus fuerit vel receptus ad ipsum beneficium ab ipso prelato habente super hoc potestatem. Et nos omnes intromittentes, seu ingerentes se de beneficio ecclesiastico in spiritualibus vel temporalibus, antequam ad ipsa admissi vel recepti canonice fuerint, excommunicamus & excommunicatos denunciamus: & nihilominus declaramus ipsos a jure, si quid ex presentatione vel collatione aliqua ad ipsum beneficium eis competeat cecidisse ipso jure.

XXXI.

Ordinamus etiam quod vicarii habeant competentiam xv. librarum alborum ad minus, nisi loca sint solemnia, vel habeant opera adeo magna, quod ratione predicta eis plus debeant assignari, & hoc taxationi antiqui archidiaconi committimus de consilio ordinarii faciendae: quam fieri volumus tam de ecclesiis parochialibus quam sub sunt archidiacono, quam de aliis quae a jurisdictione archidiaconi sunt exceptae, quam etiam de capellis.

XXXII.

Volumus etiam quod a predictis archidiaconis taxetur de quibus bonis & qualibus dicta competentia recipi debeat.

XXXIII.

Item, committimus decanis quod inquirent de ecclesiis defalcatis, & nobis referant quod ecclesiae sunt defalcatae, & per quos & in quibus: & nos omnes defalcationes ecclesiarum minus legitime factas revocamus, & praecipimus sub poena excommunicationis omnibus qui bona ecclesiarum habent per defalcationem minus legitime factam, quod ea ecclesiis a quibus sunt defalcata restituant, & de receptis satisfaciant eisdem infra quatuor menses e tempore praesentis concilii: alioquin omnes dicta bona sic defalcata detinentes, si sint personae ecclesiasticae vel religiosae suspendimus a divinis: si laicae sint, eas excommunicamus.

XXXIV.

Item, committimus archidiaconis quod ubicumque ecclesiae sunt adeo tenues, quod investiti earum non possint de redditibus sustentari, de decimis vel aliis bonis quae recipiuntur a patronis, sive patroni sint ecclesiastici sive saeculares, ratione ipsarum ecclesiarum, sive jure patronatus competentem portionem investitis assignent: & si defectus fuerit in bonis patronorum, cogantur parochiani ad supplementum.

XXXV.

Item, in virtute sanctae obedientiae inhibemus officiali nostro, archidiacono, decanis & quibuscumque aliis prelati, capitulis, & conventibus civitatis & diocesis nostrae Leodiensis, ad quos admissiones, institutiones, curae, collationes, seu receptiones aliquarum ecclesiarum, cappellarum seu beneficiorum ecclesiasticorum de jure seu consuetudine pertinent, ne pro admissione, institutione curae, collatione seu receptione alicujus beneficii ecclesiastici, pecunias exigant vel recipiant, aut aliquid commodum temporale: cum hoc fieri non possit sine vitio simoniae, & nos omnes

Concil. General. Tom. XXIV.

A & singulos prelatos cujuscumque conditionis vel status existant, pro admissione, institutione curae, collatione seu receptione alicujus beneficii ecclesiastici faciendis pecuniam seu aliud commodum temporale petentes & recipientes, & omne consilium & auxilium ad hoc exhibentes suspendimus ab ipso officio ipso facto.

XV. De sententia excommunicationis.

I.

Cum incendiarii & effraiores ecclesiarum & monasteriorum sint ipso facto auctoritate canonis excommunicati, & incendiarii aliarum rerum & bonorum ecclesiarum & monasteriorum sint tanquam sacrilegi excommunicandi, nos ipsos incendiarios, invasores, raptores, detentores grangiarum, domorum, & aliarum rerum & bonorum ecclesiarum & monasteriorum & eorum complices & fautores in hac parte excommunicamus, & excommunicatos denunciamus: & praecipimus omnibus rectoribus ecclesiarum, quod saltem quolibet mense dictam canonis & nostram excommunicationis sententiam innovent, & aggravent in ipsos excommunicatos, candelis accensis, campanarum pulsatione, in speciali de quibus constiterit, & in generali de quibus eisdem non constiterit. Si autem a tempore perpetrati delicti hujusmodi malefactores non satisfecerint ecclesiis quibus damnum intulerunt, infra quindenam, si sint domini hujusmodi malefactores habentes terram & districtum eorum, tunc terras & districtum statuimus esse suppositos & supponimus ecclesiastico interdicto. Si vero terram vel districtum non habeant, statuimus, quod per decanum consilii vel presbyterum loci, in quo hujusmodi delictum est perpetratum, dum hoc eis innotuerit per evidentiam facti, testes idoneos, quos audiendi ipsis conferimus potestatem, aut famam publicam denunciatur judici, seu domino, sub cujus districtu iidem malefactores morantur vel consistunt, predictum delictum sic esse factum. Et si dominus vel iudex sub quo dictus malefactor moratur vel consistit, post dictam denunciationem infra xv. dies iustitiam non fecerit de dicto malefactore, ut dictum est: tunc dictum dominum & ejus iustitiam excommunicamus & excommunicatos denunciamus. Et si ipse dominus & ejus iustitia dictam excommunicationem per quindecim dies sustinuerint, praecipimus ex tunc per singulos presbyteros dicti decanatus in dictum dominum & ejus iustitiam innovari & aggravari dictam excommunicationem singulis diebus dominicis & festivis, candelis accensis, campanis pulsatis, & uxores eorum & famulos extra ecclesiam teneri. Et si ipse dominus, ejus iustitia, & complices dictam excommunicationis sententiam per alios quindecim dies animo sustinuerint indurato: statuimus quod ex tunc tota terra & districtus ipsius domini sint suppositi, & supponimus eisdem ecclesiastico interdicto: & nihilominus in locis in quibus hujusmodi violentia facta fuerit, & dicti malefactores commoventur, cessetur a divinis, nec resumantur organa sine nostro mandato vel officialis nostri speciali.

ANNO
CHRISTI
1187.ANNO
CHRISTI
1187.

II.

Item, excommunicamus & precipimus excommunicatos denunciari omnes illos, qui immunitates ecclesiarum violant, videlicet qui hominem de ecclesia vel ejus cœmeterio extraxerint, vel quolibet alio modo violaverint ecclesiam, & si ipsi violatores infra septem dies a tempore perpetrati delicti non restituerint hominem ecclesie prædictæ a qua non receperunt: statuimus quod ex tunc sententia excommunicationis prædicta in eisdem, eorum complices, & fautores innovetur & aggravetur singulis diebus dominicis & festivis, candelis accensis, & campanis pulsatis. Et si dicti malefactores per alios xv. dies dictam excommunicationem animo indurato sustinuerint; statuimus quod ex tunc cessetur a divinis in locis in quibuscumque tales violatores fuerint vel morantur, & per triduum postquam recesserint de dicto loco. Et quia nonnulli iudices & alii dum hominem, quem, ab ecclesia extrahere volunt pro delicto sibi imposito, non audeant extrahere propter censuram ecclesiasticam vitandam ab eadem, per cogitatum malitiam obsident & custodiunt ecclesiam manibus armatis, & defendunt ne vidualia homini existenti in ecclesia conferantur, ut ipsum hominem in ecclesia existentem fame compellant exire ecclesiam. Nos talia fieri ulterius prohibemus, & precipimus presbyteris ecclesie, & aliis Christi fidelibus in qua idem homo confugit, ut dicto homini alimenta & alia necessaria administrari faciant, & obsidentes ecclesiam, si ad monitionem presbyteri ejusdem ab obsessione prædicta non recedant, & ipsi homini alimenta administrari non permittant, nominatim eos excommunicet presbyter loci auctoritate nostra, & excommunicatos denunciem, & nomina eorum & seriem facti officiali nostro referat: & si ipsi excommunicati perstiterint in sua malitia, nec recesserint ab obsessione prædicta, statuimus, quod in quibuscumque locis venerint seu morentur dicti obsidentes seu custodientes ecclesiam, cessetur a divinis, nec resumantur organa sine nostro mandato vel officiali nostri speciali. Et nos ecclesium sic obsessam, a qua ipsi obsidentes moniti, ut dictum est, non recedunt, supponimus ecclesiastico interdicto. Si vero dubitetur utrum fugiens ad ecclesiam propter delictum ab eo commissum sit ab ecclesia defendendus, scribatur officiali nostro, & quod per ipsum officialem decretum fuerit, observetur.

XVI. De captivis clericis.

I.

Item, precipimus & mandamus, quod omnes capientes clericos vel ecclesiasticas personas, cum eorum complicibus, & fautoribus in hac parte, propter hoc auctoritate canonis excommunicati denunciarent nominatim, si nomina eorum sciri potuerint: alioquin generaliter publice singulis diebus dominicis, & festivis, candelis accensis, & pulsata campana, excommunicati denunciarentur: statuentes quod loca in quibus clerici vel ecclesiasticæ personæ capiuntur, seu loca in quibus capti detinentur, dummodo per diem, & noctem fuerint ibidem, supposita sint ecclesiastico interdicto: & in locis in quibus clerici, & ec-

clesiasticæ personæ, captivi deducuntur sine mora unius diei ibidem faciendâ, cessetur a divinis per triduum: & in quibuscumque locis capientes seu detinentes clericos venerint, dummodo presbytero loci constiterit, quamdiu ibidem extiterit, cessetur a divinis: & si ibidem pernoctaverit per biduum, post ejus recessum, cessetur in loco a divinis.

II.

Item, excommunicamus omnes iudices, scabinos, & justitiam exercentes, & dominos temporales, per quorum loca & districtum clerici captivi deducuntur, seu in quorum locis detinentur, si clericos a manibus dictorum capientium non liberaverint, seu arrestaverint, & detineant, dummodo ipsi domini, scabini, justitia & iudices sciant ipsos clericos esse captos, & a manibus dictorum capientium per suam potentiam potuerint deliberare eosdem: & si capientes clericos sint domini temporales, & terram & districtum habeant, ipsos clericos infra triduum a tempore perpetrati delicti a dicta captivitate non deliberaverint, vel exire permiserint, ex tunc tota terra eorum supposita sit ecclesiastico interdicto.

III.

Præterea statuimus, quod clerici seu cappellani dominorum seu nobilium vel aliarum personarum qui fuerint pro injectione manuum in clericum vel causa aliquorum excessuum sententia excommunicationis innodati, sui domini in hujusmodi injuriis consilium vel auxilium verbo vel facto non impediant: alioquin noverint se eadem sententia innodatos: sed ipsos dominos suos excommunicatos modis omnibus quibus potuerint inducant, ut de his pro quibus excommunicati existunt satisfaciant. Quod si infra mensem eosdem dominos suos inducere nequiverint, ex tunc omnino recedant ab eisdem: nec eis communicent: alioquin ipsos clericos & cappellanos qui ultra id temporis cum dictis dominis suis excommunicatis permanerint & eis communicaverint, majori excommunicatione excommunicamus, & statuimus excommunicatos, & eos precipimus, per similes presbyteros publice candelis accensis, campana pulsata denunciari excommunicatos.

IV.

Item, excommunicamus & excommunicatos denunciari mandamus omnes dominos, principes, & iudices, & alios quoscumque cujuscumque conditionis, vel status existunt, qui rectoribus investitis ecclesiarum & aliis personis ecclesiasticis inhihent, & minas imponunt eisdem, ne morentur in parochiis & locis suis, & ad ecclesiam suam accedere & loca sua, propter quæ pluries divina in sua parochia vel nostra diocesi impediuntur. Et etiam excommunicamus omnes illos & excommunicatos denunciari qui in præmissis consilium adhibent & præmissa fieri procurant.

XVII. De percussoribus clericorum.

I.

Item, statuimus ut occisores, mutilatores, & percussores atrociter clericorum & ecclesiasticarum personarum, & clericos capientes, & in captivitate detinentes seu per captivitatem pecuniam aliquam ab eis extorquentes, propter hoc auctoritate canonis excommunicati per omnes ecclesias civitatis & diocesis Leodien-

diensis, & omnes operam seu consilium ad hoc adhibentes ab omnibus presbyteris, & ecclesiarum rectoribus, singulis diebus dominicis & festivis, candela accensa, campanis pulsatis, nominatim de quibus constiterit, excommunicati denuncientur & ab omnibus arctius evitandi, donec sufficienter satisfecerint de commissis, & a sede apostolica meruerint beneficium absolutionis obtinere.

II.

Præterea locus ille ad quem venerint tales excommunicati, quamdiu ibidem fuerint, & post duos dies sequentes immediate a recessu eorum, si in eodem loco biberint aut comederint, & per duos dies sequentes ulterius si in eodem loco pernoverint, & locus in quo talis B violentia facta fuerit, & in quo dicti malefactorum per octo dies moram traxerint, sit interdictus: & si hujusmodi sacrilegi seu malefactorum terram, jurisdictionem & districtum habuerint, & si infra tres menses a tempore perpetrati delicti ad arbitrium nostrum non satisfecerint de delicto: eorundem terra & districtus ex tunc ecclesiastico, ipso facto, sit suppositus interdicto.

III.

Præterea si domini terræ in quorum districtibus manent, & ubi domicilium habent hujusmodi sacrilegi, vel ubi tam enorme scelus commissum extiterit, tam nefarios sacrilegos & nefandos in suis districtibus sustinuerint, & contra eos ad privationem bonorum & prescriptionem de terra sua non processerint, & justitiam, prout ex officio suo tenentur, super hoc non fecerint, infra quindecim dies postquam de delicto hujusmodi constiterit eidem per famam publicam, vel per denunciationem decani vel presbyteri loci, quam ab ipso decano vel presbytero loci fieri præcipimus, sub poenis excommunicationis: quam cito per famam, querimoniam alicujus, evidentiam rei, aut alio modo constiterit seu alias legitime, statuimus quod ex tunc ipsi domini terræ & eorum iudices, scabini, & justitia excommunicationis sententiam incurrant: & si per quindecim dies dictam excommunicationem animo sustinuerint indurato, ex tunc tota eorum terra ecclesiastico sit supposita interdicto, & contra eos nihilominus procedatur, sicut requisiverit protervitas delinquentis.

IV.

Item, statuimus & præcipimus, ut ubiunque bona ecclesiarum, & ecclesiasticarum personarum mobilia fuerint violenter accepta seu imbannerita per iudicem secularem, vel mobilia arrestata vel occupata; si hoc decano vel presbytero loci innotuerit, quibus in hoc fidem adhibemus vel adhiberi præcipimus, cessetur a divinis ibidem, donec bona fuerint legitime restituta & dearrestata, & satisfactum fuerit de commissis; nec organa resumantur sine nostro vel officialis nostri speciali mandato.

V.

Et si dominus vel iudex loci præmissa fecerit, ipso facto sit excommunicatus, & si per quindecim dies hujusmodi excommunicationem animo sustinuerint indurato, tota terra dicti domini, vel iudicis ex tunc supposita sit ecclesiastico interdicto. Si vero persona secularis jurisdictionem in dicto loco non habens præmissa fecerit, sententiam excommunicationis incurrat ipso facto.

VI.

Præcipimus decano & presbytero loci, ut domino seu iudici loci præmissa denuncient: & si ipse dominus infra triduum postquam de præmissis ei constiterit per denunciationem decani vel presbyteri loci, evidentiam rei, famam publicam, seu alias legitime præmonitis, impedimenta vel injurias cessare non fecerit, statuimus quod ex tunc domini & justitia loci sive villici, scabini & alii sint ipso facto excommunicati, & si ipsi domini vel justitia sua per quindecim dies, dictam excommunicationem animo sustinuerint indurato, ex tunc tota terra & districtus ejusdem suppositi sint ecclesiastico interdicto.

VII.

Intelligimus bona mobilia esse detenta, ubi per noctem, & diem continue detinentur. Si vero per alia loca deferantur sine interpositione temporis unius diei, ex tunc in dicto loco cessetur, quamdiu dicta bona fuerint ibidem, & ipsis bonis a loco depositis, presbyter organa resumere poterit.

VIII.

Item, excommunicamus & ipso jure excommunicatos denunciamus quoscumque dominos laicos, vel eorum officarios vel ballivos, aut villicos seu forestarios quorumlibet dominorum, aut consiliarios eorundem, qui aliqua statuta ediderint, vel consuetudinem induxerint contra ecclesie libertatem, & scriptores dictorum statutorum, & iudices qui secundum statuta vel consuetudines hujusmodi præsumperint judicare, & nihilominus statuta, & consuetudines, contra libertatem ecclesiasticam inducunt, & sententias ex eis prolatas decernimus non tenere, & actionem seu exceptiones ex talibus sententiis non competere. Et si aliquis secundum statuta vel consuetudines inducenda seu inducenda ulterius præsumperit judicare, sententiam excommunicationis incurrat, & in quibus locis talis excommunicatus venerit & moram fecerit, cessetur a divinis, quousque nobis satisfecerit competenter.

IX.

Item, excommunicamus omnes illos, & denuncientur excommunicati, qui constituerunt, vel perceperunt, vel constitui & præcipi fecerint & mandaverint, seu bannum aliquem super hoc fecerint, quod extra terram illorum nullus laicus debet vocari in jus coram quocumque iudice ecclesiastico, vel laicos, quoslibet querimoniam deferentes coram nobis vel nostro officiali, vel quolibet iudice ordinario, vel delegato in rebus vel personis læserint, vel aliquo modo propter hoc turbaverint, & illos & alios laicos, qui absque auctoritate res ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum invaserint vel imbannerint per manum laicalem. Et quia nonnulli iudices & domini temporales, cum aliquis clericus vel laicus aliquem coram nobis seu nostro officiali, seu alio iudice spirituali in causam traxerint, patrem, matrem, fratres, seu consanguineos ipsius in causam trahentes coram iudice spirituali capiunt & detinent, & bona eorumdem fassunt & arrestant, ut per hoc agere volentem coram spirituali iudice cogant desistere a persecutione juris sui: nos talia anathematis interminatione fieri prohibemus, & excommunicamus, & excommunicatos denunciamus omnes dominos, ballivos, forestarios, & iudices quoscumque, & omnes consilium,

ANNO
CHRISTI
1187

lium, & auxilium & opem præstantes, qui A
patrem, matrem, fratrem, seu quoscumque
consanguineos alios, & amicos trahentes, ali-
quem in causam coram nobis propter hoc es-
perint, detinuerint & arrestaverint, vel bona
eorum fasserint, vel occupaverint, & in lo-
cis in quibus talia, & ea quæ in statuto pro-
xime supraposito continentur, facta fuerint,
cessetur a divinis, nec resumantur organa sine
mandato nostro vel officialis nostri speciali.

XVIII De executoribus mandatorum & porta-
toribus litterarum.

I.
Insuper excommunicamus illos, & denun-
ciantur excommunicati, qui portatores litte-
rarum & executores mandatorum a nobis seu
nostro officiali vel quocumque iudice ecclesia-
stico destinatos, & sacerdotes mandata judi-
cum ecclesiasticorum exequentes capiunt, de-
tinent, seu spoliant, aut bona eorum aut eis
attinentium imbannunt vel occupant; & ces-
setur a divinis ubicumque executores manda-
torum, vel portatores litterarum a nobis, seu
officiali nostro vel quocumque iudice ecclesia-
stico destinatarum, aut querimoniam coram
iudice ecclesiastico deponentes, vel officialem
nostrum adeuntes detinentur; vel eorum bo-
na capiuntur, occupantur, & detinentur,
quoadmodum huiusmodi violentia duraverit, nec
resumantur organa.

II.
Et quia, ut intelleximus, nonnulli domini
temporales, iudices, scabini, ballivi & alii cum
portatores litterarum, & executores manda-
torum ad loca sua venerint, eosdem capiunt
& arrestant, seu bona eorum occupant, ad
excusationem eorum dicentes, quod hoc non
faciunt ratione litterarum, & executionis præ-
dictarum; sed ratione quorundam excessuum
seu debitorum aliquorum impositorum ipsis
portatoribus, seu aliis executoribus ab eisdem
dominis, iudicibus, ballivis, & aliis: cum
fraus & dolus nulli patrocinari debeat; sta-
tuimus, quod non obstantibus excusationibus
talibus, ad executionis sententiam contra
eos procedatur, & secundum formam superius
expressam, nisi forte ipsi iudices, ballivi seu
alii malefactores in hac parte coram decano
seu loci presbytero per iuramentum proprium,
vel testes idoneos, seu alias legitime docuerint
infra triduum a tempore captionis, & ar-
restationis prædictorum, ipsos portatores seu exe-
cutores, si laici sint, aliquod delictum mani-
festum commisisse, & quod propter hoc vel
in aliam causam, & non in fraudem præsen-
tis statuti nostri, & ecclesiasticæ libertatis ta-
lia attentaverunt. Si vero ipsi portatores &
executores clerici fuerint, tunc cum ipsi do-
mini vel iudices, ballivi & alii non habent in
eosdem clericos jurisdictionem, a poena dicti
statuti non poterint excusari.

III.
Item, excommunicamus, & denunciatur
excommunicati omnes illi qui manus iniece-
runt, vel violentiam intulerunt in rebus vel
personis aliquorum prædictorum, vel qui inhi-
bent laicis, ne pro suorum negotiorum pro-
secutionibus, quæ ad forum ecclesiasticum per-
tinent, nos vel officialem nostrum vel eccle-
siasticum iudicem adeant, semper litteras apo-
stolicas coram iudice ecclesiastico experiantur.

IV.

Item, cum causæ matrimoniales, nativita-
tis alicujus, usurarum, simoniarum, perjurii, adul-
terii, contra raptos rerum ecclesiasticarum
& inavales decimarum, perjurii, ac fidei vio-
lationis, juris patronatus, electionum, & plu-
res aliarum ad forum ecclesiasticum pertinent se-
cundum canonicas sanctiones: ita quod sæcu-
laris iudex de talibus causis ecclesiasticis co-
gnoscere non poterit nec debet, nos excom-
municamus & excommunicatos denunciavimus
omnes iudices & ballivos, scabinos, & iusti-
tias sæculares quascumque, qui de talibus cau-
sis cognoscere & iudicare præsumperint, &
nihilominus sententias & processus iudicum
sæcularium quorumcumque habitos, & habendo-
rum super causis huiusmodi ecclesiasticis, tan-
quam a non suo iudice factos censemus seu
irritos, & penitus non tenere nec valere nun-
ciamus.

V.

Item, excommunicamus, & denunciatur
excommunicati qui conspirationem, & colli-
gationem aliquam seu fœdera fecerint de non
offerendo sacerdoti seu in nuptiis, seu in exe-
quis mortuorum, aut alias, seu de non sol-
vendo decimas debitas & consuetas, seu ali-
quid faciendo vel non faciendo quod cedit
contra iura parochorum, & ecclesiasticam li-
bertatem.

VI

Item, cum nonnulli principes, domini, &
iudices sæculares Leodiensis diocesis tyranni-
ca pravitate adeo gravent ecclesias, & eccle-
siasticas personas molestant & perturbant, quod
ipsæ ecclesiæ & ecclesiasticæ persone sub eo-
rum dominio constitutæ deterioris conditionis
existunt quam sub Pharaone fuerant, qui le-
gis divinæ notitiam non habebat, tallias, ex-
actiones, petitiones, & servitia indebita dictis
ecclesiis & ecclesiasticis personis imponere, &
ab eisdem recipere & exigere non verentur:
adeo quod quidam eorum abusus huiusmodi
frequentibus actibus induxerunt per consuetu-
dinem faciendum, licet in talibus contra li-
bertatem ecclesiasticam perpetratis consuetudo
aliqua indici non potest, quæ potius est di-
cenda corruptela, & cum tanto sint gravio-
ra peccata, quanto diutius detinent infelicem
animam alligatam: nos hac generali synodo
prædictis principibus, dominis & iudicibus sæ-
cularibus quibuscumque inhibemus districtius,
ne ecclesiis, monasteriis, vel ecclesiasticis per-
sonis huiusmodi exactiones, tallias illicitas,
& servitia indebita, nomine petitionis vel
quocumque alio nomine vel colore impo-
nant, vel ab eisdem exigant seu loci pres-
bytero.

XIX. De sententia excommunicationis.

I.

Et sub poena excommunicationis interdicimus
ipsis monasteriis, ecclesiis & ecclesiasticis
personis, ne ipsis principibus, dominis, & ju-
dicibus sæcularibus solvant vel conferant hu-
iusmodi tallias, exactiones & servitia sub no-
mine petitionis seu quocumque modo, cum
hoc sit contra ecclesiasticam libertatem: alio-
quin recipientes huiusmodi tallias, exactiones,
& servitia, & quorum consilio vel auxilio ta-
lia facta fuerint, statuimus esse vinculo ex-
com-

communicationis ipso facto innotatos, & si ipsi principes, domini iudices seculares violenter contra voluntatem monasteriorum, ecclesiarum & bona eorundem receperunt, invaserunt, vel arrestaverunt, seu capi, invadi, arrestari fecerint & mandaverint, ratione talliarum, exactio-
num & servitorum praedictorum; ex tunc praecipimus eosdem, & omnes eorum complices & fautores in hac parte excommunicari, & excommunicatos denuncia-
ci: & si ipsi principes, domini & iudices infra xv. dies ex tunc proxime sequentes ab inva-
sione, receptione & arrestatione non destiterint, & ea quae de bonis monasteriorum, ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum eisdem monasteriis, ecclesiis & ecclesiasticis per-
sonis integraliter non restituerint, moniti super hoc tota terra dictorum principum domi-
norum seu iudicum & districtus eorum sup-
posita & suppositi sunt ecclesiastico interd-
icto, in quibuscumque locis aliis ipsi ex tunc venerint, biberint vel comederint pernoctan-
do, per triduum cessetur a divinis.

II.

Item, excommunicamus & excommunica-
tos denunciamus omnes dominos, iudices se-
culares, scabinos, & quascumque iustitias se-
culares, qui clericos, vel ecclesiasticas per-
sonas scienter super re mobili quocumque iure,
debitis, damnis, vel aliis actionibus persona-
liter citant, & in causam trahunt, seu liti-
gare compellunt coram iustitia seculari, &
procurantem praemissa, & omnes qui consi-
lium, & auxilium in praemissis praestiterint,
& omnes iustitiaros, & alios qui occasione
iudicii alicujus redditi & pronuntiati contra
clericos modo praedicto & in foro praedicto ma-
num imponunt vel apponerent ad personas,
res, & possessiones clericorum, & nihilomi-
nus sententiam excommunicationis in dicto
foro contra clericos latam tanquam a non
suo iudice & ab excommunicatis prolata de-
cernimus nullam esse ipso iure: mandantes om-
nibus sacerdotibus locorum in quibus praemis-
sa facta fuerint, sub poena suspensionis latae
sententiae, ut cum eisdem consulerit de vio-
lentiis praedictis per evidentiam rei, famam
publicam, seu alias, statim cessent a divinis
sine alterius expectatione mandati, & aucto-
res hujus violentiae excommunicent & excom-
municatos denuncient in generali in quibus non
consulerit, in speciali de quibus consulerit.

III.

Item, cum nonnulli principes, domini &
iudices seculares, dum directe propter censu-
ram ecclesiasticam, & poenas super hoc con-
stitutas, contra monasteria, ecclesias, vel ec-
clesiasticas personas, vel eorum bona non au-
deant attentare; indirecte, excogitatis quibus-
dam malitiis, inhibent suis subditis, ne ali-
qui colant terram dictorum monasteriorum,
ecclesiarum, vel ecclesiasticarum personarum,
nec alias quam proprias, vel ad eorum mo-
lenda molant, vel ad similia: propter quae
ipsa monasteria, ecclesiae, & ecclesiasticae per-
sonae grave dispendium & gravamen incurrunt.
Nonnulli etiam de praedictis laicis per nequi-
tias alias ponunt, seu poni faciunt dicta mo-
nasteria, ecclesias, vel ecclesiasticas personas
extra tuitionem, & defensionem eorundem:
concedentes malis & perveris licentiam, im-
mo auctoritatem contra ipsa monasteria, ec-
clesias, & ecclesiasticas personas insurgendi vel

& malignandi, ut per hoc principes, domini,
& iudices seculares quod a monasteriis, ec-
clesiis, & ecclesiasticis personis requirunt, li-
cet illicitum sit, consequantur. Nos tantis
fraudibus & iniquitatibus obviare volentes, pra-
ecipimus omnibus principibus, dominis, & ju-
dicibus secularibus Leodiensis dioecesis, ne
de cetero talia facere praesumant: statuen-
tes, quod si qui eorundem per se vel per al-
ium, terras aut possessiones dictorum mona-
steriorum, ecclesiarum, vel ecclesiasticarum
personarum, coli & arari inhibuerint, vel ad
molendina eorum moli, vel aliquid simile man-
daverint directe vel indirecte, vel ipsa mona-
stia, ecclesias & ecclesiasticas personas extra
tutionem suam posuerint, & ab injuratori-
bus & invaloris eorum non defenderint su-
per hoc requisiti, ipso facto excommunicatio-
nis poenam incurrant: & omnes qui eis o-
pem, consilium & auxilium praestant in hac
parte, cum ex gladii potestate eisdem con-
cessa teneantur ecclesias & ecclesiasticas per-
sonas defendere; & si per unum mensem di-
ctam excommunicationis sententiam animo su-
stinuerint indurato, in quibuscumque locis ex
tunc venerint, biberint aut comederint per-
noctando, per triduum cessetur a divinis sine
expectatione alterius mandati.

XX. De communitatibus.

I.

Item, statuimus, quod si aliqui nobiles vel
alii ad praedia vel alias expeditiones proceden-
tes jacuerint in grangiis, curribus, vel bonis
ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum,
vel monasteriorum, quod tamen fieri sub po-
ena excommunicationis prohibemus, & dama-
na aliqua vel rapinas ibidem fecerint, si in-
fra mensem a tempore perpetrati delicti, re-
quisiti, monitione super hoc facta, de dam-
nis, rapinis, & injuriis irrogatis, laesis, &
dammum passis non satisfecerint, ipso facto
sententiam excommunicationis incurrant. Et
si per quindenam animo indurato steterint in
dicta sententia, ipsam excommunicationis sen-
tentiam in eisdem aggravent & innovent sin-
guli presbyteri diebus dominicis & festis, can-
delis accensis, pulsatis campanis, & nihilo-
minus contra eosdem procedatur sicut contra
invasores bonorum ecclesiarum & ecclesiasti-
carum personarum est procedendum, sicut
superius est expressum.

II.

Item, excommunicamus & excommunica-
tos denunciari praecipimus, omnes illos tam
nobiles, quam alios, qui homines nostrae ma-
joris ecclesiae & aliarum ecclesiarum nostrae
dioecesis Leodiensis ipsis capitalem censum sol-
ventes, vel de familia eorundem existentes,
praetextu advocacionis, seu habitationis, vel
alterius coloris exactio-
nibus, petitionibus, vel
aliis servitutibus opprimunt vel molestant, vel
mobilia ipsorum post eorum mortem acci-
piunt violenter.

III.

Item, excommunicamus & denuncientur ex-
communicati qui grangias ecclesiarum, vel ec-
clesiasticarum personarum clauserint, vel ter-
ras eorum coli prohibuerint, vel pecora eo-
rum acceperint, aut communibus pascuis ubi
pasci consueverunt expulerint. Omnes praedicti
in

ANNO
CHRISTI
1197ANNO
CHRISTI
1197.

In quolibet mense, id est prima dominica mensis a quolibet presbytero parochiali denunciatur excommunicati in generali; in speciali vero ubicumque conspicerit sacerdoti de aliquo prædictorum, nominatim prædictos malefactores, & omnes qui consilium, mandatum, & auxilium præstiterint, ipse presbyter incontinenti quam cito sciverit, non expectato termino mensis, denunciatur excommunicatos, sine expectatione alterius mandati, singulis diebus dominicis aut festis, candelis accensis, campanis pulsatis, nec eos absolvat sine nostro vel officialis nostri mandato speciali. In qua excommunicatione, si per quindena permanferint, uxor eorum & familiae, monitione trium dierum præmissa, ab ecclesia arceantur, vel ingressu ecclesiarum: & si per aliam quindenam perduraverint, totum ballivatum vel villicatum eorum ecclesiastico supponimus interdictum, & præcipimus denunciari interdictum.

XXI. De pascuis communibus.

Item, excommunicamus omnes & singulos, qui pascua communia in siccis vel in humido, silvis vel terris constituta, in villis antiquarum ecclesiarum nostræ diocesis vel ipsarum allodis, vel hominum ad ecclesias vel villas earum pertinentium invaserint, occupaverint, vel appropriaverint violenter, nisi infra VII. dies post hujus sententiæ publicationem, quam a quolibet sacerdote proxima secunda dominica post hanc synodum fieri volumus, eadem pascua dimiserint & communitati restituerint: ita quod amplius se de eis nullatenus intromittant. Præcipientes districtius, quod si hoc non fecerint, denunciatur singulis diebus dominicis & festis, candelis accensis, campanis pulsatis, publice & solemniter excommunicati tanquam prædones rei publicæ, vel alienæ invasores. In qua excommunicatione si per XV. dies persisterint, uxores eorum & famuli, monitione trium dierum præmissa, ab ingressu ecclesiarum arceantur. Eadem sententia percellentes omnes illos, qui de cetero super communibus pascuis vel similia talia attentaverint. Mandantes quod singuli sacerdotes contra eos de quibus conspicerit, quod præmissa in posterum attentabant, nominatim procedant modo prædicto. Ubicumque vero aliquis sacerdos specialiter de aliquo suo parochiano, vel de aliquibus aliis sciverit quod aliquid de prædictis pascuis occupent, incontinenti procedat contra illum vel illos poena supradicta, sine expectatione alterius mandati. Quod si scierit hoc omiserit facere, ipso facto ab officio sit suspensus.

XXII. De decima novalium.

Item, præcipimus, quod quilibet laici, si ve nobiles vel alii, qui antiquarum occasione decimarum, quas in aliquibus parochiis percipiunt, vel ex donatione vel ex largitione nobilium, seu alia occasione, quascumque decimas novalium in terris propriis vel aliis in quibuslibet parochiis obvenientes occupant, attrahunt & sibi vindicant, penitus ab occupatione, attractione, & usurpatione earumdem decimarum novalium desistant, & de blatis satisficiant tam nobis, quam ecclesiasticis personis, quibus ipsæ novalium decimæ de jure competunt,

A per ipsas decimas ecclesiis ad quas pertinent de cetero pacifice possidendas relinquentes. Quod si mentem post hujusmodi publicationem mandati, quam infra dominicam palmarum in qualibet parochiali ecclesia a sacerdote loci sub poena suspensionis ab eodem fieri præcipimus, eos excommunicamus; & præcipimus, quod quilibet de præmissis de quibus conspicerit, sine alterius expectatione mandati, a presbytero loci excommunicati denunciatur. In qua excommunicatione si per quindenam perduraverint, ex tunc in antea in uxores eorum & famulos excommunicationis sententia aggravetur.

B XXIII. De celebratione in loco interdicto.

Item, directe præcipimus, ut quodcumque contigerit ab ordinariis iudicibus aliqua loca seu ecclesias supponi ecclesiastico interdictum, presbyteri & clerici diligenter observent sententias interdicti, nec aliquis in ecclesia interdicta præsumat celebrare divinum officium durante interdicto, quod durare intelligimus, donec ab eo, a quo latum extitit, seu habente super hoc potestatem fuerit revocatum. Et nos omnes sacerdotes celebrantes scienter, diaconos vel iudicatos & alios clericos epistolam & evangelium legentes, aut aliquid de divino officio in suis officiis officiantes in loco interdicto: nisi in casu in jure excepto, ut inferius apparebit, & celebrantes divina scienter excommunicatis & interdictis presentibus, excommunicamus & excommunicatos denunciavimus. Si vero presbyteri excommunicati vel suspensi divina, immo potius prophana non formidaverint celebrare, ipsos denunciavimus ipso facto irregulares: & si in sua rebellione ulterius per septem dies duraverint, ipsos a suis beneficiis, si quæ habent, ipso facto privamus, & privatos denunciavimus: indulgentes beneficiorum patronis, quod ex tunc aliis personis idoneis beneficia conferant dictorum privatorum: alioquin elapso termino juris, potestas conferendi dicta beneficia ad superiorem proximum devolvitur. Si vero dicti irregulares beneficia non habent, nos perpetuo a nostra diocesi eos eliminamus. Et licet tales per aliquorum preces importunas absolutionis beneficium ab excommunicatione a nobis obtinuerint: volumus tamen & præcipimus archidiaconis, quod in suis archidiaconatibus, decanis conventualium ecclesiarum & consiliorum, abbatibus, prioribus & ceteris ecclesiarum prælatis, quod in suis ecclesiis dictos irregulares celebrare, vel aliquod divinum officium exequi non permittant.

XXIV. De altari, calice, & vestimentis, &c.

E Item, præcipimus etiam officiali nostro, quod altaria super quibus tales excommunicati celebraverint, faciant infringi, nec permittant in eis celebrari donec fuerint reparata; & calices confrangi, & vestimenta sacra in quibus celebraverint, comburi. Et si qui sacerdotes, supra dicta altaria antequam sint confracta, & cum dictis calicibus antequam sint confracti, & cum dictis vestimentis antequam sint combusta, scienter celebrare præsumperint, ipso facto sint suspensi a divinis. Item, statuimus, quod si sacerdotes suspensi, excommunicati vel interdicti celebraverint, &

Videur
deesse se cor-
rexerint aut
quod simie

NOTA

notam irregularitatis incurrerint, & postmodum in contemptum celebrare reperiantur, perpetuo carceri mancipentur.

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
CHRISTI
1187.

XXV. De extorquentibus.

I.

Præterea cum beneficium absolutionis ab excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententia per vim & metum extortum, nullum sit ipso jure: præcipimus omnibus sacerdotibus, quod si aliquis excommunicatus, per vim vel metum procuraverit se absolvi, nihilominus, non obstante tali absolutione nulla, excommunicatum, excommunicatum, suspensum, suspensum, irregularem, irregularem denuncient, sicut ante talem absolutionem facere debuerunt, & illos qui vi, vel metu hujusmodi extorserint absolutionem: declaramus sententiam excommunicationis auctoritate canonis incurrere, a qua non poterunt nisi per summum pontificem absolvi.

II.

Præterea cum circa absolutionem interdictorum a presbyteris & aliis clericis aliquotiens sit erratum: volentes errori communi remedium adhibere, statuimus, ut quotienscumque aliquem locum auctoritate ordinaria, vel legati vel delegati ecclesiastico contigerit supponi interdicto, omnibus tam extrema-unctio, quam sepultura & alia ecclesiastica sacramenta penitus denegentur, exceptis necessariis sacramentis, utpote baptisma parvulorum & penitentia morientium, ac viaticum quoque morientibus in extremis non denegetur: nec poterit presbyter vespere, nec alias canonicas horas, nec etiam missam usque ad offertorium, prout intelleximus quosdam presbyteros fecisse, officiendo celebrare.

III.

Clericos autem decedentes, & qui causam interdicto non dederint, sed ipsum reverenter servaverint, in cœmeterio sine campanarum pulsatione, cessante omni solemnitate, cum silentio concedimus tumulari, & in ecclesia interdicta licite cum duobus vel tribus clericis, vel sacerdotibus qui causam interdicto non dederint, clausis januis, voce submissa, ita quod extra audiri non possint, excommunicatis & interdictis exclusis, horas dicere: & poterunt tempore interdicti ecclesiarum ministri semel in septimana, voce submissa, clausis januis, excommunicatis & interdictis penitus exclusis, celebrare missam ad conficiendum Corpus Domini, quod prout dictum est, dari poterit morientibus in extremis.

XXVI. De potestate simplicis sacerdotis in articulo mortis.

I.

Presbyteri simplices in articulo mortis quemlibet excommunicatum quacumque auctoritate possunt absolvi, & absolviunt in forma ecclesie: & hoc fiat, si poterit, coram fide dignis & testibus quibus excommunicatio est manifesta, & sic absolutus quia pure absolutus est, dummodo aliud eidem non obstat, conferri debent omnia sacramenta ecclesiastica, & ecclesiastica sunt sepultura donandi, exceptis usurariis, vel raptoribus, & aliis in jure expressis.

Cœcil. General. Tom. XXIV.

II.

Forma ecclesie talis est, quod excommunicatus, qui se petit absolvi, dabit cautionem pignoratiam, si poterit; & si non poterit, fidejussoriam vel juratoriam, quod stabit mandatis ecclesie super his pro quibus est absolutus: & si sic absolutus decesserit, hæredes ipsius tenebuntur & compellentur ad satisfaciendum de his pro quibus mortuus fuerat excommunicatus. Si autem sic absolutus convalescit ab infirmitate sua, tunc accedat ad suum excommunicatorem cum litteris ejus qui eum absolvit, continentibus absolutionem, & qualiter fuerit absolutus; & tunc ipse absolutus faciat id quod excommunicator ei injunxerit super his, pro quibus fuerat excommunicatus. Si vero excommunicatus cum convalescit ad excommunicatorem suum accedere noluerit, nec accesserit infra terminum quem volumus & præcipimus sub pœna excommunicationis præfigi ab illo qui excommunicatum absolvit, tunc ille qui absolvit eum, retrudat ipsum in pristinam sententiam auctoritate presentis statuti, & tunc ut prius habeatur pro excommunicato; & nihilominus, si tunc juramentum præstiterit, pro perjurio tali puniatur.

III.

Quia vero per presentia statuta nostra omnibus paterna sollicitudine intendimus providere, ut quies ecclesie & ecclesiasticis personis procuretur, & pacis turbatores, pœnæ formidine arceantur a peccatis; præcipimus, & mandamus, & statuimus sub pœna excommunicationis, ut statuta ipsa ab omnibus ecclesiasticis & secularibus personis inviolabiliter omni fraude & dolo exclusis observentur: & presbyteri, clerici & alii ecclesiarum prælati mandata dictorum statutorum fideliter exequantur: & nos omnes tam ecclesiasticas, quam seculares personas, quæ sententias excommunicationis, suspensionis & interdicti latis vel ferendas virtute dictorum statutorum non observaverint, & presbyteros, clericos & alios ecclesiarum prælatos, qui mandata ecclesiastica fraudulenter & contumaciter exequi non curaverint, excommunicamus in his scriptis: & nihilominus illi pro quo mandata exequi debeant, ad expensas & interesse tenebuntur.

IV.

Quoniam autem accepimus, quod plerique nostri subditi mandata nostra & officialis nostri & aliorum judicum minus promte nec licenter exequantur, & aliqui exequi omittant, in suarum periculum animarum, & libertatis ecclesiasticæ læsionem, districte præcipimus, quod ea de cetero, omni occasione & excusatione postpositis, sine difficultate super quocumque negotio fideliter exequantur, observent, & observari faciant, juxta eorum tenorem mandatorum, mandatis receptis sigilla sua in signum executionis appendentes. Quicumque vero hujus mandati transgressor extiterit, per triginta dies ab officio pœnam suspensionis se noverit incursum: gravius contra ipsum processuri, si meruerit protervitas delinquentis.

ANNO
CHRISTI
1187.

XXVII. De modo constandi decano & presbytero loci.

ANNO
CHRISTI
1187.

I

Cum in multis articulis statutorum nostrorum inferitur, quando decano & presbytero loci constiterit de delicto vel de præmissis, delinquentem excommunicare, seu ad excommunicationem procedat, quatenus hæc clausula, si decano vel presbytero loci constiterit, &c. accipienda sit, declaramus statuentes, quod quando decano vel presbytero loci per evidentiam facti, puta si delictum fieri viderint, vel audierint, vel alias sciverint factum esse vel per confessionem delinquentis, quam decanos vel presbyteros loci audiendi, recipiendi, & delinquentes ad dicendum veritatem, si necesse fuerit, super præmissis compellendi per cenuram ecclesiasticam, statuimus habere potestatem vel per famam publicam contra aliquos laborantem conquerentium, vel eorum procuratoris habentis super hoc potestatem sacramenti de calumniis subsequentes, illos contra quos fama laborat delictum ipsum commisisse, vel per sententiam vel per confessionem in iure factam constiterit de commissis, vel cum iudex ipsi decano vel presbytero loci mandavit quod ad excommunicationem procedant virtute dicti statuti nostri. Decanus vel presbyter loci vel alius executor delinquentem excommunicet, & ad excommunicationem procedat: aliter autem decanus, presbyter, vel executor, delictum, & quid super eodem factum fuerit, & circumstantias ejusdem nobis hoc nostro officiali rescribant, & quod super hoc a nobis seu nostro officiali mandatum fuerit, observetur.

II

Præterea intelleximus, quod cum portitores litterarum nostrarum curiæ nostræ & archidiaconatus Leodiensis ad aliquos presbyteros pro citationibus & aliis mandatis venerint exequendis, ipsi executores seu presbyteri ipsa mandata exequi reculant, nisi ipsa mandata iustitiæ seculari loci & illis contra quos mandata exequi debent ostendantur: propter quod pluries accidit, quod mandatorum nostrorum, curiæ nostræ, & archidiaconorum portitores & executores capiebantur, & arrestabantur, & eis mala inferebantur. Quare statuimus, quod quotienscumque aliqui portitores litterarum nostrarum, archidiaconorum nostrorum, seu aliorum ad aliquem locum venerint, in quo alicuius potentiam seu violentiam sibi merito inferri metuerint, presbyteri & ipsi executores mandatorum ipsis diligenter inspedis, & viso, si suspicione careant, ipsorum mandatorum copia de verbo ad verbum recepta, dicta mandata sigillent, & portitori reddant, & cum caute & honelle expendant, ita quod malum ei non inferatur: & presbyter seu executor cum copia mandati transcripti ipsum mandatum exequatur: alioquin presbyteros & executores præmissa fraudulenter omittentes, ipso facto suspendimus.

III

Præterea cum nonnulli presbyteri seu ecclesiarum rectores, directis eisdem mandatis ecclesiasticis ad exequendum eadem, differunt ea exequi, pro eo quod asserunt ipsa exequi non audent propter minas eidem illatas. Cum

A igitur constitutiones nostræ synodales pro communi utilitate ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, & ad conservandam ecclesiasticam libertatem sint statutz, & publica utilitas præterenda sit privatæ, mandamus universis presbyteris & ecclesiarum rectoribus & prælatis quod statuta nostra synodalia observent, & ad executionem mandatorum & in eis contentorum procedant diligenter, nisi forte ipsis timor mortis vel cruciatus corporum inferatur: ita quod propter hoc ad executionem & observationem statutorum merito procedere non audebunt; in quo casu dictas minas inferentes excommunicamus, & locum in quo præmissa facta fuerunt & ejus populum supponimus ecclesiastico interdicto, nisi habuerimus quod minæ, a tempore quo factæ fuerunt, cessaverunt intra octo dies, & presbyter cui minæ hujusmodi intentabuntur, si poterit, recipiat testimonium competentem; & si infra mentem unum tunc proximum hujusmodi minæ non cessaverint, ita quod presbyter seu executor executionem suam & statuta synodalia observare non poterit, tunc executor si ve sit presbyter, vel quicumque alius, a loco in quo minæ factæ fuerunt recedat, nec ad eum minus urantibus accedat: alioquin ipsum suspendimus a divinis ipso facto, & ex tunc idem executor decano concilii præmissa denunciaret: & ipse decanus ad denunciationem dicti executoris dictas minas sub juramento sibi illatas affirmantis, faciat convocationem suorum sacerdotum & subditorum, & omnes vel eos qui prædictas minas fecerint vel intulerint, cum eorum fautoribus, complicitibus, in hac parte excommunicatos propter hoc auctoritate nostra per singulos presbyteros dicti concilii faciat denunciari excommunicatos singulis diebus dominicis & festivis uxorem & familiam extra ecclesiam tenendo, & locum suppositum ecclesiastico interdicto. Et nihilominus si sit dominus terræ seu villicus jurisdictionem habens, a quo seu cujus auctoritate dictæ minæ factæ fuerint, decanus loci denunciaret ei quod dictas minas cessare faciat, & permittat ecclesiastica observari mandata. Alioquin a tempore denunciationis dicti decani, quam fieri mandamus infra octo dies a tempore denunciationis sibi factæ, post quindecim dies totus districtus & terra domini prædicti, & ejus iustitiæ, suppositi sint ecclesiastico interdicto, & ipsum interdictum per ipsum decanum & per singulos presbyteros sui consilii præcipimus publicari, & si sit singularis persona districtum & jurisdictionem non habens dictas minas inferens; tunc decanus prædictus post denunciationem dicti excommunicatoris modo prædicto factam, moneat dictum dominum & iustitiam suam, sub quibus minas inferens consistit, ut dictas minas cessare faciat, & ipsum presbyterum assecurari: ita quod mandata ecclesiastica exequi possint infra octo dies a tempore dictæ monitionis: alioquin ipsum dominum, ejus iustitiam, eorum complices & fautores excommunicamus & excommunicatos denunciamus. Et si per quindecim dies in dicta excommunicatione permanserint, terram & districtum eorum ecclesiastico supponimus interdicto. Similiter si decano loci minæ factæ fuerint, per officialem nostrum procedatur.

ANNO
CHRISTI
1137.

XXVIII. De iudicibus

I.

Insuper statuimus & precipimus sub poena excommunicationis omnibus scabinis & iustitiariis, ut non differant fraudulentè proferre iudicium super querimoniis & causis ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum contra personas laicales ad ipsos delatis, & di-
as sententias debitè executioni damandare.

II.

Precipimus omnibus iudicibus ordinariis & delegatis, ut in iudiciis Deum præ oculis habentes statuunt & faciunt quod suadebit iustitia, & pauperibus in quantum potuerint cum Deo & ratione condescendant, & sub poena excommunicationis, quod prece, pretio, odio, vel timore non flectantur; & excommunicationis sententiam non proferant, nisi in scriptis, & causam expresse conscribant, propter quam excommunicant, & exemplum scripturæ exhibeant excommunicato infra mensem post diem excommunicationis latæ, si fuerint requisiti super hoc, similiter procedant in suspensionis & interdicti sententiis: alioquin iudex contrarium faciens, per unum mensem ab ingressu ecclesiæ, & divinis officiis secundum canonicas sanctiones, ipso facto est suspensus. Et si sic suspensus divina officia exequatur, irregularitatem incurrat, super qua non poterit, nisi per sedem apostolicam dispensari, & iudex in quantum poterit lites abbreviet, & cum iudex viderit aliquam partium per exceptiones frivolas dilatorias, & peremptorias litem protrahere, tunc secundum quantitatem vel qualitatem negotii, conditionem personarum & alias circumstantias statuatur terminum peremptorium partiibus ad proponendum quicquid proponere voluerint, & ultra terminum non audiat aliquam ulterius proponentem.

III.

Judices advocatos in iudiciis postulantes & procuratores faciant jurare tactis sacrosanctis, quod in causis in quibus sunt advocati & procuratores, omni virtute sua omni que ope id quod verum & iustum esse attinuerint suis clientibus inferre procurabunt & suadebunt, & quod in quacumque parte iudici cum ipsis innoverit causam esse iniustam, eam dimittent, & omnino recedent ab eadem, nullatenus ulterius de ipsa se intromissuri.

IV.

Precipimus omnibus iudicibus in virtute sanctæ obedientiæ, quod nullum super excessibus suis conveniant vel citari faciant, nisi prius apud bonos & graves super delicto aliquo diffamatum, vel persona gravi denunciante cui merito sit credendum; & tunc in citatione & processu scribant personam denunciantem, & si persona enuncians in probatione defecerit, sciat quoniam denunciatio tenebitur ad expensas & interesse. Non signet vel scribat iudex vel denuncians per formam esse cum non sit verum, cum mortale peccatum sit innocentem diffamare, & non permittat iudex de sigillo suo recipere ultra rationem, & omnia acta judicialia conscribantur, & originalia maneat apud iudices, ut si dissonantia actorum fuerit, ad originale recurratur.

Concil. General. Tom. XXIV.

A

Precipimus & omnibus iudicibus, ut habeant notarios peritos & discretos, qui testes possint examinare in causis gravibus, ut puta matrimonialibus & aliis. Et notarii in examinandis testibus sint diligentes & discreti, nec aliquam foveant partem, & querant a teste causam scire dicti sui, de loco, tempore, & aliis circumstantiis, de quibus traditur Extra de testibus, & cum agitur in causa matrimoniali, ad divortium notarii querunt distinctionem graduum secundum decretalem extra de testibus, in capitulo licet ex quadam.

VI.

Et nos excommunicamus & excommunicatos denunciamus omnes advocatos, procuratores, notarios & alios quoscumque, qui personas in iudicio litigantes instruunt, & inducunt, & faciunt negare quod esset affirmandum, vel etiam affirmare quod esset negandum; & qui testes instruunt & inducunt ad perhibendum falsum testimonium, & omnes testes falsum deponentes; & mandamus iudicibus quotiescumque tales invenerint, quod eos capiant, & in carcerem intrudent, poena canonica puniendos.

VII.

Nullus advocatus patrocinium suum præstet manifesto usurario, hæretico, vel Judæo contra Christianum, nisi iudex ex causa aliqua advocato hoc duxerit committendum, & assistant advocati pauperibus & miserabilibus personis gratis: & nullus advocatus, procurator seu notarius vel iudex attentet pudicitiam mulierum litigantium.

VIII.

Priusquam precipimus omnibus iudicibus quod in citationibus ponant terminum competentem, & executores non citent aliquem, nisi citatus veniendi ad iudicium terminum habeat competentem secundum locorum distantiam.

IX.

Item, cum in concilio Lugdunensi statutum sit, ne a sede apostolica vel legatis eius causæ aliquibus committantur nisi personis quæ in dignitate sunt præditæ, nec alibi quam in civitate & in locis magnis & insignibus, ubi valeat juris peritorum copia inveniri; & cum in nostra diocesi a nonnullis dubitentur quæ loca insignia debeant reputari, nos talem dubitationem removens, ipsa loca insignia propriis vocabulis duximus exponenda vel exprimenda, videlicet Leodium, Hoyum, Dinantum, Namurcum, Fossis, Thuduinum, Nivellem, Lovanium, Aquis, Trajectum, Tungris, & Thenis in monte: prohibentes, ne in aliis locis causæ apostolicæ vel legatorum eius tractentur, nisi de communi partium processerit voluntate.

X.

Quia vero cessiones actionum odiosæ sunt & pluries in fraudem fiunt, statuimus, ut cessiones actionum inter viros fiant de licentia & in præsentia nostra, officialis nostri, vel loci archidiaconi, vel iudicis partium competentis. Et si legitima causa subit, cessiones admittantur: alioquin non admittantur. Cessiones autem aliter factæ non valeant, & qui cedit, cadat a jure suo, & is in quem facta est cessio commodum non habeat, & si ex tali cessione aliquis agere præsumierit, ul-

N n n 2 que

ANNO
CHRISTI
1137.

que ad litteram contestatam agere desisterit, excommunicatus sit ipso facto.

XI.

Item, inhihemus sacerdotibus & aliis ecclesiarum praelatis & omnibus clericis, ne exequantur mandata iudicum delegatorum, nisi prius inspecto authentico quo utuntur sigillato.

XXIX. De Beghinis.

I.

Item, precipimus, quod omnes Beghine privilegio Beghinali gaudere volentes, intrent curiam Beghinarum, & precipimus commorantibus extra curiam Beghinarum, quod distinguant habitum suum ab habitu Beghinarum, & si aliqua Beghina extra curiam accesserit moratura, vel eiecta fuerit propter incontinentiam vel aliud delictum, habitum non deferat Beghinarum.

II.

Præterea omnes Beghinas negociatrices vel mercatrices manifestas amplius quam decem marcharum in negotiationibus habentes, a privilegiis Beghinarum excludimus, nec eas a solutione cotorum seu exactioem volumus esse liberas. Alias autem in curiis commorantes declaramus ad præmissa non teneri.

XXX. De mandatis.

Quoniam autem ut accepimus quod plures subditi nostri mandata nostra & nostri officialis & aliorum iudicum minus promte & diligenter exsequuntur, & aliqui exsequi omitunt, in suarum periculum animarum & libertatis ecclesiasticæ Leodiensis; districte precipimus quod ea de cetero omni occasione & excusatione postposita sine difficultate super quocumque negotio & contra quoscumque fideliter exsequantur, & observent & observari faciant juxta eorundem tenorem mandatorum, mandatis receptis sigilla sua in signum executionis appendentes. Quicumque vero huiusmodi mandati transgressor extiterit, per triginta dies ab officio penam suspensionis se noverit incursum. Nihilominus contra ipsum gravius processuri, si meruerit protervitas delinquentis.

XXXI. De falsariis.

I.

Statuimus de falsariis declarando falsarios litterarum domini papæ esse auctoritate canonis excommunicatos, & nos excommunicamus etiam & excommunicatos denunciavimus omnes abufores litterarum domini papæ, legatorum ejus, nostrorum archidiaconorum, decanorum, & aliorum praelatorum, iudicum ecclesiasticorum, & omnes illos qui per litteras apostolicas vel legatorum ejusdem coram diversis iudicibus aliquem super una re, vel in una parochiali vel pluribus personalibus actionibus trahunt in causam, & vexant. Qui vero dictas litteras apostolicas aut legatorum ejus ad futuras trahunt injurias, aut aliis vendunt aut commodant, emunt ab aliis, seu ex causa commodati recipiunt, illos etiam qui propter vexationem vel extorsionem aliquam faciendam eis scienter utuntur contra illos

contra quos nihil habent questionis, aut per ipsas malitiose adversarios suos ad villam que commune cum aliis habet vocabulum, citari procurant, vel ad loca ignota vel minus insignia.

II.

Excommunicamus etiam omnes falsitatem in litteris nostris, ecclesiæ nostræ majoris curiæ nostræ, vel archidiaconorum vel decanorum nostrorum, ac ipsarum litterarum sigillis committentes sive facientes; nec non illos quorum consilio vel instructione ipsa committitur falsitas, & illos similiter, qui ipsis litteris falsis scienter utuntur. Et districte precipimus sacerdotibus & decanis christianitatis, ut per singulas parochias inquiri faciant tales falsarios vel abufores, & nomina illorum, & qui super hoc fuerint diffamati, remittant nobis seu officiali nostro.

III.

Item, excommunicamus & excommunicatos denunciavimus omnes illos qui per rescriptum apostolicum in forma ea que de bonis, quod solum se extendit ad res ecclesiarum, citant, & conveniunt aliquos super aliis rebus quam ecclesiasticis, ad quas huiusmodi rescriptum se non extendit, etiam omnes illos qui causa ferendi testimonii, faciunt aliquos citari personaliter coram iudicibus ad vexandum eos, quorum testimonio non indigent.

IV.

Excommunicamus & excommunicatos denunciavimus omnes falsam monetam, & etiam omnes illos quorum auxilio vel consilio præmissa sunt, facientes, & eos quorum consilio facta fuerit falsa moneta, & qui eam in terra sua fieri permittunt.

XXXII. De usurariis.

I.

Excommunicamus & excommunicatos denunciavimus omnes usurarios manifestos, & singulis diebus dominicis & festivis a quolibet sacerdote denunciatur excommunicati.

II.

Nullus sacerdos oblationes manifestorum usurariorum recipiat, nec ad communionem eos admittat, nisi usurarius manifestus satisfecerit de usuris, secundum constitutionem felicis recordationis domini Gregorii papæ X. que incipit: *Quamquam usurarii*.

III.

Nullus testamenti usurarii manifesti inter sit, nec ad penitentiam vel communionem admittat, nisi de usuris satisfecerit secundum formam constitutionis domini Gregorii papæ, & testamenta manifestorum usurariorum, qui secundum formam dictæ constitutionis non satisfecerint de usuris, suspensione nulla sunt ipso jure. Cum autem usurarii manifesti secundum formam constitutionis satisfecerint, ad sacramenta ecclesiastica admittantur.

IV.

Manifestos autem usurarios dicimus, de quibus per sententiam vel confessionem factam in jure aut evidentiam rei que tergi- versatione non potest celari, constiterit evidenter, & illos etiam qui per usuras diffama-

infra tempus statuendum ab eo qui super A
hoc habet potestatem se non purgaverint, re-
putamus pro manifestis usurariis puniendos.

V.

Præcipimus etiam singulis sacerdotibus pa-
rochialibus, quod moneant in parochiis suis
frequenter in generali & speciali de quibus
contiterit usurarios, & infamatos publice de
usuris & contractibus illicitis præmionum
exercendis, ut ab usuris & a talibus contra-
ctibus desistant infra septem dies a tempore
dictæ monitionis: alioquin ex tunc ipsi usura-
rii & præmotores excommunicentur in specia-
li, & diffamati se non purgaverint, pro con-
victis habeantur, si taliter moniti & excom-
municati respicere noluerint, nominatim ex-
communicentur, & nomina eorundem nostro
officiali referant, salvo jure nostro & archi-
diaconorum in præmissis.

VI.

Præcipimus etiam constitutionem domini
Gregorii papæ V. felicitæ recordationis contra
usurarios alienigenas editam observari.

XXXIII. De questuariis.

I.

Questuarii non permittantur in ecclesiis
prædicare, vel negotia sua exponere pro ali-
quo questu faciendo, quascumque litteras de-
ferant; sed ipsi sacerdotes per seipsos fideliter
secundum tenorem litterarum, quas ipsi qua-
stuarii habuerint, sine fraude & subtractione
aliqua negotia eorum exponant. Sacerdotes
non permittant questuores, Goliardos, vel
quoscumque alios ignotos infra parochiam
suam in ecclesia, in via, vel in platea, vel
quibuslibet locis suæ parochiæ prædicare vel
ostentatim deferre indulgentias pro questu fa-
ciendo: sed tales & omnes qui eis assistunt,
presbyter loci excommunicet, & ad removen-
dum ipsos invocet auxilium brachii sæcularis,
si necesse fuerit, & sacerdotes non permittant
prædicatores questuarios celebrare super ar-
chas, nec pulsare campanulas manuales per
vicos, neque in ecclesia, & ipsi presbyteri
sæpe dominicis diebus & festivis moneant pa-
rochianos suos, & etiam sub pœna excommu-
nicationis eisdem inhibeat, ne tales audiant
propter pericula hæresum, & errores quos sæ-
pius seminant. Et si quis tales viderit, denun-
tiet presbytero, & presbyter eos faciat te-
neri per justitiam sæculares, & nobis remitti.

II.

Præcipimus etiam quod ecclesiæ interdictæ
a nobis, nostro capitulo, archidiacono loci,
seu officiali, vel quocumque iudice ordinario,
vel delegato nullatenus aperiantur; nec qua-
cumque auctoritate, pro quocumque questu
faciendo, nisi de mandato speciali sedis apo-
stolicæ.

III.

Item, monemus omnes sacerdotes & alios
quoscumque nostræ diocesis qui elemosynas
fidelium ad opus fabricæ ecclesiæ majoris Leo-
diensis collatas detinent, quod infra mensem
satisfaciant de eisdem procuratori seu pro-
curatoribus dictæ fabricæ; alioquin omnes sus-
pendimus: & si per octo dies causam suspen-
sionis sustinuerint, ipsos excommunicamus, &
etiam omnes illos, qui dictas elemosynas
subripuerint & celaverint, distraxerint, subri-

piunt, celant, & distrabunt in fraudem dictæ
fabricæ.

IV.

Item, præcipimus & injungimus universis
presbyteris nostræ diocesis, sub pœna suspen-
sionis & excommunicationis, quatenus diligen-
ter negotium dictæ fabricæ ecclesiæ apud suos
subditos promoveant diligenter & fideliter in
ecclesiis, confessionibus, & testamentis: & si
qui pro hujusmodi negotiis excommunicati vel
suspensi fuerint, non absolvantur, nisi per nos
seu officialem nostrum.

XXXIV. De testamentis.

I.

Præcipimus ut sacerdotes denuncient suis
subditis, quod omnes quibus hoc a jure pro-
hibitum non est, liberam testamenti habeant
faciendam, & clerici bona maxime mobilia
quæ per ecclesiam sunt adepti, hæc per mo-
dum testamenti sive alias non transferant ad
filios, nepotes, aut alios suos consanguineos,
sed relinquunt ecclesiæ a qua sunt profecta:
sed intuitu ecclesiæ pauperibus, religiosis lo-
cis, & illis qui ipsis servierant, sive consan-
guinei sint sive alii, aliqua juxta servitii meri-
tum de mobilibus dare possunt: de aliis vero
bonis quæ ex hæreditate, artificio, vel do-
ctrina, vel alias non ex bonis ecclesiæ ad cler-
icos pervenerunt, clerici possunt disponere
pro suo arbitrio.

II.

Excommunicamus & excommunicatos de-
nunciamus omnes clericos qui bona immobili-
a ecclesiarum filiis suis, neptibus suis, vel
consanguineis seu aliis conferunt, vel in ipsis
transferunt, ab ecclesiis alienant sua propria
voluntate & sine consensu episcopi sui.

III.

Præcipimus & monemus, ut laici in præ-
sentia sui sacerdotis testamenta sua faciant,
nisi improvisa necessitas emergerit.

IV.

Item omnibus sacerdotibus præcipimus, quod
horrentur omnes clericos laicos testamenta sua
facere, & quod non differant usque ad angu-
stias mortis, sed ea faciant dum adhuc com-
potes sunt mentis & corporis. In testamentis
faciendis consulant sacerdotes suis subditis,
quod declarent sua debita & forefacta, & quod
ea restitui faciant primo, seu præcipiant de
bonis suis, & quod postmodum aliqua fabri-
cæ ecclesiæ S. Lamberti martyris, ecclesiæ to-
tius civitatis & diocesis Leodiensis, & suæ
parochiali ecclesiæ, & etiam religiosis, & piis
locis ac pauperibus aliis secundum arbitrium
testamenti. Si quis vero fabricæ ecclesiæ S.
Lamberti & parochiali ecclesiæ suæ aliquid le-
gaverit in suo testamento, eidem xx. dies de
injuncta sibi pœnitentia relaxamus. Et fiant
testamenta parochianorum publice & coram
discretis personis; & cum aliqua fabricæ ec-
clesiæ S. Lamberti legantur, hoc presbyter
significet in Leodio procuratori fabricæ, &
nomina eorum, qui prædicta legata fecerunt
infra mensem.

V.

Suspendimus & suspensos denunciamus om-
nes presbyteros, qui celant legata fabricæ ec-
clesiæ prædictæ, nec ea procuratori suo de-
nunciant infra duos menses a tempore scien-
tiæ.

ANNO
CHRISTI
1117.

tie. Et excommunicamus omnes laicos, qui A
celaverint prædicta legata.

VI.

Quoniam autem in aliquibus locis nostras
diocesis quædam consuetudo inolevit, quæ di-
cenda est potius corruptela, cum sit contra-
ria rationi, & contra jura canonica & civi-
lia, videlicet quod iudices & scabini & con-
siliarii quorundam oppidorum dicunt & sta-
tuunt, vel iudicant & faciunt observari, &
per consuetudinem tenent, quod nullum tes-
tamentum, donatio, vel legatum teneat su-
per mobilibus & immobilibus, quod vel quæ
a decumbentibus in lecto piis locis vel per-
sonis aliis fuerit factum vel facta, & quod vel
quæ fuerit ab aliquo per translationem pro-
prietatis in pia loca vel alias personas, reten-
to a testatore seu donatore usufructu, nisi ab
eodem usufructus cum proprietate transferatur,
& offeratur. Nos huic manifesto errori
obviare volentes, consuetudinem prædictam
seu statutum, reprobam seu reprobam a
nostris prædecessoribus penitus etiam reprobamus.
Statuentes etiam, prout nostri antecessores
statuerunt, quod quilibet tam sanus quam
insanus, qui liberam habet a jure testamenti
faciendi, & compos mentis existit, libere
possit condere testamentum & donare & legare
tam proprietatem quam usufructum, &
etiam utrumque tam proprietatem quam usufructum,
& secundum ejus voluntatem & dispositionem
procedant universa: cum ultimæ voluntatis
liber debeat esse stylus, & liberum esse
debeat quod irritum non reddit arbitrium.
Præcipientes districtius, quod si in aliqua
parochia aliqui iudices, scabini, vel consiliarii
secundum dictam consuetudinem seu statutum
reprobam & reprobam iudica erint & fecerint
observari, denunciatur officiali nostro,
& ipse officialis contra iudices prædictos tam
scabini quam partem ad hoc instantem procedat.

VII.

Presbyteri instruant subditos suos, quod di-
strictè faciant sua testamenta & legata, si po-
terint, & certos executores constituant ad exe-
quendam suam ultimam voluntatem. Et tamen
si aliquis omnia bona sua in manibus execu-
torum suorum potuerit, habetur pro testa-
mento.

VIII.

Verum cum executores seu manifestos tes-
tamentorum perperam procedentes, bona ad
executionem pertinentia clam suscipiunt &
celant, & postmodum cum rationem execu-
tionis suæ facere debent, negant se habere bona
quanta receperunt, furum & rapinam
committentes, & ultimam voluntatem defun-
cti minime exequentes. Nos malitiis talium
obviare volentes, statuimus & ordinamus,
quod nullus executor seu manifestus bona tes-
tatorum ad executionem tuam pertinentia in-
vadat, recipiat, vel de eisdem se aliquatenus
intrumittat, nisi factis prius inventario, id est
quædam scriptura, in qua contineantur quæ
& qualia bona testator post se reliquit, ad
executionem prædictam spectantia; quæ ipse
executor seu manifestus recipiet & levabit,
& debita forefacta, & legata ipsius testatoris
restituet & adimplebit, & illud inventarium
fiet per bonos viros, videlicet per presbyterum
& duos scabini locales seu synodales, nec

A suspectos, & sigillabitur sub sigillo presbyteri
vel alicujus personæ authenticæ. Unde ex-
cutores petant a testatore, si potest fieri, quod
iplos de bonis suis & debitis suis certificet,
nam in hoc stabitur assertioni testatoris.

IX.

Et nos excommunicamus & excommunica-
tos denunciavimus omnes executores seu ma-
nifestos, qui bona decedentium, quorum
sunt executores, prius non factis modo præ-
dicto inventario, invadunt, recipiunt, vel le-
vant, nihilominus ipsi executores seu ma-
nifestos, si bona, prædicta non factis inventa-
rio, levaverint, dum a creditoribus seu lega-
toribus defuncti, ratione dictæ executionis con-
veniuntur, in solidum tenebuntur, & con-
demnabuntur, exceptis rebus quæ servari non
possunt: quas res si necessitas exegerit, exe-
cutores alienare poterunt, non factis inventa-
rio: in præsentia tamen sacerdotis loci, vel
duorum vel trium scabinorum synodaliū vel
fide dignorum, pecuniam de dicta re redactam
ipsi executores ponent in certo loco, nec ea
utentur, nisi dicto inventario factis: alioquin
dictam excommunicationis sententiam incur-
rant: & si defunctus aliquod debitum sub pe-
na ad usuras vel ad alia damna debebat, po-
terunt executores vel manifestos de bonis de-
functi solvere debitum, penam usuras & alia
pericula & damna extinguendo, non factis
etiam inventario, si ipsum inventarium com-
mode fieri non potest. Si debitis, penam, utri
& aliis impedimentis instantibus fuerit aug-
mentandum circa exequias dicti defuncti, &
fiet in præsentia presbyteri, duorum vel trium
scabinorum synodaliū vel aliorum proborum;
alioquin dicta excommunicationis sententia li-
gentur. Si vero presbyter loci fuerit executor,
tunc poterit fieri inventarium ipsum in præ-
sentia decani loci vel alterius authenticæ per-
sonæ & duorum vel trium scabinorum syno-
daliū vel aliorum presbyterorum.

X.

Voluimus tamen quod testamenta canonicorum
ecclesiarum Leodiensium, quorum exe-
cutores canonici fuerint, ordinentur & teneantur,
prout est vel in posterum fuerit a capi-
tulis eorundem super hoc ordinatum: nec vo-
luimus per hoc præjudicium generari consuetu-
dinibus observatis circa testamenta canonicorum
nostræ diocesis, si quas habent in pre-
missis.

XI.

Præcipimus etiam sacerdotibus loci, & ip-
sis executoribus, & manifestis, quod copia
inventarii dicti referant infra duos men-
ses nostro officiali a tempore quo factum fue-
rit, & hoc præcipimus per nostrum officia-
lem registrari, nec aliquid recipiatur pro si-
gillo. Cum autem testator decesserit, ipsi
executores factis inventario, bona ad execu-
tionem pertinentia apprehendant, & exequantur
ultimam voluntatem dicti defuncti, faciendo
proclamari in loco quo morabatur defunctus
& plurimos esse & conservari consuevit, ut
omnes creditores defuncti & a quibus aliqua
extorferat, compareant certa die ostenturi de-
bita sua: & tunc ipsi executores primo cre-
ditoribus a quibus injuste extorferat satisfaciant,
& de residuo satisfaciant legatariis quibuslibet
pro rata bonorum defuncti, & officialis
noster per centuram ecclesiasticam compellat
executores & hæreses defuncti ad imple-
dam

ANNO
CHRISTI
1117.

ANNO CHRISTI 1190.

ANNO CHRISTI 1190.

dam & exequendam supremam defuncti voluntatem.

MODIFICATIONES

Præcedentium statutorum anno M. CC. XC. editæ.

JOHANNES Dei gratia Leodiensis episcopus universis abbatibus, abbatissis, prioribus, præpositis, archidiaconis, decanis, conventibus, capitulis, & ecclesiarum rectoribus, clericis & aliis civitatis & diocesis Leodiensis, salutem in Domino sempiternam.

Cum in generali concilio nuper a nobis Leodii celebrato in crastino dominicæ quæ cantatur *Invocavit me*, anno Domini M. CC. LXXXVII. ad conservandum statum & libertatem ecclesiarum ac regimen diocesis Leodiensis, & ad reprimendam perverforum malitiam quasdam synodales fecerimus constitutiones, quæ tunc legitime de sui forma poterant reputari: sed quia potentes, magnates, nobiles diocesis nostræ Leodiensis, nec non magistri scabini, jurati & communitates civitatis Leodiensis, oppidorum Hoyensis, Diometi, S. Trudonis, Tongrensis, & Fossatensis, ad nos detulerint querimoniam super eo quod per quasdam ex constitutionibus, de quibus inferius fit mentio, jura sua, libertates, franchisæ, leges & consuetudines ipsorum ad quorum observationem ex debito nostri tenentur officii, læduntur & enervantur, ut dicebant, licet dictæ constitutiones fuerint & debuerint apud jurisperitos legitime reputari: quia cum alibi scribitur quod ad sedandum populum termini multum remanserit, nos pacem & tranquillitatem nostrorum subditorum modis omnibus affectantes dictas constitutiones de jurisperitorum consilio declaramus, corrigimus, & modificamus, prout inferius continetur.

I.

Sub titulo de usuris in constitutione quæ incipit: *Excommunicamus, & excommunicatos denunciamus omnes usurarios manifestos*, & clausulas quæ tales sunt, *Et illos etiam qui super usuris diffamati infra tempus statuum ab eo qui super eo habet potestatem si se non purgaverint, reputamus pro manifestis usurariis puniendos*. Et illam clausulam: *Et infamati si se non purgaverint reputamus pro manifestis usurariis puniendos*: Et illam clausulam: *Et infamati si se non purgaverint, pro conviciis habeantur*, sic declaramus; licet de jure sic intelligi deberent, & nostræ hætenus fuerit intentionis, ut sic intelligerentur: dum cum fama sic legitime contra illos probata & pronunciata per judicem competentem, famam legitime contra illos esse probatam, illos sic diffamatos reputamus pro usurariis manifestis puniendos, & pro conviciis debent haberi si se non purgaverint infra terminum competentem eis assignandum. Volentes & præcipientes vobis omnibus & specialiter nostro officiali Leodiensi, quod si usurarii manifesti satisfecerint de usuris, vel cautionem præstiterint de ipsis restituendis secundum constitutionem felicitis recordationis domini Gregorii pape X. quæ incipit: *Quamquam* vel *Quamvis*, sine difficultate qualibet ecclesiasticæ tradatur cultum.

II.

Item, aliam constitutionem sub titulo de testamentis qua dicitur: *Excommunicamus omnes laicos qui celaverint legata fabrica ecclesie Leodiensis*, sic declaramus & intelligi volumus de laicis qui tenentur ad solutionem legatorum, quod illi sint excommunicati secundum tenorem & formam constitutionis.

III.

Item, constitutionem, quæ scripta est sub eodem titulo de testamentis, quæ sic incipit: *Verum cum executores seu mandatales testamentorum perperam protendentes*, &c. usque ad finem tituli, sic corrigimus & modificamus, quod mortuo testatore, executores testamenti ipsius defuncti vocent duos vel tres scabinos, vel alios probos viros & honestos, & coram eis scribi faciant, si commode fieri potest, bona spectantia ad ipsam executionem & copiam dictæ scripturæ dent dictis probis, & sic dicta executione utantur, & in ea procedant juxta ipsius defuncti voluntatem: ita quod per dictam executionem legi & consuetudini loci in quo præmissa fiunt, nullum fiat præjudicium, nec ad aliud obligentur dicti executores virtute dictæ constitutionis quam de jure vel consuetudine dicti loci sint obligandi.

IV.

Item, aliam quæ scripta est sub titulo de *Vita & honestate clericorum*, in qua excommunicantur & excommunicati denunciantur omnes laici, & omnes quicumque in clericos deassecuraverunt, &c. mitigamus in hunc modum, quod poenam excommunicationis in eis latam revocamus: ita tamen quod si qui fuerint laici vel alii qui clericos deassecuraverint, nec eos postea assecuraverint, nos & alii iudices competentes procedemus, prout de jure fuerit faciendum, cum super hoc ad nos vel ad iudices competentes fuerit delata querela.

V.

Correlatio circa plures sententias excommunicationis, interdicti, & cessationis.

Item, quia in quibusdam malefactoribus ipsis de quibus in illis fit mentio inflicte quædam poenæ sequuntur, videlicet, ubi tales malefactores domicilium habuerint, moram fecerint, biberint, comederint, pernoctaverint, privatæ personæ vel domini districtum habentes, quod in locis illis, vel in districtibus dictorum dominorum cesset a divinis, & post recessum eorum per duos, tres vel plures dies, & ubi violentia facta est, & quod dominus loci, iudex, iustitia, villicus, & scabini sint excommunicati, & eorum terræ & districtus ecclesiastico suppositi sint interdicto, nisi fecerint de dictis malefactoribus id quod præbyter loci vel decanus, de quibus in eisdem constitutionibus continetur, propter quæ cessare mandabatur a divinis in aliquibus locis virtute ipsarum constitutionum. Et quia poenæ ita suos auctores tenere debent, ut insonites non lædantur, dictas poenas relaxamus. Volentes & præcipientes, quod licet in aliquibus locis dicti malefactores domicilium habuerint, moram fecerint, biberint, comederint, pernoctaverint, transitum fecerint, vel si domini non liberaverint clericos, qui capti deducuntur per eorum loca vel districtus, a manibus sic eos deducentium, vel ubi vio-

len-

ANNO
CHRISTI
1192.

lentiæ factæ suæ, seu aliqua alia de causa, licet hic de ea expressa non fiat mentio, contenta in nostris novis constitutionibus propter quam cessare deberent a divinis virtute dictarum constitutionum, vel dominus, iudex, iustitia, villicus, & scabini excommunicationis sententiam incurrebant; Non propter hoc dicti dominus, iudex, iustitia, villicus, & scabini, licet denunciationi presbyteri vel decani prædictorum non obedierint in præmissis, dum tamen de hoc, fecerint quod ad ipsos pertinet ratione sui officii, excommunicationis sententiam incurrant, nec terræ eorum, seu districtus vel alia loca ecclesiastico propter hoc supponantur interdicto virtute dictarum constitutionum, ipsis constitutionibus & B præmissis aliis contra ipsos malefactores in suo robore durantibus.

VI.

Malefactores autem prædicti sunt incendiarii, effraiores ecclesiarum, monasteriorum inavores, raptores, detentores grangiarum, domorum, & aliarum rerum seu bonorum ecclesiasticorum, monasteriorum & ecclesiasticarum personarum, eorum complices, & fautores, & violatores ecclesiarum & cæmeteriorum, nec non immunitatum ecclesiarum, extraditores aliquorum hominum ab ecclesia, obfidentes ecclesias, prohibentes ne oblesis in ecclesia victualia conterantur, capientes clericos, & eorum bona, complices, & eorum fautores, clericos captivos detinentes, pecuniam ab eis extorquentes per captivitatem domini focorum qui eos non deliberavit a manibus suis vel eorum qui eos sic captos deducunt per eorum terras, vel eos ibidem non arrestant, inhibentes rectoribus & investitis, ne in locis suis morari possint eorum complices & fautores, occisores, mutilatores, percussores atrociter clericorum, imbannitores, & arrestantes bona ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum, facientes & scribentes statuta contra ecclesiasticam libertatem, judicantes secundum ea, prohibentes, ne ad iudicem ecclesiasticum eatur de causis spectantibus ad forum ecclesiasticum, impediennes portitores litterarum iudicum ecclesiasticorum & ipsarum executores: ecclesiis & ecclesiasticis personis, tallias, exactiones indebitas, vel terrores in-

debita imponentes, inhibentes terras ecclesiarum coli, & alii malefactores, de quibus in dictis novis constitutionibus vel eorum aliqua sit mentio specialis, licet hic non exprimitur.

VII.

Item, alteram constitutionem in qua dicitur, quod si aliqui nobiles vel alii ad prælia vel ad aliquas expeditiones procedentes, jacuerint in grangis ecclesiarum seu ecclesiasticarum personarum, &c. quod nisi infra quindecim dies a tempore perpetrati delicti satisfecerint de damnis & rapinis, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, prout in ipsa constitutione continetur. Nos considerantes quod propter necessitates plurimas præmissa interdum fieri contingit, pœnam excommunicationis in dicta constitutione contentam relaxamus.

VIII.

Correctio contra cessiones actionum faciendas

Item, constitutionem scriptam de iudicibus, in qua prohibentur fieri cessiones actionum inter vivos coram aliis quam coram nostro officiali Leodiensi, archidiacono loci, vel iudice competenti, &c. intelligimus & declaramus de cessionibus actionum personalium; quare vobis & vestrum singulis præcipiendo mandamus, quatenus dictas constitutiones secundum prædictas declarationem, correctionem, modificationem observetis ex nunc, & eis utamini, non obstante eorum primo tenore. Præcipientes vobis omnibus & singulis, quatenus ad cessationem contra prædictas declarationem, correctionem, & modificationem virtute prioris tenoris dictarum constitutionum nullatenus procedatis. Et si procedatis organa vestra sine alterius expectatione mandati resumat, ceteris nostris constitutionibus & antiquis statutis synodalibus in suo robore manentibus, ac etiam firmitate. In cuius rei testimonium sigillum meum præsentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M. CC. XC. dominica post Purificationem B. Mariæ Virginis.

Explicit, Deo gratias.

CONCILII WURCEBURGI NATIONALIS.

Anno Christi MCCXXVII.

ANNO
CHRISTI
1227.P. Harthheim
Concil. Ger.
t. 113 p.
724.

Præsentem Rege Rudolpho I. Archiepiscopis: Henrico Moguntino, Henrico Treverensi, Sifrido Colonienfi, Giselberto Bremenfi: Episcopis Brunone Brixinenfi, Arnolde Babenbergensi, Brunone Havelbergensi, Conrado Argentoratensi, Sigifrido Augustano, Reimbolde Exstetensi, Tobia Pragensi, Emicone Frisingensi, Henrico (alii Brunone) Merseburgensi, Burchardo Metensi, Conrado Verdensi, Burchardo Lubecensi, aliisque suffraganeis, & abbatibus, Joannes Buchamatus Episcopus Tusculanus, Honorii IV. Papæ Apostolicus Legatus petiit pro subsidio terræ sanctæ recuperandæ quartam partem omnium proventuum Ecclesiasticorum Germaniæ, in proximum quadriennium solvendam. Ita Hofmannus in

Chron. Viceburgenfi. Trithemius in Chronico Sponheimensi ait, decimum denarium, in V. annos sequentes pendendum a Clero & populo. Facta deliberatione, cum nonnulli Principes faverent; Sifridus Colonienfi, Henricus Treverensis, & Tullenfi Episcopus Conradus, quem alii Probum nuncupant, (eloquio potius, quam nomine, ait Spodanus) exactioni insolite & graviori palam contradixerunt. Verosimilior Hoffmanni sententia est, decimam partem fructuum Ecclesiæ, id quod & in Lugdunenfi Concilio placuerat, solvendam ad sexennium statutam fuisse. Ita Grebnerus de Concilio Wurceburgensi. Alii volunt ad Papam, vel generalius Concilium appellatum ab his tribus Episcopis.

ANNO
CHRISTI
1227.

VI.

V I T A
NICOLAI PAPÆ IV.

Nicolaus quartus, patria Asculanus, ordinis Minorum generalis, dictus ante Hieronymus, religionis & pacis amator, ex cardinale presbytero sanctæ Sabine, creatus est pontifex maximus octavo Kalendas Martii, anno millesimo ducentesimo octuagesimo octavo. Sub imperio Rudolphi imperatoris, seditionibus Romæ coortis discedens, Reate profectus, quosdam ibi cardinales ex omni fere religione creavit. Rebus tranquillioribus redditus, ad Urbem rediit, ecclesiamque sanctæ Mariæ Majoris reparavit; cardinalis Columnæ auxilio adutus, partes quoque anteriores ecclesiæ Lateranensis reparavit. Certis adjectis conditionibus, Aragoniæ regem cum Neapolitano reconciliavit. Ptolemaidi per Soldanum obsequio, bis mille & quingentos milites propriis expensis auxilio milit. Carolum duobus regnis Siciliensi & Neapolitano investivit. Legatos misit ad reges Franciæ & Aragonum, ut eos ad ferendas terræ sanctæ suppetias in-

duceret. In quo cum frustra se laborare intelligeret, tristitia & amaritudine confectus, post annos quatuor, mensum unum, & dies octo administrati muneris pontificii, anno millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, mense Aprili, ut ait Trithemius in chronico Hirsaugiensi, Romæ mortuus, in ecclesiâ sanctæ Mariæ Majoris cum honore sepultus est: & vacavit sedes apostolica annis duobus, mensibus tribus, & diebus octodecim: idque propter discordiam cardinalium, hac de causa Petrui congregatorum.

A Nicolao huius nominis quarto, non tertio, edita est illa Constitutio decretalis tit. de verb. signific. in 6. qua recte & bene definitur, sanctam, meritoriam, perfectissimam, & quandoque per Christum verbo & exemplo prædicatam esse, illam Minoritarum paupertatem, qua, solo usu sibi asservato, rerum dominia a se remouent. *Bellarminus libro quarto de Rom. pont.*

S A L Z B U R G E N S E C O N C I L I U M

A Rodulpho archiepiscopo, occasione solemnis translationis lypsanum S. Vigili Salzbürgensis archiepiscopi,

Anno 1288. celebratum.

Ex sup. men-
6 to III p.
111.

Concilia huius documenta huc illuc petita hic simul omnia exhibenda sunt. Ac primo quidem damus ea quæ de illo narrat Anonymus Leobienfis in chronico, apud Pez Aultriac. Rer. Scriptor. to. I. pag. 863.

Rodulphus archiepiscopus (Salzburg.) ad consulendum papam (Nicolauum) quomodo Albertum (ducem Aultrici filium regis Romanorum Rodulphi, qui cum archiepiscopo rem habebat) super castris quibusdam, quia eum nimium metuebat. Sed aliud consilium habere non potuit, nisi quod concilium indiceret, & in audientia suffraganeorum, & totius cleri publicaret sibi quod liceret facere, quod dux petiit juxta sanctorum sanctiones; ut per alios cognosceret, quod sibi pontifex petita non contemptibiliter, sed rationabiliter denegasset. Insuper presentibus sibi suffraganeis, corpus B. Vigili Karinthianæ gentis apostoli cum psalmis & canticis transtulit, & cum maximis laudibus eiecit. Quingentis & 12. annis legitur quieuisse. In tumulum ejus venerabilis archiepiscopi Eberardi translatus de Rastat, quod ibi per 44. annos quieuerat, collocavit.

De episcopo qui ad concilium istud, conuenerunt hæc habet chronicon Salzbürgense apud eundem Pexium ibid. pag. 390. Translatum est corpus B. Vigili per D. Rodulphum archiepiscopum Salzbürgensem VII. id. novembr. in concilio quod eodem tempore Concil. General. Tom. XXIV.

Cre per eum extitit celebratum cooperantibus sibi suffraganeis suis Emicho Trifinienfis, D. Hainrico Ratisponesi, D. Wenhardo Pataviensi, D. Gurcensi Hertnido. D. Chunrado Chyemenfi, D. Wernh (Wenhejo) Serouienfi, D. Chunrado Laventino.

Encyclicam Salzbürgensis archiep. epistolam, qua suffraganeos, cæterosque inuitat ad synodum vulgata est in Anecdosis Petri Codic. Diplom. par. 2. pag. 149. ex quo hic datur.

RUDOLPHI ARCHIEP. SALZBURGENSIS

Epistola encyclicæ, qua suffraganeos suos ad celebrandum concilium provincialiale Ec. conuocat.

In hoc votorum nostrorum versatur intentio affectiva, ut vinea Domini Sabaorth, quatenus vigiliis, & gubernaculis nostris a superna, & apostolica dispensatione est credita & decreta, vitiis sentibus purgata & virtutum palmitibus implantata in gloriosi conditoris sui facie, & in conspectu cælestis Agricole florens appareat gloriosa. Sane dum infirmitatis nostræ vires ad executionem tam alti operis præmetimur, id quod in hac parte mentis, & meditationis nostræ præsumit affectio, recusant humeri, non audent mouere digiti, manus aggredi contremiscunt & ne illorum consilio, & assensu, qui ad culturam

O o o turam

ANNO
CHRISTI
1122.

✠ turam præfatæ vineæ nobiscum in partem sollicitudinis sunt vocati. Ea propter operæ pretium nobis est, ut provinciale concilium diu ante nos omisum, & a nobis a creationis nostræ tempore intentatum juxta venerabilis capituli nostri consensum & monita congregare, in quo in digito Dei cæctis Dæmoniis, & ope summi opificis vulpeculis demolientibus vineam effugatis de venerabilium suffraganeorum, & aliorum prælatorum nostræ provincie industriosa providentia eradicemus morbida, consolidemus infirma, redintegremus deperdita, & commendemus pro meritis speciosa: & specialiter super reformatione morum, qui tam in clero, quam in populo Salzburgensis provincie propter facilitatem veniæ, & correctionis dissuetudinem sunt damnabiliter deformati, de vestro & aliorum patrum & fratrum in eodem concilio aggregandorum exquisito fidei consilio aliquod salubre remedium pariter cogitemus, & ecclesiarum necessitudinibus, quantum superabundans Dei bonitas ministraverit, quod singulariter non possumus, universaliter consulamus.

In quo etiam concilio corpus felicitis recordationis Domini Eberhardi archiepiscopi, venerabilis prædecessoris nostri tradere, qua ulque nunc cum tædio ac stupore animi nostri caruit, intendimus ecclesiasticæ sepulturæ. Signum enim in nobis esset dedecoris, si venerabile corpus illius, qui tot honorum insigniis Salzburgentem ecclesiam insignivit, sinamus ulterius jacere extra corpus ecclesie nostræ, quasi non fuerit digna memoria inhumatum.

In quo insuper concilio (immo quod ad ipsius celebrationem instantis concilii jam quasi per sexennium dilati non mediocriter nos admonuit nostrumque animum excitavit) proponimus de pleno fratrum consilio diem desiderabilem, & omnibus acceptabilem auctore Domino publicare, in quo venerandas reliquias sanctissimi corporis sancti Vigilii confessoris atque pontificis, secundi patroni sanctæ Salzburgensis metropolis, cui licet insufficientibus meritis sola Dei misericordia præsidemus, de humilitate loci, ubi diu requievit hætenus, in altari decentiore venerationi suæ in ecclesia nostra majori fundatum & ditatum a prictis temporibus, solemnitate devota & devotione solemniter, Deo nobis propitio, & orationem sanctæ Matris ecclesie fulcipienti suffragio disponimus transferendum. Non careret equidem indevotionis ignavia, si os sibi electi Dei confessoris gloriosi & benedicti in sæcula, jamdiu canonizati, & inter sanctos in sanctorum catalogo jam adscripti, de communi nostra dissimulatione ultra fatiscat in terræ pulvere, cujus spiritum ante Deum in superno Divorum agmine non ambigimus exultare. Quem enim tam longe tam lateque miraculorum celebri claritate divina magnificavit indignatio, hunc revera prompto affectu humana debet devotio honorare.

Verum quia sine desideranda vestra præsentia non speramus per effectum commode posse fieri compotes tanti voti: ideo paternitatem vestram requirimus & monemus, vobisque in virtute sanctæ obedientie injungimus per præsentem, quin immo salva pulcritudine vestre reverentie sub poena excommunicationis, quam ex tunc prout ex nunc in vos ferimus in his scriptis, si mandati nostri inventi fueritis contemptores, firmiter præcipiendo

A mandamus, quatenus simul cum omnibus abbatibus, præpositis, Archidiaconis, aliisque prælatis nostræ civitatis & diocesis vestre jurisdictioni subiectis, qui canonica impeditio non fuerint præpediti, vobiscum sub simili auctoritate vestra ordinaria specialis mandati distinctione vocandis adducendis in nonas Novembris, idest quinto die post instantem festum omnium sanctorum Salzburgæ in memorato concilio vestram curetis præsentiam proculdubio exhibere, ut vestrorum aliorumque suffragante consilio, quæ præmitimus, prosequamur utiliter, & prosequente nos Dei gratia salubriter exequamur.

B „ Ad istud pariter concilium refert Pezius „ geminas epistolas Henrici Ducis Bavarie inferioris, quas idem Pezius vulgavit ibid. pag. „ 139. ex quo hic.

AD PATRES SYNODI SALZBURGENSIS.

*Ne quid statuant quod patriæ moribus
& legibus repagnet.*

Celebrationi vestri provincialis concilii laudando applaudimus & applaudendo laudemus, sperantes quod in eo morum morbi curentur, vior virtutum refloreat, glorificetur Altissimus, ordo status ecclesiastici decus induat, & decorem. Verum quia interdum inferiores clerici, familiares superiorum pontificum, in hoc dominis suis complacere desiderant, quod circa conditionem statutorum sub verborum superficie quasi sub foliis pungitivas abscondunt sententias, anguem in herba, & scorpionem sic callide occultando sub testa, quibus sententiis cum sibi placuerit, principes seu terrarum Dominos tanto confidentius pungunt, feriunt & offendant, quanto cas non de pharetra sui particularis consilii, sed potius ab auctoritate totius provincialis concilii jactitant emanasse: ideo vestra paterna sinceritas & sincera paternitas statutis edendis oculos circumspeditionis aperiat, apponat, ut talis omnino cesset involutio laqueorum, & cum lex esse debeat patriæ conveniens, talia statui non sinatis, quæ patriæ sint in offensivum, ipsique principibus in offensam. Et nonne melius est unumquemque vestrum gladium suæ jurisdictionis, qui utique felix est mucro episcopi, fortiter in manu propria tenere per capulum, ipsumque, cum opus est exercere, & cum sibi placuerit, iterato mittere in vaginam, quam se in totum alterius in hoc submittere arbitrio, in alium quodammodo honorem proprium transferendo? Eset etiam forsitan formidandum, si statuta Sacerdotalia, quæ mansuetudinis & modestiæ debent spirare odores, in gravamen principum & dominorum secularium verterentur, ne forte cogerebantur & ipsi illis, & præsertim laicis, quos patriæ limes includit sub poenis a lege permissis edita facere, prout suæ tutelæ crederent opportuna.

AD CANONICOS SALZBURGENSES.

*Graviter queritur de Statutis Synodi Salzburg.
quæ principum honori derogent.*

Quoniam una cum Reverendo patre Salzburgensi episcopo unum corpus facitis, cujus ipse caput, vos autem comprobamini esse

ANNO
CHRISTI
1122.

Ibidem.

ANNO
CHRISTI
1111.

ANNO
CHRISTI
1111.

esse membra, & sicut ipse pontificatus honore præcedit, sic vos etiam ejusdem ecclesie senatores, ideoque consistorio & consilio ejus vos decet semper assistere super arduis negotiis debite requirendi; & ob hoc miramur si vestra discretio hujus scripturæ consentium adhibuit, quæ de suo concilio sub Constitutionum nomine dicitur exhiberi, per quam æstimatio principum læditur, pontificalis mansuetudo negligitur, & plura alia tam insolita quam indecentia inducuntur. Et quia inter alia de captivitate pontificum, & canonicorum cathedralium, nec non subversionibus episcopatum pœnalis constitutio aseritur, quæ etiam horrorem piis mentibus incutit, nec ponenda sunt, nisi contra hujusmodi scelera committentes: nos considerantes, quod crudelis est qui famam negligit, obnixè rogamus, ut iustitiæ, & veritatis intuitu parentibus litteris declaretis, nullius extare memoriam, quæ recorderetur in nostris

partibus alicui episcopo esse violentas manus injectas, vel aliquem Canonicum vestræ ecclesie captivatum inducentes, si fieri potest, archiepiscopalem animum; ut devotionem fidelium principum a favore Salzpurgenis ecclesie non repellat, prudenter & modeste revocans, quæ forte minus provide per sibilum mali consilii sunt suggesta.

Mirandum etiam est, quod vos excusationibus aliquorum episcoporum fidere apponitis, num nullus eorum sigillum suum apponi faceret litteræ, quæ pro una libra denarium Ratisbon. monetæ, vel Patavienis dirigitur, nisi eam prius legat, & intelligat ter vel quater. Si tantum innocentes existunt, dicunt vobis litteræ patentes, continentes, quod licet statutis salutaribus bene consenserint, illis tamen, quæ principibus derogant, nec consenserunt, nec consentiunt, nec aliquo modo voluerunt eadem sigilla sua hujusmodi derogationibus applicari.

ADDITIO AD HOC CONCILIUM.

Hartbeim
Conc. Germ.
S. IV. PAG.
218.

HIS ita peractis deliberabatur de ferendis in concilio proximo decretis. Optimum factum, ut a Doctoribus conficerentur tabulæ quibus Episcoporum singuli ceram appenderent ante consensum. Id eum in finem excogitatum, uti viritum conventis eo promptior eliceretur consensus verecundia tergiversandi; deinde uti suis ipsi tenerentur sigillis ad excludendum pœnitentiæ locum. Itaque litteræ sanctionum ad singulos circumlatæ. Earum sententiam dum pauci scrutarentur, omnes tamen obfignarunt, excepto Leopoldo Seccoviensi. Ad eum ubi ventum, nescio quid odoratus, negabat ante signaturum, quam vim litterarum pernosset. Quibus ei præfatis, quum intelligeret anathemate & interdicto feriundos de clericis omnes, qui negotia laicorum Principum tractarent; præterea uti nemo ullus Episcoporum, Parochorum aut Prælatorum, vel cuiuscumque tituli, Provincialium cuiquam honorem ferendi impertiat, neve in eo metum, aut minas excuset, neque ipsi clientelam obsequium ulli despondeant: qui contra faxit, communione piorum careat. Alia præter hæc erant haud pauca, quæ Seccoviensi parum probabantur. Ille his cognitis aiebat se omnia, quæ viderentur æqua, facturum; illud tamen sibi reputandum esse, ne quid in fraudem domini sui ducis decerneret. Ad hoc se primum obstringi officio grati animi adversus eum, a quo adeo habeatur in honore, ut nulli unquam antecessorum suorum gratiæ majores a Principibus obtigerint. Eius consensu sibi opus esse: secus fore, ut amissa gratia Principis ecclesia sua luat. Hic eum magister Henricus de Fraveyach admonebat, si gratiam Principis retinere non posset, par esse, uti eum in gratiam cleri dimitteret, neque recusandum ei esse pro commodo Archiepiscopi, & ejus ecclesie utramque fortunam pati. Seccoviensis contra minime (inquit) mihi animus est cuiquam ita deditum esse, ut ecclesiam meam in exitium præcipitem. Quid mihi quid de me sit, ecclesiam meam destruere nolo. Ita res mecum habet, ut levissimus quisque satellitum ducis, si eum faventem habeat, me possit impetere. Ego ecclesiam tuam meam neque teneor, atque Archiepiscopus suam. Quod si velit, ut more subiecti obtemperem, mihi neque accersam damna, id certe eget meditato longiore, quam ut illico decerni possit. Hæc eo prædicante, tabellarii vehementer conturbati, bonis primum verbis hortando, monendo, postremo terroribus eum obsidebant. Sed ipse nec precibus, nec legum canonicarum objectu, neque cæteris interminatione subigi potuit, ut sigillum adprimeret. Hoc tandem unum impetrarunt, ut reciperet adversus ea quæ in concilio respectu cleri universalis magna seu parva sancirentur, vocem non missurum. Sileret certe, si nollet assentiri; & alienationem animi ad alios ne vulgaret. Hic Leopoldus Seccoviensis, cujus toties mentio redit, is est quem Fredericus archiepiscopus e parochia Foganensi ad insulam vocaverat, probus admodum vir, nisi quod animi elationis & præcipitis (ut scribit Horneckius) Alberto idem duci diu carissimus, cujus beneficentia penuriam Ecclesie suæ multis nominibus a decessore contractis obrata sublevavit. Idem Archiepiscopo suo multis in rebus usui fuit, donec ille pecuniæ ratam ab eo pendendam (nam erat vicedominus Leibnizensis) quadringentis marcis taxasset: ex eo namque studium ejus adversus Archiepiscopum refrixit, eodem teste.

Quum itaque dies Concilio præstituta venisset, confedere Patres: coram quibus cantatum sacrum solemne in basilica metropolitana. Deinde Episcoporum quidam ascenso pulpito sermonem fecit de laudibus obedientie. Post dictionem Archiepiscopus conversus ad magistrum Henricum de Gös imperavit, uti de rebus, de quibus jam conventum sit, orationem diceret, prolatis in medium legibus canonicis, e quarum norma sanctiones conceptæ sint. Is cum assurrexisset, fecit imperata, & quæ meditata antea fuerat explicuit. Archiepiscopus cum suffraganeis de rebus propositis in consilium ibat. Tum recitatum instrumentum sanctionum, id quod antea circumlatum episcopi sigillis muniverant. Cum primum tenor litterarum liquidius intellectus est, ibi plerique cohorruerunt, ac tædere cepit eos rem non ante clarius

delectam. At vero iacta jamerat alea: vellent, nolent suis ipsi sygraphis tenebantur. Postquam constitutio ad calcem perfecta, solemnibus ceremoniis decretæ in transgressores diræ, & imperia Clericis imposita. Aderat his omnibus Abbas Admontensis, qui continuo se Salisburgo subduxit. Soluta concilio mox omnes abitum properant. Peritis haud erat obscurum quo statutum illud in Alberti ducis odium comparatum postremo evaderet.

CONCI LIUM I NSULA NUM

A præsulibus Arelatenis provinciæ celebratum anno Domini
 MCCLXXXVIII.

Ex codice MS. eminentissimi cardinalis Chisi nunc primum prodit.

Concilium per dominum Rostagnum A
 Divina providentiæ Arelatensem archiepiscopum II. apud Insulam celebratum.

TITULI CANONUM.

1. Ut excommunicatus propter illatum damnum vel injuriam, non absolvatur donec satisfecerit.
2. Ut nullus sine causa beneficio spoliatur a prælato.
3. Ut circa regulares nihil innovetur.
4. Ut pecunia legata ad arbitrium executorum dividatur in causas pias.
5. Ut presbyteri doceant populum, quomodo parvuli in necessitate baptizandi sint.
6. Ut in ecclesiis semper reſideant presbyteri, aut saltem vicarii perpetui.
7. De celebranda octava sanctæ Trinitatis, & festo sancti Trophimi.
8. Ut parochiales presbyteri diligentissimi sint circa legata pia.
9. Adversus invasores bonorum ecclesiasticorum.
10. De injuriis & damno dato.
11. De iis qui clericum ceperint.
12. Ut serventur jura edita de Julais.
13. Ne damna fiant adversus ecclesiæ libertatem.
14. De iis qui tradunt toxica, in mortem, vel abortum.
15. Ut bladum non transferatur, donec sit decimatum.
16. Ut ecclesiæ, & persona carum, bannum solvere non cogantur.
17. Ut prætextu baptismi non donetur nisi sola alba.
18. Ut statuta priorum conciliorum observentur.

P R Æ F A T I O.

I N nomine Domini nostri Jesu Christi, ad omnia consilia & actus nostros progredimur, in quo vivimus movemur & sumus. Scriptum est enim: *Omnia quæcumque facitis in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias Deo agentes.* Testatur enim pagina veritatis, quod in exordio creationis humanæ, lex obedientiæ transgressionis vitium invenit, cum primarii parentes, sui conditoris prohibitione postposita, pomum, quod universalis & singularis Dominus speciali subjecerat interdicto, in totius posteritatis periculum attentarunt: sicque de corrupta radice corrupti ramuiculi processerunt. Idem autem fit proclivis cursus ad voluptatem, & natura vitiorum est invitatrix. Quamobrem convenit sanctorum patrum constitutionibus, ge-

neralium conciliorum & provincialium canonicis, ac singulorum episcoporum statutis synodaticis, sic perversorum coarctari molimina, ut appetitus noxii debite non excedant limites honestatis, sed inde Christiana professio liberius magis ac magis salutaribus proficiat incrementis. Sane cum plurima statuta in provincialibus conciliis per prædecessores nostros sint edita, quædam ex eis propter aliquorum incertitudinem non absque animarum periculo evagentur, nonnulla propter varium recursum temporis mutatione seu reformatione nunc indigeant, cum dicat Augustini auctoritas ad Bonifacium: omnia debent suis temporibus convenire. Nos Rostagni miseracione Divina sanctæ Arelatenis ecclesiæ archiepiscopus, unanimi fratrum nostrorum consilio & voluntate concordi, videlicet domini G. Dei gratia episcopi Vasionensis, domini S. Dei gratia Auraticensis episcopi, domini Rindi Carpentoratensis episcopi, domini B. Cavallienensis episcopi, ac M. Rostagni sacristæ Tolonenis procuratoris domini Joannis episcopi, & G. præpositi & capituli Tolonenis, & magistri S. Falconis Tricastrini canonici procuratoris domini episcopi B. Dei gratia Tricastrini, & præpositi & capituli ejusdem ecclesiæ, ex justis causis absentium; & G. de Arcis & Raolo & Joanne Figuerie procuratoribus ecclesiarum cathedralium, & prioribus conventualibus Massiliensibus & Avenionensibus, necnon præpositis nostræ Arelatenis provinciæ, presentibus, & aliis pluribus viris discretis, in provinciali concilio apud villam Insulæ Vanaisini Cavallienensis diocesis constituti: attendentes quod injuriarum memoriarum frequenter oblivio, virorum prudentium cautela providit adversus oblivionem remedium de scripturæ certæ suffragio, ne aliqui de cetero prætextu ignorantie se valeant excusare, statuta prædecessorum nostrorum infra scripta, cum quibusdam aliis per nos editis, colligi & corrigi fecimus, ac ipsa præsentem clero & populo publicari, & sub certo anno tali volumine seu libello, quem sigillo nostro & prædictorum fratrum nostrorum, ad æternam rei memoriam volumus roborari, ut deinceps in Arelateni provincia, in judicio vel extra, nulla exinde possit hæsitatio exoriri.

Auctoritate igitur præsentis concilii præcipimus & ordinamus, quod prædictum volumen, seu libellus, & nostris suffraganeis, & omnibus abbatibus, præpositis & prioribus conventualibus Arelatenis provinciæ, infra instantis festum Natalis Domini integraliter habeatur. Verum quoniam multorum statuta salubria, non sunt, sicut decuit, hæcenus observata, propter quod in contemptum & obli-

6. 107. 1.

f. ludo auten

a Giraudi.
 b Non est in Gallia Christiana fratrum San Marthano- rum. H.
 c Non est in Gallia Christiana nisi sit Raymunda H.
 d Bertrandi.
 e Boscodisti.

ANNO
CHRISTII
1119.

oblivionem quali totaliter devenerunt; ideo A
necessarium fore duximus, prædictorum con-
ciliorum Arelatenſium quædam magis utilia
renovare ſtatuta, quæ inferius continentur.

C A N O N E S .

I. *Ut excommunicatus propter illatum da-
mnum vel injuriam, non abſolvatur
donec ſatisfecerit.*

IN primis igitur præſentis approba-
tione concilii renovamus, & de
novo ſtatuimus X. capitulum primi
concilii * provincialis, per dominum B
Joannem quondam Arelatenſem ar-
chiepiſcopum celebrati, quod inci-
pit. Item ſtatuiſimus, quod ſi quis
propter damnum datum, vel inju-
riam irrogatam, excommunicatio-
nis vinculo fuerit innodatus, non
ante abſolutionis beneficium merea-
tur obtinere ipſe qui damnum de-
dit, vel injuriam irrogavit, quam
pro poſſe ſuo ſatisfaciat competen-
ter. Quod ſi abſque ſatisfactione C
debita fuerit abſolutus, abſolvens
juxta ſuperioris arbitrium puniatur.

II. *Ut nullus ſine cauſa beneficio ſpo-
lietur a prælato.*

Item innovamus & de novo ſtatu-
mus xxiv. capitulum concilii * præ-
dicti D. Joannis quod incipit. Item
ſtatuiſimus quod nullus eccleſiaſtico
beneficio jam adeptus, ſine cauſæ co-
gnitione a prælato ſuo aliquatenus
ſpolietur. Quod ſi ſpoliatus intra
menſem non fuerit reſtitutus, ex-
tunc cum de ſpoliatione conſiterit, D
ſuperior ex officio ſuo ſpoliatum re-
ſtituere non poſtponat.

III. *Ut circa regulares nihil innovetur.*

Circa regulares vero nihil novi du-
ximus innovandum.

IV. *Ut pecunia legata, ad arbitrium exc-
cutorum dividatur in cauſas pias.*

Ad hæc aliud Arelatenſe concilium E
renovantes, per dominum B. Malefer-
rati celebratum, quondam Arelaten-
ſem epiſcopum, innovamus & de no-
vo ſtatuiſimus ſecundum capitulum ejuſ-
dem * concilii, quod incipit. Cum
autem teſtator legat certam pecu-
niæ quantitatem, vel res alias, pro
foreſtis ſuis diſtribuendis arbitrio ga-
diatorum ſeu executorum teſtamen-
ti ſui, nec extant certæ perſonæ,
quibus, ſeu inter quas, pecunia ſeu

* Vide ſup.
pag. 952.

res ſic legata diſtribuantur: ſtatu-
mus, quod pecunia ſeu res prædi-
ctæ, per ipſos executores, de con-
ſilio tamen & aſſentiu prælatorum,
ne fraus aliqua per ipſos gadiato-
res valeat procurari, in pias cauſas
dividantur. Et niſi teſtator tempus
præfixerit ad huiſmodi perſolvenda,
dicti executores per diœceſanos lo-
corum ea infra annum ſolvere per
centuras eccleſiaſticas compellantur.

V. *Ut præbyteri doceant populum, quomo-
do parvuli in neceſſitate baptizan-
di ſint.*

Item innovamus & de novo ſtatu-
mus xi. capitulum provincialis Con-
cilii per dominum Florent. * celebra-
ti, cum Arelatenſem archiepiſcopum,
quod incipit. Circa ſacramentorum
diſpenſationem, quoniam per quo-
rundam diſpenſatorum negligentiam
multiplices ſubreverunt abusus: ſta-
tuimus ut præbyteri parochiales, in
præcipuis feſtivitibus in plena ec-
cleſia & publica populi allocutione
& ſermone, doceant parochianos ſuos
qualiter & quibus verbis debeant
uti, cum parvulos in caſu neceſſita-
tis baptizant.

VI. *Ut in eccleſiis ſemper reſideant præſby-
teri, aut ſaltem vicarii perpetui.*

Item innovamus V. capitulum ejuſ-
dem concilii, quod incipit. Quia ma-
jor pars eccleſiarum parochialium
hujus provinciæ, ad monachorum
vel conventuum regularium pertinet
prioratus, de quorum collegiis ali-
qui conſueverant in ipſis eccleſiis
continue reſidere, in ſpiritualibus &
temporalibus præſidentes; & de ip-
ſis, prælatis ſuis rationem congruam
opportune reddentes: nunc autem
reſidentia ſua ad hæc ſola coarctan-
tur tempora, quibus ſpiritualibus
ſpolia colliguntur, alicubi nullo pror-
ſus ſacerdote relicto, alicubi vero
ſolo mercenario: ita quod plurimæ
eccleſiæ, aut rectores & miniſtros
non habent, aut per ... reguntur
mercenarios. Statuimus, ut in tali-
bus eccleſiis deinceps, aut de ipſis
collegiis ad quorum patronatum per-
tinent, aliquæ bonæ, ſufficientes,
& honeſtæ perſonæ reſideant, quæ
curam animarum loci recipiant a
prælatis; aut ſi tales ſunt patroni,
qui curam habere non debeant, aut
non velint, tantum accipiant & le-
queſtretur de bonis & dotibus ec-
cleſiarum.

ANNO
CHRISTII
1119.* Vide ſup.
ad in.

* Vide ibid.

* f. quibus
temporalia
ſpol.* f. præſby-
terios

ANNO
CHRISTI
1188.

„ clerici, quantum vicario perpetuo
„ sufficienti & honesto, & in sacris
„ promoti, ibidem residenti, & per
„ patronum presentato, & per prae-
„ latum instituto, ad vicium honestum
„ sufficiat & vestitum & alia quae ad
„ officium vicarii pertinere noscuntur:
„ & huiusmodi vicarius curam ani-
„ marum loci recipiat a praelato. Quod
„ si vacante tali ecclesia per mortem
„ aut * successionem vicarii, non fue-
„ rit, intra tempus statutum a iure,
„ alter vicarius sufficiens praelato loci
„ per patronum presentatus, ex tunc
„ per ipsum praelatum vicarius com-
„ petens constituatur ibidem, nec ul-
„ tra mercenariis, nisi forte bonis &
„ expertis, & hoc ad tempus, & ex
„ causa, Dominicarum ovium regimi-
„ na committantur: quia mercenariis
„ gregem committi Dominicum, evan-
„ gelica veritas summi pastoris ore pro-
„ mulgata graviter detestatur.

* f. ecclesia
non

VII. De celebranda octava sancta Trinitatis,
& festo S. Trophimi.

Vid. ibid.

Item vi. capitulum eiusdem innovamus, quod incipit. Statuimus etiam ut in octava Pentecostes celebraretur solemniter officium sanctae Trinitatis, & a vespere sabbati Dominica agatur solemnitas, & per totam sequentem hebdomadam tres lectiones & tria responsoria singulis diebus, nisi festum ix. lectionum extiterit, de sanctae Trinitatis historia per ordinem decantentur, usque ad vespere sequentis sabbati, & tunc incipiatur historia. Festum D
„ autem B. Trophimi per totam provinciam solemniter celebretur, sicut de apostolis.

VIII. Ut parochiales presbyteri diligentissimi sint circa legata pia.

Vid. ibid.

Item approbante praesenti concilio innovamus & statuimus, innovando nonum capitulum provincialis concilii per R. patrem bonae mem. dominum B. de Sancto Martino Arelatensem archiepiscopum celebrati, quod incipit: Verum quia parochiales presbyteri circa solutiones eorum quae ad pias causas a decedentibus relinquuntur, negligentes existunt, praecipue ex quo in his, quae ipsis proveniunt, eisdem fuerit satisfactum: statuimus, ut omnia legata ad pias causas ab ipsis testatoribus derelicta, omnes parochiales sacerdotes in scriptis penes se retinere procurent, ut

„ sciant quid, a quo, & quibus * li-
„ citos esse praecipimus & intentos:
„ statuentes, ut post obitum testato-
„ ris, infra quindecim dies, haeres ab
„ ipso parochiali presbytero requisitus,
„ ipsius testamenti seu voluntatis ultimae idem sacerdoti dare transcri-
„ ptum seu translatum, quod pias causas, & piis usibus deputata, expensis legatariorum teneatur: ad quod ab eodem presbytero per censuras ecclesiasticas compelli valeat ipse haeres: Insuper statuentes, ut legatur publice tunc, proxima die Dominica vel festiva, legata supradicta, ut quid cui legatum fuerit vel relictum, minime ignoretur: adijciantes, ut sacerdos qui hoc legerit, pro persona quae legatum seu relictum huiusmodi fecerit, Dominum deprecetur, & ad rogandum pro ipsa persona subditos suos sive parochianos moneat, & inducat ut saltem orationem Dominicam dicant.

ANNO
CHRISTI
1188.Aliquid
hic deest
cuius nisi
una syllaba
to Certo
animo legatum
sollicitos esse praecipit & int.

C IX. Adversus invasores bonorum ecclesiasticorum.

Item innovamus & de novo statuimus, approbante sacro praesenti concilio, primum capitulum & omnia contenta in eo, secundi provincialis concilii Avinionense celebrati per reverendum patrem B. * Divina providentia tunc Arelatensem archiepiscopum, nunc episcopum Portuensem, quod incipit. In primis igitur, quoniam aliqui suis finibus non contenti, passim aliena diripiunt, & ecclesiasticas libertates effringere non verentur: approbante praesenti concilio statuimus, quod quaelibet persona, saecularis aut ecclesiastica, nobilis aut alia, cujuscumque praesentis dignitatis, officii, conditionis, aut status fuerit, quae vel ecclesiasticas cappellas, seu earum materia, hospitalia, reclusoria, domos, possessiones, loca, villas, castra, census, * tascas, * trezena, * laudimia, * vintena, feuda, leidas, pedagia, seu * alia quaeque utilia, seu etiam earum homines aut familias, animalia, sive bona quaelibet, mobilia seu immobilia, sive domos religiosas aut hospitalia, sive reclusoria, quomodolibet invadere, capere, occupare, detinere, pignorare, seu gadiare, necnon & qui contra ecclesias vel cappellas, aut clericos sive personas ecclesiasticas, seu earum homines, loca, villas, castra, seu mansiones, aut contra li-
„ ber-

* Bernardum
Vid. sup.
p. 616.* tascas,
* decimum
tertium
quodque ex
his quae ven-
duntur.
* quinquaginta
partem par-
tem par-
tem vendi-
debitam do-
minio prin-
cipali Loris
& venter.
* vigesimum
quodque.
* aliud
servitium po-
nus.

ANNO
 CHRISTI
 1111.

ANNO
 CHRISTI
 1111.

bertates ecclesiasticas, vel domos re-
 ligiofas, aut hospitalia sive reclusoria,
 quomodolibet edere vel facere
 quævis statuta, sive banna, vel præconizantes,
 aut novitates quascumque, sive quibuslibet
 ex prædictis directe vel indirecte violentias
 aut molestias irrogare, seu eis super bonis
 quibuslibet ecclesiasticis seu patrimonialibus,
 quæstas, aut talias, angarias sive parangarias,
 aut necessitates quaslibet aequaliter imponere
 vel inferre, sive domos ecclesiarum, aut clericorum,
 seu personarum ecclesiasticarum, occasione
 quacumque, ferrare seu claudere, vel ferrare
 seu placare, sive earum banna quæcumque
 bannire, seu etiam vias novas aliquas
 ubilibet adinventare, vel facere, per quas
 ecclesiarum seu earum villarum, castra, vel loca,
 in pedagiis sive levis aut quibuslibet
 iuribus aliis, possint in aliquo diminui
 vel etiam pejorari, sive caminos aut vias,
 seu stratas publicas aut privatas, intra
 limites sive territoria vel districtus locorum,
 villarum, seu castrorum ecclesiasticarum
 ditionis, auferre, vel sibi quomodolibet
 appropriare, attribuire, seu etiam applicare,
 vel terminos eorum arare præsumpserit,
 seu attentaverit, per suam potentiam,
 aut violentiam, sive superbiam: * intra tres
 dies super his a die captionis seu invasionis,
 attentationis sive præsumptionis hujus,
 & eorum fautores, per emendam aut
 revocationem debitam, seu alias ut res
 exigit, plene satisfecerit, excommunicationi
 subiaceat ipso facto: quam ex tunc in
 attentatores & præsumptores hujusmodi,
 fautoresque eorum, consiliarios, & coadjutores
 quoslibet, serimus in his scriptis. Et
 nihilominus si persona hujusmodi persistit
 in excommunicatione ipsa per tres dies:
 ex tunc loca quælibet ubi fuerit, ecclesiastico
 subiaceant interdicto. Quam siquidem
 excommunicationis seu interdicti sententiam,
 cum de præmissis, seu eorum aliquibus
 cuilibet ordinario vel ejus officiali
 summarie constiterit aut de plano: volumus,
 & statuendo mandamus, executioni debitæ
 per ipsum quemlibet ordinarium, seu
 officialem ipsius, certificatum de plano,
 mandari per universas ecclesias Arelaten-
 sis civitatis, diocesis & provincie, sicut
 viderit commodius expedire: super quo,
 tam in genere, quam etiam quascumque
 personas singulariter nominandas *

* Dicit nisi

* Corr. nomi-
 nandi.

plenam habeant facultatem. Et in-
 super etiam ad augmentandam hujusmodi
 sententiam, prout ei videbitur expedire:
 insuper mandamus & præcipimus firmiter
 & districtè, quod super omnibus circa
 præmissa per quoslibet aboleri hætenus
 attentatis, fiant post instans festum
 Pentecostes, per tres dies Dominicos
 continuos, monitiones in ecclesiis,
 videlicet generales: ut quicumque
 super præmissis, aut eorum aliquibus
 aboleri contra ecclesias, & personarum
 ecclesiasticarum seu earum jurisdictionem
 & jura, prout superius sunt expressa,
 quicquid hætenus attentaverit, illud
 & illa quælibet, intra festum instans
 Assumptionis beatæ Mariæ, totaliter
 revocent & emendent, sive de ipsis
 satisfaciant competenter. Quod nisi
 fecerint, nos eodem approbante concilio,
 in quoslibet attentatores hujusmodi,
 seu etiam præsumptores, ex nunc ut
 ex tunc, excommunicationis sententiam
 similiter serimus in his scriptis, & in
 eorum quoslibet coadjutores, consiliarios,
 & fautores. Quam excommunicationis
 sententiam, cum constiterit ordinario
 cuilibet, seu ejus officiali, de plano
 vel summarie, per officium vel alias
 aliter, de præmissis: volumus &
 mandamus per universas ecclesias
 civitatum & diocesium publicari,
 singulis diebus Dominicis & festivis,
 prout per quemlibet ordinarium, seu
 officialem ipsius, fiet requisitio super
 eis.

X. De injuriis & damno dato.

Item innovamus sacro præsentis concilio
 approbante, & statuimus innovando
 secundum caput ejusdem concilii & omnia
 contenta in eo, quod incipit. Insuper
 sacro approbante concilio statuimus,
 quod si contingat vel homines, vel res
 quaslibet, animalia quævis ecclesiarum,
 sive personarum ecclesiasticarum, sive
 hominum aut locorum suorum quorumlibet,
 abduci per aliquos aut aliquas in prædictam
 sive pignorationem aut represaliam:
 abductores hujusmodi, & eorum fautores,
 & auctorizatores, excommunicationi
 subiaceant ipso facto, qui tamdiu per
 cappellanos ecclesiarum civitatis & diocesis,
 ubi prædicta commissa fuerint, auctoritate
 præsentis concilii denuncientur
 excommunicati cum campanis pariter &
 candelis, singulis Dominicis diebus &
 festivis, quousque

Vide Ibid

de

ANNO
CHRISTI
1118.

de damnis & injuriis irrogatis fuerit eas passis plenarie satisfactum. Et nihilo minus civitates, castra, loca, & villæ, in quibus prædicta hujusmodi recepta fuerint seu admilla, ecclesiastico subiaceant interdito, si requisiti, qui fuerint inibi requirendi, a se noluerint abjicere prædicta eadem. Et ad hæc eadem exequenda, diocesani singuli, & officiales eorum, se promptos exhibeant sine contradictione quacunque, ut idem faciant fieri per capellanos suos, cum per illum, in cujus civitate vel diocesi res si detestabilis commissa extiterit, fuerint requisiti. Et nihilo minus super iis etiam observetur attente novella constitutio Gregoriana *.

* Concil.
Eugl. II. c.
11.

XI. De iis qui clericum ceperint.

Vide ibid.

Item IV. capitulum ejusdem concilii innovamus, & præfenti concilio approbante præcipimus observari omnia in eo contenta, quod incipit. Ad hæc etiam approbante præfenti concilio statuimus, quod si officiales, vel locorum domini quilibet sæculares, seu eorum cursores aut bannerii, ceperint clericum aliquem; & requisiti per diocesanum, vel officialem suum, quod clericum illum captum cum omnibus rebus suis restituant sibi confestim: si per unum diem destiterint illum restituere, quamquam ipso facto sint excommunicati, ex tunc officiales illi, seu domini, & quilibet detinentes atque cursores seu bannerii supradicti, denuncientur excommunicati nominatim & expresse, diebus singulis, cum campanis pariter & candelis. Et si denunciati per tres dies, clericum illum non reddiderint, ex tunc locus aut civitas, sive castrum, aut villa, ubi captus ille clericus detentus fuerit, ecclesiastico subiaceat interdito. Nec teneatur aliquis fidem facere dictis officialibus, sive dominis aut detentoribus, sive quibuslibet aliis, quod captus sit clericus: cum sufficiat ut illum constet clericum, in eo quod diocesanus vel officialis, seu locum tenens ipsius, asserat per litteras vel nuntium, clericum illum esse; nec super his fides aliqua sit laicis facienda. Hoc autem de tali clerico intelligimus, qui erat in possessione clericatus, tempore captivis.

XII. Ut serventur jura edita de Judæis.

ANNO
CHRISTI
1118.

Item VI. caput ejusdem concilii innovamus, & præfenti concilio approbante præcipimus observari omnia in eo contenta, quod incipit. Insuper etiam statuimus, ut jura edita de Judæis serventur: videlicet, in peccatoribus appendentia vestimentis exterioribus dissimilia signa portent: talia siquidem, per quæ faciliter & distincte valeant a Christianis agnoscisci pariter & discerni. Sed neque teneant Christianos nutricios aut nutrices: carnes autem per eos occisas nullus vendat fidelibus Christianis. Ipsi quoque Judæi dies * excolant manifeste. In quadragesima carnes publice non manducant. Obviantes autem cruci, sive Christi corpori, vel penitus se recludent, aut cito recedant, vel reverentiam exhibeant ut Christiani. Alioquin Judæi quilibet contra facientes, per subtractionem communionis fidelium, & Christiani per excommunicationis sententiam, per ordinarios, vel officiales, seu loca tenentes eorum, sollicitè compellantur.

Vide ibid.

XIII. Ne banna fiant adversus ecclesie libertatem.

Item VII. caput ejusdem concilii innovamus, & statuimus innovando, quod incipit. Cum in jure canonico cavetur, quod qui de cetero servari fecerit statuta, & consuetudines introductas contra ecclesie libertatem, statuarii & scriptores statutorum ipsorum, necnon potestates, consules, rectores, consilarii locorum ubi statuta hujusmodi & consuetudines de cetero edita fuerunt vel servata, necnon & illi, qui secundum ea judicare præsumperint, vel in formam publicam scribere judicata, excommunicationis sententiæ debeant subiacere: nonnulli propriæ salutis oblitii, & suæ verecundiæ non parentes, juris sententiam verborum amplexu non sine fraude circumvenire nituntur: non statuta, ut asserunt, banna tamen faciunt proclamari, præcepta & prohibitiones inducunt, quæ non est dubium in libertatis ecclesiasticæ præjudicium redundare. Nos itaque fraudibus malignorum, quas circa hoc adhibitas fuisse cognovimus, obviare volentes, approbante præfenti concilio statuimus: ut qui contra ecclesie cujuslibet liber-

Conc. Bituric. ann. 1176. c. 11. ad verbum.

ANNO
CHRISTI
1188.

ANNO
CHRISTI
1188.

tatem, banna, prohibitiones, sive
præcepta, scientes fecerint, aut fieri
procuraverint, seu facientibus con-
siliium vel opem duxerint adhiben-
dam, ipsa, postquam per locorum
ordinarios, vel officiales eorum, su-
per hoc fuerint requisiti, absque cu-
juslibet difficultatis obstaculo indila-
te revocent, seu faciant revocari,
ad consimilia numquam de cetero
processuri: alioquin censura simili
sint adstricti. Qui vero contra ec-
clesiasticas consuetudines antiquas,
rationabiles, approbatas, & hacten-
us pacifice observatas, statuta, ban-
na, prohibitiones, aut præcepta,
scienter fecerint, aut fieri procura-
verint, sive jam facta servarint, aut
servari fecerint, seu facientibus vel
servantibus, in hujusmodi consilium
vel opem præstiterint; per diœcesan-
os locorum, aut officiales, præsen-
tis auctoritate concilii moneantur,
ut infra VIII. dies a tempore mo-
nitionis hujusmodi numerandos, sta-
tuta, banna, prohibitiones & præ-
cepta hujusmodi debeant revocare,
ad consimilia nunquam ulterius pro-
cessuri; alioquin excommunicationis
sententia, quam in his scriptis ex-
nunc ferimus, sint ligati.

* al. statu-
ta deleant.
banna, pro-
hibitiones,
& præ-
cepta revocent,
ad cons.

XIV. De iis qui tradunt toxica, in mor-
tem vel abortum.

Item statuimus, quod quicumque to-
xicare, aut opem ad hoc vel consilium
dare, vel in mortem alterius toxicum
dicere, seu vendere, seu quocumque
modo tradere, aut aliter ministrare
presumpserit, vel quicumque tales sci-
verit & celaverit ordinario suo, neque
diœcesano suo infra mensem revelave-
rit, vel archiepiscopo suo si diœcesan-
um non habuerit, non tanquam con-
fessori, sed tanquam judici tas
mortiferas, seu aliud mortiferum in
mortem vel abortum cujusquam dede-
rit, eo ipso majorem excommunicationem
incurrat: & si per tres menses in
eadem excommunicationis sententia ani-
mo steterit indurato, cum & partici-
patione sacramentorum & communio-
ne fidelium sit privatus; ipse & ejus
liberi usque ad quartam generationem
in Dei ecclesia non valeant ecclesia-
sticum beneficium obtinere, nec va-
leant assumi ad aliquas sæculares, vel
ecclesiasticas dignitates. Et si clericus
beneficiatus fuerit, illo sit privatus be-
neficio, ipso facto; & ab omni ordine
quem susceperat, degradetur, traden-
dus postea curiæ sæculari. Si vero be-
neficiatus non fuerit, similiter degra-
detur, & tradatur sæculari curiæ pu-
niendus. Qui vero ex tali vel simili
suspensione probabitur infamatus, & ex
visibilibus presumptionibus & perspi-
cuis judiciis apud bonos & graves no-
tatus: ad honorem, vel dignitatem ec-
clesiasticam vel sæcularem nullatenus
admittatur: & nihilo minus ad deten-
tionem personæ, prout sceleris imma-
nitas suadebit, ad ejiciendam verita-
tis certitudinem: sicut officiali dicti
domini visum fuerit, procedatur. Hoc
autem statutum extendi volumus, tam
ad præterita, quam præsentia & futu-
ra. Nolumus tamen, quod aliquis
pœnam excommunicationis pro prædi-
ctis incurrat prædictam, nisi post unum
mensem a tempore publicationis hu-
jus statuti per nostram provinciam fa-
ciendæ.

XV. Ut bladum non transferatur, donec sit
decimatum.

Item statuimus, quod aliquis bla-
dum de decimaria alicujus ecclesiæ in-
tra aliam decimariam transferre non
audeat, quousque fuerit decimatum.
Si quis vero contrarium fecerit, rectam
decimam, scilicet decimam partem,
integraliter ecclesiæ, de cujus decima-
ria bladum extraxerit, intra octo dies
solvere teneatur. Quod si non fecerit,
se noverit auctoritate præsentis concilii
excommunicationis sententia inno-
datum.

XVI. Ut ecclesia & personæ earum bannum
solvere non cogantur.

Item statuimus, quod nullus domi-
nus temporalis audeat compellere ec-
clesias, vel personas earum, familiam,
servientes, seu nuncios,olvere ban-
num seu banna pro animalibus suis
quibuscumque, vel personis prædictis;
& si contrarium fecerit, pignorando,
capiendo, vel detinendo, vel homines,
vel animalia, vel bona, per se id fa-
ciendo, vel factum per alios, ex quo
sciverit, sustinendo, ipso facto sit ex-
communicationis sententia innodatus:
a qua minime absolvatur, donec dam-
num passis satisfecerit competenter. Ta-
lam vero seu emendam ad arbitrium
diœcesani præcipimus integraliter e-
mendari.

ANNO
CHRISTI
1188.XVII. *Ut prætexitu baptismi non donetur nisi sola alba.*

Quia sæpe didicimus quod plures infantes sine baptismo ab hoc sæculo transmigrarunt, ex eo quod cum magna difficultate inveniri poterant qui eos possent baptizare, propter sumptus & expensas consuetas & consuetos, per paternos temporibus retroactis, & ita terrore dictorum sumptuum multa pericula evenerunt; statuimus approbante concilio, ad periculum animarum evitandum, quod aliquis vel aliqua de cetero infanti, vel matri, vel alicui personæ, tempore dicti baptismi, vel alio tempore, illo prætexitu dare aliquid, nisi solam albam, non audeat attentare.

XVIII. *Ut statuta priorum conciliorum observentur.*

Item, volumus, & approbante sacro præfenti concilio præcipimus sta-



S T A T U T A S Y N O D A L I A

CADURCENSIS, RUTHENENSIS, ET TUTELENSIS ECCLESiarUM

ANNO
CHRISTI
1189.

Anni 1189.

ANNO
CHRISTI
1189.

ADMONITIO PRÆVIA

P. Martene.

Ex Mart.
Anecd. to.
IV. pag.
671. Dat.
Mansi Sep.
to III. pag.
235.

Quæ hic subijcimus antiqua statuta synodalia, ex tribus codicibus manuscriptis vetustissimis eruimus. Unum ministravit Neapolitana insignis monasterii S. Severini bibliotheca, ex quo illa descripsit noster Bernardus de Montfaucon, qui hic edenda ultro mihi ea concessit. Duos alios reperimus in nostro Parisensi S. Germani monasterio. Codex Neapolitanus nullum præfert titulum, sed incipit a synodali Raymundi de Calomonte episcopi Ruthenensis epistola, definitque in hæc verba: Ille liber fuit compositus & publicatus tempore domini Nicolai papæ IV. & domini Simonis archiepiscopi Bituricensis in ecclesia Ruthenensi & in synodo generali, ciclo lunæ corrente xvii. & littera dominicali B. & primo anno post annum bissexilem, & anno Domini MCCLXXXIX. ex præcepto & auctoritate reverendi in Christo patris domini Raymundi de Calomonte divina providentia episcopi Ruthenensis; quem librum una cum contentis & continendis in titulo sequenti cum consensu cappellani sui servari firmiter & perpetuo statuit, & præcepit in his tantum quæ rationi sunt consona sive juri. Deinde subijcit alia ejusdem ecclesiæ statuta, concilium Bituricense sub Fulcrando archiepiscopo anno 1336. celebratum, statuta synodalia Girberti Ruthenensis episcopi anno 1341. edita. Concilium Bituricense anni 1286. aliud item Bituricense concilium anni 1276.

Codex Parisensis bibliotheca S. Germani a Præstis num. 814. hunc habet titulum: Incipit synodale compositum per reverendum patrem in Christo dominum Guillelmum Dei gratia episcopum Caturcensem. Hunc titulum sequitur synodalis ejusdem episcopi epistola, tum statuta synodalia eadem que in codice Neapolitano, sed quibusdam additionibus passim aucta, tum constitutiones editæ anno 1286. in concilio Bituricensi, quas excipiunt Constitutiones antiquæ synodalis ecclesiæ Caturcensis, deinde synodale seu Constitutiones cathedralis ecclesiæ Tutelensis. Alter ejusdem bibliothecæ codex ita incipit: Incipit synodale cathedralis ecclesiæ Tutelensis compositum per reverendum patrem Guillelmum Dei &c. In inferiori vero ora marginali legitur. Dectenus officialis Tutelensis. Eademque continet que in codice præcedenti. Ex his patet statuta ista synodalia primum edita fuisse jussu Raymundi de Calomonte episcopi Ruthenensis, & anno 1289. promulgata, deinde eadem tempore Johannis papæ XXII. a Guillelmo episcopo Caturcensi quibusdam additionibus aucta ecclesiæ Caturcensi fuisse accommodata, ac postmodum eiusdem tenoris ad episcopum Tutelensem adoptata.

Porro

Atuendo, quod omnia statuta olim per venerabiles patres Arelatenses archiepiscopos prædecessores nostros, & per nos in conciliis provincialibus edita, in suo robore permaneant, sicut prius,

OBSERVATIO G. C. S. J.

Subijuncta huic concilio erant alia, provinciæ Arelatensis, ut adnotat præfatio, nempe

1. Concilium Joannis archiepiscopi Arelatensis celebratum MCCXXXIV. v. Id. Jul. Locus incertus.

2. Eiusdem concilium secundum, anno M. CC. li. celebratum Insule in Venassino comitatu, die Martis post festum Exaltationis S. Crucis.

3. Concilium I. per Bertrandum Maleferrati Arelat. archiepiscopum, anno MCCCLXX. Idib. Jul. Avenione celebratum.

4. Concilium Florentini archiepiscopi, sine ulla loci ac temporis nota.

5. Concilium a Bertrando de S. Martino, archiepiscopo Arelate habitum, sue die & anno.

6. Concilium a Bernardo de Anquifello, qui ex archiepiscopo Arelatensi factus est episcopus Portuensis, cardinalis, celebratum Avenione, anno MCCCLXXIX. XVI. Kal. Jun. die Mercurii ante Pentecostem.

7. Concilium Bertrandi Amalrici, Arelat. archiepiscopi, Avenione habitum, anno MCCCLXXXII.

Quæ partim edita superius & suos in annos distributa, partim, quia nondum in manus nostras venerant, aut certam temporis non præferebant notam in appendicem inserta sunt.

Porro cum Neapolitanus codex pars & sincera statuta, ut ab auctore edita sunt, exhibeat, ita ut in eo continentur hic praesertim representare nobis proposuimus: praemissi tamen utraque e-
 ANNO CHRISTI 1179. **ANNO CHRISTI 1179.**
 pistola synodali, & editis Italico, ut vocant, characteribus additionibus, qua nobis alienius visa sunt momenti, deinde statuta unicuique ecclesiae propria subijcimus.

EPISTOLA SYNODICA

Raymundi episcopi Ruthemensis.

Quoniam frequenter ex simplicitate & ignorantia sacerdotum, illorum praecipue quibus animarum cura committitur, plura emergunt pericula in collatione sacramentorum & regimine animarum; ideo nos Raymundus miseratione divina episcopus Ruthemensis, cum nostri capituli consilio & assensu quaedam super iis utilia & necessaria in hoc libro synodali sub compendio tradimus, quae de jure divino seu ecclesiastico sunt aut consensu ratione, quae a clericis nostrae civitatis & diocesis in sacris ordinibus constitutis, & maxime rectoribus & cappellanis curam animarum habentibus legi & saepe & intelligi episcopali auctoritate praecipimus & mandamus, & diligenter & firmiter observari. Quorum transgressionem quae inobedientiam induceret, castigatione debita prout res exegerit severiter puniemus; nisi forte juri alicui obviaretur, supra quod dispensare seu quicquam statuere non valeamus, tunc enim ea volumus pro non statutis haberi.

Cum igitur synodus aestivalis ecclesiae Ruthemensis in die martis & die mercurii proximis post quindenam festi Paschae, synodus vero hyemalis in die martis & die mercurii proximis post festum beati Lucae Evangelistae confueverunt celebrari: praecipimus ut ad istam synodum hyemalem veniant Ruthenam personaliter omnes praetati & clerici & sacerdotes curam animarum habentes diocesis nostrae diocesis Ruthemensis, vel saltem vicarii seu cappellani ministrantes in ecclesiis pro eisdem. Ad synodum vero aestivalem ambo per se & personaliter veniant, scilicet tam praetati quam rectores & cappellani perpetui curati, quam pro eis ministrantes cum cappellano curato. Et si forte infirmitate vel alia inevitabili necessitate seu causa, per nos vel officialem nostrum approbanda detenti, venire non poterint: mittant tunc aliquem cappellanum vel clericum loco sui, & nobis vel officiali nostro, causam suae absentiae studeant intimare. Transgressores vero temerarii hujus praeccepti, qui eo ligari possunt & debent, ipso transgressu excommunicationem incurrant, & nihilominus prout nobis vel officiali nostro videbitur ulterius punientur.

Venientes autem ad synodum in eundo & redeundo honeste incedant, & honesta quarant hospitium, & in eis circumspecte se habeant, ne status ipsorum vertatur in opprobrium populo & contentum.

Injungimus etiam omnibus qui debent esse in synodis, quod induti cappis clausis vel suspensis stent in synodis & jejuni, & diligenter mente intelligant salubria moesta & mandata.

In qualibet parochiali ecclesia iste liber synodalis omnimode habeatur. Quem sacerdos parochialis clericis suae parochiae & laicis prout expedire viderit diligenter exponat, & eundem librum ad synodum deferat, & coram se in synodo teneat. Et si de contentis in eo
 Concil. General. Tom. XXIV.

Avel aliis dubitet, nos extra synodum consulat super eis. Et nullus in eodem libro sine nostra licentia aliquid addat vel minuat; alioquin poenam falsi se noverit incursum.

Nullus causas inducat ad synodum, quae alio tempore coram nobis vel officiali nostro possent facilius & commodius expediri.

Sacerdotes vero parochiales, qui vicarios non habent, die dicta praecedenti synodum inquirant diligenter & publice in ecclesiis, an in suis parochiis aliqui sint infirmi: & si ita sit, antequam iter arripiant veniendi ad synodum, illos infirmos visitent etiam non requisiti, & eis dicant quod faciant quidquid boni poterint ad suarum animarum salutem; praecipientes nihilominus eorum visitationem fieri per vicinos presbyteros in aliis vel eadem ecclesiis remanentes. Cum vero clerici in synodo fuerint congregati (ab episcopo) vel alio cui ipse iusserit, incipiat ter antiphona: *Salva nos Domine*, & ea completa cum suo versu & *Gloria Patri*, episcopus, flexis genibus cantando incipiat hymnum: *Veni creator*: & eo completo, dicat versum, *Confirma hoc Deus*: vel versum: *Emitte Spiritum tuum*, & clerus respondeat. Postea dicat episcopus: *Domine exaudi. Dominus vobiscum. Oremus. Actiones nostras*, &c. Deinde archidiaconus dicat evangelium: *Misti Jesus duodecim*. Deinde fiat sermo literaliter. Post haec legantur statuta synodalia, vel pars illorum, & alia quae secundum varios eventus temporis episcopus viderit expedire. In utraque vero die completo sermone, laici a loco ubi tenebitur synodus expellantur. Secunda die vero synodi incipit episcopus flexis genibus cantando alta voce: *Veni sancte Spiritus*, & postea legitur Evangelium: *Designavit Dominus Jesus*. Deinde fit sermo literaliter, & postea leguntur reliqua statuta synodalia, & ea quae ad salutem pertinent animarum. Et quia salus animae secundum Augustinum a fide catholica recipit fundamentum, idcirco de ipsa primitus est videndum.

EPISTOLA SYNODICA

Guillelmi episcopi Caturcensis.

Omnis regimini quod ex officio jurisdictionis praetatis incumbit, tanto premit gravius, & a summo pastore principe districtior de ipso ratio exigitur, quanto subtilias ab ipsis de subiectorum salute quaritur & durius de neglecto regimine punietur. A quibus non solum de propria, sed de salute quaritur etiam aliena. Propter quod nos GUILLELMUS ordinis fratrum Praedicatorum sola Dei patientia episcopus Caturcensis, licet indigni, considerantes suscepta dignitatis officium, quanti sit ponderis exercitium, quanti sit in executione laboris, ex bona ammonitione, quanti sit meriti, & ex neglecto periculo, ubi a summo iudice requiretur in extremo iudicio quod committitur in integrum, & cum usuris quod tribuitur ampliatum. Ad honorem SS. Trinitatis & gloriosae Virginis Mariae & B. Stephani protomartyris, cuius titulo commissis nobis ecclesiae gloriatur, & meritis gaudeat.
 Ppp 2 ber-

bernatur, pro exoneratione nostra conscientia, cui cura imponitur. & a qua ratio in extremo judicio exigetur & commissa nobis ecclesia & specialiter cleri, qui nostra disciplina, quamvis indigni sumus, sicut filii paternae cura subicitur, quasdam constitutiones & ordinationes pro nostra & ipsorum populisque salute scribi fecimus, ut ex scriptura frequenter inspecta fendorum renovetur memoria, & perficiatur citius disciplina: quas praesentialiter promulgantes sub lxx. distinctionibus & capitulis divisimus, ea inferius sub rubricis propriis adnotantes tam ex antiquis constitutionibus praedecessorum nostrorum, quam ex conciliis provincialibus & legatorum apostolica sedis statutis & novis juribus & nostris novis statutis compilata, quae a clericis nostra civitate & diocesis, & maxime in sacris ordinibus constitutis rectoribus & cappellanis & eorum vicariis administrationem seu curam animarum habentibus legi saepe & sapienter & intelligi auctoritate episcopalis mandamus, & diligenter & firmiter observari, nisi forte jura alicui obviarent.

In primis statuimus ad fatigationes nostrorum subditorum renovendas, & ut opportune congregandi sunt, omni excusatione remota, venire debeant, ut die Mercurii & die Jovis post festam Pentecostes synodus in nostra ecclesia cathedrali semel in anno celebretur, in qua de omnibus quae inter diversos ecclesiae ordines & beneficiatos nasci solent judicetur; ad quam omnes praesati & clerici nostrae civitatis & diocesis, & sacerdotes & beneficiati curam animarum habentes, & eorum vicarii venire personam tenentur, nisi essent gravi infirmitate vel alia necessitate inevitabili per nos & officialem nostrum approbata detenti, quod venire non possent; & tunc aliquem cappellanum aut clericum admittere teneantur loco sui, qui nobis vel officiali nostro causam suae absentiae studeat juramento proprio intimare, &c. ut supra.

I.

De fide catholica.

Quoniam, ut Apostolus ait ad Hebraeos, *Impossibile est sine fide placere Deo*: & Salvator in Johanne: *Qui non credit, jam judicatus est*. Et in Marco: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur*: & secundum Augustinum, fides est fundamentum omnium virtutum; ideo recte incipiendo a fundamento, instruendus est in fide populus ut salvetur. Videndum est igitur quid est fides, unde dicatur, in quibus consistit, quae est poena non habentis fidem, & quod praemium. Fides autem sic definitur ab Apostolo: *Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium*. Substantia ideo dicitur, quia est fundamentum fabricae spiritualis: sperandarum rerum, id est ipsarum beatitudinum aeternarum, quae nobis promittuntur in evangeliiis & prophetis. Argumentum vero non apparentium dicitur, quia per sancta evangelia & veras scripturas & prophetias jam completas debemus habere argumentum, id est probationem non apparentium, scilicet tam de praeteritis, ut Christum fuisse passum & similibus, & de praesentibus ut corpus Christi vere confici quotidie in altari; quam de futuris complendis, ut Christum venturum ad iudicium, & unicuique secundum sua opera re-

tributorum. Dicitur autem fides a fido fidis, vel a fidentia, id est, confidentia, quia per eam ut per quoddam lumen animus ad Deum tendere vere confidimus: & hanc fidem habent mali sine caritate: & de hac aicit Jacobus: *Fides sine operibus mortua est*; boni vero cum caritate, de qua dicitur in Marco: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit*. Consistit autem fides catholica in xiv. articulis fundatis de summa Trinitate & Incarnatione Verbi Dei. Quorum vii. pertinent ad Deitatem, & vii. alii ad humanitatem. Illorum qui pertinent ad Deitatem, primus respicit in se essentiam divinam, & alii tres immediate sequentes, personas essentiae divinae.

II.

De articulis fidei.

Primus est: *Credo in Deum*, & non dicit deos, ut notet unitatem essentiae. Secundus est: *Credo in Patrem omnipotentem*: repete Deum. Tertius est: *Credo in Jesum Christum Filium eius unicum Dominum nostrum*, & repete Deum. Quartus est: *Credo creatorem caeli & terra*, & indicat creationis effectum. Sextus est: *Credo sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum*, & indicat remissionis peccatorum effectum. Septimus est: *Credo carnis resurrectionem, vitam aeternam, amen*, & indicat effectum glorificationis corporis cum dicit: *carnis resurrectionem*: & glorificationis animae, cum dicit, *vitam aeternam*. Illorum vero articulorum qui pertinent ad humanitatem est primus: *Qui conceptus est de Spiritu sancto*. Secundus: *Natus ex Maria virgine*. Tertius: *Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, sepultus*. Quartus: *Descendit ad inferos*. Quintus: *Tertia die resurrexit a mortuis*. Sextus: *Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis*. Septimus: *Iterum venturus est judicare vivos & mortuos*. Alii autem distinguunt alio modo articulos fidei secundum numerum apostolorum, quorum quilibet dicitur appositivum in symbolo suum articulum: & sic dicunt esse xii. articulos. Alii dicunt, quod sicut sunt septem dona Spiritus sancti: ita sunt vii. articuli fidei, scilicet, Incarnatio seu nativitas Christi, baptismus ejus, passio ejus sive mors, descensus ad inferos, resurrectio, ascensio in caelum, adventus ad iudicium: sed primus modus melior & communior judicatur.

Sed in istis fuerunt aliqui qui erraverunt dicentes Spiritum sanctum a Patre procedere, non a Filio. In istis erroribus sunt aliqui Graeci. Alii quod Spiritus sanctus a Patre & Filio non procedit aeternaliter, & quod ab eis procedit tamquam a duobus principiis, & duabus spirationibus, non una spiratione: sed hodie isti sunt errores sublatis per constitutionem domini Gregorii papa X. in qua dicitur quod Spiritus sanctus aeternaliter a Patre & Filio, non tamquam ex duobus principiis, sed tamquam ex uno principio; non duabus spirationibus, sed una spiratione procedit.

Notandum etiam & tenendum hodie, quicquid aliqui alii dixerint, quod Christus emisso jam spiritu perforans lancea sustinuit latus suum, ut exinde profluentibus undis aqua & sanguinis formaretur unica & immaculata ac virgo sancta mater ecclesiae conjux Christi, sicut de lacte primi homi-

hominis separati Eva sibi in conjugem est formata, ut sic certe figura primæ & veteris Adæ, qui secundum Apostolum est forma futuri, in nostro novissimo Adam, id est Christo veritas responderet. Et sic veritas Iohannis evangelista est Luce approbata, qui dixit, quod Christo jam mortuo unum militum lancea latus ejus aperuit, & quod per alios jam aliter dictum est, per anticipationem, intelligitur dictum.

Notandum etiam & tenendum, quod substantia anima rationalis seu intellectus vero ac per se humani corporis est forma, & qui sensus contrarium hereticus est censendus.

Notandum etiam, quod per virtutem baptismi parvulorum culpa remittitur, ac virtutes & infermans gratia infunduntur quoad habitum: est non pro illo tempore quo ad usum, licet multi theologi fuerint asserentes gratiam parvulis non conferri. Per hæc etiam hodie sunt declarata quæ antiquitus orant obscura & dubia.

III.

Septem dona Sancti Spiritus.

Septem autem dona Sancti Spiritus sunt hæc, scilicet donum sapientiæ, scientiæ, intellectus, consilii, fortitudinis, pietatis, timoris Domini. Primum & quartum conveniunt Patri; secundum & quintum, Filio; tertium & sextum, Spiritui sancto, & septimum, Filio. Præmium credentium fidem catholicam est vita æterna: pœna vero non credentium, gehenna perpetua. Licet autem clerici & præcipue sacerdotes curati didicos articulos scire teneantur explicite, ut scilicet scire teneantur intentionem cujuslibet articuli populo explicare: laicis tamen sufficit eos scire implicite, id est, simpliciter, ut scilicet sciant eos rite & simpliciter prout jacent: vel implicite in generali credant vera esse quæcumque credit ecclesia. Salvo quod ex naturali instinctu credant in speciali unum esse Deum retributorem omnium bonorum, & punitorem omnium malorum. Immo frequenter debent inhibere laicis sacerdotes, ne circa Trinitatem vel articulos fidei seu sacramenta Ecclesiæ, rationem quærant quomodo vel quare ita sit. Quia tanta est subtilitas fidei, quod ea quæ subint ei non possunt intellectu comprehendi. Fides etiam non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Sed dicatur eis quod credant sine dubitatione firmiter omnia quæcumque catholica fides asserit, & sancta Romana tenet ecclesia, quamvis in speciali non habeant de omnibus intellectum, majorem fidem testibus fidei adhibendo, quam carnis oculis & aliis sensibus humanis, qui ex sui fragilitate de subtilitate fidei nos, nisi per sanctorum miracula plene certificare non possunt. Testes enim sunt apostoli, martyres, confessores, virgines & electi, quorum plurimi pro testimonio fidei diversis cruciatibus affecti, probati inventi sunt, quia & in vita & post mortem eorum propter ipsorum merita divina potentia mortuos suscitavit, cæcos illuminavit, contractos erexit, & sanavit infirmos & innumerabilia fecit miracula, quæ in Christianorum oculis apparere frequenter. Doceant igitur sacerdotes populum in didicis articulis fidei, & maxime cum infirmos communicant, ut credant firmiter, quod unus est

solus verus Deus, incommutabilis, omnipotens; creator omnium, sine principio & sine fine, & sunt in eo tres personæ, scilicet Pater & Filius & Spiritus sanctus, & illæ tres personæ sunt unus Deus. Item, circa fidem Incarnationis Verbi Dei, ut credant Dei Filium pro redemptione humani generis carnem assumisse in beata Virgine de carne ejusdem Virginis, non viri, sed Sancti Spiritus operatione, & qui prius tantum erat Deus in ca factus est verus homo. Item, natum fuisse de eadem Virgine, in conceptu & in partu virginitate durante. Item, eundem Christum consutum, alapis cælum, flagellatum & multipliciter irrisum in cruce mortem vilissimam sustinuisse. Item, eundem Christum in anima & divinitate ad inferos descendisse. Et ab inde sanctorum captivas animas eduxisse. Item, eundem Christum in sepulcro corporaliter jacuisse. Item, eundem Christum in eadem carne glorificata tertia die a mortuis resurrexisse, per quem & nos omnes in carne quam gerimus resurgemus; boni in carne impassibili glorificati; mali in carne passibili & damnata. Item, eundem Christum XL. die ad cælos ascendisse, & L. die Spiritum sanctum apostolis, sicut prædixerat, transmisisse. Item, doceant populum, eundem Christum venturum esse ad iudicium, & unicuique secundum sua opera redditurum, bonis vitam æternam, malis autem ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus. Item per sacerdotes frequenter laici monentur, ut sciant *Pater noster*, & *Ave Maria*, & *Credo in Deum*, & se signo crucis signare, & quod ista docere suos liberos non omittant. Item, in præceptis legis est populus instruendus.

IV.

De X. præceptis legis.

Præcepta legis summe sunt custodienda, & diligenter per sacerdotes subditis exponenda triplici ratione. Primo, ut lumen spirituale recipiant juxta illud Psalmistæ: *Præceptum Domini lucidum illuminat oculos*, scilicet ad videndum quid sit faciendum & a quo abstinendum. Secundo, ut mortem æternam caveant juxta illud in Johanne: *Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in æternum*. Tertio, ut vitam æternam habeant, juxta illud Matthæi: *Si vis ad vitam æternam ingredi, serva mandata*. Sunt autem aliqui sacerdotes, quod valde reprehensibile est, mandata hujusmodi ignorantes, quod in suarum & subditorum suorum periculum vertitur animarum. Sciant igitur sacerdotes X. esse mandata legis, sicut habetur in Exodo XI. capitulo. Primum præceptum est: *Non habebis deos alienos*. Secundum: *Non assumes nomen Dei tui in vanum*. Tertium est: *Memento, ut diem sabbati sanctifices*. Quartum est: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut longævis sis super terram*. Quintum est: *Non occides*. Sextum est: *Non machaberis*. Septimum est: *Non furtum facies*. Octavum est: *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium*. Nonum est: *Non concupisces domum proximi tui*. Decimum est: *Non desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt*. Quæ omnia his verbis continentur.

ANNO
CHRISTI
1189

*Sperna deos, fugito perjuriam, sabbata
serva.*

*Sis tibi patris honor, sis tibi matris
amor.*

*Non sis occisor, mæchus, fur, testis ini-
quus.*

Viciniq; tborum, resque cæceto suas.

Primo præcepto prohibentur ista, omnis idololatria, omne sortilegium, sacrilegium, omne augurium & divinatio & hæresis, & generaliter omnis amor creaturæ plusquam Creatoris. In hoc etiam mandato præcipitur unus Deus colendus, secundum illud Deuteronomii: *Audi Israel, Dominus Deus unus, Deus unus est.* Secundo mandato prohibetur omne illicitum juramentum, falsum, dolum, blasphemiam, hoc est dictum: *Non assumes,* &c. id est, non iurabis pro nihilo, non fallum, non injustum, non mendacium, non in contumeliam Dei. Contra tertium faciunt, diebus Dominicis & præcipuis festis ad ecclesiam sine rationabili causa & ex contemptu non venientes, peccatis insistentes, & dies festos quantum ad opera servilia & carnalia non observantes. Quarto mandato præcipitur principaliter honor parentum carnalium, qui consistit in solatione illorum, in obsequio operum, in exhibitione necessariorum, in timore offensæ, præceptis eorum obtemperando, & in signo, scilicet eis assurgendo. In hoc etiam mandato præcipitur honor prælati: in omnibus supradictis præcipitur honor Dei, in sequentibus utilitas proximi. Quinto præcepto prohibetur deliberata voluntas, consilium, auxilium, actus injuste occidendi & odium fratrum, & omnis illicita iracundia, cum deliberatione percussio. Sexto prohibetur omnis coitus, excepto fœdere matrimoniali; puta, fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, peccatum contra naturam. Dare licentiam, consilium, auxilium: locare scientia apud luxuriantibus, & omnis cum deliberatione præter legem matrimonialem humani seminis effusio. Septimo prohibetur furtum, usura, rapina, decimarum retentiones, debitorum denegationes. Octavo prohibetur adulatio, detractio in iudicio, falsa testificatio, quæ fit amore, timore, rancore vel munere, & omnis oris falsitas in nocumentum sui ipsius vel proximi. Nono prohibetur omnis illicita concupiscentia rei alienæ immobilis. Contra hoc præceptum faciunt proximum injuste impetentes, ad vendendum compellentes, mortem ejus desiderantes. Decimo prohibetur concupiscentia conjugalitatis mulieris non suæ, & rei mobilis. Contra hoc præceptum faciunt qui cogitant de ea, qui libenter recipiunt eam, qui petulantur loquuntur cum ea, qui muneribus sollicitant eam. Iste est unus modus ordinandi præcepta secundum superficiem litteræ Exodi. Licet alii alio modo & alia consideratione ea duxerint ordinanda, & in dictis præceptis debent populum instruere sacerdotes. Item & in septem ecclesiæ sacramentis de quibus subsequenter est videndum.

V.

De sacramentis titulo generali.

Videndum est quid est sacramentum, & unde dicatur, & quot sunt sacramenta, & quare fuerunt instituta, & quæ sunt necessaria, & quæ sunt voluntaria, & quæ possunt iterari, & quæ non, & a quo fuerunt instituta, & a quibus debent conferri, & quæ appellantur sacramentalia.

Sacramentum est secundum Augustinum invisibilis gratiæ visibilis forma. Dicitur autem sacramentum a sacris seu secretis virtutibus, quia sub tegumento rerum corporalium divina virtus salutem secretius operatur. Vel dicitur a sacro sacras, & mens mentis, quasi sacras mentem. Sacramenta vero sunt septem, scilicet baptismus, confirmatio, Eucharistia, pœnitentia, extrema unctio, sacer ordo, & matrimonium. De dictis sacramentis prima quinque sunt necessaria, ideo quia sine ipsis bellum diaboli superari non potest. Unde baptismus est clypeus ingredientium fidem catholicam contra bellum diaboli, & dicitur janua omnium sacramentorum. Confirmatio est clypeus pugnantium in bello, unde per eam dicitur robur dari, & Sancti Spiritus gratia augmentari. Eucharistia est clypeus ingredientium huc & illuc in bello mundi, & viaticum appellatur. Pœnitentia est clypeus ingredientium a bello, & pro redeuntibus datur, & ideo secunda tabula post naufragium appellatur. Extrema unctio est clypeus egressientium cum triumpho, & ideo datur egressientibus de hac vita. Duo vero ultima sacramenta, scilicet ordo & matrimonium dicuntur voluntaria, ideo quia sine ipsis est salus. Instituta vero fuerunt sacramenta triplici ratione, scilicet propter humilitatem, sed dum homo rebus sensibilibus & inferioribus se subiicit reverenter, ex hac obedientia apud dominum magis mereatur. Item propter eruditionem, ut per illud quod foris in specie visibili cernitur, erudiamur ad virtutem invisibilem agnoscendam. Item, propter exercitationem, cum enim homo otiosus esse non debeat, proponitur ei in sacramentis utilis exercitatio & salubris. Iterari autem non debent baptismus, confirmatio, ordo. Alia autem sacramenta iterari possunt. Salvo, quod benedictio matrimonialis quæ sacramentalis est, iterari non debet.

Etiam si sit consuetudo quod mulier virgo contrahens cum viro qui aliam uxorem habuit benedicitur; quia benedictio viri, vel e converso mulieris, tanquam magis digna, cum per carnalem copulam facti sunt una caro, attribuitur ad se minus dignam: & cum talia sint spiritualis, & contra jura consuetudo non valet, nisi esset per papam confirmata. Immo cappellanus dans benedictionem, ab officio & beneficio suspensus est, & cum testimonio litterarum sui episcopi ad sedem apostolicam est mittendus. Ex quibus apparet, quod alius dispensare non possit, nisi papa: & quod talis benedictio est sacramentalis. Et si sic suspensus se divinis ingesserit sicut prius, est irregularis, & solus papa cum eo dispensat: & ideo sibi caveant qui in talem penam inciderint.

Quinque vero de dictis sacramentis ab ipso Domino instituta fuerunt, scilicet baptismus, sacer

ANNO
CHRISTI
1189

acer ordo, eucharistia, penitentia, matrimonio-
nium. Alia vero, scilicet confirmatio, extre-
ma-unctio fuerunt divino instinctu ab aposto-
lis introducta. Sacerdotes etiam simplices con-
ferre possunt & debent omnia sacramenta, ex-
ceptis sacramentis confirmationis & ordinum,
quæ sunt a solis episcopis & superioribus con-
ferenda. Sacramentalia autem appellantur be-
nedictiones nubentium, sepulturæ, absolutio-
nes defunctorum, & alia quæ sacramentis ac-
cedunt. Præcipimus igitur ut omnia & singu-
la sacramenta a clericis, & laicis, & præci-
pue sacerdotibus in magno honore & devota
reverentia habeantur. Sub excommunicationis
& suspensionis officii & beneficii, & in virtute
obediendi injungentes, ut quocumque tem-
pore, & quacumque hora diei vel noctis sa-
cerdos pro baptismo vel penitentia, vel eu-
charistia, vel extrema-unctione fuerit requisit-
us, omni occasione & mora postpositis, ad
conferendum ea exhibeat liberaliter se para-
tum. Nullus quoque sine auctoritate legitima,
seu absque nostra licentia ministret in diocesi
Ruthenensi vel Cadurcensi vel Tutelensi ec-
clesiastica sacramenta, præter baptisma par-
vulorum & penitentias morientium in casu ne-
cessitatis, vel nisi de licentia rectoris seu vi-
carii ecclesiæ parochialis habentis canoni-
cam occupationem seu voluntariam ad breve
tempus.

Caveant autem ante omnia prælati ordines
conferentes, & clerici illos recipientes, & om-
nes ministri ecclesiæ, ne ordines vel alia sa-
cramenta vel beneficia seu dignitates, vel quo-
cumque actus spirituales, seu officia ecclesia-
stica conferant, recipiant, exercent, admini-
strent principaliter pro re aliqua temporali
tamquam pro causa motiva primo & princi-
paliter, sed solum sicut pro causa adminicula-
ta & annexa sacramento; attendentes, ut sci-
licet sit ibi principaliter intentio spiritualis ad
Deum non rei temporalis, sit intentio princi-
paliter ad primum ut totum ad solum neces-
sitaris stipendium: aliter non evadunt vitium
simoniæ; quod peccatum in ecclesia Dei gra-
vissimum reputatur. In tantum etiam quod
recipiens per simoniæ, aliquo dato vel pro-
missio, ordines, vel dignitates, vel beneficium
cum cura animarum, tunc ab illorum execu-
tione suspensus est ipso jure, & etiam depo-
nendus. Committitur & simonia non solum
si detur quid spirituale pro pecunia vel re alia
temporali, immo etiam si propter preces in-
dignas, vel timorem vel amorem carnalem
vel famam popularem: unde verius.

*Munus, lingua, timor, caro cum fama
populari,
impediunt gratis spirituale dari.*

Simoniacus tamen ex animi voluntate non
præcedente pacto per solam confessionem &
penitentiam liberatur, nec resignare cogitur,
qui taliter acquisivit. Igitur districtissime inhi-
beamus, ut cum dicta sacramenta, vel benedi-
ctiones nubentium vel sepulturæ, seu alia sa-
cramentalia fuerint exhibenda, ante ipsorum
exhibitionem plenariam, sacerdotes nihil exi-
gant a subiectis, nec propter hæc seditores
petant, vel juramenta, vel aliam cautionem,
sed cum ea gratis exhibuerint, jura parochia-
lia & alia consueta debita licite petant, prout
justum fuerit & viderint expedire, ne cadant

A in hæresim prædictæ simoniæ pravitatis. Est
enim simonia species hæresis, ut dixit canon:
cetera peccata respectu simoniæ, quasi pro ni-
hilo reputantur, & cum habente beneficium
per simoniam ante resignationem dispensari
non potest. Si vero ante exhibitionem sacra-
mentorum vel sacramentalium aliqua gratis
exhibita fuerint sacerdotibus, illa recipere non
formident.

Item, præcipimus, ut per omnes ecclesias,
eucharistia, chrisma, oleum sacrum, & fon-
tes sub fidei custodia clavibus adhibitis con-
serventur, ne manus temeraria ad alia possit
extendi. Si vero is ad quem spectat custodire
ea incaute relinquat, tribus mensibus ab offi-
cio suspendatur. Et si per ejus imperitiam ne-
sandum aliquid inde contigerit, gravius punie-
tur. Præcipientes ut singulis annis in die Jo-
vis cœnæ presbyteri parochiales per se ipsos
aut clericos, adultos tamen, chrisma novum,
& oleum novum catechumenorum, quod exhi-
betur pueris baptizandis, & oleum novum in-
firmorum quod exhibetur infirmis, a nobis
vel archipresbyteris nostris suscipiant, sicut est
consuetum, & ante effundatur vetus chrisma
& oleum infra fontes ecclesiæ baptismales, &
ibidem diligenter abluantur ampullæ, vel in-
tra ecclesiam vetus chrisma & oleum concre-
mentur, & cum novo oleo catechumenorum
per totum annum inungant pueros baptizan-
dos, & cum novo chrismate baptizatos: &
cum novo oleo infirmorum inungant infirmos.
Et si forte contigerit quod oleum & chrisma
deficiant, statim mittant ad archipresbyteros
pro chrismate & oleo, & si ab eis habere
non possunt, vel sine periculo expectare, si
aliquid residuum fuerit, admisceant illi resi-
duo chrismatis, & illi residuo olei oleum oli-
varum non consecratum, & ex eis unctiones
faciant supradictas. Et si forte negligentia vel
errore loco olei cum chrismate puer inunctus
fuerit, vel infirmus, non fiat ulterius inun-
ctio olei, quia cum chrismate jam est facta,
cum chrismate ex oleo & balsamo componatur.
Quando vero inunctio est facienda cum chris-
mate, & sit cum oleo per errorem, vel illa
quæ est facienda cum oleo infirmorum, fiat
cum oleo catechumenorum vel e converso,
suppleatur ad hæc chrismatis vel olei inunctio,
quæ incaute fuerat prætermissa. Caveant ergo
presbyteri a tali errore, alioquin graviter
punientur. Et quia non est salus sine bap-
tismo, juxta illud, *nisi quis renatus fuerit ex
aqua & Spiritu sancto non intrabit in regnum
celorum*, ideo de baptismo pro modo est vi-
dendum.

VI.

De sacramento baptismi.

De baptismo, quia est janua omnium sa-
cramentorum, primo videndum est, scilicet
quid est, & a quo fuerit institutum; quis pos-
sit baptizare, & quis baptizari; quæ sunt ne-
cessaria ad baptismum, quot ejus species, quis
effectus. Baptismus est regeneratio spiritualis in
certis verbis & aquæ ablutione consistens. In-
stitutum fuit a Domino hoc sacramentum,
cum Dominus a Johanne fuit baptizatus: præ-
ceptum, cum dixit Nicodemo: *Nisi quis renatus
fuerit ex aqua & Spiritu sancto; & cum
dixit discipulis suis: Euntes in mundum universum*

ANNO
CHRISTI
1199.

*S*umo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti. Baptizare autem potest & debet episcopus, vel sacerdos, vel diaconus, si sacerdos commodè haberi non potest, & in necessitate quicumque: Immo etiam tenet hoc sacramentum si conferatur ab excommunicato, hæretico vel pagano in forma ecclesiæ, licet conferri a talibus non debeat. Baptizari autem potest & debet quicumque, etiam si resistat infans non habens discretionem. Habens discretionem vero invitatus non cogitur ad baptismum. Tria vero sunt necessaria in baptismo, scilicet intentio baptizantis, vel Ecclesiæ generalis, item elementum, scilicet aqua naturalis, & nullus liquor alius nec saliva, item verba, scilicet quod dicat baptizans baptizando: *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti*, spargendo aquam supra caput seu maiorem partem corporis ejus. Species baptismi sunt tres, scilicet fluminis, id est aquæ, cum dictis verbis, de qua specie communiter utimur, & fluminis, id est Spiritus-sancti, ut cum quis desiderans baptizari moritur, non habens aliquem qui baptizet eundem; & sanguinis, ut fuit in Innocentibus, & potest esse in quolibet credente in Christum, & antequam baptizetur moriente pro Christo. Effectus baptismi est remissio omnium peccatorum, & salus æterna.

*P*recipimus itaque ut infans quam cito natus fuerit, si periculum mortis sibi imminet, ita quod presbytero nequeat presentari, a circumstantibus masculis, si presentes fuerint, baptizetur in aqua calida vel frigida, non in aliquo alio liquore, & in vase mundo ligneo vel lapideo, vel alio aliquo, vel si vas haberi non possit, fundatur aqua super capite baptizandi, & dicantur dicta verba, quibus debet aliquis baptizari. Si autem masculi presentes non fuerint, a circumstantibus feminis baptizetur, etiam a patre vel matre, si alii non fuerint, a quibus valeat baptizari, sed quandiu alii fuerint, a patre vel a matre nullatenus baptizetur; & si ex necessitate, a patre proprio vel a matre infans fuerit baptizatus, matrimonio inter eos in sua firmitate manente, nulla propter hoc iungatur penitentia baptizanti, qui ex hoc debet potius commendari. Si vero malitiose pater vel mater baptizaverit, vel in catechismo seu in confirmatione tenuerint infantem proprium vel infantem uxoris suæ ex alio viro procreatum, matrimonio, ut dictum est, in suo robore permanente, ad nos mittatur de tanto excessu a nobis penitentiam suscepturus. Si autem casu vel ignorantia id acciderit, non sunt in aliquo puniendi.

*E*t dicantur ex malitis vir aut uxor talis facere, quando hoc faciunt, ut alter alterum non cognoscat carnaliter: scientes post baptismum cognationem spiritualem esse contractam, siue in confirmatione qua impedit matrimonium contrahendum & dirimit jam contractum: licet cognatio que contrahitur per catechismum impediatur matrimonium contrahendum, non tamen dirimit contractum: & ideo ex sua malitia non debent habere commodam; sed debent penam reportare.

*I*tem, statutum declaramus, & etiam prohibemus, ne quis de cetero in aulis vel cameris, aut aliis privatis domibus, sed dumtaxat in ecclesiis in quibus sunt fontes specialiter deputati, ubi baptizandi debent deportari & adduci, libe-

*A*re baptizari presumat, nisi fiat filii regum vel principum, quibus in his deesse convenit; vel alia evidens necessitas: & si qui contra presumerint, graviter puniantur.

*N*e propter imperitiam laicorum infans absque forma debita baptizetur, dilucide præcipimus, ut presbyteri frequenter admoneant, & instruant plebem suam, ut cum ex necessitate aliquem baptizari contigerit, hanc formam in contradictione ipsius baptismi cum diligentia studeant observare, scilicet ut infantem ter mergendo in aquam, baptizans dicat sic: *Patre, vel Martine: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti. amen.* Si tamen una tantum immersio facta fuerit, erit nihilominus baptizatus. Et licet proprium nomen infanti non fuerit impositum, & patrinum vel matrinam non habuerit, nec dictum fuerit, *Ego*, dum tamen infantem immergendo in aquam a baptizante dictum fuerit, *Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti*, erit infans nihilominus baptizatus. Idem dicimus, scilicet infantem baptizatum esse, si baptizans dixerit: *Baptizo te in nomine Christi*, quod tamen non est laicis exprimendum ne a forma prædicta statuta per ecclesiam recedatur. Si autem tanta copia de aqua haberi non potest, ut infans in ea totaliter mergi non possit, vel forte similiter mergi timeatur, ob fragilitatem pueri, quod ex totali immersione mortem posset incurrere, cum scutella vel cypho, vel alio vase aliqua quantitas aquæ super caput infantis effundatur curialiter a baptizante, & effundendo dicat baptizans: *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti. amen*, & erit infans nihilominus baptizatus. Hæc autem supra dicta, scilicet quod infans a laicis baptizetur, præcipimus in necessitatis articulo observanda, sed necessitate cessante, omnibus laicis baptizandi, & etiam clericis, nisi fuerint in presbyteros canonicè ordinati, & catechismum faciendi interdici-mus potestatem, sustinentes quod subdiaconus & diaconus prædicta possint facere ubi sacerdos præsens non est, vel ea non potest facere & necessitatis articulus noscitur imminere.

*C*um vero secundum formam prædictam in necessitate infans a laico fuerit baptizatus, præcipimus, si supervixerit, ut presbytero quam citius poterit presentetur, qui inquirat sollicitè qualiter fuerit baptizatus. Et si dubitetur an puer sit baptizatus, quia forte baptizans non recordatur ad plenum de verbis in baptismo prolatis, vel circumstantes discordant, vel forte infans expositus inventus est juxta ecclesiam, vel alibi, nec habetur certitudo, vel aliquod signum utrum sit baptizatus an non: in his casibus faciat sacerdos catechismum, & baptizet ipsum sub his verbis. *Si baptizatus es, non te baptizo, sed si baptizatus non es, Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti. amen.* Sed in tali dubio statuitur testimonio unius, si plures haberi non possunt. Si vero infans a laico baptizatus mortuus fuerit antequam presbytero presentetur, & presbyteri dubitaverint an fuerit in baptismo debita forma servata, & de hoc certificari non poterit; in tali dubio infans in cæmeterio ecclesiæ sepeliri debet. Et idem credimus posse fieri, quando est expositus juxta ecclesiam, vel alibi mortui reperiuntur, nec de baptismo ipsorum potest haberi aliqua certitudo. Si autem in baptismo dum infantes a laico baptizati

ANNO
CHRISTI
1199.

ANNO
CHRISTI
1189.

zati mortui sunt antequam presbytero presen-
tentur, inventum fuerit formam debitam non
fuisse servatam, sed infantem expositum &
mortuum inventum consuevit per scripturam,
vel alia signa baptizatum non esse, non debet
in cœmeterio ecclesiæ sepeliri. Ad hæc si sa-
cerdos invenerit infantem a laicis juxta formam
esse baptizatum, ita quod non sit de hoc ali-
quatenus dubitandum, non rebaptizet eum,
nec faciat catechismum, sed inungat eum in
pectore, & inter scapulas oleo benedicto sine
illa interrogatione *abrenuntias*, & cetera, sed
dicendo: *Ego te unio*, & cetera. Tutius enim
est, licet non sit necessarium, quod fiat præ-
dicta inunctio. In hoc casu tamen inungat
eum etiam chrismate sancto in vertice, dicen-
do orationes quasdam post baptismum, & fa-
ciendo alia quæ post baptismum consueverunt
fieri, sicut in libris baptismalibus continetur.
Si vero infanti pro baptismo ad presbyterum
asportato non potest propter mortis periculum
secure fieri catechismus, baptizet eum presby-
ter incontinenti, dimisso catechismo, & inun-
gat eum oleo benedicto & chrismate sacro,
& alia faciat quæ fiunt post baptismum, sicut
superius continetur. Cum vero puer est sine
periculo, cappellanus cum solemnitate debita
baptizet eundem, & ante baptismum fiet inun-
ctio cum oleo cathecumenorum, & cum chris-
mate post baptismum.

Prohibemus etiam districte ne in patrinum
regularis aliquis admittatur, nec aliquis alius
qui in sententia est positus vel ligatus excom-
municacionis vel interdicti, vel quia non est
confirmatus. Tamen si aliquis de prædictis pa-
trinus fuerit, non nocet aliquid baptizato. Præ-
cipientes, ut in catechismo, & baptismo, &
confirmacione episcopali, unus tantummodo
sit patrinus, hoc est unus in quolibet sacra-
mento, quia ex hoc insurgit spiritualis cogna-
tio, quæ impedit matrimonium contrahendum,
& quando pro baptismo vel confirmacione pro-
venit, jam dirimit contractum. Et qui fuit
patrinus in baptismo, & confirmacione po-
terit esse patrinus, & pluries potest quis effi-
ci compater alicujus diversos baptizando infan-
tes. Pueri, & muti, & lardi, & ægri, qui
per se in baptismo respondere non possunt,
per patrinum de fide respondere tenentur.
Adulti vero per se debent respondere in ba-
ptismo de fide, in quo remissionem recipiunt
omnium peccatorum antea commissorum, &
sine confessione, dum tamen fideliter conver-
tantur. Patrinus qui constituitur fidem pro pue-
ro in baptismo, tenetur ipsum instruere in fide
& caritate.

Si propriam capullam propter paupertatem,
vel aliam quamcumque causam non habeant,
nec valeant habere, baptizandus cum capulla
cum qua & alius fuerat baptizatus, quam sa-
cerdos pauperibus gratis exhibeat, baptizetur.
Capulle vero ad humanos usus minime trans-
ferantur, sed in usus mundos ecclesiæ depu-
tentur.

Si vero muliere in partu laborante infans
extra ventrem matris caput tantum emiserit,
& in tanto periculo infans positus commode
haberi nequiverit, infundet aliquis vel aliqua
de assistantibus aquam super caput infantis, di-
cens: *Creatura Dei, Ego te baptizo in nomine
Patris, & Filii, & Spiritus sancti. amen.* Et
erit baptizatus. Si vero non caput, sed aliud
membrum emiserit, & super illud membrum
Concil. General. Tom. XXIV.

Aquam effundendo prædicto modo fuerit bap-
tizatus, & postea vivus natus fuerit, non ju-
dicamus talem esse baptizatum, sed hoc pie
interpretationi relinquimus Altissimi creatoris.

(c) Illud servatur in hoc episcopatu ab anti-
quo. Sed glossa de consecratione dist. IV. in
cap. *proprie* super verbo *trium millium* tenet
talem esse baptizatum. Præcipimus tamen ad
cautelam ut baptizetur, eo modo quo dictum
est de illis, de quibus est dubium an fuerint
baptizati. Si vero mortuus natus fuerit, cor-
pus illud extra cœmeterium, cum hoc sua sa-
luti, si vitam habuerit nocere non possit, præ-
cipimus sepeliri. Postremo, quia frequenter
contingit mulierem in puerperio decedere, &
partus in maternis visceribus adhuc creditur
esse vivus: ex quo pro certo mulierem in puer-
perio decedere contigerit, si partum credunt
vivere obstetrices, apposito statim, id est sub-
bito post mortem, baculo in ore mulieris, ut
sic infans cito spiramen recipiat, aperiatur mul-
ier mortua per aliquam partem sine mora,
ut partus, si vivus fuerit, baptizetur. Et ut
quislibet se ad hoc exhibeat promptiorem, qui
cumque aperiendo taliter mulierem, partum
procurabit baptizari, in remissionem sibi pro-
ficiat peccatorum. Et hoc per ecclesias an-
nis singulis publicetur; si autem partus cum
matre simul mori contigerit, sine aperi-
tione mulier in cœmeterio ecclesiastico tumu-
letur.

ANNO
CHRISTI
1189.

(d) Indusa
parentibus
desiderantur
in duobus
MSS. sancti
Germani.
quorum lo-
co hæc ha-
bent: Quia
in pes vel
manus for-
lum nica-
tur, non
potest dici
puer natus,
sic nec re-
natus sed
hæc duo
aquiparan-
tur. Item
nullus se
ipsum libe-
rare potest
sed nec ge-
nerare.

VII.

De sacramento confirmationis.

Quoniam baptizati Spiritus sancti robore con-
firmandi sunt, ne de facili corruant in pec-
catis, idcirco immediate de sacramento con-
firmacionis videndum est, scilicet quid est con-
firmacio, a quo debet conferri, & cui, & quæ
sunt in eo necessaria, & quis est effectus. Con-
firmacio est episcopalis in fronte baptizati chris-
mario ad robur & Spiritus sancti augmentum.
Et definitur ideo sic, quia est sacramentum
pugnantium, & datur ad robur contra diabol-
um. Debet autem conferri a solis episcopis
& superioribus, & non ab inferioribus: quia
apostoli quorum sunt etiam successores hoc sa-
cramentum ministrabant. Debet autem conferri
hoc sacramentum cuicumque baptizato fide-
li. Quinque vero sunt necessaria in hoc sa-
cramento, scilicet materia sicut chrisma: for-
ma, scilicet: *Signo te signo crucis, confirmo te
chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii,
& Spiritus sancti, amen*; intentio, scilicet con-
ferendi sacramentum; minister, scilicet solus
episcopus vel superior: frons signatur confir-
mandi, ubi est sedes verecundiæ, ad insinuand-
um, quod dat gratiam, ut sine erubescencia
nomen Christi libere protestetur. Effectus con-
firmacionis est, quod eam recipiens sit perfe-
cte Christianus, & in eo Spiritus sanctus au-
geatur, & robur ei detur contra diabolium &
peccata. Et licet omissio talis sacramenti pue-
ro morienti non noceat ad salutem, prodest
tamen viventibus, quia dat eis robur contra
agones & prælia hujus mundi. Nocet etiam
parentibus, quia si omittant ex contemptu,
graviter peccant, cum sit necessitatis sacra-
mentum.

Præcipimus itaque, ut sacerdotes moneant
suos subditos, ut hoc sacramentum recipiant,
Q99 & tem-

ANNO
CHRISTI
1199

& tempore receptionis sint jejuni; & si adulti sunt, de suis peccatis contriti & confessi, & quod bandellos mundos & largos & satis longos supra chrismationem in fronte positos tribus diebus deferant propter fidem Trinitatis; quibus elapsis, trons confirmati & bandellus abluantur a sacerdote super fontes ob reverentiam sacramenti. Bandellus vero ad humanos usus nullatenus transferatur, sed comburatur, vel in usus mundos ecclesie deputetur. Sacerdotes vero scientes circa se venturum episcopum, forte ad dedicationem ecclesiarum, altiorum, vel cœmeteriorum, vel ad visitationem faciendam, moneant suos subditos, ut ad episcopum veniant, confirmationem ab eo recepturi, vel consilium seu pœnitentiam de suis peccatis, de quibus per suum sacerdotem absolutionem habuisse non poterant, suscepturi, & sermonem audiri. In confirmatione autem unus sit tantummodo patrinus, sicut dictum est de baptismo.

VIII.

De sacramento pœnitentiæ.

Sicut humano generi vulnerato ex culpa primi parentis baptismus est medicina, sic post baptismum lapsis pœnitentia reparatio est salutis. De qua videndum est, quid sit, unde dicatur, quæ sunt necessaria in pœnitentia, quis debet confiteri, & cui, qualis debet esse confessio, quæ sunt confitenda, & quis est effectus pœnitentiæ.

Pœnitentia est, secundum Ambrosium, mala præterita plangere & plangenda iterum non committere. Dicitur pœnitentia, quasi penam tenens, vel a pœnitendo, quia requirit quod peccator in se pœniteat ultiscendo quod commisit peccando. Tria vero principaliter debent esse in pœnitentia, cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio; qui sicut triplici modo Deum offendimus, scilicet cogitatione, delectatione, & opere, sic per actus contrarios eum nobis placabilem faciamus, ut cogitationi confessio, delectationi contritio, operi satisfactio opponantur: Confiteri autem debet omnis utriusque lexus ex quo est dollicapax, quia nemo sine crimine vivit. Confitendum est autem episcopo, vel proprio sacerdoti parochiali, vel ex causa rationabili de ipsius licentia alteri sacerdoti vel illis qui super hoc ostendunt se a sede apostolica potestatem habere; & in necessitate puta mortis articulo cuicumque etiam laico vel mulieri, non tamen hæretico, schismatico, vel pagano seu excommunicato, vel alii in notorio crimine persistenti. Quod tamen dixi de laico vel muliere, intellige quoad fidem sacramenti, non quod vere sic moriens sit a tali, qui claves non habet, absolutus, sed potest post mortem ratione fidei sacramenti, quam habuit, absolvi poterit a proprio sacerdote, quia nullus habet claves, nisi sit sacerdos. Confessio vero debet esse voluntaria, sicut fuit confessio latronis dextri in cruce; amara, juxta illud: *Rugibam a gemitu cordis mei*; frequens, ut quotiens quis peccaverit, totiens confiteatur; integra, ut omnia peccata exprimat, quia Dominus aut totum sanat aut nihil; discreta, ut non dicat se commisisse, quod non commisit, sed causa humilitatis possit dicere in genere se magnum peccatorem: & quod se

accuset, & non alios, & quod peritum habeat confessorem de licentia proprii sacerdotis, si ille sufficiens non existat, & quod pura intentione confiteatur, & non ad vanam gloriam, neque in trasursu seu morose, licet festinare debeat ad veniendum, juxta illud: *Ne tarde venire ad Dominum, subit enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.*

Item, statutum, quod quæstiones metropolitanorum non possunt subditos suffraganeorum suorum, ut comparant coram dominis metropolitanis vel eorum officialibus contrivire: licet eisdem quæstionibus resistere vel non obediverint in eorum quæstis faciendis, licet possint eos sub benigna eorum receptione vel subventionem fabricæ ecclesiæ faciendæ caritative movere. Item, quod si episcopus alicui concesserit, quod possit sibi eligere confessorem, electus non poterit talem absolvere in casibus retentis per episcopum ipsi sibi, nec potest aliqua consuetudine introduci, ut quis sine superioris licentia eligat sibi confessorem. Item, monendi sunt per locorum ordinarios, & si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam compellendi justiciarii & domini temporales, ut damnatis ultimo supplicio, si petant, non denegent pœnitentiæ sacramentum, sed potius faciant ad eos venire confessorem: nec valent indulgentiæ ab uno vel a pluribus episcopis in dedicationibus ecclesiarum concessæ annuum aut nimium excedentes, & in anniversario dedicationis remissa de injunctis pœnitentiis tempus xl. dierum non excedit. Item, quæstiones non admittant, sine litteris nostris seu officialis nostri, nec tamen illi admitti permittantur prædicare populo, nec aliqua exponere, nisi solum indulgentiis; nec permittantur, licet in eorum antiquis contineatur privilegiis, indulgentiis populo proponendo, nec super votis dispensare, nec a perjuriis, homicidiis & peccatis aliis consistentes absolvere, nec male abbas in certa sibi data pecunia aliqua quantitate remittere, nec tertiam vel quartam partem de pœnitentiis injunctis, relaxare, nec dicere seu proponere, quod animas tres parentum vel plures amicorum illorum, qui elemosynas eis deserunt, valeant, sicut mendaciter asserunt, de purgatorio extrahere & ad paradisi gnavium perducere, nec quod plenariam in remissione peccatorum possunt benefactoribus locorum, quorum sunt quæstiones, indulgere, nec non reos absolvere a pœnia & a culpa, etiam si talia & similia faciendi sunt in eorum privilegiis concessa: cum sint quoad præmissa per dominum Clementem papam V. penitus revocata, quia cedebant in vilitatem, contentum, & damnum ecclesiæ. Statuentes insuper, quod si qui quæstiones hujusmodi vel alii inventi fuerint suis abuti privilegiis indecenter, ad nos capti vel officialem nostrum ducantur pro demeritis puniendi. Statuimus etiam quod fratres Predicatores & Minores per suos superiores electi, & nobis & officiali nostro presentati, prædicando & exponendo verba Dei & confessionibus audiendis & pœnitentiis injungendis, libere admittantur per priores, rectores, & cappellanos & beneficiatos nostra civitatis & diocesis quoad præmissa. Declaramus tamen quod per nos seu officialem nostrum, seu alium loco nostri casus speciales per nos nobis ipsi retentis & inferius declarandos, nisi eis data potestas fuerit, absolvendi, confessor ab eisdem non possunt, jure prohibente, aliquatenus absolvere. Declaramus etiam cum foris judicialis & pœnitentiæ sint diversi, quod per confessionem hujusmodi

ANNO
CHRISTI
1199.

ANNO
CHRISTII
1119.

S modi per nos talibus factam seu aliis rectoribus, ut possint confessos a se in casibus per nos retentis absolvere a sententia excommunicationis ab homine vel a jure suspensionis vel interdictionis: si tales ligati sunt, non possunt ab eis absolvi, sed per nos vel officialem nostrum; nec ante debent tales excommunicati ad penitentiam recipi, priusquam fuerint absoluti, nisi in periculo mortis fuerint constituti: quia excommunicatus exclusus est a communicatione fidelium & participatione sacramentorum. Et hoc intelligimus de excommunicatione majori: excommunicationis vero minoris, quæ per participationem cum excommunicato sine monitione nominatim procedente, contrahitur, quia de illa solus potest absolvere sacerdos. Et quia peccata confiteri debent, videndum est de peccatis, & primo de mortalibus quæ sunt VII.

X.

De peccatis mortalibus.

Confitenda autem sunt peccata mortalia, quæ sunt septem principalia. Scilicet superbia, accidia, luxuria, ira, gula, invidia, avaritia, & quodlibet istorum habet suos comites. Superbia, quæ desiderat terrenæ injustitiam potestatis, habet comites, scilicet sævitiam, inobedientiam, impatientiam, imprudentiam, sæcularem pompam, inanem gloriam, jactantiam, hypocrisim, & præsumptionem. Accidia vero, quæ est quoddam tædium bonorum, habet comites, scilicet torporem, ignaviam. Luxuria quæ est infirmitas frangendi vires naturæ, habet hos comites, scilicet ventris ingluviem, vestis molliem, soporis resolutionem, coitus delectationem, & generat cæcitate mentis, inconsiderationem, inconstantiam, præcipitationem, amorem sui, odium Dei, affectum præsentis sæculi, desperationem futuri. Ira, quæ plerumque innocentes damnat, & cum statim non remittitur, mortale peccatum est. Habet hos comites, audaciam, mutationem faciei, imprudentiam, & injustitiam, & hæc generat lites, contumelias & blasphemias, odium, tumorem mentis, clamorem, & indignationem. Gula, quæ est edacitas ultra condignam naturæ, generat ineptam lætitiæ, febrilitatem, immunditiam, multiloquium, hebetudinem senium. Invidia, quæ intus & extra comburit hominem, habet hos comites, dolorem de bono, gaudium de malo alterius. Ex hac oritur odium, susurrium, detrahitio, afflictio in prosperis proximi, exultatio in adversis. Avaritia, quæ est radix omnium malorum, habet comites, scilicet rapacitatem, tenacitatem, pusillanimitatem, contentum fidei. Ex hac oritur proditio, fraus, fallacia, perjurium, inquietudo contra misericordiam, cordis obduratio. Cave tamen ne sis promptus de facili judicare peccatum mortale, nisi per veram scripturam manifestum sit esse mortale: quia forsitan aliqui de facili desperarent, sed potes querenti respondere peccatum est, & fac penitentiam. Hoc tamen sit tibi pro regula, quod cum aliquid committitur in contemptum Dei, ut in hæresi; & contemptum Ecclesiæ, ut in rebelli & in obstinata inobedientia; vel in detrimentum proximi, ut in rapina seu alias male questis; vel in opprobrium sui, ut in fornicatione, mortale est, & de his, & aliis mortalibus confiteri oportet.

Concil. General. Tom. XXIV.

tet, si in memoriam habeantur: alias sufficit confessio generalis, nisi reducerentur postea ad memoriam, quia tunc essent specialiter confitenda, quia & venialia nisi durent, per orationem Dominicam delentur. Frequenter igitur moneant suos subditos sacerdotes dicta peccata mortalia fugere, & pliusquam morte timere. Mors enim solum corpus interimit; dicta vero peccata corpus & animam perire faciunt in infernum; quæ peccata effugiunt, si septem operibus misericordiæ invigilent, ideo de his subjungamus.

XI.

De septem operibus misericordiæ.

Septem opera misericordiæ corporalia, & septem spiritualia. Corporalia sunt elurientes pacere, sitientes potare, nudos vestire, hospites suscipere, infirmos visitare, & incarceratos consolari, mortuos sepelire, & hæc opera sunt corporalia.

Spiritualia vero septem opera misericordiæ sunt hæc, consilium dare, errantes corrigere, tribulatos confortare, injuriam dimittere, patienter illata sustinere, pro aliis orare, discordes pacificare. Qui enim opera hæc misericordiæ, quæ dictis septem vitiis principalibus opponuntur, facere neglexerint, dicetur eis secundum evangelicam veritatem voce terribili: *Ite, maledicti, in ignem æternum. Et ista per hos versus melius memoria commendantur.*

Visto, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Et quia quisque facilius ista compleret, si in se septem virtutes principales habet; ideo videndum est breviter de ipsi.

XII.

De septem virtutibus principalibus.

Sunt enim septem virtutes principales, tres theologicae, sine quibus non est salus, videlicet fides, spes, caritas. Et quatuor cardinales sive morales, videlicet temperantia, prudentia, justitia, fortitudo. Sunt & septem dona Spiritus sancti & septem dona baptismi: quæ omnia fieri debent sacerdotibus. Septem dona Spiritus sancti sunt spiritus sapientia & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientia & pietatis & timoris. Sicut sunt vii. dona Spiritus sancti, sic sunt septem dona baptismi secundum Hugonem. Primum est collatio sacramenti salis, quæ ponitur in ore baptizandi, ut per sal typicum sale sapientia celestis conditus sceleris careat iniquitatis. Secundum donum est aurium & narium aperitio cum sputo, ut per salivam figurativam & sacerdotis tactum sapientia & virtus divina salutem ejus virtutis catechumenum operetur, ut aperiantur ei nares ad capiendum odorem notitiæ Dei, & aures ad audiendum mandata Dei, & illi sensus in intimo corde ad respondendum de fide. Tertium est frontis & pectoris crucis signatio, ut ab eo tempore apostata diabolus in vase suo, id est corde humano pristina suæ interpretationis cognoscens

ANNO
CHRISTII
1119.

Quartum est olei sacri permixtio, ut sacrum baptismum cum fide accepta custodiat. Ungitur enim alius pedus oïo sanctificato cum invocatione Sanctæ Trinitatis, ut nulla reliqua latentis inimici in eo remaneant, sed in fide Trinitatis mens eius confortetur. Quintum est ablutio baptismi, in qua descendit Spiritus sanctus invisibiliter; sed primo descendit, cum Christus fuit baptizatus quasi columba, ut increduli per signa vocarentur ad fidem: nobis autem nec per signa, sed per fidem veritas est colligenda. Sextum est in vertice chrismatis unctio a sacerdote facta, ut regni Christi particeps fiat, & a Christo christianus possit vocari. Septimum est confirmatio chrismatis in fronte per episcopum, ut robur obtineant, ut superius clarius dictum est. De venialibus autem peccatis pauca ratione exempli ponamus.

XIII.

De venialibus peccatis.

Sunt enim secundum Augustinum venialia; quotiens quis plus comedit, potat, loquitur, tacet quam expedit; quotiens pauperem importune petentem exasperat. Quotiens aliis jejunantibus ultra jejunia constituta quis sanus comedit. Quotiens somno deditus tardius ad ecclesiam surgit. Quotiens excepto prolis desiderio, vel causa reddendi debitum, vel quia continere non potest uxorem cognoverit, quotiens in carcere positus tardius requisierit, infirmus tardius visitaverit, si privatus discordes ad concordiam revocare neglexerit, si plusquam oportet, vel uxorem, vel filios, vel servum exasperaverit, si cuiquam adulatus fuerit, si se fabulis otiosis occupaverit, si incaute jocando juraverit, & ex aliqua necessitate implere non potuerit, si cum facilitate, vel temeritate maledixerit. Hæc igitur venialia & consimilia, si in consuetudinem reducuntur, vel plurima colligantur, gravia reputantur, & ideo tunc sunt specialiter contienda. Ante vero consuetudinem vel sine collectione minora venialia dicuntur, & sunt saltem in genere contienda. Minima vero venialia dicuntur quæcumque cogitationes peccati, quæ non pervenerunt ad consensum. Et hæc duo genera venialium, scilicet minora & minima, non solum contiendo, immo sine confessione speciali multis modis delentur, scilicet per assumptionem Eucharistiæ, vel per aspersionem aquæ benedictæ, vel per jejunia, vel elemosynas, vel per orationem dominicam vel devotam pectoris unctionem, vel per generalem confessionem, vel per benedictionem episcopalem, & per extremam unctionem. Effectus penitentia est, ut per ejus medicinam peccatoribus spes vitæ reparatur æternæ. Item, nota quod episcopi & superiores, & non inferiores generales indulgentias & remissiones, quas quaestores deferre consueverunt, facere possunt, & eorum subditis tantum profunt, & etiam archiepiscopi per totam suam provinciam habent effectum ut exprimitur in eisdem.

XIV.

Casus episcopales.

Casus vero episcopales in quibus penitentes ad episcopum sunt remittendi, sunt illi, scilicet omnis peccator publicus & vulgatissimus; cujus peccatum universam urbem, villam vel castrum vel parochiam commoverit. Item, pro hæresi. Item, pro simonia ex pacto commissa, & pro omni excommunicatione majori, & pro interdicto & suspensione, & pro irregularitate, ut ipse episcopus absolvat si potest, vel ad superiorem remittat. De minori excommunicatione enim absolvere potest non solum episcopus, sed etiam sacerdos. Item, mittendi sunt ad episcopum incendiarii. Item, Christum vel sanctos eius publice & enormiter blasphemantes. Item, pro commutatione voti, & ejus fractione. Item, si episcopus incipit audire confessionem de aliquo peccato, & prædicti casus probantur a jure. Item, & in aliis peccatis quorum abolitionem episcopus de usu suæ diocesis retinere sibi specialiter consuevit, est ad episcopum missio facienda, ut est in hac diocesi Ruthenensi de homicidiis. Item, de oppressione infantum ex hoc morientium, de quo frequenter debent sacerdotes monere in suis ecclesiis publice mulieres, ne secum cubent parvulos infantes, quia sæpe dormiendo illos suffocant opprimendo. Item, de sacrilegiis. Item, de falsariis & abutoribus litterarum sedis apostolicæ, vel legatorum ejusdem. Item, de falsariis sigilli vel litterarum episcopi, vel officii sui. Item, de violatoribus ecclesiarum, seu immunitatis & libertatis ecclesiasticæ. Item, de sortilegiis, non tamen levibus, & maxime si cum Eucharistia vel chrismate, vel aliis rebus sacris committantur. Item, de vitio contra naturam enormi. Item, de his qui coeunt cum Judæa, vel Sarracena, vel cum bestiis. Item, de incestu, qui committi dicitur cum consanguinea seu fratris uxore, seu alia affini. Item, de defloratione virginum. Item, de eo qui cognoverit monialem. Item, de perjurio. Item, de clandestino matrimonio contrahentibus. Item, de clericis per saltum promotis. Item, de illis qui faciunt se sine licentia proprii episcopi per alios episcopos ordinari. Item, de illis qui infra ecclesiam luxuriam commiserunt. Item, de muliere quæ de adulterio concepit infantem quem maritus credit esse suum, propter quod heredes legitimi hereditate fraudantur. Item, de muliere, & aliis procurantibus abortivum. Item, de falsis testibus. Item, de illis qui, contradiis sponsalibus cum juramento & non dissolutis, contrahunt cum aliis. Item, de excommunicatis & interdictis turbantibus divina officia, qui ad monitionem sacerdotis exire nolunt ecclesiam. Item, de illis qui scilicet excommunicatorum corpora in cæmeterio sepelire præsumunt. Item, de peccato luxuriam commisso inter mulierem & confessorem suum, vel proprium sacerdotem, vel compatrem suum. Item, de iniicientibus manus suas violenter in parentes. Item, de schismate. Item, de sacerdotibus vel ministris, quorum negligentia ad inhonestum circa sacramenta, & maxime altaris quocumque modo

ANNO
CHRISTI
1119.

do evenit. Item, restitutio & distributio illucite adquirentium, non inventis his quorum hæc fuerunt, seu heredibus eorundem, est de jure episcopi arbitrio facienda. Hoc tamen restringimus, scilicet si quantitatem quinquaginta solidorum Catharcentium (vel) Ruthenensium excedant. Aliis concedimus de gratia quod fiat arbitrio sacerdotis. Item, de dubiis questionibus, & maxime circa matrimonium & alia sacramenta est episcopus consulendus. Si vero confitentes hæc peccata ad præceptum sacerdotis, ad nos nullatenus venire noluerint, in suis peccatis & duritia remanentes, sacerdotes nobis hoc non designata persona significare procuret, ut adhibeamus super hoc remedium salutare.

Item, nota quod septem sunt casus, in quibus potest quis confiteri alii sine licentia proprii sacerdotis. Primus est, si sit vagabundus. Secundus est, si pro certo sciat vel credat indifferetum proprium sacerdotem. Tertius, quando transfuit domicilium in aliam parochiam, constituens se habitare ibidem. Quartus, cum quis proprium relinquens domicilium, querit iter faciendum, vel navigando domicilium quo se constituat. Quintus, si in alterius parochia deliquerit. Sextus, ratione studii. Septimus, si imminet mortis articulus, vel iusti belli introitus.

Item, nota quatuor esse casus, in quibus peccata semel confessa debemus iterum confiteri. Primus est quando facta confessione proprio sacerdoti imperito, de licentia eius vadit peccator ad peritum. Debet enim illi perito omnia confiteri. Secundus est, si peccator contempsit satisfacere & penitentiam sibi injunctam implere. Tertius est, quando audita confessione attendens sacerdos, quod ipse non potest absolvere; quia est casus episcopalis, vel aliter ad eum non pertinere: debet superiori peccator de omnibus confiteri, nisi superior ipsum remittat super aliis sacerdoti. Quartus est, quando peccator sic venit ad penitentiam vel aliquod peccatum celavit scienter.

Item, nota quod sacerdotes volentes audire confessiones saltem quatuor de necessitate scire tenentur. Primo ut sciat sacerdos ad quæ peccata potestas sua se extendat, quod potest scire maxime per supra dicta & per notitiam casuum episcopalis. Secundo, ut sciat quæ sunt mortalia peccata, & quæ venialia. Tertio, ut sciat quod alia penitentia datur pro mortali, alia pro veniali. Quarto, ut sciat formam absolutionis, videlicet ut sciat: *Miseratur tus, &c. Et ego auctoritate qua fungor vel tibi concessa absolvo te, &c.*

Præcipimus itaque, quod parochiales presbyteri frequenter moneant plebes suas, quod juxta statuta concilii generalis *Omnia utriusque sexus fidelis*, clericus vel laicus postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia peccata sua solus confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio sacerdoti, & injunctam sibi penitentiam pro viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistia sacramentum. Nisi forte de proprii sacerdotis consilio, ob causam rationabilem, ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum: alioquin vivens ab ingressu ecclesie arceatur, & moriens christiana careat sepultura. Si quis autem alieno sacerdoti ju-

sta de causa sua confiteri peccata voluerit, licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote. Præcipientes districte ne aliquis sacerdos super hoc requiritus præsumat alicui malitiose licentiam hujusmodi denegare. Moneant etiam frequenter presbyteri plebes suas ne memoriam faciant in peccatis, & ut ad confessionem veniant, quam cito potuerint commisso peccato propter incertitudinem horæ mortis, & quia in ægritudine vix potest aliquis penitere de peccatis, sed nec etiam cogitare, quia ut ait Hieronymus cum ægritudine oppressus es, vix potes aliter cogitare quam sentis, & illuc rapitur intentio mentis ubi est vis doloris; & maxime principio quæresimæ quod ad confessionem veniant, certificant eos, quod si jejunia & orationes & alia quæcumque bona faciant in mortali peccato, eis non proficient ad salutem. Præcipimus etiam, quod illi qui confessiones audierint, in loco patenti ecclesie & non in occulto, & cum stola in collo audiant confitentes. Si qui vero confitentium furdi fuerint, cæci, vel muti; inducat eos presbyter, prout melius poterit, ad contritionem & penitentiam, vel nutibus atque signis. Habeat autem sacerdos sollicitudinem diligentem, ne dum audit confessionem, respiciat in facie contententem, & præcipue mulierem, & capucium in capite vestitum teneat, & caput inclinatum; & si peccatum horribile intellexerit, non spuatur, non caput vertat vel faciem huc vel illuc, aut signum vel nutum faciat, seu aliquod verbum proferat per quod peccatorem abominet vel peccatum; ne peccator sic rubore confusus peccata reliqua vel similia ei timeat revelare.

Cum vero peccator primo ad sacerdotem venerit, querat ab eo si non est sibi notus, an sit ejus parochianus, & si dixerit quod non, querat ab eo utrum venerit de licentia proprii sacerdotis; & si responderit, quod non, dicat ei, frater non debeo te audire, vade ad tuum sacerdotem. Si autem sit parochianus ejus, vel venerit de licentia sui episcopi vel proprii sacerdotis, querat primum ab ipso utrum aliqua excommunicationis vel interdicti sententia sit ligatus; & si dixerit quod sic, dicat ei, frater, non audiam te, nisi prius fueris absolutus. Et si occulte excommunicatus fuerit, occulte dicat ei, si autem publice, publice dicat ei, & talibus penitentiam denegabit; quia nullus excommunicatus, vel interdictus recipi debet ad penitentiam, nisi prius faciat se absolvi. Si vero dixerit se non esse excommunicatum vel interdictum, debet eum primo interrogare presbyter utrum sciat *Pater noster* & *Credo in Deum* & *Ave Maria*, & si nesciat, moneat, ut addiscat. Et deinde moneat eum familiariter & benigne, ut omnia peccata sua confiteatur humiliter, nec ob verecundiam celer aliquid vel timorem, quia non est homini loquutus, sed Deo, cujus personam ipse presbyter representat, qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur, & vivat, dicendo sibi, quia ipse sacerdos peccator est, & quod ipse confitens non potest tot & tanta commisisse peccata, quin alii majora & plura commiserint, & quod illi qui bene penitent, magis postea diliguntur ab eo & a Deo, sicut patet in beatis Petro & Paulo, & La-

ANNO
CHRISTI
1119.

ANNO
CHRISTI
1119

trone, & Maria Magdalene, & multis aliis, & tota cœlestis curia gaudet in Penitentia peccatoris: quia gaudium est angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Dicit etiam, Frater, confitere quia homines sumus, & sine peccato in hoc mundo esse non possumus. Offendendo sibi vilitatem peccati; nam si vere confessus fueris & contritus, & proponis amplius non peccare, Deus sine dubio remittet tibi culpam, & ego auctoritate Dei absolvam te a pœna æterna. Si autem nolueris confiteri in hac vita, confiteberis in alia invitus in conspectu omnium angelorum, & amicorum & inimicorum, & damnaberis in perpetuum in infernum cum diabolis, ubi erit sicut acerba & tam crudelis, quod earum immanitas ore non potest exprimi, vel intellectu aliquo comprehendendi, & quod perpetuo cruciaberis in his penis.

Debet autem confitens se ipsum accusare, non alium, nec personam nominatim exprimere, cum qua peccavit; nec sacerdos quaerere, nisi peccati circumstantia talis esset, quod aliter non posset confiteri peccatum, ut si cognovit matrem, vel filiam vel sororem, vel hujusmodi: quia non posset sic aliter liberare se ipsum. Item, non debet confiteri per nuntium, nec per scripturam, sed viva voce, ore proprio & præsentialiter, ut qui per se peccavit per se ipsum confiteatur, & erubescat. Item, non debet confiteri verbo vel nominibus peccatorum seu criminum, seu terminis palliatis; sed quodlibet peccatum suo proprio nomine exprimere, quantumcumque turpe, ut sic tota peccati sanies expellatur. Debet etiam confiteri singula peccata quæ commisit distinde & separatim, non confuse, nec etiam in transcurso.

Quales interrogaciones debet sacerdos facere confitentibus.

Audita igitur confessione discretus sacerdos, quia juxta statuta concilii generalis diligenter debet per se ipsum inquirere peccatoris circumstantias & peccati, licet aliqui contrarium dixerint; interroget confitentem, si vult alia peccata exprimere, sollicitando eum, ut cogitet studiose, ne peccatum aliquod omittat, quia, si dimidiaret dividendo peccata inter diversos sacerdotes, aut celando, aut omittendo scierit aliquod peccatum mortale, sibilis penitentia vel confessio non proficeret ad salutem. Et si dixerit peccator, se non habere alia confiteri, incipiat interrogare ordinate & discrete confitentem, ita tamen quod interrogationibus faciendis ad peccata specialia enormia vel speciales circumstantias non descendat, nisi prout inferius continetur, quia multi forte post tales interrogaciones peccarent in his quæ nescirent alias cogitare. Interroget ergo sacerdos generaliter confitentem, si aliquandò teneretur ad grave peccatum aliquod faciendum, & aliter tentationi resistat, & sic indirecè forte aperiet peccatum suum, confitens quod celabat. Interroget etiam si exerceat aliquod officium licitum, & si dixerit quod sic, interroget de circumstantiis pertinentibus ad officium illud, & si fuerit religiosus, interroget specialiter de tribus substantiis regulæ, videlicet an fuerit obediens in omnibus licitis & honestis prælato suo, & an sit proprietarius, & an custodierit castitatem. Item, de simonia, utrum fuerit receptus pecunia mediante, vel consenserit quod aliquis alius reciperetur per simoniam. Item, an servaverit

silentium, & alia regularia instituta. Item, & an in capitulo resisterit malitiose, cum erat aliquid ordinandum. Circa clericos seculares fiat interrogatio an commiserint simoniam pro se ipsis vel pro aliis, seu alii pro ipsis. Item, de mercatura & aliis quæ pertinent ad avaritiam vel cupiditatem. Item, de dilapidatione si habent beneficium ecclesiæ, & utrum de pecunia prætextu ecclesiæ acquisita emerint aliquas possessiones nomine proprio, vel nomine consanguineorum suorum, & utrum bona ecclesiæ expenderint in usus licitos & honestos. Item, an interfuit divinis officiis nocturnis pariter & diurnis, præcipue in ecclesiâ in qua est prælatus. Item, de irregularitate. Item, de ludo alearum, & taxillorum. Item de continentia & gula & si detinuerit alienum. Circa barones & milites, & consules, & iudices, & bajulos seculares fiat interrogatio, an fecerint statuta vel præcepta contra libertatem ecclesiæ, & an bene reddiderint iustitiam cuilibet conquerenti, & an homines sibi subditos gravaverint in debitis talliis, collectis, tollis, vel questis, seu servitiis. Circa burgenles & mercatores & ministrales interroget sacerdos de rapinis, de usurâ, de pignoribus in fraudem usurarum factis, de baratis, de falsis venditionibus & mendosis, de injustis ponderibus & mensuris, & mendaciis, de perjurio, & dolo. Circa agricolas vero, interroget de furto & retentione rei alienæ, maxime circa decimas, primitias, tributa, census, quartas, & alia denaria dominorum suorum. Item, de eradicatione terminorum, & de occupatione aliarum terrarum. Item, si dedit damnum alicui. Interroget sacerdos igitur quemlibet confitentem, prout secundum conditionem suæ personæ viderit faciendum: quærens generaliter quæ sunt peccata quæ commisit, & an aliqua de septem principalibus peccatis; & postea secundum quod viderit expedire, descendat ad specialia, dicendo sibi, & quærendo de quolibet dîctorum septem peccatorum, de quo secundum statum suæ personæ viderit expedire. Si commiserit tale peccatum, & si dicat quod sic, audiat in quo & qualiter; si dicat quod non, vel non plene exprimat, dicat ei, bene tu forte non novisti quod est illud peccatum, sed eo multi sunt involuti, responde igitur mihi secundum tuam conscientiam super his quæ sequuntur.

Circa superbiam quærat, si fecisti unquam aliquid illicitum, vel dixisti pro laude humana vel honore sæculari habendo; si impugnasti unquam scienter veritatem, si obviasti scienter auctoritati majoris tui, si tibi quod erat aliorum adscripsisti, si de scientia, facundia, pulcritudine, cantu, nobilitate, dignitate, vel aliis gratis quas tibi Deus dedit te jactasti, vel intumivisti. Si alium tamquam viliozem te contempsisti, vel superiori tumide parificasti. Si verba superba & opprobria alicui dixisti; & si per superbiam percussisti. Si tumens in corde contendisti, disputasti, vilipendisti, blasphemasti, si bona naturæ, gratiæ, & fortunæ quæ habes, a te, & non a Deo credidisti, & a Deo non recognovisti; alium & non te judicasti; si laudem, & honorem, & gloriam & iudicium quæ solius Dei sunt, usurpasti, & tibi attribuisti.

Circa invidiam quærat, si causa invidiæ de bono alterius doluisti, & de malo lætus fu-

ANNO
CHRISTI
1119.

De interrogacionibus super quodlibet peccatum mortale. De superbia.

De invidia.

fuit. Si detraxisti alii vel audivisti libenter detractorem. Si causa infamandi dixisti vel audivisti malum de persona vel rebus, vel dixisti, vel factis akerius; si tacuisti bona alterius in damnum ipsius, si inter fratres discordiam seminasti, si laudasti unquam hominem, & in fine laudis, per *tamen*, vel per *sed*, vel per *sed*, vel per *nisi* alicui unquam detraxisti.

De ira. Circa iram interroget, si dixisti convitia, vel dicenti respondisti quasi te vindicando per iram: si percussisti aliquem, si dixisti contumeliam patri vel matri carnali vel spirituali, si damnificasti aliquem per te vel per alium, accutendo ipsum apud dominum, vel impediendo bonum vel honorem suum, vel ponendo ignem, vel taliando arbores, vel res suas furando, vel rapiendo, vel alia per violentiam, & quæ ipse habebat odio occupando. Si rixas movisti, discordias seminasti, lites incitasti, iniquas sententias dedisti, vel injustum consilium, si vulnerasti, si occidisti causa odii, si occidisti, si injustum bellum movisti, si fecisti conjurationes, vel alias colligationes, vel alias illicitas passionis, & sine juramento causa odii, ut posses te vindicare.

De accidia. Circa accidiam sic, scilicet, si fuisti unquam tepidus & remissus ad bene agendum cum posses, si repulisti a te gratiam inspirantem, quod est cum homo cogitat aliquod bonum facere vel dicere, & non acquiescit, si statim primos motus extinguit, quos motus tamen in peccato nutrit ubi essent potius extinguendi: Si dimisisti unquam ire ad ecclesiam vel predicationem propter pigritiam vel segnitiam, si fuisti nimis deliciosus, vel otiosus, vel coherere cum posses, distulisti, maxime per annum penitentiam tibi injunctam peragere neglexisti, officium ecclesiasticum tibi injunctum diligenter exequi neglexisti, iustitiam reddere ex pigritia distulisti, celebrare noluisse, nec confessiones audire propter laborem vitandum, quia potius volebas quiescere, subtraxisti proximo tuo egenti consilium tuum, vel auxilium propter pigritiam solum, distulisti ex negligentia restituere aliena, incidisti unquam in desperationem, si fuit, unquam tibi propter laborem vitandum tedium vitæ tuæ, fuisti negligens circa obsequium fidele domini tui, a quo pascerebas & induebaris, & alia bona recipiebas, neglexisti servare sacramentum. Distulisti solvere mercenario salarium de quo convenisti, vel aliter considerato labore tuo, & servitio remunerare.

De avaritia. Circa avaritiam queratur sic: fuisti simoniacus, violentus dominus, iudex injustus, incautus consiliarius, cavillosus advocatus, impetrator malignus, scriptor falsarius, fur, latro, perjurus, sacrilegus, lusor, evulsor metarum agrorum, festorum colendorum violator, falsus mercator, hominum quorumlibet, & maxime viduarum, pupillarum, pauperum, & aliarum miserabilium personarum oppressor causa lucri injusti & avari.

De gula. Circa gulam queratur sic: fuisti ebrius aliquoties? & tunc videtur veniale: vel pluries, & quasi in consuetudinem deducendo, & tunc est mortale. Comedisti ultra quam debes, etiam usque ad crapulam; fregisti jejunia tibi in penitentiam injunctam vel consuetudinaria, seu indicta propter gulositatem? Recepisti non jejunus Eucharistiam, vel confir-

Amationem, vel alia sacramenta Ecclesie sanus & fortis nullo periculo imminente? Pavilli te splendide, pauperibus juxta te positus nimis esurientibus, & fame morientibus te sciente, & contemne vel negligente eis subvenire? Comedisti nimis propere, id est ante horam tertiam omnibus diebus, vel ante novam in jejniis, vel antequam audires missam cum posses audire, sed magis volebas satiare ventrem quam mentem, vel antequam appeteres, nec eras infirmus, nec debilis, sed causa gulositatis tantum vel inhonestæ societatis hoc fecisti? Invitasti alios ad sequales potus vel ad bibendum nimis? Parasti species, vel electuaria, non causa medicinae, sed ut vinum tibi melius saperet, & ad bibendum te fortius incitaret ultra quam naturæ tuæ expedit? Et unquam alius talia parasti, & eis propinasti, de cibariis idem habuisti, & nunquam plura fercula, quam naturæ expedit tibi, & aliis propinasti? Numquam in scandalum aliorum contra consuetudinem regionis feria quarta vel sabbato vel aliis diebus carnes palam & publice vel alia cibaria comedisti, & nunquam more canino totum comedisti, vel bibisti, ut gulæ tuæ satisfaceres non naturæ, & cum sociis non dimisisti, nec aliquid eis dedisti, & nunquam more ursino seu leonino nimis avidè cibum etiam vilissimum gulæ flamma accensus non dico comedisti, sed devorasti: Numquam divites & non pauperes tecum ad mensam evocasti & ipsos ultra quam natura requireret refecisti? numquid goliardus fuisti?

De luxuria. Circa luxuriam queratur sic. Commisisti fornicationem, quod est quando solutus secularis cognovit solutam non virginem, nec religiofam? Commisisti stuprum, quod est virginem deflorare? Commisisti adulterium, quod est cognoscere maritam, vel cognosci ab uxorato? Commisisti incestum, quod est quando cognoscitur consanguinea vel affinis, carnalis vel spiritualis, unde ad filios & ad religiofas extenditur? Et an in loco sacro vel non sacro, & an diebus dominicis vel festivis, & an tempore jejuniorum, & utrum unam cognoverit vel plures & quotiens? Item queratur, peccasti contra naturam, quod est quando aliter cognoscitur mulier quam natura requirat, prout quilibet naturaliter novit & cum ipsa natura exponat? Omnis alius modus quicumque sit ille contra naturam est, quos modos non volo scribere, nec tibi consulo quæ reveles. Sed si caute dicas, tu bene scis modum qui naturalis est. Accidit numquam tibi pollutio aliter, vel cognitio mulieris? Si dicat quod non, ne ultra queras; si dicat quod sic, queras utrum in vigilando vel dormiendo; si dicat dormiendo, queras utrum cum muliere vel sine muliere, an cum illa quam concupiverat vel alia, & an nimis in diebus præcedentibus bibisset vel comedisset, & quantum est temporis quod sibi non acciderat: ex his enim præsumitur an sit naturalis, quæ non est timenda, an alia quæ timenda est, scilicet quando provenit ob nimiam crapulam, vel si cogitatio mulieris quæ præcesserat vigilando per consensum in pollutionem incidit dormiendo. Si vero dixerit quod vigilando accidit pollutio, queras utrum sine muliere. Si dicat quod sic, queras, quomodo; si dicat quod cum muliere; queras utrum extra vasa vel intra, & quomodo, & sic caute procedas, ne ipsum ali-

ANNO
CHRISTI
1189.

ANNO
CHRISTI
1189.

De luxuria.

ANNO
CHRISTI
1119.

De concupiscentia.

Qualiter sacerdos debet inungere penitentiam.

quatenus de modo instruas, sed ab ore ipsius prius potius extrahas quod commisit. Item quæras sic de locutionibus, nutibus, cogitationibus, & aliis similibus.

Concupivisti unquam mulierem in corde tuo, concupiscentiæ consentiendo, quod mortale est? Incitasti unquam aliquem seu aliquam ad libidinem per te vel per alium, vel per ostentationem tui vel ornamentorum tuorum? Ivisti unquam propter hoc plus quam propter Deum ad ecclesiam, vel sermones, choreas propter hoc duxisti? Risisti unquam vel cantasti, vel nutum fecisti mulieri, vel ipsa tibi cum intentione istius peccati committendi? Incitasti te unquam cum non appeteres ad hoc peccatum, comedendo electuaria calida, vel aliquo modo ad libidinem exercendam? Dixisti unquam mendacium vel verbum ociosum, vel inisti, vel laborasti, vel aliquid fecisti pro muliere habenda? Repete hic illum §. qui est supra c. tertio. Cave tamen ne sis promptus facile iudicare, &c.

Sic igitur omnibus prædictis peccatis & aliis, prout expedire videbitur, cum diligentia inquisitis, & consideratis peccatoris circumstantiis & peccati, intelligat quale debeat peccatori consilium, & cuiusmodi remedium adhibere, quærendo ab ipso an proponat amplius non peccare & agere penitentiam condignam de commissis. Et si respondeat se abstinere non posse vel nolle, vel quod a quibusdam vult abstinere & in aliquibus remanere, ejus confessionem debet sacerdos nihilominus audire, & ei de peccatis confessis consilium exhibere. Sed antequam ei det consilium exprimat diligenter, quod si totus mundus suus esset, & pauperibus erogaret, & in pane & in aqua remaneret toto tempore vitæ suæ, nihil sibi proficeret ad vitam æternam habendam, quamdiu in peccato commisso remanebit, & in voluntate & proposito peccatum iterum committendi. Nec ipse sacerdos eum absolvere poterit de aliquo peccato, nisi de omnibus penitenter, & haberet propositum iterum non peccandi. Et hoc sæpius ei dicat movendo ipsum dulci, pio ac suavi eloquio, ut de omnibus peniteat, & abstineat in futurum & exprimendo sibi timorem de die iudicii, & pœnas perpetuas, quas in inferno qui veram non egerit penitentiam perpetuo sustinebit. Si vero ad veram penitentiam & confessionem ipsum nequiverit inducere, debet ei de peccatis confessis in hunc modum consilium exhibere. Frater, dico tibi & consulo quod jejunes, ores, eleemosynas facias, & alia bona, & dicat etiam ei quod hæc prædicta bona quæ ipsi sibi pro peccatis consulti facienda, non sunt ei fructuosa ad vitam æternam habendam, cum in peccato commisso remaneat, vel voluntate peccandi; ea tamen sibi consulti facienda, ut per ipsa bona quæ faciet, dignetur Dominus cor ejus ad veram penitentiam illustrare, & ne diabolus in eo tantam habeat potestatem, quantum haberet, si peccata continuo exerceret. Et facta generali confessione, scilicet *Confiteor Deo*, &c. non absolvat eum a peccatis, sed dicat ei quod recedat, & faciat juxta consilium sibi datum, & dicat ei quod non recipiat Corpus Christi, quamdiu in peccato remanebit & proposito peccatum iterum faciendi. Caveat tamen sacerdos quantum poterit, ne ipsum in desperationem inducat. Si autem

de omnibus confitetur, & penitet, & habet propositum in posterum abstinendi; consideret sacerdos an tale peccatum inter alia confessus fuerit, propter quod ad episcopum sit mittendus, & si tale sit, ad episcopum ipsum mittat, sin autem imponat sibi penitentiam de peccatis confessis, consideratis peccatoris circumstantiis & peccati: Et licet secundum canones penitentiales pro quolibet peccato mortali septennis regulariter sit penitentia imponenda, & pro quibusdam magnis & gravibus peccatis aliæ penitentiae duræ, prout in canonibus penitentialibus specialibus per librum decretorum reperitur: scilicet in XLVI. casibus, quos notat dominus Hostiensis in summa sua in titulo de penitentia.

XV.

Qua penitentia sit pro casibus singulis injungenda.

Quia tamen fragilitas nostri temporis hodie tanti rigoris non patitur manere censuram, sacerdos imponat majorem vel minorem penitentiam, prout secundum quantitatem peccati & contritionis, & qualitatem peccatoris saluti ejus viderit expedire. Ut autem sacerdos possit contraria contrariis curare, imponat penitentiam ipsi peccatori per contrarium respondentem; ut si peccaverit per superbiam, injungat ei orationem, & suadeat ei humilitatem, si per avaritiam, injungat ei elemosynarum largitatem; si per gulaferitatem vel nimiam comestitionem, abstinenciam ciborum; si per luxuriam, injungat ei jejunium & orationem, disciplinas & alias carnis macerationes; accidioso peregrinationem. In omni enim peccato Deum offendimus aut corde, aut ore, aut opere. Imponatur igitur penitentia contra peccatum cordis, scilicet jejunium & alia carnis maceratio; contra peccatum oris oratio & alia humiliatio; contra peccatum operis elemosynarum largitio. Et licet dicta tria in uno peccato aliquando concurrant, tamen semper aliquod istorum est principalis in quolibet peccato, prout confessor diligens perpendere poterit audita confessione cujuslibet peccatoris. Item, sacerdos debet esse sollicitus, ut penitenti onus importabile non imponat, licet recipere penitens sit paratus; sed sic temperet penitentiam, ut a studio non cogantur cessare scholares, a fabrica fabri, ab agro agricola, vel alius artifex ab opere solito licito, & sibi competenti, nec dominus a cura familiæ, ut ei providere non possit, nec cursor a cursu, ut dominum suum sequi non possit. Item, pro peccato occulto sacerdos publicam penitentiam non injungat. Si tamen talis luxuriosus senex vel dives fuerit, & dicat se jejunare non posse, aggravabit eum sacerdos orationibus & elemosynis. Si autem peccator fragilitatem corporis alleget, & recuset asperitatem penitentiae, quam sacerdos sibi vult imponere, debet sacerdos primo ipsum inducere ut animum habeat paratum ad omnem satisfactionem, ostendendo sibi magnitudinem peccatorum, quæ sibi confessus est, & quot & quanta bona perdidit propter peccata illa quæ commisit, quæ omnia recuperabit per penitentiam, & imponat ei penitentiam mitiorem, quam ipse posset portare, ne for-

ANNO
CHRISTI
1119.

forte postea peccet deterius ipsam pœnitentiam infringendo.

ANNO
CHRISTI
1579.

Imposita vero pœnitentia, & facta generali confessione, scilicet *Confiteor Deo &c.* dicat presbyter sic: *Ego injungo tibi talem pœnitentiam quam dixi tibi pro peccatis que confessus es; & ponens manum super caput ipsius, dicat: Indulgentiam, absolutionem & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, pius, & misericors Dominus, & Ego te absolvo auctoritate domini nostri JESU CHRISTI, & beatorum apostolorum Petri & Pauli, & officii tibi commissi ab his peccatis que tibi confessus es, & aliis obistis.* Item, dicat illi, quod si reduceret aliqua alia peccata ad memoriam quæ non fuerit confessus, rediret ad eum & confiteretur. Circa infirmos non est taliter procedendum, quia eis non debet sacerdos pœnitentiam injungere, sed tamen innotescere sive declarare, dicendo sic, cum ejus peccata audierit. „ Si tu esses sanus, pro tot peccatis que commisit & confessus es, deberes tot annis pœnitere; sed quia tu es infirmus, non impono pœnitentiam tibi, sed injungo tibi quod si de hac infirmitate te mori contigerit, facias dari tantum pauperibus, vel piis locis loco pœnitentiæ pœnitentiæ, vel facias missas celebrari; vel hoc, vel illud fieri. Si tamen convalueris, injungo tibi pœnitentiam talem, & his dictis, imponat manum super caput ejus, & absolvat eum a peccatis sicut supra diximus de sano. Si vero infirmus petiit sacerdotem pro pœnitentia recipienda, vel aliqua alia signa pœnitentiæ fecit, & interim dum sacerdos veniret obmutuit infirmus, vel factus est amens vel phreneticus, sacerdos veniens sive ad nutum infirmi, sive testimonium eorum qui audierunt ipsum petentem pœnitentiam, vel alia signa pœnitentiæ facientem, debet ei quæcumque humanitatis & consolationis poterit impendere, absolvendo ipsum de peccatis suis, & reconciliando, orationes dicendo, & crucis osculum, si præsens crux fuerit, sibi dando, & si forte mortuus sit, nihilominus absolvat eundem. Qualiter absolvi debeat infirmus, vel in morus articulo constitutus, per proprium sacerdotem, vel per alium, si proprius sacerdos haberi non possit, infra in tractatu de sententia excommunicationis continetur in §. deinde videndum est.

Quæ peccata
non debentur
sive collata-
tione.

Sane considerandum est diligenter, quod quedam sunt peccata, de quibus nullus vere potest pœnitere, nisi restituat, vel emendet, si potestatem habeat emendandi, videlicet rapina, furtum, sacrilegium, incendium, usura, & indebita extorsio census. Item, damna data contra justitiam & generaliter cujuslibet alienæ rei scienter indebita detentio, & in his omnibus præcipiendum est pœnitenti, quod incontinenti satisfaciat juxta posse, quare juxta verbum Augustini: *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Et hæc, si peccata occulta fuerint, occulte fiat restitutio, scilicet per manum sacerdotis, vel alterius religiose personæ, suppresso nomine pœnitentis. Si autem pœnitens non habet rem quam debet restituere, neque mobilia vel immobilia unde possit commode satisfacere, vel licet habeat, non est tamen præsens nec esse potest aliquis cui est restitutio facienda, & appareat vere pœnitens, & contritus, & proponat satisfacere cum poterit, ei pœnitentia injungatur; & si talis fuerit infirmus, præcipiat suis hæredibus, quod illi satisfaciant pro eodem, si de illa infirmitate contigerit illum mori. Omnibus autem pœnitentibus sanis vel infirmis, qui tenentur aliis restitutionem facere seu emendam, est sollicitè injungendum, quod non exculantur, nec liberantur ab illo peccato, præcipiendo suis hæredibus, quod restitutionem pro ipsis faciant vel emendam, nisi ipsi principales raptores, ulurarii, fures seu alienarum rerum illiciti detentores restitutionem incontinenti faciant, vel emendam, si eam possunt facere, sicut superius continetur. Tenetur enim raptor seu alienæ rei detentor ad restitutionem, tenetur etiam ejus hæredes quantum hæreditas ipsius rota sufficere potest. Tenentur autem omnes illi qui scienter rem raptam vel alienam emerunt cum mala fide, scilicet animo sibi retinendi, & non voluntate nec proposito restituendi eam domino suo, nec taliter ementes possunt recuperare seu petere pretium quod dederunt pro ipsa, nec possunt recuperare, nec retinere expensas, si quas fecerunt, ipsam rem restituendo vel meliorando, & hoc propter malam fidem, quam habuerant emendo. Debet etiam restitui res aliena seu rapta non deteriorata; sed si deteriorata fuerit, vel casu fortuito perierit, vel restitui non potest integre, restituatur tantum quantum valebat cum omni utilitate quam consecuti sunt ex re ipsa, si cum mala fide, ut dictum est, pervenerit ad eisdem; sed facta restitutione intactum ab uno, ceteri liberantur quantum ad restitutionem domino faciendam, & nihilominus debent agere pœnitentiam, juxta arbitrium sacerdotis, quia rem alienam fraudulenter & invito domino tenuerunt. Facienda est autem restitutio domino vel ejus hæredibus, si poterint inveniri; sed si diligenter inquisiti & expectati non inveniuntur, vel ignorantur, tunc cum licentia, & cum consilio episcopi res illa si excedat valorem L. solidorum Ruthensium (Caturcensium,) distribuatur in pias causas, & maxime in pauperibus ad salutem animæ illius, cujus fuit. Si vero sit valoris L. solidorum vel minoris, concedimus de gratia quod distributio fiat cum licentia & consilio sacerdotis. Verum si persona scitur, cui est solutio vel restitutio facienda, si tamen in remotis partibus est, nec speratur quod debeat redire, mittatur ei si commode potest fieri & secure, alioquin pro anima ejus cum consilio ecclesiæ pauperibus erogetur, & hoc fiat si res sit modica quæ restitui debet, sed si res magni valoris est, debet mitti in expensis detentoris ad illum absentem cui est restitutio facienda. Qui vero invenit pecuniam vel aliam rem in via vel in loco alio, debet eam reddere illi qui eam perdidit, si eum poterit invenire; sed si nescitur cujus fuerit, publicetur per sacerdotes in ecclesiis, & in locis in quibus est inventa, & si dominus diu expectatus non venerit, cum consilio ecclesiæ pauperibus pro anima illius cujus fuit erogetur. Si autem aliquis voluntarius & causa cupiditatis aliqua in ludo lucratus fuerit, sibi est in spiritali judicio injungendum, quod ea restituat illi a quo habuerit, nisi per eum ad ludum indutus fuerit, & tunc in pias elemosynas erogetur.

ANNO
CHRISTI
1579.

Caveat autem sacerdos omnino, ne verbo
R r r aut

ANNO
CHRISTI
1189.

aut signo, aut alio quolibet modo prodatur aliquatenus peccatorem, sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque expressione personæ caute requirat, quoniam juxta statuta concilii generalis, qui peccatum in penitentiali judicio sibi detectum vel dictum præsumserit revelare, non solummodo deponetur, sed etiam in arctum monasterium detrudetur ad perpetuam penitentiam peragendam. Præcipimus etiam quod nomina illorum qui peccata sua confessi fuerint, scribantur singulis annis a propriis cappellianis qui confessiones audierint eorumdem, ut de ipsis possint laudabile testimonium perhibere. Item, præcipimus medicis corporum, ut infirmos ante omnia moneant & inducant, quod medicos advocent animarum, ut postquam fuerit infirmo de spiritali salute provisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur. Et si quis medicorum hoc non servaverit, supponatur ecclesiastico interdictio quousque super hoc satisfecerit competenter, sub vinculo anathematis prohibentes eidem medicis, ne quis pro corporali salute aliquid infirmo suadeat, quod in periculum animæ convertatur, & quod impediat si hoc sciverit procurari. Concedimus autem ex gratia, ut curati & vicarii parochialium ecclesiarum nostræ diocesis alios sacerdotes idoneos & peritos ejusdem diocesis pura & bona intentione sibi possint eligere confessores, prout salutis animarum suarum viderint expedire. Si vero non idoneos & imperitos seu cum intentione corrupta elegerint, absolutionem a talibus nullatenus obtinebunt. Ceterum licet sacerdotes possint facere commutationes jejuniorum vel alterius penitentia: ab ipsis impositæ circa parochianos suos, districte tamen propter justam causam, votorum commutationes per eos fieri prohibemus sine nostrâ licentia speciali: quia in eis est cum majori providentia procedendum. Districte etiam prohibemus, ne aliquis sacerdos penitentialis inducat aliquem confitentem ad votum emitendum seu promissionem faciendam de non committendis peccatis, & maxime de illis, qui non possunt de facili evitare, sicut quidam presbyteri faciunt aliquando hoc fieri indiscrete. Nam contra promissionem peccando dupliciter fiunt rei, & culpabiles apud Dominum, & ideo sunt gravius puniendi. Item consulimus & monemus ne missas injungat sacerdos confitentibus in favorem ipsius sacerdotis vel alterius, ut suspicionem cupiditatis fugiat in hac parte: fructum tamen qui ex tali injungione solet sacerdotibus evenire, consulat pauperibus erogare. Et si missas injunxerit, eas non celebret, nec tricennouale, nec annuale, quod ipsemet injunxerit, recipiat propter periculum simonia: . Item, omnibus confitentibus qui ætatem octodecim annorum exceperint, vel si minoris sunt ætatis & videatur sacerdotibus quod sint apti ad jejunandum, præcipiant sacerdotes jejunare jejunia ab ecclesia instituta, ut jejunium quadragesimale & quatuor temporum. & alia quæ per Ecclesiam consueverunt indicari, nisi de ipsorum sacerdotum consilio ipsos prandere oporteat ex justis causis necessitate urgente.

XVI.

De Sacramento Eucharistia, & de celebratione missarum.

ANNO
CHRISTI
1189.

Quoniam post receptum penitentia: sacramentum infirmis & sanis maxime in festo Paschæ exhiberi consuevit Eucharistia: sacramentum, de hoc est immediate videndum, videlicet quid est, quis illud instituit, & sub quam formam, & quare sic dicitur. Quæ sunt necessaria in hoc Sacramento, quis debet hoc conficere; & cui debet conferri, & quare fuerit institutum. Hoc sacramentum est ex certis Christi verbis in ejus corpus & sanguinem panis & vini conversio. Ipse autem Christus sub certa forma verborum instituit hoc sacramentum, quando scilicet in die cœnæ discipulis præsentibus suis dixit: *Hoc est corpus meum*. Dixit autem verbis his, statim panis quem tenebat in manibus suis corpus Christi verum, quod eidem discipulis ad manducandum dedit. Dicitur autem Eucharistia bona gratia, quia in hoc sacramento non solum est augmentum virtutis gratia:, immo in hoc ille totus sumitur, qui est fons totius gratia: & origo, ipso tamen integro remanente. Tria vero in hoc sacramento sunt necessaria, scilicet minister ipse sacerdos, & elementum scilicet panis & vini, & verba, scilicet: *Hoc est enim corpus meum*. Potest & debet conficere hoc sacramentum solummodo sacerdos rite & secundum formam & claves Ecclesie ordinatus. Debet etiam sacerdos conferre aliis hoc sacramentum, vel in necessitate diaconus. Conferri debet hoc sacramentum baptizatis postquam ad annos discretionis pervenerint vere penitentibus, & confessis & jejunis, nisi necessitas infirmitatis emergat. Institutum fuit hoc sacramentum a Deo in memoriam divinitatis & humanitatis Christi. Migraturus enim ad invisibilia majestatis æternæ, & celebrante typico pascha in agno cum discipulis suis, memoriale suum dedit Deis, scilicet sub specie panis & vini suum corpus & sanguinem eis dando, ut ex hoc memoriam sui in eorum cordibus insingeret, & ecclesia hæc in posterum frequentaret.

Prohibemus itaque sub pœna excommunicationis, vel suspensionis, ne quis sacerdos missam cantare præsumat, nisi prius plene expleverit officium matutinarum, & etiam horam primæ. Nullus clericus altari deserviat dum missa celebratur, nisi cum cappa clausa vel superpellicio sit indutus, nec caput teneat coopertum. Moneat sacerdos populum & deducant ab ecclesia, nisi missa finita, nisi ex aliqua necessitate urgente. Quia est inconveniens in festo Resurrectionis vel aliis festis præcipuis, missam forte de Nativitate Domini celebrari, triginta missas peculiares celebrari districte inhibemus.

Item, presbyteri soli cum filiis suis sine alio clerico propter populi scandalum non audeant celebrare. Cum quinque mappis decentibus & idoneis ad minus cooperiatur altare. Debent habere unum clericum sacerdotem bonæ vite & honestæ, qui sciat legere & cantare, & in confessione respondere, quam facit sacerdos dum intrat ad altare. Quando visitat episcopus per Sacerdotem secreto certificetur, vel quicumque erit prædicaturus ibidem

ANNO
CHRISTI
1229.

ANNO
CHRISTI
1229.

dem super vitiiis. quæ frequenter in illa pa-
rochia committuntur, ut contra illa vitia ver-
bo prædicationis celerius occurratur. Extra
ecclesiam in privato oratorio vel in domo
nullus missam celebret sine nostra licentia spe-
ciali, & tunc habeatur lapidea tabula per e-
piscopum consecrata. Nullus sacerdos in al-
tari in quo episcopus missam cantaverit, mis-
sam celebret die illa. Hostias de alio quam
de munda & puro grano frumenti fieri pro-
hibemus, & quod sit panis azymus non fer-
mentatus, nec vinum, nisi de uvis, est in
hoc Sacramento ponendum. Sacerdos per se
paret, vel se vidente faciat parari vinum &
aquam in calice, ne per oblivionem horum
aliquid omitatur. Missæ de jejuniis in hora
nona poterunt celebrari, aliæ vero antea ce-
lebrentur. Nullus cum vino multum albo ce-
lebret, si possit in loco sic rubeum inveniri
commode, cum magis vinum rubeum quam
album sanguini conformetur. Cum legitur
Passio Domini, postquam dicta fuerint verba
illa *emisit spiritum*, prosternant se clerici &
laici, de redemptione nostra Deo gratias ex-
hibentes. Nullus post cibum vel potum sum-
tum die illa audeat celebrare. Districte pro-
hibemus ne quis sacerdos verba canonis missæ
communiter in missalibus usitata & consueta
in diocesi Caturcensi, Ruthenensi, Tutelensi
omittere vel mutare præsumat. Et districte-
sum præcipimus, quod quilibet sacerdos cum
summa diligentia & sollicitudine in nullo er-
rando, nihil omitendo, nihil immutando,
nihil reiterando proferat verba illa canonis missæ
ab illo loco: *qui pridie quam pateretur* usque
ibi, *in mei memoriam facietis*, in quibus ver-
bis consecratio corporis & sanguinis Christi
consistit, & eisdem verbis prolatis est ibi in-
ter manus Sacerdotis ipse Dominus noster
JESUS CHRISTUS cum angelis suis. Cetera
vero verba, quæ præcedunt, & quæ sequun-
tur, sunt de solemnitate missæ, & non de
substantia, & fiat in altum elevatio, ut po-
pulus illud adoret. Nec quisquam quantif-
cumque peccatis irretitus, ex quo consecra-
rit, aliquatenus corpus & sanguinem fumere
prætermittat. Licet enim corpus Christi sit
totum cum vera anima, & vera divinitate
sub specie panis, simili modo est sub specie
vini, & tamen unum est Sacramentum ab
uno ordinatore, scilicet a Deo ordinatum,
& ad unum principalem effectum, scilicet ad
salutem animæ & corporis obtinendam; &
ideo non licet Sacerdoti Christum sub altera
specie fumere altera prætermissa. Sacerdos
vero postquam missam incepit non præsumat
dimittere imperfectam, nisi repentina infirmi-
tate & intolerabili fuerit occupatus; & tunc
si alius sacerdos præsens fuerit, qui non ce-
lebraverit, per ipsum inceptum officium com-
pletur, qui debet officium incipere ubi no-
scitur alius dimisisse. Si vero nescitur alius
ubi dimisit, quia forsitan deficit in secretis,
a capite incipiet secretorum. Verum si se-
cundus sacerdos præsens non fuerit, quacum-
que hora diei usque ad nonam haberi poterit,
quod primus sacerdos dimisit secundum dictam
doctrinam adimplere poterit. Si autem secun-
dus sacerdos usque ad nonam haberi non pos-
sit, remanebit officium incompletum. Præci-
pimus etiam quod in calice magis de vino
quam de aqua, immo parum de aqua ponat-
ur, ne vini substantia alteretur; & quod

Concil. General. Tom. XXIV.

A sacerdos postquam totum accepit Corpus Chri-
sti & Sanguinis Sacramentum, duas receptio-
nes faciat juxta consuetudinem ecclesiæ Ca-
thurcensis, Ruthenensis, Tutelensis; videlicet
primam de vino puro tantum; secundam de
vino & aqua, & cum ista secunda scilicet
perfundat digitos super calicem, & postea
recipiat, nisi eo die aliam missam debuerit
celebrare: quia tunc non debet recipere, nisi
tantum dictum sacramentum Corporis & San-
guinis: quod si faceret, celebrationem secun-
dam impediret. Non autem debet sacerdos
duas missas una die celebrare, & hoc distri-
cte fieri prohibemus, nisi in die Natalis Do-
mini, in qua unus tres missas poterit cele-
brare, primam de nocte, quia repræsentat
tempus ante legem quod erat in tenebris.
Secundam inter noctem & diem, scilicet in
aurora, quia repræsentat tempus sub lege quo
incipiebant de Christo scire. Tertiam de die,
quia repræsentat hoc tempus, in quo sumus,
gratiæ. Et nisi necessitatis articulo imminen-
te, videlicet pro exequiis, vel pro benedi-
ctione nubentium, vel pro magna superven-
iente persona, vel alia iusta causa, vel de
nostra licentia, & non aliter in duabus vel
pluribus ecclesiis annexatis, in quibus casu-
bus unus sacerdos duas missas poterit celebra-
re: ita tamen quod in prima missa nihil sum-
ferit, nisi solum corporis & sanguinis sacra-
mentum. Prohibemus etiam ne missa, nisi
cum hostia rotunda & integra & decenti, nec
nimis modica, & nisi cum vino puro pariter
& aqua, nisi cum calice aureo, vel argenteo
vel stagneo, & nisi cum lumine aliquatenus
celebretur: non in panno serico aut tincto, sed
in puro lineo ab episcopo consecrato, quia
corpus Dei sepultum fuit in syndone linea at-
que munda. Si vero sacerdos negligenter ob-
miserit aquam in calice ponere, ponat quam
cito adverterit, si absque scandalo possit. Si
vero vinum & aquam obmiserit & ante illa
verba: *Hoc est corpus meum* advertat, ponatur
ibi statim. Si vero post dicta verba adverte-
rit, hostia consecrata ponatur seorsum reve-
renter, & in calice ponatur statim vinum &
aqua, & ante calicem hostia nova, & rein-
cipiatur cano missæ, scilicet *Te igitur*, &c.
& ambæ hostiæ insimul assumantur. Vestes
sacerdotales & mappas altaris munde & pui-
cre teneant sacerdotes, & si ablutione indi-
guerint, in eorum hospitiiis, non alibi la-
ventur per ipsos, vel eorum clericos, vel per
mulieres honestas, sine aliorum pannorum
mixture. Corporalia tamen laventur propriis
manibus sacerdotis, & aqua ablutionis projici-
atur in piscinam. Item, ampullæ vini &
aquæ mundæ teneantur, & sint dissimiles, ut
illa in qua vinum est, & illa in qua aqua
de facili cognoscantur. Illud etiam districte
sume prohibemus, ne aliquis in mortali pec-
cato constitutus missam celebret, nisi prius
confessus fuerit expresse nominatim de illo
peccato, si sacerdotem inveniat cui valeat
confiteri. Si vero non possit alium sacerdo-
tem habere cui confiteatur, non celebret,
nisi necessitas imminet, quæ sine gravi scan-
dalo nequeat præteriri, ut si dies festus eve-
nerit, & populus jam convenerit ad divina,
vel corpus alicujus parochiani sui defuncti præ-
sens sit in ecclesia, vel nubentes ad ecclesiam
convenerint pro matrimonio faciendo: pro-
pter quod ut scandalum evitetur, ipsum oportet

R r r 2 teat

ANNO CHRIS II 1189.

ANNO CHRISTI 1189.

teat celebrare. In illisenim casibus, si veram contritionem habet sacerdos de illo peccato mortali in quo constitutus est, & proponat quam cito poterit confiteri, credimus magistrorum sententiam inhaerendo, quod valeat celebrare. Sed si veram contritionem non haberet, nec propositum confitendi, celebrare in his casibus non praesumat, quantumcumque necessitatem vel scandalum videat imminere. Si autem sacerdos postquam missam inceperit, reducit ad memoriam se aliquod commisisse mortale peccatum, de quo non fuerit confessus, & de eo antequam missam inceperit, non recoluerit, nec habeat sacerdotem cui incontinenti valeat confiteri, perficiat ministerium jam inceptum, si tamen contritionem habeat de illo peccato & proponat quam cito poterit confiteri. Si veram contritionem non haberet, nec propositum confitendi, & nondum verba consecrationis seu consecrationis expresserit, videlicet *Hoc est enim corpus meum*, dimittat officium inceptum: quia tunc ipsum complere non debet. Si autem post consecrationem reducit primo ad memoriam illud mortale peccatum, distincte compleat illud officium quod incepit, & conetur & doleat, quod ita tarde penitet, & confiteatur quam cito poterit habere copiam sacerdotum.

Insuper prohibemus, ne quis ordinem suum dicat transcurrendo, seu alias synopando, extraneaque varia profanaque colloquia immiscendo, tarde ad chorum veniendo, seu ecclesia ante officium finitum sine causa rationabili exendo. Et ne quis portet axes, seu portari faciat, secumque teneat canes venaticos, sed coronam, vestes & tonsuram suo statui competentis: & divina celebret, & ipsis intersus benigne & devote, & orationibus insistant, choreas in cimiteriis seu ecclesiis fieri non permittant, nec dici cantilenas, nec fieri aliqua inhonesta, nec ludas. Ex his enim multoties violationes eveniunt; variaque delicta committantur, & divinum turbatur officium, ac divina majestas offenditur, & scandalum generatur.

Injungimus etiam, ut cum variis vestimentis & ceteris ornamentis in ecclesiis decentibus Deo serventur secundum loci & reddituum convenientiam ecclesie talis loci.

Injungimus etiam quod in ecclesiis cathedralibus, regularibus, & ecclesiis collegiatis hora canonica congruis psallantur temporibus. In aliis vero ecclesiis convenienter & debite hora canonica celebrentur, & divinum celebretur officium nocturnum pariter & diurnum: & hoc praecipimus sub virtute sanctae obedientiae: contrarium facientes graviter puniemus.

Declaramus etiam quod clerici tam religio quam alii commensales domestici cardinalium sacro sanctae Romanae ecclesiae, ac quorumcumque pontificum gratiam & communionem sedis apostolicae habentium se possint ipsis in divinis officiiis cooptare, ut illud valeant dicere officium, quod dicti cardinales seu pontifices dicunt, nec ad dicendum aliquid aliud teneantur, nisi illud.

Sed quia aliquando contingit pollutio qua quis impeditur a celebratione, ideo de ea videndum est.

Si pollutio in somnis ex infirmitate, seu superfluitate naturae alicui evenierit, non est de necessitate a celebratione missae abstinendum, quia in hoc casu nullum peccatum est, cum magis pati quam agere videatur, licet laudabile sit & honestum abstinere ob reve-

De pollutione in somnis.

rentiam sacramenti. Si vero ex crapula vel ex potatione nimia accidit, honestum est, nec tamen necessarium, quod a celebratione missae absteat illa die, si ulla fuerit necessitas quare debeat celebrare; quia in tali casu tantum est peccatum veniale, nisi crapula nimia potatione ex prava consuetudine consueverit provenire, & tunc quousque fuerit confessus, tenetur de celebratione missae abstinere, quia tunc reputatur peccatum mortale. Si autem acciderit ex imaginatione turpi, vel inhonesta, & illicita confabulatione mulierum precedente, tenetur a celebratione missae & a sumptione Eucharistiae abstinere, quousque contritus fuerit & confessus si habere poterit copiam sacerdotis: quia in hoc casu mortale peccatum est. Et licet his duobus casibus, post contritionem & confessionem factam, non tenetur a celebratione missae abstinere; absteat illa tamen die, maxime si non fuerit necessitas quare debeat celebrare. Si vero habere non poterit copiam sacerdotis, contritionem tamen habeat & propositum confitendi, celebret si necessitas fuerit, sicut dictum est, & distinctum superius de alio peccato quando necessitas noscitur imminere.

Sciendum est autem quod missa Passionem Domini repraesentat, sacerdos indutus vestimentis sacerdotalibus Christum significat. Vestimenta ejus significant carnem illam sanctissimam, quam pro nobis Deus induit factus homo. Diaconus & subdiaconus significant apostolos & 72. discipulos, quibus fuerat officium praedicationis injunctum. Ceroferarii denotant doctores ecclesiae, qui sunt sapientiae radii tenebras nostrae ignorantiae illuminare non desinunt. Deferens thuribulum designat illos, qui pro testimonio fidei in odorem suavitatis corda sua Domino obtulerunt. Sacerdos vero ad dexteram altaris primo tendit, quia sicut Salomon ait, qui a dextris sunt novit Dominus, perversa autem non, quia sunt a sinistris. Introitus missae significant patres veteris testamenti, patriarchas videlicet & prophetas, qui videlicet adventum Christi imminens desiderio peroptantes, hoc per sua suspiria, laudes & precamina ostenderunt. Introitus enim suspiria antiquorum patrum denotat. *Gloria Patri*, &c. laudes innuit, quas in honorem Dei devotissime promebant. *Kyrie eleison*, &c. precamina notat cum devotione, & intentione cordis ad Deum effusa: *Kyrie eleison* enim graece pertinet ad divinam Patris essentiam, interpretatur latine, *Domine miserere*. *Christe eleison* vero graece pertinet ad humanitatis Christi formam interpretatur latine *Christe miserere*, *Gloria in excelsis* typum denotat angeli, qui ortum Christi primo pastoribus nuntiavit. Orationes quae sequuntur denotant, quod sacerdos populum ad orandum invitat, sicut Dominus orante in monte gravius oravit, & orandi formam accepit. *Dominus vobiscum* dicitur ad similitudinem Christi, qui post resurrectionem dicebat discipulis suis *pax vobis*. Epistola signat doctrinam 72. discipulorum, quos Dominus ad locum, quo venturus erat dicitur praemisisse. Rursum quod cantatur in gradualibus dicitur graduale, denotat illos qui praedicationibus apostolis corda sua fidei praebuerunt. *Allolaja* vero laudes & gratiarum actiones sanctorum, quibus Deum laudaverunt. *Evangelium*

De significatione missae.

ANNO
CHRISTI
1179.

ium vero legitur, quia Christus illud publice prædicavit, & interpretatur bonus nuntius, qui annuntiat nobis vitam post mortem; requiem post laborem, regnum post servitutem; & legitur a sinistro altaris, quia expulsi prædicatores a Judæa, conversi sunt ad gentes; tunc vero capita denudamus, ut audire verba cælestia cum devotione recolamus; tunc etiam signo crucis nos signamus, ne diabolus superveniens tritico nostræ fidei ruzianam suæ pravitatis immisceat. Erecti autem tunc stamus, ut in iis quæ leguntur fideliter persistamus. Symbolum vero dicitur, ut verbis Evangelii fidem nos habuisse ostendamus. Sacerdos ad populum se convertit, dicens, *Dominus vobiscum. Oremus*, quia monet populum, ut in hac confessione fidei perseveret. Oblationes populi significant quod populus & clerus jugo dominico colla subdere se manifestant. Oblatio sacerdotis est panis & vinum, quæ per Melchisedech sunt oblata: panis significat corpus Domini, cum quo fidelis anima satiatur; vinum sanguinem nostræ redemptionis; aqua sacramentum baptismatis, quia de corpore Christi fluxerunt sanguis & aqua baptismatis. Hostia ponitur ab aliquibus ante altare, ut Christi stantis ante crucem memoria habeatur; ab aliquibus vero ad dextrum latus, in quo dextrum latus Domini protensum lancea demonstratur. Altare vero signat crucem Domini, calix tumulum in quo sepultus est, patena lapidem quo coopertus fuit, corporale linteum quo involutus fuit. Secrete orationes significant preces quas Dominus tempore suæ passionis secrete fundebat ad Patrem, dicens: *Pater, si fieri potest, transcat a me calix iste*. Quibus orationibus finitis, dicit sacerdos, *sursum corda*, pro eo quod Dominus intuens discipulos dormientes excitavit eos dicens, *vigilate & orate, ne in tentis in tentationem*. Sacerdos etiam virtutes cælorum commemorat, ut ab eorum laudibus non discrepet laus sacerdotis: dicit enim Beatus Gregorius, quod dum Patri Filium immolatur, cælum aperitur, cæli veniunt potentates, & cælestibus ima junguntur. Sacerdos etiam tunc manus elevat de se crucem faciens ut signum passionis Domini præsentet, & per hoc signum sub duce Moyse populus Israel populus Amalech debellavit. Quando enim Moyses tenebat manus erectas ad Dominum, populus vincebat: quando manus submittebat, populus vincebatur. *Sanctus* ter dicitur, quia Trinitatem denotat personarum; *Dominus sabbatois*, id est in cælum elatus, essentia denotat unitatem. *Te igitur* ideo secrete dicitur cum aliis secretis quæ sequuntur, quia antiquitus cum alta voce legebantur, pastores in campis illa verba retro pecora decantabant. Unde Dominus ex his motus igne misso de cælo, quosdam ex illis interfecit, demonstrans ut secrete ulterius legerentur. A *Te igitur*, usque ad *Agnus Dei* quod sacerdos faciat in canone continetur, videlicet primo tres cruces facit, ut a triplici peccato, scilicet cogitationis, loquutionis & operis humanum genus liberetur. Secundo facit quinque cruces in memoriam quinque plagarum Christi. Tertio facit duas ut anima & corpore salvari mereamur. Quarto facit quinque cruces ut quinque sensus corporis a noxiis retrahamus. Quinto facit septem cruces ut septem donis Spiritus sancti illumine-

mur. Hostia consecrata in tres partes dividitur. Prima pars quæ infra calicem ponitur, signat illos qui adhuc vivunt in sæculo. Pars quæ in manu retinetur, illos qui sunt in paradiso. Pars vero alia illos qui sunt in purgatorio. *Agnus Dei* ideo ter cantatur, ut triplex gradus ecclesiæ, scilicet prælatorum, continentium, & conjugatorum a Deo consequi misericordiam mereantur. Osculum tunc inter homines datur, ut ostendant se in pace conjunctos, & corpore Christi, per quem pax facta est in cælo & in terra. Communionis cantus fit ideo, quia lætamur ex eo quod Deus vota sacerdotis accepit. Oratio sequitur ad complendum, quia sacerdos orat pro se & pro populo; ut sacrificium quod suscepit ad laudem Dei cedat, & eis proficiat ad salutem. *Ite missa est*, ideo dicitur, quia datur licentia recedendi populo, significans sacrificium pro eis ad Dominum fuisse transmissum. Chorus vero respondet pro populo *Deo gratias*, sicut apostoli post ascensionem Domini adorantes iterum regressi sunt in Jerusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudantes & benedicentes Dominum.

Missa igitur celebrata, caveant sacerdotes quatenus hostiam consecratam in ecclesia temper paratam habeant in loco singulari, & clavi firmato honorifice collocatam, & devote ac fideliter conservatam præcipimus renovari in hunc modum, videlicet quod sacerdos duas vel plures, si opus fuerit, consecret hostias, quarum unam recipiat reservatam, & in loco illius quam reservaverat ponat noviter consecratam, & postea recipiat sanguinem, & alias receptiones, sicut mos est in ecclesia Caturcensi vel Ruthenensi vel Tuticensi. Et quando ab infirmo vere confesso requisitus fuerit, statim eum communicet, ne sine communionem moriatur. Moneant populum sacerdotes & diligenter inducant, ut cum deferri contigerit corpus Christi ad communicandum infirmos, & cum elevabitur in ecclesia vel altari, adorando corpus Christi verum, cum manuum & genuum flexione studeant se Creatori suo devotissime inclinare. Eucharistia igitur deportatio fiat cum duabus vel pluribus hostiis consecratis, ut unam possint infirmo dare presbyteri, & aliam reportare; & fiat sub honesto habitu, cruce, lumine & squilla præcedentibus, cum decenti custodia, subposito mundo velamine, dicendo septem psalmos penitentiales cum litanis, & si iter longum est quindecim psalmos, & ipse sacerdos per se, & nunquam per alium ferat & referat caute & manifeste, & ante peccus ob Dei reverentiam & honorem, ut ex hoc apud homines fides & devotio au-geatur. Prohibentes districte, ne aliquis qui non sit presbyter, Eucharistiam communicantibus præbeat. Diaconus autem poterit hoc facere necessitate urgente. Sacerdos igitur causa communionis cum corpore Christi veniens ad infirmum, ejus confessionem audiat, prout continetur supra in titulo proximo in §. *circa infirmos*. Igitur ipse de omnibus suis peccatis absoluto, & ei Christi corpore præsentato, & articulis fidei ab ipso ibidem recognitis, & cruce reverenter adorata, devote recipiat corpus Christi, & si in ore infirmi aliquid de corpore Christi remanserit, vel inde emerit quod ab eo recipi non

ANNO
CHRISTI
1179.

S non possit habens aliquam panis formam, ab ipso sacerdote convenienter debet sumi, vel cominutum in calice cum modico vini dari alicui bonam conscientiam habenti. Si vero infirmus adeo debilis fuerit, quod sub magna forma corpus non possit recipere, forma minima detur ei in calice & cum modico vino intilletur in ore infirmi, quia in qualibet particula totum est corpus Christi.

Volumus & mandamus ut quilibet fidelis postquam confessus fuerit, ad minus in Pascha reverenter suscipiat singulis annis Eucharistiae sacramentum, nisi forte de proprii consilio sacerdotis ex aliqua causa rationabili duxerit abstinendum. Alioquin vivens ab ingressu ecclesiae arceatur, & moriens careat ecclesiastica sepultura. Et esset honestum ac pium communionem recipi in festis Nativitatis Domini & Pentecostes a quocumque fidei, & ad hoc populus inducatur. Praecipientes, ut sacerdotes vinum purum habeant paratum in ecclesia, quod statim, non cum calice sacerdotis, sed cum calice ad hoc specialiter deputato tribuant populo postquam receperint corpus Christi. Prohibentes communicantibus, ne a praesentia ipsorum sacerdotum recedant, donec de vino aliquantulum biberint, & diligenter abluerint ora sua. Item praecipimus, quod dum cappellanus hostias renovat consecratas, si aliquae remanent populo communicato, illas recipiat jejuno stomacho, vel in missa recepto corpore & sanguine Christi ante omnem perturbationem. Parvulis autem qui tantae sunt innocentiae, quod peccato mortali non fuerint pergravati, & talis discretionis & compositionis fuerint, quod cum aliqua reverentia & timore sint sacramentum suscepturi, secure ministraretur eisdem aliqua confessione praehabita, ut modum confitendi & communicandi assument. In sacramentis enim, & maxime in isto, ubi caligat oculus rationis, instruendi sunt homines & mulieres, non solum per verba, immo & per actus exteriores, ad devotionem & fidem. Aliis vero parvulis nullatenus concedatur. Sed in mortis articulo vel alio vinum cum aqua in calice porrigatur eisdem, non quod hoc sit sacramentum, sed propter fidem & assuetudinem sacramenti. Sacerdotes autem curam animarum habentes ante communionem parochianos suos moneant publice in ecclesia, ne aliquis in mortali peccato constitutus occulte seu manifeste praesumat recipere corpus Christi, & si videant vel sciant aliquem in mortali peccato constitutum paratum communicare, trahant ipsum ad partem, & eum secrete moneant, ne communique ullo modo, nisi prius de peccato illo vere confessus fuerit & contritus, dicentes sibi quod si taliter communicaret, in damnationem suae animae redundaret. Et si monitus noluerit abstinere, non debet ei publice communicatio denegari. Si autem a solo sacerdote nemine alio praesente ab eo communicatio peteretur, non est audiendus, sed potius repellendus. Verum si peccatum fuerit notorium, & non est de ipso vere confessus, ante satisfactionem condignam debet sibi publice communicatio denegari, & hoc idem in oculo crucis dicimus, & volumus observari. Tamen in die Veneris sancta ab omnibus generaliter adoretur. Caveant autem sacerdotes, ne aliquid de sanguine Christi extra calicem cadat; quod si per negligentiam

A ipsorum acciderit, & in tabula, terra, vel lapide stillaverit, lingatur, si fieri potest, per presbyterum, & nihilominus radatur, & quod ratum fuerit comburatur, & cinis infra altare si fieri potest, vel juxta altare in sacario abscondatur, & quadraginta diebus ille cui acciderit poeniteat. Si vero super altare stillaverit sanguis, & tangat tantummodo pannum altaris quod non transeat ad alium, sorbeat sacerdos stillam incontinenti, si fieri potest, & tribus diebus poeniteat. Et si stilla ulque ad secundum pannum pervenerit, poeniteat quatuor diebus; & si usque ad tertium pannum pervenerit, poeniteat undecim diebus; & si usque ad quartum pervenerit, poeniteat viginti diebus, & lintamina quae tetigerit stilla sanguinis, tribus vicibus in tribus aquis minister vel diaconus abluat, calice subposito, & aqua abluitionis juxta altare recondatur. Mulicam vel araneam, vel aliud turpe cadens in sanguine, non tenetur sorbere sacerdos, licet ponatur in patena, vel alio calice, & ibi tribus aquis lavetur, & postea illa species comburatur, & aqua abluitionis ac cinis similiter recondatur. Si quis per ebrietatem, vel nimiam comestionem Eucharistiam evomuerit, si laicus est, quadraginta diebus poeniteat, si clericus vel religiosus, diaconi vel presbyteri, septuaginta diebus poeniteant, & si pro infirmitatis causa evomuerint, vii. diebus poeniteant. Qui vero christina vel Eucharistiam incaute reliquerit, id est in loco clavibus non firmato, nec fideliter custodito, tribus mensibus debet ab officio suspendi, & si per ejus incuriam seu negligentiam mus vel animal aliud illud comederit, ultra praedictos tres menses, poeniteat quadraginta diebus. Si vero aliqua enormia seu nefaria fieri inde contigerit, graviore subiaceat ultioni. Ubi quae autem dicitur quadraginta diebus, vel triginta diebus seu pluribus, seu paucioribus poeniteat, sic debet intelligi, ut per omnes dies scilicet aliquam poenitentiam agat secundum arbitrium imponentis; si vero hostia fuerit inventa sub palla altaris, & dubitetur utrum fuerit consecrata, dicimus quod sacerdos in fine missae post receptionem sanguinis, potest eam recipere, & idem dicimus de aliqua parte hostiae, si ita inventa fuerit in altari, & dubitetur utrum fuerit consecrata. Et omnino caveant sacerdotes missam celebrare volentes, ne panis seu vinum sint in altari praeter illa quae tunc fuerint consecranda. Post celebrationem missarum sacerdotes visitent infirmos, & postea legant, scribant, vel doceant. An autem celebrare quotidie vel aliquando ex reverentia abstinere, sit melius sacerdoti, hoc relinquatur suae intentioni, ut id faciat in quo magis credit placere Deo, sicut dicitur de Zachario & Centurione, quorum unus placuit sacrificando, alius abstinendo: Ex negligentia autem non est aliquatenus abstinendum.

XVII.

De sacramento extremae-unctionis.

Quoniam infirmis recepta poenitentia & Eucharistia exhiberi consuevit sacramentum unctionis extremae, quod sacramentum debet esse egredientium. De hoc restat immediate videndum, scilicet quid est, & quis confert illud

ANNO
CHRISTI
1189.

ANNO
CHRISTI
1189.

S illud, & cui confertur, & qua forma, & quæ sunt in eo necessaria, & quis ejus effectus. Est autem sacramentum extreme unctionis sacri olei materialis in corpus infirmorum delibutio. Et debet ac potest conferri a presbytero & non ab inferiori. Confertur infirmis quibuscumque baptizatis pœnitentibus & confessis, & quibuscumque fidelibus, ex quo aliquam discretionem habuerint, & quotiescumque infirmitas supervenit, debet & poterit iterari. Et si habens discretionem ex contemtu vel negligentia obmittat recipere, periculosum & damnabile reputatur eidem. Formam hujus sacramenti non ponimus, quia perfecte in ordinario continetur. Quinque vero sunt necessaria in hoc sacramento, scilicet minister, id est, sacerdos; materia, id est, sacrum oleum quod dicitur infirmorum; intentio, scilicet conferendi; verba, scilicet que in ordinario continentur, & membra, scilicet suscipientis. Effectus hujus sacramenti est venialium peccatorum remissio, & infirmitatis alleviatio, si divina sapientia id utile infirmo novit expedire. Debent in collocatione hujus sacramenti plures esse sacerdotes, si potest commode fieri; & non debet unus inungere, & alius orationem infundere, ne fiat divisio sacramenti, licet uno inungente & orante, alii postea statim orent, vel uno inungente & orante possunt quilibet inungere & orare. Sacerdos etiam solus cum clerico suo hoc sacramentum poterit conferre, si non possunt sacerdotes alii adhiberi. Si vero infirmus qui percipit hoc sacramentum amiserit notitiam vel loquelam, nihilominus dum tamen vitam habeat concedatur eidem. Præcipimus itaque ut doceant populum sacerdotes, ut omnes, maxime postquam ad annos discretionis pervenerint, pœnitentes & confessi & recepta pœnitentia, & eucharistia, vel etiam ex quo aliquam discretionem habere inceperint, puta post quatuor vel quinque annos, & totiens quotiens infirmitas supervenerit, hoc sacramentum recipiant unctionis extreme, quia ut dicit Jacobus apostolus per hoc venialia dimittuntur, & mentibus infirmorum alacritas infunditur, ut sic ad æterna gaudia citius eleventur. Item præcipimus, ut sacerdotes oleum sacrum infirmorum honeste deserant, & cum magna reverentia hoc impleant sacramentum.

XVIII.

De sacramento ordinum.

Dictum est supra de quinque sacramentis necessariis, sequitur videre de reliquis duobus voluntariis, scilicet ordine & matrimonio, & dicuntur voluntaria, quia sine ipsis est salus. Unde dicendum est, quid est ordo, & quot sunt ordines, & quo tempore conferendi, & a quo, & cui & qualiter. Ordo est sacramentum ecclesie (a) ab apostolis introductum, cujus character per manus impositionem presbyteri secundum formam Ecclesie factam cooperante Spiritu sancto imprimitur in ordinato, ut in certis officiis ecclesiasticis valeat ministrare. Ordines vero dominicales sunt septem gradus ecclesiastici ad modum septiformis gratie Spiritus sancti, scilicet ostiarii, leutores, exorcistæ, acolyti, subdiaconi, diaconi, presbyteri: quorum quatuor primi minores ordi-

(a) Hec verba ab apostolis in scripturis introductum in solo Ruthenensi codice reperitur, in duobus aliis codicibus non com-
parum

nes, reliqui vero tres majores, & sacri ordines appellantur. Qui siquidem septem ordines vel gradus a prima tonsura clericali recipiunt fundamentum. Prima enim tonsura, quæ aliter dicitur psalmistatus, non est ordo proprie, sed graduum seu ordinum fundamentum. Quæ tonsura etiam sola a presbytero concessa secundum formam Ecclesie facit vere clericum privilegiis clericalibus insignitum, quæ dicitur ampla decenter atque rotunda, qua summus presbyter Dei Filius JESUS CHRISTUS in signum victorie usus fuit, dum pro redemptione nostra corona spinea se coronari permisit. Primus igitur ordo est post tonsuram ostiarii ex eo sic dicti, quia præest ostiis templi; quod Officium Dominus in sua persona suscepit, quando cum flagello vendentes & ementes de templo ejecit, & cum dixit: *Ego sum ostium in regno Patris mei*. Secundus gradus est sive ordo lectoris, dictus a legendo, debet enim lectiones & prophetias populo legere. Hoc officium Christus complevit, cum in medio seniorum librum Isaie aperiens, distinxit ad intelligendum legit. Tertius gradus est sive ordo exorcistæ, qui ita Græce dicitur, Latine dicitur adjutus, vel increpans; debet autem inter alia exorcismos memoriter retinere, & immundos spiritus increpare. Hoc officio Dominus usus fuit cum demoniacos multos sanavit. Quartus gradus est acolyti, qui ita Græce dicitur, Latine cerofutarius appellatur: debet enim inter alia ceros portare, quando legitur evangelium vel sacrificia offeruntur. Quod officium Dominus in se habere testatur cum dicit: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris*. Quintus gradus est subdiaconi, ideo sic dicitur, quia subiacet præceptis & officiis diaconorum. Debent etiam inter alia calicem & patenam ad altare Christi deferre, & diaconibus tradere, & ministrare, urceolum aquæ & manutergium tenere episcopo & presbyteris. Et hoc officio usus est Dominus quando mittens aquam in pelvum linteæ se præcinxit, & pedes discipulorum lavit & terxit. Sextus gradus est diaconi seu levitæ, quod nomen accepit in veteri testamento, quia de tribu Levi ad divinum cultum ordinabantur. Et diacones Græce, Latine ministri dicuntur. Debent enim inter alia sacerdotibus in sacramentis ministrare, scilicet in chrismate, patena, & calice oblationes inferre, & disponere in altari, componere mensam Domini, crucem Domini ferre, evangelium legere. Hoc officio usus Christus est, quando post cœnam sacramentum sui corporis discipulis dispensavit. Septimus gradus est presbyteri, qui ita Græce dicitur, Latine senior interpretatur, non propter ætatem, sed propter maturitatem, qui aliter sacerdos appellatur, id est sacra dâns; debet enim inter alia sacramentum corporis & sanguinis Domini in altari conficere, orationes dicere, & dona Dei benedicere. Hoc officio usus est Christus, quando se ipsum idem sacerdos & hostia in ara crucis obtulit, & quando post cœnam panem & vinum in corpus suum & sanguinem transmutavit. Quidam autem dicunt, quod novem sunt ordines in hac ecclesia militante, sicut sunt novem ordines angelorum in ecclesia triumphante, ut prima tonsura sive psalmistatus, sit primus ordo, ordo vero episcopalis ultimus, quo officio specialiter usus fuit Christus, quando discipulos congre-

gregatos benedixit, & videntibus illis in calum est elevatus.

ANNO
CHRISTI
1119.

Sciendum est autem, quod superpellicium seu camisia, quam primo sacerdos induit, significat bonam fidem quam primo habere debemus, cum radix sit omnium virtutum. Amictum quo caput sacerdotis velatur, humilitatem significat cum qua omnem statum nostrum velare debemus. Alba virginitatem significat, quia sicut fugit albedo nigredinem, unitas divisiones, sic virginitas corruptionem. Zona vero castitatem significat: nam lumbos ubi sedet luxuria deprimit & restringit. Manipulus qui in manu sinistra deferitur, istam vitam significat ut ab hac vita, ad vitam æternam. Stola quæ longa est usque ad pedes legem Dei significat, ut in longum vitam nostræ in lege Dei vivere debeamus. Insula seu casula quæ alias vestes cooperit, caritatem significat, quæ virtutes continet in se omnes. Illi vero ordines dicuntur sacri, quia res sacra, id est gratia per eos confertur. Superiora vero officia, scilicet (a) episcoporum, archiepiscoporum, metropolitaram, primateum, patriarcharum & papæ, & inferiora, scilicet archidiaconorum, archipresbyterorum, abbatum, decanorum, præpositorum & aliorum non sunt proprie ordines, sed ordinum officia & dignitates.

(c) In uno
codice deti-
dora ut ep-
scopus.

De tempor-
bus ordina-
dorum.

Ordines prædicti, scilicet tres majores conferri non possunt, nisi in sabbatis quatuor temporum & sabbato ante Dominicam de Passione, & sabbato in vespere Paschæ. Minores vero ordines in diebus temporibus conferuntur, & etiam diebus dominicis, & aliis præcipuis festis potest episcopus unum aut duos, vel plures ad minores ordines promovere, dum tamen ordinationem generalem facere non videatur. Conferuntur autem dicti ordines solum ab episcopis & superioribus ab ecclesia non præcis, licet abbas si est presbyter possit monacho suo primam tonsuram clericalem & lectoratum conferre. Conferri autem debent dicti ordines homini litterato, non criminoso, monogamo, sobrio, prudenti, ornato, hospitali, casto, non percussori, non litigioso, non cupido, non neophyto, bene disposito, non excommunicato, non interdicto, vel suspeso, non in peccato notorio exilienti mortali, non irregulari, non illegitime nato, & aliter ad celebrandum bene apto. Conferendi sunt vero dicti ordines examinatione præcedenti. Item, gradatim non per saltum; item, palam non furtive; item cum deliberatione, servatis scilicet intersticiis temporum supra dictis. Item, opportune, non importune, quamvis enim quatuor minores ordines insimul possent recipi, non tamen sacri ordines, nec etiam unus minorum & unus sacrorum insimul sunt recipiendi, sed unus sacer ordo tantummodo una die uni debet personæ conferri. Sed nec prima tonsura simul cum minoribus ordinibus secundum quorundam opinionem una debent die conferri. Præcipimus itaque, ut nulli clericus nostræ diocesis accedat ad alios episcopos sine nostra licentia pro ordinibus obtinendis, sed ad nos veniant temporibus confectis: præcaventes, quod cum recipient ordines, de omnibus peccatis suis vere poenitentes sint & confessi, nec aliqua sententia majoris excommunicationis vel interdicti vel suspensionis ab officio sint ligati; alioquin irregularitatem incurrerent, quam incurrunt

etiam omnes clerici majori excommunicatione seu interdicto vel ab officii suspensione ligati, qui durante sententia scienter ingerunt se divinis, & in suo ordine officiant sicut prius, de qua irregularitate cum eis non nisi per summum pontificem poterit dispensari. Et ideo quilibet clericus debent diligentissime præcavere, ne irregularitatis laqueo se involvant, cum eis dispensatio multum damnosa, sumptuosa, & laboriosa existat. Nullus clericus sine titulo, ex quo possit, quamdiu vixerit, sine clerici opprobrio, commode sustentari, veniat ad nos pro ordinibus obtinendis.

Clericus habens beneficium cum cura animarum, si non attigerit viginti quinque annos, vel si infra annum se non fecerit in presbyterum promoveri, beneficium privatus est ipso jure; & si personaliter ibi non residet, privabitur illo, monitione trina præmissa, nisi causa rationabili secum ad tempus super residentia duxerimus dispensandum.

Prohibemus ne sacerdotes hujus diocesis ad alias dioceses sine nostris litteris suæ promotionis se transferre præsumant, nec sacerdotes aliarum diocesium incogniti sine litteris sui episcopi ad celebrationem missarum populo in hac diocesi admittantur, nisi forte secreta ex devotione voluerint celebrare.

Prohibemus etiam ne aliquis nostræ diocesis ad episcopos Italicos accedat ordinandus sine nostris litteris specialibus, vel summis pontificis, continentibus, quare nos volumus vel non possumus eos ordinare: alioquin tales suscipi essent ipso jure, & sine spe dispensationis essent etiam a sede apostolica concedenda, cum nos super hoc non possumus dispensare.

Nulli etiam alterius diocesis ad nos veniant ordinandi sine litteris veris sui episcopi; alioquin excommunicationis sententias proferimus in eosdem, cum ex hoc si per nos ordinarentur, posset nobis & ipsis periculum imminere.

Religiosi vero in non exemptis prioratibus deputati & eorum socii in nostrâ diocesi constituti, possunt a nobis licite ordinari, licet non sint de nostrâ diocesi oriundi.

Nulli etiam nobis insistentem presentem clericandum, seu illitteratum, nisi statim religionem intret, nec etiam conjugatum clericandum, nec conjugatus se presentet, nisi velit religionem intrare, vel ad sacros ordines promoveri de voluntate uxoris, & a nobis habita licentia & obtenta, alioquin sententiam excommunicationis incurrat ipso facto.

Declaramus etiam quod in XVIII. anno potest quis, nisi sit aliud canonicum quod obstat, ad subdiaconatus: & in XX. ad diaconatus: & in XXV. ad presbyteratus ordines promoveri.

XVIII.

De sacramento matrimonii.

Licet matrimonium magnum sit in ecclesia sacramentum, & prius quam alia sacramenta a Deo fuerit in paradiso institutum: quia non tamen per hoc sacramentum confertur gratia, sed per alia sacramenta, & quia in Ecclesia Dei primum locum obtinent virgines, scilicet continentes, ultimum conjugati: ideo ultimo est de hoc sacramento videntum. Et primo de quibusdam præambulis ad matrimonium, scilicet de sponsalibus, scilicet quæ sunt, & unde dicuntur, & quibus modis, & in

ANNO
CHRISTI
1119.

ANNO
CHRISTI
1119.

& in qua ætate contrahuntur & qualiter dissolvuntur, & quis est effectus eorum. Sponsalia sunt matrimonii inter virum & mulierem promissio. Dicuntur a spondendo, id est promittendo. Contrahuntur autem quinque modis, scilicet simplici sponsione, ut cum dicit vir mulieri: Accipiam te in uxorem; & mulier viro: Accipiam te in maritum. Item, fidei datione. Item, juramenti interpositione. Item, datis arrhis sponsalitiis. Item, annuli subarratione. Contrahuntur vero sponsalia in septennio completo, & a septennio supra. Dissolvuntur autem sponsalia communi consensu, auctoritate tamen ecclesie. Item, propter affinitatem supervenientem. Item, propter infirmitatem corporalem, vel spiritualem supervenientem: corporalem, ut si nasum amiserit, vel lepræ deformitas, quæ personam reddat inhabilem, superveniat; vel spiritualem, ut si prius est fornicata, vel facta hæretica, vel alias infidelis. Item, propter fugam sponsi vel sponsæ se ad aliam provinciam transferentis. Item, propter majus vinculum superveniens, ut si alter contraxerit cum alio per verba de presenti. Item, si dicatur esse per famam inter sponsos canonicum impedimentum. Item si alter ad religionem transiit. Item, si contrahentes sponsalia ante pubertatem quæ est quatuordecim annorum in masculo, duodecim in muliere veniens ad pubertatem contradicit. Effectus sponsaliorum est, ut ea contrahens, matrimonium contrahere & perficere per censuram ecclesie compellatur. Ex sponsalibus autem oritur quædam abstinentia, quæ vocatur publicæ honestatis iustitia, quæ procedit ex constitutione ecclesie propter vim matrimonii contrahendi, quæ ex sponsalibus speratur perfici, quæ impedit matrimonium contrahendum & dirimit jam contractum, ut puta si aliquis contrahat matrimonium cum aliqua de cognatione illius usque ad quartum gradum, quam olim habuit in sponsam, & e converso, quod matrimonium non valet de jure. Sequitur videre de matrimonio, scilicet quid sit, & undedicatur; ubi & a quo fuerit institutum; quis possit contrahere, qualiter contrahatur, & quare; quis ejus effectus, & qualiter dissolvatur, seu quæ impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt jam contractum. Matrimonium est conjunctio maris & femine individuum vitæ consuetudinem retinens, divini & humani juris communicatio.

Quid sit matrimonium.

Dicitur autem matrimonium matris munium, id est officium. Et denominatur magis a matre quam a patre, quia in principali bono matrimonii, scilicet in prole magis laborat quam pater: nam proles ante partum est matri onerosa, in partu dolorosa, & post partum laboriosa. Eadem ratione substantia viri & mulieris vocatur patrimonium, quia pater magis laborat in acquirendo quam mater. Fuit institutum matrimonium in paradiso a Deo & ante peccatum per illa verba Adæ ore prophetico dicentis: *hoc nunc est os ossibus meis & caro ex carne mea, & propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una.* Potest autem contrahere matrimonium quæcumque persona apta ad consentiendum & coeundum. Contrahitur autem matrimonium consensu & verbis, ut si dicant contrahentes: *accipio te in meum, accipio te in meam, vel concedo tibi* Concil. General. Tom. XXIV.

corpus meum in maritum, & ego concedo tibi corpus meum in uxorem: vel profertur æquipollentia consentium exprimentia de presenti. Mutus qui verba profert non potest, consentium exprimere poterit per indicia vel per signa, & tale matrimonium dicitur esse verum. Præsumptum vero vocatur quando cognoscit quis carnaliter sponsam, cum qua sponsalia fecerat de futuro. Causæ vero matrimonii sunt duæ principales, scilicet susceptio sobolis, & vitatio fornicationis; effectus matrimonii est, quia filii inde nati, sunt legitimi & naturales, & in potestate patris constituti, & in solidum patri & matri ab intestato succedunt. Item, & ex quo tenent matrimonium, quod tamen fuit per carnis copulam consummatum, usque ad mortem nullo tempore dissolvitur, nisi solummodo quoad separationem, si alter conjugum fornicetur. Etiam si alter fiat hæreticus, cæcus, surdus, mutus, vel furiosus, vel aliud quantumcumque horrendum incurrat. Item quod post carnis copulam vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier; & e converso: unde alter non potest invito altero vitam mutare, nec religionem intrare, & debet alter alteri debitum reddere etiam invito. Impediunt autem matrimonium contrahendum, & dirimunt jam contractum ea quæ in his verbis continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.

Sensus, & affinis, si forte coire nequibus, Hæc societas vetant, connubia facta retrahant.

Error, scilicet personæ, ut si contrahendo cum Guillelma credens contrahere cum Paula, unde nullum est matrimonium. Conditio, ut si contrahat cum serva credens contrahere cum libera. Votum si post votum solemne contrahat. Cognatio quæ triplex est, scilicet carnalis, ut consanguinitas usque ad quartum gradum, spiritalis ut compaternitas, legalis ut adoptio. Crimen, ut quando vivente uxore cognovit aliam, & ei idem dedit quod uxore mortua contrahet cum illa. Item, si vivente uxore cum alia defuncto contraxit, & eam cognovit. Item, si machinatus sum in morte uxoris, & cum alia contrahere promitto quam cognovi vivente uxore. Cultus disparitas, ut si Christianus contrahat cum Judæa, vel Sarracena. Vis, ut si contraho cum aliqua propter vim vel metum qui possit cadere in constantem virum. Ordo, ut si existens in sacris ordinibus contraham matrimonium. Ligamen, ut si ego ligatus, si habeo uxorem contraham cum alia, ipsa vivente. Honestas, id est publicæ honestatis iustitia, aut si contraho cum aliqua consanguinea usque ad quartum gradum alicujus quæ iuit sponsa mea. Sensus, ut si carens sensu, ut furiosus contrahat. Et affinis, non enim possum contrahere cum aliqua de consanguinitate meæ uxoris quondam usque ad quartum gradum, quia omnes illæ sunt mihi affines. Si forte coire nequibus, ut in frigidis & maleficiatis, qui contrahere non possunt. Per hæc enim impediuntur, & contracta separantur. Et non de cognatione.

ANNO
CHRISTI
1119.

ANNO
CHRISTI
1189.

ANNO
CHRISTI
1189.

gnatione carnali, quæ est consanguinitas, ut dixi, quod si consanguineus est in quarto gradu, & consanguinea in quinto, possunt copulari & debet computari gradus a stipite, & a patre duorum fratrum vel sororum a quibus descenderunt illi qui debent copulari. Stipes autem non facit gradum secundum canones, seu fratres vel sorores, & sunt in primo gradu, filii fratrum in secundo, filii filiorum fratrum in tertio, & illorum filii in quarto. Quando vero vir non est in quarto vel infra ex una linea computando a stipite, & mulier in quinto vel supra ex alia linea quantum remotior, ut mulier quæ ut in quinto, quantum distat a stipite, tantum distat hæc mulier a dicto viro, & a quolibet de linea illius viri, & ideo poterunt copulari. De cognatione spirituali dico quod triplex est, scilicet paternitas in femina, quæ attenditur inter spirituales patrem vel matrem pueri baptizati & carnalem. Unde si contraho cum matre carnali pueri quem baptizavi, vel in baptismo tenui, non valet. Item est paternitas in masculo, seu commaternitas in femina, quæ attenditur in eum qui baptizat vel tenet in baptismo, & cum qui baptizatur, & inter tales similiter non tenet in matrimonium. Item est spiritualis fraternitas quæ attenditur inter filium meum spirituales, quem baptizavi vel in baptismo tenui, & filiam meam carnalem, & inter quos similiter non potest esse matrimonium. Et quod dixi quod per baptismum contrahitur cognatio spiritualis, idem intelligas de confirmatione. De cognatione legali, dico quod impedit & dirimit matrimonium, ut si ego adopto aliquam in filiam meam, numquam possum contrahere cum ea, vel eam habere etiam soluta adoptione, nec etiam filius meus naturalis durante adoptione. Item, inter uxorem adoptantis & filium adoptatum est affinitas legalis, quæ impedit & dirimit matrimonium, etiam adoptione soluta. Item, nota quod si uxor tua postquam fuerit a te carnaliter cognita suscepit infantem alterius mulieris in baptismo vel in confirmatione, illa cujus infans erit, efficiet tibi commater per factum uxoris tuæ, & ideo mortua uxore tua non poteris illam ducere in uxorem, & e converso eandem commaternitatem uxori acquiri intelligitur per maritum. Si vero dictam susceptionem fecit uxor tua, antequam eam cognosceres, mortua uxore tua poteris illam in uxorem ducere. Si autem filium uxoris tuæ quem ab alio generavit antequam eam duceres, & esses effectus una caro cum ea, aliqua mulier in baptismo vel confirmatione tenuerit, illa mulier est commater uxoris tuæ, & non tua, unde mortua uxore tua talem commatrem ejus habere poteris in uxorem. Idem est, si filius ab aliquo suscipiatur quem genuisti de aliqua muliere, & sic in tribus casibus proximis aliquis duas commatres unam post aliam, habere poterit in uxores, & aliqua duos compatres unum post alium habere poterit in maritos.

De matrimonio
clandestino.

Præcipimus itaque ad hoc ut dicta impedimenta & alia pericula circa matrimonia sciantur & cognoscantur, & cognita evitentur, ut matrimonia cum honore & reverentia in conciliis gradibus non cum risu seu jocose, nec de nocte seu clandestine, sed publice in facie ecclesiæ celebrentur. Districte præcipientes ut

ante per tres dies dominicos vel festivos vel alios, quibus præsens erit populus, vel major pars eius, banna publice ut moris est per sacerdotes in ecclesiis proponantur, quod inter illos tales est matrimonium contrahendum, ut infra dictos dies juxta statuta concilii generalis qui voluerint, & valuerint, legitimum impedimentum opponant, & ipsi presbyteri nihilominus investigent utrum aliquid impedimentum obsistat. Cum autem probabilis apparuerit conjectura super impedimento contra matrimonium contrahendum, interdicatur expresse contrahi per sacerdotes, donec quod fieri debeat manifestis nobis vel officiali nostro constiterit documentis. Sane parochialis vel sacerdos, qui clandestina matrimonia inhibere contemserit, aut quilibet regularis qui eis præsumserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, gravius etiam si culpæ qualitas postulerit puniendus. Sed & illis qui taliter copulari præsumserint condigna penitentia injungatur. Sunt etiam matrimonia clandestina contrahentes bannis, scilicet, ut dictum est, non præmissis, & omnes qui talibus matrimoniis interesse præsumserint auctoritate provincialis concilii & nostrorum prædecessorum, ac nostra ex statutis hujus ecclesiæ synodalibus ipso facto excommunicationis sententia innodati.

Prohibeant etiam subditis suis presbyteris, ne spontalia inter se contrahant interposito maxime juramento vel fide, & nisi in loco honesto, & coram suo sacerdote, & presentibus aliquibus personis fide dignis. Districte igitur juxta statuta provincialis concilii inhibemus, ne infra ætatem legitimam quæ est quatuordecim annorum in masculo, duodecim in muliere matrimonia contrahantur, & ne aliquis talibus matrimoniis interesse præsumat; alioquin tam contrahentes quam qui intererunt nostro, seu officiali arbitrio punientur. Cappellani vero parochiales, quam cito seiverint extra forum penitentiale in suis parochiis matrimonia illicite esse contracta, juxta statuta ejusdem concilii nobis vel officiali nostro intimare procurent; alioquin nostro seu officiali nostri arbitrio graviter punientur: si vero in foro penitentiali ambo conjuges continentur impedimenta quæ sciunt pro certo esse inter eos, & erant antequam contraherent, ut quia alter eorum ante habebat conjugem, vel ante erant affines, vel consanguinei, vel ante votum religionis, vel aliud solemne votum emisserant; tunc imposita eis penitentia salutari, præcipiat eis cappellanus, ne ulterius carnaliter miscantur, & eos inducat, ut nobis vel officiali nostro ea denuntient, ut decernatur in foro judiciali tale matrimonium non tenere. Si vero alter tantum conjugum tale impedimentum esse pro certo inter eos constiterit, in penitentia injungendum est illi in foro illo, ne debitum carnale ab altero exigit, nec exactus exsolvat, etiam si propter hoc ipsum excommunicari contingat, & tunc cappellanus mittat illum ad excommunicatorem suum, qui in hoc foro penitentia debet ipsum absolovere. Et tam ipse quam cappellanus non debent vitare ulterius in oculis judicio animarum, ex quo occulte est absolutus, sed publice vitabitur, & denuntiabitur quousque abolutionem publicam mereatur. Sed si pro certo non sciat hoc impedimentum, sed credit

ANNO
CHRISTII
1119.

ANNO
CHRISTII
1119.

dit hoc probabiliter & discrete, debitum non A
exiget, sed & exactus cum cordis contritione
exsolvet. Si vero leviter & temerarie, con-
scientia deposita, debitum exigere & solvere
poterit de consilio sacerdotis. Si autem affi-
nitas post matrimonium supervenerit, ut quia
alter conjugum durante matrimonio cognovit
consanguineam alterius conjugis, injungendum
est ei in foro penitentiae, & a conjugē &
ab illa consanguinea in carnali copula per-
petuo abstinere; etiam si ab alio conjugē ex-
igatur, prout in casu proximo fuit dictum,
licet in iudicio ecclesiae contentioso præcipe-
retur eidem, quod non exigeret, licet cum
cordis contritione exsolvet jam exactus.
Tate vero matrimonium per carnis copulam B
consummatum, quamdiu ambo conjuges vi-
xerint, non solvetur, nisi quoad carnis copu-
lam, ut est dictum. Forus autem penitentialis
& non judicialis ad cappellanos, uter-
que vero ad nos vel officiali nostro dignolci-
tur pertinere. Inhibemus itaque & præcipi-
mus quod mota questione super matrimonio
vel sponsalibus non celebretur matrimonium,
donec coram nobis vel officiali nostro illa
questio fuerit terminata. Districte etiam in-
hibemus, ne aliqui qui sponsalia contraxerint,
præsumant cum aliis contrahere secunda spon-
salia seu matrimonium, nisi prius a vinculo
priorum sponsaliorum coram nobis vel offi-
ciali nostro se ad invicem duxerint absolvendos C
Et qui contra fecerit, talia secunda
sponsalia seu matrimonium non denuntietur
in ecclesia, nec taliter nubentibus detur be-
nedictio nuptialis, sine nostra vel officialis
nostri licentia speciali. Nolumus enim quod
talis malitia remaneat impunita. Si autem
sponsalia, contrahentes coram nobis vel offi-
ciali nostro ad invicem se absolverint, eccle-
sia in patientia sustinebit.

Inhibemus quoque ne aliqua mulier absen-
te viro suo, seu vir absente uxore sua, quan-
tumque annorum numero absentia duraverit,
præsumant contrahere aliud matrimo-
nium, donec conset ei quod conjux eius de-
cesserit ab hac vita: & si contrahere volue-
rit, sacerdos ejus hoc fieri non permittat, &
si contra fecerit, ad nos vel officialem nos-
trum mittatur, ut faciat super hoc quod ju-
stitia suadebit.

Prohibemus autem ne aliquis sacerdos i-
gnotas personas de remotis partibus venientes
matrimonialiter copulare præsumat, siue am-
bo ignoti fuerint vel alter illorum, nec hujus
matrimonium denuntietur in ecclesia facien-
dum, nisi de nostra vel officialis nostri li-
centia speciali. Si vero personæ contrahen-
tium matrimonia clandestina in nocte fece-
runt, & ea voluerunt in facie ecclesie pub-
licari, recipienda sunt ab ecclesia & appro-
banda tamquam a principio in conspectu ec-
clesie contracta, absolutione prius obtenta de
excommunicatione, quam propter hoc incur-
rerunt; ita quod bannis præmissis, ut moris
est, conficiantur coram sacerdote publice &
aliis personis pluribus se matrimonium con-
traxisse, vel de novo in ecclesia matrimonium
contrahant de præfenti, eisque detur si po-
stulerint benedictio nuptialis, nisi consan-
guinitas vel aliud iterum impedimentum ob-
sistat.

Item, prohibemus ne aliquis parochialis
sacerdos recipiat ad matrimonium contrahen-
Censil. General. Tom. XXIV.

dum parochianum, vel parochianam alterius
ignorante proprio sacerdote. Si vero sponsus
& sponsa de diversis parochiis fuerint, &
banna præmissa fuerint, matrimonium pote-
runt contrahere, & benedictionem nuptia-
lem recipere in quacumque ecclesia voluerint,
provisio quod certas litteras vel nuntios suo-
rum presbyterorum habeant & ostendant con-
tinentes, quod in ecclesiis quarum sunt pa-
rochiani denuntiatum fuit illud matrimonium
contrahendum, & quod ipsi presbyteri nul-
lum sciunt vel audiunt impedimentum confi-
sistere inter eos. Et fient litteræ super hoc
isto modo.

*Discreto viro cappellano talis ecclesie cappella-
nus talis salutem in Domino. Noveritis nos in
nostra ecclesia banna publice, ut moris est, e-
misisse, quod inter talem parochianam nostram
& talem hominem est matrimonium contrahen-
dum, in quo nullus apparuit contradicitor, &
nos ipsam ad hoc aptam credimus, prout hu-
mana fragilitas nostra novit. Datum tali loco,
tali die.*

Si vero apparuerit contradicitor, non pro-
cedat ad matrimonium cappellanus, sed citet
contradicentem ad instantiam ejus cui con-
tradicitur ad diem competentem coram offi-
ciali, cui scribes hoc modo.

*Viro venerabili & discreto domino officiali Ca-
durgensi, vel Tutelensi, vel Ruthenensi cappella-
nus de tali loco salutem, & reverentiam cum
honore. Noveritis vestra discretio, quod cum in ec-
clesia mea publice banna emitterem, ut est mor-
ris, quod inter talem hominem & talem mulie-
rem erat matrimonium contrahendum, talis se
opposuit, dicens hoc fieri non debere propter ta-
lem causam, quare citavi peremptorie dictum
contradicentem ad instantiam prædicti, cui con-
tradixit, ut tali die Cadurco, vel Ruthenis, & l
Tutela compareat coram vobis, prosecuturus eam
prædicto cui contradixit canonice dictam cau-
sam. Datum tali loco, die, & anno.*

Si vero sit fama vel dicatur a fide dignis,
quod iustum impedimentum est inter eos, non
tunc procedat ad matrimonium cappellanus, D
sed citet eos peremptorie, ut die competenti
coram officiali Cadurgensi vel Ruthenensi,
vel Tutelensi compareant, super dicto impe-
dimento iustitiam suscipiuri. Licet autem pa-
rochianus alicujus ecclesie exuatur a jure pa-
rochiali primæ ecclesie per translationem do-
micilii in parochiam alienam, nihilominus ta-
men fiat denuntiatio matrimonii contrahendi
in illa ecclesia, in cujus ecclesia volentes con-
trahere longam fecerint moram, & etiam in
illa in quam suum transfulerint domicilium,
& morantur, maxime si de novo in paro-
chiam alienam se transfulerint.

Quia sæpe contingit quod propter aliqua
impedimenta, sponsus, & sponsa volentes ma-
trimonium contrahere, post celebrationem
missæ ad ecclesiam veniunt, & licet missam
non audierint die illa, benedictionem nuptia-
lem postulant sibi dari, benedictio nihilomi-
nus datur eis. Honestum tamen est, quod,
si potest commode fieri, missam prius au-
diant, & in fine missæ benedictionem reci-
pant nuptialem, postquam sacerdos susce-
perit Christi corpus & sanguinem velut in
missalibus continetur.

Districte etiam prohibemus, quod si semel
vir, vel uxor fuerint benedicti, & illo ma-
trimonio dissoluto alter illorum conjugum

secundum matrimonium contrahat cum persona alia benedicta, vel etiam non benedicta, nullatenus benedicantur taliter contrahentes, quia caro semel benedicta trahit ad se non benedictam, cum post carnalem conjunctionem effecti fuerint una caro; & sic benedictionis communicabunt actionem, ut sic benedictioni nuptiali que sacramentalis est, nulla injuria per iterationem fieri videatur. Sacerdos vero qui contrarium fecerit, ab officio, beneficioque suspensus de jure ad sedem apostolicam est mittendus. Sunt autem quaedam tempora in quibus solemnitates fieri non debent matrimoniorum & nuptiarum, nec dari benedictio nuptialis, videlicet ab adventu Domini usque ad octavam Epiphaniae, & a septuagesima usque ad octavam Paschae completas, & a tribus diebus ante Ascensionem Domini usque ad Dominicam primam post Pentecosten, sed in ipsa Dominica post Pentecosten, & deinceps usque ad adventum Domini possunt matrimoniorum & nuptiarum solemnitas celebrari.

INCIPIT SECUNDA PARS.

De vita & honestate clericorum.

UT Clericorum mores & actus in melius reformatur, continenter & caste studeant vivere clerici universi, praesertim in sacris ordinibus constituti. Isti enim necessario castitatem servare tenentur, quam tacite voverunt Domino sacrum ordinem assumendo. Clerici quoque qui stipendiis ecclesiasticis sustentantur, & qui non habent beneficium ecclesiae, sunt tamen in sacris ordinibus constituti, debent quotidie dicere per septem horas, divinum officium nocturnum, pariter & diurnum, pro ut dicitur communiter in ecclesia Caturcensi, vel Ruthenensi, vel Tutelensi, & in breviariis continetur, scilicet matutinum, primam, tertiam, sextam, nonam, vespers & completorium, nisi infirmitatis necessitas excusaret, & non cum sincopa, sed distincte, & cum intentione sollicita & devota, laudes istis temporibus Creatori nostro super judicia suae justitiae referendo, & si per competentes horas dicta non fuerint, tamen postea persolvantur. Item in ecclesiis sunt dicenda, si commode fieri potest, alias ubi fieri poterit commode & honeste: officium Beatae Mariae vero nullus dicat induendo vel calcando, sed alias debite & devote. Sacerdotes moneant clericos suae parochiae in minoribus ordinibus constitutos, ut singulis diebus saltem Beatae MARIAE Virginis horas dicant & commemorationem aliquam pro defunctis. A crapula & ebrietate maxime in anniversariis & aliis conviviis & a commestationibus superfluis, & confabulationibus illicitis omnes clerici abstineant, & vinum sibi temperent & se vino, ac tabernis prorsus evitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas & taxillos non ludant, nec illis ludis intersint, nec ad ludas laicorum accedant, mimis & jocularibus non intendant. Coronam & tonsuram sine comis & sine pileo deferant congruentem, nec officia seu commercia secularia exercent, & maxime inhonesta; sed officia ecclesiastica & alia bona studia exercent diligenter. Pannis rubeis aut viridibus & manicis consti-

* al. sine pileo.

tiis, aut solutariis rostratis, seu cordelatis non utantur, & clausa deferant desuper indumenta, nec frenis, sellis, pectoralibus, & calcaribus deauratis utantur. Balistas & arcus, lanceas, faliones, costalarios seu alia arma non deferant, nisi forte ex causa rationabili probabilis timoris vel guerrae, & ventionibus non intendant.

Inhibemus districte ne clerici feminas teneant de quibus suspicio incontinentiae possit esse; sed nec rectores ecclesiarum juvenes matres, sorores, amitas, contanguineas secum in domibus ecclesiarum tenere praesumant, sed alibi, si pauperes fuerint, eis, si voluerint, necessaria subministrant. Quicumque autem clericorum manisset secum tenuerit concubinam, ipso facto se noverit excommunicationis sententia innodatum, & juxta statutum provincialis concilii, si habet beneficium privetur eodem, nisi ex causa probabili secum duxerimus dispensandum. Item, clericus beneficiatus, qui per annum in excommunicatione perstiterit, & in petenda absolutione negligens fuerit, per eadem statuta suo beneficio est privandus, nisi dioecetanus secum duxerit dispensandum. Filios quoque illegitimos presbyterorum, clericorum, beneficiatorum nutrir in eorum domibus juxta statuta ejusdem provincialis concilii prohibemus.

Sub poena excommunicationis prohibemus districte; ne aliquis clericus irancationem membrorum faciat, aut judicet faciendam, dicendo sententiam sanguinis, vel proterendo vel scribendo; alioquin irregularitatem incurrit, nec in loco ubi talia exercentur dum sunt interesse praesumat. Nullus quoque clericus in sacro ordine constitutus aliquam chirurgiae artem exercent, quae aduisionem, vel incisionem inducat, nec tabellionatus fungatur officio in curia seculari. Nulli clerici beneficiati ac in sacro ordine constituti procuraciones seu baylivia villarum, seu castroorum, aut judicaturas secularium personarum recipere aut tenere praesumat, aut procuratores existere quorumlibet laicorum, aut tutores, seu curatores, seu advocati in curia seculari, nisi pro se ipsis & ecclesiis suis, & personis miserabilibus, vel consanguineis suis, & universis religiosis & sacerdotibus: praecipientes, ut clerici & praecipue sacerdotes mercata seu nundinas non frequentent sine rationabili causa & probabili, & tunc incedant in decenti habitu & honesto. Qui vero parochialem habet ecclesiam, non per vicarium, sed per se ipsum illi deserviat in ordine quem ipsius ecclesiae cura requirit, in ipsa personaliter residendo, sicut jura praecipunt & requirunt, nisi cum eis ex causa rationabili ad tempus duxerimus dispensandum, & tunc nobis praesentet vicarios, quos non admittemus, nisi praevissa examinatione, ipsos invenimus vitae laudabilis & conversationis honestae, & qui sciant constituere ac competenter legere & cantare.

Hospitalitatem quoque in ecclesiis teneant secundum quod facultates eorum poterunt commode sustinere, praecipue circa Fratres Minores, & Praedicatorum, cum causa praedicationis vel alia qualibet ad eas ipsos contigerit declinare. Eos enim districte praecipimus ab omnibus presbyteris & rectoribus ecclesiarum nostrae dioecesis caritative recipi ac benigne.

Di-

ANNO
CHRISTI
1229.

Districte precipimus, ut clerici conjugati, A qui tamen non sint bigami, volentes gaudere privilegio clericali, tonsuram & coronam portent, militaria officia non exercent, neque portent vestes virides, rubeas seu virgatas.

Districte etiam precipimus ut clerici conjugati, qui cum non sint bigami, volentes gaudere privilegio clericali, tonsuram & vestes deferant clericales: & tunc duo privilegia sibi retinent, quia puniri non possunt pro criminibus pecuniariter, nec corporaliter per iudicem seculares: & si quis manus suas in eos temere violentas injecerit, erit excommunicatus: alias vero nullum retinent privilegium clericale.

Precipimus etiam, quod universi & singuli B vestres & cappellani nostra civitatis & diocesis palam & publica auctoritate nostra moneant per tres dies dominicos, dum missarum solemnia celebrant, populo audiente, & nominatim clericos conjugatos, quos scient personaliter & publice officia carnicium seu macellariorum aut tabernorum officia exercere, ut infra duos menses ab huiusmodi officiorum exercitio desistant omnino, ut illud in propria persona non exercent, nec postea exercendo reassumant, alias conjugati se noverint privilegio clericali privatos, etiam si tonsuram & vestes deferant clericales: non conjugati vero in personam suam privilegium retineant clericale, non in rebus, si tamen non incedant omnino ut laici: si vero omnino ut laici incedant, & dicta officia seu unum ex ipsis post dictam monitionem exercent, privilegio omnino clericali etiam personaliter sunt privati.

Item precipimus, quod clerici non sint joculariores, goliardi, seu buffones, declarantes, quod si per annum illam artem diffamatoriam exercent, omni privilegio ecclesiastico sunt nudati, & etiam temporaliter graviori si moniti non desisterint. Declaramus etiam quod si clericus variegata vel partita veste utatur, nisi in causa necessitatis, ut si haberet transire per aliquem locum periculosum, ubi mutaret vestes, si beneficiatus sit, acceptione fructuum beneficii est ipso facto per septem menses suspensus, & per alios septem menses eo ipso reddatur inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum. Si vero non fuerit beneficiatus, sed sit infra sacros ordines constitutus circa sacerdotium, idem etiam est de clericis alias vestem talem similem & tonsuram deferentibus publice clericalem. Clerici vero curam habentes animarum, dignitatem seu personatum & ceteri in sacerdotio constituti & etiam religiosi, si vestes huiusmodi seculares prater necessitatem detulerint, infulam seu pileum publice de die in capite, beneficiati a perceptione fructuum beneficiorum suorum per annum sunt suspensi.

Omnibus etiam prohibemus, ne epitogium, E tabardum, seu mantam foliatam usque ad oram curtam sic deferant, quod vestis inferior notabiliter videatur: quia vestis talis militis secularis est potius quam ecclesiastici seu celestis, & in clero elationem denotat inhonestam.

Prohibemus etiam, ut clerici presertim beneficiati caligis catenatis rubeis seu viridibus publice utantur.

Statuimus etiam, quod filii presbyterorum ullo modo propter scandalum populi in ecclesiis seu caminatis patrum suorum mittantur, nec nuntii sine aliis clericis officient in divinis.

De statu monachorum & eorum vestibus, licet ad nos non tangat eorum correctio; intendimus abbas & ipsos & eorum superiores, ut sic decens se habeant in omnibus, ne nos oporteat manus nostras ob eorum culpam seu negligentiam super eos extendere correctionis iuxta decretalem domini Clementis positam extra de statu monachorum & ceterorum religiosorum, qua incipit, ne in agro dominico, & alia iura antiqua, & quod de ipsis dicimus, eadem de aliis religiosis nobis subjectis profitemur.

Prohibemus etiam ne clerici dono vel pretio a laicis sibi faciant actiones ut adversarios videntur in foro ecclesiastico papali seu nostro jura seu consuetudinem approbatam & ea intentione ut vexati laboribus & expensis cum eis componant, & se injuste redimant, statuentes ut tales & similes graviter puniantur, quia non decet clericos molestare.

Quidam clerici dono vel pretio a laicis sibi cedi faciunt, actiones, ut adversarios ad ecclesiasticum forum trahant, & eos quo usque cum eis composuerint fatigant laboribus & expensis, quod omnino fieri prohibemus.

Quilibet parochialis sacerdos parochianos suos filiali affectione diligit, nec damno aliquo illos afficiat, sed ipso dirigat verbis, factis, pariter & exemplis, & se eis exhibeat patientem, humilem, & benignum, ut per ipsius sacerdotis vitam laudabilem, & humilitatis exemplum eos invitet ad devotionem divini officii & peccatorum suorum confessionem eidem sacerdoti libentius & securius faciendam.

Cum ex officii nostri debito teneamur excessus corrigere subditorum, ne anguis ipsorum, id est anima de manibus nostris requiratur, & saepe eveniat quod clerici atrociter perpetrantes, propter nostrorum absentiam ministrorum, effugiunt & evadunt, & sic crimina remanent impunita: sub poena excommunicationis districte precipimus, ut si quis clericus homicidium, sacrilegium, incendium, vel furtum, vel aliud delictum quod captionem requirit in nostra diocesi commiserit, vel aliquem atrociter, nisi defendendo se vulneraverit, capiatur per archidiaconum, vel archipresbyterum, vel si aliquis istorum praesens non fuerit per priorem, seu rectorem, seu cappellanum illius ecclesiae, in cuius parochia dicta commissa fuerint, & captus apud Ruthenam vel ad nostra castra proxima ad expensas nostras per clericos adducant, adhibito ad hoc, si opus fuerit, brachio seculari, ut clerici ab illicitis arceantur, & laicorum scandalum ex impunitate clericorum delinquentum perveniens evitetur.

Statuimus a clericis delinquentibus tales poenas seu multas per nostros curiales exigi, & levari in piis causis & licitas nostro vel officialis nostri arbitrio expendendas, pro banis scilicet fructuum tubractorum, & pro eundo de nocte sine lumine post tubam sonitum vel campanae, & pro cruentationibus & ictibus violentis quales in huiusmodi casibus consuetis & exigi & levari seculares dominos in diocesi Calurcensi vel Ruthenensi, vel Tulensi, seu alios de quibus nobis vel officiali nostro videbitur faciendum & nihilominus damna passis satisfactionem facere teneantur.

Sacerdotes parochiales bono zelo, & non ex odio de clericis suae parochiae vitio incontinentiae seu aliis gravioribus criminibus manifeste.

ANNO
CHRISTI
1229.

ANNO
CHRISTI
1189.

nifelle diffamatis nos vel officialem nostrum secreto certificare procurent, ut erga correctionem illorum celeriter occurramus, & hoc in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus & mandamus.

Illi autem clerici, qui dimitunt tonsuram & habitum clericalem, ex iniquitate & malitia contra Deum & justitiam & honestatem cleri, armis acceptis, inverecondæ crudelitati & enormitati scelerum se immiscent, & ibi deprehendantur, etiam nulla monitione præmissa quousque se corrigant.

Item, clerici qui ex levitate, vel lascivia, vel negligentia, tonsura dimissa & habitu clericali, arma deferunt, vel sæcularibus negotiationibus prohibitis se immiscent, & tertio moniti desistere nolunt quousque se corrigant. Item, si in goliardia, vel hiltionatu per annum fuerint vel breviori tempore, & terminati non desistunt. Item, bigami a foro ecclesiastico omni clericali privilegio sunt exclusi. Clerici qui etiam non dimisso habitu clericali ut laici mercaturas & negotiationes clericis prohibitas exercent, privilegium de non præstandis talliis, muneribus laicalibus, post trinam monitionem amittunt.

Districte prohibemus, ne aliquis rectoriam seu vicariam alicujus ecclesiæ hujus diocesis præsumat ab aliquo, nisi prius præsentatus fuerit nobis, & a nobis curam recipiat animarum; nec alioquin curam seu vicariam curæ animarum audeat suscipere, vel dimittere nostra licentia non obtenta. Nec aliquis recipiat duas curas, nisi essent in ecclesiis annexatis. Nullus clericus juramentum seu promissionem aliquam faciat patronis ecclesiarum antequam præsentetur propter periculum simoniæ.

XX.

De veneratione ecclesiarum & rerum ecclesiasticarum alienatione.

Quia quidam clerici ecclesias sic exponunt suppelletilibus & aynis propriis & etiam alienis, ut potius domus laicæ quam Dei basilicæ videantur; idcirco firmiter prohibemus, ne hujusmodi suppelletilia & aynæ in ecclesiis admittantur, nisi propter guerram aut incendia repentina, seu alias necessitates urgentes ad eas oporteat habere refugium. Sic tamen quod, necessitate cessante, res in loca pristina reportentur. Ligna seu lapides ecclesiarum in aliis usibus non ponantur, nisi in ædificatione & reparatione alterius ecclesiæ, vel hospitalis, seu in claustra dormitorii, vel in claustra cæmeterii, seu alio honesto ædificio ad opus clericorum ecclesiis servientium deputato. In laicorum autem ædificiis seu usibus non ponatur, & idem observetur, de vestimentis, cortinis, & aliis ornamentis ecclesiasticis: præcipientes ut ecclesiæ, vasa ministerii altaris, corporalia, pallæ & vestimenta ministrorum munda ac nitida observentur. Ad corporale autem lavandum proprium habeatur vas in quo nihil aliud fiat, & lavetur per sacerdotem vel diaconum tantum, & aqua ablutionis infra ecclesiam ubi conculcari non possit abscondatur.

Vestimenta & ornamenta ministrorum ecclesiarum, & cruces & calices benedicti & consecrati debent per episcopum antequam divi-

no officio deputentur, nec post benedictionem debent a laicis contrectari.

Corporale, pallæ altaris, & vestimenta ecclesiæ ministrorum, si fuerint vetustate consumta, & in aliis usibus ecclesiasticis non fuerint apta, comburantur, & cineres eorum infra ecclesiam recondantur, ubi nullus transitus fiat, ne introeuntium pedibus conculcentur.

Inhibemus ne laici infra ecclesiam vel extra ad processionem, vel ad aliud divinum officium utantur vestimentis benedictis, nec laici qui nesciunt cantare vel legere infra cancellos in choro cum clericis stent vel sedent, dum divina officia celebrantur, ubi sine impedimento clericorum non possunt laici commorari, nec aliqua monialis seu aliqua femina sæcularis præsumat presbytero dum celebrat ministrare, vel juxta altare aut infra cancellos sedere dum divina officia celebrantur.

Prohibemus ne antiquæ reliquæ amodo extra capfas nullatenus ostendantur, nec exponantur venales, inventasque de novo publice nemo venerari præsumat, nisi prius auctoritate summi pontificis fuerint approbatæ.

Item, prohibemus ne in ecclesia consecrata sanguinis violenti aut humani seminis effusione polluta, priusquam per episcopum reconciliata fuerit, divina officia celebrentur. Si vero in ecclesia non consecrata hoc fieri contigerit, aqua per presbyterum exorcisata primo aspergatur, antequam in ea divina officia celebrentur, & quam cito commode fieri poterit consecretur. Si autem in cæmeterio hoc fieri contigerit ante reconciliationem per episcopum factam, non sepeliantur in corpora defunctorum.

Districte etiam inhibemus, ut nullus præsumat edificare ecclesias, cappellas vel oratoria, hospitalia, vel alia loca religiosa in diocesi Caturcensi vel Ruthenensi, vel Tutelensi, seu altaria erigere sine nostra licentia speciali.

Præcipientes, ut in qualibet ecclesia parochiali nostræ diocesis calix cum patena argenteus, si commode fieri poterit, habeatur.

Item, prohibemus ne iudices seculares, & baylivi officiales, seu nuntii sæculares, in ecclesiis vel cæmeteriis causas, contentiones & lites seu placita audiant laicorum, quia processus causarum in eis habitus ipso jure non tenent.

Non permittant aliquatenus sacerdotes in ecclesiis vel cæmeteriis choreas fieri, nec dici cantilenas prophanas, & sæculares, nec edita, vel incanta ibidem induci per laicos al. iniqua. sive banna.

Item, præcipimus quod nullus laicorum seu officialium curiæ sæcularis, seu, quicumque alius hominem seu mulierem seu bona eorum de ecclesia, cæmeterio, hospitali, vel domo religiosa extrahat violenter, sed quod a rectoribus & clericis ecclesiarum defendantur, & alimenta si indigent eis caritative præstent, nec ab aliquo extrahantur sine nostra licentia speciali, nisi publicus latro vel nocturnus depopulator agrorum, seu qui homicidium, vel mutilationes membrorum in dictis locis committere non verentur. Qui nisi ad dicta loca ad que fugiunt crederent se defendi, nullatenus ipsa maleficia in dictis locis fuerint commissuri. Extrahentes enim violenter, seu injuriis afficientes illos qui ad ecclesias con-

ANNO
CHRISTI
1189.

confugerunt, ex statutis Domini Simonis quon-
dam legati in regno Franciæ excommunicati
sunt ipso facto, & feuda ac beneficia quæ ab
illis ecclesiis obtinent, protinus ipsis ecclesiis
committuntur, & eorum filii ad beneficia ec-
clesiastica obtinenda, eo ipso, redduntur inha-
biles & indigni, & nos tales statuimus excom-
municationis vinculo ipso facto innodatos.

Item, in ecclesiis parochialibus, in quibus
habitant monachi, populus per monachum
non regatur.

Item, prohibemus ne ecclesiis novi census
imponantur, vel veteres augeantur, nec par-
tem reddituum ecclesiarum, seu ipsas ecclesias
presumant de novo religiosi suis usibus appli-
care, nec portionem debitam & antiquam re-
ctorum seu cappellanorum diminuunt. Non enim
ad præsentationem religiosorum ad curam ali-
cujus ecclesiæ aliquos admittimus, nisi tan-
tum eis assignaverint de proventibus illius ec-
clesiæ, quod inde possint jura episcopalia sol-
vere, & hospitalitatem tenere, & congruam
sustentationem habere.

Item, districte prohibemus bona immobi-
lia, & fibros, & ornamenta ecclesiarum ven-
di, obligari, seu alias alienari, sine nostra
licentia speciali, nec etiam sine nostra licen-
tia alicui titulum seu stipendium in ecclesiis
per aliquem assignari.

Prohibemus etiam ne prior seu rector ali-
cujus ecclesiæ per se vel per alium emat de
pecunia de bonis ecclesiæ acquisita possessione
seu redditu suo nomine seu etiam alieno,
sed tantummodo nomine ipsius ecclesiæ, &
ad opus ejusdem: qui enim contra fecerit, de
jure tamquam sacrilegus punietur, & penam
amissionis sui beneficii poterit merito for-
midare.

Item, præcipimus quod si domini seculares
petant taliam vel subsidium a rectoribus ec-
clesiarum, nihil eis conferre præsumant, ni-
si nos ex causa rationabili duxerimus con-
cedendum, ne latenter in eis aliqua servitus
inducatur.

Intuper prohibemus ne priores, rectores,
& alii ecclesiarum prælati, vel eorum bona
immobilia de novo submittant laicis, seu re-
cognoscant se tenere ab eis; quod si tecus
egerint, & recognitio nulla erit, & ipsi re-
cognoscences ab officio & beneficio triennio
a canone noverint se suspensus. Laici vero si
ad hoc ipsos compulerint, nisi legitime mo-
niti desierint, & quod factum revocaverint,
eo ipso a canone excommunicationem incur-
runt. Statuimus etiam ut de his quæ tenent
clerici & laici sub dominio & jurisdictione
ecclesiarum, rectores & prælati ipsarum fa-
ciant fieri recognitiones & publica instrumen-
ta, ut sic in futurum indemnitate consu-
latur. Item, cum in officiis caritatis, illis
primo loco simus obnoxii, a quibus recogno-
scimus beneficia recepisse, districte præcipi-
mus, ut priores & rectores ecclesiarum nostræ
diocesis in ædificiis & reparationibus ipsarum
& domorum earundem, & in libris & or-
namentis & aliis divino cultui necessariis,
juxta facultates ipsarum, studeant cum opus
fuerit taliter se habere, quod eorum exemplo
ad hoc ceteri invitentur, cum ad hoc etiam
cogi possint & debeant secundum canonicas
sanctiones.

Prohibemus quod nullus ad cujus officium per-
tinet visitare, nisi unam procuracionem una die

recipiat, siue unum locum visitaverit, siue plu-
ra. Et si quilibet locorum visitatori per se suf-
ficiat ad dictam procuracionem solvendam cum
eidem sufficere debeat, ut temporalia metat a
locis personaliter visitatis pro diebus pro quibus
eis spiritualia subministrat.

Item, declaramus quoslibet dominos secula-
res, bajulos, nuncios, arrenduatores, & similes
levantes pedagia seu quidagia a clericis seu per-
sonis ecclesiasticis de rebus eorum propriis, quas
pro suis beneficiis, non causa mercimonii seu lu-
cri deserant, seu deserri faciunt, esse excommu-
nicatos, si sint persona singulares, si collegium
seu universitas, si municipium, esse interdicta:
a qua sententia excommunicationis absolvi non
debent, nec interdictum relaxari, donec exaltæ
plenarie restituerint, & de transgressione satisfac-
cerint competenter.

Præcipimus etiam universis & singulis recto-
ribus & cappellanis & eorum vicariis curam ani-
marum habentibus, ut singulis diebus dominicis
& festis cum missarum solemnitas celebrantur,
populo indicant declarationes memoratas, & nobis
insinuant contrarium facientes, & eis insi-
nuent, quod si nobis seu officiali nostro de præ-
dictis conspiterit, dictas sententias contra eos
publicabimus & faciemus publicari, & executio-
ni mandari, cum ad hoc teneamur.

Præcipimus etiam annis singulis festivitates
sanctorum doctorum Gregorii, Augustini, Am-
brofii, Hieronymi sub officio duplici per civita-
tem & diocesim Caturcensem solemniter celebra-
ri. Item, præcipimus, ut annis singulis festum
sanctum & magnificentum corporis & sanguinis Je-
su quinta feria post octavam Pentecostes, per
universas & singulas ecclesias nostre diocesis &
civitatis solemniter celebretur & colatur ab om-
nibus, sicut dies Nativitatis Domini ceteri con-
suevit & celebrari: ut si quis per totum an-
num in ejus celebratione propter occupationem
rei secularis seu aliam ex culpa seu negligentia
seu humana fragilitate omisum fuerit, tunc de-
votissime suppleatur, sicut in festo omnium san-
ctorum fieri consuevit: declarantes quod singulis
vere poenitentibus & confessis qui matutinali of-
ficio dicti festi in ecclesia in qua dictum festum
celebrabitur interfuerint, centum dies, & qui in
missa centum dies, & qui in primis vespers
& secundis centum dies. Qui vero in prima,
tertia, sexta, & nona & completorio dicti fe-
sti, pro qualibet dictarum horarum quadraginta
dies. Qui vero per singulas horas dierum singu-
lorum octavarum diei festi & missis interfue-
rint, pro qualibet ipsarum horarum & missæ,
centum de omnipotentis Dei misericordia & bea-
torum Petri & Pauli auctoritate, de injunctis
sibi poenitentis per summum pontificem rela-
xantur.

Abusum detestabilem horrendæ devotionis il-
lorum qui cruce, B. Mariae virginis aliorumque
sanctorum imagines, seu statuas irrevocenti au-
su tractantes, equis cum cessent a divinis in
aliqua ecclesia; vel cum est intemperies aeris
vel tempestatis vel fulgura cadunt, in terra
protrahunt in burticis & spinis que supponunt,
verberant, dilaniant, percutiunt & submergunt
penitus reprobandes, præmissa fieri. & aliqua
tale simile perpetuo prohibemus: & qui contra-
rium fecerint, ultrix procedet nostra seu officia-
lis nostri dura sententia, qua delinquentes sic
graviter puniet, quod alios a simili præsumtio-
ne compellet. Nunc multis aliis omisissis propter
eorum prolixitatem & brevitatem quam requi-
rit

ANNO
CHRISTI
1119.

rit iste liber, ad ultimas voluntates decedentium veniamus, ut per eorum theoreticam scientiam qualiter prelati & rectores & alia persona ecclesiastica se habere debeant in executione eorumdem, & ideo post de testamentis eundem est.

Aficiato viventi servierant, sive sint confanguinei, sive sint alii, aliqua juxta servitium meritum ipse clericus conferat & assignet, vel per successorem suum conferri præcipiat, prout moderate duxerit statuendum; quod moderamen cum non sit definitum a jure, arbitrio episcopi dicimus relinquendum. Consuetudine saltem beneficiatorum in nostra diocesi decedentium, quorum bona ad nos pertinent in omnibus integrâ remanente: qua consuetudo non est reprobata a jure, sed potius approbata.

Ceterum religiosus executor testamenti deputari non potest, cum volit nec velle habeat, nisi petita super hoc licentia suo superiori & obtenta. Et si plures fuerint executores deputati, uno eorum mortuo, vel in remotis agente, vel exequi nolente, vel alias nequente, poterant ceteri si sunt duo, vel unus per se voluntatem defuncti exequi, ne voluntas defuncti nimis detrahi, vel annullari contingat, nisi alter testator duxerit ordinandum, & tales etiam suis ordinariis tenentur de administratis debitam reddere rationem, ipsique ordinarii ab eisdem absque fraude seu negligentia de suscepta executionis officio teneantur exigere rationem, & illos quos circa aliquid deliquisse repererint, in eorum exemplum poena debita, quocumque non obstanti privilegio.

ANNO
CHRISTI
1119.

XXI.

De testamentis.

Quoniam secundum canones & leges etiam seculares defunctio testamentorum ad episcopos noicitur pertinere; idcirco districte præcipimus, quod rectores, & sacerdotum parochiales ecclesiarum suos parochianos, non solum in generali, sed etiam in speciali, nomine suo & illorum quorum interest, moneant & inducant, quod testamenta & ultimas voluntates defunctorum & maxime in relictis ad pias causas, prout ad eos pertinet, compleant & observent, de quibus relictis ad pias causas & aliis quæ spectant ad emendas & restitutiones defuncti copiam fieri sibi petant. De dicta vero monitione facta in speciali, & de petitione dictæ copiarum præcipimus fieri publicum instrumentum, & si forte ipsos super præmissis negligentes vel rebelles inveniunt, nobis intimare procurent, ut ad hoc ipsos per censuram ecclesiæ, prout justum fuerit, compellamus, poenam etiam subituri, prout jura suadent amissionis emolumenti, quod ex illis testamentis fuerant habituri, si infra annum a tempore dictæ admonitionis computandum contenta in illis testamentis neglexerint adimplere.

Sacerdotibus parochialibus præcipimus, ut parochianos suos moneant & inducant, quod in confessione suorum testamentorum præsentiam ipsorum sacerdotum advocent & requirant, ut per ipsos inducantur ad emendas & restitutiones, & ad legandum ad pias causas & ad alia prout eorum saluti viderint expedire. Nam secundum canonicas sanctiones quæ in testamentis coram presbytero parochiali & duobus vel tribus testibus pro salute relinquuntur, obtinere debent perpetuo firmitatem. De bonis clericorum decedentium dicimus sic debere servari, quod clericus secularis beneficiatus, vel non beneficiatus de bonis mobilibus quæ ad ipsum pervenerint ex successione parentum vel propinquorum, vel aliorum, vel ex officio, seu doctrina, vel officio advocacionis vel practicæ fizicalis, vel donatione, vel legato, vel aliunde, nisi tamen intuitu ecclesiæ suæ testari poterit, & in morte ac in vita disponere sicut laicus pro suo libito voluntatis. Si vero defecit intestatus, dicta bona devolvantur ad descendentes, si habet; deinde ad ascendentes, deinde ad collaterales; postea ad uxorem, si habet; istis deficientibus succedet ei ecclesiæ fiscus, & sicut sibi propinquus, quia ipsum Domino sociavit. Et tunc ordinabit de illis bonis episcopus, prout suo honore arbitrio sciendum. Bona autem clericorum intuitu suæ ecclesiæ acquisita, si sunt immobilia, ad ecclesiam devolventur, nec de his in morte, vel in vita aliquid disponere poterit, vel testari. De bonis vero mobilibus clericorum intuitu ecclesiæ acquisitis, licet de jure in alios pro arbitrio morientis transferri non possint; consuetudinis tamen est approbatæ a jure, ut pauperibus & locis religiosis & his qui clerico bene-

XXII.

De sepulturis

Quisque sepeliendus est in cœmeterio ecclesiæ in quo audit divina & recipit ecclesiastica sacramenta, nisi discrete, & cum sana intentione elegerit sepeliri in loco magis religioso, vel in sepulchro parentum suorum, vel in ecclesia cathedrali; in quibus tribus casibus canonica portio erit parochiali ecclesiæ restituenda, & si ei non restitatur, corpus & ea quæ obvenierint ejus intuitu a loco ubi sepultum fuit recuperare debet. Portio vero prædicta secundum consuetudinem universarum ecclesiarum aliquando est media, aliquando est tertia, aliquando quarta. Licet quarta deberi dicimus ubi de consuetudine non apparet. Nec est dicta portio deducenda de relictis per defunctum illi ecclesiæ in qua sepeliri elegit pro fabrica, pro luminariis, pro ornamentis, seu pro aliis ad perpetuum cultum derelictis, seu pro anniversario seu novenario in illa ecclesia faciendo, nec de equis, & armis, & aliis relictis in subsidium Terræ sanctæ, nec de relictis intuitu personarum, de quibus dicta portio non deducitur, si absque fraude parochialis ecclesiæ, id est proprio motu, & propria devotione defuncti sine instigatione alterius relinquuntur. De omnibus vero aliis quæ intuitu defuncti obveniunt, ecclesiæ in qua sepeliri elegit, parochiali ecclesiæ canonica portio est reddenda. Sed ex constitutione novissima domini Benedicti papæ XI. Prædicatores & Minores reddunt medietatem solum eorum quæ super defunctorum corpus deferuntur. Nullus tamen religiosus vel clericus secularis pactum faciat cum aliquo in sanitate constituto, nec aliqua infirmitate constitutum blanditiis, munusculis, sive donis vel deceptionibus inducant, ut in suo cœmeterio eligat sepulturam; quod si fecerit, pactum non teneatur, nec electio sepulturæ, quin immo & corpus, & quidquid

Occasione sepulturæ ipsius perceptum fuerit totaliter parochiali ecclesiæ restitatur infra decem dies: alioquin ex tunc ecclesia & cæmeteria, ubi facta erit sepultura, eo ipso manent interdicta, quousque dicta restitutio fuerit plene facta. Si vero aliquis in sanitate, vel in infirmitate, de qua non moritur, intrat religionem se & sua reddendo, non debet parochialis ecclesia de bonis illis habere canonicam portionem. Si autem in infirmitate de qua moritur religionem intrat, de bonis sibi oblati parochialis ecclesia, de qua sumtus est, debet habere canonicam portionem. Idem etiam dicendum est, si infirmus in una parochia non animo mutandi domicilium facit se mutari in infirmitate in aliam parochiam, & ibi moritur, non electa sepultura, in illa agritudine, & sepelitur ibidem, sua prima ecclesia parochialis, si nolit corpus recuperare, debet habere canonicam portionem. Si quis vero assumatur in contratriam alicujus loci religiosi bonis suis retentis nec oblati, ubicumque sepeliatur parochialis ecclesia debet habere canonicam portionem. Ne autem lites ex litibus oriantur, sciendum est, quod si parochianus alicujus ecclesiæ transfert domicilium suum in aliam parochiam, & ibi moriatur, statim parochianus fit illius ecclesiæ ad quam transfert domicilium, & illi ecclesiæ subiectus erit quo ad jus parochiale, videlicet in divinis officiis audiendis, oblationibus, pœnitentiis recipiendis, ibidem sepulturis, mortuariis & recipiendis ecclesiasticis sacramentis, & in his omnibus subtrahitur incontinenti & exiit per translationem domicilii a jure illius ecclesiæ parochialis in qua ante domicilium translatum morabatur. Peregrinus vero vel viator de remotis partibus veniens, ubicumque decesserit, nisi alibi sepulturam elegerit, ibi potest legitime sepeliri. Si vero parochianus alicujus ecclesiæ sive in sanitate, sive in infirmitate ad aliam vicinam parochiam iverit sive transferit, non animo domicilium immutandi, & ibi aliqua causa sine electione sepulturæ moritur, ad suam parochialem ecclesiam deportetur, vel sepeliatur in illa parochia, in qua est mortuus, si parentes ejus vel consanguinei & sua parochialis hæc duxerit concedenda. Sed illa ecclesia in cujus parochia mortuus fuerit non potest petere canonicam portionem ab ecclesia parochiali illius defuncti de illis quæ occasione sepulturæ vel legati pervenerunt ad eandem. Mulier autem constante matrimonio, & etiam mortuo viro suo, eligere potest sibi sicut vir sepulturam. Si vero sine electione decesserit sepulturæ, in cæmeterio ecclesiæ parochialis sepeliatur. Pater autem filio impuberi cujus voluntas discerni non potest, poterit eligere sepulturam; si vero non elegerit, sepeliatur impubes in cæmeterio ecclesiæ parochialis, vel in sepulcro parentum; supple de consuetudine terræ id habeat, ut habetur de sepulturis in cap. licet lib. 8. Hoc tamen non potest ubi consuetudo non habetur, ut in eodem cap. Item nota quod non debet aliquis alium obligare voto, juramento, fide, promissione, inductione, ut apud ecclesiam inducentis eligat sepulturam, vel electam non immutet; quod si secus fiat, nulla est electio, & ulterius alicubi alienam eligere non valebit. Inducentes quia si illum electum sepelierit corpus, & ea quæ sibi ob

Cœcil. General. Tom. XXIV.

hoc obtulerunt infra decem dies restituent; alioquin & cæmeterium & ecclesia ubi est sepultura, tandiu stabit interdicta quousque restitutio facta erit.

Sunt autem quidam quibus debet denegari ecclesiastica sepultura, scilicet Judæis, hæreticis, Sarracenis, excommunicatis majori excommunicatione & minori, & interdictis, & illis qui in torneamentis moriuntur, & illis qui se interfecerunt, & usurariis, & concubinariis, & prædponibus manifestis, & omnibus quos manifestum esse constiterit in peccato decessisse mortali. Hæc autem intelligenda sunt & servanda, nisi in morte apparuerint signa pœnitentiæ manifesta, videlicet quod petierit presbyterum, vel pœnitentiam, vel alia signa pœnitentiæ dum iam amiserit loquelam: & si talis habens talia signa erat excommunicatus, vel interdictus, & præventus morte non potuerit absolutionem habere, potest & debet ab illa sententia post mortem absolvi, ab illo tamen prælato vel iudice, per quem dum viveret fuerat absolvendus. Tamen ante absolutionem non debet in cæmeterio sepeliri, sed juxta cæmeterium ponitur sub terra, vel in aliquo ligneo monumento, & postmodum cum debet absolvi, debet exhumari & absolvi, & in cæmeterio sepeliri. Et ad probanda signa pœnitentiæ sufficit unus testis, si plures nequeant inveniri. Illi vero qui mortui reperiuntur, quos non constat in peccato decessisse mortali, nec constat etiam signa pœnitentiæ habuisse, tradendi sunt ecclesiasticæ sepulturæ, quia non est verisimile quod fuerint suæ salutis immemores, & quibus communicabamus vivis, communicare debemus & mortuis. Si vero corpus alicujus excommunicati in cæmeterio aliquo casu contigerit sepeliri, cum de hoc plene constiterit, statim extumentur ossa excommunicati, si discerni poterunt ab ossibus fidelium, & quousque cæmeterium reconciliatum fuerit aspersione aquæ per episcopum solemniter benedictæ, non sepeliatur in eo corpora defunctorum, & ideo multum sibi caveant sacerdotes, ne corpora excommunicatorum in cæmeteriis sepelire præsumant.

Prohibemus quoque districtè laicos intra ecclesiam sepeliri sine nostra licentia speciali. Sciendum est etiam, quod usurarii manifesti non sunt admittendi ad ecclesiasticam sepulturam, nec ad confessionem, nec possunt facere testamentum, nec eorum oblationes sunt admittendæ, nisi prius satisfecerint de usuris illis quibus tenentur, vel eis idonee de hoc caverint pro suarum viribus facultatum, vel eis quibus tenentur absentibus loci ordinario, vel rectori parochialis ecclesiæ per interim. Qui autem tales usurarios ad ecclesiasticam sepulturam admiserit, vel oblationes ab eis acceperit, quousque ad arbitrium episcopi illas restituerit, maneat jure hoc statuente ab officii sui executione suspensus.

Item, præcipimus quod quilibet sacerdos vestes sacerdotales habeat cum quibus sepeliatur. Nolumus enim quod vestimenta quæ sunt ecclesiæ propter hoc devastentur.

Item corpora suspensorum seu alia pœna capitali damnatorum, si in morte pœnitentes confessi fuerint, & dominus temporalis qui eos damnavit permiserit, deferri poterunt ad ecclesiam, & missæ pro eis celebrari & oblationes offerri & tradi ecclesiasticæ sepulturæ.

T t t XXIII.

Cum Dominus expresse dari præcipiat decimas & primitias, atque solvi, & nolentes solvere sint excommunicationis vinculo innodati; districte præcipimus, ut decimæ, & primitiæ solvantur integraliter parochialibus ecclesiis, in quarum parochiis prædia ex quibus fructus proveniunt fuerint constituta, & debent solvi statim cum fructus percipiunt, & antequam inde segregentur census vel tributa seu talque, id est quintam vel quartam, si tamen primo facta fuerit talis separatio, sicut agricola tenetur decimare & primitiare quod sibi remanet, ita dominus quod de acervo non decimato accepit. Si vero qui decimam tenetur solvere, vendat acervum bladi non decimatum; vel aliam rem non decimatam, de qua decima debet dari, potest etiam ecclesia decimam petere a venditore, si voluerit, vel etiam ab emtore, quia res transit cum onere suo ad quemlibet possessorem. Decimæ tamen agnorum, vel hædorum, caseorum, lanæ, porcellorum, & pullorum, non melior, nec deterior, sed medioeris ecclesiis quibus consuevit est fideliter persolvantur. Primitias autem illi ecclesiæ dari præcipimus de proventibus seu fructibus prædiorum, cui ratione eorundem prædiorum decimæ persolvantur. Nomine autem primitiarum, seu pro primitiis, ad minus sexagesima pars de blado & vino ecclesiis debet solvi, non tamen prohibemus quando priores, vel rectores quarundam ecclesiarum nostræ diocesis observent, si voluerint, consuetudines ecclesiarum suarum, quæ consueverunt habere a parochianis suis certam quantitatem bladi pro primitiis annuatim. Sciendum est quod decimæ, primitiæ, oblationes, mortuaria, jus sepeliendi, & jus ut parochiani in ecclesia parochiali, iusto impedimento cessante, diebus dominicis & festis convenient ad divina, & jus ministrandi sacramenta, & sacramentalia, & curam habere animarum ipsorum pro quibus tenentur orare sacerdotes, & in die iudicii domino reddere rationem, & alia jura parochialia ad rectorem seu sacerdotem parochialem de jure communi pertinere noscuntur, nisi privilegio, consuetudine, præscriptione seu jure alio speciali contrarium inducatur. Oblationes autem in tribus casibus a parochiano etiam invito exigí possunt. Primo, cum aliquid donatur vel legatur ut ecclesiæ offeratur. Secundo, quando sacerdos parochialis non habet unde vivat. Tertio, cum de laudabili consuetudine ecclesiarum est aliquid necessario offerendum, maxime in præcipuis festis, scilicet, Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Nativitatis S. Johannis Baptistæ, Assumptionis Beatæ Mariæ, Omnium Sanctorum, cujusque sancti patroni cujusque parochialis Ecclesiæ, & Dedicacionis ejusdem. In quibusdam tamen ecclesiis non continentur esse præcipua omnia ista festa. Aliæ vero oblationes sunt voluntariæ; a certis tamen personis ante reconciliationem recipiendæ non sunt, scilicet ab eo qui est notorie in odio, raptore, obstinato, inobediens, item ab uturario manifesto, item a publice excom-

unicato, item a publica moeretrice, item ab eo & sua familia qui fugientem ad ecclesiam ab ea violenter extrahit, item a sacrilego qui invasit ecclesiam & deprædavit, item ab hæretico hæreticæ fautore.

Sub poena excommunicationis prohibemus ne priores, seu rectores ecclesiarum Caturcensis, vel Ruthenensis, vel Tutclensis diocesis, sive sint regulares, sive sæculares, occasione decimarum vel primitiarum inter se cum clericis, nec etiam cum laicis occasione qualibet præsententur, nec clericus aliquis a possessione percipiendi decimas, seu primitias, vel alios quoslibet fructus possessorem, seu possidentem præsumat auctoritate propria spoliare. Si quis autem contra præsentem prohibitionem possessionem alterius in hoc casu invadere præsumserit, fructus quos per invasionem seu molestiam abstulerit ipso facto amittat, & restituat spoliato, in expensis, quas specialiter ob hoc fecisse constiterit, condemnandus; etiam si jus proprietatis percipiendi hujusmodi decimas, vel primitias, vel alios redditus temporales noscitur ad spoliatores, vel ad suam ecclesiam aut hereditatem propriam pertinere, gravius etiam si culpæ qualitas postulaverit puniendus. Non enim justum est neque bonum, quod aliquis jus in causa propria sibi dicat; sed si contra aliquem prior seu rector alicujus ecclesiæ pro decimis vel primitiis habuerit questionem, coram nobis vel officiali nostro seu aliis personis ecclesiasticis communiter ab utraque parte electis secundum jus amicabilem suam justitiam prosequatur. Generaliter prohibentes, ne super decimis & primitiis, vel aliis juribus spiritualibus clerici in laicos compromittant, quamvis in ipsos laicos de rebus temporalibus ad ecclesias pertinentibus valeat compromitti.

Ad hæc quia frequenter occurrit, quod inter aliquos religiosos, vel clericos sæculares nostræ diocesis questio ventilatur super decimis vel primitiis, vel aliis juribus spiritualibus seu super ecclesiastica prælatura, vel prioratu, vel alio ecclesiastico beneficio, seu possessione ipsorum, seu inter nos & aliquem prælatum, priorem, rectorem seu cappellanium; quia forte ad privationem suæ dignitatis, vel beneficii ex nostro officio vel alias intendimus ex justis & sufficientibus causis, is qui movet, vel is qui patitur questionem, bannum, titulum seu manum, seu aliud obstaculum sæcularis curiæ & domini in eo & super eo de quo est questio facit & procurat apponi, ut propter potentiam domini & curiæ sæcularis non possumus commode in præmissis censuram ecclesiæ, vel jurisdictionem ecclesiasticam libere exercere; & is qui præmissa procurat possit facilius res vel jura de quibus est questio obtinere vel etiam retinere; proinde duximus statuendum, quod quicumque religiosus, vel sæcularis clericus prædicto modo in rebus sive juribus ecclesiasticis spiritualibus apponi fecerit seu procuraverit bannum, titulum seu manum seu aliud obstaculum domini, seu curiæ sæcularis, nostræ vel officialis nostri licentia non obtenta, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat; & si forte is qui bannum, titulum, sive manum vel aliud obstaculum apposuit, canonice monitus infra mensem illud non revocaverit, vel ea occasione accepta non restituerit, eadem excommunicationis sententia sit ligatus.

ANNO
CHRISTI
1179.

ANNO
CHRISTI
1179.

Distribue etiam prohibemus ne aliqui clerici a biadum, ortalegia vel quolibet alia decimare præsumant, nisi præteritis & super hoc vocatis dominis rerum illarum, de quibus decima debet dari, nisi super hoc domini requisiti malitiose ad decimandum venite noluerint, nec decimas solvere ut tenentur.

Prohibemus etiam, ne aliqui religiosi in suis sermonibus aliquid dicat vel proponat, propter quod a solutione decimarum seu aliorum jurium ecclesiasticorum aliquis retardetur, seu aliis annuatur: qui vero quoad abstractionem solutionis decimarum contrarium fecerit, noverit se a canone eo ipso sententia excommunicationis innodatum. Et quia nisi fiat quod bonum est, a malo abstinere non sufficit, religiosi injungimus & a jure injunctum esse deciamus super oblatione divini iudicii & interminatione maledictionis æterna, ut in prima dominica, quarta, & ultima quadragesima & in festis Ascensionis dominice, Pentecosten, Nativitatis B. Joannis Baptistæ, Assumptionis & Nativitatis B. Mariæ matris Dei, & in suis sermonibus audientes expressè studeant informare, si ab ecclesiarum rectoribus vel vicariis aut eorum loca tenentibus fuerint requisiti, ne cum his quorum confessiones audient, conscientiam facere quod dictas decimas solvere non omittant. Quod si facere neglexerint scilicet, statuimus ut per eorum superiores graviter arguantur, eorum superioribus injungentes, ut super hoc talia statuta faciant contra eos puniendas, ut pœna eorum cedat eis in exemplum. Qui vero scienter postposuerint conscientibus conscientiam facere de solvendis decimis, ab officio prædicationis tamdiu maneat ipso jure suspensus & maneat a canone, donec conscientibus si domi commode facultatem habuerint, conscientiam facerint de solvendis decimis antedictis: exinde excommunicationis sententiam ipso facto incursum, si prædicare præsumserint, prædicta negligenter, ut præmittitur, non purgata. Hoc tamen non extenditur ad religiosos ministeriorum vel ecclesiarum decimas percipientium, sed ad alios decimas non percipientes, nullis super hoc privilegiis valituris.

Inhibemus etiam ne aliqui religiosi decimas novatum seu aliorum locorum ad eos legitime non spectantes sibi ullomodo approprient, seu usurpare præsumant exquisitis fraudibus sive illicitis seu coloribus, sed eas dictis ecclesiis libere solvere permittant, & aliquem non prohibeant quod non solvat, nec non & de animalibus famulantium suorum & aliorum sua animalia gregibus suis immiscerant & de animalibus qua in fraude ecclesiarum ab aliquibus emunt, & contra venditoribus tradunt vel aliis ab ipsis tenenda, & de terris quas tradunt aliis excolendas. Quod si fecerint, & in unum mensem postquam fuerint requisiti pro illis quorum interest non destiterint: aut si de his qua ipsi usurpare contra promissa vel retinere præsumserint; & infra duos menses emendam non fecerint competentem, sint & tamdiu maneat ab officiis, administrationibus & beneficiis suspensus, donec destiterint & satisfecerint, & si administrationem vel beneficia non habeant, eo casu quo alii supradictis suspensiones sustulerint, isti sententiam excommunicationis incurrant, ante satisfactionem condignam, nullatenus absolvendi, nullis privilegiis eos juvantibus. Præmissa tam intelligi volumus ad donatos seu oblatos religiosorum, qui eis contulerunt se & sua.

Concil. General. Tom. XXIV.

Deciamus etiam, quod decima levari debet secundum taxationem decimæ antiquitus consuetam & ad monetam currentem in partibus illis: & non debent per collectores, levatores, seu exactores ipsius decimæ ecclesiarum calices, libros & alia ornamenta divinis officiis deputata ex causa pignoris vel distractionis capi seu retineri.

Item, prohibemus ne aliqui religiosi a laicis decimas sine consensu diœcesanorum recipiant, nec alii clerici, nec alii laici cum jura hoc manserint prohibeant, nisi ex causa justa & rationabili, cum talis receptio in periculum animarum recipientium vergat notorie & damnatum & præjudicium ecclesiarum parochialium: statuimus quod rectores ecclesiarum seu eorum vicarii publice, semel, secundo, tertio, diebus dominicis astante plebe in suis ecclesiis moneant & prohibeant, ne aliqui talia de cetero attentare præsumant. Et si post monitionem contra fecerint, tam tradentes quam recipientes excommunicationis subjaceant ipso facto: quam excommunicationem publice præcipimus in ecclesiis parochialibus nunciari, & nomina excommunicatorum nobis vel officiali nostro in scriptis dari, ut contra eos dicta sententia aggraventur, cum hæc dicta est, probabiliter statuerit dominus Simon legatus in regno Francia in concilio generali Bituricensi.

XXIV.

De sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti.

Cum excommunicatio medicinalis sit ab initio, non mortalis; disciplinans, non eradicans, dum tamen is in quem lata fuerit non contemnat, sed ex hoc ad correctionem deveniat, prout debet, alioquin mors consequatur: caute provideant sacerdotes, ut non solum excommunicationis sententiam diligenter observent & faciant observari, sed & parochianos suos excommunicatos sæpe moneant, & inducant ut hac medicina humiliter & devote correcti absolutionis beneficium obtinere procurent, ne per privationem sacramentorum & orationum a communione fidelium, a quibus exclusi sunt, animarum suarum salvatio devietur. Ut autem periculum, quæ circa excommunicationum sententias occurrunt quotidie, obvietur, & sacerdotes super his ignorantiam non præterant, sciendum, quod duæ sunt species excommunicationis. Una specios excommunicationis est quæ vocatur major, excommunicatio alia quæ vocatur minor excommunicatio. Major vero excommunicatio aliquando infligitur ab homine, seu iudice, aliquando a jure seu canone, ut inferius apparebit. Infligitur autem major excommunicatio ab homine, id est iudice, cum episcopus vel officialis vel alius habens super hoc potestatem subditum suum excommunicat, cum dicit: *Illam excommunicamus, vel Te excommunico*. Jure vero vel canone infligitur excommunicatio, cum jus scriptum papæ, vel constitutio legati, vel concilium provinciale archiepiscopi, vel synodus episcopalis aliquid statuit vel prohibet, & in transgressores excommunicationis sententiam profert; & qui tunc excommunicatione majore ligatus est, sive lata ab homine, vel a jure, non debet ea durante recipere aliquod sacramen-

ANNO
CHRISTI
1189.

mentum nec intrare ecclesiam, nec debet alius communicare cum eo in oratione, nec in sermone, nec in cibo, nec in potu, nec in consilio, nec in osculo, nec in salutatione, nec alia communione, nisi loquendo sibi de salute animæ suæ, vel ipsum inducendo ad bonum, nec potest accipere dignitatem seu aliquod beneficium eccl. nec potest etiam esse iudex, nec procurator, nec testis, nec advocatus, nec adversarii sui tenentur sibi in iudicio respondere: tenetur tamen ipse, si est in sacris vel beneficiatus, dicere horas canonicas. Item contrahitur major excommunicatio cum aliqui cum excommunicato majori excommunicatione pro crimine participat cum eodem in crimine præstando sibi in eodem crimine, vel dando sibi consilium vel iuramentum.

Major autem excommunicatio aliquando dicitur anathema, id est solemniter excommunicatio, ut cum propter magnitudinem & immanitatem criminis, vel personarum, vel propter magnam inobedientiam episcopus & non inferior indutus pontificalibus, adstantibus sibi duodecim sacerdotibus candelas in manibus tenentibus aliquem publice excommunicat: qua excommunicatione prolata, debent candelæ in terram projici & pedibus concalcari.

Quicumque igitur excommunicatus fuerit ab homine, id est a iudice majori excommunicatione, ab eodem & non ab alio absolvi debet. Excommunicatus vero majori excommunicatione a iure, quod est in casibus pluribus infra proxime contentis, per episcopum diocesanum absolvi poterit, nisi superior qui illud jus condidit absolutionem sibi specialiter reservaverit, sicut in dictis casibus statim videbitur. Excommunicatus autem a quocumque, sive a iure, sive a iudice in mortis periculo constitutus a quocumque absolvi poterit simplici sacerdote.

Minor vero excommunicatio a iure contrahitur, ut cum aliquis cum excommunicato majori excommunicatione participat scienter, loquendo, comedendo, bibendo, salutando, secum orando, contrahendo, vel aliter communicando cum ipso, nisi ipsum inducendo ad bonum, & nisi in casibus infra contentis in §. *Quod enim*. Et qui talem excommunicationem contrahit, graviter peccat, & antequam confiteatur de hoc non debet recipere Eucharistiam, vel alia sacramenta. Si autem presbyter minori excommunicatione ratione participationis cum excommunicato ligatus celebret, vel confert ecclesiastica sacramenta, non propter hoc irregularis existit, & quicumque tali excommunicatione ligatus a suo absolvi poterit sacerdote. Nec excommunicationem contrahit qui cum excommunicato minori excommunicatione participat, quia excommunicatio in personam tertiam non transit. De excommunicatione majori lata a iudice constat per litteras ipsius iudicis. De illa vero majori excommunicatione que fertur a iudice hic notitiam tibi trado ponendo casus in quibus quis ipso facto excommunicatur a iure.

XXV.

Casus in quibus quis excommunicatur ipso facto a iure.

Videlicet cum quis incidit in hæresim, vel scienter defendit sive receptat hæreticos. Item, si quis Romanam ecclesiam dicit non esse caput, & ei ut capiti obedire recusat. Item cum quis manus suas injicit vel violentas vel temerarias in clericum vel religiosum, vel conversum, nisi in casibus infra scriptis, & absolutio soli papæ hic reservatur, nisi in casibus infra contentis. Item, cum quis non defendit clericum a violenta manuum injectione dum poterat eum defendere prætextu suæ potestatis vel officii. Item, cum quis clericum invitum retinet ponendo ei forte custodes, vel eum infra carcerem, vel domum includendo. Item, potestates, consules, & rectores civitatum & aliorum locorum, qui ecclesias & viros ecclesiasticos angariis, talis, seu collectis, & aliis exactionibus prohibitis aggravare nituntur, & moniti nolunt desistere, & successores prædictorum, nisi infra mensem excessum prædecessorum suorum purgaverint, dicta monitione iure novo remota, & nihilominus clerici talia promittentes vel solventes. Item deposita apud ædes sacras ecclesias impediens excommunicati sunt ipso facto, & universitates de hoc culpabiles interdixit, a quibus solus papa absolvit. Item, illi qui faciunt statuta vel consuetudines contra ecclesie libertatem, & qui ea scribunt, & qui secundum ea præsumserint iudicare, & qui ea fecerint observari, & nisi ea de libris suis infra duos menses post huius publicationem sententiæ fecerint aboleri. Et etiam consules & rectores & consilarii locorum ubi talia statuta edita fuerint excommunicati sunt ipso facto. Item incendiarii & fractores ecclesiarum ipso facto sunt excommunicati. Incendiarii vero aliarum rerum sunt excommunicandi, & ex quo erunt excommunicati, & per ecclesiam publicati, sive isti sive incendiarii ad papam sunt pro absolutione mittendi. Item, cum quis a paucioribus quam a duabus partibus cardinalium in papam electus pro papa se gerit, & humiliter noluerit abstinere, excommunicatus est ipso facto. Item, cum quis per se vel per alium falsas litteras domini papæ cum fautoribus & defensoribus suis, erit absolvendus a papa, & is qui scienter utitur litteris apostolicis etiam ab alio falsatis. Item, qui deferunt arma, ferrum, ligna, galeas, naves Sarracenis, vel regimen navium suarum exercent, vel aliud subsidium eis impendunt, in dispendium Terræ sanctæ vel christianorum. Item, religiosi leges vel physicam audientes. Item, archidiaconi, decani, plebani, præpositi, cantores & alii clerici perionatus habentes, nec non presbyteri leges vel physicam audientes, nisi infra duorum mensium spatium ab huiusmodi studio duxerint desistendum. Item, cum quis excommunicato propter crimen participat ei in crimine illo, & tunc participans ab excommunicatore absolvi debet. Item assassini, & qui per eos faciunt interficere aliquem, vel mandant, quamvis mors non sequatur, & defensores & receptatores ipsorum. Item, qui sponte & scienter participant.

ANNO
CHRISTI
1179.

ANNO
CHRISTI
1179.

cipant in divinis officiis cum excommunicato a papa, est excommunicatus sicut ipse, & a papa tantummodo absolvetur: nec tamen esset excommunicatus ipso facto, si participaret in hoc casu cum excommunicato a jure condito per papam. Item, qui christianos existentes in navigio pro mercatura, vel aliis honestis causis capere aut rebus suis spoliare, aut naufragium passos damnare præsumunt, & moniti non satisfaciunt. Item, illi qui statuunt vel exigunt nova pedagia. Item, illi qui immittuntur ordinationibus, vel alienationibus a schismaticis factis. Ille casus cavetur in Extravaganti Innocentii quæ incipit: *Gravis*. Item, religiosi non deferentes habitum extra monasterium suum, qualem essent infra monasterium gestaturi, vel accedentes ad studium sine licentia prælati, & cum consilio conventus & doctorum talium. Item, qui per vim vel violentiam vel metus compellunt judicem ecclesiasticum ut absolvat vel revocet sententiam excommunicationis, interdicti, vel suspensionis, excommunicatus est ipso facto, & etiam ipsa absolutio vel revocatio nulla est ipso jure. Item, laici qui compellunt clericos quod ab eis de bono recognoscant res ecclesiasticas se tenere, & qui olim compulerunt ad talem recognitionem faciendam, nisi moniti revocaverint; & qui occasione talium recognitionum aliquid de bonis usurpaverint, nisi moniti restituerint. Item, qui dant licentiam damnificandi in personis vel rebus judicis ecclesiastici, pro eo quod tulit in aliquos sententiam excommunicationis, interdicti, vel suspensionis, seu damnificandi eos qui tales observant sententias, nisi dictam licentiam re integra revocaverint, vel si occasione dictæ licentiæ bona capta fuerint & infra octo dies minime restituta, & qui dicta utuntur licentia excommunicati sunt ipso facto; & si in illa sententia per duos menses permanserint, ex tunc ab alio absolvi non poterunt quam a papa. Item, prælati, collegia, & clerici qui usurarios publicos non oriundos de terris suis domos conducere, vel habitare permittunt, & infra tres menses, de terris suis non expellunt, vel si eis domos locant, vel alio titulo concedunt ad frænus exercendum, si sunt episcopi vel superiores sententiam suspensionis, si vero sunt collegia sententiam interdicti ipso facto incurrunt: quam si per mensem sustinuerint, terra ipsorum ipso facto erit nihilominus interdicta. Item, persona singularis ipso facto excommunicata est & universitas interdicta, quæ concedit represalias sive marchas, id est pignoratias fieri contra personas ecclesiasticas, vel bona ipsarum, nisi concessionem hujusmodi revocaverint infra mensem. Item, qui novam religionem invenerit, & religiosi quorum religio per dominum Gregorium decimum fuerit augeri prohibita in concilio Lugdunensi, si de novo domum acquirerent vel fratres reciperent, vel domos antiquas alienarent, excommunicati sunt ipso facto. Item qui regaliam seu guardiam in ecclesiis & monasteriis vacantibus de novo habere conantes, bona eorum usurpant, & qui hoc procurant excommunicati sunt ipso facto. Item ille qui gravat eos ad quos spectat electio, quia ad ejus voluntatem aliquem non elegerunt. Item, in casu qui est infra in §. *qui litigantes*. Item, iudex ex fraude accedens personaliter ad mu-

liem pro testimonio recipiendo ab ea. Item domini temporales interdcentes subditis suis, ne cum clericis contrahant vel alias participent. Item, qui tradunt hæreticos vel fautores eorum ecclesiasticæ sepulturæ. Item, si domini temporales, si requisiti ab inquisitoribus hæresis non parent eis in negotio Inquisitionis, vel si de hoc crimine cognoscunt, vel captos pro hæresi liberant, vel aliter impediunt negotium inquisitionis. In omnibus enim prædictis casibus major excommunicatio infligitur ipso facto a jure per summos pontifices constituto.

Per constitutiones etiam domini Symonis quondam legati in regno Franciæ excommunicati sunt ipso facto omnes impediendes per seditiosam conspirationem, vel conventionem quominus libere ecclesiis vacantibus electio fiat, & laici sunt & eorum familia est nihilominus interdicta, quarum sententiarum absolutio sedi apostolicæ reservatur. Item, iudex qui auctoritate legati citat sub illa forma quos lato præsentium nominabit vel consimili, vel proferendo testimonio ubi causæ status productionem testium non requirit, excommunicatus est ipso facto. Item, iudex datus a legato qui exigit pecuniam vel aliam rem, vel oblatam recipit, etiam ex post facto pro absoluteione habenda a sententia excommunicationis, interdicti vel suspensionis, & taliter excommunicatus ab alio absolvi non poterit quam a legato. Item, habentes jurisdictionem solummodo temporalem, qui coram se personas ecclesiasticas, allegato fori privilegio, super actionibus mere personalibus litigare compellunt. Item, consules vel iudices sæculares, qui testamenta vel ultimas voluntates factas rite juxta canonicas sanctiones pro eo reproband vel impugnant, quia in earum confectio- ne præsentibus non fuerint, si moniti infra octo dies ab hoc impedimento non duxerint desistendum. Item, illi qui a personis clericorum vel pro rebus eorum quas non ratione mercimonii per terram vel aquam deferri faciunt, pedagium exigunt, etiam si quoad laicos pedagium sit antiquum, nisi moniti duxerint desistendum. Item, qui contra ecclesiæ libertatem vel contra ecclesiæ consuetudines antiquas & approbatas, rationabiles & hæcenus pacifice observatas, statuta, banana, prohibitiones, præcepta scientes fecerint, vel procuraverint, vel servaverint, vel servantibus opem dederint, nisi moniti per locorum diocesanos ea revocaverint infra mensem. Item, in illo casu qui est supra in titulo de veneratione ecclesiarum §. 111. Item præcipimus, quod nullus laicorum, &c. Item, qui litigantes seu litigare volentes in foro ecclesiæ super causis mere ecclesiasticis, vel quæ ad forum ecclesiæ pertinent, de antiqua & approbata consuetudine, & hæcenus pacifice observata, ad desistendum compellunt per ipsorum, vel propinquorum suorum, vel rerum suarum captioneum, vel modis aliis quibuscumque. Item, qui executores ecclesiasticorum iudicum, vel alios eorum, litteras vel acta judiciaria deferentes hæc occasione, verberare, capere, retinere, occultare, incarceratione, mutilare, interficere, cartas, vel acta illis auferre, cancellare vel quoquomodo destruere, vel ablata celare, aut hoc procurare, aut his consilium vel opem præbere præsumperit, excommunicatus est ipso facto.

Per

ANNO
CHRISTI
1189.

Per constitutiones quoque provincialis concilii Bituricensis excommunicati sunt ipso facto omnes clandestine matrimonium contrahentes & cooperatores, & scienter presentes. Item abufores litterarum apostolicarum in casibus qui sequuntur, videlicet, quicumque obtentas sub nomine suo litteras alii ejusdem nominis tradunt, qui quos volunt fatigant indebitae per eandem, & qui eas tali modo recipiunt, & qui faciunt ad iudicium evocari eos contra quos non habent aliquid quaestionis, & qui ipsas litteras trahunt ad futuras controversias, quae non erant tempore impetrationis extortae. Et qui aliquando super uno negotio, vel malitiose super pluribus personarum actionibus, quae sub uno iudice possent tradari commodius per varias litteras coram diversis trahunt iudicibus; & reus si re conveniat actorem in diversis locis, vel coram alio iudice & qui citari procurat suum adventarium ad villam quae habet commune vocabulum cum pluribus ejusdem provinciae villis, nec determinatur certo modo illa villa in citatione, omnes illi excommunicati sunt ipso facto. Item qui procedit ut iudex datus a sede apostolica, vel legato, & non est in dignitate vel in cathedrali, vel alia collegiata & honorabili ecclesia constitutus, vel procedit alibi quam in loco non insigni, ubi non potest haberi commode juris copia peritorum, & pars etiam quae abutitur secundum statuta antiqua ejusdem concilii, excommunicati sunt ipso facto. Item qui defunctum olim excommunicatum ab ordinario, ejus licentia non obienta, tradit ecclesiasticae sepulturae, qui dicebatur esse absolutus in mortis articulo ab aliquo sacerdote, nec de hoc constabat sufficienter, & cooperatores hujus facti, & qui opem, consilium vel concessum dederunt, & qui expensas ministrarunt, & qui scienter huic funerali praesentes fuerunt, excommunicati sunt ipso facto. Item, illi qui usurarios publicos in suis coemeteriis scienter sepelire praesumpserint. Item, religiosi & clerici, & laici, qui sine consensu dioecesanorum decimas in praedictum parochialium ecclesiarum recipiunt a laicis, vel subrahunt eis excommunicati sunt ipso facto. Dum tamen ante in diebus dominicis, ante plebe, tamen, secundo & tertio publice monitio & prohibitio facta fuerit, quod talia non attentent, nec ex aliqua iusta causa & rationabili super hoc se defendere possint, quorum nomina post publicationem dictae sententiae tradenda erunt dioecese, ut ulterius procedat contra eos ut fuerit rationis. Item, ecclesiae Bituricensis suffraganei, & eorum officiales, & alii inferiores iudices, qui appellationibus non deferunt quibus est deferendum, aut propter hoc parti bona fide appellanti, aut advocatis suis molesti existunt scienter & malitiose, per mensem ab ingressu ecclesiae sunt suspensi; advocati autem qui scienter & malitiose, aut ex favore illicito contra hoc se subtraxerunt, excommunicati sunt ipso facto. Item officiales & alii iudices ecclesiae Bituricensis impediens per malitiam & scienter jurisdictionem suffraganeorum, aliorum ecclesiasticorum iudicum subiectorum ejusdem ecclesiae per mensem ab ingressu ecclesiae sunt suspensi; advocati autem qui malitiose contra hoc fieri procurant, excommunicationis sententia sunt innodati.

Per synodales quoque constitutiones hujus ecclesiae Ruthenenis excommunicati sunt ipso facto, & sic esse statuimus & ordinamus, publici concubinarij, publici usurarii, publici latrones & aggressores itinerum, invasores ecclesiarum, aliorum sacrorum locorum, homicidarum, divinatores, & tortilegi diffamati. Item, detinentes publice decimas, sine licentia ecclesiae & injuste. Item, qui bannis non praemissis matrimonia clandestina contrahunt, & qui eis scienter interfunt. Item, qui diversa matrimonia scienter contrahunt altero durante. Item, qui contra interdictum ecclesiae nuptias scienter contrahunt veritas vel incestas. Item, curam animarum habentes notarii publici officium sine nostra licentia exercentes. Item, qui debitorum creditorum suorum scienter retinent instrumenta, vel notas sumtas non faciunt cancellari, super his requisiti, postquam de debitis vel creditis eis fuerit satisfactum. Item, qui sine auctoritate legitima vel licentia nostra conferunt ecclesiastica sacramenta in dioecesi Ruthenensi praeter baptismum parvulorum, & in casu necessitatis Eucharistiam & poenitentias morientium, vel nisi ad breve tempus de licentia rectoris seu vicarii parochialis ecclesiae. Item, lata est excommunicationis sententia ipso facto in illo casu qui est supra in tit. de decimis §. III. ad hoc quoniam frequenter occurrit.

ANNO
CHRISTI
1189.

In omnibus igitur praedictis casibus, in quibus excommunicatio ipso facto a jure fit, episcopus absolvere poterit, nisi in illis casibus de quibus expresse dictum est, quod domino papae vel legato absolutio referatur.

XXVI.

Percutens clericum in his casibus non incurrit excommunicationem.

Quod autem dictum est quod percutens religiosum vel conversum, ipso facto excommunicationem incurrit, fallit scilicet quod non incurrit excommunicationem, videlicet in clerico apostata comam nutriente, quia a percussore clericus ignoratur. Item in clerico militaria arma gerente, & tertio monitus per dioecesanum noluit se corrigere. Item, si nec in modo tonsurae, nec in vestitium forma, nec in qualitate negotiorum de clerico quicumque ostendit, & etiam monitus per dioecesanum se non corrigit. Item, secundum quorundam opinionem in clerico exercente negotia secularia, & etiam ter monitus per dioecesanum se non corrigit. Item, in clericis publice ducentibus uxores, ut fraudent suos dominos seculares juribus suis, nec habent spem redeundi ad clericatum, nec episcopus tales sub foro retinuit, nec beneficium eis saltem dispensative concessit. Item, in illo qui habitu clericali dimisso tyrannidi & crudelitati se immiscet, vel seditionem vel guerram movet, vel publice atrociter delinquit. Item, in illo qui contra prohibitionem dioecesis publice factam recipit administrationem secularium personarum, si talis propter fraudulentam rationem capiatur. Item, in illis qui non ex odio, nec invidia, nec ex indignatione, sed jocosa levitate se percutiunt; in magistro moderate percussente causa correctionis vel disciplinariae.

ANNO
CHRISTI
1189.

ANNO
CHRISTI
1189.

discipline. Item, in illo qui temperate se defendit. Item, in illo qui invenit clericum cum uxore, sorore, vel filia propria turpiter agentem. Item, in illo qui hoc facit de mandato prelati proprii: quamvis enim clericus non debeat verberari, etiam causa correctionis per laicum, quando clericus ad hoc potest commode haberi: alioquin preceptor, & verberator in excommunicationem incidunt; tamen de mandato prelatorum capi possunt, & ad iudicium trahi etiam violenter, dum tamen non amplius capientium violentia se extendat, quam exigat rebellio clericorum. Item, in presbytero vel alio ad quem pertinet eicere de ecclesia clericum turbantem divinum officium. Item, in eo qui ratione officii quod obtinet in ecclesia clericum percutit. Item, in seniore ecclesie, qui causa devotionis hoc facit. Item, in prelato leniter corrigente. Item, in domino famulum corrigente. Item, in propinquo vel parente hoc idem faciente. Item, in clerico deposito & tradito curie seculari. Item, in illo qui transit ad actum prout contrarium, puta militiam, dimissa tonsura. Item, in bigamo, vel eo qui contraxit cum vidua, vel corrupta, vel habuit & cognovit duas uxores.

Illud etiam, quod dictum est, quod percussus clericus est a papa solummodo absolvendus, fallit, quia ab episcopo poterit absolvi, si habet in itinere sedis apostolicę inimicos capitales, vel alias iustas causas, vel excusationes quare ire non potest. Item est idem in ostiario magnatis, qui pretextu officii clericum, non tamen graviter, læsit. Item, in officiali qui arcendo turbam non ex proposito clericum percussit. Item, in mulieribus, item in senibus, & valetudinariis. Item, in destitutis membris suis: ita quod ire non possit. Item, in infirmo quando non est spes de convalescentia. Item, in paupere qui non habet de quo vivat, nisi quæreret ostiatim quod non consuevit. Item, in religiosis, & communiter viventibus. Item, in his qui non sunt sui juris, ut filii familias, vel servi, & pater, vel dominus grave damnum pateretur, si illi ad papam accederent, sed debet eis in recompensationem laboris alia satisfactio injungi. Item, in monialibus. Item, in hospitalariis sancti Johannis Hierosolymitani. Item, in his qui levem & modicam non enormem clericis injuriam irrogarunt; quæ autem sit levis arbitrio episcopi jus relinquit. Item, in eo qui est in mortis articulo constitutus, qui absolvi potest a quolibet sacerdote: cui injungendum est, si fuerit gravis injectio, quod si evadat, vadat ad papam mandatum tuum super hoc recepturus.

Quod etiam supradictum est, quod qui cum excommunicato majori excommunicatione participat, non tamen in crimine pro quo fuerat excommunicatus, nec etiam in dictis quando erat excommunicatus per litteras papæ, sed alias cum eo, in verbo, cibo, potu, vel aliter participat, minorem excommunicationem incurrit. Fallit in quibusdam personis, quæ possunt licite participare cum eo; ut uxores cum maritis excommunicatis, in quorum potestate consistunt. Item, servi & ancille, ut Sarraceni olim nunc baptizati cum suis dominis excommunicatis. Item, servientes, ut puta pastores, pediseccæ, & alii mercena-

arii cum suis dominis excommunicatis antequam incipiant morari cum eis: finito vero termino servitii vel conductionis debent ab eis recedere, aliter minorem excommunicationem incurrunt. Item nepotes & consanguinei, nutrices, & similes, qui si a dominis excommunicatis recederent, non haberent unde viverent. Item, qui participat ignoranter cum excommunicato. Item, peregrini, & viatores possunt emere sua necessaria ab excommunicatis dum transeunt per terram ipsorum. Item, licite potest dari excommunicato elemosyna, ne fame pereat, & peti ab eo debitum, & in iudicio convenire, & tibi predicari, & loqui cum eo de salute anime suæ. Et licet in prædictis casibus non teneatur quis præcise vitare excommunicatum, tamen in quantum bono modo fieri poterit, est vitandus.

Item, quod dictum est, quod in dictis casibus vitare non teneor excommunicatum, verum est, nisi mihi specialiter ejus communio fuerit interdicta: quod ex causa fieri posset, si in fame pereunte. Verumtamen si filii mei, vel servi, vel alii mihi subiecti ratione paternæ potestatis, vel dominicæ, vel ratione officii sunt excommunicati, debeo vitare ipsos; aliter minorem excommunicationem incurro, & hoc est ideo, ut eorum absolutionem citius ego procurem. Uxorem etiam excommunicatam vitare debeo, nisi forte quoad carnis debitum. Item, mercenarium excommunicatum vitare debeo, si absque magno incommodo hoc facere possum, alias non tenebor.

Sciendum est quoque, quod sententia excommunicationis & sententia interdicti & suspensionis censure ecclesiastica appellatur. Omnibus autem rectoribus & sacerdotibus parochialibus, & eorum vicariis districtissime prohibemus, ne in aliquem excommunicationis, interdicti, vel suspensionis sententiam proferre præsumant sine nostra vel officialis nostri vel superiorum nostrorum licentia speciali. Et si forte nos, vel officialis noster, vel alius superior eis specialiter duxerimus vel duxerit committendum, quod per censuram ecclesie compellant aliquos ad aliquid faciendum; caveant diligenter quod ex causa rationabili, & trina monitione præmissa, vel una perentoria pro omnibus, illam sententiam, sive generaliter, sive specialiter proferatur, in scriptis proferant, & in illo scripto causam, quare illam proferunt expresse conscribant, & eam scriptam in manibus teneant, & eam legant, & transcriptum illius scripturæ tradant illi contra quem lata est sententia intra mensem ex quo fuerint requisiti. Et si aliter serant dictam sententiam, ab ingressu ecclesie, & divinis officiis suspensi sunt ipso jure: & ille contra quem lata est ad interesse tenetur, & si dicta suspensione durante se divinis officiis injecerint, sicut prius irregulares existant, nec cum eis, nisi per sedem apostolicam poterit dispensari.

Sententia vero formari poterit in hunc modum: Cum ego P. rector seu cappellanus talis ecclesie auctoritate commissionis mihi factæ per talem, canonicè monuerim talem militem, ut de talibus decimis satisficeret tali ecclesie, & non curavit obedire, ideo

ANNO
CHRISTI
1119.

ANNO
CHRISTI
1119.

„ propter eius contumaciam in his scriptis
„ subpono ipsum ecclesiastico interdicto, & si
„ per octo dies interdictum sustinuerit, ip-
„ sum ex nunc, ut ex tunc in his scriptis
„ excommunico. Si vero sententia sit in ge-
„ nere terenda, dicatur sic. Cum P. rector,
„ vel cappellanus talis ecclesie canonice mo-
„ nuerim in tali ecclesia omnes generaliter,
„ in quicumque fecerit tale furtum, vel ignem
„ apposuerit, satisfaceret infra mensem, vel
„ talem diem jam elapsam, & nullus satis-
„ fecerit, ideo illum qui prædicta fecit, sub-
„ pono ecclesiastico interdicto; & si per octo
„ dies interdictum sustinuerit, ex nunc, ut
„ ex tunc illum excommunico. Ad hæc si
„ excommunicatus publice majori excommuni-
„ catione interest tum divinum officium cele-
„ bratur, publice moneatur, quod exeat: & si
„ exire noluerit, dimittatur officium, nisi sa-
„ cerdos canonem inceperit: quia tunc perfi-
„ cere debet officium jam inceptum. Sed om-
„ nes alii qui tunc in ecclesia fuerint, de-
„ bent exire de ecclesia præter ipsum presby-
„ terum celebrantem, & unum vel duos cle-
„ ricos qui pro sequendo eadem presbytero pos-
„ sunt & debent in ecclesia remanere. Com-
„ plecto autem canone & sumtis corpore & lan-
„ guine JESU CHRISTI, præsentem excommu-
„ nicato, non est in missa amplius proceden-
„ dum; sed si ecclesia jurisdictionem in loco
„ habeat temporalem, potest ipsum expellere
„ violenter: si vero non habet jurisdictionem,
„ & excommunicatus noluerit exire de eccle-
„ sia, potest ecclesia requirere dominum tempo-
„ ralem quod ipsum expellat. Et hæc servanda
„ sunt in illo qui nominatim & publice est ex-
„ communicatus. Vetum si occultum est illum
„ esse excommunicatum majori excommunica-
„ tione qui intrat ecclesiam, & est ibi aliquis
„ qui secrete sciat eum esse excommunicatum,
„ monendus est ab eo secreto ut exeat de ec-
„ clesia: & si monitus exire noluerit, exeat
„ caute de ecclesia ille qui scit secrete eum es-
„ se excommunicatum: ita quod alii qui excom-
„ municatum ignorant, non possint hoc cognos-
„ cere: quia cum occulte sciat eum excommu-
„ nicatum, in occulto vitandus est ab eo, ut
„ saltem verecundie rubore confusus, pro laten-
„ te excessu satisfacere compellatur: sed publi-
„ ce seu manifeste talis excommunicatus vitari
„ non debet, ne propter hoc ipsius peccatum
„ & excommunicatio alius reveletur. Eodem
„ modo si sacerdos sciat aliquem esse excom-
„ municatum majori excommunicatione, non
„ debet eum vitare publice seu manifeste in ec-
„ clesia vel extra, (nisi possit per testes vel alio
„ modo legitime hoc probare; tunc enim po-
„ test & debet eum vitare publice,) videlicet
„ quia ipse solus vidit, vel cum uno teste tan-
„ tum, sed ipse in secreto sibi dicere debet, &
„ monere eum secrete: ita quod a nemine co-
„ gnoscatur, sicut supra proximo est expressum.
„ Item, si dicatur alicui sacerdoti in ecclesia
„ vel extra, quod aliquis parochianus suus sit
„ excommunicatus, quia percussit clericum, vel
„ alia causa, & plures asserunt; non tamen sa-
„ cerdos debet eum tanquam excommunicatum
„ vitare in ecclesia vel extra, nisi coram eo,
„ & coram testibus hoc confessus fuerit, vel
„ nisi publica fama fuerit, ipsum esse excom-
„ municatum, vel nisi ipse sacerdos hoc viderit
„ & probare possit, vel nisi alius iudex eccle-
„ siasticus sibi mandaverit, quod eum tanquam

excommunicatum faciat vitari: quamvis enim
aliqui velent coram sacerdote probare talem
esse excommunicatum, non debet sacerdos
auctoritate sua testes super hoc recipere, cum
super hoc non habeat potestatem.

Sane quia aliquando excommunicatur ali-
quis a diversis iudicibus jurisdictionem in eum
habentibus, & pro causis diversis, si ab uno
de illis iudicibus fuerit absolutus, adhuc ta-
men tanquam excommunicatus vitandus est,
quousque ab omnibus iudicibus fuerit absolu-
tus. Si autem ab uno iudice tantum pro cau-
sis diversis fuerit excommunicatus, & ille ju-
dex absolvat eum una causa tantummodo in
absolutione expressa, adhuc remanet excom-
municatus & vitari debet quousque de omni-
bus causis pro quibus excommunicatus fuerit
satisfaciat, & faciat pro omnibus se absolvi.
Excommunicatos quoque, & nominatim ip-
terdictos sive a nobis, sive ab aliis quibuscum-
que iudicibus fuerint excommunicati, vel no-
minatim interdicti per totam nostram dioce-
sim ab omnibus regularibus & secularibus
exemptis & non exemptis districte præcipimus
evitari in divinis officiis & ecclesiasticis sacra-
mentis, quia nulli possunt apostolicis privile-
giis se tueri, quominus excommunicatos &
nominatim interdictos teneantur & debeant
in divinis officiis evitare; immo etiam per
constitutionem domini Legati qui contra fa-
ciunt quantumcumque sint exempti, ingressum
ecclesie sibi noverint interdictum, quousque
pro laboribus sententiarum de contemptu, &
aliis quorum interest de suo interesse satisfe-
cerint competenter. Quod si Templarii, vel
Hospitalarii, vel alii regulares quicumque et-
iam exempti excommunicatos vel nominatim
interdictos recipere præsumserint ad divina,
vel ad ecclesiasticam sepulturam, aut celebra-
re in ecclesia interdicta, ultra dictam penam
ecclesie, in quibus præsumserint, subiciantur
interdicto, talis privilegii Hospitaliariorum,
quibus a sede apostolica est indultum, ut se-
mel in anno ad ecclesiastica officia admittan-
tur, in ecclesia interdicta; ita tamen quod
tunc non sepeliantur ibi corpora defunctorum.

Deinde videndum est qualiter & a quibus
infirmi excommunicati & interdicti in mortis
sint articulo absolvendi. Et quidem si infir-
mus, vel aliquis alius in mortis articulo con-
stitutus excommunicatus, vel interdictus fue-
rat occulte vel manifeste propter violentam
manuum injectionem in clericos factam, vel
propter violationem ecclesiarum, incendium,
furtum, contumaciam, vel propter aliam
quamlibet causam sive excommunicatus vel
interdictus a papa, archiepiscopo, iudice de-
legato, sive aliquo alio, vel a iure, absolvat
eum sacerdos, sive sit parochianus epus, sive
non, vel etiam quilibet, si sacerdos haberi
non potest, servando diligenter absolutionis
formam, quæ inferius in sequenti §. continetur;
non quod secundum opinionem quorum-
dam absolvi possit ab alio quam sacerdote,
sed propter fidem quam habuerit, absolvetur
post mortem a proprio sacerdote. Si
tamen propter violentiam ecclesiarum, incen-
dium, furtum, rapinam, decimas, primi-
tias, legata, debita, tallias, vel propter
damna aliqua contra justitiam illata, infir-
mus in mortis articulo constitutus sit excom-
municatus occulte, vel interdictus, & occulte
sibi petat a sacerdote absolutionem & pœ-
ni.

ANNO
CHRISTI
1139.

ANNO
CHRISTI
1139.

nitentiam exhiberi; præcipiat ei sacerdos occulte antequam absolvat eum, quod si habet illam rem quæ debet restitui, illam incontinenti restituat, vel ejus pretium, si res illa haberi non potest. Et restituatur per ipsum sacerdotem subpresso nomine penitentis. Et si in toto non potest satisfacere, satisfaciat juxta posse, & præcipiat suis heredibus, quod si de illa infirmitate contigerit ipsum mori, ad cognitionem sacerdotis satisfaciant pro eodem. Et recepto juramento ab ipso infirmo interdicto vel excommunicato quod stabit mandatis ecclesiæ, absolvat eum occulte sacerdos dicendo psalmum *Miserere mei: vel Deus miserere nostri*, &c. *Kyrie eleison, Pater noster, Salvum fac. V. Dominus vobiscum. Oremus. Deus, cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram, & famulum tuum quem delictorum & excommunicationis catena constringit, miseratio tua pietatis absolvas per Christum Dominum nostrum. Amen.* Et postea dicat: *Auctoritate Domini qua fungor, absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, & specialiter a sententia excommunicationis, qua ligatus eras pro tali facto, & præcipio tibi quod de cetero talia vel consimilia non committas.* Et sub eadem forma absolvat sanus interdictus vel excommunicatus, quando erit absolvendus. Si autem propter gravem infirmitatem mortis periculum excommunicato imminet, & occasione restitutionis faciendæ non potest differri absolutio sine magno periculo, si excommunicatus restituendi habeat voluntatem, recipiat statim sacerdos ab ipso excommunicato juramentum de stando mandatis ecclesiæ, & absolvat eum occulte sibi præcipiendo sub pœna præstiti juramenti, quod quam cito commode poterit satisfaciat juxta posse, & quod præcipiat suis heredibus, quod satisfaciant pro eodem. Si vero talis infirmus occulte interdictus vel excommunicatus tam pauper sit, quod non habeat unde in toto vel in parte satisfacere possit, receptio ab ipso juramento occulte de stando mandatis ecclesiæ, injungat ei sacerdos quod si convaluerit, & contingat ad fortunam pinguiorem venire, satisfaciat juxta posse & absolvat eum juxta formam prædictam. Verumtamen si manifestum fuerit aliquem infirmum excommunicatum esse vel interdictum propter rapinam, decimas, primitias, debita; vel aliqua alia causa, ad quorum restitutionem vel emendam tenetur, præcipiendum est ei manifeste, quod restitutionem, vel solutionem incontinenti faciat juxta posse, & si non potest incontinenti satisfacere, quia forte non habet rem quæ debet restitui, nec ejus pretium, vel non est præsens ille cui solutio vel restitutio faciendæ, recipiat sacerdos firmam securitatem ab ipso infirmo per fidejussores, seu pignora, quod ipse vel heredes sui restitutionem vel emendam faciant juxta posse, & facta securitate, recipiat nihilominus sacramentum sacerdos publice ab ipso interdicto vel excommunicato, quod stabit mandatis ecclesiæ vel judicis, si propter hoc a judice erat excommunicatus, & absolvat eum juxta formam prædictam. Si autem infirmus talis manifeste excommunicatus aut interdictus tam pauper sit, quod nec restitutionem in toto vel in parte possit facere, nec securitatem dare, receptio juramento ab ipso de stando mandatis ecclesiæ

Cœcil. General. Tom. XXIV.

vel judicis, si propter hoc a judice excommunicatus erat, injungat ei in virtute præstiti juramenti, quod si convaluerit compareat quam commode poterit coram illo iudice, facturus quod jure fuerit faciendum. Si vero propter verberationem clerici vel aliojus religionis personæ infirmus excommunicatus sit, recipiet sacerdos simpliciter juramentum ab eo quod stabit mandatis ecclesiæ, & absolvet eum præcipiendo sibi quod si convaluerit, accedet personaliter ad dominum papam, vel ejus legatum, mandatum ipsius humiliter recepturus. Si tamen talis excommunicatus senex sit vel femina, vel unum tantum pedem habens, aut puer intra quatuordecim annos constitutus, prædicto juramento ab ipso recepto, & absolute præstita, præcipiendum est eis, quod si convaluerint, ad suam episcopum accedant, mandatum ejus humiliter recepturi. Ne vero ipsum infirmum licet absolutum mori contingat nulla præstita satisfactione clerico injuriam passo, & ab eodem clerico venia non petita, præcipiat sacerdos idem quod ab ipso clerico, si præsens est, vel haberi commode potest, petat veniam de injuria quam sibi fecit, & alia omnia damna, si quæ propter hoc passus est, ei restituat; vel si non potest incontinenti de expensis & damnis datis satisfacere, si haberi non potest clericus injuriam passus, præcipiat infirmus suis heredibus, quod ipsum satisfaciant pro eodem. Si autem excommunicati in infirmitate vera constituti vel aliter canonicè impediti, juxta formas prædictas fuerint absoluti, recuperata sanitate, ut quam cito poterint excommunicatori se præsentent, ipsi pro absolute certis terminis prærigatur, infra quem eoram excommunicatore se præsentent satisfacturi de iis pro quibus fuerant excommunicati, & si infra illum terminum denuntiatum per cappellanum non satisfecerint, per excommunicatorem de novo in pristinam sententiam sine monitione alia reducantur. Si vero fuerit simulata infirmitas, & de hoc constat, denuntiandus est juxta statuta antiqua excommunicatus ut prius, quia absolutio nulla fuit. Verum licet aliquis excommunicatus sanus vel infirmus de stando mandatis ecclesiæ vel judicis præstitit juramentum vel aliam cautionem, vel etiam adversario suo satisfecerit, de eo pro quo erat excommunicatus, non tamen est communicandum eidem quousque fuerit absolutus. Monitus etiam nominatim, & excommunicatus pro participatione, absolute indiget, licet principalis fuerit absolutus. Aliquando autem excommunicatus absolute non indiget, quia est sententia nulla, nec in aliquo observanda, ut si lata sit a non suo iudice. Item, si feratur ab excommunicato. Item, si ab intruso. Item, si ab eo qui est in jurisdictione suspensus. Item, si feratur post legitimam appellacionem. Item, si contineat in se intolerabilem errorem, ut si dicatur, excommunico te, nisi feceris tale peccatum. Item, si iudex delegatus excommunicet pro alia causa quam pro ea quæ est sibi commissa, vel contra intentionem delegantis. Item si a prælato qui violaverat interdictum a suo iudice in se latum. In his casibus excommunicatio nulla est, & ideo non servanda, nec ligat.

Vuu

XXVII.

ANNO
CHRISTI
1119.

XXVII.

De sententia interdicti & suspensionis.

De sententia quoque interdicti & suspensionis aliqua sunt notanda. Et est sciendum quod interdictum est nomen juris, & nomen generale, quia interdicitur non solum laicus, sed & clericus, & non solum personam, ut dictum est, sed etiam res inanimata, ut ecclesia, parochia, villa, castrum, locus, universitas, collegia. Sed clericus proprie dicitur suspendi, ut cum suspenditur ab officio, vel beneficio, vel utroque. Laicus enim non potest suspendi proprie, cum non habeat officium vel beneficium quod possit esse in suspensio, & idem vides de re inanimata. Sciendum est etiam quod interdictum sive suspensio aliquando fertur ab homine, sicut videtur quotidie de iudicibus, qui ferunt sententias interdicti, vel suspensionis: aliquando a iure propter transgressionem juris, vel delictum, ut in illo qui contra conscientiam & iustitiam iudicat per gratiam vel per sortes, qui per annum a suo officio est a iure suspensus. Item, qui sine scriptis & causa ibi non expressa excommunicat, vel interdicit, vel suspendit, per mensem ab ingressu ecclesie, & ab officio est suspensus. Item qui sine monitione excommunicat per mensem ab ingressu ecclesie est suspensus. Item, qui benedicit contrahentes secundum matrimonium, si ambo vel alter eorum alias fuerant benedicti, ab officio & beneficio est suspensus. Item, recipientes oblationes ab usurario publico, quousque illas restituerint, ad arbitrium episcopi ab officio est suspensus. Item, recipientes usurarium publicum ad sepulturam. Item, episcopus confirmatus differens petere consecrationem ultra sex menses. Item, violans interdictum, seu scienter ingerens se divinis in loco interdicto. Item, episcopus permittens habitare in terra sua usurarios publicos aliunde oriundos ad tenus exercendum, vel eis domum locans, vel alio titulo concedens, suspensus est. Collegium vero vel universitas interdicta, ut si per mensem hoc sustinuerit, ipsorum terra erit interdicta quamdiu morabuntur ibidem. Item, episcopus est suspensus per annum a collatione ordinum, qui scienter affectata ignorantia vel alio figmento quæsito ordinat clericum alienum sine licentia sui episcopi. Item, suspensus is incipit ordinationem aliquid necessarium omisissum, quousque suppletur omisissum, vel si per saltum quis promoveatur, sed episcopus in hoc poterit dispensare, nisi ministraverit in ordine sic suscepto, quia tunc solus papa. Item, dans pecuniam vel aliam rem pro suo ingressu religionis suspensus est, ne ad ordines sacros ascendat. Item, episcopus relaxans poenitentiam contra incendiarios constitutam in decreto 23. ult. c. *postquam* suspensus est ab officio episcopali per annum. Item, suspensus est uxorem suam cognoscens adulteram. Item, omnis interdictus, vel excommunicatus majori excommunicatione sive sit episcopus, vel alius quicumque. Item ordinans, & ordinatus ad sacros ordines extra tempora constituta. Item suspensus ab officio & beneficio qui gravat, vel obligat ecclesiam suam pro debitis alie-

Anis. Item, in casu qui est supra cap. 3. §. *per constitutiones etiam domini Simonis*. Item, in casu qui est supra cap. 3. §. *excommunicationis quoque*. Item, homicida suspensus est, & irregularis, nisi ad corporis sui defensionem inevitabiliter interficiat. Item, scienter conferens, vel recipiens per simoniam aliquo dato vel promisso, vel dignitatem, vel beneficium, est suspensus. Item, dimittens sine necessitate missam incompletam suspensus a communione corporis & sanguinis Domini. Item, quicumque celebrans non sumit totiens corpus & sanguinem Domini, suspensus est per annum a communione altaris. Item, episcopus qui ordinat clericum invitum, suspensus est per annum a communione altaris. Item, qui duos ordines, vel subdiaconatum cum minoribus ordinibus recepit una die, ministrare non debet in susceptis, nec accedere ad majores, sed cum eo forte poterit episcopus dispensare, nisi esset promotus post sententiam excommunicationis latam ab ordinatore, ne quis furtive ad ordines ascenderet, quia tunc solus papa. Item, suspensus clericus citramontanus ab episcopo Italico ordinatus sine litteris papæ vel episcopi sui, & in hoc solus papa dispensat. Item, conservator etiam si sit episcopus ad alia quam notoria scienter suam extendens potestatem, per annum ab officio est suspensus, & pars quæ hoc procurat excommunicata. Item, qui sponte de tenendo schismate iuramentum fecerunt. Item, distans vel exercens sententiam sanguinis, vel in hoc auctoritatem vel consilium præstans, suspensus est & irregularis sine spe dispensationis. Item, prælatus seu rector recognoscens se bona immobilia ecclesiastica tenere a quocumque domino temporali, & ea sibi submittens suspensus est ab officio & administratione triennio, & clerici qui hoc scientes non denuntiant superiori, triennio ab officiis quæ ab illa ecclesia obtinent sunt suspensi. Item, episcopi sunt suspensi ab ingressu ecclesie, nisi infra mensem restituant duplum ejus quod receperunt etiam a volente ultra expensas moderatas nomine procuratorum ab ecclesia, quas visitant; vel si in propria persona quas visitationis officium non impendunt: inferiores vero episcopis ab officio & beneficio sunt suspensi, quousque sit redditum eis duplum. Item, universitas quæ concedit, vel extendit reprehensalias seu marchas contra personas ecclesiasticas vel bona ipsorum, nisi hoc revocaverint infra mensem, ipso iure est interdicta. Item, episcopus qui infanti non intranti religionem, vel ei qui est alterius diocesis, sine licentia sui episcopi, vel conjugato, qui religionem vel sacrum ordinem non assumit, clericalem confert tonsuram, per annum suspensus est a collatione tonsuræ. Item, quibuscumque, id est exceptis celebrantibus in locis interdictis ab homine, vel a iure, nisi quando a iure conceditur, vel publice excommunicatos, vel interdictos recipientibus ad divina, est ingressus ecclesie interdictus, donec de hoc satisfecerint ad eius arbitrium cuius sententiam contemserunt. Item, junge hunc casum qui est supra de sepulturis in §. *nullus tamen*. Item, si is cui est ecclesie interdictus ingressus, ingerat se in ea divinis, irregularitatem incurrit. Item, in aliis quibus aliis casibus in dispersis suspensio intelli-

ANNO
CHRISTI
1119.

ANNO
CHRISTI
1119.

gitur ipso jure. Item, nota quod suspensus a
ab officio per judicem, quia forte secus si a
jure, per consequens durante suspensione a
beneficio est suspensus, sed non e converso.
Unde suspensus a beneficio si ingerat se divi-
nis, non propter hoc irregularitatem incurrit.
Item, nota quod episcopi nullam sententiam
interdicti vel suspensionis ipso jure incurrunt,
nisi de episcopis caveatur ibidem, sed caveant
quod in pluribus juribus de episcopis cavetur
expresse. Item, titulus ita prolixè tractatur
illa præcipue ratione, ut sciant promoti ab
irregularitatum laqueis præcavere, quibus in-
volverentur si excommunicati interdicti vel sus-
pensi scienter ingererent se divinis, nec potest
cum eis citra sedem apostolicam dispensari.
Aliquando fertur suspensio a Deo, ut in quo-
libet mortaliter peccante, qui quoad se ratio-
ne peccati mortalis a Deo principaliter licet
jure cooperante suspensus est a divinis. No-
tandum est quoque, quod sententia interdicti
vel suspensionis ferenda est in scriptis, & ex
causa rationabili, & trina monitione præmis-
sa, vel una pro omnibus peremptoria, sicut de
excommunicationis sententia superius dictum
est in §. *sciendum est quoque quod sententia ex-
communicationis*. Illud quoque notandum est,
quod interdicti non debent se divinis ingere-
re, nec recipere, nec ministrare ecclesiastica
sacramenta, nec intrare ecclesiam; tamen qui
cum talibus participant, nullam excommuni-
cationem incurrunt, quia interdicti a commu-
nicatione fidelium minime sunt exclusi, sed
solummodo divinorum. Si quis autem clericus
sciens se excommunicatum majori excommu-
nicatione, sive sit lata a iudice, vel a jure,
ingerendo se divinis, puta presbyter celebra-
ndo missam, vel legendo epistolam subdiaconus,
vel evangelium diaconus, vel sacramenta
ecclesie ministrando, vel aliter officiendo
in iis quæ spiritualiter sunt annexa, sicut ante
excommunicationem faciebat, vel alius ordi-
nibus in minoribus constitutus, puta acoly-
tus portat cereos, vel alia faciat, vel dicit
quæ non consueverint fieri, vel dici in illa
ecclesia, nisi per acolythos, vel aliquis reci-
pit sacros ordines excommunicatus, irregularis
efficitur, nec potest cum eo, nisi per sedem
apostolicam dispensari. Illud enim dicendum
est similiter de interdicto, vel ab officio seu
divinis suspensio, sive sit interdictus vel suspen-
sus a iudice, vel propter juris transgressionem,
vel delictum a jure; & idem similiter de illo
qui non est alias interdictus vel suspensus,
sed prædictis modis officiat in ecclesia inter-
dicta. Dubitans etiam probabiliter de sua ex-
communicatione, maxime quando conscius est
de culpa sua propter quam iuste poterit ex-
communicari, nescius tamen exponit se discer-
mini & celebrat excommunicatus, vel habens
ignorantiam crassam & supinam, ut quia ci-
tatus peremptorie non ivit, nec misit, & sic
excommunicatus celebrat, licet nihilominus
de excommunicatione sciat, irregularis exis-
tit, secus si hoc faciat ignoranter. Pena
vero hujusmodi irregularium est quod depo-
nuntur, & suis beneficiis spoliantur, nisi cum
eis per sedem apostolicam fuerit dispensatum.
Suspensus autem a Deo propter peccatum
mortale non efficitur irregularis officiendo,
vel ingerendo se divinis, licet aliter graviter
peccat; nec etiam est irregularis licet gravi-
ter peccet qui officiat, vel celebrat in eccle-
Concil. General. Tom. XXIV.

si sanguinis vel seminis effusione violata,
quia non est proprie interdicta, sed quousque
reconciliata fuerit, organa sunt suspensa; nec
qui sepelit in cœmeterio, ubi excommunicato-
rum corpora sunt sepulta, vel aliter violato,
cum hoc cautum non reperitur in jure, &
non sunt irregularitatum laquei ampliandi.
Subdiaconus etiam seu diaconus vel presbyter
excommunicatus vel interdictus officians in ec-
clesia in his quæ non sunt suo certo ordini
specialiter deputata, licet graviter peccet, non
tamen irregularis existet, puta parando, non
dico benedicendo vinum, vel aquam, vel lu-
meu in altari dum celebrat ibidem vel legen-
do lectiones, responsoria cantando, vel epi-
stolam legendo sine apparatu in ecclesia in
qua cum solemnitate per subdiaconum legi
epistola consuevit, vel baptizando sicut laicus,
vel benedicendo, vel versum vel *alleluia* can-
tando, vel psalmos legendo, vel consimilia
exercendo, vel si acolythus seu qui est in sa-
cris legat vel cantet ea quæ indistincte etiam
per simplicem clericum legi ibidem consuetum
est vel cantari. Alii autem clerici in simpli-
ci tonsura constituti, interdicti, vel excom-
municati, ministrando in suo officio, an ef-
ficiantur irregulares, doctores juris super hoc
diversa contra opinantur. Rursus etiam no-
tandum est, quod si civitas, villa, castrum,
parochia vel cives civitatis, vel universitas
villæ, vel collegium vel locus sint interdicti,
non solum clerici illius loci prohibentur ibi
celebrare & officiare, & alta voce & submis-
sa, vel etiam januis clausis & apertis, sed
etiam alienigenæ, nisi essent privilegiati. Cleri-
ci tamen illius loci, si causam non præstite-
rint interdicto, officiare poterunt in aliis lo-
cis etiam non interdictis, sed laici ibidem vel
in aliis locis etiam non interdictis censentur
esse interdicti. Si autem sit ecclesia interdi-
cta, clerici illius ecclesie, si causam non præ-
stiterint interdicto, poterunt licite in aliis lo-
cis non interdictis officiare & audire divina,
sed laici illius ecclesie quæ est interdicta ob
culpam universitatis, vel domini illius loci,
nec ibi nec alibi debent ad divina admitti.
Sed si sit interdicta ob culpam clericorum il-
lius ecclesie, vel ex sanguinis effusione, vel
aliter violata, poterunt tunc laici illius eccle-
sie in alio loco non interdicto recipi ad di-
vina. Volumus tamen & concedimus, ut lai-
corum scandalum evitetur, ut cum aliqua ec-
clesia nostræ diocesis ob culpam contumaciæ
prioris, vel rectoris, seu cappellani illius ec-
clesie fuerit a nobis vel officiali nostro sub-
posita interdicto, conferantur nihilominus ibi-
dem omnibus parochianis ejusdem ecclesie ec-
clesiastica sacramenta, præter missas & alias
horas canonicas, quas prohibemus in ipsa
quamdiu interdicta fuerit celebrari: & si ali-
quem parochianorum mori contigerit, sine
campanarum pulsatione, & cessantibus aliis
signis & tolemitatibus quæ sunt intra eccle-
siam in exequiis mortuorum, simpliciter mit-
tatur in ecclesia, & postmodum in cœmete-
rio tumuletur. Cum autem generale interdi-
ctum profertur, videlicet in regnum, provin-
ciam, civitatem, villam, castrum, vel paro-
chiam, omnibus parochianis negentur omnia
sacramenta & sacramentalia, sed ab hac ge-
neralitate excipit jus sacramenta quædam,
quæ non obstant tali interdicto possunt con-
ferri, scilicet baptismus parvulorum, & sacra-
men-

ANNO
CHRISTI
1119.

menta Eucharistia, & penitentia morientium, & confirmatio episcopalis, & predicatio verbi Dei. Permissum est etiam tempore talis interdicti ecclesiarum ministris non pulsatis campanis voce submissa, januis clausis, & interdictis exclusis divina officia ut prius dicere, & missas celebrare, & etiam sanis qui causam non praeberunt interdicto exhibere penitentia sacramentum. In festivitibus etiam Nativitatis Domini, Pasche, Pentecostes, Assumptionis Beatae Mariae campanae pulsantur, & januis apertis alia voce divina officia solemniter celebrentur, excommunicatis exclusis, sed interdictis admittis. Sic tamen quod hi quorum culpa prolata est interdictum, se altari nullatenus appropinquent. Clerici vero decedentes, qui interdictum huiusmodi servaverint, in coemeterio ecclesiae sine campanarum pulsatione cessantibus solemnitatibus tempore talis interdicti cum silentio tumulentur. Si Fratres Hospitales S. Johannis Hierosolymitani, & alii quidam religiosi, quibus hoc a sede apostolica est indultum, missi fuerint ad fraternitatis collectas recipiendas, & in quemcumque locum interdictum advenierint, in eorum jucundo adventu semel in anno aperiatur una tantum ecclesia illius loci & juxta statuta generalis concilii ibidem excommunicatis exclusis divina officia celebrentur.

XXVIII.

De executionibus mandatorum.

Statuimus ut praelati, priores, rectores, sacerdotes parochiales ecclesiarum, & eorum loca tenentes, mandata nostra & officialis nostri & superioris diligenter, celeriter, reverenter, & humiliter & integre sine juris praedicio, exequantur. Statuimus etiam quod sacerdotes parochiales, & eorum loca tenentes habeant rotulos, quilibet suum, in quo scribant omnia nomina excommunicatorum suae parochiae, & quorum auctoritate, & ad quorum instantiam sunt excommunicati, & tempus receptionis litterae excommunicationis, vel interdicti; & eos excommunicatos diebus dominicis in ecclesiis suis publice denunciare procurent, inhibendo parochianis suis, ne cum eis participent: alioquin noverint, quod contra eos durius procedetur, cum hoc idem in provinciali concilio sit statutum: & cum fuerint absoluti, de illis rotulis abradantur. In principio autem dicti rotuli ponatur, & omnibus diebus dominicis per cappellanos in ecclesiis publicetur hoc quod sequitur. „Denuntiamus excommunicatos haereticos, & fautores eorum. Item, concubinariorum, usurarios manifestos. Item, detinentes decimas sine licentia ecclesiae & injuste. Item, retinentes & capientes clericos domini episcopi Caturcensis, vel Ruthenensis vel Tutelensis vel sui officialis, licentia non obtenta. Item, laicos, compellentes coram se litigare clericos fori sui privilegium allegantes. Item, illos qui ex officio saecularis iudicariae potestatis, impediunt litigare volentes in curia Caturcensi vel Ruthenensi vel Tutelensi in praedictum ecclesiae Caturcensis, vel Ruthenensis, vel Tutelensis. Deinde denuntientur excommunicati omnes in rotulo expressati.

Districte praecipimus, quod in qualibet parochiali ecclesia sit sigillum proprium ecclesiae cum tali subscriptione; *Sigillum cappellani talis ecclesiae*, & nihil ponatur in subscriptione, nec nomen etiam cappellani, & per appositionem talis sigilli de mandati executione constabit. Sacerdotes parochiales & eorum vicarii pro sigillandis litteris contra suos parochianos, seu contra ecclesiarum priores, rectores, vicarios convicinos a nobis vel officialis nostri curia emanandis, nihil exigant, sive levent, nisi forte nuncius deferens litteras sex parialitterarum vel epistolarum ad sigillandum uni cappellano deferat una die, & tunc satisfaciat ei pro cereae valore, vel nisi parochianos alterius ecclesiae citari, vel moneri, vel aliter contra eum fieri mandaretur, quia tunc satisfaciendum erit cappellano in expensis, quas faciet pro mandato huiusmodi exequendo. Si per litteram nostram vel officialis nostri, seu alterius iudicis a nobis dandi cappellano alicui mandari contingat quod parochianum alterius ecclesiae & non suae citet vel moncat, non teneantur exequi quod mandatur, nisi in littera contineatur illa clausula, *si nobis est subditus vel propinquus*, vel alia certa clausula exprimens quod mandatum exequi teneatur. In tantum quidam rectores ecclesiarum & cappellani, & eorum vicarii formidolosi existunt & timidi, quod quascumque sub nomine superiorum suorum litteras, licet notorie falsas, vel nullas, seu evidenter suspectas, statim cum requiruntur, sigillant, & mandata in eis contenta protinus exequantur, timentes quod si ita non facerent, per illos quorum sunt litterae vexarentur, quod sub poena excommunicationis & suspensionis districte fieri prohibemus; praecipientes quod tales litteras aliquatenus non sigillent eis, & mandata ibi contenta minime exequantur, sed super his se habeant, prout infra proxime continetur. Non enim propter timorem vel metum est a iustitia deviandum, nec obediendum superiori, quando contra jus scriptum quicquam praecipit vel evidenter injustum, licet mandatum injustum quod non est evidenter iniquum, merus executor qualis est cappellanus, cui tale mandatum dirigitur, exequi nihilominus teneatur. Obediendum est enim obedientia melior quam victima censeatur. Et ut clarius hoc intelligant simplices cappellani, aliqua exempla super his hic duximus inferenda. Non enim debent exequi mandata auctoritate sedis apostolicae, si falsa bulla, falsis litteris sit appensa. Item, si filum de vera bulla sit exactum ex toto & per aliud filum immixtum falsis litteris eisdem dicta bulla inseratur. Item, si filum ab ea parte in qua carta plicatur incisum, cum vera bulla falsis litteris immittatur sub eadem plicatura cum filo simili canapis restauratum. Item, si a parte superiore bullae altera pars filii sub plumbo rescinditur, & per idem filum junctura reducitur infra plumbum. Item, si habeat rasuram in loco suspecto, puta in nominibus citandorum, vel iudicis, vel in data, vel ubi est jus questionis. Item, cum scriptura litterarum quibus fuerat apposta vera bulla cum aqua vel vino universaliter abolita, seu deleta eadem carta de novo describitur. Item, cum cartae totaliter abolitae, cui apposta fuerat vera bulla, alia

alia subtilissima charta ejusdem quantitatis scripta cum tenacissimo glutinio cunnitur. Item, si bulla non sit aequalis, sed alicubi magis tumida, alicubi magis depressa. Item, in adjunctione florum, in motione bullae, vel obrufione, & aliis modis poterit falsitas deprehendi. Item, praesumuntur esse falsae litterae apostolicae, si falsam latinam contineant. Item, dicuntur falsae, si papa vocet filium episcopum vel superiorem aliquem: hos enim vocat fratres. Item, si vocat fratres regem, vel principem vel quoscunque alios clericos, vel laicos: hos enim omnes & consimiles debet vocare filios. Item, si uni personae scribit in plurali, non enim dicit uni personae quantumcumque sit episcopus, vel rex, vel alius: *Mandamus vobis: sed mandamus tibi.* Per tales enim litteras, si falsitas sit evidens & manifesta, cappellanus non debet aliquatenus exequi quod mandatur, & presentator talium litterarum etiam falsarum litterarum nostrarum, vel officialis nostri, vel aliorum judicum retinendus est & ad nos mittendus, adhibito ad hoc si opus fuerit brachio saeculari. Si vero litterae apostolicae praedictis modis vel aliis non sint falsae, sed aliter evidenter sunt nullae, vel evidenter suspectae, vel evidenter abusive per eas procedatur, ut si notorium sit & evidens quod ille qui se dicit judicem delegatum a sede apostolica, vel legato non est in dignitate, vel personatu, vel in ecclesia cathedrali institutus, vel quod locus ad quem sit citatio est vilis, nec ibi potest haberi commode juris copia peritorum, vel quod est extra civitatem vel diocesim, cum ex eadem civitate vel diocesi sunt actor & reus, & non est causa episcopi, vel diocesis diversarum, distat a sine ultra unam dietam, seu est infra civitatem vel diocesim ejusdem actoris, vel quod per illam clausulam super terris debitis, possessionibus, & aliis rebus vitat aliquis super dictis, vel injuriis, vel usuris, vel aliis gravioribus causis, & hoc apparet per litteram citationis & tamen in littera apostolica de his monitio non habetur, & littera apostolica non exprimit quod de assensu partium fuerit impetrata, nec dicitur ibi non obstantibus jure super hoc edito; vel si littera citationis sit sub illa forma quos laicos praesentium nominabit, & nominentur aliqui in authentico non expressi, vel sub illa forma, scilicet pro testimonio in causa aliqua perhibendo, cujus causae status productionem testium non requirit, vel etiam notorium est illum papam, qui causam commisit decessisse eo tempore quo littera citatoria praesentatur, nec tamen apparet tempore illius papae illos citatos fuisse, qui nunc citari petuntur; vel etiam apparet evidenter quod litterae vel processus sint abusive, per illos modos qui continentur supra in tit. de sententia excommunicationis in cap. Per constitutiones quoque provinciales concilii, vel aliter sint litterae evidenter de abusu suspectae. In istis casibus & similibus, notorii tamen & evidenter cappellani nobis vel officiali nostro inconsultis, tales litteras citationis, vel alias aliquatenus non sigillent, nec mandata in eis contenta exequantur, sed offerant presentatoribus talium litterarum sigillare, & humiliter obedire, si nos vel officialis noster hoc eis

dixerimus consulendum; & ipsi presentatores si noluerint, nos vel officialem nostrum super his certificare procurent, & nihilominus cappellani statim appellent, & provocent ad sedem apostolicam, vel ad illum ad quem de jure est appellandum eorum notario, si commode potest haberi, alioquin coram bonis personis pro eo, quia merito suspicantur, quia judex datus in illis litteris praesumet procedere contra eos, & est malitiam hominum obviandum & republica defendenda. Et fiet appellatio in hunc modum.

APPELLATIO.

„ Ego P. cappellanus talis ecclesiae sentiens
 „ & suspicans me gravari per talem qui se
 „ dicit judicem, datum a domino papa Gre-
 „ gorio X. (a) pro eo, quia mihi praee-
 „ pit evidenter injuste, quod ego talem ci-
 „ tarem auctoritate sua ad talem locum, &
 „ notorium sit & evidens, quod sua jurisdic-
 „ tio expiravit per mortem dicti domini pa-
 „ pae: cum non constet quod eo vivente di-
 „ ctus judex uti ceperit sua jurisdictione, vel
 „ propter aliquam aliam causam de praedictis,
 „ ideo a dicto iudice ad sedem apostolicam
 „ vel ad illum ad quem de jure est appel-
 „ landum in scriptis provoco & appello, &
 „ peto apostolos mihi dari, & hoc facio
 „ coram notario & personis infra scriptis,
 „ quia dicti iudicis copiam commode habere
 „ non possem.

Si autem iudex datus in litteris evidenter suspectis, nullis, vel abusive citari mandaverit praetextu inobedientiae cappellanum illum, qui eas dicta occasione, ut dictum est, noluit sigillare, sacerdos cui hoc mandatum dirigitur, appellet ut de alio dictum fuit, ac etiam nobis, vel officiali nostro inconsultis mandata hujusmodi nullatenus exequatur, & si contrarium fecerit per annum suo beneficio, non tamen ab officio, auctoritate nostra & praesentis synodi suspensus sit ipso facto, & de cujus anni fructibus nihil sibi relinquentes disponemus, prout nobis videbitur disponendum. Si vero is cui mandatum hoc dirigitur, non obstante prohibitione, hujusmodi mandatum illud compleat, vel forte aliquis cappellanus alterius diocesis hoc faciat, & ideo per illum judicem de facto distringatur per censuram ecclesiam, dictus cappellanus qui dictas litteras abusus, seu nullas noluit sigillare, defendat se viriliter idem cappellanus cum nostro consilio & auxilio, & illum judicem adeat, & per viam juris super his procedat cum consilio sapientium, & appellationem sibi intimet & apostolos requirat. Nos enim de expensis cum quibus ducatur istud negotium pro communi utilitate omnium ordinamus, quod omnes rectores illius archiepiscopatus, seu majores, vel meliores ex illis in dictis expensis contribuunt, prout nos vel officialis noster duxerimus ordinandum. Cui officiali praecipimus, & de ipso & ejus successoribus ordinamus, quod super praemissis invigilet & intendat, & requisiti satisfieri faciant de dictis expensis, aliter litteram suam faciens, & de proprio suo illas restituere sint stricti.

Si autem contigerit quod auctoritate nostra vel officialis nostri, vel alterius iudicis mandatum aliquod puta de citando, vel excom-

ANNO
CHRISTI
1119.

(a) Cod. S.
Germani ad
usum eccle-
siae. Cadur-
censis &
Turdensis
scripti te-
pant Je-
suae XVII.
habita ratio-
ne tempo-
ris quo scri-
pti sunt

S manicando aliquem cappellanus fuerit excom-
municatus, & postmodum auctoritate alterius iudicis
sibi contrarium demandetur, si secundum
mandatum ipso iure nullum vel falsum appa-
reat evidenter, statim illud respuat & repel-
lat; si vero dubium sit an sit exequendum,
vel non; nos super hoc vel officialem nos-
trum consulat, quid ei super hoc sit agen-
dum, antequam ad exequendum secundum
mandatum procedat.

Nullus auctoritate propria absque nostro
vel officialis nostri seu superiorum nostrorum
mandato aliquem citari presumat, nisi con-
tradictentes matrimonii contrahendis, quos
& illos quibus contradicerent citet perempto-
rie cappellanus parochialis, ut coram officiali
nostro Caturcensi vel Ruthenensi vel Tute-
lensi compareant certa die competenti super
causa contradictionis debite processuri: qua
citatione cappellanus per suas litteras officiali
certificare procuret. Sententias excommunica-
tionis a nobis seu officiali nostro prolatas
non ante vires dicimus & statuimus obtinere,
quam litteræ super hoc concedendæ cum si-
gillo nostro, vel curiæ officialis nostri fue-
rint sigillatæ, nisi forte essent de illis sen-
tentiis quæ in vim statuti in synodis genera-
liter proferuntur. Sententias vero interdicti a
nobis vel officiali nostro prolatas & litteras
monitorias pro re iudicata excommunicatio-
num continentes, & etiam litteras absolutio-
nem in quibus ita dicitur: *Mandamus vobis,*
quatenus talem absolvatis: non enim de illis
loquimur in quibus dicitur, *Remittimus abso-*
lutum, licet prædictæ litteræ interdictorum
& monitionum fuerint sigillo nostro, vel cu-
riæ officialis nostri sigillatæ, habere statui-
mus & volumus nullum robor, nisi infra
quindecim dies computandos a tempore datæ
litterarum illarum cappellanis quibus dirigen-
tur fuerint præsentatæ.

Præcipimus omnibus sacerdotibus parochia-
libus & eorum vicariis, quod litteras citato-
rias & monitorias a nobis vel officiali nostro
emanandas non sigillent, quousque habuerint
translata huiusmodi litterarum, & quod ea
sigillo suo sigillata tradant illis qui citabun-
tur, scilicet unicuique citato suum transla-
tum, nisi forte plures essent rei in eadem
domo insimul commorantes, qui pro uno fa-
cto seu negotio citarentur, quia tunc unum
translatum sufficere omnibus illis: translata
vero litterarum domini papæ, & aliorum ju-
dicum, videlicet authenticæ, sub legationis,
monitionis, citationis ex integro retineant
cappellani, & ea tradant, ut dictum est, il-
lis qui citabuntur sigillo suo sigillatæ.

Quidam sacerdotum ita rudes & ignari ex-
sistunt, quod cum mandatur eisdem quod a-
liquem absolvant ab excommunicationis sen-
tentia, vel interdicti, credunt quod sit sta-
tim, obtenta talis absolutionis littera, abso-
lutus, & ipse excommunicatus aliquando exi-
stimat illud idem: quod tamen verum non ef-
se nullus sanæ mentis ignorat. Unde præcipi-
mus eisdem sacerdotibus, quod cum eis man-
dabitur, quod aliquem absolvant, eo prius
reconciliato extra ecclesiam, ante fores illum
absolvant secundum formam traditam supra
in tit. de sententia excommunicationis in §.
Et recepto juramento, quæ solemnitas non est
servanda, nec absolutio impendenda, cum a-
liquis excommunicatus, vel interdictusappel-

lano remittitur absolutus, sed statim debet
nuntari publice absolutus.

Districte præcipimus, ut rectores &appel-
lani seu vicarii in ecclesiis residentes, dum
iplos ex aliqua iusta causa & necessaria abes-
se contigerit, tales cappellanos in loco sui
dimittant, qui sciant & possint & velint
mandata nostra vel officialis nostri, ac su-
periorum exequi reverenter: alioquin tam ip-
sos, quam illos locum tenentes graviter pu-
niemus.

Debent parochiales sacerdotes advertere di-
ligenter, ut cum mandatur eisdem ut aliquem
ad faciendum aliquid moneant, vel canonicè
moneant, quod semel, secundo & tertio mo-
nitionem illam faciant: ita quod inter unam
monitionem & aliam sit dierum aliquod in-
tervallum, vel saltem unam peremptorie pro
tribus monitionem faciant, dicendo: *ego mo-*
neo vos peremptorie, ut infra terminum in lit-
teris monitionis comprehensum contenta in illis
litteris compleatis, vel si in illis litteris non
est terminus appositus, nec continetur ibi,
visis litteris, tunc sacerdos apponet terminum
rationabilem juxta negotii qualitatem.

XXIX.

*De notitia luna & bissexti & festo-
rum & jejuniorum.*

De cursu cæli lunæ sciendum est, quod
cælus lunæ currit per numerum inclusive, ab
primo usque ad decimum nonum, & currit
annuatim per totum annum per aliquem nu-
merum de dictis XIX. sicut potes videre in
calendario, in illo numero qui est ante litte-
ram alphabeti, & quando cursus est comple-
tus per totum annum supra dictum de XIX.
ad principium est, scilicet ad primum iterum
redeundum: & ideo dicitur cælus, id est cir-
culus, quia ad modum circuli redit ad se ip-
sum. Igitur, si vis scire in quo numero de
dictis XIX. currit annuatim cælus lunæ, sume
annos Incarnationis Domini, & adde illis
plus unum annum, & computando divide
omnes annos istos per XIX. si ultima compu-
tatio remanet in XIX. cælus lunæ curret illo
anno in numero; si vero remanet minori,
curret in consimili numero cælus lunæ illo
an. sciendum quod anni Domini M. CC. XCII.
sunt divisi per XIX. & ideo sufficit illos an-
nos qui solum supersunt plus uno addito di-
videre ut prædixi: ita etiam quod in festo
Circumcisionis Domini ubi mutatur numerus
lunaris, incipias quoad hoc computare nume-
rum annorum Domini, qui erit in festo An-
nuntiationis proxime tunc sequenti. Et quan-
do scies per quem numerum currit cælus lu-
næ, respice de illo numero quam litteram
alphabeti habet coram se in calendario, &
illa erit prima luna, in sequenti die erit se-
cunda luna, in tertio erit tertia luna, & sic
de aliis quousque ad lunationem aliam men-
sis alterius sit devenit. Et nota quod nu-
merus lunaris, & littera dominicalis mutatur
annuatim in festo Circumcisionis: anni vero
Incarnationis Domini mutantur in terra ista
in festo Annuntiationis Beatæ Mariæ, & in
quibusdam regionibus in festo Nativitatis Do-
mini. In anno tamen bissextili, non obsta-
nte mutatione litteræ dominicalis facta in fe-
sto Circumcisionis, mutatur iterum ipsa lit-
tera

ANNO
CHRISTI
1189.

tera dominicalis in festo beati Matthie, quia A in illo festo quando est bissextus, duo dies in una littera includuntur. Nota etiam quod mutatio numeri lunaris fit subsequendo, ut si hoc anno currit ciclus lune per numerum primum, anno sequenti currit per numerum secundum: mutatio vero litterarum dominicalis fit retrocedendo, ut si hoc anno currit dominica per B. anno sequenti currit per A. & non per C. & sic de aliis.

XXX.

De notitia adventus.

Notitiam adventus Domini sic habebis: ref. B pice festum beati Andreæ, & incipit adventus Domini in proxima dominica illi festo, sive illa dominica præcedat festum, sive sequatur. Si vero dictum festum sit in dominica, in eadem dominica celebratur adventus. De notitia septuagesimæ, & Paschæ sic tenebis, quod ubicumque inveneris lunam decimam post medium mensis Jan. in dominica proxima septuagesima celebratur, & si inventiatur luna decima in dominica, tunc sequenti dominica septuagesima erit, & tunc *alleluja*, & *Te Deum laudamus*, & *Gloria in excelsis*, & matrimonia cessant; in dominica vero quæ post septuagesimam per novem septimanas sequitur erit Pascha. In dominica autem quæ per septem septimanas tantum post festum Paschæ sequitur, Pentecostes colitur. Dies Jovis vero Ascensionis Domini in septimana sexta post festum Paschæ celebratur. De bissexto sic tenebis, quod est de quatuor in quatuor annis; nam cum dies naturalis constet ex viginti quatuor horis, & annus constet trecentis sexaginta quinque diebus & sex horis: istæ sex horæ per quatuor annos collectæ faciunt unam diem, quæ dies collocatur in unoquoque quarto anno, & annus ille vocatur bissextilis, & dicitur bissextus, eo quod illa die sic collocata, bis sedet & collocatur & computatur in sexto calendis Martii, scilicet in festo beati Matthie apostoli. Illa enim dies, & sequens dies censetur esse solum unius diei, & sub una littera alphabeti in calendario includuntur, scilicet sub illa littera, qua signatur dictum festum, & utroque die pronuntiatur Sexto calendis Martii. Luna tamen in cursu suo procedit, & in prima die illarum dierum fit jejunium, in ultima vero die festum apostoli celebratur. Igitur si vis scire quando est annus bissextilis, sume annos Domini, & computando divide omnes per quatuor, & si ultima computatio sit de primo, sumus in illo anno post annum bissextilem, si de secundo sumus in secundo, si de tertio sumus in tertio; si autem nihil remanet, sed est ultima computatio de quatuor, tunc sumus in anno bissextili, & incipit in festo Circumcisionis, quia tunc incipit annus, licet subsequenter cadat bissextus in festo beati Matthie, & anni Domini in festo Annuntiationis.

XXXL

Festa colenda & jejunia.

Festa vero colenda & jejunia observanda debent sacerdotes diebus dominicis in missa publice nuntiare: festa vero sunt hæc. Dies Natalis Domini, S. Stephani, S. Johannis Evangelistæ, Innocentium, S. Silvestri, Circumcisio Domini, Epiphaniæ, S. Vincentii, Conversio sancti Pauli, Cathedra sancti Petri, festa omnium apostolorum, & omnium evangelistarum. Quatuor festa beatæ Mariæ, scilicet Purificatio, Annuntiatio, Assumptio, Nativitas. Dies Jovis cœnæ Domini, dies Veneris sanctæ Passionis Domini, festum Paschæ cum duobus diebus sequentibus, festum Inventionis sanctæ Crucis, festum sancti Joannis ante portam Latinam, festum Ascensionis Domini, festum Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, festum de Corpore Christi, sanctorum Cilici, & Julitæ, Nativitas sancti Johannis Baptistæ, sancti Martialis, sanctæ Mariæ Magdalenzæ, vincula sancti Petri, Transfiguratio Domini, sancti Laurentii, Decollatio sancti Johannis Baptistæ, Exaltatio sanctæ Crucis, Dedicatio sancti Michaelis. (Sanctæ Fidis, Omnium sanctorum, sancti Amantii, sancti Dalmatii & S. Martini, Conceptio Beatæ Mariæ.) dedicatio cujuslibet ecclesiæ parochialis, festum cujuslibet sancti & sanctæ patroni, seu patronæ cujusque parochialis ecclesiæ in parochia illa dicta festa colenda absque mercatis, & alio servili opere cum devotione & reverentia præcipimus observari, in aliis vero festis nullus sacerdos a dictis operibus præcipiat abstinere, nisi prout est consuetum. Festa communia animarum defunctorum generaliter celebrantur in crastinum Omnium sanctorum, & in crastinum beati Hilarii, & in quibusdam etiam locis de consuetudine speciali in crastinum octavarum Paschæ & Pentecostes, & si in his sit festum duplex, transfertur ad diem sequentem commemoratio defunctorum, & celebrantur hæc festa defunctorum usque post missas, nec propter officium defunctorum debet omitti dictis diebus officium regulare.

Jejunia observanda sunt hæc, scilicet tempore quadragesimali, & jejunia quatuor temporum, & vigilia Natalis Domini, Assumptionis Beatæ Mariæ, & omnium apostolorum exceptis vigilia sancti Johannis evangelistæ ob reverentiam octavarum Nativitatis Domini, & apostolorum Philippi & Jacobi, ob reverentiam solemnitatis Paschalis, & sancti Barnabæ, qui non est de numero duodecim apostolorum, & in vigilia Ascensionis Domini & Pentecostes, & sancti Johannis Baptistæ, & sancti Laurentii, & Omnium sanctorum, quæ jejunia ab omnibus, qui erunt ætatis sufficientis ad jejunandum, præcipimus observari, nisi forte ex causa debilitatis, infirmitatis, peregrinationis, & alterius laboris necessarii, de consilio tamen sacerdotum suorum prændere oporteat necessitate urgente. Honestum esset & pium, ut clerici in sacris ordinibus constituti, & maxime sacerdotes in diebus adventus Domini, & in diebus Lunæ & Martis ante cineres, & in diebus Lunæ, & Martis ante Ascensionem Domini jejunarent. Jejunia quatuor temporum quater observantur in

Inclusa per-
tentibus pec-
cualia sunt
cecl. Ruthe-
nem. nec re-
periuntur in
MSS. S. Ge-
mani.

1055
ANNO
CHRISTI
1119.

SYNODALIA STATUTA.

1056


in anno, scilicet in die Mercurii post festum A
beati Lucie cum diebus Veneris & Sabbati
sequentibus. Item, die Mercurii post Pente-
costem cum diebus Veneris & Sabbati sequen-
tibus. Item, die Mercurii post cineres cum
diebus Veneris & Sabbati sequentibus. Item,
die Mercurii post festum Exaltationis sancti
Crucis cum duobus diebus Veneris & Sabbati
sequentibus, unde versus:

*Dat crux, Lucia, cineres, charismata dia.
Ut sit in angaria quarta sequens feria.*

Diebus etiam Lunæ & Martis & Mercurii
ante festum Ascensionis Domini est generali-
ter ab usu carniū abstinendum.

*Mo liber suis compeditus & publicatus tempo-
re domini Nicolai Papa quarti & domini Si-
monis Archiepiscopi Bituricensis in Ecclesia Ru-
thenensi in synodo generali, ciclo luna corrente
xviii. & littera dominicali B. & primo anno
post annum bissextilem & anno Domini millesimo
ducentesimo octingentesimo nono ex precepto &
auctoritate Reverendi in Christo patris domini
Raymundi de Calomonte divina providentia, epi-
scopi Ruthenensis, quem librum una cum octiden-
tis & continendis in titulo sequenti cum consen-
su cappellani sui servari firmiter & perpetuo
statuit & precepit in his tantum qua rationi
sunt consona fore juri.*

ANNO
CHRISTI
1119.



ANNO
CHRISTI
1189.

SYNODUS CICESTRENSIS

ANNO
CHRISTI
1189.

Ex editione Anglicana Tom. II.

Constitutiones synodales D. Gilberti A
Episcopi Cicestrensis, lectæ & pub-
licatæ in majori ecclesia Cicestren-
si, in festo sanctæ Fidis virginis, in
concilio synodali ibidem celebrato,
præsidente dicto domino Gilberto
Cicestrensi episcopo, anno Domini
MCCLXXXIX.

TITULI CAPITULORUM.

1. De vita & honestate rectorum ecclesiarum.
2. De continentia eorundem.
3. De iis qui corrumpunt filias spirituales.
4. De rectoribus qui corrumpunt suas paro-
chianas.
5. Ut prædicta ad ceteros presbyteros exten-
dantur.
6. De concubinis presbyterorum & clericorum.
7. De iis qui in excommunicatione pertinaciter
perseverant.
8. Ne fornicariis, aut de incontinentia diffamatis
parochia regenda committantur.
9. De vestimentis presbyterorum.
10. Quales presbyteri eligendi a rectoribus ec-
clesiarum.
11. De denunciatoribus.
12. De mittendis ad pœnitentiarium.
13. De taxandis stipendiis presbyterorum.
14. De presbyteris proficiendis.
15. De Divinis officiis rite celebrandis.
16. De visitatione infirmorum.
17. De pœnitentiis.
18. Quomodo deferenda ad infirmos Eucharis-
tia.
19. De sepulturis.
20. Ut nemo, nisi privilegio papa munitus, au-
diat confessionem alieni parochiani..
21. De sacris liberaliter conferendis.
22. Ut liberaliter detur in Pascha Corpus Chri-
sti.
23. De legato falso concubine clerici.
24. De matrimonio & clandestinis desponsalibus.
25. De matrimonio clandestinis.
26. Ut archidiaconi, & alii jurisdictionem ha-
bentes, suis finibus sint contenti.
27. De visitatione episcopi.
28. De processionibus.
29. De ornamentis ecclesie.

30. Quid faciendum de pannis ebriis malibus.
31. De firmis.
32. De decimis.
33. De vicariis.
34. De pensionibus.
35. De juramento fidelitatis.
36. De pensionibus.
37. De examinationibus.
38. De exceptionibus causarum matrimonialium.
39. De iis qui mentiuntur habitum fratrum,
& prædicant turpis lucri gratia.
40. Qui sint excommunicati.
41. De sententia excommunicationis.

CAPITULA.

I. De vita & honestate rectorum ecclesiarum.

RECTORES Ecclesiarum, & alii quibus in-
cumbit regimen animarum, plebes sibi
commisissas, exemplo bonæ conversationis, ver-
bo exhortationis, in fide recta, & bonis mori-
bus, diligenter instruant & informent. Ut
autem liberius & efficacius officium impleant
exhortationis, universi animarum curam ha-
bentes, ecclesiasticis officiis & aliis bonis stu-
diis se exercent, orationibus & lectionibus
jugiter intendant. Sint pudici, virtutum ope-
ratione præclari, humilitate præditi, pacifi-
ci, evangelizantes pacem, annunciantes bona,
dissensiones, rixas, & scandala refecantes.
Ab illicitis spectaculis se abstineant, & præ-
cipue a duellis, & torneamentis, ludis, &
aliis ubi sanguinis effusio poterit formidari:
tabernas & inhonesta convivia non frequen-
tent; externarum fugiant consortia femina-
rum, & omnium ex quarum cohabitatione
sinistra suspicio poterit exoriri.

II. De incontinentia eorundem.

Si quis autem de incontinentiæ vitio gra-
viter diffamatus non potuerit canonicè se pur-
gare: habeatur pro convicto. De convictis
vero vel in jure confessis, beneficiorum vel
stipendorum fructus subtrahantur, donec in-
de nostram gratiam consequantur. Ceteri in
sacris sedibus constituti, juxta modum culpæ,
canonicè puniantur.

* al. fructus
beneficiorum
& stipendia

III. De

ANNO
CHRISTI
1189.

III. De iis qui corrumpunt filias spirituales.

Dei. cor-
rumpunt,
aut aliquid
simile. H.

Graviori autem sunt animadversio ple-
cendi, qui proprias filias spirituales, quas
baptizaverint, vel semel ad confessionem ad-
miserint.

IV. De rectoribus, qui corrumpunt suas
parochianas.

Et rectores, qui proprias parochianas cor-
rumpere non verentur. Qui, secundum rigo-
rem canonum, ab omni officio deponendi,
peregrinando debent xv. annis pœnitere: &
postmodum ad monasterium divertere, ac ibi
dem toto vitæ suæ tempore commorari.

V. Ut prædicta ad ceteros presbyteros
extendantur.

Hæc autem quæ supra diximus de pœna
presbyterorum, qui parochias regunt, ad al-
ios extendi volumus, qui non regunt paro-
chias, cum omnes pari voto continentæ sint
astricti, & omnes deceat par honestas.

VI. De concubinis presbyterorum.

Concubinæ vero presbyterorum, vel alio-
rum clericorum, qui in sacris ordinibus fue-
rint constituti, de quibus constitit, per ex-
communicationis sententiam, ad agendam pœ-
nitentiam compellantur: earumdem absolutio-
ne nobis, præterquam in mortis articulo, re-
servata.

VII. De iis qui in excommunicatione perti-
naciter perseverant.

al. que
al. perfe-
verent.
al. corri-
piantur.

Si quis autem excommunicatione contem-
pta, animo obstinato, in peccato pertinaci-
ter perseverare: & coerceatur brachio sæ-
culari; & in vita careat communione fide-
lium; & in morte, ecclesiastica sepultura ta-
libus denegetur.

VIII. Ne fornicariis, aut de incontinentiis
diffamatis, parochias regenda
committantur.

al. publi-
cis
al. retri-
neant novi-
ter diffama-
tos

Caveant insuper rectores ecclesiarum ne pu-
blice fornicariis sacerdotibus, aut de vitio
incontinentiæ convictis, seu diffamatis, paro-
chias regendas committant, seu retineant:
quod si facere præsumperint, lx. solidorum
convertendorum in fabricam Ecclesiæ Cice-
strensis noverint se multandos.

IX. De vestimentis presbyterorum.

al. distin-
guantur

Sicut vita presbyterorum a vita vulgari de-
bet esse sejuncta: ita decet, ut habitu & in-
cessu a ceteris distinguantur. Propter quod
inhibemus, ne cappis manicatis, vel aliis in-
dumentis levitatis & lasciviæ notam præten-
dentibus utantur publice, contra constitutio-
nem S. concilii ultimo apud Lambeth cele-
brati. Alioquin hujusmodi indumenta, fabri-
cæ ecclesiarum, ubi degunt, vel quibus de-
serviunt, archidiaconi ministerio, cogitione
summaria applicentur.

Concil. General. Tom. XXIV.

A

X. Quales presbyteri eligendi a rectoribus
ecclesiarum.ANNO
CHRISTI
1189.

Eligant itaque ecclesiarum rectores, pres-
byteros notæ ordinationis, & conversationis
honestæ, potentes opere & sermone; qui e-
xemplo vitæ, & verbo doctrinæ parare Do-
mino valeant plebem perfectam; qui circa
correctionem parochianorum vigilant incessan-
ter, & excessus subditorum diligenter investi-
gant & corrigant quæ fuerint pœnitentialiter
& familiariter corrigenda. Excessus autem,
qui in publicam prodeunt notitiam sive fa-
mam, archidiaconi seu decanis, sive offi-
ciariis nostris, sine mora denuncient rectores
seu vicarii, corrigendos: ad quod, juramenti
vinculo, antequam ad curam parochiarum
acceserint, quasi voto fortissimo adstrin-
gantur.

XI. De denunciationibus.

Ad hæc, præcipimus ut rectores, vel eo-
rum presbyteri, singulis intersint capitulis, &
excessus denuncient subditorum, & denuncia-
tiones, vocationes, & executiones nostras,
seu officiariorum nostrorum, ac alia manda-
ta recipiant, quæ occurrerint variis tempori-
bus injungenda.

XII. De mittendis ad pœnitentiarium.

Nullus autem ad pœnitentiarium nostrum pro
aliquo delicto mittatur, de quo interim con-
fessus fuerit, vel convictus. Enormia vero
delicta nobis, vel pœnitentiarium nostro ad hoc
specialiter deputato, præterquam in articulo
mortis, reservamus. Litteras autem archidia-
coni, decani, vel officiariorum, ad pœnitenti-
arium, gratis concedi volumus & præcipi-
mus pœnitenti. Et ut liqueat, qualis fuerit
pœnitentia, & pro quo crimine specialiter
injuncta: pœnitens, litteras pœnitentiarium re-
ferat ad mittentem. In singulis autem deca-
natus, per capitulum duo eligantur presby-
teri, qui moribus & scientia præditi, confes-
siones audiant sacerdotum.

XIII. De taxandis stipendiis presbyterorum

Ne per levitatem stipendorum, viliores
honestioribus, vel imperiti peritioribus præfe-
rantur: stipendia presbyterorum unius anni,
taxanda duximus quinque marcas, in locis
quibus ecclesiarum sunt tenues, sive modicæ
facultates. In ditioribus autem ecclesiis, iux-
ta ipsarum facultates, presbyteris volumus &
statuimus uberius provideri.

E

XIV. De presbyteris præficiendis.

Rectores ecclesiarum, presbyteros suis ec-
clesiis non præficiant, donec ipsos archidia-
conis, vel ipsorum officariis repræsentent: de
quorum ordine, vita, & scientia, examina-
tione habita diligenti, illi qui inventi fuerint
idonei, adjuncto tempore, & stipendorum
quantitate, in rotulum publicum capituli re-
digantur: minus autem idonei, de quorum
vita & ordinatione non constitit, penitus
repellantur. Ordinati vero a non suis episco-
pis, vel aliis irregularitate canonica notati,
ad

Xxx

ANNO
CHRISTI
1189.

ad nos mittantur pro gratia, si digni fuerint, A
obtinenda: si sit casus in quo, ex nostro of-
ficio possimus de jure misericorditer dispen-
sare.

cui debeat confiteri: ne quispiam tali vela-
mine, nemini confitendo, penitentiam distu-
giat sacramentum.

ANNO
CHRISTI
1189.

XV. De Divinis officiis rite celebrandis.

Presbyteri sint seduli ad Divina officia, ho-
ris competentibus & statutis in suis ecclesiis
celebranda: ne desidiosa vel negligentia argui
sive puniri debeant a praelatis. Quae autem
tractant vel legunt, distincte proferant &
aperte, non transiliendo, neque transcurrendo,
vel syncopando; sed cum debita reverentia,
ut ad devotionem excitent mentes seu
animos auditorum.

* al. Quae
autem legunt
vel cantant.

XVI. De visitatione infirmorum.

Infirmos singulis diebus Dominicis vel fe-
stivis videant, & visitent diligenter. Caveant
autem presbyteri, ne ad visitandum infirmos
se exhibeant difficiles, quoscumque hora fue-
rint requisiti. Quod si praesumpserint, cano-
nicam non effugient ultionem: nec, sicut a
quibusdam haecenus praesumptum, mittant cum
eucharistia diaconos ad infirmos, dum ipsi vel
potationibus, vel aliis voluptatibus carnis va-
cant, sed personaliter infirmos adeant, &
confessiones audiant solerter: crimina & cir-
cumstantias criminum investigent, & inno-
tescant infirmis, quae foret poenitentia, ac in-
jungant, quod poenitentiam recipiant, cum
saluti fuerint restituti, cum poenitentia non
sit infirmis, secundum canones, injungenda.

XVII. De poenitentia.

Pro furtis & rapinis, seu damnis aliis ir-
rogatis, Missarum solemnities non injungant;
rerum restitutione praetermissa, sicut solet fieri
a quibusdam, qui salutem animarum non
quaerunt, sed compendium temporale: sed aut
omnem rem restitui, & damna rescirari praeci-
pian defraudatis.

XVIII. Quomodo deferenda ad infirmos eu-
charistia.

Cum autem in urbibus & villis, ubi sitae
sunt ecclesiae accedunt cum eucharistia ad vi-
sitandum infirmos: pro reverentia corporis
Christi, superpellicis sint induti, cum cruce,
lucerna accensa, & campana; clerico, vel
alio humiliter praevante.

XIX. De sepulturis.

Ad haec, firmiter inhibemus, ne commu-
nio corporis Christi, cuiquam, vel morienti
ecclesiastica sepultura, praetextu cujuslibet de-
licti occulti denegetur.

XX. Ut nemo, nisi privilegio papa munitus,
audiat confessionem alieni parochiani.

Nullus presbyterorum, alienum parochia-
num ad confessionem, vel communionem cor-
poris Christi, praesumat admittere, sine licen-
tia proprii sacerdotis, nisi privilegio audien-
di confessiones, a summo pontifice sit muni-
tus. Cum autem a sacerdote licentia petitur
alteri confitendi, sacerdos personam designet

XXI. De sacris liberaliter conferendis.

Ne autem presbyteri quantum salutis praef-
erant animarum, tractatum de decimis seu
aliis temporalibus in confessionibus non per-
mittant, sed diligenter exponentes confitenti,
qualiter debeat confiteri, & quis sit poeni-
tiae fructus, expletis omnibus, tantum demum
petant, quae de decimis vel aliis ecclesiasticis
debeantur.

* al. vel
aliis, eccle-
siae debebun-
tur.B XXII. Ut liberaliter detur in Pascha corpus
Christi.

Similiter in sacrosancto die Paschae, sine
ulla exactione decimae, vel debiti, seu obla-
tionis liberatur corpus Christi: ne una ma-
nu porrigendo eucharistiam, altera recipien-
do pecuniam, nostrae redemptionis mysterium
fiat venale. Quod si compertum sit fieri:
praecipimus hujusmodi flagitiorum commercium
severitate canonica graviter vindicari.

* al. libera-
liter confe-
rant corp.

XXIII. De legato facta concubinae clerici.

Licet legitima testamenta clericorum dece-
dentium velimus firmiter observari: nolimus
tamen, quod concubinis suis in testamento
suo quicquam relinquat, seu iis donent in
extremis, mortifere laborantes. Quod si de
cetero factum fuerit, totum illud in pios usus
nostrae arbitrio convertatur.

XXIV. De matrimonio & clandestinis despon-
sationibus.

Ad haec, firmiter inhibemus, ne quis alie-
num parochianum ad matrimonium contra-
hendum recipiat, nisi tamen ubi vir ejus con-
versatus fuerit: quin ubi femina degit, dili-
gens scrutinium permittatur, & litteras referat
sui praelati, quicquid per scrutinium ap-
pareat contententes.

XXV. De matrimoniis clandestinis.

Fidei donationes domesticas, etiam de ma-
trimonio contrahendo, fieri prohibemus, nisi
coram testibus fide dignis, & sub praesentia
sacerdotis. Ac laici, qui talibus interfuerint
clandestinis contractibus, propter perniciosum
exemplum, poena publica puniantur.

XXVI. Ut archidiaconi, & alii jurisdictionem
habentes, suis finibus sint contenti.

Volentes autem ut unicuique quod suum
est, conservetur legitime: statuimus, ut ar-
chidiaconi, & alii qui alicui jurisdictioni praef-
esse videntur, taliter suis finibus sint conten-
ti, ne quid in praedictum episcopalis digni-
tatis nostrae, aut possessionis, seu consuetudi-
nis Cicerstrensis ecclesiae, diu obtentae, &
approbatae, temere audeant attentare.

XXVII. De visitatione episcopi.

Volumus etiam & statuimus, quod singulis
ecclesiis civitatis Cicerstriae & dioceseos, ad

ANNO
CHRISTI
1189.

nostram visitationem spectantibus, post susce-
ptionem nostrarum litterarum de visitatione
celebranda, omnes causæ integræ tum reper-
tæ, necnon excessus non correcti, nostræ
discussioni & correctioni principaliter refer-
rentur.

XXVIII. De processibus.

Quia vero exigentibus culpis nostris, fru-
ctus humanis necessitatibus cælesti miseratione
provisos frequenter absorbet repentina ca-
lamitas tempestivum: orationum suffragiis est
Christi misericordia, & precibus piis invocan-
da. Ideoque singuli presbyteri, cum aeris
intemperiem viderint imminuentem, non ex-
pectato nostro vel archidiaconorum nostrorum
mandato, protinus ad processiones & humi-
les orationes devotionem excitent subditorum:
ne, dum iussionis nostræ auctoritas expecta-
tur, ultra quam expediat, deprecatio fide-
lium, morosa negligentia prorogetur.

XXIX. De ornamentis ecclesie.

Quia domum Dei decet ornari honore con-
gruo, dicente Psalmista, *Domine dilexi deco-
rem domus tuæ*: præcipimus, in vasis, vesti-
mentis, libris, & aliis ad Divinum ministere-
rium deputatis, ecclesiis honorifice provideri.
Item ecclesiasticum fontem baptismalem, & C
chrismata, sub clavibus, curiosa diligentia &
solicitudine custodiri. Si quis vero ea incau-
te relaxaverit non signata, tribus mensibus
ab officio suspendatur.

* al. reli-
querit

XXX. Quid faciendum de pannis chrisimalibus

Panni etiam chrismales, in usus sæculares,
teu profanos, minime convertantur; sed ad
manutergia, seu superpellicia, seu pannos ce-
teros consuendos seu rescindendos, dispositione
discreti * sectoris cum omni reverentia catho-
lica exponantur.

* al. dispo-
sitione sa-
cerdotis

XXXI. De firmis.

Ecclesias viris religiosis ad firmam dari fir-
miter inhibemus, & illis præcipue, qui in
eisdem obtinent jus patronatus: item multo
fortius de laicis quibuscumque. Quod si con-
tra præsumptum fuerit, fructus beneficiorum
sequestrentur: & tam dantes quam accipien-
tes, episcopi & * sui officarii decreto ceno-
nico puniantur.

f. aut

XXXII. De decimis.

Decimas autem nullus vendere præsumat.
ante tempus, quo inde ex beneficio consue-
tudinis testandi habeat facultatem: sed nec E
laicus ullo tempore, donec fuerint a novem
partibus separatæ. Indulgemus vero clericis
in suis ecclesiis residentibus, aut in nostro
servitio admorantibus, aut etiam de nostra
licentia, causa studiorum absentibus, ut de
fructibus terrarum ecclesiarum suarum, quas
propriis sumptibus excolunt atque serunt, qua-
cumque parte anni deceaserint, testandi ha-
beant facultatem.

XXXIII. De vicariis.

Religiosi, ad vicarias ecclesiarum quas ha-
bent in proprios usus, vicarios nobis idoneos
præsentent: alioquin taxatione vicariorum præ-
habita *, de illis curabimus ordinare.

ANNO
CHRISTI
1189.* al. probi-
bita.

XXXIV. De pensionibus.

Neu * conniventia nostra consensum indu-
cat, & taciturnitas pariat culpæ reatum: nos
synodali definitione, firmiter injungimus &
monemus, ut ecclesiæ, decimæ, pensiones,
& alia quæcumque * jura, quæ per vitiosum
sunt usurpata ingressum, sine mora salubriter
resignentur: cum vitia possessionum a præ-
decessoribus ad posteros, juxta juris exigen-
tiam, cum suo vitio transmittantur. Et ne
supradicta percipiantur, vel exigantur, sub
obtestatione Divini iudicii, firmiter inhibe-
mus: cum ad paria judicentur, alienum in-
vadere, & illicite detinere

* al. ne au-
tem con-
suetudine* al. & alia
ecclesiastica

XXXV. De juramento fidelitatis.

Illum autem abusum reprobamus penitus,
quo religiosi a clericis ad beneficia præsentati,
ante institutionem obtentam, fidelitatis
exigunt juramentum. Qui autem tale sacra-
mentum præstiterunt, beneficiis ipsis noverint
se privandos. Nec exactores relinquimus im-
punitos, cum simoniacam contineant pravi-
tatem.

XXXVI. De pensionibus.

Pensiones autem debitas, terminis statutis
solvi præcipimus, sub pena duplici, ecclesiæ
Cicestrensis fabricæ persolvenda. Simili pena
percellit volumus, qui synodalia, antequam a
synodo recesserint, non persolvunt.

XXXVII. De examinationibus.

Quia causæ plerumque matrimoniales, &
aliæ, per indiscretos examinatores periclitan-
tur & diutius protrahuntur: volumus, quod
in singulis decapitibus, sex vel quatuor fide-
digni eligantur & discreti, qui testes produ-
cendos fideliter examinent, & dicta singulo-
rum integre & fideliter redigant in scriptu-
ram: non sicut fieri consuevit, scribendo quod
cum aliis concordet, vel per omnia idem di-
cat, cum talis sit obscuritas reprobanda. Ad
hoc se obligent vinculo sacramenti: salario
eis ob hoc, moderatione archidiaconi & ca-
pituli, constituto.

XXXVIII. De exceptionibus causarum ma-
trimonialium.

Qui autem in causa matrimoniali falsas
exceptiones vel opponunt, vel opponi procu-
rant, vel qui in causa matrimoniali, ubi de
exheredatione agitur filii, scienter prohibent
testimonium, ut id fieri procurant, vel testes
subornant: excommunicationis sententiæ se
noverint subiacere.

ANNO
 CHRISTI
 1109.

XXXIX. De iis qui mentiuntur habitum fratrum, & predicant turpis lucri gratia.

Quia, ut a fide dignis audivimus, quidam non veri fratres, nec veraciter de ordine quidem apostolorum existentes, mutatis vicibus, ipsorum fratrum, scilicet apostolorum habitum & tonsuram, similitudinarie portantes, in plerisque ecclesiis & aliis locis nostrae diocesis, praedicationis, & audiendi confessiones officium praesumptuose exercuerunt, & aliquoties eorum praedicationem, ad quaestum pecuniarium, & aliud lucrum turpe, florido colore subventionis, ad calicem, vel librum, vel aliud ornamentum ecclesiasticum, quo eos egere asserunt, converterunt, & a simplicibus per medium illum extorserunt: volentes ergo nostros subditos, a talibus fraudibus praemuniri, ipsis injungimus, ne tales falsos fratres, vel alios, titulum professionis a sede apostolica non habentes, in suis ecclesiis, vel alibi in suis parochiis, praedicare, vel conciones audire permittant. Et si quid lucri fortasse, pro hujusmodi praedicatione sibi adquisiverunt, illud ad fabricam & opus ecclesiae, ubi id acceptum fuerit, statim deputare non postponant.

XL. Qui sint excommunicati.

Excommunicamus autem, qui pacem regis & regni perturbare, aut libertates ecclesiae seu jura, praecipue hujus sacrosanctae Cicerentis ecclesiae, infringere, ac possessiones ecclesiasticas invadere, aut ad bona ecclesiastica manus impias extendere praesumpserint, in praedictum ecclesiasticam libertatem. Item illos qui in beneficia ecclesiastica se intrudunt; & eos qui per laicalem potentiam, seu aliam violentiam, absque consensu seu conniventia praelati loci, ea detinent occupata: illos qui sequestrationem scienter de cetero violant, simili sententia involventes. Eadem sententia

etiam omnes illos innodamus, qui mandata regia pro coercendis excommunicatis a quibuslibet impetrata, gratia vel odio alicujus personae, seu alia causa, exequi malitiose disserunt vel evitant. Omnes etiam incendiarios, ecclesiarum fractores, veneficos & veneficas, vacantes imprecationibus, magos, & haec fieri procurantes, & qui immunitatem ecclesiae violaverint, denunciamus excommunicationis sententiam incurere ipso facto.

XLI. De sententia excommunicationis.

Prohibemus etiam, ne excommunicationis sententia in genere pro damnis vel injuriis proferatur in genere, quotiens dignosci poterit, quis adversus quem habeat actionem: nisi evidens utilitas id exposcat. Excommunicamus etiam omnes illos, qui odii vel lucri causa aliis crimina falsa imponunt, pro quibus mors, vel exilium, aut membrorum mutilatio, vel exhereditatio, seu bonorum expropriatio, sequi debeat, si judicialiter convincantur. Itaque generales sententias in singulis parochialibus ecclesiis per earum sacerdotes, sub poena suspensionis a Divinis, praecipimus, quatenus in anno lingua materna publicari parochianis, distincte & aperte: videlicet Dominica in Adventu Domini, Dominica in medio Quadragesimae, Dominica proxima ante festum Nativitatis S. Joannis Baptistae & Dominica proxima ante festum S. Michaelis. Qui vero, ad defamationem alterius quid proponit, quod mores sugillet, nisi hoc probare valuerit, canonicè puniatur: & ita injuriam passus, pro modo culpae, satisfacere compellatur. Haec autem salubria statuta, in singulis decanatus, proximis capitulis post singulas synodos recitentur, & per illos qui capitulis praerunt, in singulis articulis exponantur, & ad eorum observantiam per censuram ecclesiasticam singuli districtius compellantur. Haec autem, & a singulis libertatem praetendentibus districtius observari, & in suis capitulis

ANNO CHRISTI 1109. al. vel odio seu lucri causa exequi. al. dist. vel omittunt. al. veneficos, & magicis incantationibus utentes, & haec fieri procurantes.

al. in sing. decan. Augustis generalibus quater in anno recitentur. Deest videtur praecipimus.

CONCILIUM VIENNENSE.

EX Gallia Christiana discimus, a Guillelmo Joanne Valentiniensi & Diensi, Hugo Vroariensis, G. Gratianopolitano, & Aymo Mauriensi, G. Gratianopolitano, & Aymo Mauriensi, episcopi.

ANNO
 CHRISTI
 1190.

CONCILIUM EBREDUNENSE

ANNO
 CHRISTI
 1190.

Ex Martene
 Thef. Anecd.
 Tom. IV. p.
 102.

Anno Domini MCCXC. celebratum

Ex MS. Codice Ecclesiae Digniensis.

I.

Haec statuta, quae nos frater R. de Medullione Dei patientia sanctae Ebredunensis ecclesiae Archiepiscopus per dictum dominum Henricum bonae memoriae Ebredunensem Archiepiscopus ac postmodum Ostiensem Episcopus comperimus esse facta, una cum venerabilibus G. Dignensi, B. Glandateni, Lanreimo Grassensi, B. Senecensi, Hugone Nicensi, & Guillelmo Venciensi Dei gratia Episcopis suffraganeis nostris, fratre P. abbate Bolshaudunensi, ac procuratoribus Capitulum ecclesiarum ipsorum constituti in

no-

ANNO
 CHRISTI
 1190.

ANNO
 CHRISTI
 1190.

nostro provinciali Concilio apud Ebredunum A
 anno 1290. die Sabbati ante Assumptionem
 B. Mariæ Virginis evocato, & cum conti-
 nuatione dierum subsequantium celebrato, de
 ipsorum consilio & assensu expresso statuta
 ipsa utpote utilia & honesta rata habentes,
 & ex certa scientia confirmamus, ac per E-
 bredunensem civitatem, diocesim, & provin-
 ciam volumus & præcipimus perpetuo firmi-
 ter & efficaciter observari, non intenden-
 tes, propter hæc statuta statutis aliquibus in
 Ebredunensi & aliis præmissis ecclesiis hæde-
 nus rite & canonicè factis præjudicium ali-
 quod generari, seu consuetudinibus in eis-
 dem hæcenus observatis.

II.

Item nos prædictus frater R. archiepisco-
 pus cum præfatis suffraganeis nostris unani-
 miter & concorditer in præsentì concilio sta-
 tuimus & ordinamus.

*Ut nullus in Clericum tonsuretur, nisi sit
 de legitimo matrimonio.*

Ut nullus tonsuret aliquem in Clericum,
 nisi comperito quod sit de legitimo matrimo-
 nio natus, & nisi habeat litteras testimonia-
 les de corona ab illo, a quo ipsam accepit,
 per quas possit facere fidem loco & tempore
 opportunis, quod fuerit tonsuratus.

III.

*De precibus, & orationibus spiritualibus
 in Missa faciendis.*

Item statuimus & ordinamus, ut pro præ-
 senti tribulatione, & persecutione, quæ im-
 minet Ecclesiis, mitigandis, speciales oratio-
 nes & preces diebus singulis in Missis paro-

chialibus & conventualibus post *Pater noster*
 ad Dominum effundantur, secundum modum
 inferius annotatum. Dicitur *Pater noster*, sed
 libera nos a malo, incipiat Presbyter, *Deus in*
adjutorium meum intende, & dicatur totus
psalmus Gloria Patri &c. Sicut erat *&c. Ky-*
rie eleison, Christe eleison, Pater noster. Et
ne nos &c. V. Mitte nobis Domine auxilium
de Sancto. R. Et de Sion tuere nos. V. Do-
mine exaudi &c. Dominus vobiscum. Oremus.
Protege nos Domine famulos tuos, & alia ora-
tio. Præsta quasumus, omnipotens Deus, ut qui
juste pro peccatis nostris affligimur, pro tua
nomini gloria misericorditer liberemur. Item,
 alia oratio. *Concede nobis omnipotens & justis-*
sime Deus, apud quem nulla est iniquitas, ut
qui sanctuaris tui possessiones & jura diripiendo
inveadunt, satisfactione celeri corrigantur. Per
Christum Dominum nostrum, amen. Libera nos
&c. Et istud fiat, quotiescumque nos præla-
 tus id duxerimus revocandum.

IV.

*De indulgentia concessa per archiepiscopum &
 prælatos omnibus fidelibus, qui speciales
 orationes fecerint in præmissis.*

Nos autem præfatus archiepiscopus de præ-
 dictorum suffraganeorum nostrorum consilio &
 assensu omnibus fidelibus vere pœnitentibus
 & confessis, qui pro istis tribulationibus se-
 dandis, singulis diebus aliquam orationem
 spiritualem fecerint, xx. dies de injunctis si-
 bi pœnitentiis relaxamus.

Et nos etiam suffraganei ejus prædicti ac
 quilibet nostrorum alios xx. dies consimiliter
 indulgemus. In quorum omnium testimo-
 nium nos præfatus archiepiscopus, & suffra-
 ganei ejusdem sigilla nostra præsentì pagine
 duximus appendenda.

CONCILIUM NUGAROLIENSE,

Ab Auscitane provinciæ episcopis celebratum, præfide Amaneo de Armaniaco,
 hujus nominis secundo, anno Domini MCCXC.

Nunc primum prodit ex amplissima bibliotheca illustrissimi archiepiscopi
 Remorum coadjutoris, Mauritiî Tellerii

TITULI CAPITULORUM.

E12. Excommunicatio contra occupantes bona vel
 res ecclesiarum.

1. Ut comes Fuxi restituat episcopo Lascariensi
 civitatem Lascariensem, & alia.
2. Excommunicatio in.....
3. De abusoribus litterarum.
4. Excommunicatio fortilegorum.
5. De sententia excommunicationis, & de le-
 præfatis.
6. Diversa pœna, quicumque episcopum invo-
 ferit.
7. Idem in abbatibus & clericis.
8. De sententia excommunicationis cum inter-
 dicto.
9. Quod requisiti cessent a Divinis.
10. Excommunicatio contra infringentes liberta-
 tem ecclesie.
11. Interpretatio cujusdam statuti.

PREFATIO.

Notum sit omnibus quod an. Dóm. MCCXC.
 die sabbati, post festum Assumptionis
 beatæ Mariæ Virginis, venerabilis A. Dei
 gratia archiepiscopus Auscitane, assistentibus
 apud Nugarolium in concilio provinciali ve-
 nerabilibus fratribus nostris, Coferanensi, Olo-
 rensi, Tarbienti, Lascariensi, Adurensi, &
 sanctæ Quiteriæ, episcopis & vicariis eccle-
 siæ Convenarum, sede vacante, & procura-
 toribus aliorum suffraganeorum nostrorum ec-
 clesiæ Auscitane, necnon cum procuratoribus
 omnium capitulorum; ecclesiarum cathedra-

ANNO
CHRISTI
1190.* Corr. Re-
zula

dratum, collegiarum ipsius provincie, & A
abbatibus Pessani, & Reulæ Silvestrensis,
& pluribus prioribus, præceptoribus, archi-
presbyteris, & aliis ecclesiarum prælati dioc-
cesis & provincie prædictarum, fuit concor-
diter ordinatum.

CANONES.

I. Ut comes Fuxi restituat episcopo Lascu-
riensi civitatem Lascurensem, & alia.

Quod super violentia & spoliatio-
ne facta præfato episcopo & ec-
clesiæ Lascurenſi, moneatur nobilis
vir & comes Fuxi & uxor ejus, &
eorum sicut * in Bearnio, per Tar-
bientem & Olorensem episcopos, quod
infra quindecim dies post monitionem
ipsorum, restituant dicto episcopo Laf-
curienſi, civitatem Lascurensem, &
castra, ac loca, & alia bona, in mo-
nitione super hoc confecta, contenta:
alioquin excommunicationis sententia
sint ligati. Et quod ad perpetuam rei
memoriam inter statuta provincialia
scribatur, ut si in futurum per aliquos
principes contemptentur * similia, con-
tra ipsos modo simili procedatur.

* Corr. at-
tenuatur

II. Excommunicatio in.....

Sententia excommunicationis delata
dudum in * rectores manifestos pro-
vinciæ Auscitanæ, sit ratificata & con-
firmata.

* f. rapo-
res, vel re-
tentores, co-
rum nome-
que prædi-
ta sunt, vel
rectores,
manifestos
concubina-
rios.* Corr. abu-
sum

III. De abusibus litterarum.

Quia per usum * litterarum multi
vexantur & affliguntur laboribus & ex-
pensis: in prædicto concilio extitit con-
stitutum, quod tam clerici, cujuscum-
que conditionis aut status existant, qui
litteris apostolicis abutuntur, vel lit-
teris legatorum sedis apostolicæ, vide-
licet utendo falsis litteris scienter; vel
qui litteras nomine suo vel nomine
ecclesiæ suæ impetratas tradunt aliis
pro advertariis faciendis, & qui eas
ad sic utendum recipiunt: & qui lit-
teris vocatis, *ea qua de bonis*, utuntur
contra aliquos, contra quos de jure,
secundum formam ipsarum, dictæ lit-
teræ non procedunt vel possunt exten-
di, vel aliis litteris apostolicis gene-
ralibus, sententiam excommunicationis
incurrant: & iudices, qui scienter
aliquos sic faciunt per suas litteras fa-
tigari.

IV. Excommunicatio fortilegorum.

Quoniam fortilegia idololatriæ com-
parantur, per quam animæ damnabi-
liter decipiuntur: omnes fortilegi fue-
runt in dicto concilio excommunica-
tionis sententia innodati.

V. De sententia excommunicationis, &
de leprosis.

Fuit in dicto concilio institutum,
quod clericus aut religiosus, cujuscum-
que conditionis aut status existat, qui
clericum aut religiosum super actu par-
ticulari, vel super crimina in iudicium
vocari seu citari fecerit coram iudice
sæculari, excommunicationis sententiæ
subiaceat ipso facto; & vocato seu sic
citato de expensis & interesse satisfacere
teneatur. * Item quod leprosi su-
per actionibus personalibus non con-
veniantur coram iudicibus sæcularibus:
& si conventi fuerint, non teneantur
respondere coram ipsis: & ad interes-
se teneantur eisdem, qui eos sic pro-
curaverint conveniri: & nihilo mi-
nus iudices sæculares compellantur per
sententiam ecclesiasticam, ne ipsos super
talibus actionibus respondere compellant.
Item quod leprosi eundo ad vil-
las, & per villas, & ad castra, si-
gnum portent consuetum in veste su-
periori, & non intrent nudinas vel
mercata: alioquin quinque solidis cur-
rentis monetæ mulctentur, ordinario
applicandis.

Concil.
Vauren. an.
1168. c. 91.* Hic defi-
nit Canon
Vaurenſis.

VI. Diversa pena quicumque episcopum
invaserit.

Quia quod contra prælatos agitur,
facile in subditos derivatur: dignum
est, ut perpetrata contra ipsos emen-
datione debita corrigantur, ne concu-
sis columnis ecclesiæ, ædificium di-
ruatur. Idcirco statuimus, quod qui-
cumque episcopum hostiliter malitiose
cum armis fuerit infecutus, invaserit,
percusserit, vel ceperit, vel socius fue-
rit facientis, aut fieri mandaverit,
aut factum ratum habuerit, aut con-
siliium dederit vel favorem, aut pos-
tea receperit aut defensaverit scienter:
eiusdem excommunicationis sententiam
incurrat ipso facto, a qua
nequeat, nisi in articulo mortis, nisi
a nobis vel a summo pontifice, li-
berari. Et si in mortis articulo quis
absolutus fuerit, corpus sepultura Chris-
tiana, * donec de præmissis satisfecerint
competenter. Nec ad tonsuram

* Deep. pri-
verit,

sam

ANNO
CHRISTI
1190.* Dec. nec
* f. conse-
quatur* Corr. obel-
nebant....
sunt privati

ram admittantur: * in domibus regularibus, alicujus praelationis sequantur, * honorem. Si secus factum fuerit, sit irritum ipso facto, & omnibus feudis, locationibus, arrendationibus ecclesiarum, & beneficiis quæ ab ecclesia & monasteriis obtineant * in provincia, ipso jure perpetuo sit privatus, quæ ad ipsas ecclesias ipso facto libera revertantur. Et quod si quis prædictorum, filium vel filios habeat, beneficiatum, vel beneficiatos, quovis beneficio sit eo ipso privatus, spe promotionis eo ipso omnino sublata. Dentur cuncta eorum ædificia in ruinam, & nullo tempore reparentur. Et sit infamis perpetuo: & tam infector, quam alii supradicti, tanti mali participes, quamdiu in sua malitia perdurabunt, singulis diebus Dominicis & festivis, pulsatis campanis & candelis extinctis, per omnes illius loci ecclesias, in quo tantum facinus fuerit attentatum, & diocesum vicinarum, excommunicati publice nunciuntur. Et loca ubi perpetrata prædicta fuerint, & ubi prædicta delinquentes hujusmodi recepti fuerint, usque ad congruam satisfactionem ecclesiastico subiaceant interdicto. In aliis quibuscumque locis, quamdiu ibi fuerint, cessetur omnino a Divinis, præter in casibus a jure permissis, & aliis pœnis super hoc vel concilia jure statutum nihilo minus in suo robore duraturo.

* Mandatus
locus, sed
tamen intel-
lectu facilis.

VII. Idem in abbatibus & clericis.

Idem sit in abbatibus, prioribus, archidiaconis, canonicis ecclesiarum cathedralium, rectoribus: exceptis tribus pœnis, scilicet quod filii talium non perdent habita beneficia; & quod sua ædificia non dentur in ruinam; & quod non admittantur ad sacros ordines, tonsuram, vel beneficia ecclesiastica, nec ad honorem praelationis in domibus regularibus.

VIII. De sententia excommunicationis cum interdicto.

Statuimus, quod si quis, vel si quæ, violenter occupaverit bona vel res ecclesiasticarum personarum, vel retinuerit occupata, vel mandaverit, vel suo nomine factum, ratum habuerit, vel consilium vel auxilium ad hoc dederit: ipso facto sit excommunicationis vinculo innodatus: & loca ubi sit violentia, vel ad quæ reducuntur, usque ad satisfactionem condignam sint

ecclesiastico interdicto supposita. Si castra, villa, vel locus ecclesie, vel monasterii, vel ecclesiasticarum personarum, occupentur: quamdiu stabit injuria, sit ipse locus suppositus ecclesiastico interdicto, & omnia loca terræ taliter occupantium, vel mandantium vel ratum habentium, nisi requisiti infra octo dies emendaverint, usque ad condignam satisfactionem, ipso facto ecclesiastico subiaceant interdicto.

IX. Quod requisiti cessent a Divinis.

Addimus quod rectores ecclesiarum, dum fuerint requisiti * personas ecclesiasticas vel clericos damnum passos de præmissis, cessent a Divinis, & servent contenta superius ex tempore, * nullo alio mandato a superiore suo expectato.

ANNO
CHRISTI
1190.* Corr. per
personas.
* scriptum
erat expec

X. Excommunicatio contra infringentem libertatem ecclesie.

Ad evitandum animarum periculum, & ecclesiarum indemnitatebus Austriacæ provincie providendum, omnes & singulos utriusque sexus, cujuscumque dignitatis, conditionis, aut status existant, qui contra ecclesie libertatem, immunitatem, juxta * jurisdictionem & privilegia ejusdem, sive consistant * de spiritualibus, & temporalibus, modis quibuscumque acquisita, vel contra laudabiles consuetudines erga ipsas ecclesias pia devotione fidelium introductas venire nituntur, ipsa usurpando, aut ipsis ecclesiis & personis ecclesiasticis onera, præsertim gravia, imponere, aut contra præmissa, vel aliquod eorumdem, statutum, ordinationem, colligationem, conspersionem, confederationem, pacta, promissiones inter se, clam vel palam, directe vel indirecte, jure * vel facere, super conciliis * expensas, vel sumptuum contributionem, vel alias quoquomodo ad invicem factis, vel faciendis, perpetuo vel ad tempus: necnon omnes & singulos, cujuscumque conditionis aut status existant, qui praelatos, ecclesias, monasteria, capitula, collegia, vel conventus, seu alias personas ecclesiasticas, ad submissiones sibi faciendas bonorum immobilium, seu jurium ipsarum ecclesiarum, habitenus compulerunt, quocumque quæsito colore seu modo, vel alias quomodolibet, nisi infra duos menses a tempore hujusmodi inchoandos, de prædictis satisfecerint ecclesiis competenter, ipsa bona in pristinum dividerint, vel

Concil.
Vaurcn. an-
1169. can. 16.

* f. jura

* Corr. inire
* Corr. super
communi-
bus expen-
sis, vel sum-
pt. contri-
butione,

ANNO
 CHRISTI
 1190.

ANNO
 CHRISTI
 1190.

vel de cetero personas ecclesiasticas ad hujusmodi submissiones, ut praemittitur, faciendas compulerint; & quoscumque dantes in praedictis vel aliquo praedictorum, consilium, auxilium vel favorem, singulas personas, excommunicationis; collegia & universitates, interdicti sententis ipso facto decernimus subjacere. Praelati vero, religiosi, clerici, & personae ecclesiasticae, qui vel quae praesentem constitutionem, & alia jura super hoc edita non servaverint, poenas super hoc inflictas ipso facto noverint incurrisse Praesentem autem constitutionem per suffraganeos nostros in suis synodis semel, & per rectores ecclesiarum in suis ecclesiis quolibet anno, sub poena ingressus ecclesiae, quam, non parendo, ipso facto incurrant, praecipimus publicari.

traxerint praedicta, vel aliquod praedictorum, ipso facto in poenas dicti statuti incidisse. Mandantes dictas poenas in dictis personis & locis, usque ad congruam satisfactionem, inviolabiliter observari.

XII. Excommunicatio contra occupantes bona vel res ecclesiarum.

Statuimus quod quicumque utriusque sexus, bona, res, vel jura ecclesiarum, quae eisdem de jure vel consuetudine competunt vel debentur, quoad possessionem vel proprietatem, conjunctim vel divisim, occupaverint, vel retinuerint requisiti, vel in praemissis dederint consilium vel favorem, eo ipso excommunicationis sententiam incurrant. Si autem domini locorum, vel eorum locum tenentes, consules jurati, praedicta faciunt, ubi praedicta facta fuerint, vel aliquod de praedictis nisi fecerint dari, restitui, vel emendari, requisiti, ipso facto sunt suppositi ecclesiastico interdicto.

XI. Interpretatio cujusdam statuti.

deest confirmantes, aut aliquid simile.

Sacro approbante concilio * statutum nostrum olim editum in concilio Nogaroliensi quod incipit. „Statuimus quod si quis vel si quae violenter occupaverint bona, res ecclesiae, ecclesiarum parochialium, vel retinuerint occupata, &c. „declaramus, omnes & singulos utriusque sexus, qui post dictum statutum, bona, jura, vel res ecclesiarum, quae eisdem competunt vel debentur, de consuetudine vel de jure, quoad proprietatem vel possessionem, aut quoad utrumque, qui retinuerint, requisiti occupaverint ea, sub-

G. C. OBSERVATIO

Edictum est a nobis hoc concilium, ut est in codice Ms. ex quo quidquam detrabere religio fuit: quanquam undecimum caput alterius cujusdam esse concilii, ex eo certissime constat, quod interpretetur statutum olim, ut ait, editum in concilio Nogaroliensi: quod statutum est octavum hujus concilii caput. Quod acititium est undecimum, vix certa esse potest duodecimi fides

CONCILIUM PARISIENSE.

Ex chronico S. Dionysii, edito a doctissimo & religiosissimo viro R. P. Luca Dacherio Benedictino.

MCCXC. Hoc anno missi fuerunt a curia Romana duo legati in Franciam, quorum nomina, domnus Girardus, & dominus Benedictus, qui convocatis omnibus praetatis ejusdem regni, tenuerunt concilium in ecclesia B. Genovevae Parisiis. *Habemus chronicon.*

SYNODUS URATISLAVIENSIS

ANNO MCCXC. CELEBRATA.

Ex Lunigl
 Specileg
 Contin. II.

Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo, secundo Calend. Septembr. Praesidentibus nobis Synodo Diocesana in choro nostrae Ecclesiae Cathedralis, Clero nostro de tota terra diocesis ad ipsam Synodum convocato, praesens Constitutio est solemniter promulgata, praesentibus & expressum consensum praesentibus his nostris Fratribus: Illustri Principe, Domino Conrado, Duce Silesiae, & Domino de Sagano, Praeposito nostro: Et dominis Milejo Decano; Johanne Cantore, Nicolao Custode, Joanne Decano; & Magi-

stro Vito Archidiacono Glogoviensi; Henrico Lignicensi; & Johanne Lanaysen, Archidiacono; & Petro Praeposito, & Magistro Jacobo, Scholastico sanctae Crucis, Stephano, Arnolfo, Petro, Martino, Magistro Mirizlao, presbyteris: Nicolao de Connow; Petro Cancellario nostro; Martino Janusio; Henrico Simonis Walkone, Senario Johanne; Henrico procuratore, & Henrico de Wirbena; Canonicis Ecclesiae nostrae Cathedralis.

Volumus autem & mandamus universis & sin

ANNO CHRISTI 1190

ANNO CHRISTI 1190

singulis, Archipresbyteris, & ceteris Ecclesiarum Rectoribus nostrae diocesis constitutis sub poena suspensionis ab ingressu Ecclesiae, qua ex tunc incurrunt contemptores usque ad octavam beati Michaelis; has nostras salubres Constitutiones conscriptas habeant in Ecclesiis suis easdem parietibus affigentes. In cuius facti evidentiam, Constitutiones praesentes Sigillis, nostro & nostri Capituli, fecimus consignari. Praecipimus quod Sacerdotes majora in confessione maioribus reservantes, mittant ad Episcopum penitentes homicidas, facti, opere, consilio, vel auxilio; blasphemos Omnipotentis, & beatae Mariae, & Sanctorum: B Iniectores manuum in parentes, sive in Clericos, vel quoscumque Religiosos; Incendiariorum; Simoniacos; litterarum falsarios; incestuosos; detestabile peccatum contra naturam committentes cum brutis animalibus: Concupitores monialium; Ecclesiarum & Coemeteriorum effractores & violatores: Schismaticos & sacrilegos, & divinatores, & eos qui ad eos accedunt: Qui de sacramentis aliqua commiserunt maleficia, vel auxilium praestiterunt; qui abortivum procuraverint: Qui non permiserit Baptizare, qui interfuerunt scienter: Qui sine prima tonsura aliquem ordinem suscepit: Qui contra iustitiam vel conscientiam, auctoritatem, consilium sive auxilium in aliquo impendunt, undemors hominis vel membrorum mutilatio est secuta: vel qui huiusmodi scienter occasionem sine causa dederunt. Qui literas dicit, scribit,

A legit, vel aliquod adminiculum praestiterit, ut aliquis inutiliter.
Item: Clericos, qui suspensi sunt vel excommunicati, promoti, aut celebraverunt divina. Item; Sacerdotes seu ministris, quorum negligentia aliquod circa Sacramenta Altaris inhonestum quocumque modo evenit. Quibus omnibus (praeterquam illis qui pro violenta manu iniectione in personas Ecclesiasticas in Canonem latae sententiae inciderunt: quos Episcopi absolvere non possunt) per ipsos Episcopos de absolutionis beneficio provideri potest. Episcopi autem dicere debent omnibus excommunicatis ex quibuscumque causis: quod nullo modo, absque mortali peccato & irregularitatis vitio, possunt vel debent se ingerere divinis; & publice eis dicant si est publicum peccatum eorum: & si occultum occulte debent dicere confessoribus: quorum dispensatio ad solum summum Pontificem spectat; quod nec in susceptis ministrare ordinibus, nec ad majores, seu ad beneficia curam animarum habentia, possunt promoveri, absque dispensatione Domini Papae. Caveant autem Episcopi, quod nullum excommunicatum pro violenta manu iniectione in personas Ecclesiasticas, nec ab aliis excommunicationibus a Canone, sive ab aliis Iudicibus latis, absolvere nullatenus, nisi de mandato vel auctoritate Apostolicae Sedis, vel Cardinalium curae commissis dispensare, praesumant.



CONCILIUM PROVINCIALE APUD NOBILIACUM

DIOECESIS LEMOVICENSIS ANNO MCCXC. CELEBRATUM

A Simone archiepiscopo Bituricensi de colligenda centesima reddituum Ecclesiasticorum in provinciae utilitatem convertenda.

Ex archivis illustrissimi archiepiscopi Albiensis.

Ex Martene Thes. Anecd. Tom. IV. P. 111.


Simon Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Aquitaniae primas, ac de eiusdem gratia Clatomontensis, G. Lemovicensis, B. Caturcensis, R. Ruthenensis, B. Albiensis Episcopi, nec non Paulus Banciai Ruthenensis Canonici vicarius in spiritualibus & temporalibus generalis venerabilis patris praedicta gratia Mimatensis Episcopi in provinciali concilio celebrato per nos apud Nobiliacum Lemovicensis diocesis congregati; universis & singulis, ad quos praesentes litterae pervenerint, salutem in Domino. Dudum nobis, & aliis praelatis Bituricensis provinciae in nostro provinciali concilio celebrato per nos Bituris congregatis, de consensu totius concilii, pro communi utilitate totius provinciae per nos extitit ordinatum, quod quilibet persona ecclesiastica praedictae nostrae provinciae: nobis seu alteri nostrum subiecta, collegiata, seu non collegiata, regularis vel saecularis, cathedralis seu non cathedralis, quocumque nomine censeatur, solvere teneretur centesimam partem reddituum suorum ecclesiasticorum usque ad quinquennium: quae omnia adeo sunt notoria & omnibus manifesta, quod nulla possunt tergiversatione celari. Hinc est quod cum multi in solutionibus

didit centesimae pro terminis iam elapsis se negligentes exhibuerunt & rebelles, omnes debitores praedictae centesimae auctoritate concilii supradicti monemus, primo, secundo, tertio peremptorie, singulariter, & universaliter, ut infra mensem a tempore synodi proprii Episcopi cujuslibet debitoris computandum, de praedicta centesima pro parte qua obligati existunt, & quatenus pro tempore praedicto teneretur, nec non de expensis retardatae solutionis factis competenter satisfaciant: videlicet quilibet collectoribus seu collectori ad haec per suum proprium Episcopum deputatis, seu etiam deputandis: quod si infra mensem a dicto tempore facere neglexerint, seu contempserint, auctoritate praedicti concilii in personas singulares universitatem non facientes ex nunc ut ex tunc excommunicationis sententias promulgamus. Capitula vero Scholarium, ecclesiarum Collegiarum, decanos, priores, praepositos eorum, nec non conventus, abbates, & alias universitates Ecclesiasticas, quocumque nomine censeantur, supponimus ecclesiastico interdicto: monentes nihilominus omnes praedictas personas primo, secundo & tertio sub poenis praedictis, quas ex nunc & ex tunc in eas serimus, nisi fe-

ANNO CHRISTI 1190.

cerint quod mandamus, quatenus de tota A nisi prout per proprium diocesenum fuerit centesima ultimi anni instantis circa Nativitatem Domini supradictis collectoribus vel eis qui per proprium diocesenum fuerint deputati, vel etiam deputandi, infra dictam Nativitatem Domini satisfaciant competenter. Ut autem suprascripta centesima ad prosecutionem negotiorum nostrae provinciae integre convertatur, monemus auctoritate praedicti concilii omnes praedictos collectores primo, secundo, & tertio peremptorie, ut super receptis de centesima reddant quilibet suo proprio diocesano legitimam rationem infra mensem, computandum ab eo tempore quo fuerint super hoc requisiti, de receptione pro expensis vel salario nihil penitus retinentes, B no Domini MCCXC.

ANNO CHRISTI 1190.



CONCILIUM SALZBURGENSE

ANNO CHRISTI 1191.

De Hospitaliariorum, Templariorum & Teutonicorum ordinibus conjungendis, celebratum anno Domini MCCXCI. tempore Nicolai papae quarti.

ANNO CHRISTI 1191.

Qua occasione hoc synodus indicta, quidque in ea gestum fuerit, Eberhardus hujus temporis scriptor in suis annalibus, apud Henrici Canisii primum tomum editarum antiquitatum extantibus, ita describit: Anno millesimo ducentesimo nonagesimo primo, civitas Akaron, quam solum habebant Christiani in terra sancta, oblecta est per Soldanem Babylonensem, & per quadraginta dies & noctes sine intermissione impugnata, capta est, & ibidem multa Christianorum millia & capta sunt & occisa: aliqui autem per navigium fugerunt. Et quia multorum erat opinio, quod si fratres domorum ibidem, scilicet Hospitalarii, Templarii, & Teutonici, & reliquus populus omnino concordasset, civitas capta non fuisset: mandavit papa Nicolaus omnibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & aliis praelatis, ut concilia provincialia celebrarent, & deliberarent qua ope vel consilio eidem terrae possit subveniri. Et per concilium habitum Saltzburgae, rescriptum fuit domino papae & consultum, ut praedicti tres ordines cointerentur ad unum ordinem, melioribus eorum observantiis in unum redactis: & quod ad succursum ejusdem terrae sanctae, rex Romanorum cum principibus vocaretur. Qui nuntii antequam venissent ad curiam, papa mortuus est: & sic hoc negotium remansit infectum. Haec Eberhardus.

Quae sequuntur statuta Chunradi Saltzburgeris archiepiscopi, accepit Binus a Gregfero manuscriptorum, & in tomi tertii appendice collocavit. Cumque concilii locum aut tempus designatum non haberent, huic attributa concilio duxit.

Haec sunt constitutiones domini Chunradi, venerabilis archiepiscopi ecclesiae Saltzburgeris.

I. De contractibus matrimonialibus.

Contractibus matrimoniorum, qui nonnquam contra eorumdem honestatem, ac juris prohibitionem, in grave animarum periculum clandestine celebrantur, salubriter occurrere cupientes: prioribus statutis super hoc

editis adjicimus, & de consilio sacrae synodi statuentes, irrefragabiliter ordinamus, ut quaecumque sponsalia seu matrimonia contrahuntur, non minus quam sex personae honestae, ac fide dignae, de vicinia & saltem parochia amborum, vel alterius contrahentium, aut loci in quo contractus agitur, inter quas ad minus tres virilis sexus habeantur. Et in ipso contractu debent pro testibus adhereri, quae non sunt de contrahentium familia, vel eisdem in una domo cohabitantes, seu domus, in qua fit contractus hujusmodi, inquilinae. Quod si secus fuerit attentatum, contrahentes, operam dantes, sive scienter praesentiam exhibentes, & sponte in suis domibus haec fieri patientes, sententiam excommunicationis, quam & in his scriptis in eos ferimus, incidant ipso facto; in quos etiam alias, pro justo nostri motus arbitrio, animadverti poena, quae plus timeatur, volumus & debemus: quam sententiam absolutionis nobis duximus reservandam. Volumus etiam, ut post contracta quocumque modo sponsalia, vel matrimonia, ipsi contrahentes, vel aliqui de ipsorum mandato speciali, contractum hujusmodi infra mensem, a die ejusdem numerandum, plebano vel plebanis ipsorum contrahentium, seu, sicopia ipsorum haberi non poterit, vicariis eorumdem, duabus vel tribus personis idoneis praesentibus, debeant publicare. Contravenientes sententia excommunicationis, quam in his scriptis pronunciamus, involvi volumus ipso facto, alias, pro excessus gravitate, per nos acrius puniendos: eorumdem absolutione nobis libere reservata.

II. De clericis officialibus.

Juris vestigiis inhaerentes, in hac sacra synodo denunciamus publice, & sub poena clericalis privilegii prohibemus, ne clerici religiosi vel saeculares, cujuscumque ordinis, vel praeturae, procuraciones saeculares, sub quibuscumque principibus, vel aliis laicis assumant, seu ante assumptas retinere praesumant, ne sub nomine pignoris, vel quocumque colore qualis, sint actores, procuratores, conductores, justitarii, vicecomites, praepositi, admi-


ANNO
CHRISTI
1191.

administratores, officiales, quocumque vocentur nomine, in civilibus, vel ministri: quia nemo militans Deo se debet negotiis secularibus implicare. Si qui vero juris & nostræ prohibitionis transgressores, hæc vel aliquid horum de novo assumpserint, seu ante assumpta non deposuerint statim, per omnia, & in totum: ipso jure sententiam excommunicationis incurrant, absolutione nobis, si digne proutuerint & satisfecerint, reservata. In qua excommunicatione si per mensem animo perfliterint indurato, ipsos ex tunc a beneficiis, dignitatibus, personatibus, & administrationibus ecclesiasticis quibuscumque, ac omni privilegio clericali, exutos & privatos esse volumus ipso facto, nec ad ea vel similia in posterum aliquatenus admittendos: punitionem illorum, qui ante hanc nostram ordinationem (quam extra Salisburgensem, Chiemensem, Bumbergensem, Gaizensem archidiaconatus extendi ad prædens volumus) hujusmodi prohibita illicite gerere præsumperint, nostræ strictiōnis judicio reservantes.

III. De *sesta vagorum scholarium.*

Licet contra quosdam sub vagorum scholarium nomine discurrentes, scurriles, maledicos, blasphemos, adulationibus impertune vacantes, qui se clericos in vituperium clericalis ordinis profitentur, nonnulla pios

Azelo pro salubri eorum correctione emanaverint instituta: ex his tamen nullus fructus aut modicus jam provenit. Publice nudi incedunt, in furnis jaceat, tabernas, ludos, & mœertrices frequentant, peccatis suis victum sibi emunt, inveterati sectam suam non deserunt: sic ut de eorum correctione nullus remaneat locus spei. Ideoque prioribus statutis pro salute animarum suarum, quam querimus, salvis: adjicimus & denunciamus in hac sacra synodo, sub pœna privilegii clericali publice prohibentes, ne quis sectam vagorum scholarium reprobam assumat, seu in ea permaneat, vel eam exercere præsumat. Alioquin eos, qui hujusmodi sectam ante hanc nostram constitutionem temere assumptam, infra mensem, a tempore promulgationis ejusdem constitutionis numerandum, penitus non dimiserit, & illos, qui nunc assumere præsumperint, ipso facto statim omni privilegio clericali exui præcipimus & nudari: volentes, ut quandocumque a monasteriis, ecclesiis, vel clericis, cujuscumque rei importuni aut violenti fuerint exactores, ipsis eosdem liceat nostra auctoritate capere, invocato ad hoc, si opus fuerit, brachio seculari. Et eos captos nobis vel archidiaconis nostris assignari volumus, nostro carceri, ut nobis videbitur, includendos: ut sic reatus, omne excludat privilegium in his, quos vitæ eo nec frui patitur, nec gaudere.

ANNO
CHRISTI
1191.

AD SALZBURGENSE CONCILIUM

ANNO
CHRISTI
1191.
1192.

Anno 1191. habitum

A D D I T I O.

ANNO
CHRISTI
1191.
1192.Ex Sup. Man.
no. III. p. 232.

Concilii hujus præter sæta quædam a Binio vulgata nihil superest aliud, quamquam scimus, patres litteras quasdam ad pontificem dedisse, suadentes, ut Hospitalarii, Templarii & Theutonici equites simul in unum cœtum jungerentur. Has litteras nemo hucusque vulgavit. Sed & præter illas non diu ante hos annos alias produxit ex MSS. codice P. Pezsius in Cod. Diplom. part. 2. pag. 164. quas vetusti Codicis inscriptio eidem huic concilio vindicat. Has ergo hic damus.

SALZBURGENSIS CONCILII
RESCRIPTUM.

Ad Apostolicam sedem de calamitatibus Christianorum, capta a barbaris civitate Acconenſi in Palaſtina.

Letæ luctu plene vestre sanctitatis litteræ vulnus fecerunt in vulnere, & nova percusso plagam veterem recentavit. Ex eo enim jam pridem confossum fuit & saucium cor eorum, qui vivunt in Christi corpore, ejusque spiritu vegetantur, quod locus ille, in quo steterunt pedes ejus, perfidorum pedibus conculcatur, quod terra nativitate Christi florida, conversatione candida, passione rosea contaminatur ab hostibus Crucifixi, & sic iterum Jesus ad illudendum & conspuendum traditus est gentibus, dum illi, reclusi
Concil. General. Tom. XXIV.

figentes sibi denuo Filium Dei, & habentes ostentui sacramenta sua blasphemant, & sacra nequiter execrantur. Certe quondam terra repromissionis, quæ lac & mel patribus emanavit, nobis sel amaritudinis lato lacte non desinit propinare, dum Christus a propria sede repellitur, dum christiana fides, quantum in eis est, extinguitur, dumque nostræ redemptionis insignia velut quælibet abjecta materia pronihilo reputatur, illudque Dominicum sepulcrum jacet prorsus inglorium, quod Deus per os prophetæ fore prædixerat gloriosum.

Deducant igitur oculi nostri lacrymas per diem & noctem, & non taceant, quoniam contritione maxima contrita est virgo filia populi mei plaga pessima vehementer. Verum mare nostræ amaritudinis nec in hoc terminum suum constituit, sed extendit in latius fludus diluvii exundantis. Nam civitas Acconenſis, in qua multitudo religiosorum collecta, patriam signis nostræ redemptionis insignem velut de proximo aspiciens, & salutans vicino ejus recreabantur odore; quæque fuit nihilominus urbs fortitudinis iis qui prælia Domini exercebant, consolationem spei adhuc non modicam ministrabat detolatis solatio terræ sanctæ; expectantibus fidelibus cum desiderio & ardore, si quando favente Deo facto generali passagio christiana militia in ea se colligens, & ex ea gressibus processivis successive progrediens terram desiderata.

ANNO
CHRISTI
1191.

derabilem recuperare cum gloria mereretur. Sed heu! corona spei nostræ corruit, dolor crevit, causa gemitus geminatur, capta ab hostibus & everfa civitate prævidta, quemadmodum scripta vestra lamentabiliter expresserunt, sicque arca Dei per diluvium quodammodo suffocata, columbina fidelium simplicitas non invenit ubi pes ejus in illo maris liore commode requiescat.

Nunc igitur tanto devotius ad divinum recurramus auxilium, quanto videmus eviden-

tius omni nos rei ac spei humanæ commodo destitutos, levantes manus ad cælum cum Moyse Jesum dormientem cum apostolis suscitemus, illos nihilominus qui acceperunt gladii potestatem, prædicationibus inducentes, ut cum fortissimis Machabæis pro paternis legibus animas exponere non formident. Quia in hoc conflictu amabili, nec victor nec victus mercede frustrabitur. Nam etsi vincens est ex triumpho felicior, victus tamen velocius pervenit & citius ad coronam.

ANNO
CHRISTI
1191.

CONCILIIUM LONDINENSE

De ejectione Judæorum, habitum anno Christi MCCXCI.
tempore Nicolai papæ IV.

De rebus in hac synodo gestis ita Bernhartus B. D. exposuit se cupere ire auxilio Christianis in Asiam; & quia res ad religionem pertinebat, voluit ut sacerdotes pecuniam suppeditarent. Postremo placuit regi, similiter atque principibus, illud injurium jure iterato statuere, ne cui hominum liceret dare prædicia collegiis monachorum: neve liceret monachis, aut aliis sacerdotibus, emere possessiones. Supervenit tandem legatus, & una cum Joanne Beccano archiepiscopo Cantuariensi sibi adjuncto, regem iniquitatis atque impietatis redarguit, legemque abrogare, & ecclesiis, ecclesiasticisque rebus ac personis, libertatem restituere coegit.

CONCILIIUM MEDIOLANENSE

Sub Ottone archiepiscopo pro auxilio ferendo terræ sanctæ
coactum anno MCCXCI.

Concilii hujus acta multo ampliora quam sunt in Labbeo exhibet Bernardinus Corio Hist. Mediolan. part. II. pag. mihi 153. his verbis in latinum per me versis. Cum pontifex Nicolaus brevia quædam direxisset ad archiepiscopos & episcopos, quibus injungebat, ut pro auxilio terræ sanctæ apparando concilia celebrarent; in earum litterarum executionem Otto Vicecomes archiepiscopus Mediolanensis concilium indixit provinciale ante quatuor dies a festo S. Andree. Die igitur 27. novembris convenerunt Mediolanum prælati, & archiepiscopus in templo S. Tegalæ in pulpito sublimis sedens circumdatus est corona episcoporum, abbatum unoquoque pro gradu suæ dignitatis sedente. Hic vero palam lectæ sunt litteræ pontificiæ amissionem terræ sanctæ annunciantes, iidemque admonebantur fideles; ut assumpta cruce in expeditionem sese pararent; cui si præsto adesse velint, & contriti corde crucem illam assumant, indulgentiam omnium peccatorum lucentur. Injunctum pariter erat eisdem litteris archiepiscopis, & episcopis ut indicendam cruciatam per sacros præcones curarent; ac tandem quidquid resolutum fuisset in concilio per nuncios referretur pontifici. Altera etiam lecta fuit epistola de conjunctione fratrum templariorum & hospitalarium in unum, & eundem ordinem, qua de re instrumentum confectum est. Tum archiepiscopus aliam sessio-

nem in diem sequentem indixit. Mane sessionem aperuit oratio a fratre quodam minore recitata, cui successit & altera habita a F... Stephanardo ordinis S. Dominici, quæ duæ orationes adhortatio erant ut pontifici mos gereretur; suggestitque archiepiscopus, ut patres singuli consilium suum de scripto darent. **I**n pervigilio apostoli iterum convenit concilium in quo lectæ sunt patrum sententiæ; ac statutum est ut in missis sequentis diei oratio peculiaris fieret pro re præsentis; statutum est etiam ut scriberetur pontifici quod suaderet regi Galliarum, ut sibi hanc expeditionem duccendam assumeret, & secum alios principes invitaret. Suggestum etiam fuit pontifici, quod de pace ageret cum Venetis, Pisanis, Genuensibus, aliisque quibus essent portus, atque in unum fœdus, & concordiam omnes Italiæ urbes colligaretur, ut tuta omnibus essent itinera, securæ Mansiones, præsertim in Montisferrati, & convicinis regionibus; expediretur etiam naves, inhiberetur mercatoribus ultramarina navigatio; tres equestres ordines templariorum, hospitalarium, & teutonicorum simul jungerentur, quibus a pontifice summo magister daretur. Demum rogatus fuit Otto archiepiscopus Syndicum eligeret amplissima potestate auctum pro iis exigendis, quæ in eisdem litteris continebantur; ac tandem ut idem Syndicus ad pontificem infra spatium temporis, usque ad Festum Purificationis B.M. pergeret.

ANNO
CHRISTI
1191.

Secundum hæc mandatum fuit Archiepiscoporum, & Prioris Eremitanorum. Delectus Sincerus ut consultationes istas omnes in unum scriptum redigeret, quod submissum fuit examini archiepiscopi, episcoporum Vercellensis, Brixienfis, Laudensis, & Sabaudienfis, sicut & Prioris F.F. Prædicatorum, Guardiani Mino-

rum, & Prioris Eremitanorum. Delectus Sincerus Prior de Pontide, Mathæus vicecomes cum Episcopo Novariensi, quibus assignata fuit provisio diurna viginti solidorum in singulos.

ANNO
CHRISTI
1191.

S E D E S V A C A N S

CONCILIUM ASCHAFFENBURGENSE

PROVINCIALE

ANNO
CHRISTI
1191.

Anno Christi MCCXCII. Nicolai IV. papæ ultimo.
Adolphii Regis primo.

ANNO
CHRISTI
1191.

In nomine Domini amen. Gerberdus Dei gratia, sanctæ Moguntinæ sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam Archicancellarius, universis Christi fidelibus per Moguntinam civitatem diocesim & provinciam constitutis sinceram in Domino charitatem.

P. Harthezelm
concl. Germ.
c. IV. pag. 7.

Noverit vestra charitas, quod anno Domini 1192. xvii. Kal. Octobris in concilio Aschaffenburgensi celebrato, de venerabilium fratrum nostrorum sedis Moguntinæ suffraganeorum, nec non de prælatorum nostrorum consilio & assensu universa statuta a nostris prædecessoribus edita declaravimus, & præsentibus declaramus per totam nostram provinciam fore tanquam provincialia ab omnibus observanda, quibus subscripta duximus annexenda statuta.

I. In primis igitur statuimus ut si aliquis clericus, vel laicus utriusque sexus cujuscunque dignitatis, religionis vel status exilit, ausus sit presumptione damnabili publice prædicare, occulte docere, credere & tenere quod sacerdos in mortali peccato existens non possit conficere corpus Christi, seu sic ligatus, ligare vel absolovere suos subditos a peccatis, pro hæretico & incredulo habeatur, quem errorem hujus sacri approbatione concilii damnamus, anathematizamus, & penitus reprobamus cum sacre scripturæ dicat auctoritas, quod siue bonus siue malus sit minister, per utrumque Deus effectum gratiæ confert; non enim quæ sancta sunt, coquinari possunt; nec ipsa sacramenta potest hominum malitia profanare, unde quomodocumque sacerdos pollutus existat, divina non potest polluere sacramenta, quæ purgatoria cunctarum existunt: licite ergo a quocumque sacerdote ab ecclesia tolerato divina mysteria audiantur & alia recipiantur ecclesiastica sacramenta.

II. De Sacerdotibus & Campanariis.

Item quod sacerdotes & campanarii, qui sacerdotibus ad altare circa baptismum deputationem olei sacri & corporis Domini ad infirmos existunt, & juxta quod eorum officium requirit ministrant super vestimenta sua suppelliciiis sacerdotes, & campanarii camisiis albis utantur, districte præcipimus observari; quas quidem camisas campanariorum & suppellicia sacerdotum populus cujuslibet parochiæ, quando & quoties necesse fuerit, dent de elemosinis, quæ in parochiis haberi possunt,

alioquin de suis propriis sumptibus comparabit, auctoritate totius concilii statuentes, ut sacerdos qui post publicationem hujus statuti suppellicium pro se & camisiam pro suo campanario non habuerint, infra duos menses post eandem publicationem proxime subsequentes, tamdiu cesset ab officiis divinatorum, donec defectus hujus suppleatur, & damnum quod ex tali cessatione in oblationibus sacerdotem contigerit sustinere, per populum suæ parochiæ refundatur eidem. Verum quia plerumque, & maxime in parochiis ruralibus, hoc contingit, ut propter clericorum defectum, sacerdotes solos oporteat celebrare, contra canonicas sanctiones inhibentes, ne presbyter sine ministri suffragio divina officia & maxime missarum solemnia præsumat celebrare, inhærentes concilio Toletano, ubi dicitur: *ve soli quia non habet, cum ceciderit, subleventem*: provida deliberatione sacri Concilii decernimus, statuendo, ut omnes sacerdotes in villis extra oppida celebrantes loco campanariorum illitteratorum, personas de cætero habeant fide dignas, legere & cantare scientes, quæ quidem personæ de ornatu parochiæ fideliter conservando sufficienti præstita cautione universos redditus percipiant, campanariis laicis hæctenus deputatos, nec ab illis officiis sine archidiaconi consensu valeant amoveri, alioquin contrarium facientes per diocesanos vel locorum archidiaconos ad idem faciendum compelli poterunt ecclesiasticam per censuram.

III. Deportatione Corporis Domini

Et licet omnes Christi fideles in deputatione eucharistiæ ad infirmum sequi conveniat reverenter, præcipue tamen sacerdotes, dum ipsum Dominicum corpus in manibus suis gestant, procedere concedet humiliter & devote. Obinde præcipimus statuendo, ut nullus de cætero sacerdos in deputatione hujus maximi ac saluberrimi Sacramenti, quantumcumque aura mala, via lubrica, vel lutosa existat in calopedibus ire præsumat; Verum, quod aliqui sacerdotes ex simplicitate, sine juris

juris ignorantia, quidam ex avaritiæ vitio, qui (a) fere omnium oculos excæcavit, dum eucharistiam, oleum infirmorum & baptisma parvulorum, sepulturam ecclesiasticam & alia sacramenta ecclesiastica suis subditis administrant, pretium extorquent ab ipsis pro sui erroris & reatus defensione longam illius loci consuetudinem præcedentes, nec advertentes, quod diuturnitas temporis peccatum non diminuit, sed augmentat: Nos inherentes concilio Turonensi, quod hujusmodi consuetudinem maxime detestatur, ne pro his aut aliquibus sacramentis ecclesiasticis conferendis alia de cætero munia quantumcumque modica per sacerdotes, vel prælatos a suis subditis tanquam debitum exigantur sub pœna excommunicationis sententiæ jam latæ, de approbatione hujus sacri concilii districte prohibemus, nisi hujusmodi munia sponte & charitative a Christi fidelibus offerantur; archidiaconi & eorum officialibus sub eadem pœna firmiter injungentes, ut in singulis synodis sive capitulis, quibus solent clerici convenire, de hujusmodi vitio inquisitionem faciant specialem, & quos in eodem, per probationem legitimam invenerint laborare, si vicarii fuerint, ipsos sine omni spe restitutionis a suis archidiaconibus amovere, pastores vero ab officiis & beneficiis suspendere non omittant, donec super hujusmodi simoniaca pravitate cum ipsis fuerit per suos episcopos dispensatum: prædicta vero pastoris suspensione durante, archidiaconi de redditibus beneficiorum nihil percipiant eorundem, sed sacerdotes idoneos in ecclesiis constituent taliter suspensorum, qui per omne tempus suspensionis eorum percipiant; & in suos usus convertant universos redditus ecclesiasticos ipsis pastoribus competentes. Dignum enim est, ut qui altari servit, vivere deo altari, & illi proventus ecclesiastici merito subtrahantur, cui ecclesiæ communicatio denegatur.

IV. De Monachis & Monialibus.

Præterea etsi contra monachos & moniales de suis claustris propter aliquos enormes excessus, aut animi levitatem temere fugientes, & in seculo seculariter per aliquod temporis spatium conversantes, ac tandem pœnitentiæ ducti ad claustra, de quibus profugere præsumpserint, humiliter redire volentes, certæ & variæ pœnæ, juxta qualitatem & quantitatem excedentiam a sanctis Presbyteris sint statutz, quidam tamen abbates & quædam abbatissæ, ac ceteri magistratus pœnis in factis canonibus sive in sui ordinis regula contra hujusmodi profugas personas expressis non existentes contenti, graviore & quasi importabiles pœnas ipsi in sui reversione imponere non verentur, vel quod deterius est, easdem personas quantumcumque humiliter supplicantes vel postulantes ad sua claustra, de quibus taliter exiverunt, admittere inhumaniter contradicunt: cum igitur juxta sacrorum canonum diversas auctoritates pœnæ non ampliandæ, sed potius sint laxandæ, & longe securius sit de misericordia, quam de crudelitate reddere rationem; cum etiam dominus per eos prophetæ pollicitus sit, sic dicens: *Peccator in quacumque hora conversus fuerit, & ingemuerit, omnium iniquitatum suarum amplius*

minime recordatur. Nos adjicientes, quod ubi paterfamilias largus dispensator exiit, non decet famulum esse tenacem, ut peccandi materia & occasio personis talibus præcludatur, provida deliberatione hujus sacri concilii decrevimus statuendum, & sub pœna suspensionis universis abbatibus, abbatissis, & ceteris monasticis magistratibus cujuscumque ordinis ac conditionis existat, ac quocumque nomine appellentur, injungimus firmiter & districte ut suis fratribus & sororibus in apostasiæ labem ex quacumque causa prolapsis, desiderantibus & petentibus cum humilitate ac devotione regressum, sinum misericordiæ, quem alma mater ecclesia claudere nulli pœnitenti consuevit, more pii patris familias, qui filium prodigum, & postmodum pœnitentem paternè recepit, liberaliter studeant aperire, ita quod hujusmodi personas redire ad sua claustra volentes, quantumcumque eorum excessus graves fuerint vel enormes, juxta cujuslibet ordinis disciplinam sive regulam in consuetudine observata, sine qualibet conditione recipiant & admittant; ita tamen quod propter eorum excessus, nec vidus nec vestitus subtrahatur eisdem, sed alias sicut prædiximus, regulariter puniantur; alioquin prædictam suspensionis sententiæ per ordinarios locorum seu officiales eorum in omnes contradictores procedente tempore, juxta quod eorum protervia meruit, præcipimus promulgari.

V. De testamentis & legatis.

Ad hæc quod quædam in quibusdam locis & partibus consuetudo, immo potius corruptela detestabilis observatur, videlicet, quod tam clericus quam laicus in lecto ægritudinis constitutus ultra quinque solidorum usualis monetz, vel aliam summam juxta loci ipsius consuetudinem limitatam, nec piis locis nec personis ecclesiasticis pro animæ suæ remedio & salute possint ordinare legata. Considerantes prædictam consuetudinem & sacris canonibus & secularibus legibus obviare, cum omnia jura clament, quod ultima voluntas, & ultimum hominis testamentum immobile perseverat, & nihil sit, quod magis hominibus debeat, quam ut supræmæ voluntatis liber stylus existat, eandem consuetudinem Deo odibilem, animabus & bonis moribus inimicam, auctoritate hujus sacri concilii penitus reprobamus, firmiter statuentes, ut unicuique, quem jura a testamentorum non prohibent factio, in sanitate vel in loco ægritudinis constituto, legandi, disponendi & ordinandi de bonis a Deo sibi collatis, circa pia loca & personas ecclesiasticas, dummodo suos hæredes contra legitimas non prætereat sanctiones, libera sit facultas; volentes & præcipientes districte, ut per locorum episcopos & ceteros prælatos jurisdictionem habentes, universi clerici & laici, impediens defunctorum legata seu ultimas voluntates per excommunicationem in personas, & interdicti in loca, sententias octo dierum monitione præmissa ferendas, ab hujusmodi impedimentis desistere compellantur, ad quarum executiones & debitas aggravationes procedente tempore faciendas, episcopi & prælati, ad quos testamentorum defensio utroque jure suadente dignoscitur pertinere, tam benevolos se exhibeant & paratos, ne hujusmodi negligentia de

ANNO
CHRISTI
1191.
(a) Corrige:
que, vel quod

ANNO
CHRISTI
1191.

de eorum manibus in die districti iudicii requiratur.

ANNO
CHRISTI
1191.

VI. De Pastoribus & eorum Vicariis.

Præterea quorundam Pastorum malitiis, qui singulis annis vicarios a suis ecclesiis in quibus per consensum Diocæsani vel Archidiaconi instituti noiscuntur, ob quemdam temporalem quæstum amovere satagunt, obviare volentes, prædecessorum nostrorum statutus duximus annexendum, ut vicarius taliter institutus, ab eadem vicaria ad instantiam veri pastoris ecclesiæ, non amoveatur aliqua ratione, nisi pastor actu Sacerdos existens suam ecclesiæ velit regere per seipsum, vel aliquam rationabilem causam amotionis contra suum vicarium coram Diocæsano, vel loci archidiacono assignare valeat & probare.

VII. De ecclesiis parochiali vacante.

Ad hæc quædam consuetudo, immo potius corruptela in quibusdam partibus inolevit; videlicet quod aliqua ecclesia parochiali vacante, plures ad eam clerici a diversis patronis in discordia præsentantur, quibus coram Diocæsano vel loci archidiacono super ipsa ecclesia contendentibus, is ad quem investitura vel institutio ecclesiæ talis spectat, redditus sive fructus ipsius sequestrat, & in suos usus converterit, lite coram ipso durante, immo, quod deterius est, & merito detestandum, litem cui iuxta utriusque juris præcepta hæc imponere deberet, per diversos circuitus satagit prorogare, ut sic de prædictis redditibus sibi magis, ac magis valeat imbutare. Cum igitur huiusmodi consuetudo animabus perniciofa, & sacris canonibus sit repugnans, huius sacri approbatione concilii statuimus, ut non obstante consuetudine supradicta, quam penitus reprobamus per omne illud tempus, quod parochialem ecclesiæ vel cappellam vacare contigerit, is, ad quem investitura seu institutio illius spectat, per duos idoneos presbyteros illius capituli, in quo ecclesia vel cappella talis existit, universos redditus sive fructus, qui vero rectori ecclesiæ cedere consueverant, faciat, procuret, & mandet colligi & fideliter conservari; ita quod ei qui eviderit totaliter assignentur; alioquin si ille, ad quem investitura pertinet, de huiusmodi redditibus occulte vel manifeste sibi aliquid præsumpserit usurpare, jure investiendi ad aliqua beneficia in perpetuum sit privatus, & tale jus ad superiorem proximum devolvatur, cui etiam duplum eius, quod per huiusmodi sequestrationem recepit, irremissibiliter restituere teneatur.

VIII. De investituris, vel etiam religiosis obtentis.

Quamquam antiqua prædecessorum nostrorum statuta prohibere inveniantur districte, ne aliquis clericus a laico de beneficio ecclesiastico, in quo jus patronatus obtinet, institui se permittat, sed potius ab eo præsentatus, ab Episcopo vel loci archidiacono investituram recipiat, ab altero eorumdem, cui id de jure vel consuetudine competit approbata; licet etiam Templariis & Hospitalariis, & aliis religiosis in eisdem prohibitum sit statutis, ne ecclesias parochiales, quas de consensu Diocæ-

sanorum, & ecclesiarum cathedralium suis domibus seu monasteriis uniri obtinent, per suos confratres officiare præsumant, sed clericos sæculares Episcopis sive Archidiaconis præsentent, qui ipsos investiant tanquam perpetuos vicarios in eisdem, ordinata ipsis competenti pro sui sustentatione præbenda: quia tamen pena sufficiens nondum est prodita contra huiusmodi transgressores, considerantes quod facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi, sacri approbatione huius concilii hæc pena præsumptiores prædictos duximus puniendos; ut clericus a patrono laico, vel etiam clerico in beneficio ecclesiastico sine Episcopi vel Archidiaconi loci consensu & licentia institutus, eodem beneficio in perpetuum sit privatus, & ipsius collatio ea vice ad superiorem proximum devolvatur, de quo quidem beneficio si temeritate propria intromiserit se patronus, jure quod sibi competeat in eo, perpetuo sit privatus. Templarii vero & Hospitalarii & alii religiosi contrarium facientes, non solum ecclesias ea vice, verum & alias si quas habebant, prius ipsis unitas sine spe restitutionis ipso jure per huius concilii Decretum amittant.

ANNO
CHRISTI
1191.

IX. De laicis non curantibus interdictum.

Item in quibusdam locis, ut accepimus, in tantum excrevit temeritas & præsumptio laicorum, quod si Episcopi auctoritate ordinaria, seu delegata, in terram, villam aut castrum interdictum generale ponatur, iidem laici officium sacerdotum, immo quod tunc temporis sacerdotibus est prohibitum, usurpare conantes, ut ecclesiastica per hoc magis censura eludatur, apud loca taliter interdicta sepelire præsumunt in cæmeterio corpora defunctorum. Licet autem jam pridem contra præsumptores huiusmodi inter alia sit provisum, ut non resumantur prius divina, quam tumultata sic corpora fuerint exhumata, quia tamen per illos, contra quos interdictum ponitur antequam satisfaciant, frequenter in partem deducitur, ut exhumationis pena ab ordinario seu delegato ante omnia simpliciter remittatur; ne forte huiusmodi delinquentium temeritas hac occasione impunita remaneat, & per hoc ceteris detur audacia similia præsumendi, sacri approbatione concilii statuimus & mandamus, ut quicumque ammodo intra cæmeterium loci interdicti aliquod corpus seu corpora defunctorum sepelire præsumpserint, aut qui talia præsumptibus opem vel operam quocumque modo adhibuerint, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto, a quo non nisi per solum metropolitatum, aut cui super hoc vices suas specialiter commiserit, absolvantur; metropolitatus vero aut ejus in hac parte vicarius nequaquam ad impendendum talibus beneficium absolutionis procedat, nisi prius sepulchris taliter corporibus exhumatis, ecclesiæ & personis, quibus ex hoc injuria dignoscitur irrogata, satisfactum fuerit competenter, & nisi super facta exhumatione & satisfactione præstita, ordinarii, aut si copia ipsius haberi non valeat, officialium suorum litteras absolvendi ipsi pro testimonio exhibeant & ostendant.

X. D.

ANNO
CHRISTI
1192.

X. De discordia clericorum & potentum laicorum attractione.

Quoniam nonnunquam contingit, quod ad vacantem episcopatum vel aliam praelataram duo in discordia eliguntur, & alter, qui minori jure nititur, ut eum, cui majus est acquisitum, per potentiam vel per tedium fatigare & exhaurire possit, attrahit sibi favorem potentum laicorum, quibus ut ei mutant & adstant, promissiones facit de beneficiis filiis eorum conferendis, & de juribus & libertatibus ecclesiasticis remittendis. Nos huic morbo occurrere volentes remedio salutari, presentii statuto hujusmodi promissores & potentum laicorum attractores volumus ipso jure excommunicationis esse sententia innodatos, & nihilominus eum fore intelligibilem ad hujusmodi dignitatem, mutatores etiam pecuniarum taliter in hoc casu volumus carere actionibus pro mutuo hujusmodi repetendo.

XI. De iudicibus delegatis & interdicto.

Ad hæc plerumque contingit, quod iudices delegati seu subdelegati ipsorum, ad quos supplices commisiones sub forma communi a sede Apostolica diriguntur, auctoritate litterarum ipsarum ultra quam patiantur fines rescripti papalis per sententias procedentes; terras, civitates, oppida & villas occasione privatæ personæ seu privatarum personarum ecclesiastico subjiciunt interdicto, invocantes etiam super hoc brachium seculare. Nos igitur volentes hujusmodi iniquis processibus obviare, presentii scripto declaramus de fratribus nostrorum consilio & consensu, quod sacerdotes nostræ civitatis, diocesis, & provinciæ ad observationem seu publicationem sententiarum hujusmodi interdicti teneantur, nec etiam invocationi brachii secularis, si quam faciunt, aliquatenus pareatur.

XII. De confessione facienda sub Plebano.

Insuper statuimus, ut si quis de plebe ad minus semel in anno & maxime tempore quadragesimali suam confessionem illi qui eidem plebi per Diocesanum vel loci archidiaconum est præfectus, vel de ipsius licentia alteri confessiones generaliter audiendi potestatem habenti non fecerit Sacerdoti, huic, si illo anno deceaserit, quamvis confessionem faciat in extremis, nihilominus auctoritate hujus concilii, ecclesiastica denegabitur sepultura, nisi forte aliqua legitima causa suadente locorum archidiaconi, aut officiales Diocesanorum sepulturam hujusmodi duxerint indulgendam; ut alii hac pœna deterriti ad tam salubris sacramenti remedium ferventius studeant convolare.

XIII. De reverentia Prælatorum.

Præterea in quibusdam ecclesiis conventualibus talis consuetudo invaluit ex antiquo, quod Prælati earundem ecclesiarum in assurgendo & in aliis prærogativis a Canonicis exhiberi consuevit reverentia specialis, ut per hujusmodi insignia ipsi Prælati, qui columnæ ecclesiarum censentur, ab aliis simplicibus canonicis possint discerni, sed quidam canonici immemores juramenti in eorum receptio-

anibus prælati de ecclesiarum consuetudinibus observandis, nec advertentes, quod sicut legum, sic antiquarum consuetudinum transgressores juxta utriusque juris præcepta non immerito sunt plecendi contra hujusmodi consuetudines rationabiles juri consonas, & præscriptas ex quadam arrogantia vel etiam similitate, motu proprio venire præsumunt, propter quod non est dubium inobedientiam notam, debitam Prælati reverentiam subtrahendo & perjuri reatum contra suarum ecclesiarum consuetudinem veniendo, prædictos incurrere transgressores: considerantes igitur quod tunc ecclesiasticus ordo confunditur, cum unicuique honor debitus non servatur,

& antiquas honestates, & approbatas consuetudines & ecclesiarum jura omnia illibata servari volentes, prædecessorum nostrorum concilio annectendum, duximus statuendo, ut quicumque canonicorum reverentiam Prælati suo debitam juxta consuetudinem in sua ecclesia approbatam, proprio modo subtraxerit terna vice, & de hoc per duorum de capitulo juramenta, ipsi capitulo fuerit facta fides, a consortio sui capituli & perceptione preventuum suæ præbendæ, tanquam inobediens & perjurus ad arbitrium sui Episcopi, ipso facto, auctoritate hujus concilii sit exclusus, per ipsum Episcopum, si ejusdem præsumptoris meruerit pertinacia, gravius puniendus. Si vero Prælati vel Canonici præsumptores hujusmodi dispensatione a suo Episcopo non obtenta, ad capitulares tractatus, vel ad perceptionem suarum se admiserint præbendarum, excommunicationis sententiam, quam ex nunc de consensu hujus Sacri concilii ferimus in eisdem, se incurrere noverint ipso facto: quod si præsumptores prælati tractatibus capitularibus se ingerere, aut suarum præbendarum preventus ante dispensationem super prædicta sua inobedientia & perjuri nota a suo Diocetano ipsis impensam, temeritate propria contingere præsumperint ullo modo, extunc in illa ecclesia, cui talis contumelia fuerit irrogata, octo dierum per ejusdem ecclesie capitulum monitione præmissa, celeretur ab officiis divinatorum usque ad prædictorum excessuum satisfactionem condignam juxta Diocesanum, & læsæ ecclesie capituli arbitrium imponendam; si autem iidem præsumptores post cessationem divinatorum infra duos menses plene non satisfecerint de commissis, vel saltem non inceperint emendare, per suos Diocetanos beneficiis ecclesiasticis spolientur.

XIV. De captivatoribus Clericorum.

Præterea cum in prædecessorum nostrorum statutis per pœnas contra captivatores clericorum proditas adhuc nec ecclesiis nec ecclesiasticis personis sufficienter provisum existat, considerantes quod pro unius delicto sacri canones interdum puniri præcipiunt totam terram, & nonnunquam propter parentum peccata in tertiam & quartam generationem filii puniuntur. Nos de similibus ad similia procedere cupientes, provida deliberatione hujus sacri concilii prædecessorum nostrorum statutis duximus annectendum, irrefragabiliter statuentes, ut non solum eorum filii, qui canonicos etiam in minoribus ordinibus constitutos, & cæteros clericos pro clericis se gerentes, ac alias personas ecclesiasticas captivare, capti-

ANNO
CHRISTI
1192.

ANNO
CHRISTI
1197.ANNO
CHRISTI
1197.

caprivatas detinere, occidere, mutilare, aut A
lethalibus sive nimis atrocibus vulneribus,
quibus per medicorum nequit industriam sub-
veniri, vulnerare præsumunt, sed & omnis
eorumdem sacrilegorum utriusque sexus ab i-
psis descendens posteritas usque ad quartam
generationem, nec ad sacros ordines, nec ad
aliqua beneficia ecclesiastica, nec in claustris
aut cœnobiis cuiuscumque ordinis admittan-
tur; quod si contrarium factum fuerit, ex
malitia vel ignorantia ordinatos ab execu-
tione ordinum perpetuo volumus esse suspensos,
receptos vero ad beneficia ecclesiastica secu-
larium ecclesiarum pro non receptis haberi
decernimus ipso facto, sed ne personis in mo-
nasteriis sive claustris receptis detur materia B
ad seculum redeundi, eas in ipsis monasteriis
ita volumus remanere, quod in conventu ul-
timi reputentur, & nunquam ad officia vel
dignitates aliquas assumantur; de illis autem
personis, quæ in ecclesiis conventualibus aut
monasteriis ante hoc nostrum statutum inveni-
untur promotæ, auctoritate hujus sacri con-
cilii hoc districte præcipimus observari, ut si
parentes eorum aliquid commiserint præmissorum,
prædictæ personæ ob hujusmodi suorum
parentum delictum nunquam ad dignitates
aliquas assumantur, sed in suis gradibus per-
sistentes ad superiores efficiantur ineligibiles
ipso facto, omnibus aliis pœnis contra ordi-
nantes, presentantes, & recipientes personas
hujusmodi in priori concilio constitutis, in
suo robore duraturis, & quia de canonicis
& ceteris clericis conviciatoribus & percussoribus
per prædecessorum nostrorum statuta
nulla certa forma vel pœna præter eam, quæ
in jure communi comprehenditur, invenitur
expressa; nos attendentes quod plus timeri
solet, quod specialiter injungitur, quam quod
generaliter Imperatur, approbatione totius
concilii necessario duximus statuendum, ut
canonicus qui suæ vel alterius Ecclesiæ cano-
nicum verbis probrosis affecerit manifeste,
per quartam; si vero convicia manifesta di-
xerit in prælatum, per mediam partem anni
a perceptione fructuum suæ præbendæ penitus
sit exclusus; si quis autem canonicorum
in prædictas personas, etiam citra san-
guinis effusionem manus iniecerit temere vio-
lentis, pœnas prædictas dupliciter patiatur, &
insuper in utroque calu juxta sui Diœcesani ar-
bitrium læso satisfaciatur competenter, ante-
quam restitutionis beneficium consequatur,
sed pro temeraria membri mutilatione omni
beneficio ecclesiastico sit ipso jure privatus:
quæ omnia & singula circa alios clericos be-
neficiatos, si personas ecclesiasticas prædictis
modis lædant, seu lædantur ab ipsis juxta
prædictam formam & ordinem sub pœnis eis-
dem præcipimus observari, salvis tamen aliis
pœnis in sacris canonibus contra temerarios
violentiarum manuum in clericos injectores
expressis, salvis etiam juribus, quæ vim repel-
lere vi permittunt.

XV. De vulneratione clericorum.

Verum quia a quibusdam solet in dubium re-
vocari, utrum eadem pœna, quæ contra muti-
latores in alio concilio est prodita clericorum,
ad eos qui ipsos clericos vulnerant similiter
extendatur: nos ambiguitatem hujusmodi in-
terpretatione congrua declarantes, pro illis
Concil. General. Tom. XXIV.

vulneribus, quæ curari ope nequeunt medi-
cinæ, eandem pœnam, quæ contra captiva-
tores & mutilatores clericorum in alio con-
cilio est expressa, per omnia dicimus esse ser-
vandam.

XVI. De nunciis ecclesiasticis judicium.

Præterea quidam crudelies homines & per-
versi dum ad forum ecclesiasticum in causis
etiam, de quibus ecclesiæ merito habet cog-
noscere, ab actoribus evocantur, illius au-
thoritatis, qua dicitur; *qui honorat missum,
mittentem honorat*, immemores existentes,
nuntios ecclesiasticorum judicum citationis,
excommunicationis, vel alias judiciales & ju-
ris litteras deferentes, verbis probrosis, &
quandoque diris verberibus, quosdam etiam
captivantes, alios interdum suis rebus temere
publice spoliantes, multipliciter afficiunt, &
perturbant & impediunt citationum & littera-
rum executiones in non modicam ecclesiasti-
cæ libertatis contumeliam & jacturam. Con-
siderantes igitur malitiam hominum non esse
aliquatenus indulgendum, hoc sacro appro-
bante concilio decernimus statuendum, ut
reus nuntios acta judicialia deferentes per se
vel per alium verberans, spolians, vel capti-
vans, lite etiam non contestata, auctoritate
hujus concilii, habeatur penitus pro convi-
cto; actor vero in causa reconventionis simi-
lia perpetrare per se, vel per alium non for-
midans, super instituta contra reum actione
amplius nullatenus audiatur; & insuper uter-
que ac omnes alii, qui nomine & occasione
eorum, qui talia facere præsumperint usque
ad condignam satisfactionem læso & iudicibus
exhibendam, excommunicationis sententia ab
ipsis læsis iudicibus, summaria cognitione
super hujusmodi factis præhabita percella-
tatur.

XVII. De injustis spoliatoribus clericorum.

Item cum a nonnullis in dubium revoce-
tur, qualiter statuta contra ecclesiasticos per-
sonarum spoliatores a nostris prædecessoribus
edita intelligi debeant & servari, præsertim
cum spoliator non infra octo dierum spa-
tium, quod super restitutione spoliis facienda
statuit concilium Moguntinum, coram iudice,
a quo emanavit monitionis edictum, com-
paruerit, & se juri obtulerit pariturum, dum-
modo circa spoliolum sibi impositum ordo ju-
diciarius observetur. Nos hujusmodi ambigui-
tatem approbatione hujus sacri concilii tali-
ter duximus declarandum, ut si conquerens
de spolio, ipsum esse spoliolum notorium asse-
veraverit coram iudice, & super tali notorio
monitionis litteras impetravit actor in pœna
rei infra octo dierum spatium non curantis
venire, post lapsum ipsorum octo dierum ad
probandum hujusmodi notorium admittatur,
sive reus absens fuerit per contumaciam, sive
præsens, quo probato reus ad restituendum
ea, quæ actor se per ipsius violentiam ami-
sisse declaraverit, cum expensis abinde factis
& satisfactione condigna sententialiter com-
pellatur; si vero in probatione notorii dese-
cerit reo condemnabitur in expensis, & ex
tunc lite quasi contestata super talio probando
observabitur debitus ordo juris: quod si is,
cui spoliolum est impositum, intra terminum
Z 22 mo.

monitionis comparens, se juri obtulerit parturum, liberumque & inducias liberatorias petierit sibi dari, in hoc casu dicimus taliter distinguendum; aut actor tamquam super notorio contra reum, aut simplici forma citationis litteras impetravit: in primo casu ad probandum notorium, lite etiam non contestata sine prorogatione qualibet non admitte-
 ANNO CHRISTI 1592.

prædicta gens misera convertatur, ad observationem præmissorum omnium compellantur. Ipsi autem Judæi per locorum Diocesanos indirecte per subtractionem communionis Christi fidelium excommunicationis sententia percellantur. Si quis vero de gente præfata in die Parasceve visus fuerit in platea vel per hostium suam domus aut fenestram prospicere, ad quod probandum duorum Christianorum stabitur juramento, is loci Diocesano in marca argenti pœnæ nomine teneatur, ad cujus solutionem reus & omnes defendentes eundem per excommunicationis sententiam compellantur, & ne quis Christianus aut Judæus hujus statuti ignorantiam valeat allegare, univ. parochiarum rectoribus per Moguntia civit. dioc. & provinciam constitutis, in quorum parochiis Judæi morantur, sub pœna excommunicationis in quolibet transgressores auctoritate præsentis concilii ex nunc late præcipimus firmiter & districte, ut quilibet in sua parochia in singulis dominicis diebus, singula quatuor tempora immediate sequentibus infra missarum solemniam publice præfatum statutum lingua materna exponere non omittant.

XVIII. De Judæis.

Licet olim in generali concilio provide fuerit institutum, ut uterque sexus de gente Judæorum in omni Christianorum provincia signum vel habitum publice deferre debeat, quo a populo Christiano manifeste distingui valeat & discerni, fueritque adjectum & salubriter provisum in concilio memorato, ut in diebus Dominicæ passionis in publicum prodire non debeat gens prædicta sed in suis se domibus continere clausis domorum ostiis & fenestris; ut sicut in eodem concilio tangitur, christianis qui sacratissimæ passionis memoriam exhibentes lamentationis signa protendent, illis diebus ab eodem Judæorum populo non illudatur, licet etiam alias in sacris canonibus prohibeatur expresse, ut Judæi nec publica officia, nec aliquas seculares habeant dignitates, aut in suis domibus aut servitiis mancipia teneant christiana. Quia tamen nec contra Judæos in prædictis præhabitis casibus contrarium facientes, nec contra Christianos potentes, ipsos sine distinctionis signo vel habitu in suis terminis tolerantibus aut publicis officiis aut secularibus dignitatibus præficientes eisdem, certa & sufficiens pœna in canonibus reperitur: considerantes quod facilitas veniæ incentivum tribuit delinquendi, & plus solet timeri quod specialiter præcipitur, quam quod generaliter imperatur, de multa deliberatione, & unanimi approbatione hujus sacri concilii irrefragabiliter duximus statuendum, ut in univ. civitatibus, oppidis, castris & villis civitatis, diocesis & provincie Moguntinæ gens Judæorum utriusque sexus infra duos menses post publicationem hujus statuti criminali causa vel civili questione, nec aliamquam pro rebus, bonis, vel possessionibus ecclesiarum sive jure personali quod vulgo Lippedinge dicitur, quis earundem ecclesiarum possessiones vel bona possideat sive alio quocumque titulo trahere præsumat in iudicium seculare.

XIX. De statutis contra ecclesiarum libertates.

Ad hæc sacro approbante concilio irritamus & irrita nuntiamus omnia statuta & consuetudines, quas civitates vel loca, potestates, consules, vel quæcumque aliæ personæ contra libertates ecclesiæ ac personas ecclesiasticas edere vel servare adversus canonicas sanctiones præsumserint, & eadem suis capitulis mandamus infra duos menses post hujus publicationem statuti penitus aboleri, & si similia de cetero acceptaverint, ipso jure decernimus esse nulla. Potestates vero ac omnes statuarii ipsorum locorum, & qui secundum statuta & consuetudines memoratas judicaverint, ex tunc inhabiles sint omnem in ecclesia Dei legitimum ad actum, salvo nihilominus aliis pœnis contra tales in generali concilio promulgatis.

XX. De exactionibus.

Item statuimus ut quæcumque civitas vel communitas, persona publica vel privata collectas sive exactiones, angarias sive proangarias ecclesiis vel aliis piis locis ac ecclesiasticis personis imponere, vel bona ecclesiastica invadere præsumperit, si requisiti emendare contempserint, quadruplum refundant, aut pœna subscripta contra ipsas suasque hæredes districtius observetur.

Præterea nullus ecclesiasticam personam in criminali causa vel civili questione, nec aliamquam pro rebus, bonis, vel possessionibus ecclesiarum sive jure personali quod vulgo Lippedinge dicitur, quis earundem ecclesiarum possessiones vel bona possideat sive alio quocumque titulo trahere præsumat in iudicium seculare.

XXI. De foro competenti.

Jurisdictionem ecclesiasticam præterquam per vias a canonibus iudicatas nullus attemptet aliquatenus impedire, & ecclesiarum vel aliorum loco.

locorum communitatem hactenus de jure vel de consuetudine obtenta infringere ac aliquantuliter violare.

ANNO
CHRISTI
1191.

XXII. De Ungelt.

Novas etiam exactiones que vulgo Ungelt dicuntur, nulla civitatum instituat, & ab institutis post hujus edicti publicationem infra mensem desinat, nec mensuras rerum venalium ab antiquo servatas, & a fidelibus approbatas minuere vel mutare presumat: De servis & mancipiis ecclesiarum in civitatibus residentibus, post eorumdem servorum mortem ecclesiis debita jura quorum servi & mancipia fuerunt, recipere minime prohibeantur.

XXIII. De ultimis voluntatibus.

Ultimas quoque morientium voluntates nullus impediat, & causa super testamentis exorta coram nullo præterquam ecclesiastico iudice tractetur.

XXIV. De advocatis Ecclesiarum.

Hac etiam in constitutione sancimus, cunctos ecclesiarum advocatos infra provincie nostrae terminos constitutos, cujuscumque sit præminentis status, eisdem juribus esse contentos, que ipsis seu eorum antecessoribus fuerunt concessa tempore, quo advocatiam hujusmodi susceperunt, & ecclesias quarum advocati existunt defendere studeant & manuteneant pro posse.


XXV. De bonorum ecclesiasticorum invasoribus.

Insuper statuimus ne persona quantumcumque nobilitate aut præminentia status præfulgeat, ecclesias ac ecclesiastica bona, jura, jurisdictiones, & vasallos eorum violenter ac auctoritate propria publice occupare, aut occupando invadere, vel scienter occupatoribus ecclesias & bona prædicta præstare presumat quomodolibet per se, vel per alium aut per alios, consilium, auxilium, vel favorem; & nisi requisitus infra mensem ecclesie læsæ aut prælato ipsius damnum illatum emendaverit, ipso facto sit anathematis vinculo innodatus,

decedentium etiam clericorum peculium occupare vel occupatum detinere, omnibus laicis sub anathematis ex nunc prout ex tunc in ipsos lata distridius inhibemus. Quicumque etiam laici ad beneficia ecclesiastica quorum jus patronatus ad ipsos spectare dinoscitur, sub dolo & fraude personas præsentaverint, si de dolo & malitia convicti fuerint, ea vice dumtaxat ordinarius loci ecclesie vacanti, idonea, secundum suam providentiam, provideat de persona.

XXVI. De religioſi ordinibus.

Præterea statuimus, ne religioſi, cujuscumque ordinis vel religionis existant, fines suorum excedant privilegiorum (cum privilegium mereatur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate:) si qui etiam religioſorum per donationem vel alium legitimum titulum jura patronatus aliquorum beneficiorum ecclesiasticorum acquisiverint, talia beneficia propria temeritate suis usibus non usurpent, sed ipsis vacantibus ad ea sacerdotes idoneos præstent, alioquin elapſo tempore a jure statuto ordinarius loci, prout ecclesie expediat, providum instituat in curatum. Si quis etiam parochiales infra quarum limites grangias & monasterii habuerint terras, agros, prata, vel vineas aut alia bona, de quibus jure decimam solvere tenentur, in decimatione defraudaverint, omnes ipsis ad hoc opem vel operam dantes, & ipsorum servitiis intendentes, decernimus ipſo facto excommunicationis sententiam incurriſſe. Quicumque vero ausu temerario contra prædictam constitutionem venerit, cujuscumque status fuerit vel conditionis, ipſo facto sit anathematis vinculo innodatus, & si clericus fuerit, qui talia commiserit, omnibus suis beneficiis ecclesiasticis & dignitatibus privatus, & ad ulteriora percipienda omnino inhabilis & indignus. Laicorum etiam contra præsentem nostram constitutionem in aliquo venientium filii, nepotes usque in quartam generationem, nisi sufficienter injuriam passis satisfactum fuerit, ad omnem honorem & dignitatem ecclesiasticam inhabiles esse decernimus, & inhibemus sub anathematis pena, quam ex nunc in omnes in contrarium venientes serimus, eisdem in ecclesia Dei ulterius promoveri.



CONCILLII BREMENENSIS.

Anno MCCXCII. celebrati statutum.


Gyselbertus, Dei gratia sanctæ Brementis Ecclesie Archiepiscopus, ad perpetuam rei memoriam. Execrabilis horribilium scelerum & multa presumptio, per importunitatis licentiam, contractorum, nostris temporibus sic excrevit, ut quidam perditionis filii, qui obstinatis animis ad exercenda quæque nefaria velociter currere sunt edocti, nunc ad illam crudelitatis savitiam non verentur manus extendere, quod Episcopos capere audeant, includere, & carcerali custodia mancipare. Propter hoc clericalis dignitas contemnitur, dum Ecclesiarum prælati, filii Syon inelyti, velut vasa testacea conteruntur. Concil. General. Tom. XXIV.

Et ne in his magis insoleſcat crudelis cervicofitas impiorum & superbia Deum odientium libere semper ascendant. Nos una cum Razeburgen. Zwerinen. & Lubicen. Ecclesiarum Episcopis, suffraganeis nostris, necnon totius provincie prælatis, tam regularibus, quam secularibus, & pluribus Clericis, tam religioſis, quam aliis in nostra Bremen. Ecclesia, in provinciali Concilio congregatis, deliberatione diligenti habita, consensu & approbatione prædictorum omnium accedente, statuimus, ut si in nostra aliquos, vel Coepiscoporum nostræ provincie in sua, vel aliena diœce. capi contigerit, in illa diœceſ. in quo

qua dicti Advocati delinquent, publica fiet A mentio, ut ab injuria desistant & commisso infra terminum de ambone sibi statuendum satisfactionem exhibeant congruentem. Alioquin ex tunc ab ordinario loci excommunicentur, ac per totam Diœc. excommunicati publice nuncientur. Ceterum si Dominus terræ fuerit advocatus, & per se, vel suos deliquerit in præmissa, tota illius terra, vel si singularis sit persona, parochia, in quam oratur per mensem de ambone statutum, ab eodem loci ordinario supponitur Ecclesiastico interdicto. Præterea raptores & infautores & detentores rerum mobilium, seu immobilium ad mensam Episcopalem, monasteria, Capitula, alia pia loca, seu personas Ecclesiasticas pertinentium si continua monitione infra terminum præmissa a loci ordinario sibi statutum restitutionem & satisfactionem plenariam cum effectu non duxerint faciendam. Hoc observatum volumus & teneri, quod supra de Advocatis terrarum Dominis & personis singularibus est statutum. Ceterum ut fortiori caritatis vinculo uniti, alter alterius onera portantes, contra præmissorum statutorum transgressores ac alios delinquentes instantius procedamus, & ut ipsi majori rubore suffusi citius respiciant, hæc Synodali constitutione sanximus, ut nos & successores nostri, & quilibet supradictorum Coepiscoporum nostrorum suffraganeorum invicem tenere debeamus & observare nostras sententias, & per nostras Diœc. exequendam ab earum latore sumus requisiti. Verum si in personas spectabiles, illustres, aut alios nobiles, scilicet terrarum Dominos, sententias proferre contigerit, postquam a sede

metropolitana, cui nunc favente Domino præsidemus, fuerint confirmata, ipsa mandata per totam nostram provinciam fideliter exequantur. Archi-Diaconorum etiam per nostram diœc. & provinc. constitutorum sententias, nec nos, nec successores nostri, nec aliquis Coepiscoporum nostrorum absque causæ cognitione relaxabimus ullo modo. Item omnibus & singulis Prælati ac Clericis nostræ diœces. & provincie prohibemus, ne in domibus suis, vel commessionibus scholares vagos, qui Goliardi, vel Histriones alio nomine appellantur, per quos non modicum vilescit dignitas Clericalis, utatenus recipiant. Illos maxime, qui in sacris constituti sunt ordinibus, a clericali habitu apostatantes & ordine, Laicalem habitum assumpserunt. Quod cum præmissis Statutis omnibus & singulis sub excommunicationis pœna præcipimus firmiter observari. Postremo ne circa hæc aliquis occasionis vel ignorantie possit velamen prætere, statuimus, volumus & mandamus, ut hæc salutaria statuta semel quolibet anno in Episcopali Synodo, vel capitulo, publice recitentur. Verum quia plus firmitatis afferre videtur, quod specialiter injungitur, quam quod generaliter imperatur, superscriptis omnibus etiam includimus & inclusum esse volumus Diœces. nostræ honorabile Capitulum Eccl. Hamburg. In quorum omnium & singulorum præmissorum testimonium & approbationem, totius consilii accedentis consensu, sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum.

Datum & actum an. Dom. MCCXCII. feria secunda post Dominicam, qua cantatur Lætare.



SYNODUS CICESTRENSIS

Ex tomo II. collectionis Anglicanae.

Statuta & adjectiones domini Gilberti Dei gratia Cicestrænsis episcopi, publicata in majori ecclesia Cicestrænsi, in synodo ibidem celebrata, in die S. Callisti papæ, anno Domini MCCXCII.

TITULI CAPITULORUM.

1. Ne animalia ponantur in cæmeteriis ad pasendum.
2. Quod in oblationibus devot. populi non restringatur.
3. Excommunicati sicut ipso facto detentores decimarum.
4. Quod parochiani silentes audiant Missam.
5. Quod sepultura non fiat in ecclesiis & cancellis.
6. Ne trunci erigantur in ecclesiis sine episcopi licentia.
7. Ut hæc constitutiones quater in anno publicentur.

CAPITULA.

1. Ne animalia ponantur in cæmeteriis ad pasendum.

Licet humana fragilitas quemlibet ad assequendum & assequendum bona temporalia diversis malis alliciat: ad hoc tamen homini a Deo datur discretio, ut cum auditus

Dhujus, maxime per ea quæ honestatem decent, a rationis tramite per devium non abducat. Cum ergo ecclesiarum sanctuaria, quæ populariter cæmeteria nominantur, sicut frequenter nostris auribus inculcatur, nec tantum per laicorum, verum etiam, quod detestabilis est, per rectorum, vicariorum, & sacerdotum parochialium, cupiditatem nefariam, porcis, equis, bobus, ovibus, & aliis animalibus, sub prætextu herbæ inibi crescentis, Dei & ecclesie rejecta reverentia conculcentur; & sanctorum forte corpora, quorum aliqua in istis cæmeteriis fas est credere sepeliri, execrabili effusione sædentur (quod præsertim defunctorum parentibus & amicis merito cedere poterit in horrorem.) Nos igitur, tantæ temeritatis & detestandæ cupiditatis audaciæ frænum moderamine volentes imponere, sub Divinæ & nostræ maledictionis interminatione duximus statuendum: ne quis literatus, vel laicus, talia deinceps attentare præsumat: hoc tantum adjecto moderamine, quod rectoribus, vicariis, & sacerdotibus parochialibus, quibus non est aliunde pastura sufficiens, tempore quo agnos suos colligunt decimales; & ab il-

al. præcipimus statuen-
do.

ANNO
CHRISTI
1197.ANNO
CHRISTI
1197.

lo tempore, tantummodo per quindenam, liceat eosdem agnos inmittere nutriendos. Quod si forte secus contigerit fieri, ex contemptu, vel, per negligentiam, aut malitiam eorum, quibus parochiali consuetudine claudendi cœmeterium, *divisim* vel *conjunctim* onus incumbit: ipsos, qualitercumque status conditione præfulgeant, domino rege & ejus liberis dumtaxat exceptis, a tempore notificationis præsentis statui, excommunicationis sententiæ tamdiu volumus subjacere, quousque terminos vel limites clausuræ cœmeterii, qui ipsos contigerint, recesserint competenter.

II. *Quod in oblationibus devotio populi non restringatur.*

Habet hoc proprium antiqui hostis invidia, ut, ipso suadente, frequenter ea quæ ad animarum remedium pertinent & salubriter ordinantur, per malorum machinationes in noxam miserime permulentur. Quod & his temporibus, (utinam futuris sæculis reservatis) in hac nostra diœcesi, proh dolor! vulgariter asseritur inventiri: dum quidam maledictionis filii, in nubentium solemnibus, in mulierum purificationibus, & aliis, in quibus ipse Deus in ministrorum suorum personis oblationum solebat libamine præclare honorari, ad unius oblationem denarii devotioem populi restringere sunt moliti; residuum oblationis fidelium, suis, pro libito, vel alienis, usibus applicantes. Diverforum igitur his damnabilibus consiliis, salubre repagulum opponere cupientes, & in ipsos qui non respiciunt, laqueum injicere, quem miseris misere tetenderunt: nil novum statuentes, sed antiquorum canonum sancta in medium deducentes, universos & singulos instigatores, per quorum nefanda consilia, ecclesiis, vel ipsarum rectoribus, vicariis, aut ministris ipsis, quicquam subtrahetur honoris vel commodi consueti, synodi declaratione præsentis pronunciamus, vinculo excommunicationis, ex concilio Oxoniensi damnatos, & involutos: reservata nobis absolutione eorum præterquam in mortis articulo, quousque ministerio in contrarium laborante, ecclesiis devotio popularis fuerit efficaciter restituta.

III. *Excommunicati sunt ipso facto detentores decimarum.*

Item decimas a quibuscumque debitas persolveri præcipimus integraliter, sub pœna excommunicationis, quam in non plene solventes ferimus; in his scilicet declarantes cum decretali, non debere fieri, ante decimarum liberationem, saltem in prædialibus decimis, aliqualem deductionem culturæ, vel collationis, vel doni alicujus conferendi messoribus, clericis, bedellis, vel aliis communibus ministris quibuscumque, aut per animalia, aliove modo, consilio, auxilio, favore, aut conniventia: distas debitas decimas, consumendas, dissipandas, vel minuendas esse, a quoquam clam vel palam, sub pœna eadem prohibemus. Qui autem secus egerint, partem cum Cain, cujus sequaces sunt, habebunt, & ut raptores ac sacrilegi, ab ecclesia & fidelium communione merito abjiciendi, atque adeo & hac sacra synodo maledicti.

IV. *Quod parochiani silentes audiant Missam.*

Parochianos, diebus Dominicis saltem, & aliis solemnitatibus festivis, præcipimus moneri diligenter, quod in ecclesia solemniter & devote morentur, saltem dum Missa cantatur, orationibus & aliis devotionibus jugiter insistendo, non discurrendo tumultuose, ut alicubi hæcenus fieri consuevit, per cœmeteria & alia loca ecclesiis contigua, ex causa non necessaria, & multotiens inhoneſta.

V. *Quod sepultura non fiat in ecclesiis & cancellis.*

In ecclesiis, vel earum cancellis non fiant sepulturæ indistincte, ad cujuslibet voluntariam electionem, corporum defunctorum: villarum dominis & patronis ecclesiarum, & illorum uxoribus, rectoribus etiam & vicariis exceptis, per quos, vel per quas accreverit honor illis ecclesiis notabiliter & perpetuo duraturus.

VI. *Ne trunci erigantur in ecclesiis sine episcopi licentia.*

Ne subjectorum vicariorum seu sacerdotum parochialium simplicitate vel conniventia, quæ hæcenus alicubi in nostra diœcesi fieri comperimus, trunci concavi de cetero in ecclesiis parochialibus vel cappellis erigantur, per quod subtrahatur a Divina reverentia sive cultu devotio popularis, dum ex vero vel ficto parochianorum odio, eidem truncis malitiose vel damnabiliter imponunt, quod Deo ministrantibus in altari devote consuevit offerri: hac sacra synodali constitutione sancimus, ne qui parochiani, rectores, vel vicarii, vel sacerdos parochialis ecclesiæ curam gerens, truncos hujusmodi, vel aliud pecuniæ receptaculum cum clausura, sine nostra vel officialis nostri licentia... erigant, aut consilium præstent erigentibus, aut juvenem; sed erectos amoveant ab ecclesiis in quibus fuerint, intra octo dies a tempore notificationis, vel publicationis præsentis edicti. Quod si ex contemptu, negligentia, seu quavis arte vel malitia, factum non fuerit vel omisum: ex tempore ipsam ecclesiam, in qua truncus hujusmodi fuerit, vel quid aliud, ut diximus, loco ejus, sub interdicto manere volumus, quousque funditus evellatur & amoveatur ab ea.

VII. *Ut hæc constitutiones quater in anno publicentur.*

Istas generales sententias in singulis parochialibus ecclesiis, per earum sacerdotes, sub pœna suspensionis a Divinis, præcipimus quater in anno lingua materna publicari parochianis distincte & aperte: videlicet Dominica tertia in adventu Domini, Dominica in medio Quadragesimæ, Dominica proxima ante festum Nativitatis sancti Joannis Baptistæ, & Dominica proxima ante festum sancti Michaelis Archangeli.

ANNO
CHRISTI
1793.

SYNODUS DIOECESANA ULTRAJECTINA

ANNO
CHRISTI
1793.

ANNO CHRISTI MCCXCIII. SEDIS APOSTOLICA VACANTE.

A D O L P H I R E G I S I I.

Johannis de Zyrich Episcopi Ultrajectani Epistola Synodalis.

S T A T U T A X X X I.

*Johannes Dei, & Apostolica Sedis gratia Episcopus
Trajectensis, universis &c.*

P. H. Rothlein
Concil. Germ.
t. IV. pag. 17.

Cum ad honorem & laudem Omnipotentis Dei, & salutem animarum, & subditorum nostrorum, & libertatem ecclesiae & ecclesiasticarum personarum vobis tenore praesentis quaedam statuta jure duximus publicanda, & statuere & addere aliqua, quae ad honorem fiant statum & commodum subditorum; eadem vobis tenore praesentis intimamus, & per vos volumus subditis nostris solemniter intimari, & sicuti intimata fuerint, mandamus & praecipimus inviolabiliter observari.

I. Et in primo statuimus, ut mores clericorum & maxime sacerdotum in melius refoermentur, continenter & caste vivere studeant universi, quatenus in conspectu Dei puro corde & mundo corpore valeant celebrare.

II. Item a crapula & ebrietate omnes abstineant diligenter; ab usum quorundam clericorum penitus decernimus abolendum, quod in quibusdam partibus ad potus aequalis se obligant potatores, ut & ille iudicio plus laudatur, qui plures inebriat & secundores calices exhaurit.

III. Item, clerici & maxime sacerdotes officia vel commercia saecularia & maxime inhonesta non studeant exercere, simoniae vitium & species usurarum districtius fugientes.

IV. Item, ne arma portent illicita districtius inhihemus.

V. Item, ne Sacerdotes ultra tres compartes ad puerum de sacro fonte levandum admittant, districtius inhihemus.

VI. Item statuimus, quod caput ter in aqua ponatur, nisi fuerit debilis vel infirmus vel frigidum tempus; tunc aquam per manum sacerdotis super caput pueri profundatur, ne propter submersionem vel frigiditatem, seu debilitatem puer extingatur & moriatur.

VII. Item frequentem usum tabernarum Sacerdotibus inhihemus.

VIII. Item inhihemus, ne aliquis sacerdos missam celebret, nisi prius de horis canonicis Matutinas & Primam dixerit.

IX. Item presbyter lapsus in mortali peccato, non celebret, nisi ante confessus fuerit.

X. Item sacerdotes vestes portent nimia brevitate, vel longitudine non notandas.

XI. Item ludos theatrales, spectacula, & larvarum ostensiones in ecclesiis & caemeteriis fieri prohibemus.

XII. Item presbyter duas missas nullus celebrare praesumat in die, nisi necessitas jure permissa permittat, & tunc in priori missa ablutiones non sumat post sanguinem.

XIII. Item presbyteri parochiales saepe populum suum habeant communitum, ut si ali-

quis infirmetur, citius pro sacerdote mittat, ut confiteatur, & sacramenta ecclesiae percipiat, quae sine pecuniae exactione praecipimus exhiberi.

XIV. Item inhihemus, ne quis chrisma, vel oleum sacrum ab aliquo Episcopo accipiat, quam a nobis.

XV. Item prohibeant presbyteri subditis suis, ne pueri baptizandi diu teneantur.

XVI. Item nullus pater vel mater proprium infantem de sacro fonte praesumat levare.

XVII. Item prohibemus ne sacerdotes & procuratores ecclesiarum calices & sacra vasa, libros & ornamenta apud Cauwertinos, vel alios pignori exponant.

XVIII. Item prohibemus ne aliquis contrahat matrimonium temporibus prohibitis, & clandestinum sub poena excommunicationis, & ne aliquis intersit eisdem, sub poena jure expressa.

XIX. Item custodes portent tonsuram clericalem, & prohibemus bis, nisi etiam ut non recipiant custodias regendas, quia sunt privilegio clericali penitus exuti, nisi sint adeo tenues & exiles, quod clerici non possint sustentari, & hoc nostro arbitrio, vel nostri officialis relinquatur ordinandum.

XX. Item prohibemus, ne aliqui, qui mortem sibi construxerunt stipulis laqueo suspendendo; vel qui suspensi, decollati, rotati, vel alias propter suum scelus interfecisti, in ecclesiis vel caemeteriis non sepeliantur, nisi de nostra vel nostri officialis fuerit licentia speciali.

XXI. Item prohibemus per poenam excommunicationis lae sententiae in his scriptis, ne aliquis decanus vel provisor de causis matrimonialibus se aliquatenus intromittat, sed ad civitatem Trajectensem transmittat, ibi est copia peritorum.

XXII. Item prohibemus ne laici se intromittant de decimis novalium, sed ad alios perveniant, ad quos de jure pertinere noscuntur.

XXIII. Item statuimus si clericus vel presbyter capitur, illa parochia sit ipso facto interdicta, si deducitur extra illam parochiam captivus, parochia illa in qua detinetur, sit similiter interdicta quousque vinculis absolvetur, & nobis & captivo plenarie fuerit satisfactum.

XXIV. Si vero interficiatur vel mergatur, quod absit, ille decanatus, in quo tale delictum est perpetratum, maneat totaliter interdictus.

XXV. Item praecipimus sub poena excommunicationis, Cauwertinos & alios alienigenas, senus

ANNO CHRISTI 1191

ANNO CHRISTI 1191

tenus publice exercentes & publice usurarios & hæreticos & statuarios contra libertatem & jurisdictionem ecclesiasticam & falsarios nostræ monetæ vel sigillorum, vel nostri officii, nisi ad gremium matris ecclesiæ revertantur & absolvantur, his in anno auctoritate nostra denunciari publice excommunicatos, videlicet prima dominica Adventus Domini & dominica post cineres, videlicet. *Invoavis me*, nec ab eisdem oblationes recipiant, nec eisdem ecclesiastica sacramenta ministrantur, & ad sepulturam ecclesiasticam minime admittantur.

XXVI. Item inhibemus laicis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ in his scriptis, ne clericos cogant stare jure coram eis, vel arrellent bona eorum, nec se de reconciliatione cœmeteriorum vel ecclesiarum aliquatenus intromittant.

XXVII. Item ne aliqui clerici vel laici ecclesias destructas per Diluvium vel per incendium, vel alias quocumque modo ad alia loca transferant, sine nostra licentia speciali penitus inhibemus. Et si quæ facta fuerint per translationem monemus sub pœna excommunicationis sententiæ latæ in his scriptis, ut infra mensem a tempore nobis satisfaciant de præmissis.

XXVIII. Item præcipimus orationes fieri pro pace & statu ecclesiæ Trajectensis, reformando videlicet VII. Pl. VI. feriis per singulos.

XXIX. Item prohibemus sub pœna excommunicationis, ne aliqui excommunicatos sepehant, vel aliquos non excommunicatos in ecclesiis recipiant, & cœmeteriis violatis, & interditiis.

XXX. Item præcipimus ut quilibet curatus habeat versus de casibus episcopalibus, de quibus soli ipsi & superiores habent absolvere.

seu illi qui ab eisdem habent potestatem, & primo casus legantur in Latina, & postea lingua matèrna populo exponantur isti versus:


Qui facit incestum, dehorans, aut homicida,
 Sacrilegus, patrum percussor, vel sodomita,
 Transgressor voti, perjurus, sacrilegusque,
 Et mentita fides, faciens incendia, prolis
 Oppressor, blasphemus, hæreticus, omnis
 adultus
 Pontificem super his semper devotus adhibet.

Item præcipimus quod curati habeant decretalem, Qui est: in rubrica: de sententia excommunicationis, & est dom. Innocentii IV. & legatur populo, & exponatur lingua matèrna, ut sciat populus quomodo vitari debeant excommunicati ab Episcopo. Item habeant decretalem de pœnis, quæ incipit, Licet, quæ loquitur de avaritia archidiaconi, & illam similiter exponant laicis lingua matèrna.

XXXI. Item præcipimus ne aliquis de antiquo chrismate baptizet, nec de aliquo, quam de illo novo, quod de nostra largitione vel nostra concessione acceperit baptizare, nisi præoccupante morte; & qui contrarium fecerint, noverint se damnationis sententiam per tulisse manifestam.

Hæc statuta præcipimus inviolabiliter observari, & in qualibet ecclesia parochiali per sacerdotes quater in anno, diebus feriatis & festivis publicari & exponi populo diligenter, videlicet in festo Pentecostes, in festo Michaelis & in festo Circumcisionis, & in dominica post cineres, scilicet *Invoavis me*.

Actum & datum anno Domini 1193. proxima feria tertia post Tyburcii & Sociorum ejus.



ANNO CHRISTI 1191

STRIGONIENSIS SYNODUS PROVINCIALIS

ANNO CHRISTI 1191

Habita sub Andrea III. Hungaria rege, & Lodomerio archiepiscopo Strigoniensi, die VI. Maji, anno MCCXCII. Ex MS.

An 1191. Ex Peterffy Conc., Hungar. 1148., 1177. Affert Mansi sup. l. 3. p. 341.

Donaverat S. Ladislaus & Geiza II. rex ecclesiæ castri Budensis sales quosdam & nauti partem in portu Pestiensis exigi solitos. Emarcuit, ut assolet fervor in tributariis. Hinc dissidia, quæ ad concilium delata fuisse ex documento sequenti discimus.

Lodomerius miseratione divina archiepiscopus Strigoniensis ecclesiæ, nec non eadem dispensatione divina Andreas Agriensis, Andreas Jauriensis, Ladislaus Vacienis, Andreas Vesprimiensis ecclesiarum episcopi, totumque capitulum ejusdem Strigoniensis ecclesiæ, ac universitas prælatorum Strigoniensis provinciæ, in provinciali concilio considerantes, universis, quibus ostenduntur presentes, salutem in Domino sempiternam.

Novit universitas vestra in nostro provinciali concilio, circa octavas S. Georgii pridie nonas Maji celebrato, oblatam in scriptis protestationem hujusmodi & perlectam.

Ego magister Posoniensis, canonicus ecclesiæ Budensis, Sanctæ Strigoniensis ecclesiæ metropolitane jure immediate subjactæ, ex mandato magistri M. præpositi, & totius ca-

pituli ejusdem Budensis ecclesiæ, coram venerabili patre, beatissimo domino Lodomerio, divina providente clementia, Strigoniensis ecclesiæ archiepiscopo, & venerabilibus PP. coepiscopis & suffraganeis nostris, nec non coram venerabili capitulo Strigoniensi, & universis præpositis, & abbatibus, ac prælatis in hoc sancto provinciali concilio congregatis protestando propono, & proponendo protestor: quod rector, consules, & jurati ac universitas civium de castro Budensi, eandem Budensem ecclesiam & canonicos in eadem divinis obsequiis jugiter famulantes, gravibus damnis, & injuriis incessanter afficiunt, ac pressuris, horis omnibus & temporibus, quibus ei data fuerit occasio vel opportunitas temporalis. Minutatim enim omne jus Budensis ecclesiæ intervertere & auferre conantur, quasi pro eis scriptum sit: frustatum lupus comedit agnum. Quamquam enim ordine judicario cum regia majestate tributum salium in portu est, ad ipsam pertinens ecclesiam, quod suarum tempore nundinarum circa festum Nativitatis B. Mariæ Virginis, per potentiam eorundem civium de festo convenerant

ANNO
CHRISTI
1191ANNO
CHRISTI
1192

tant impedire, relaxarunt, vigore justitiae com-
pellente, adjecta poena 200. marcarum, si con-
tra venerint in futurum; nihilominus tamen
ipso tempore mundinarum, eidem Budensi ec-
clesiae ita se irreverentes exhibent, & mole-
stos, ut officiales, & tributarios ipsius ecclē-
siae inibi destinatos, frequenter in aquam de-
jiciant Danubii, & aliis corporalibus afficiant
injuriis, verbis turpibus insultando, de quibus
per eosdem cives, nulla penitus justitia exhi-
betur, conquerentibus.

Insuper cum in navalibus ascendendo, &
descendendo tributum eidem Budensi ecclē-
siae debeat juxta privilegium B. Ladislai, & glo-
riosisimi regis Georzi, ipsi tamen cives, &
jurati, castri praedicti, de rebus mercimonia-
libus navigio descendentes, tributum exigere
potentialiter non permittunt, de novo a per-
ceptione tributi navium descendentes inhu-
maniter a possessione percipiendi pacifica,
contra tenorem privilegii, ipsam Budensem
ecclēsiam prohibendo. Loca etiam piscationum
ejusdem Budensis ecclēsiae, quae Tonya vul-
gariter nuncupantur, auctu sacrilego, a multis
temporibus contra protestantes, & inhibitorios
multiplices, potentialiter occupant, molendi-
na constituentes in ipsis locis piscationum pro
sua libitu voluntatis; cum tamen in privile-
giis regis sit expressum, ut a portu Megyer,
usque ad magnam insulam regis, absque vol-
untate praepositi vel capituli ejusdem, nullus
ibi piscari praesumat, & si quis imposterum
regis dispositioni contraire voluerit, anathe-
matis feriatur exterminio, regis & regni to-
tius reus existat. Et licet alii de sub pede

castri ejusdem, ab aquis calidis, & super, de
suis molendinis annuatim solum centum tol-
vant; de universitate tamen molendinorum
sub ipso castro Budensi praetati cives, vel illi,
ad quos ipsa pertinent molendina, penitus
nihil solvunt. Sicque possessionem ecclē-
siae Budensis usurpativam per potentiam, & vio-
lentiam intervertunt, in suarum periculum
animarum, & ejusdem ecclēsiae grave praes-
udicium, & iacturam. Et quoniam secundum
canonicam veritatem, pro semel relicto san-
ctum, sociorum erit Domini, & ad jus per-
tinet sacerdotum, ac usurpationis contumelia
poena sit sacrilegii coercenda; dignetur san-
ctum nostrum concilium rectorem, juratos,
ac universitatem castri praetati, paternalibus
monitis salubriter exhortari, ut suo jure con-
tenti, patrimonium non diripiant Crucifixi,
permittendo memoratam Budensem ecclēsiam
in sua privilegiata justitia, pacis amplitudine
gratulari, ne ecclesiastico ministerio, culpa
sacrilegii, quod non potest ulterius conjen-
tibus praeteriri, faciant se indignos.

Nos igitur deliberatione provida recen-
sentes, dictam petitionem, & protestationem,
juris veritate subnixam, in praemissis omnibus
& singulis praemissorum ad ipsum rectorem,
juratos, & universitatem civium praetatorum
paternae exhortationis litteras duximus decla-
randas. In cujus rei memoriam praesentes
concessimus litteras nostris sigillis authenticis
confirmatas. Datum Strigonii in Concilio
provinciali, Anno Domini MCCXCII. pridie
nonas Maji.

GENUENSE CONCILIIUM

A Jacobo de Varagine archiepiscopo

Anno 1192. habitum.

An. 1192.
Ibid.

Concilii hujus sui meminit Jacobus de Va-
ragine in Cron. Januensi Rer. Italicarum
to. IX. pag. 53. his verbis.

In ecclesia S. Laurentii provinciale concilium celebravit, ubi interfuerunt episcopus Albiganensis, episcopus Brumacensis, episcopus Naulensis, episcopus Maranensis, & episcopus Abientis. Episcopus Bobiensis se excusavit infirmitate, & senectute gravatus; suum tamen procuratorem, & syndicum destinavit. Episcopus vero Daciensis tunc vacabat. Interfuerunt vero abbates mitrati quamplures, scilicet abbas S. Syri, abbas S. Stephani, abbas S. Fruentis, abbas de Tyro. Abbas vero de Borfano, & abbas de Insula Gallinaria se excusaverunt infirmitate, & senectute gravati; suos tamen procuratores, & syndicos destinaverunt. Interfuerunt etiam praepositi, & archipresbyteri, praesules, & caeteri ministri in multitudine copiosa. In ipso autem concilio

fuerunt multa utilia statuta, & multae constitutiones editae, quae usque hodie observantur. Caeterum quia inter aliquos dubitatio videbatur oriri, an corpus S. Syri esset in archa marmorea, quae sub altare S. Laurentii est collocata, voluimus super hoc inquirere veritatem. Quocirca concilio praesente, & praesentibus potestate, & capitaneo, abbate populi, & multis aliis nobilibus civitatis Januae, archam illam fecimus aperiri, ubi invenimus archam ligneam inclusam, & diligenter firmatam, quam aperientes ibi invenimus laminam plumbeam, & tabulam marmoream, & cedulam in pixide quadam repositam, & utrobique erat litteris exaratum, quod in illa capta ossa S. Syri erant reposita. Nos etiam illam capsam super altare S. Laurentii deduci fecimus, & ibi nostris manibus inquirentes omnia ossa invenimus quae ad compositionem humani corporis requiruntur.

ANNO
CHRISTI
1192.

TERRACONENSE CONCILIUM

ANNO
CHRISTI
1192.

Anno 1192. habitum.

Afferri Mart.
Ver. Mon. 10.
VII. pa. 119.
(a) Alibi dicitur hoc concilium anno 1192. celebratum, quo revera idus Martii incidunt in Sabatum. Manu libid.

A Nno Domini MCCXC. primo (a) die Sabbati quæ fuit idus Martii, nos Rodencus permissione divina sanctæ Terraconensis ecclesiæ archiepiscopus in civitate Terraconensi personaliter constituti, de mandato speciali litteris nobis factæ, & auctoritate sanctissimi patris & domini, meritisque beati domini Nicolai divina providentia sanctæ Romanæ ecclesiæ summi pontificis, assistentibus nobis venerabilibus fratribus R. Vicenti, P. Urgellensi, A. Dertusensi, fratre Berengario Barchinonensi, V. Cæsaraugustano, fratre Ademaderio Ofcensi, Geraldo Ilerdensi, absentibus Michaeli Pampilonensi, Almoravio Calagurritano & Calciatensi, P. Tirasonensi, R. Valentino, Bn. Gerudensi, se per procuratores & litteratorie excusantibus, nec non nobili ac religioso viro fratre Berengario de Cardona, domorum militiæ Templi in partibus Aragoniæ & Cataloniæ magistro, & procuratore magistri S. Joannis Jerosolymitani, procuratoribus capitulorum ecclesiarum cathedralium ac collegiatarum, monasteriorum, aliorumque prælatorum Terraconensis provinciæ præsentialiter constituti; præsentibus etiam discretis & religiosis viris abbatibus, præpositis, prioribus, archidiaconis & decanis, nec non & pluribus aliis ecclesiarum prælati præsentis provinciæ, tam exemptis quam non exemptis, ad hoc specialiter evocatis, ad honorem sanctæ & individue Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, apud civitatem & ecclesiam Terraconensem sponfam nostram, cui licet immeriti divina clementia pastoralis officii debito præsidemus, sanctum provinciale concilium celebrantes, præfato sacro concilio approbante, prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, laudamus, concedimus, approbamus, & irrefragabiliter per omnia confirmamus constitutiones factas per prædecessores nostros ad utilitatem, libertatem & defensionem ecclesiarum, clericorum, & religiosarum personarum, monasteriorum, hominum, rerum, ac bonorum omnium prædictorum.

I I.

De vita & honestate clericorum.

Quoniam pium esse dinoscitur & consentaneum rationi, ut clerici qui in sortem Domini eliguntur, decentius & honestius inter alios in habitu & in aliis agendis suis se debeant gerere & habere, qui per vitæ munditiæ & conversationem laudabilem, formam & exemplum in moribus & vita ceteris dare debent, qualiter in domo Domini alios oporteat conversari, sacro approbante concilio, statuimus, ac dilucide præcipiendo mandamus universis & singulis clericis, præsertim sacerdotibus, & prælati beneficiatis, atque in sacris ordinibus constitutis, ut honesta deferant indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda, coronam & tonsuram habeant congruentem. Si quis vero comam nutritam, sive barbam, sive tonsuram non deferat congruentes, &

infra duos menses a tempore publicationis constitutionis istius, se non emendaverit in hac parte, ingressum ecclesiæ auctoritate præsentis constitutionis sibi noverit interdictum. Sane quia, ut in nonnullis ejus provinciæ cathedralibus ecclesiis ac collegiatis usus inordinatus permittit hætenus, ne dicamus abusum, canonici & ministri unius diei servitio deputati, unum intrant, quorum ad unum & idem officium faciendum, adeo tamen ab unitate habitus discrepantes, quia non repræsentant hujusmodi debitam unitatem, propter quod non absque rubore ab illo patrefamilias, cui serviunt, audire forsan poterunt: *Amice, quomodo hoc intrasti non habens vestem nuptialem?* Ideo nos cupientes universos prædictos & singulos ad uniformitatem debitam coaptare, quod vere in ecclesia Dei unum ovile apparere valeat & etiam unus pastor: præsertim cum hujusmodi dumtaxat conformitatis habitus divitibus nequeat esse onerosus, nec suo modo pauperibus nimium sumtuosus, sacri approbatione concilii statuimus, ut archiepiscopus, episcopi, canonici regulares, sæculares cathedralis ecclesiæ seu collegiæ intra ecclesiam suam vel extra ad divina officia cappas non deferant nisi nigras, sericis dumtaxat exceptis, quæ ratione solemnitatis vel officii juxta consuetudinem cujuslibet ecclesiæ certis temporibus deferuntur. Qui vero contrafacere præsumserit; tandiu ab ingressu ecclesiæ noverit se suspensum, donec præfens statutum effectu duxerit observandum.

III.

Contra diffidentes clericos.

Exigit perverforum audacia, ut non solum simus delictorum prohibitionem contenti, seu poenam etiam delinquentibus imponamus. Sacri igitur approbatione concilii adjicientes præsentis statuti suffragio constitutionibus olim editis per prædecessores nostros contra illos qui clericos diffident, statuimus, ut clericus aut religiosus, cujuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, seu status existens, diffidavit, acunydaverit seu acunydari fecerit vel procuraverit prælatum, clericum, aut beneficium, vel in sacris ordinibus constitutum, aut aliam personam religiosam, seu canonicum ecclesiæ cathedralis Terraconensis provinciæ temeritate propria, quæ lege damnatur, grave damnum intulerit vel inferri procuraverit, nisi diffidentia fecerit revocari, & damna exinde illata non curaverit emendare, infra mensem a tempore diffidationis vel damni alias dati, quem sibi monitione canonica duximus assignandum; quia juxta quantitatem & qualitatem culpæ debet esse quantitas & qualitas poenæ, ut fructus condignos faciant poenitentis; siquidem prælatum suum diffidaverit, vel diffidari procuraverit, vel grave damnum dederit, aut dari procuraverit, ab officio & beneficiis omnibus per triennium completum sit eo ipso suspensus,

ANNO
CHRISTI
1193.

sus, ac nihilominus, ipso facto, sententiam A
excommunicationis incurrat. Si vero alium
quam prælatum diffidaverit, vel diffidari pro-
curaverit, similiter sit suspensus & excommu-
nicatus, & deinde perpetuo suspensus & ex-
communicatus remaneat, donec diffidamenta
revocari, aut damna illata fecerit emendari.
Si vero interea sic suspensus aut excommuni-
catus perceptioni suorum beneficiorum se in-
gesserit per se vel per alium, quocumque co-
lore quæsit, aut divinis officiis se immisce-
rit, sit inhabilis ad alia beneficia obtinenda,
nec super hoc per alium quam per Romanum
pontificem cum alio valeat dispensari, nec
super aliquem possint hujusmodi sententiæ re-
vocari, donec diffidamenta revocaverit & re-
vocari fecerit, & de damnis illatis & inju-
riis satisfecerit cum effectu: aliter autem ta-
citas absolutio vel relaxatio nullius penitus sit
momenti. Medietas autem fructuum benefi-
ciorum talium suspensorum & excommunica-
torum, durante contumacia & rebellionem ip-
sorum, ordinariis applicetur; alia vero me-
dietas in terræ sanctæ subsidium per eodem
ordinarios convertatur. Si vero is qui præla-
tos excessus commiserit, vel aliqua præmit-
torum, non sit beneficiatus, ipso facto sen-
tentia excommunicationis subjaceat, donec
de prædictis commissis satisfecerit, ut de aliis
est jam dictum. Aliter autem sibi impensa
absolutio sit irrita ipso jure, ac nihilominus
absolutione obtenta, tanto tempore sit inha-
bilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum,
quanto in excommunicatione perduraverit ani-
mo indurato, nec super hoc per alium quam
per Romanum pontificem cum eodem valeat
dispensari.

IV.

De perjuriis.

Item, quamvis pia sit consideratione sta-
tutum, quod non merentur ecclesias regere,
qui sunt perjuri crimine irretiti; nec vivere
de patrimonio crucifixi, quem sic irreverenter
& enormiter contemserunt. Attendentes quod
nonnulli antiqui hostis invidia procurante,
in contumeliam Redemptoris & non modicum
animarum suarum dispendium, temere vio-
lant per eos præstita juramenta, nos huic
morbo damnabili & pestifero, quantum pos-
sumus, competentibus remediis obviare vo-
lentes, hac edictali constitutione sancimus,
ut si quis clericus famæ suæ prodigus, &
proprii persecutor honoris juramenti religio-
nem spernit, nulla cogente necessitate, sed
libero arbitrio & voluntate contra jus juran-
dum a se præstitum, putaverit esse venien-
dum, & de hoc coram suo iudice sit con-
fessus, vel legitima probatione convictus, vel
alias de præmissis constiterit evidenter, pœ-
nam xx. morabotinorum, ipso facto, se no-
verit incurrisse, ejus ordinario absque remis-
sione aliqua confiscandam. Dignum est enim,
ut quos Dei timor a malo non revocat, tem-
poralis saltem coerceat severitas disciplinæ.
Quod si solvendo non fuerit, sicut alii re-
atus taliter castigetur, quod pœna ipsorum
ceteris auferatur audacia talia præsumendi, sal-
vis tamen omnibus aliis pœnis canonicis contra
tales editis, quibus per constitutionem præsen-
tem non intendimus in aliquo derogari.

Concil. General. Tom. XXIV.

V.

*Contra excommunicatos absolutionem non
petentes.*

Item cum medicinalis sit excommunicatio,
non mortalis, disciplinans, non eradicans,
dum is in quem lata fuerit, non contem-
nat, hoc consultissimo statuimus edicto, quod
si clericus in quocumque ordine constitutus,
canonice fuerit excommunicationis sententia in-
nodatus, & publice nunciatus, & negligens
in absolutione petenda, per sex menses con-
tinue in excommunicatione ipsa contumaci-
ter ex certa scientia peribiterit, quia nihil
obedientia prodesse videretur humilibus, si
contemptus contumacibus nunciatus non obe-
set: si beneficium ecclesiasticum habuerit,
pœnam xx. morabotinorum incurrat. Quod
si beneficiatus non fuerit, ideo propriæ salu-
tis oblitus, per annum continuum in præ-
dicta excommunicationis sententia perdurave-
rit, pharaonico animo damnabiliter obstina-
tus; quia crescente contumacia, crescere de-
bet & pœna, statuimus ut lx. aureos suo or-
dinario applicandos solvere teneatur. Si vero
ultra annum in excommunicatione perstite-
rit, tandiu ab officio & omnibus beneficiis
quæ obtinet, sit eo ipso suspensus, donec se
absolvi fecerit: & postea nihilominus tanto
tempore, quanto post annum, ut præmitti-
tur, in excommunicatione permanerit. Nec
per ordinarium aliter possit absolvi, nec pœ-
na prædicta remitti; aliter autem absolutio
ei impensa & remissio facta nullius penitus
sit momenti.

VI.

*Contra illas qui ministrant sacramenta
ecclesie alieno parochiano.*

Item cum ecclesiastica sacramenta sint mi-
nistranda per proprium sacerdotem; juxta
canonica instituta, sacri approbatione concilii
duximus providendum, quod nullus cleri-
cus præsumat quocumque sacramentum al-
teri parochiano aliquatenus ministrare, abs-
que licentia proprii rectoris vel diocæsani,
seu officialis ejusdem. Qui vero contrarium
temeritate propria, quæ lege damnatur præ-
sumserit attentare, pœnam xx. morabotino-
rum diocæsano vel ordinario, cui subesse di-
noscitur, solvere compellatur. Volumus ta-
men, quod sacramentum baptismi & pœni-
tentia tempore necessitatis cogentis extreme
possit conferri & dispensari a quolibet sacer-
dote, memorata pœna in aliquo non ob-
stante.

VII.

Contra Toletanum archiepiscopum.

Item, sacro approbante concilio statuimus,
quod si Toletanus archiepiscopus, vel qui-
cumque alius archiepiscopus, per Terraco-
nensem provinciam transitum faciens crucem
ante se portare fecerit, vel palleo usus fue-
rit, vel indulgentias dederit in nostra pro-
vincia, quæ, sicut dicitur, fuerunt per ali-
quos temere attentata; si diocæsanus in cu-

AAA 2 jus

ANNO
CHRISTI
1193.

ANNO CHRISTI 1191.

us diœcesi committuntur, non se opposue-
rit, & hoc non inhiberit, quantum potue-
rit, bono modo; sit ab ingressu ecclesiæ sus-
pensus; & si aliquis litteris indulgentiæ ali-
quorum archiepiscoporum in nostra provincia,
utlus fuerit, tamquam falsarius puniatur.

VIII.

De hæreticis.

Nonnulli a via veritatis aversi, euntes per
devium falsitatis, linguas suas laxare ad ta-
lia non verentur, ut dicere audeant, quod
non sit resurrectio mortuorum, nec vita alia
sit futura; quod quidem est hæresis pessima,
immo plurium hæresum fundamentum: sta-
tuimus itaque sancientes, quod qui talia di-
xerit ex proposito, capiat, & si perstite-
rit in eisdem, tamquam hæreticus conde-
mnetur. Quod si jocose dixerit, vel quacum-
que animi levitate, nihilominus secundum
qualitatem culpæ & personæ conditionem,
penis legitimis puniatur per inquisitores hæ-
reticorum a sede apostolica deputatos. Om-
nes insuper fidei catholicæ detractores pe-
nam subeant, quam merentur, ut sciant lo-
qui de fide catholica cum reverentia & ti-
more. Volumus etiam & mandamus quod
dilecti fratres Prædicatores, inquisitores hæ-
reticorum a sede apostolica deputati, qui la-
borant ad extirpandam hæreticam pravita-
tem, a rectoribus ecclesiarum, vel eorum
vicariis benigne recipiantur, & in tam ne-
cessario & coram Deo accepto fidei negotio
juventur efficaciter per eosdem.

IX.

Contra falsos apostolos.

Cum quidam qui se dicunt apostolos, &
religiosos se effingunt, sint suis exigentibus
meritis per sedem apostolicam excommunica-
tionis vinculo innodati, & postmodum per
orbem vagabundi in multis malis circueun-
t, sintque periculosi homines circa fide-
dem, volumus, & ordinamus, ut ubicumque
inventi fuerint, capiantur, & de tota pro-
vincia expellantur.

X.

De immunitate ecclesiarum.

Quorundam oculos sic excæcat ambitio,
ut temporalibus commodis inhærentes, plus
temporalis majestati, quam æternæ placere
studentes, libertates, & emunitatem ecclesia-
sticam, quam Christiani tenentur defendere,
lædere ac minuere moliantur, inflammando
principes & potestates sæculares & universita-
tes locorum, sive rectores eorum, eisque
impedendo consilium & patrocinium, nec-
non ecclesiarum, a quibus beneficia recipiunt,
exhibendo & tradendo instrumenta & alia
documenta contra ipsas personas ecclesiasti-
cas, ipsorum homines & bona & privilegia
& etiam libertates. Et idcirco cupientes, ut
ecclesiæ in plenitudine juris sui & libertatis
integritate lætentur: ac detestabilis maligno-
rum audacia, insolentium nefaria temeritas
propulsetur, sacri approbatione concilii sta-

ANNO CHRISTI 1191.

tuimus, quod quicumque prælati ecclesiasti-
ci, vel personæ religioſæ, vel sæculares quo-
rumcumque ordinum, conditionis seu status
existant, palam vel occulte principem, vel
sæculares potestates, vel universitates loco-
rum, ut rectores eorum inflammaverint, vel
eis consilium vel patrocinium scienter dede-
rint, vel ecclesiarum, in quibus beneficia
obtinent, absque licentia sui prælati & ca-
pituli vel conventus exhibuerint, vel tradi-
derint instrumenta vel alia documenta con-
tra ipsas ecclesias, monasteria vel loca re-
ligiosa, aut jura, vel bona, vel privile-
gia immunitates earum vel libertatem, in
excommunicationis sententiam incidant ipso
facto; & nihilominus beneficiis quæ habue-
rint in ecclesiis vel locis, quæ sic scienter
& fraudulenter læserint, perpetuo sint
privati. Et ut prædictorum malitiis obvie-
tur, & ecclesiæ debitis servitiis non frau-
dentur, ac vagandi & dissolutionis materia
subtrahatur, statuimus ne aliqua prædictarum
ecclesiasticarum personarum, quæ in sacris
ordinibus sit vel fuerit constituta, vel bene-
ficiam ecclesiasticam obtinens, vel religioſa,
presumat sequi continue vel quasi continue
aliquam curiam sæcularem, sicut quæ sit de
familia sua, nisi prælati, seu conventus; vel
majoris partis ejusdem licentia prius habita
& obtenta. Si quis vero horum temerarius
violator extiterit, excommunicationis incur-
rat sententiam ipso facto. Episcopus vero
propter prærogativam pontificalis officii liga-
ri nolumus hac sententia superioris ultimo
lata. Sed nihilominus a nobis archiepiscopo
vel successoribus nostris super his petere li-
centiam teneantur.

D

XI.

*(Contra indebitas petitiones & pro-
curaciones.)*

In nonnullis Terraconensis provincie dice-
cesibus & ecclesiis, sic avida golositas quo-
rundam laicorum animas excœcavit, quod
certis anni temporibus parochiani dictarum
ecclesiarum abbatibus, vicariis seu rectoribus
earundem, certa prandia, bevragia, come-
stiones, pastus, potationes seu abadagia exi-
gere quasi ex debito non formidant, & ipsos
rectores, vicarios, seu abbates ad ea ipsis
juxta abusum hujusmodi exhibenda per sub-
tractionem & retentionem decimarum & alio-
rum jurium ecclesiasticorum inverecunde com-
pellere non verentur. Aliqui ex laicis supra-
dictis una die cujuslibet septimanæ quasi ex
debito volunt comedere cum rectore, vica-
rio, seu abbate, & ultra comestionem habe-
re & exigere aliquam pecuniam ab eisdem:
ita per totum anni circulum continue facien-
tes, quousque omnes parochiani cum eis co-
mederint, & certum quid habuerint ab eis-
dem, postque inchoant, & repetunt illud
idem. Suntque alii laici ex prædictis, qui
solemnibus diebus Natalis Domini, Paschæ,
& Pentecostes, immediate post communio-
nem, & receptionem Corporis Jesu Christi,
quod cum humilitate & devotione recipere
tenentur, & aliquibus anni temporibus, quasi
ex debito exigunt improbe ab ecclesiis, ab-
batibus, vicariis, seu rectoribus unum certum
ex abusu hujusmodi, vel etiam juxta votum,
adeo

adeo quod interdum decem vel quindecim A
onera in potationibus expenduntur: propter
quæ ingurgitationes, ebrietates & comestio-
nes indebitæ committuntur, & multoties mor-
tes & vulnera sunt hæcenus subsecuta. Quam-
plurimi insuper ex laicis antedictis tempore quo
decimarum ac primitiarum granaria dividun-
tur, non permittunt per illos ad quoscunq;
decimæ & primitiæ bladi pertinent, portari
libere dictum bladum suis propriis animalibus
vel etiam alienis, ut pro apportaturis præfati
in duplo bladi, vel in triplo quam alii por-
tarent, necessario eis detur. Nonnulli etiam
qui juxta locorum consuetudinem ad horrea
ecclesiarum bladum decimarum & primitia-
rum deferunt, per multas vices multosque B
dies excogitata malitia deferunt minutatim,
quas portare poterant una die, ut singulis
diebus & vicibus reficiantur ab ipsis ecclesiis
& ipsarum rectoribus, ac cibentur, nostra
constitutione, quæ hoc prohibet, non ob-
stante. Alii vero laici cum subsidio ex certis
causis portionariis, vicariis, seu clericis ip-
sorum laicorum consanguineis, affinis, seu
amicis per locorum ordinarios, nuncios seu
legatos sedis apostolicæ imponuntur, vel cum
ipsis portionariis, vicariis, seu clericis bene-
ficiatis in ecclesiis prælibatis per ipsos rector-
es, seu abbates, vel eorum loca gerentes,
ex eo quod servitium non faciunt ut tenen-
tur, vel alia causa justa, licita & honesta C
interdum ad tempus suorum beneficiorum fru-
ctus forsitan subtrahuntur ad inquisitionem,
suasionem, nuntiationem hujusmodi clerico-
rum ecclesiæ retinent sibi decimas & alia
jura ecclesiastica, & dant portionariis seu
clericis memoratis, propter quod negligentia
dictorum portionariorum, clericorum & alio-
rum circa divinum officium remanet impu-
nita, & de alieno solvunt, quod de suo pro-
prio solvere tenebantur, & dictis laicis nihi-
lominus participes sunt in furto: allegantes
omnes prædicti & singuli ad excusandas ex-
culpationes in peccatis, quod consuetudines
observant atque usus. Nos igitur volentes ex
debito nostri officii ecclesiarum indemnitati D
bus providere, ac maliciis, usurpationibus,
& morbis hujusmodi obviare, sacro appro-
bante concilio, prædictas consuetudines atque
usus, corruptelas & abusus penitus reputan-
tes, ac etiam judicantes, prædicta omnia &
singula deinceps omnino fieri prohibemus,
cum non sit dubium ea esse contra bonos
mores & canonicas sanctiones, & in grava-
men jurium ecclesiarum & ecclesiasticæ liber-
tatis. Et nihilominus, quia parum proficit
jura condere, nisi pœna transgressoribus im-
ponatur, in omnes & singulos laicos qui præ-
dicta prædicia, comestiones seu pastus, pota-
tiones seu bevragia & alia prædicta, seu ali-
qua de eisdem exegerint cum effectu, & qui
occasionibus memoratis, de eorundem primi-
tiis, vel aliis juribus ecclesiasticis aliquid
sibi scienter retinuerint, vel per alios procu-
raverint, seu mandaverint, ac concesserint
retineri, excommunicationis sententiam pro-

mulgemus. In locis vero, in quibus univer-
sitates in his culpabiles steterint, cessetur pe-
nitius a divinis, sub pœna excommunicationis:
abbatibus, rectoribus, vicariis & aliis
personis interdicentes & prohibentes expresse,
quod dictis laicis, vel eorum aliqui comestio-
nes & pastus, potationes & bevragia, vel
aliquid aliud ex causis vel occasionibus su-
pradictis non dent, nec dari faciant vel per-
mittant, si aliquas pœnas canonicas volue-
rint evitare.

XII.

*Quod in cessationibus a divinis servetur
constitutio Alma mater.*

Item, cum in quibusdam constitutionibus
sacrorum conciliorum Terraconensium sit cau-
tum, quod in certis casibus debeat cessari
penitus a divinis, sacri approbatione concilii
declaramus, prædictam cessationem debere fieri
prout tempore generalis interdicti per con-
stitutionem sanctissimi patris domini Bonifacii
papæ VIII. quæ incipit: *Alma mater*, & per
alias constitutiones statutum est.

XIII.

(De testamentorum executione.)

Periculosa negligentia perversæque herædum
malitiæ desumptum, & eorundem ultima-
rum voluntatum executorum occurrere cupien-
tes, ut piæ defunctorum voluntates effectum
debitum sortirentur; Nos Rodericus divina mi-
seratione sanctæ Terraconensis ecclesiæ archie-
piscopus, sacro approbante concilio, statui-
mus, ut tam nos & successores nostri, quam
venerabiles fratres nostri episcopi provincie
Terraconensis, & horum successores visitatio-
nis officium exercentes, & alias quandocum-
que nobis vel eis videbitur expedire, possimus
maxime super executionibus testamentorum,
& potissime circa relicta ad pias causas inqui-
rere, & procedere ex mero & puro officio,
absque libelli oblatione & litis contestatione,
& absque strepitu & figura judicii simpliciter
& de plano, ipsaque negotia veritate cognita
decidentes, voluntates ultimas defunctorum
executioni debitæ demandare, cum nihil tan-
tum hominibus debeat, quam ut extremæ
voluntatis liber sit stilus, ut liberum, quod
postea non redit, arbitrium.

XIV.

(De usuris & restitutionibus.)

Eademque possit forma servari super usura
& restitutionibus faciendis. Et cum hæc fuis-
sent jam a jure prævisa, volumus quod præ-
sens statutum non tantum ad futura negotia,
sed ad præterita & adhuc pendentia ampli-
etur.

ANNO CHRISTI 1293.

SPALATINUM CONCILIUM

ANNO CHRISTI 1293.

Pro disciplina ecclesiastica in ordinandis clericis statuenda

Anno 1293. habitum.

Mand. luid. Concilii hujus acta perierunt quidem ; sed rerum in eo definitarum summa retulit ex veteri monumento quod ex Luthicia hiltoria Traguriensi erutum est, simulque nos docet alteram synodum, anno sequenti 1293. ibidem habitam.

Joannes divina miseratione totius Dalmatiae, Croatiae Slavonicaeque Primas, Ven. Fratris D. N. per eandem episcopo Scardon. sal. in Domino. Testante sacro concilio anno praeterito in Spaleto celebrato, ordinasse, ac firmiter praecipisse recolimus, quod nullus suffraganeorum nostrorum in praedictum alterius clericos alterius diocesis ad sacros ordines promovere, aut alia ecclesiastica & episcopalia sacramenta ministrare praesumat, sub pena D. lib. sed suae diocesis finibus sit contentus. Quod praecipit, & tam salubre statutum Ven. F. M. G. D. G. F. episcopus in festo B. Dompnii praesentibus nostris suffraganeis & universo clero vos infregisse graviter nobis est conquestus, dicens, vos Sibenitenses clericos ad sacros ordines promovisse, ac eis christiana contulisse, nec non baptismum parvulorum, ac alia sacramenta ecclesiastica, & episcopalia celebrasse in sui praedictum & gravamen. Cum dicti clerici Sibenitenses & totum Sibenitatum subiecti sint de jure episcopo, & episcopatum Tr. exultantes vos omnia supradicta nostro mandato & auctoritate fecisse. Hanc

Gregor. T. episcopi.

totam suam querimoniam nobis impingendo, & contra nos convertendo plurimum nobis, quin potius supra modum debitum extitit intellectus, & molestus, tamquam graviter sauciatus, & afflicus. Et si bene recollitis cum nuper in societate Pauli Bani ad nos accessistis super eodem facto non solum a Tr. sed etiam a Spalat. gravissimas lamentationes, & terribiles conquestiones in praesentia D. potestatis Spal. & omnium nob. Spalat. non absque magno nostri cordis dolore, & multi certaminis agone opprobria etiam contra nos rigida, & dura, aspera & molesta appellatione audivimus. Super quibus omnibus graviter afflicti & perturbati ad instantiam, & preces multas omnium suffraganeorum nostrorum, qui praesentes in festo S. Dompnii extiterunt, taliter vestrae fraternitati scribimus, & per hoc praesentem scriptum nostrum firmiter, & districte praecipimus, & praecipiendo mandamus, quatenus in antea, sicut gratiam B. Dompnii, & nostram eam habeatis, & si dicti concilii poenam vultis effugere, supradicta nullatenus attemptetis, & in praedictis nullatenus excedatis, alioquin indignationem B. Dompnii, & nostram, ac supradicti concilii poenam si contrafeceritis proculdubio incurretis.

Data Spalati in Palatio Archiepiscopali die Martis 12. Martii infra octavas B. Dompnii Ind. sexta, idest 1293.



SYNODUS PATAVIENSIS

A BERNARDO EPISCOPO

Anno MCCXCIII. celebrata.

ANNO CHRISTI 1293. Ex. Hildizi Germania sacra Tom. 1. p. 111.

ANNO CHRISTI 1293.

Nos Wernhardus Dei gratia Pataviensis episcopus anno Dom. 1293. in octava B. Joannis Baptistae celebrantes Patavia in cathedrali nostra Ecclesia Synodum Clericorum de consilio fratrum nostrorum ac Praelatorum, qui in nostro Capitulo aderant, statutis praedecessorum nostrorum hae, quae sequuntur, duximus apponenda. In primis itaque districtius inhibemus, ne Clerici in sacris ordinibus constituti, de quacumque re suffuraturas in pilleis suis habeant ejusmodi pilleis longiores, & superius dependentes; sed nec unquam liceat eis aliqua alia gestare pillea, nisi extra mansiones suas. Quo casu contra actus vel

pluvias pilleis adjuncto capucio uti possunt; qui vero praedictis suffuraturis uti, vel praeter necessitatem praedictum pilleum gestare praesumpserit, toties MLX. Dn. ad fabricam Pataviensis Ecclesiae teneatur, quoties hujusmodi vestitis fuerit visus uti; de hoc inquirent Decani, & emendam repetant supradictam.

De vigiliis quoque Sanctorum ab Ecclesia institutis, in quibus est in cibis quadragesimalibus jejunandum, praecipimus, ut quoties hujusmodi vigiliis in diem Dominicam incidant, Rectores Ecclesiarum die Sabbathi praecedente idem jejunium faciant observari, sicut a jure communi antea dignoscitur institutum.

ANNO
CHRISTI1194.
Ex Manfili
Germania sa-
era Tom. 1.
p. 411.

SYNODUS APUD S. HIPPOLYTUM

ANNO
CHRISTI

1194.

A Bernardo Pataviensi Episcopo celebrata.

NO^s Wernhardus Dei gratia Ecclesie Pataviensis Episcopus anno Domini 1194. feria quinta post Dominicam *Reminiscere* apud S. Hippolytum celebrantes Capitulum Clericorum de consilio venerabilium fratrum Abbatum, Præpositorum, Archidiaconorum, & aliorum, qui eidem Capitulo aderant, statum recolende memorie domini Godefridi prædecessoris nostri, ne sacerdotibus vel scholaribus vagis consolationis aliquid impendatur, præterquam duobus simul venientibus sine armis, & longis cultellis, quibus in charitate voluit modicum passum dari.

Item statutum, quo Anticipatores, & supplantatores Clericorum in Ecclesiis, & cappellis suspenduntur a Divinis, tenore presentium revocamus in totum. Quia vero prædictorum Sacerdotum & scholarium vagorum insolentia adeo per nostram diocesim excreverunt, ut etiam in presentia nostra a Clericis & Ecclesiasticis personis, denegantibus sibi, quod possunt, blasphemias inferant & imponant: Statuimus, providemus, & de novo strictius inhibemus, ne sacerdotes, seu scholares hujusmodi, vel eorum aliquis ad panem recipiatur omnino, nec ipsis consolationis aliquid impendatur. Qui vero contrarium fecerit, si plebanus fuerit, 1. lib. Dn. si vero Vicarius, med. lib. toties, quoties in hoc casu deliquerit, solvere teneatur. Volumus autem, ut Decani de hujusmodi statuti transgressoribus diligenter in-

quirant; & emendam prædictam requirant. Alioquin sciant se teneri ad solutionem omnium, quæ per eorum incuriam, & negligentiam, circa inquisitionem & requisitionem hujusmodi negligentur.

Item statuimus, & ordinamus, ut nullus Clericus alterum, offerendo pecuniam ante tempus in Vicaria seu administratione, ad quam assumptus est, audeat supplantare, si gravem a nobis effugere voluerit ultionem. Ut autem huic morbo plenius occurramus, inhibemus firmiter, & districte, ne Clericus volens Vicariam seu aliam quamcumque administrationem in aliqua Ecclesia convenire sibi, ante festum Epiphaniæ cujuslibet anni, quidquam loqui, vel attentare præsumat. Alioquin quartam partem omnium, quæ ante festum hujusmodi exhibebit, & nihilominus, qui exhibitionem talem apud se fieri permiserit, tantumdem solvere teneatur. Super quo etiam Decani diligenter inquirent, & emendam repetant supradictam. Alioquin poenam prædictam incurrant.

Item usurarum voraginem compescere cupientes, omnibus statutis contra usurarios institutis in suo robore manentibus, statuimus, ut omnis, qui de cetero usuras & usurarum contractus exercere præsumperint, ad restitutionem usurarum hujusmodi, & nihilominus tantumdem nobis solvere teneantur.

V I T A CÆLESTINI PAPÆ V.

Cælestinus V. anachoreta, Eternus, Petrus Moroneus ante dictus, qui in monte Marcella non procul a Sulmone solitariam vitam agebat, vir sanctissimæ conversationis, a quo Cælestinorum ordo sumpsit initium, post interregnum biennii & quatuor mensium, Divina tandem ordinatione in papam electus est Nonis Julii, anno 1194. tempore Adolphi imperatoris. Ut Perusium proficisceretur cardinales susceperant: verum, quia aliam Caroli regis sciebat esse voluntatem, Aquilam se convertit: ubi receptus & coronatus est, incredibili hominum frequentia propter rei novitatem eodem conflente. Cardinales duodecim creavit, homines maximi meriti, inter quos duo eremitæ fuerunt. Verum cum & propter oneris magnitudinem & rerum inexperientiam parum idoneus huic fastigio sibiipsi videretur, abdicare se magistratu constituerat. Adeo namque facilis & benignus erat, ut nihil unquam ulli petenti recusaret, & quandoque duobus idem annueret. Quod abdicacionis consilium tam vehementer urgebat & promovebat cardinalis Cajetanus: ut tamen Carolus rex Neapolim secum perduxisset Cælestinum, quo illum de ea sententia dimoveret, ille tandem

sexto sui pontificatus mense propria sponte suæ dignitati cederet. Ad solitudinem excusso onere rediens, successoris mandato in arcem Fumonis conjectus est, ubi mœrore animi confectus XIV. Kalendas Julii obiit. A Clemente V. in sanctorum numerum propter miracula relatus est. *Hæc Platina & Tritemius*. Pergratum fuerit lectori, si quæ de hoc pontifice scriptor hujus temporis Eberhardus refert in annalibus anno 1190. hic subiungam.

„ Mortuo, inquit, Nicolao IV. vacavit sedes
 „ apostolica propter discordiam cardinalium
 „ plusquam tribus annis, & tandem iidem cardinales, ut creditur, nutu Divino concordaverunt in quemdam virum rectum & religiosum, qui in cella sua per quadraginta annos & amplius sub regula B. Benedicti strenue vixerat, qui electus Cælestinus est vocatus: & cum educeretur e cella, nullum equum tunc & etiam postea ascendere voluit, sed tantum asellum, exemplo Domini venientis Hierosolymam, equitavit. In via etiam transeundo Dominus per eum multa miracula fecit; qui licet miræ sanctitatis existeret, tamen adeo simplex erat, quod petentibus concedenda & non concedenda

ANNO
CHRISTI
1117

1117


CONCILIIUM PROVINCIALE.

1118

ANNO
CHRISTI
1118

denda concessit. Et cum consideraret, quod A
consuetum silentium & abstinentiam, que
in claustris servaverat, propter intolerabi-
lem rerum curam, tenere non potuit in pa-
petu: renunciare eidem præfulari cogita-
vit. Et cum sapientum esset opinio, quod
papa non posset cedere, talem constitutio-
nem edidit, quod papa possint cedere, tam
præfentes, quam futuri: dicens quod de ple-
nitudine potestatis eandem constitutionem
facere bene posset. Qua facta, statim cessit, B
& electus est post ipsum Benedictus cardina-

lis, qui vocatus est Bonifacius: qui statim
post creationem suam omnes gratias & con-
cessionem, quas prædecessor suus fecerat,
revocavit. Et omnis populus, propter evi-
dentem sanctitatem, prædictum Cælestinum
libenter habuisset pro papa: sed dominus Bo-
nifacius ipsum recluserit, ne schisma heret,
si a populo raperetur. Post autem duos an-
nos idem Cælestinus mortuus est, & dicitur,
quod Dominus per eum multa mira-
cula operetur, & sepultus est in monaste-
rio sancti Antonii Ferentini.



CONCILIIUM PROVINCIALE

Ex Martene
Thes. Anec.
tom. 4 p. 211.

Apud Aureliacum sub Simone archiepiscopo Bituricensi anno MCCXCIV.
celebratum ad subveniendum urgentibus regni negotiis.

Ex archivis illustrissimi archiepiscopi Albiensis.

CONVOCATIO CONCILII.

Simon Dei gratia Bituricensis archiepiscopus C
Aquitaniæ primas venerabili fratri A. ejus-
dem gratia Claromontensi episcopo salutem &
sinceram in Domino caritatem. In firmamen-
to cæli, scilicet universalis ecclesiæ a Deo fa-
cta fuerunt duo luminaria, id est instituta dux
dignitates, videlicet pontificalis auctoritas &
regalis potestas a quarum qualibet gubernari
& regi debent subditi, ut sub omni quiete
consistant: quod in regno Franciæ per com-
passiones & supportationes mutuas a Domino
est hæcenus observatum. Nos itaque
qui pontificali, licet indigni, fungimur digni-
tate in dicto regno, in parte sollicitudinis evoca-
ti, merito formidamus, ne sanguis subdito-
rum nostrorum de nostris manibus requiratur;
nisi contra turbatores quietis publicæ ascenda-
mus ex adverso, & nos murum opponamus pro
defensione fidei & reipublicæ clericorum, &
ad perfectæ observantiam caritatis: ac ob hoc
principaliter prætextu cujusdam collegiatus ha-
biti cum excellentissimo principe ac domino
domino Philippo Dei gratia rege Francorum
una cum archiepiscopis regni ejusdem super
imminentibus & arduis negotiis, quæ totum
regnum ipsum, & quicumque personas ejus-
dem regni, ad cujus turbationem aspirat hos-
tilis seditio, dinoscuntur tangere: dispendio
quarum periculo, ut quæta tibi tranquillitas
præparetur, dignum & pium est auctoritatis
pontificalis potentiaque regalis clypeis obvia-
re, nec non super quibusdam aliis statum eccle-
siarum & personarum ecclesiasticarum nos-
træ provinciæ, quæ celeritatem desiderant,
tractandis & feliciter promovendis, una cum
suffraganeis nostris, capitulis, decanis, archi-
diaconis, abbatibus conventualibus, & colle-
giatum ecclesiarum prioribus, archipresbyteris,
ecclesiarum rectoribus, perpetuis vicariis,
& aliis clericis beneficiatis provinciæ nostræ
Bituricensis, in quacumque dignitate, officio
vel ordine constitutis; quos universos & sin-
gulos negotium præsens tangit, & propter hoc
ab omnibus approbandum, tractare salubriter
disposuimus in instanti concilio quod domina-
die post festum sancti Matthæi apostoli pro-
xime venturum, & diebus sequentibus si quos
continuari contigerit, seu etiam prorogari,
apud Aureliacum Claromontensis diocesis ob

universalis ecclesiæ totius provinciæ Bituricen-
sis & reipublicæ utilitatem ac necessitatem ur-
gentem, immo potius imminenti, ad instar
aliorum archiepiscoporum ejusdem regni, ve-
stris parcentes laboribus & expensis fidei, vo-
bis suis temporibus oretenus exponemus, Do-
mino concedente, proponimus celebrare. Fra-
ternitati vestræ mandamus, quatenus omnes &
singulos suffraganeos nostros, capitula eccle-
siarum cathedralium & collegiatarum, decanos,
archidiaconos, & alios in ecclesiis col-
legiatis secularibus dignitatem seu personatum
habentes, abbates conventuales, & collegiata-
rum ecclesiarum priores, archipresbyteros, &
decanos rurales, ecclesiarum rectores, & alias
personas prædictas in dicta Bituricensi provin-
cia constitutas, citetis peremptorie & vocetis,
seu citari & vocari peremptorie faciatis, ut
ipsi dictis diebus & loco ad dictum concilium,
videlicet episcopi, decani, archidiaconi, ab-
bates conventuales, & ecclesiarum collegiata-
rum priores, & aliæ personæ dignitatem ha-
bentes pro se personaliter, capitula, collegia,
archipresbyteri, decani rurales, ecclesiarum re-
ctores, & aliæ inferioris ordinis sive status per-
sonæ per procuratores sive œconomos sufficien-
ter instructos compareant, audituri, tractatu-
ri, obligaturi, si necesse fuerit, facturi & ad-
impleturi quicquid in dicto concilio audien-
dum, faciendum, tractandum, ordinandum,
& per obligationem adimplendum fuerit super
præmissis & ea contingentibus ad quæ perem-
ptorie vos citamus similiter & vocamus: vo-
bis mandantes ut subditos vestros citari & vo-
cari faciatis secundum formam superius anno-
tatum. Volumus siquidem & indulgemus, quod
per vos & alios suffraganeos vestros, videlicet
per quemlibet in sua civitate & diocesi cum
eorum suffraganeorum subditis, quos citari
personaliter mandavimus, dispensare possitis
ex causa legitima, ut dictis diebus & loco
comparere valeant per procuratorem sufficien-
ter instructum, prout superius ex expressum,
causam dispensationis vestris conscientis relin-
quentes. Incessus autem vestros vos & alii sic
maturare curetis, quod dicta die dominica de
præmissis negotiis ad expeditionem subditorum
celerem aliquid inchoare possimus. Datum
apud sanctum Andoenum die sabbathi post
octa-

oſtavas feſti B. Mariæ Magdalens anno Dñm. A
ANNO MCCCXIV. ſeptima indiſtione.

ANNO CHRISTI
1120

PROTESTATIONES QUORUMDAM.

Nos officialis Bituricensis gerens vices reve-
rendi in Christo patris domini S. Dei gratia
Bituricensis archiepiscopi Aquitanique prima-
tis in congregatione apud Aureliacum Claro-
montensis diœcesis habita ob necessitatem re-
gni Franciæ, & ad requisitionem domini re-
gis Franciæ datam dominica post festum B.
Matthæi apostoli ac diebus sequentibus conti-
nuatis. Notum facimus universis quod cum
idem dominus archiepiscopus mandaverit evo-
cari subditos suffraganeorum suorum ad dictam
congregationem, scilicet decanos &c. sub for-
ma quæ sequitur, &c. Simon &c. dictique de-
cani, præpositi, & abbates seculares, archi-
presbyteri, priores simplices non collegiati,
decani rurales, cappellani, rectores ecclesiarum
perpetuæ vicarii, abbates & priores religio-
si, & conventus, ceterique clerici beneficiati,
cujuscumque ordinis sive status, vel procura-
tor ipsorum conquererentur & dicere prædi-
ctum mandatum factum in eorum præjudicium
& gravamen, & contra antiquam observan-
tiam & canonicas sanctiones, cum idem do-
minus archiepiscopus in ipsos nullam potesta-
tem vel jurisdictionem habeat in hoc casu,
& peterent ac requirerent instanter mandatum
hujusmodi, quatenus contra eos de facto pro-
cesserat revocari, & penitus annullari, nos
habito & obtento consilio ac consensu reve-
rendorum patrum, A. Claramontensis, & S.
Caturcensis, R. Ruthenensis, B. Abienſis,
Guillelmi Mimatensis Dei gratia episcoporum
in ipsa convocacione presentium. Volentes
prædictis conquerentibus esse prompti & bene-
voli in justitia faciendâ, nolumus nec inten-
dimus quod per mandatum hujusmodi factum
dictis conquerentibus vel aliis quibuscumque
aliquid præjudicium generetur, nec alicui sen-
tentia vel processui eos subiacere volumus con-
tra non venientes ad novum præjudicium pa-
raretur. Volentes insuper & expressum dantes
assensum una cum prædictis dominis episco-
pis, quod ex dicto mandato vel aliquo ex eo
vel ob id factum, aliquod jus in proprietate &
possessione vel quasi accrescat vel decreſcat de
novo eidem domino archiepiscopo vel ecclesiæ
sue Bituricensi seu etiam acquiratur. Datum
& actum apud Aureliacum tertio cal. octobris
anno Domini MCCCXIV.

CONCILIIUM DECIMAS PER
DUOS ANNOS CEDIT.

NOTUM sit omnibus presentis scripturæ se-
riem inspecturis, quod nos miseratione
divina infra scripti episcopi & Magister Jo. de
Veslia officarius Bituricensis & gerens vices
R. P. D. Simonis Dei gratia Bituricensis archi-
episcopi Aquitanique primatis in remotis agen-
tis, nec non & capitulorum cathedralium &
uliarum collegiarum ecclesiarum procurato-
res, decani, abbates quoque, & priores con-
ventuales, non exempti, & totum concilium
provinciæ Bituricensis ad vocationem R. P. D.
Archiepiscopi supradicti apud Aureliacum Claro-
montensis diœcesis ad tractandum ibidem
super necessitatibus & utilitatibus ecclesiarum,
& ecclesiasticarum personarum ipsius provin-
Cencil. General. Tom. XXIV.

ciæ, & insuper super pacifico & tranquillo sta-
tu totius regni Franciæ constituti, sedula me-
ditatione pensantes, quod nonnulli principes
& magnates regnum ipsum invadere & a di-
versis ejus lateribus illud hostiliter impugna-
re, Dei timore postposito moliantur; idcirco
dignum ducimus eidem domino regi in tantæ
necessitatis articulo assistere, eique prout ad
præſens est possibile subvenire. Diligenti igitur
tractatu & deliberatione præhabitis, unanimi-
ter concedimus & promittimus eidem domino
regi dare pro tuitione & defensione regni sui
decimam omnium proventuum ecclesiasticorum
totius Bituricensis provinciæ per duos annos
ab hac die continue computandos, sub modo
tamen & temperamentis ac conditionibus in-
fra scriptis.

Volumus enim & ordinamus quod terminus
primæ solutionis faciendæ primi anni sit in
instanti carnisprivio; terminus vero secundæ so-
lutionis primi anni sit in festo omnium San-
ctorum ex tunc proxime subsequenti; solutio-
nes vero anni secundi fiant anno revoluto ei-
dem temporibus.

Hoc autem facimus, & concedimus, salvo
in his domini nostri summi pontificis bene-
placito voluntario, nisi forte tanta & tam evi-
dens regni ejusdem immineret necessitas, quod
aliquo grandi ipsius periculo non posset vo-
luntas ipsius summi pontificis expectari.

Sed & si infra memoratos faciendarum solu-
tionum terminos, pacem vel treugam fieri
contigerit, vel alias regni periculum cessave-
rit, concessio & promissio hujusmodi pro tem-
pore tunc futuro omnino cessent, & pro in-
ſectis habeantur, vel propter treugam quantum
treuga duraverit prolongentur.

Ad hæc si interim onus simile vel æquipol-
lens in quotitate vel quantitate quacumque per
alium quemcumque imponi ecclesiæ Gallicanæ
vel jam impositum exigi contingeret, cui im-
positioni vel exactioni prælati cum justitia re-
sistere nequirent; hoc quidem casu dictum sub-
sidium volumus similiter omnino cessare.

Volumus insuper & ordinamus quod decima
seu subsidium hujusmodi levetur per dominum
Bituricensem, & per episcopos ejus suffraga-
neos in suis diœcesibus, seu per substitutos ab
eis de beneficiis & a personis solvere decimam
solitis, juxta ordinationes & declarationes Ro-
manorum pontificum & legatorum apostolicæ
sedis olim editas super solutione decimæ aliis
ex causis præteritis temporibus persolutæ; nisi
forte in juris subsidium manus regia per eor-
dem specialiter fuerit requisita; quodque ipsi
potestatem habeant, videlicet quilibet in sua
civitate & diœcesi quoslibet ad solutionem di-
ctæ decimæ seu subsidii per censuram ecclesia-
sticam compellendi, & excommunicatos, in-
terdictos, propter hoc vel suspensos a senten-
tiis hujusmodi absolvendi.

Volumus etiam ad tollenda multa incom-
moda atque damna, quod hujus decimæ seu
subsidii solutio fiat de pecunia communiter
currente in loco, de quo pecuniam ipsam le-
vari contingeret.

Rursus intelligimus & hoc a regia maje-
state humiliter postulamus, quod nullus præ-
latus, nullaque ecclesiastica persona in hoc
subsidio contribuens, ad cavalcatas, seu alia
armorum subsidia, vel ad alia etiam hac oc-
casionem onera insolita & indebita interim com-
pellatur, aut super his molestetur.

Bbbb

Quod

ANNO
CHRISTI
1194.ANNO
CHRISTI
1194.

Quodque idem dominus rex non sinat aliud exigi subsidium ab ecclesiis seu ecclesiasticis personis, aut aliud onus insolitum eis imponi, occasione huiusmodi guerræ, per comites, vicecomites, barones, vel alias quascunque sæculares personas in terris eorum: quodque ipse dominus rex debeat concedere suas patentes litteras reverendo patri domino Bituricensi archiepiscopo & omnibus suffraganeis suis pro se & eorum subditis, continentes, quod ipse subsidium huiusmodi ex sola gratia & mera liberalitate recipit, quodque per hoc nullum posterum ecclesiis & personis ecclesiasticis memoratæ provincie præiudicium quomodolibet generetur. In quorum omnium testimonium nos A. Claromontensis, S. Canturicensis, R. Ruthenensis, B. Albiensis & G. Mimatensis miseracione divina episcopi, & magister Io de gestia officarius Bituricensis sigillorum nostrorum impressiones huic scripturæ duximus appendendas. Datum & actum apud Aureliacum tertio calendis octobris anno Domini M. CC. XCIV.

PHILIPPI REGIS LITTERÆ.

Quibus decimas ex mera gratia sibi concessas agnoscit.

Philippus Dei gratia Francorum rex universis presentes litteras inspecturis, salutem.

Notum faciamus quod cum dilecti & fideles nostri archiepiscopus Bituricensis, per officialem suum gerentemque ad hæc vices ipsius archiepiscopi nunc in remotis agentis, & omnes suffraganei Bituricensis ecclesie, nec non & capitulorum cathedralium & aliarum ecclesiarum collegiarum procuratores, deca-

ni, abbates, priores conventuales non exempti, & totum concilium provincie Bituricensis nuper ad vocationem prædicti Archiepiscopi apud Aureliacum Claromontensis diocesis constituti ad pertractandum ibidem super pacifico & tranquillo statu totius regni nostri, sedula meditatione pensantes, quod nonnulli principes & magnates regnum nostrum invadere, & a diversis ejus lateribus ibidem hostiliter impugnare, Dei timore postposito, moliantur: & idcirco ducentes nobis assistere in tanto necessitatis articulo, & prout ad præsens est possibile subvenire, diligenti tractatu & deliberatione præhabitis, unanimiter & concorditer nobis dare promiserint & concesserint pro tuitione & defensione regni nostri decimam omnium proventuum ecclesiasticorum totius Bituricensis provincie per duos annos, a tempore concessionis huiusmodi computandos, sub quibusdam temperamentis adjectis appositis & contentis in litteris prælatorum prædictorum, quas vidimus, confectis super concessione decimæ prædictæ. Nos modos & condiciones contentas in dictis litteris huiusmodi confectis volumus, concedimus, ac etiam approbamus, & inhibemus districte omnibus subditis nostris, ne contraveniant, & ne contrarium quomodolibet attentare præsumant: & profiteamur quod prædicti prælati ex sola gratia & mera liberalitate prædictum subsidium nobis faciunt, & illud ab eisdem ex mera gratia recipimus, nec volumus quod per hæc ipsi prælati, ecclesie, & ecclesiasticis personis ipsius provincie Bituricensis posterum aliquod præiudicium generetur. In quorum testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Actum Parisiis die Jovis post octavam purificationis B. Mariæ Virginis anno Domini M. CC. XCIV.

CONCILIUM SALMURIENSE

Jam editum in metropoli Turonensi, & nunc collatum cum MS.

Concilium apud Salmurum celebratum die Dominica post festum S. Michaelis in Monte Gargano, anno Domin. MCCXCIV. didorum fratrum nostrorum consilio & assensu, ordinavimus capitula quæ sequuntur.

CANONES.

TITULI CANONUM.

I. *Contra vestium superfluitatem.*

1. *Contra vestium superfluitatem.*
2. *De absolute ab excommunicatione in morte.*
3. *Contra redimentes peccata per pecunias.*
4. *De confessionibus audiendis contrabentium.*
5. *De decimis.*

PRÆFATIO.

AD honorem Dei, & ecclesiarum utilitatem provincie Turonensis, cui auctore Domino præidemus, necnon pro corrigendis excessibus subditorum, & moribus reformandis: vocatis venerabilibus fratribus suffraganeis nostris, capitulis, abbatibus, & aliis qui fuerant evocandi, concilium provinciale apud Salmurum, Andegavenis diocesis, die Dominica post festum beati Michaelis in monte Gargano, cum diebus Lunæ & Martis sequentibus, duximus celebrandum: in quo, de præ-

Sicut Carthaginensi concilio legitur, & habetur, clericus professionem suam habitu & incessu probet: & ideo nec vestibus, nec calcamentis decorem quærat. Miramur sane quosdam monachos, abbates, priores, & alios etiam religiosos, qui secundum suorum instituta majorum, cappas clausas, & de panno nigro de ferre tenentur, transfigurato habitu honcias & clochas, nec de pannis nigris, sed coloratis, fulgidis & pretiosis, deferre præsumunt, non absque gravi scandalo, & regularis discipline & Divinæ majestatis offensa. Quapropter talia de cetero fieri prohibemus: contrarium vero

ro facientes gravi animadversione per A correctionem talium excessuum eisdem ANNO CHRISTI 1194 locorum ordinarios mulctari præcipimus & puniri. competat de consuetudine approbata. ANNO CHRISTI 1194

II. De absolutione ab excommunicatione in morte.

Cum excommunicatis in mortis periculo constitutis absolutionis beneficium, secundum formam canonum, non debeat denegari: quia tamen circa eorum absolutionem, propter sacerdotum simplicitatem & imperitiam, frequenter errari contingit: ut salutem morientium, & utilitati superstitum salubriter consulatur, formam juri consonam circa talium observationem præcipimus observari: scilicet, ut si pro judicato, vel manifesta offensa, petens absolvi, excommunicatus fuerit, si de illis potest satisfacere in præsentia, non aliter relaxetur sententia, nisi prius de judicato vel offensa fuerit satisfactum. Si vero non possit satisfacere in præsentia, recepta cautione idonea, pignorum scilicet, vel fidejussorum de satisfaciendo de judicato vel offensa, sententia relaxetur. Si vero offensa dubia fuerit, recepta cautione idonea de satisfaciendo, si eam apparuerit esse manifestam: pro simplici vero contumacia, recepta cautione juratoria de parendo juri, sententia relaxetur. Ubi tamen cautionem idoneam exigi supra præcepimus: juratoriam, si alia præstari non possit, in hoc casu sufficere declaramus. Qui vero forma præscripta non observata, excommunicatum pro judicato vel offensa absolverit: ei pro quo lata erat sententia, de suo satisfacere, auctoritate præsentis concilii, teneatur.

III. Contra redimentes peccata per pecunias.

Ex cupiditate, quæ omnium malorum radix est, procedit quod plerique archidiaconi, decani, & archipresbyteri provincie Turonensis, ecclesiastica jurisdictione utentes, & quod est verius, abutentes: pro corrigendis excessibus, & criminibus puniendis, videlicet adulterio, fornicatione, incestu, & aliis excessibus, in quibus maxime iidem archidiaconi & alii inferiores dispensare non possunt, a clericis & laicis penam pecuniariam contra canonum prohibitionem exigunt & extorquent. Quæ de cetero fieri prohibemus, statuentes, ut ad jussum diocæsani sic exacta restituere teneantur: salvo tamen eis, si quid circa Concil. General. Tom. XXIV

IV. De confessionibus audiendis contrahentium.

Prohibemus etiam ne archidiaconi, decani, & archipresbyteri jurisdictionem ecclesiasticam exercentes, clericos cursores, & quasi exploratores, ad audiendas confessiones contrahentium, per archidiaconatus, decanatus, archipresbyteratus suos, de cetero teneant: nec ad relationem eorum, litteras sigillent, ac si in eorum præsentia factæ fuissent: decernentes, si aliter factum fuerit, tales processus & litteras nullius esse momenti.

V. De decimis.

Grave gerimus & molestum, quod plerique barones & alii nobiles, & ignobiles etiam, necnon baillivi, seneschalli, & alii sæcularem justitiam exercentes, ad decimas quas in signum universalis domini universorum dominus sibi retinuit, eisdem deputans Levitis & ministris in templo suo deservientibus, jure hæreditario possidendas ad manus suas saisinant; & impedimenta varia, non sine Divinæ majestatis offensa, & in personarum ecclesiasticarum grave præjudicium, apponere non verentur. Quapropter auctoritate præsentis concilii monemus omnes & singulos temporalem jurisdictionem exercentes, ut personas ecclesiasticas super decimis, de quibus ut de suis in possessione pacifica nomine beneficiorum suorum per annum extiterint, de cetero aliquatenus sine auctoritate judicis ecclesiastici non molestant, nec impedimentum apponant, occupando, saisinando, manum apponendo, vel alias inhibendo subditis suis ne recipiant ad firmam, vel alias impediendo quo minus decimas tales & earum fructus percipiant, donent, vel tradant ad firmam, vel vendant, secundum quod eisdem personis ecclesiasticis videbitur expedire. Qui vero post mensem a tempore publicationis præsentis concilii contrarium fecerint, ipso facto excommunicationis sententiam se noverint incurfuros.

Datum apud Salmurum, die Martis post festum beati Michaelis in Monte Gargano, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

ANNO
CHRISTI
1194.Ex Brevis
facta pag.
166.ANNO
CHRISTI
1194.

S T A T U T A S Y N O D A L I A

T R A J E C T E N S I S D I O R C E S I S .

E P I S T O L A P R I M A

DOMINI JOHANNIS DE ZYRICH,

Episcopi Trajectensis.

Johannes Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Trajectensis, universis & singulis tam clericis quam laicis nostræ civitatis & diocesis salutem in Domino, & mandata nostra salubriter observare.

Cum, sicut fama referente didicimus, plures & diversi excessus graves & enormes & intollerabiles, quod dolenter referimus, in nostra civitate & diocesi tam a clericis, quam a laicis perpetrati sint frequenter, & adhuc perpetrentur sæpius; Nos ex nostro officio pastoralis aliquibus eorum aliquo remedio volentes obviare, ne impunitatem eorum delictorum homines consuetudini potius quam emendationi valeant imputare. In primo excommunicamus omnes & singulos clericos & laicos, cujuscumque conditionis existant, aut status nostræ civitatis & diocesis, jurisdictionem ecclesiasticam de cetero impediunt seu perturbantes qualitercumque, seu litteras rumpendo aut rapiendo, seu nuncios & portatores earum deludendo, capiendo, detinendo, seu damna, injurias, molestiasque eis inferendo, vel quoquo modo alio dictam jurisdictionem ecclesiasticam perturbando. Item excommunicamus omnes & singulos fautores & complices eorum, nec non dantes auxilium & consilium, qualecumque, qualitercumque, publice vel occulte, ut jurisdictionis ecclesiasticæ perturbetur, impediatur, seu etiam molestetur. Præcipimus etiam omnibus, & singulis, & presbyteris Ecclesiarum, ut quocumque aliquis casus prædictorum emergerit, celsetur a Divinis in loco, in quo tale impedimentum seu perturbatio, seu molestia facta fuerit, etiam ubi dictos malefactores tamdiu excommunicati denuncientur publice, quousque Deo & nobis, ac passis injuriam condignam emendam præstiterint, & ab hujusmodi sententia, sive sententiis, a nobis beneficium absolutionis meruerint obtinere. Item excommunicamus auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, atque nostra manifestos occupatores bonorum ad nos, & ecclesiam nostram Trajectensem, Canonicos, Cappellanos ac Clericos, ipsius ecclesiæ communiter vel divilium spectantium, & notorios malefactores nostros & excommunicatos publice nunciari volumus, & mandamus singulis diebus Dominicis & festivis, nisi infra mensem a die notificationis hujusmodi nostri processus eis factæ, bona occupata hujusmodi restituant, & damno illato satisfecerint competenter. Præcipimusque in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena excommunicationis Decanis ruralibus, & provisoribus omnibus & singulis,

Aut nomina dictorum occupatorum, aut injuriam nostrorum detentorum manifestorum, quos præciverint, & quando sciunt, infra unius spatium mensis a die scientiæ eorum, nobis indicent personaliter per litteras, aut per nuncios, & revelent. Item excommunicamus & excommunicatos denunciamus, & denunciari volumus & mandamus, tam auctoritate nostra, quam etiam virtute constitutionis felicis recordationis domini Petri, sancti Georgii ad velum aureum quondam Diaconi Cardinalis, tunc temporis in partibus inf. Germ. Legati omnes & singulos Presbyteros & Clericos, nostræ civitatis & diocesis cohabitatores, & concubinarum manifestos, quousque destiterint, & de hujusmodi sententiis beneficia absolutionum meruerint obtinere. Item cum propter continuationes delictorum necessum sit augeri penas in exemplum, districte præcipimus & mandamus omnes excommunicatos ab homine vel a canone, suspensos, aut irregulares ex quacumque causa effectos, de quibus talia publica sunt & notoria, a cunctis fidelibus Christi vitari. Et si laici per plebanos & presbyteros eorum in ipsorum ecclesiis, & si presbyteri, aut clerici extiterint per Decanos, qui eis præfunt in eorum capitulis tales quales fuerint publice nunciari, alias contra eos temporaliter gravius processuri, prout eorum pertinacitas exegerit, aut juris ratio suadebit, quousque super prædictis absolutiones & dispensationes meruerint obtinere. Item præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis Decanis & presbyteris ecclesiarum parochialium, & sub pena suspensionis ab officio, quam in eos, & singulos eorum ferimus in his scriptis, nisi fecerint quod mandamus, quibus nomina beneficiorum quæcumque vacant, aut vacabunt per nostram diocesim infra tempus, nec non & nomina beneficiorum ecclesiasticorum, quæ tanto tempore in nostra diocesi vacaverint, quod eorum collatio ad nos seu ad Sedem Apostolicam, juxta Lateranensis statuta concilii devoluta est, nobis seu procuratoribus nostris, ad hoc deputatis seu etiam deputandis, aut nobis infra unius mensis spatium a tempore scientiæ eorumdem personaliter, per litteras aut per nuncios studeant intimare. Item præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, quod nullus plebanos, Pastores & Curatos Vicarios quocumque nomine censeantur ad ecclesias aliquas nostræ civitatis & diocesis institutos, destituat motu propriæ voluntatis sine justa & rationabili causa, cum non expediat ecclesiis & Parochianis eorum Curatos seu Vicarios temporales habere. Item præcipimus & mandamus Decanis ruralibus & provisoribus quocumque nomine nostræ civitatis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena suspensionis ab officio, quam in eos, & quemlibet eorum ferimus, in his scriptis, nisi fecerint quod mandamus, ut quilibet eorum singulas Abbantias, prioratus, cœnobias, eccle-

ANNO CHRISTI 1127

ANNO CHRISTI 1128

ecclesias collegiatis, conventuales & parochiales, ac cappellas seu decanatus nobis det in scriptis nominatim, vel infra unius mensis spatium, & eorum nomina, & numerum integraliter nobis remittat. Item inhibemus omnibus & singulis Decanis ruralibus, provisoribus nostrae dioecesis, sub poena suspensionis ab officio, quam in eos & quemlibet eorum ferimus in his scriptis, si contra praesentem inhibitionem venerint quoquo-modo, quatenus nullus eorum intromittat de decimis aut quibuslibet ad nostram jurisdictionem & cognitionem spectantibus, sine nostra licentia speciali: quod si fecerint, suspensionis sententiam ipso facto incurrant, & processus eorum nullius penitus sit momenti. Revocamus etiam quascumque commissiones, ab officio nostro Curiae Trajectensis, seu quibuscumque aliis in praedictis factas hucusque, cassantes, & irritantes, & irritos nunciantes omnes, & singulos processus de cetero habendos, a quibuscumque virtute commissionum hujusmodi in praedictis, ut praemissum est concessarum. Praesentem autem processum nostrum hic & in vestra praesentia tam patenter publicatum, & lectum per omnes & singulos Decanos, & provisos nostrae civitatis, & dioecesis in singulis eorum capitulis, convocatis ad hoc specialiter confratribus presbyteris eorundem, publicari volumus, ac ipsius copias processus omnes rectores, & presbyteros, & vicarios nostrae civitatis, & dioecesis recipere praecipimus & mandamus, ut ipsum processum in eorum ecclesiis diebus dominicis & festivis solemniter, coram omni populo praedicent & diligenter exponant. Et ut nullus imposterum ipsius processus ignorantiam praetendat, cum non sit verisimile remanere incognitum, quod tam solemniter, & tam publice omnibus propalatur. Ad certitudinem praesentis, munimen huic modo processui, sigillum nostrum duximus apponendum. Actum & datum Trajecti, anno Domini MCCXCI. feria sexta, post festum beatae Agnetis martyris & virginis.

JOHANNIS DE ZYRICH

Epistola secunda.

Johannes Dei & Apostolicae Sedis gratia Episcopus Trajectensis Universis, &c. Cum ad honorem & laudem omnipotentis Dei, & salutem animarum, & subditorum nostrorum, & libertatem ecclesiae, & ecclesiasticarum personarum vobis tenore praesentis quedam statuta jure duximus publicanda, & statueret & addere aliqua, quae ad horum fiant statum, & commodum subditorum; eadem vobis tenore praesentis intimamus, & per vos volumus subditis nostris solemniter intimari, & sicuti intimata fuerint, mandamus, & praecipimus inviolabiliter observari. Et in primo statuimus, ut mores clericorum, & maxime sacerdotum in melius reformentur, continenter & caste vivere studeant universi, quatenus in conspectu Dei puro corde, & mundo corpore valeant celebrare. Item a crapula & ebrietate omnes abstineant diligenter; ab usum quorundam clericorum penitus decernimus abolendum, quod in quibusdam partibus ad potus aequales se obligant potatores, ut & ille iudicio plus laudatur, qui plures inebriat, &

secundiores calices exhaurit. Item clerici & maxime sacerdotes officia, vel commercia secularia, & maxime inhonesta non studeant exercere, simoniae vitium & specie uturarum districtius fugientes. Item ne arma portent illicita, districtius inhibemus. Item ne sacerdotes ultra tres compadres ad puerum de sacro fonte levandum admittant, districtius inhibemus. Item statuimus quod caput ter in aqua ponatur, nisi fuerit debilis, vel infirmus, vel frigidum tempus, tunc aqua per manum sacerdotis super caput pueri profundatur, ne propter submersionem vel frigiditatem, seu debilitatem puer extinguatur, & moriatur. Item frequentem usum tabernaculorum sacerdotibus inhibemus. Item inhibemus, ne aliquis sacerdos missam celebret, nisi prius de horis canonicis, matutinas, & primam dixerit. Item presbyter lapsus in mortali peccato, non celebret missam, nisi ante confessus fuerit. Item sacerdotes vestes portent nimia brevitate, vel longitudine non notandas. Item ludos theatrales, spectacula, & larvarum ostensiones in ecclesiis & caemeteris fieri prohibemus. Item presbyter duas missas nullus celebrare praesumat in die, nisi necessitas jure permessa permittat, & tunc in priorum missa ablutiones non sumat post sanguinem. Item presbyteri parochiales saepe populum suum habeant commonitum, ut si aliquis infirmetur, citius pro sacerdote mittat, ut confiteatur, & sacramenta ecclesiae percipiat, quae sine pecuniae exactione praecipimus exhiberi. Item inhibemus, ne quis chrisma, vel oleum sacrum ab aliquo episcopo accipiat, quam a nobis. Item prohibeant presbyteri subditis suis, ne pueri baptizandi diu teneantur. Item nullus pater vel mater proprium infantem de sacro fonte praesumat levare. Item prohibemus, ne sacerdotes, & procuratores ecclesiarum calices, & sacra vasa, libros, & ornamenta apud cauvertinos, vel alios pignori exponant. Item prohibemus, ne aliquis contrahat matrimonium temporibus prohibitis, & clandestinum sub poena excommunicationis, & ne aliquis interfit eidem, sub poena in jure expressa. Item custodes portent tonsuram clericalem, & prohibemus bigamis etiam, ut non recipiant custodias regendas, quia sunt privilegio clericali penitus exuti, nisi sint adeo tenues & exiles, quod clerici non possint sustentari, & hoc nostro arbitrio, vel nostri Officialis relinquatur ordinandum. Item prohibemus, ne aliqui, qui mortem sibi construxerunt stipulis, laqueo suspendendo; vel qui suspensi, decollati, rotati, vel alias propter suum scelus, interfecti, in ecclesiis, vel caemeteriis non sepeliantur, nisi de nostra vel nostri Officialis fuerit licentia speciali. Item prohibemus, per poenam excommunicationis latae sententiae in his scriptis, ne aliquis decanus, vel provisor de causis matrimonialibus se aliquatenus intromittat, sed ad civitatem Trajectensem transmittant, ibi est copia peritorum. Item prohibemus, ne laici se intromittant de decimis novatium, sed ad alios perveniant, ad quos de jure pertinere noscuntur. Item statuimus si clericus vel presbyter capitur, illa parochia sit ipso facto interdicta; si deducitur extralitam parochiam captivus, parochia illa in qua detinetur, sit similiter interdicta, quousque vinculis absolvatur, & nobis, & captivo, &

ple-

plenarie fuerit satisfactum. Si vero interfi-
ciatur vel mergatur, quod absit, ille decana-
tus in quo tale delictum est perpetratum,
maneat totaliter interdictus. Item præcipi-
mus sub pœna excommunicationis, cau-
vertinos & alios alienigenas sœnus publice exer-
centes, & publice usurarios, & hæreticos, &
statuarios contra libertatem, & jurisdictionem
ecclesiasticam, & salarios nostræ monetæ,
vel sigillorum, vel nostri officii, nisi ad gre-
mium matris ecclesiæ revertantur & absol-
vantur, bis in anno auctoritate nostrâ de-
nunciari publice excommunicatos, videlicet,
prima dominica adventus Domini, & domi-
nica post cineres, videlicet, *Invocavit me*.
Nec ab eisdem oblationibus recipiant, nec eis-
dem ecclesiastica sacramenta ministrantur, &
ad sepulturam ecclesiasticam minime admit-
tantur. Item inhibemus laicis, sub pœna ex-
communicationis lætæ sententiæ in his scri-
ptis, ne clericos cogant stare iurecoram eis,
vel arrestent bona eorum, nec se de recon-
ciliatione cœmeteriorum, vel ecclesiarum all-
quatenus intromittant. Item ne aliqui cleri-
ci vel laici ecclesiâ destructas per deluvium,
vel per incendium, vel alias quocumque mo-
do ad alia loca transferant, sine nostrâ li-
centia speciali, penitus inhibemus. Et si quis
facta fuerint per translationem, monemus sub
pœna excommunicationis sententiæ lætæ in his
scriptis, ut infra mensem a tempore nobis
satisfaciant de præmissis. Item præcipimus
orationes fieri pro pace, & statu ecclesiæ
Trajectensis reformando, videlicet VII. ps. VI.
feriis per singulos. Item prohibemus sub pœ-
na excommunicationis, ne aliqui excommu-
nicatos sepeliant, vel aliquos non excommu-
nicatos in ecclesiis recipiant, & cœmeteriis
violatis, & interdictis. Item præcipimus, ut
quilibet Curatus habeat versus de casibus Epi-
scopalibus, de quibus soli ipsi & superiores
habent absolvere, seu illi qui ab eisdem ha-
bent potestatem, & primo casus legantur in
Latina, & postea lingua materna populo ex-
ponantur illi versus.

*Qui facit incestum, desolans, aut homicida,
Sacrilegus, patrum percussor, vel sodomita,
Transgressor voti, perjurus, sortilegusque,
Et mentita fides, faciens incendia, prolis
Oppressor, blasphemus, hæreticus omnis adu-
lus
Pontificem super his semper devotus adibit.*

Item præcipimus, quod Curati habeant de-
cretalem, quæ est in Rubrica de sententiâ ex-
communicationis, & est Domini Innocentii
quarti, & legatur populo, & exponatur lin-
gua materna, ut sciat populus, quomodo vi-
tari debeant excommunicati ab Episcopo.
Item habeant decretalem de pœnis, quæ in-
cipit, *Licet qui loquitur de avaritia archidiaconi*,
& illam similiter exponant laicis lingua
materna. Item præcipimus, ne aliquis de an-
tiquo chrismate baptizet, nec de aliquo quam
de illo novo, quod de nostrâ largitione, vel
nostrâ concessione acceperit baptizare, nisi
præoccupante morte: & qui contrarium fece-
rint, noverint se damnationis sententiam per-
tulisse manifestam.

Hæc statuta præcipimus inviolabiliter ob-
servari, & in qualibet ecclesia parochiali per

A sacerdotes quater in anno, diebus feriatis &
festivis publicari, & exponi populo diligen-
ter: videlicet, in festo Pentecostes, in festo
S. Michaelis, & in festo Circumcisionis, & in
Dominica post cineres, scilicet. *Invocavit me*.
Actum & datum anno Domini MCCXC. ter-
tio, proxima feria tertia post Tyburcii & so-
ciorum eius.

De captivacione vel interfectione

C L E R I C O R U M.

Joannes Dei & Apostolicæ Sedis gratia E-
piscopus Trajectensis, dilectis nobis in Chri-
sto universis & singulis ecclesiarum Prælati-
bus, Præpositis, Archidiaconis, Abbatibus, Abba-
tissis, Prioribus, Priorissis, Provisoribus &
Decanis, Plebanis & Rectoribus, Cappellani-
s, Presbyteris, ac ceteris tam Clericis, quam
laicis nostræ civitatis & diocesis, in verbo
salutari salutem.

Cum ad honorem Dei, & Ecclesiæ Tra-
jectensis prædictæ statum pacificum, ac subdi-
torum nostrorum salutem alias sicut scitis,
quædam statuta promulgaverimus utilia & ho-
nesta; Quia tamen ex illis quædam, videli-
cet de captivacione, & interfectione clerico-
rum, raptura litterarum ecclesiasticarum, ju-
dicum & aliorum perturbatione, & impedi-
mento multiplici ecclesiasticæ jurisdictionis, li-
cet æquitate suadente, propter delictorum im-
manitatem satis forent tolleranda, aliquibus
nobilibus, & aliis jurisdictioni præsentibus
dura nimium videbantur. Et ob hoc ea per
nos mitigari, magna & frequenti instantia
postularint, nos ut ipsi per se & suos iusti-
tarios ad obviandum hujusmodi delictis &
injuriis, ne fiant, & perpetrata vel perpetra-
tæ si fuerint, quod absit, procurandum,
quod sceleris & debita emenda præsteret, eo
promptiores se exhibeant, quo nos proclivio-
res in condescendendo eorum petitionibus in-
veniunt; prædicta statuta, aliis in suo robo-
re duraturis, in hunc modum, qui sequitur,
duximus mitiganda. In primis statuente, si
presbyter vel clericus capiatur, parochia in
qua captus fuerit, ecclesiastico subiaceat in-
terdicto. Et si ex illa in aliam transferatur,
illam similiter interdicimus, quamdiu in illa
detinebitur, una cum illa in qua captor mo-
rabitur. Si vero occidatur, quod absit, simi-
liter parochia illa, in qua tantus excessus
perpetratus extiterit, & etiam illa, seu illæ
in qua, vel quibus dicti malefactores se rece-
ptaverint, ecclesiastico subjacent interdicto.
Et nihilominus malefactor seu malefactores
hujusmodi cum complicibus, & receptoribus
eorundem, ac opem & operam ipsis
præstantibus, quos & in his scriptis excom-
municamus, atque excommunicati tam au-
thoritate Canonis, quam nostrâ tandiu pub-
lice nuncientur, quousque Deo, nobis, &
ecclesiæ, ac passis injuriam, condigna præ-
stetur emenda; & nihilominus absolutionis
debitum beneficium meruerint obtinere. Sta-
tutum insuper nostrum, alias per nos fa-
ctum, contra impediētes ecclesiasticam juris-
dictionem, seu perturbantes de cetero quali-
tercumque, sive litteras rumpendo, sive ra-
plendo, seu nuncios aut portitores eorum læ-
dendo capiendo, detinendo, seu damna, in-
jurias & molestias inferendo, & prout in di-

ANNO
CHRISTI
1199.

ho statuto plenius continentur, in hoc articulo mitigamus; videlicet quod parochia, in qua huiusmodi violentia, injuria, seu perturbatio facta fuerit, vel ubi dictos malefactores morari contigerit, ecclesiastico non subiaceat interdicto.

Item cum ecclesia sint tutela refugii, & in eis homines peccatorum veniam consueverint & debeant postulare, presentanti decreto declaramus, ecclesias, & earum cœmeteria gaudere immunitate, & ad eas confugientes ab illis violenter extrahi non debere; nisi in ecclesiis, seu cœmeteriis prædictis, seu contra ea deliquerint. Quare tunc frustra legis auxilium invocarent, qui committerent contra eandem. Vel nisi publici latrones, vel noturni populatores agrorum fuerint, quin in stratis publicis seruiant, comburant, & destruant agros eorum, qui eis non seruiunt. Alias enim delinquentes, & ad ecclesias confugientes gaudere debent cœmitate earundem; sc. super eo quod inique fecerint, sc. circa mortem, & membrorum mutilationem; alias legitime puniendi. Item præcipimus sub poena excommunicationis clericis quibuscumque nostræ civitatis & diœcesis, ut tonsuram deferant clericalem, & vestibus non virgatis, parvis, sed clericalibus utantur honestis, ac habitu & tonsura, ut a laicis possint distinguui. Item inhibemus sub poena excommunicationis, quod nullus clericus nostræ civitatis & diœcesis audeat arma portare prohibita. Item prohibemus ne aliqui nuptias celebrent temporibus prohibitis, videlicet a prima die adventus Domini, usque ad octavam Epiphaniæ. Et a LXX. usque ad octavam Paschæ, & a dominica ante ascensionem Domini, usque ad dominicam Trinitatis, in omnibus illis inclusive: nec clandestina matrimonia contrahant, sub poena excommunicationis, & ne aliquis interfit eisdem, sub poena in jure expressa. Similiter prohibemus clandestina matrimonia; quæ appellamus, quæ sine denunciatione seu bannis in parochiis contrahentium, per presbyteros eorum publice præmissis contrahunt. Item præcipimus & expresse inhibemus, quod nullus clericus aut presbyter copulet aliquos extraneos, nec nuptis eorum interfit, nisi per litteras patentes, aut per testes idoneos sufficienter constiterit contrahere volentem, aut volentem, alicubi non

contraxisse, vel aliud impedimentum legitimum non habere. Item inhibemus expresse, quod clerici peregrini & incogniti, tam nostræ civitatis & diœcesis, quam alienæ se presbyteros adferentes, nullatenus in nostrâ civitate & diœcesi admittantur ad celebrandum divina, nisi legitime ostenderit se promotos. Item præcipimus districte in virtute sanctæ obedientiæ Rectoribus & Presbyteris universis & singulis, ut in eorum Parochiis, Pater noster, & Credo, præter articulos fidei qualibet die dominica, nec non decem præcepta, & septem Sacramenta Ecclesiæ semel in mense, vel saltem ter, aut quater in anno populo, intelligibiter & lingua materna exponant. Decem præcepta, prout in exodo continentur, sunt ista; *Non habebis Deos alienos. Non assumes nomina Dei tui in vanum. Memento ut diem sabbati sanctifices. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Non occidis. Non machaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupiscas domum proximi tui. Nec desiderabis uxorem proximi tui, &c.* De Sacramentis vero ecclesiasticis, quinque dicuntur necessaria, & duo voluntaria Sacramenta. Necessaria sunt ista, *Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Corpus Christi, & extrema unctio.* Sacramenta voluntaria sunt, *Ordines, Matrimonium.* Sine Sacramentis autem necessariis homo salvari non potest, si ex contemptu obmittantur. Item publicationem illius Decretalis extr. de pœnis. Lic. quam alias fieri mandavimus, presentibus revocamus. Item statutum nostrum alias publicatum, videlicet, quod nullus presbyter duos in die missas audeat celebrare, nisi necessitas in jure permessa permittat, &c. taliter intelligimus, videlicet, excepto die nativitatis Domini, & cum finis supervenerit, vel aliqua persona potens advennerit, propter quod, & quam oportet celebrare. Hæc statuta nostræ una cum antiquis a nobis alias promulgatis inviolabiliter observari, & in qualibet ecclesia parochiali haberi, & sub poena excommunicationis, per singulos Rectores seu Vicarios in ecclesiis residentes, quater in anno prout opportunum fuerit, publicari volumus, exponi populo diligenter. Datum Trajecto anno Domini M. CC. XCIV. feria quinta post festum beati Andree Apostoli.

ANNO
CHRISTI
1199.

V I T A E T E P I S T O L A E BONIFACII PAPÆ VII. VULGO VIII.

Bonifacius VIII. patria Anagninus, antea Benedictus Capetanus vocatus, Neapoli ipsa vigilia Nativitatis, vir doctrina quidem insignis, & rerum experientia laudabilis, verum supra modum ambitiosus & arrogans, in locum Castellani sese pontificatu abdicantis subrogatus est anno Christi 1294. tempore Adolphi & Alberti imperatorum. Natus pontificatum, indulta & favores per prædecessores suos Castellani (quem metu futuri schismatis, teste Eberhardo, recludi mandavit) & Nicolaum concessa, abrogavit. Gibellinos persecutus, contra Columnenses implacabile

odium concepit: ex quorum familia duo cardinales schismatici per ipsum denunciati sunt, & omnibus thesauris spoliati. Prænestæ obdione cingit, ac diripit; idem quoque ad Zagalarum & Columna fecit. Sciarra Gibellinorum patreus, pontificis furorem declinans, in piratas incidit. Omnium apostolorum & evangelistarum, item quatuor doctorum ecclesiarum festa sub duplici officio celebrari instituit. Sextum librum decretalium compilari iussit. Eugubium, quæ Gibellinorum auspiciis ab ecclesia defecerat, recuperavit. Alberto Austria duci imperii confirmationem bis terque petenti

ti denegavit. Reate existens, cum vehementi terremoto multa ædificia ruinam passa fuissent, ipse sibi in medio prati domum ligneam construi iussit. Aliquot cardinales creavit. Anno 1304. mense Decembri annum Jubileum instituit, quem annum sanctum vocant, ut centesimo quoque anno celebraretur. Hæresin Fraticellorum, sacramenta & potestatem ecclesiasticam contemnentium, promiscuos concubitus exercentium, animarum purgatarum beatitudinem ad extremum iudicii diem usque differri docentium, condemnavit. Corpus cuiusdam Hermanni, qui, ut scribunt Platina & Sanderus, Fraticellorum dux erat, Ferrarim exhumari & cremari iussit, licet pro sancto coleretur. Patrimonii S. Petri administrationem Carolo Valesio comiti concedidit. Philippum IV. cognominæ Pulcrum, Franciam regem, ob violatum jus gentium justè excommunicavit. Nam cum Apamensem episcopum sedis apostolicæ legatum ideo in carcere coniecisset, quod eum ad expeditionem Hierosolymitanam additis quibusdam minis exhortatus fuisset, monitusque a Bonifacio, ut sub pena depositionis legatum dimitteret: rex, teste Antonino, non modo non paruit, sed etiam vias inter Franciam & pontificem interclusit. Convocatis prælatis & nobilibus Francorum rex coram abbate Cisterciense a sententia pontificis appellavit: sed abbas interpositam appellationem non acceptavit. Conducit ergo, injuriam sibi illatam ulturus, Sciarram Columnensem e manibus piratarum a se redemptum, eumque cum Nogaretio Gallo equite Romam misit: qui noctu Anagninam ingressus, pontificem nihil metuentem & pontificalibus indutum inveniens, Domino disponente, ob dignitatem sedis apostolicæ non est ausus mittere in eum manus, sed prædæ cum suis triduo vacans, papam custodiæ commisit. Liberatus autem post triduum a civibus, Romam rediit, ubi confectus tædio & mærore trigesimo quinto die post moritur, anno Domini 1303. v. Idus Octobris: cum sedisset annos 8. menses 9. & dies 17. in S. Petro sepultus est, in sacello quod ipse extruxerat. Pulpitum ipse quoque erigi in Laterano procurarat, ex quo excommunicationes die Jovis sancto publicabantur: ubi etiam Philippus & Columnenses anathemate notati fuerant. Et, ut ait Panvinus, decretum Gregorii X. de creatione pontificis approbavit: id quod etiam Cælestinus fecerat.

Errat Binus. Tantum ab ep. ut Philippus jubæ excommunicatus fuerit, ut ne fuerit quidem excommunicatus. Vide inf. ob servationem nostram ad concil. Rom. ann. 1301.

alia religiosa loca, & habitatores & incolas dicti regni, & bona eorum etiam, attentata. Nosque nolentes, sicut nec debemus, talia sub dissimulatione transire, regem ipsum per litteras nostras, quas tibi mittimus per te præsentandas eidem, seriosas, hortamur: ut episcopos, clericos, & personas ecclesiasticas dicti regni, quos adhuc tenere dicitur captivos, restitui faciat pristinæ libertati, & officiales revocet, quos in eodem regno asseritur posuisse, atque ad præsentiam nostram suos mittat procuratores & nuncios, cum omnibus juribus & munimentis suis, si crediderit in præfato regno, vel aliqua parte, jus aliquod se habere: Nihilominus lites, quæstiones, & controversias quaslibet, inter ipsum regem & præfatum regnum Scotiæ, ac prælatos, clericos, & personas seculares ejusdem regni subortas, & quæ possunt in posterum ex quibuscumque causis præteritis exoriri, totumque negotium ad decisionem & determinationem sedis apostolicæ, per dictas nostras reducimus litteras, & etiam reservamus: ac decernimus irritum & inane, si secus scienter vel ignoranter a quoquam in hac parte contigerit attentari. Quocirca fraternitati tuæ per apostolica scripta in virtute obedientiæ, & sub pena suspensionis ab administratione spiritualium & temporalium, distictè præcipiendo mandamus, quatenus præfatas litteras nostras eidem regi, sublato dilationis obstaculo, representes: ac ipsum ad ea quæ sibi scribimus, ut in exhortationibus acquiescat, efficaciter animes & inducas. Diem quoque, quo sibi prædictas præsentaveris litteras, & quidquid feceris, quidve ipse responderit & fecerit in hac parte, nobis per tuas litteras patentes, harum seriem continentes, fideliter & seriosius intimare procures.

Datum Anagninæ quarto Kalendas Julii, pontificatus nostri anno quinto.

II. AD EADWARDUM I. ANGLIÆ REGEM.

Quod regnum Scotiæ pertineat ad ecclesiam Romanam.

Bonifacius episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Eadwardo regi Angliæ illustri, salutem & apostolicam benedictionem.

Scimus, fili, & longo jam temporis spatio magistra nos rerum experientia docuit, qualiter erga Romanam matrem ecclesiam, quæ te gerit in visceribus caritatis, regis devotionis affectus exuberat, reverentiæ zelus viget, quodque promptus sedis ejus verbis obtemperas, & beneplacitis acquiescis. Quamobrem firmam spem gerimus, plenamque fiduciam obtinemus, quod regalis sublimitas verba nostra benigne recipiat, diligenter intelligat, efficaciter prosequatur. Sane ad celsitudinem regiam potuit pervenisse, & in tuo libro memoriæ nequaquam ambigimus contineri, qualiter ab antiquis temporibus regnum Scotiæ pleno jure pertinuit & adhuc pertinere dignoscitur ad ecclesiam supradictam: quodque illud, sicut accepimus, progenitoribus tuis regni Angliæ regibus, sive tibi, feudale non exitit, nec existit. Qualiter etiam clara memoriæ Henricus rex Angliæ, pater tuus, tempore discordiæ sive belli inter ipsum & quemdam Simonem de Montforti suosque fautores

I. AD ROBERTUM ARCHIEPISCOPUM CANTUARIENSEM,

Ut præsentet regi litteras quas sibi mittit pro Scotis.

Bonifacius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri archiepiscopo Cantuariensi salutem & apostolicam benedictionem.

Requens & inculcata fide dignorum assertio, ac famæ divulgantis eloquium, nostro patefecerunt auditui excessus, molestias, turbationem, damna, injurias & jacturas, per carissimum in Christo filium Eadwardum regem Angliæ illustrem, & officiales, ac gentes ipsius, contra regnum Scotiæ ac prælatos, & clericos, & personas ecclesiasticas, religiosas & seculares, nec non ecclesias, monasteria, &

ANNO
CHRISTI
1134ANNO
CHRISTI
1134

res & complices suscitatz, a recolendz memoriz Alexandro ejusdem Scotiz rege, ac ipsius Henrici genero, auxilium sibi petuit exhiberi. Et ne hujusmodi auxilium jure cujuslibet subjectionis aut debiti petuum seu præstitum notaretur: præfatus Henricus eidem regi Scotiz suas patentes duxit litteras concedendas, per eos firmiter recognoscens prædictum auxilium recepisse, vel se recepturum, dumtaxat de gratia speciali. Præterea cum successu temporis, præfati regis Scotiz, tui sororii, tunc viventis, in tuæ coronationis solemnibus habere præsentiam affectares: sibi per tuas patentes tenere litteras curasti, quod in ipsis solemnibus ejus habere præsentiam non ex debito, sed tantum de gratia intendebas. Et cum etiam ipse pro Tindalliz ac de Poynerre terris, in regno Angliz positis, se ad tuam præsentiam personaliter contulisset, sibi fidelitatem solitam impenfurus: idem in præfatione fidelitatis hujusmodi, multis tunc præsentibus, vivz vocis oraculo publice declaravit, quod pro terris eisdem, litis tantum in Anglia, non ut rex Scotiz, neque pro Scotiz regno, fidelitatem exhibebat eandem; quinimmo palam extitit protestatus, quod pro regno ipso tibi fidelitatem præstare seu facere aliquatenus non debebat, utpote tibi penitus non subiecto. Tuque sic oblatam fidelitatem hujusmodi admisisti. Et tua quoque non creditur excidisse memoria, qualiter eodem rege Scotiz de medio quondam sublato, Margareta puella, nepte tua, tunc minoris ætatis, hærede sibi relicta, non ad te velut ad dominum pervenit custodia regni memorati: sed certi ejusdem regni proceres ad ejus custodiam extiterunt electi. Quodque postmodum dispensatione ab apostolica sede obtenta, super matrimonio contrahendo inter dilectum filium nobilem virum Eadwardum natum tuum, & Margaretam prædictam, dum viveret, si ad id procerum dicti regni accederet vel haberetur assensus: tu eisdem proceribus per tua scripta cavisse dignosceris, priusquam vellent hujusmodi matrimonio consentire, quod regnum ipsum penitus liberum, nullique subiectum, seu quovis modo submissum, in perpetuum remaneret; quodque in pristinum seu talem ipsius statum restitueretur omnino, si ex hujusmodi matrimonio contrahendo liberos non extare contingeret, ac nomen & honorem ut prius pariter retineret, tam in suis sibi servandis legibus, & præficiendis officialibus dicti regni, quam parliamentis tenendis, tractandis causis in ipso, & nullis ejus incolis extra illud ad judicium evocandis. Et quod in tuis patentibus litteris inde confectis hæc plenius & serius contineri noscuntur. Præfata insuper Margareta de præfati luce subtrahita, & tandem super successione dicti regni Scotiz suborta dissensionis materia inter partes, ipsius regni proceres, metuentes sibi dictoque regno posse occasione hujusmodi præjudicium generari, non aliter ad tuam præsentiam extra ipsius accedere limites voluerunt, nisi per te patenti scripto caveretur eisdem, quod id non fiebat ex debito, sed ex gratia speciali: quodque nullum exinde ipsius regni libertatibus posset dispendium imminere. Et licet (ut dicitur) super statu ejusdem regni Scotiz, ac ejus prius habita libertate, regno ipso tunc carente præsidio defensoris, per ipsius regni proceres, tunc velut accepha-

Cæcil. General. Tom. XXIV.

alos, & duos vel aurigæ suffragium non habentes, sive per illum, qui præfati regni regimen, licet indebite, diceris commisisse, contra morem solitum aliqua fuerint hæcenus innovata: ea tamen, utpote per vim & metum que cadere poterant in constantem elicita, nequaquam debent de jure subsistere, aut in ejusdem regni præjudicium redundare. Ceterum nobis nullatenus venit in dubium, quin potius certi sumus, quod cum apostolicæ sedis præcellens auctoritas per suas litteras in Angliz & Scotiz regnis simul alicui legationis committit officium exequendum, vel pro quavis causa, quam rationabilem reputat, decimæ solutionem indicit, hujusmodi apostolicæ litteræ ad præfatum Scotiz regnum se aliquatenus non extendunt, speciali prædictæ sedis privilegio Scotis indulto penitus obstitente, prout tempore felicis recordationis Hadriani papæ prædecessoris nostri, tunc S. Hadriani diaconi cardinalis, & per ipsius sedis litteras simul in regnis ipsis legati, tum quo familiariter tunc eramus, contigit evidenter. Nam legatus ipse ad præfatum regnum Scotiz aliquatenus admittus non extitit, donec per litteras speciales apostolicas sibi legationis fuit commissum officium in eodem. Præterea noscere potest regia celsitudo, qualiter regnum ipsum per beati Andree apostolice venerandas reliquias, non sine superni numinis grandi dono, acquisitum & conversum extitit ad fidei catholicæ unitatem: qualiter etiam antiquis temporibus Eboracensis archiepiscopus, qui tunc erat, mota per eum super jure metropolitico adversus prælatos Scotiz quæstione, in qua dictum antiquitus fuisse commemorat, Memento quod sumus tui, ut cetera que inde sequuntur silentio relinquamus, pro se sententiam obtinere nequivit: quamvis alia plura & varia, que in hac parte rationabiliter proponenda se offerunt, ex quibus ad hæc tibi scribenda movemur, præterea calamus, ne inde forsitan insubus regis tadium generetur. Hæc profecto, fili carissime, infra claustra pectoris sollicitè considerare te convenit, & attendere diligenter, ex quibus nulli in dubium veniat, regnum Scotiz prælibatum ad præfatum Romanam ecclesiam pertinere, quod tibi nec licet, nec licuit, in ipsius ecclesiæ ac multorum præjudicium, per violentiam subjungere, tuæque subicere ditioni. Cum autem, sicut habet fide digna & nostris jam pluries auribus inculcata relatio, famæque præcurrentis affatibus divulgatur, tu præmissa, ut debueras, non attendens, neque debita deliberatione discutens, & ad occupandum, præfatum ditioni regis regnum ipsum, & tandem ad id exercens potentiam tuæ vires, venerabilibus fratribus nostris Roberto Glascoensis, & Marco Sodorensis episcopis, & nonnullis clericis, & aliis personis ecclesiasticis dicti regni, ut dicitur, captis, & carceralibus vinculis traditis, quorum aliquos, sicut asseritur, squalor carceris violentus extinxit: ac etiam occupatis castris, & (prout fertur) monasteriis, aliisque religiosis locis quamplurimis dirutis, seu destructis, ac damnis gravibus ejusdem regni habitatoribus irrogatis, in ejusdem regni partibus officiales regios posuisti, qui prælatos, ceteros clericos, & ecclesiasticas ac etiam sæculares dicti regni personas,

C c c

lonas,

ANNO
CHRISTI
1194

sonas, multinodis perturbare molestiis & afflictionibus variis, & diversis impetere non verentur, in Divina majestatis offensam, sedis memoratae contemptum, regiae salutis & fame dispendium, juris injuriam, & grave scandalum fidelium plurimorum. Regalem itaque magnificentiam regamus & hortamur atente, ac obsecramus in eo qui est omnium vera salus, quatenus solerter attendens, quod ex debito pastoralis officii nostris humeris incumbentis, ad conservanda & gubernanda sollicito bona juraque omnia ecclesiae supra dictae tenemur, quodque homini plusquam Deo deferre non possumus nec debemus, praedictos episcopos, clericos, & personas ecclesiasticas, quos adhuc carcer regius tenet inclusos, pro Divina & apostolicae sedis ac nostra reverentia (subiata difficultatis & dilationis objectu) benigne restitui facias pristinae libertati, dictosque officiales de regno Scotiae revoces memorato. Sic te in his prout speramus & cupimus, promptis & efficacibus studiis habiturum, ut apud caelestem regem, pro minimis grandia rependentem, non immerito reddaris acceptior, gratior habearis, & praeter laudis humanae praeconium tibi proinde preventurum, apostolicae sedis favorem & gratiam possis uberius promereri. Si vero in eodem regno Scotiae, vel aliqua eius parte, jus aliquod habere te asseris: volumus quod tuos procuratores & nuncios ad hoc specialiter constitutos, cum omnibus juribus & munimentis tuis, hujusmodi negotium contingentibus, intra sex menses a receptione praesentium numerandos, ad nostram praesentiam mittere non omittas: cum parati sumus tibi tanquam dilecto filio plene super praemisissis exhibere iustitiae complementum, & iura (si qua habes) inviolabiliter observare. Nos enim nihilo minus ex tunc lites, quaestiones, & controversias quaslibet, inter te denique & regnum Scotiae, ac praelatos, clericos & personas saeculares ejusdem, subortas, & quas possunt in posterum ex quibusdam causis praedictis exoriri, totumque negotium praedicta contingens, aut aliquid eorundem, ad cognitionem & determinationem sedis ejusdem, praesentium tenore reducimus, & etiam reservamus: decernentes irritum & inane, si secus scienter vel ignoranter a quoquam in hac parte contigerit attentari. Datum Anagninae v. Kalendas Julii, pontificatus nostri anno quinto.

EPISTOLA.

ROBERTI ARCHIEPISCOPI

CANTUARIENSIS

AD BONIFACIUM PAPAM VIII.

Certificatio archiepiscopi domino papae missa super negotiis Scotiae.

Sanctissimo in Christo patri, & domino suo reverendo, si placet, domino Bonifacio Divina providentia sacrosanctae Romanae ac universalis ecclesiae summo pontifici, suus filius devotus Robertus, permissione Divina Cantuariensis ecclesiae minister humilis, pedum osculus beatorum, cum promptitudine juxta posse parandi mandatis papalibus ac praecipis.

Mandatum sanctae & reverendae paternitatis vestrae sub bulla plumbea nuper cepti, tenorem continens infra scriptum: Bonifacius episcopus &c. Frequens & inculcata fide dignorum, &c. De verbo ad verbum recitando totam bullam proxime praecedentem. Cujus delator quosdam alias litteras apostolicas nobili principi domino Eadwardo Dei gratia regi Angliae illustri directas, & per me ex injuncto paternitatis vestrae presentandas, in continenti exhibuit, quasi sub eodem contextu. Quo quidem mandato vestro una cum litteris supra scriptis reverenter admisso, ac statim coram me recitato, praeparavi sarcinunculas, veduras, & sumptus, ex tunc de die in diem, & familiam ordinavi ad veniendum pro expositione & expeditione eorum quae mihi per vos mandabantur ad ipsum dominum regem, qui tunc agebat in remotioribus partibus regni sui, versus Scotiam, distantibus a loco ubi mandatum vestrum receperam per viginti vel circiter moderatas dietas. Et antequam venirem continuatis dietis cum omni festinatione ad civitatem Carleolum, quae est in marchia Scotiae, ingressus fuit idem rex cum exercitu suo partem regni Scotiae, quae vocatur Galvedia. Cumque diligenter explorando recepissem a viris fide dignis saecularibus & religiosis, ipsius patriae notitiam habentibus, quod ad regem, usque ad Krandbright in arduissimis locis Galvediae progressum, mihi tutus non patebat accessus, tamen propter Scotos sine capitis regimine existentes, & alios latroneulos praedas & sanguinem Anglorum sitientes, qui cum duce exercitus eorundem occupaverant media loca inter Carleolum & ipsum dominum regem, distantem ab eadem civitate fere per quadraginta miliaria, cum propter viduas & hospitii defectum, qui in itinere medio, vastata tota patria, reperiri, vel per eam asportari nequibant: ego per obedientiae necessitatem ex parte una, & per tanta pericula in tam longinquis partibus de mea dioecesi & provincia, quae ex altera similia nos urgebant, arduus, maxime non invento inter saeculares vel religiosos quoquam qui adventus mei curam ipsius Scotiae verbo tenus, vel per litteras meas, propter mortis periculum, auderet deferre, & mihi securum conductum petere ab eisdem: aliud remedium, prout potui, exquirens, direxi duos ex familiaribus meis ad dominum re-

ANNO
CHRISTI
1194

ANNO
CHRISTI
1171.ANNO
CHRISTI
1171.

regem prædictum, cum litteris meis, navigio A per quosdam periculosos transitus maris; significam sibi per eandem adventum meum & ejus causam, & petens quod propter reverentiam sedis apostolicæ, cujus eram nuncius, sibi significaret, ubi, qualiter, & quando ad eum tute accedere possem propter viarum discrimina, quæ sibi per eandem meas litteras nunciavi. Cujus responsio ab eisdem nunciis, non minima pericula in mari & itinere eundo & redeundo evasis, per litteras regis mihi delato, quibus continebatur, quod ipse dominus rex nihil securi pro me scivit ad vitanda dicta pericula, quam quod cum domina regina uxore sua, pro qua miseram, venirem ad partes Grewikes, ad locum ubi disposuit eidem dominæ obviare, deficiente navigio, quo una cum equis & familiaribus meis necessariis vehi possem per mare. Quod dum nuncii mei transierunt tam periculose versus regem, ventis etiam quasi continue validis & contrariis existentibus, morabar in consiniis Scotiæ, querendo de loco in locum victus sufficientiam potius quam abundantiam, circa sex septimanas securioris progressus ad regem opportunitatem non tam dispendiose quam anxie expectando. Denique cum audirem diligentius explorando, quod idem dominus rex cum exercitu suo in redeundo versus castrum de Caerlandrok, quod prius ceperat, in Scotia fixisset tentoria, juxta novam abbatiam Duzquer in Galvedia, matens periculo me meos ac mea exponere, quam in tam longinquis partibus, quodammodo vacuis, extra meam diocesim & provinciam diutius sic languere: latitans in quibusdam locis secretis juxta mare, quod dividit Angliam & Galvediam, captata temporis opportunitate, in refluxu maris, ductus ab his quos non oportebat vis transitus ignorasse, transivi per quatuor meatus aquarum maritimos cum equis & phaleris, nomine magis (ratione profunditatis aquarum) quam litoris & vivorum fabulorum introitu & exitu periculosos, & quasi inopinata veni die Veneris proximo post festum sancti Bartholomæi apostoli ultimo jam transacto ad dictum dominum regem, in medio exercitu suo, tunc in prandio existentem: & quia non potuit, ut dicebat, eo die vacare, mandavit mihi illo die in sero per duos de majoribus comitibus, qui tunc assistebant ei, quod in crastino, videlicet sabbato sequente, audiret quæ benigne. Adveniente igitur ipso die sabbati, coram devotissimo juvene domino Eadwardo filio dicti regis, comitibus, baronibus & aliis militibus sui exercitus, in magna multitudine confluentibus, ac dicto domino regi assistentibus, recitato mandato vestro prædicto mihi transmissio, litteras sanctæ paternitatis vestræ præfato domino regi directas, auctoritate ejusdem mandati præsentavi eidem: quas ipse dominus rex reverenter recipiens, eas publice legi coram omnibus, & in Gallica lingua fecerat patenter exponi. Quibus auditis patienter a singulis, animavi ipsum, & induxi modis quibus potui & scivi, quod vestris exhortationibus, quoad ea quæ in dictis litteris exponebantur, pareret in omnibus reverenter. Postmodum me secedente ab eo cum clericis meis ad mandatum suum, dum deliberaret super his cum dictis proceribus suis, ac demum revocato ref.

Concil. General. Tom. XXIV.

pondit mihi coram eisdem per interpositam personam sub hac forma:

Responsio archiepiscopi Cantuariensis ad litteras apostolicas.

Domine archiepiscopo, fecistis ex parte superioris Reverendi patris domini papæ quamdam monitionem, contingentem statum & jus regni Scotiæ. Verum quia consuetudo est regni Angliæ quod in negotiis contingentibus statum ejusdem regni requiratur consilium omnium quos res tangit, ac instans negotium regni Scotiæ tangit statum & jus regni Angliæ, pluresque sunt prælati, comites, barones, & alii regni Angliæ proceres absentes, qui non sunt nec fuerunt in isto exercitu, quos dictum contingit negotium, quibus etiam inconsultis responderi non poterit dicto summo patri nostro, aut vobis finaliter: in hac parte intendit dominus noster rex super contentis in litteris dicti patris, quam citius poterit commode, eosdem absentes, & nunc presentes, simul consulere, & cum eisdem deliberatius tractare, ac per nuncios proprios eidem summo pontifici super his de communi eorum consilio respondere.

Quod quidem responsum idem dominus rex sic in sua præsentia nomine suo factum ratificavit, ac etiam expresse approbavit. Dum igitur cum tali responso, coram tanta multitudine magnatum & aliorum fide dignorum mihi facto, licentiatu diverissem ab eo, & versus propria revertissem, audivi quod idem dominus rex, statim infra quadri-duum post recessum meum, rediit cum exercitu suo ad partes Angliæ: & singulis quasi de exercitu suo ad propria cum equis & armis remeantibus, idem dominus rex exercitu sic disperso, paucis eum comitantibus, & secum retentis, perendinare disposuit, ut dicebatur communiter, apud quamdam abbatiam, quæ vocatur Holmcoltran, in consiniis Scotiæ super mare. Et sic mandatum vestrum cum omni qua potui diligentia sum reverenter in omnibus executus. Valeat semper & crescat in Domino ad suæ ecclesiæ regimen apostolica celsitudo vestra.

Datum apud Ottesfort, octavo Idus Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo.

E P I S T O L A.

EADWARDI REGIS ANGLIÆ

AD BONIFACIUM PAPAM VIII.

Respondet Bonifacio super scotiæ negotiis.

Sanctissimo in Christo patri domino Bonifacio, Divino, &c. Eadwardus, &c. infra scripta, non in forma nec in figura judicii, sed omnia extra judicium, pro servanda sanctæ paternitatis vestre constantia, vobis transmittimus exhibenda.


Altissimus inspector cordium vestræ scriptio memoriam indelebili stylo novit inscribi, quod antecessores & progenitores nostri reges Angliæ, jure superioris & directi domini, ab antiquissimis retro temporibus, regno Scotiæ, & omnibus ipsius regibus & tempo-

ANNO
CHRISTI
1194.

poribus annexis, præferunt, & ab eisdem pro regno Scotiæ, & ejusdem proceribus, a quibus habere volebant, legalia homagia receperunt, & fidelitatis debita juramenta receperunt. Nos juris & dominiæ possessionem continuantes hujusmodi, pro tempore nostro, eadem juramenta recepimus tam a rege Scotiæ, quam ipsius regni proceribus. Quinimmo tanti juris & dominiæ prærogativa super regnum Scotiæ & ejusdem reges gaudebant, quod regnum ipsum fidelibus suis conferebant. Reges etiam ex iustis causis amovebant, & constituerunt sub se loco ipsorum alios regnatos. Quæ proculdubio ab antiquo notoria fuisse & esse creduntur apud omnes, licet aliud forsitan paternis vestris auribus per pacis amulos, & rebellionis filios, falsa insinuatione suggestum fuerit: a quorum machinosi & imaginariis figmentis, ut vestræ sanctitatis oculus avertatur, suppliciter quæsumus & paternam clementiam & excellentiam devotis affectibus exoramus. Ut brevitatis causa, gestis antiquorum temporum salvis, quiddam exempli causa tangamus: sub temporibus itaque Heli & Samuelis prophetarum vir quidam strenuus & insignis, Brutus nomine, de genere Trojanorum, post excidium urbis Trojane cum multis nobilibus Trojanorum applicuit in quamdam insulam tunc Albion vocatam, a gigantibus inhabitatam, quibus sua & suorum seductis potentia, & occisis, eam nomine suo Britanniam, sociosque suos Britannos appellavit, & edificavit civitatem, quam Trinovantum nuncupavit, quæ modo Londinum nuncupatur. Et postea regnum suum tribus filiis suis dimisit, scilicet Loctrino primogenito illam Britanniæ partem, quæ nunc Anglia dicitur; & Albanæ filio secundo nato illam

A partem, quæ tunc Albanæ a nomine Albanæ, nunc vero Scotia nuncupatur; & Cambrio filio juniore partem illam nomine suo tunc Cambriam vocatam, quæ nunc Wallia vocatur, reservata Loctrino regia dignitate. Itaque biennio post mortem Bruti applicuit in Albania quidam rex Hunnorum, nomine, Humber, & Albanæ fratrem Loctrini occidit. Quo audito Loctrinus rex Britonum persequutus est eum. Qui fugiens submersus est in flumine, quod de nomine suo Humbrius vocatur; & sic Albania revertitur ad illum Loctrinum. Item Dunwallio rex Britonum, Scatarum regem Scotiæ sibi rebellem occidit, & terram ejus in deditionem recepit. Item duo filii Dunwallionis, scilicet Belinus & Brennius, inter se regnum patris sui dividerunt: ita quod Belinus senior diadema insule cum Britannia, Wallia, & Cornubia, possederit; Brennius vero sub eo regnatura, Scotiam acciperet. Petebat enim Trojana consuetudo, quod dignitas hæreditatis primogenito perveniret. Item Arthurus rex Britonum famosissimus Scotiam sibi rebellem subiecit, & pene totam gentem delevit. Et postea quemdam nomine Anselmum regem Scotiæ præfecit. Et cum postea idem rex Arthurus apud civitatem Legionum festum faceret celeberrimum, interfuissent ibi omnes reges sibi subiecti: inter quos Anselmus rex Scotiæ, servitium pro regno Scotiæ exhibens debitum, gladium regis Arthuri detulit ante ipsum. Et successive omnes reges Scotiæ omnibus regibus Britonum fuerunt subiecti; succedentibus autem regibus Angliæ in prædicta insula, & ipsius monarchiam & dominium obtinentibus subsecuenter.

ANNO
CHRISTI
1194.



SALZBURGENSE CONCILIUM

Contra Usurpatorem episcopatum Tridentini & Brixinensis

Anno 1194. habitum.

Ex Supp.
Mainardi. III.
pag. 117.

Hansizius Germ. Sac. to. I. pag. 435. pauca hæc verba ex chronographo Mellicensi de concilio isto transcribit. Anno MCC. XCIV. Concilium Salzburgæ habetur; ibique dux Karintia Mainardus cum omnibus fautoribus

D suis, auctoritate apostolica, excommunicatur pro detentione quorundam episcopatum, videlicet Tridentini & Brixinensis. Nec plura Hansizius de concilio; qui tamen monet ducem contumacem sequenti anno respuisse.



SYNODUS STRIGONIENSIS

Habita sub Andrea III. Hungariæ rege, & Lodomerio archiepiscopo

Anno 1194.

Ex Mainardi
pag. 117.
Alberti Pe-
terffy Con-
Hung. t. I.
p. 111.

(a) Fragmentum panis corvi Protho Eremitæ an. 1663. edit. p. 19.
(b) annus notatur in margine libri.
(c) Vespri missarum apostolice de præsentatione, & confirmatione, recens electi provincialis, accessit ad Lo-

Annales Eremitarum S. Pauli, tertiæ sub Lodomerio celebratæ synodi memoriam in hæc verba refricuerunt. (a) Postulatus vero sui officii robor; Stephanus nempe, jam tertium in sacri ordinis provincialem anno 1190. electus (b) a diocæsano, juxta supra citatum præscriptum Pauli episcopi, (c) confirmationis missarum apostolice de præsentatione, & confirma-

tionem, recens electi provincialis, accessit ad Lo-
domerium archiepiscopum Strigoniensem, tanquam ejus diocæsus inquilinus, a quo benigne acceptus, & auctoritatem in fratres, & animum ad res ordinis augendas, ab eodem retulit. Anno deinde ab electione sua quarto, (d) in concilio provinciali, per eundem D. archiepiscopum, cum universo clero Strigoniensi celebrato, etiam P. Stephanus adfuit: ubi præter alia in favorem sue religionis, decreta impetravit, ut

Constitutio S. Ladislai Keler, a se jam in officio adificatum, gauderet suis immunitatibus, & libertatibus, & praeiis sumis intermedia vel vicaria iurisdictione, soli Metropolitana Strigoniensi subisset.

ANNO CHRISTI 1194.

Indiculus quidam MS. Musei nostri, causam sacri comitii paucis absolvit. Anno 1294. Lomones Strigonienses ob enormes contumaces excessus, Lodomerius cum episcopis communiione fidelium anathemate excludit. Ferociebant horum exemplo cives ipsi, trahis in societatem facinoris plariam ecclesiarum subditis incendium portendebant commune flamma exita.

les per urbes, & oppida a cervicoso hominum genere dilataz. Pax & observantia erga Antistites in lyn cne quam procurari potuit. Ad regem confugit Lodomerius. Reis dies dicta; excussa infantentis utique populi querela. Andreaz R. demum sententia dilentioni, egregio diplomate in favorem Lodomerii, regina matre potissimum collaborante, edito, historiaz deinceps etiam servituro, consultum. Affertur hic ab auctore Andrea regis diploma, quod cum best. huc non serviat in prasens omittitur.

ANNO CHRISTI 1194.

CONSTITUTIO GILBERTI EPISCOPI CICESTRENSIS

Quae desideratur in MS. Henr. Spel. & in edis. Veneta Labb. ex Wilkins

Anno 1294.

An. 1294. ex MS. Cod. Noye an. 1194. Mand pag. 117

Necessitas vicariorum, seu sacerdotum parochialium simplicitate vel conventia, quae hactenus alicubi in nostra diocesi fieri reperimus, triunci concavi de castro in ecclesiis parochialibus, vel cappellis erigantur, per quod subtrahatur a divina reverentia sive cultu devotio popularis; dum ex vero vel ficto parochianorum odio eiusdem truncis malitiose vel damnabiliter imponunt, quod Deo ministrantibus in altari devote consueverit offerri; hac sacra synodali constitutione sancimus, ne qui parochiani, rectores, vel vicarii, vel sacerdos parochialis ecclesiam curam gerens, truncos huiusmodi, vel aliud

pecuniaz receptaculum cum clausura sine nostra vel officialis nostri licentia erigant, ut consilium praesent erigentibus, aut iuvamen; sed erectos removeant ab ecclesiis, in quibus fuerint, intra octo dies a tempore notificationis, vel publicationis praesentis edicti. Quod si ex contemptu, negligentia, seu quavis arte vel malitia factum non fuerit, vel omissum, ex eo tempore ipsam ecclesiam, in qua truncus huiusmodi fuerit, vel quid aliud, ut diximus, loco ejus sub interdicto manere volumus, quousque funditus evellatur & amoveatur ab ea.

STATUTA ET ORDINATIONES

ANNO CHRISTI 1195.

ROBERTI DE VINCHELSE CANTUAR. ARCHIEPISCOPI,

ANNO CHRISTI 1195.

Pro meliori curae suae Cantuariensis regimine.

Edidit collector Anglicanus Tomo II. ex MS. Bibliotheca Cotton.

TITULI CAPITULORUM.

1. Forma iuramenti iudicum.
2. Forma iuramenti examinatorum & clericorum.
3. Forma iuramenti advocatorum & procuratorum.
4. De praesentia officialis, & quod se diutius non absentet.
5. De praesentia officialis in consistorio.
6. Quantum debet recipi pro sigillo, & a clericis pro scriptura.
7. De salario examinatoris.
8. De numero advocatorum & procuratorum, ac etiam de statu & conditionibus eorum.
9. De locis & sedibus.
10. De pena eorum qui falsum committunt, vel testis aut instrumenta subtrahunt aut corrumpunt vel occultant, seu procuratoria revocari procurant.
11. Ne quis alium in officio suo supplantet.
12. De puniendo advocatos & procuratores gervios.
13. Quod advocati aut procuratores se a consistorio non absentent. Et quod registrum suo ordine primitus expediat.
14. Quod procuratores sine advocatis causas non assumant; & quod tam advocati, quam procuratores, & ceteri ministri, in causis pauperum, officium suum gratis impendant.
15. De pena advocatorum & procuratorum, procurantium dilaciones frivolae.
16. Ne ministri consistorii tabernas exercent.
17. De suspectis assessoribus, & advocatis clandestine procuratis.
18. Quot advocatos aut procuratores una pars habere valeat, & de dando advocatum aut procuratorem parti non habenti, & praecipue in causis tangentibus ministros curiae.
19. Ut originalia instrumenta partibus retrahantur.
20. Quod non rescribatur in correctionibus a denegatione articuli vel libelli.
21. Quando & qualiter debeat, vel quando non debeat de subditorum negligentia ad querelas rescribi.
22. Ut in correctionibus non appelletur regulariter ad tutionem, nisi a diffinitiva.

ANNO
CHRISTI
1148.

23. De impetrantibus his tutorie vel directe A
super eodem gravamine.
24. Ut suggerens contra partem, eam citari
procurat.
25. Ne ad gravamina generalia tutorie de fa-
cili rescribatur.
26. Qualiter examinatores se habere debeant
in justificationibus audiendis, & testibus exa-
minandis.
27. De protocollo a clerico registri primitus fa-
ciendo.
28. De modo procedendi in contemptibus tam
contra suffraganeos, quam ceteros.
29. De mittendo ad personas egregias vel alias,
& de tempore hoc petendi.
30. De tempore proponendi justificationes, & B
modo probandi easdem.
31. Ne advocatus vel procurator in causis, te-
stificet in eisdem.
32. De tempore contestandi, & justificandi con-
testationem.
33. De querelis super excommunicatione injusta.
34. De appellationibus tutoriis, ac gravamine
partis, & modo probandi easdem.
35. De tutoriis contra episcopos, & eorum of-
ficiales suggestis, & justificationibus super
eis proponendis, & modo probandi easdem.
36. De absolute ad cautelam.
37. Quando sit pro processu mittendum, & quan-
do non.
38. De continuando processum processui, vel no- C
viter inchoando.
39. Si pars utraque ab eodem appellet, qua
pars alteri praeferatur.
40. Ut dimissus, iterato super eodem vel alio
gravamine prius illato suggerens, repellat-
ur.
41. De eo qui appellationem directam in qua
sibi datur ius, non prosequitur infra
tempus.
42. De eodem.
43. Qualiter sit in appellationibus a decano vel
alio commissario ad officialem interpositis
procedendum.
44. De Missis in ecclesia de Arcubus in princi- D
pio & in fine terminorum in ministrorum
curia supradicta praesentia solemniter cele-
brandis. Et ut iidem ministri intersint exe-
quii, & Missae pro defunctis ipsius curia
ministris tempore sepulturae.
45. Ne iudices aut ceteri curia supradicti mi-
nistri, dona vel xenia contra juris prohi-
bitionem recipiant, aut qua scandalum ge-
nerent quoquo modo.
46. De consuetudinibus observandis una cum sta-
tutis praedictis, & de pena non observan-
tium ista statuta.
47. Terminatio & finalis conclusio statutorum.

P R A E F A T I O.

Robertus permissione Divina Cantuariensis archie-
piscopus, totius Anglia primas, ad ather-
nam rei memoriam.

AD viam nostrae regiminis planius ordinan-
dam, opportunum esse conspicimus, ab
his quae nobis incumbunt primitus inchoare:
ut trabe desidiae vel torporis ab oculis nostris
ejecta, excessuum & negligentiarum festucas
ejiciamus uberius ab oculis subditorum, & de-
licitorum materia, quam a ceteris conamur
excutere, a ministerialibus & locis nostrae fo-

litudinibus primitus evellatur. In cuius viae ex-
cogitato progressu, curiae nostrae Cantuariensis,
ad quam pro habenda iustitia specie fidu-
ciali recurritur, maculae & defectus, tam in
personis, quam in rebus, causarum seu ne-
gotiorum processibus, & corruptelis habitis
circa ea, extirpare proponimus: ut pura &
incontaminata iustitia, ac aequitatis congrua
manuetudo, exinde scaturiens per cetera lo-
ca provinciae, abundantibus rivulis diffunda-
tur. Cum igitur ipsius curiae fama celebris,
infamias nota respergi poterit, & fulgor ejus
irradians obfuscari, nisi debitus rigor iustitiae
inibi conservetur: sumptuosa cupiditas, & in
adeundo gravis difficultas, ac etiam dilatio-
nes superfluae congruis mediis amputentur,
quae mercalem reddunt iustitiam, & lites fa-
ciunt immortales. Nos ad ea cautius expe-
rienda, quae continentur inferius deliberato
consilio duximus statuenda: quibus etiam uni-
versa seriosius enucleata perstringimus, quae
praedecessores nostri tam celebris curiae, pro
reformatione temporum labentium curriculis
successivis, frequentibus studiis, variisque
laboribus salubriter ordinarunt: ut ad ipsam
curiam in suis necessitatibus confluentes, ex-
plicitis ac semotis ambagibus & obstaculis praer-
libatis, juxta naturam & qualitatem negotio-
rum & causarum, celerem iustitiam cum fi-
ducia valeant reportare.

CAPITULA.

I. Forma juramenti iudicum.

A Personis itaque primitus iuchoantes, sta-
tuimus, ut tam officialis dictae curiae,
quam decanus de Arcubus, suus commissarius
generalis, in initio administrationis susceptae,
corporale praestent ad sancta evangelia jura-
mentum, quod in officiis ipsis, pro suis vi-
cibus, diligenter & fideliter se habebunt, ac
favoris, odii, & cupidinis cuiuscumque tra-
mitibus, depulsis penitus & omissis, iustitiam
facient plenam & puram in singulis, quate-
nus humana fragilitas patitur, juxta posse.
Jura vero & laudabiles consuetudines & or-
dinationes scriptas, una cum statutis ejusdem
curiae novis & antiquis, quatenus antiqua no-
vis non obviant, quatenus ad eos pertinent,
observabunt, & ab aliis ministris ejusdem cu-
riae quibuscumque diligenter & fideliter fa-
cient observari. Simile quoque juramentum
commissariis ipsius officialis, in sui & dicti de-
cani absentia constitutis, similiter subeatur.

II. Forma juramenti examinatorum &
clericorum.

Examinatores quoque ipsius consistorii de
E Arcubus, quos duos dumtaxat, ut consue-
tum est, fore censemus, & clerici ad regi-
strum & faciendas copias, ac etiam ad scri-
bendum responsiones partium & dicta testium,
deputati, juramento simili, quatenus ad eos
pertinet, se adstringant, de faciendo & exe-
quendo videlicet diligenter & fideliter, sine
favore cuiuscumque, vel odio aut materia
cuiuscumque inordinatae cupidinis, quod eorum
incumbit officio, & de consuetudinibus ac
statutis, ut praemittitur, observandis, ac
etiam de faciendo in eis est, eadem
observari: quodque non erunt in adeundo dif-
fici.

ANNO
CHRISTI
1148.
* Speciali
fiducia* Forte pro
reformatio-
ne tam cele-
bris curiae,
temporum,
&c. H.* quantum
in eis est,

ANNO
CHRISTI
1195.

faciles, nec in sumptibus indebite onerosi. Ad
Verba iudicis. „ In officio tuo, pro viribus
„ tuis, diligenter & fideliter te habebis, ac
„ curis Cantuariensis ordinationes scriptas,
„ una cum statutis eiusdem curiæ, novis &
„ antiquis, quatenus antiqua novis non ob-
„ viant, observabis.

III. *Forma juramenti advocatorum & procuratorum.*

Advocati etiam & procuratores prædicti
consistorii generales, jurant similiter formam
scriptam ibidem: hoc addito, si non conti-
neatur in ea, quod consuetudines & statuta
prædicta, quatenus ad eos pertinent, obser-
vabunt, & quod factum in iudicio non pro-
ponent, nisi quod verum & iustum, prout
informabuntur a partibus, esse credant. Quod-
que in informationibus recipiendis a partibus,
veritatem facti ab eisdem cum omni qua po-
terunt cautela elicient, & pericula eis inde
per viam iudicii affutura, quatenus id sciunt,
partibus ipsis patenter exponunt, desperata
negotia scienter nullatenus assumentes: sed
cum eis causas seu negotia iniusta esse con-
sulerit, prout tenentur de jure, totaliter de-
relinquent.

IV. *De presentia officialis, & quod se diutius non absentet.*

Insuper statuendo decernimus, ut officialis
Cantuariensis, cujus damnosa sæpius reputa-
tur absentia, longe a civitate London. se
absque causa rationabili vel legitima diutius
non divertens, in rescribendo se facilem &
benignam, ac etiam sine morosa protra-
hatione petitionum expeditum exhibeat, &
ad iustas petitiones receptas cito & sine dif-
ficultate rescribat, & citius ubi in mora pe-
riculum viderit imminere: videlicet in testa-
mentariis, matrimonialibus, alimentorum &
beneficiorum causis & negotiis, ubi de vio-
lenta intrusione, seu spoliatione, aut decla-
ratione vacationis ecclesiæ, seu de providen-
do ecclesiæ vacanti, suggeritur: in quibus
mora trahit periculum corporum, & etiam
animarum.

V. *De presentia officialis in consistorio.*

Item quod officialis in singulis sessionibus
per aliquot dies, quando opportunum esse
conspexerit, suam si possit presentiam exhi-
beat personalem, & appellationes a decano
de Arcubus suo commissario, vel alio com-
missario suo, in ipsis & decani supradi-
cti absentia, a gravamine interjectas, de pla-
no processum examinans, statim terminet &
decidat. Si vero a diffinitivis ipsorum sen-
tentiarum fuerit appellatum, tunc appellationum
hujusmodi merita, consueta indagine diri-
mantur.

VI. *Quantum debet recipi pro sigillo, & a clericis pro scriptura.*

Item quod pro suggestionibus, ac execu-
tionibus, se aliis quibuscumque litteris sigil-
landis, pro quibus pecunia recipi consuevit,
amplius quam lex denarii pro sigillo quolibet
non solvantur: & pro scriptura earum secun-

dum quantitatem ejusdem recipiatur pecunia,
officialis vel decani arbitrio, si necesse fue-
rit, moderanda. Sed in originalium attesta-
tionum scriptura, decem pollices in longitu-
dine lineæ continent, pro duodecim lineis
unus denarius, in attestationum autem hu-
jusmodi vel processuum copiis, pro viginti
quatuor lineis ejusdem longitudinis unus de-
narius tantum recipiatur. Quæ omnia in ap-
ta & legibili littera, cum congruo interli-
neari spatio conscribantur: de qua copia sta-
tim fiat collatio per juratos examinatores vel
clericos consistorii antedicti.

VII. *De salario examinatoris.*

Item examinator, pro examinatione cu-
juslibet testis tantum recipiat, & non am-
plius, quantum recipitur pro scriptura at-
testationum originalium testis primi. Ad cuius
examinatoris salarium, si pars adversa contra
quam producit, interrogatoria sua tradide-
rit, pro interrogatoriis ejusdem contribuat,
quantum examinator, in virtute sui sacra-
menti in assumptione sui officii præstiti, vel
iudex in ejus defectum, duxerit moderan-
dum. Si vero examinator pro ampliori lu-
cro captando, impertinenti verborum confu-
sione, attestationes conscripserit vel conscribi
fecerit primi testis: cum de hoc convictus fue-
rit, ab officio suo perpetuo deponatur, ma-
jori acrimonia, si res exegerit, puniendus,
ad arbitrium prædicti consistorii præsentis.

VIII. *De numero advocatorum & procuratorum, ac etiam de statu & conditionibus eorumdem.*

Statuimus insuper, ut sexdecim advocati
& decem procuratores dumtaxat, in consi-
storio ipso jurati existant, eidem consistorio
totaliter intendentes, qui nec alia consistoria
postulando, seu procuratoris officium exer-
cendo, sine præsentis ejusdem consistorii li-
centia speciali, eis ex causa dumtaxat legiti-
ma concedenda, frequentent; illis videlicet ho-
ris, quibus causæ & negotia solent in eodem
consistorio ventilari. Nec alicujus servitio
tanquam familiares specialiter astringantur:
nec etiam sacerdotes, advocati vel procura-
tores de numero prædictorum, ut supra ju-
rati, in consistorio prænotato existant: nec
presbyteri, si in eodem consistorio quando-
que postulare voluerint vel etiam procurare,
nisi pro seipsis, aut in causis ecclesiarum
suarum, vel pro suis dominis, quorum sunt
familiares & domestici, aut pro miserabilibus
personis, & hoc gratis sine salario & dono
quocumque, in prædicto consistorio publice
postulent, vel officium procuratorum assu-
mant. Nec quisquam in dictorum advocato-
rum numero, nisi qui jura civilia & cano-
nica per quinquennium, vel quadriennium ad
minus, in scholis alicujus universitatis vel
municipii publice prius audierit, & per unum
annum ad minus in eodem consistorio stete-
rit, admittatur.

IX. *De locis & sedibus.*

Antiquiores etiam advocati in sedibus ex
opposito iudicis collocentur: ceteris ab utro-
que latere, prout sunt priores vel posteriores
in

ANNO
CHRISTI
1195.

in tempore, propius & remotius collocatis. **A**rotolos & tumultuosos, ac etiam conviciantes coerceat; unoque electo negotio ceteri silent, quousque inchoatum expediatur negotium ea vice; ac etiam curialiter & modeste se habeant, & proponenda proponant. Et qui contra fecerit, arbitrio iudicis puniatur: & si super hoc incorrigibilis maneat, a consistorio perpetuo suspendatur.

X. De pena eorum qui falsum committunt, vel testes aut instrumenta subtrahunt aut corrumpunt vel occultant, seu procuratoria revocari procurant.

Decernimus etiam statuendo, quod si quis examinatur, clericus, advocatus, vel procurator consistorii prædicti, falsum in officio suo committat, vel probationes partis alicujus malitiose subtrahat, aut impediat seu impedire procuret; vel falsis instrumentis & præcipue procuratoriis tempore limitatis, post tempus hujusmodi, vel aliter revocatis tacite vel expresse, scienter utatur, aut vera instrumenta supprimat vel corrumpat, seu testes subornet, vel subornari & corrumpi procuret, aut falsas causas seu negotia, de consuetudine scienter assumat, vel falsum factum scienter proponat vel proponi faciat, aut prohibitiones regias in quibus locum non habent, impetrari, seu exhiberi procuret, seu hujusmodi prohibitionum impetrationi aut usui consentiat tacite vel expresse, aut prædicti dictæ curiæ mandata quæcumque porrigi, eis præjudicativa seu impeditiva processuum eorumdem, falso & malitiose (quos non ambigitur in majoris excommunicationis sententiam, latam contra violatores seu turbatores jurium & libertatum ecclesiæ, incidisse) si de his vel eorum aliquo convictus extiterit, a consistorio perpetuo suspendatur: de quibus omnibus, officialis vel decanus de Arcubus, vigilantiter inquiret, quoties fuerit opportunum. Si vero de præmissis convinci non poterint, sed his aut eorum aliquo fuerint publice diffamati, vel certa ratione suspecti: donec legitime se purgaverint, ab officio suspendantur. Ad quam purgationem præstandam, si purgandi protervia, vel magnitudo delicti, aut diffamationis seu suspicionis hujusmodi id exigat, idem purgandus ad audientiam archiepiscopi Cantuariensis, qui erit pro tempore, per præsentem dicti consistorii, si expediens esse viderit, remittatur. Hoc idem de procuratoribus, illicite attachiamen-
Dta per laicalem potentiam fieri de iudice vel de parte procurantibus, aut de procuratore hujusmodi diffamatis & suspectis, præcipimus observari. Occultantes insuper procuratoria, quibus sunt usi, & procurantes per malitiam ipsa procuratoria revocari, si id causæ dispendium, aut adversario præjudicium afferat, statim graviter puniantur: & incorrigibiles, perpetuo suspendantur. De his etiam violenta præsumptione suspecti, legitime & incontinenti se purgent: aut, ut præmittitur, suspendantur.

XI. Ne quis alium in officio suo supplantet.

Prohibemus etiam, ne quis alium in officio aliquo supradicti consistorii insidiosè supplantet: & si de hoc convictus extiterit, ab officio, quousque hoc emendabitur, suspendatur.

XII. De puniendo advocatos & procuratores garrulos.

Item iudex advocatos & procuratores gar-

XIII. Quod advocati aut procuratores se a consistorio non absint. Et quod registrum suo ordine primitus expediatur.

Item, quia advocatorum & procuratorum absentia, negotiorum celerem expeditionem impedire, & ordinem debitum perturbare registri frequentius consuevit: caveant advocati & procuratores consistorii, ne dum causas in eo tractandas habuerint, sine licentia iudicis se absentent, quin socium habeant, per quem causa possit opportune, & sine morosa dilatione tractari: & quod tempestive veniant omni die, usque ad solutum iudicium eo die, sine licentia iudicis nullatenus recedentes, pena eis statim imponenda, si contra fecerint: & si incorrigibiles super hoc fuerint, suspendantur. Registrum etiam, ne ejus ordo turbetur, expediatur primitus suo die, si fieri poterit: alioquin die sequente, ordine ipsius registri modis omnibus observato, nisi forte infans productio testium, quæ sine dispendio differri non poterit, hujusmodi ordinem ex æquitate quandoque postulet interverti.

XIV. Quod procuratores sine advocatis causas non assumant: & quod tam advocati, quam procuratores, & ceteri ministri, in causis pauperum, officium suum gratis impendant.

Item procuratores sine advocatis causas vel negotia non assumant, nec etiam prosequantur: sed sui officii finibus sint contenti. Causas etiam pauperum iudex certis advocatis & procuratoribus gratis suscipiendas assignet: & tam examinatores, quam clerici jurati de consistorio, eisdem pauperibus officium suum caritative & gratis impendant. Quas causas iudex præ ceteris citius, si fieri poterit, expedire conetur, nihil pro examinatione processuum, aut sententiarum litteris executoriis a personis hujusmodi exigendo.

XV. De pena advocatorum & procuratorum, procurantium dilaciones frivolas.

Item advocatus vel procurator, qui pernotorie falsas, seu frustratorias appellaciones, a gravamine, vel a diffinitivis sententiis interjectas, processum decani de Arcubus, vel etiam officialis curiæ nostræ, aut commissarii Epiptorum cujuscumque, executione suarum sententiarum, malitiose retardaverit, aut retardari procuraverit impudenter: cum de hoc convictus fuerit, locum suum amittat, & ab officio postulandi seu procurandi, per præsentem curiæ suspendatur perpetuo, vel ad tempus, prout qualitas negotii & delinquentis excessus hoc exigit & requirit.

XVI. Ne ministri consistorii tabernas exercent.

Ad hæc, cum sicut profecto didicimus, in caupona seu taberna, ubi vinum intemperantiz

ANNO
CHRISTI
1195.ANNO
CHRISTI
1195.

tim ministratur, machinationes varim ad sub-
versionem justitiæ, præsertim inter nonnullos
procuratores consistorii nostri prædicti, & par-
tes de sua justitia diffidentes conlueverint in-
tervenire: volentes morbo hujusmodi, qui jam
invaluit temperantiæ fracto freno, remedio
occurrere salutari, statuimus, ne de cetero
advocatus vel procurator dicti consistorii mi-
nistri, cujuscumque gradus existant, publice
vel occulte, præsertim frequenter & de consu-
etudine, tabernarius esse præsumat, aut ta-
bernas ingrediatur, nisi necessitas ipsum ad
hoc urgeat, quod non creditur posse frequen-
ter & de facili evenire. Quod si secus factum
fuerit, & super hoc legitime convictus extite-
rit: ad arbitrium officialis nostri vel decani de
Arcubus acriter puniatur: & si pertinacia sua
hoc exegerit, a consistorio totaliter suspenda-
datur. Istud etiam statutum, ad concubina-
rios, & adulteros, erroneos nocturnos, & pu-
blica frequentantes spectacula, necnon ceteros
notorie criminosos, extendi volumus in futu-
rum: ut illi quos facinora hujusmodi coin-
quant & æquant, pœna simili percellantur.

Deest forte,
& alii. H.

**XVII. De suspectis assessoribus, & advocatis
clandestine procuratis.**

Quia excrecentes industriæ machinosæ, ju-
stitiam puram & debitam frequenter impediunt
& pervertunt, & in eo præcipue, quod assel-
sores & advocati, qui palam pro parte non
postulant, ad quorum, tanquam non suspecto-
rum, consilium in interloquutoris, & senten-
tiis in consistorio prænotato ferendis, de consu-
etudine curiæ supradictæ, a iudice seu præ-
sidente recurritur bona fide, per partem alter-
utram clandestine procurati, & ad id quan-
doque conducti, a principio forte indifferentes
se simulant, & finaliter iudicem ad injustitiam
faciendam sollicitant & inducunt: firmiter in-
hibemus, & inhibendo statuimus, ne id de
cetero committatur, seu etiam procuretur,
sub pœna excommunicationis majoris, quam
contravenientes se noverint incursum: eo sal-
vo, quod partes, viros sapientes, providos, &
fideles, non tamen advocatos curiæ vel mini-
stros, procurare valeant, ut gratis & sine ali-
quo, ea ratione, dato primitus vel promisso
quandoque assideant, iudicii sanum consilium,
justum & fidele daturi, cum a iudice fuerint
requisiti. Advocati vero ceterique ministri cu-
riæ, qui alterutrius partis consilio aut parti
alteri adversantes qualitercumque prius extite-
rint, vel existunt, seu etiam parti alicui ju-
sta ratione suspecti, se in interloquutoris vel
sententiis ipsis non ingerant, sed recedant sub
pœna superius adnotata: quod etiam in vir-
tute sui sacramenti præstiti, ab eisdem præci-
piamus observari. Si secus fecerint, & de hoc
convicti extiterint, tanquam perjuri, ut præ-
mittitur, & excommunicati graviter punian-
tur: & si ad id assueti extiterint, a consisto-
rio perpetuo suspendantur.

**XVIII. Quot advocatos aut procuratores una pars
habere valeat, & de dando advocatum aut
procuratorem parti non habenti, & præcipue
in causis tangentibus ministros curiæ.**

Sæpe contingit in consistorio supradicto,
quod pars una potentior, vel in malitia exco-
gitanda sagacior, tot advocatos aut procura-
Concil. General. Tom. XXIV.

tores assumit, quod pars altera propter advo-
catorum vel procuratorum defectum remanet
indefensa, seu opportuno præsidio destituta.
Frequenter etiam evenire didicimus, quod si
causa vel negotium in dicto consistorio agita-
tum, aliquem advocatum, procuratorem, vel
ministram curiæ memoratæ contingat, pars al-
tera advocatum vel procuratorem pro se ha-
bere non poterit quoquo modo. Volentes igitur
super his congruum adhibere remedium,
statuimus, & in posterum observari præcipi-
mus, ut pars una sex advocatis ad plus, duo-
bulque procuratoribus, de dicto numero sit
contenta, aliumque vel alios nullo modo sol-
licitet aut sollicitari procuret, ut parti suæ se
applicent, aut ab adversa parte se subtrahant
quoquo modo, sub pœna amissionis causæ, aut
multæ sibi, si contrarium fecerit, per judi-
cem indicendæ. In secundo vero casu præci-
pimus, ut iudex advocatos & procuratores par-
ti non habenti, statim, si hoc petatur, assi-
gnet, suum hujusmodi postulationis seu pro-
curatoris officium, pro iusto, & si necesse
fuerit, per iudicem statuendo salario, fideliter
impensuros. Ad hoc advocati & procuratores
hujusmodi, nisi evidentem & sufficientem cau-
sam suæ recusationis statim ostenderint, per
iudicem efficaciter compellantur.

**XIX. Ut originalia instrumenta partibus
retradantur.**

Originalia siquidem instrumenta causarum
seu negotiorum, videlicet bullæ, commissio-
nes, procuratoria, seraria, & similia, quæ
sunt a substantiali parte processus, in consi-
storio supradicto examinata, factis exinde co-
piis his, quibus sunt de jure vel consuetudine
faciendæ, & transcriptis etiam eorumdem pe-
nes clericum consistorii retentis, si id videat-
ur expediens, parti prius hujusmodi instru-
menta exhibenti, illico sine difficultate red-
dantur, in suo processu, prout jus exigit,
collocanda.

**XX. Quod non rescribatur in correctionibus a
denegatione articuli vel libelli.**

Item in correctionibus ex vero officio fa-
ciendis, ubi duntaxat sunt reo exponenda, seu
edenda capitula, non a denegatione libelli vel
articuli, sed a denegatione editionis seu expo-
sitionis capitulorum, ut præmittitur, tantum-
modo rescribatur. Hoc tamen statutum ad
beneficia non extendimus, circa quæ secundum
qualitatem facti est aliquando procedendum.

**XXI. Quando & qualiter debeat, vel quando
non debeat, de subditorum negligentia ad
querelas rescribi.**

In dicta etiam curia, ut dicitur, corrupte-
la noviter inolevit: videlicet, quod in causis
& negotiis coram episcopis suisve officialibus
agitatis, quæ iudicarium ordinem, & longum
quandoque processum, de sui natura requirunt,
suggesto dictæ curiæ per partem alterutram,
quod iudex ipse causam eandem negligenter &
plus debito detinet in suspenso, mandatur ei-
dem iudici per officialem curiæ nostræ supra-
dictæ, quod infra unum vel duos menses ad
plus, terminet causam ipsam: alioquin ad cer-
tum diem citet partem adversam, ut in cau-
D d d d

ANNO
CHRISTI
1193.

sa eadem, in curia prenotata procedat. Quo casu, ex solo cursu temporis hujusmodi, infra quod causa terminari aliquando non potest, iudex negligens reputatur, & pro hoc causa dicitur ad dictam curiam devoluta, non obstante si diligentia iudicis allegetur ibidem per iudicem vel per partem. Volentes igitur in causis precipue inchoatis jurisdictionem unicuique observare, ne ad impossibile, ut prenotatur, arctatus, suam jurisdictionem amittat: statimus, ut quando de negligentia inferioris iudicis querelatur in causis vel negotiis coram eo primitus inchoatis, per officialem Cantuariensem in forma debita rescribatur. Quo casu iudex querelatus, aut etiam pars adversa, suas justificationes habeat, quod ad excusandum negligentiam antedictam; & tunc super hoc fiat ulterius quod est iustum.

XXII. *Ut in correctionibus non appelletur regulariter ad tuitiorem, nisi a diffinitiva.*

Statimus quoque futuris temporibus observandum, quod si qualitercumque in correctionum negotiis, ubi de beneficii privatione, vel vacationis ipsius declaratione, ratione alicujus criminis vel defectus non agitur, ex officio procedatur ad curiam Cantuariensem, pro tuitiione nullatenus appelletur, nisi a decisione finali, seu diffinitiva sententia, pars duxerit appellandum: & si de facto appellatum fuerit, per officialem Cantuariensem ad appellationem hujusmodi minime rescribatur. Idem volumus & statuimus observandum, quando de privatione beneficii, vel ipsius vacationis declaratione, aut de illis, quae testamenta vel provisionem vacanti ecclesiae faciendam, seu alimenta praestanda, vel intrusionem in beneficiis ecclesiasticis factam, seu violentam rerum ecclesiasticarum spoliationem aut invasionem, vel iurium & libertatum ecclesiae laesionem respiciunt, ex officio agitur per ordinarium quemcumque vel alium, a quo potest directe ad curiam Cantuariensem appellari. Cum autem in praemissis casibus, vel eorum aliquo, licite & secundum normam praesentis statuti, pro tuitiione fuerit appellatum: liceat parti appellatae, propter periculum evidens animarum, factum contrarium & exclusorium proponere & probare, quamvis factum tetigerit principale.

XXIII. *De impetrantibus bis tuitorie vel directe super eodem gravamine.*

Diligenti etiam studio in eadem curia providere praecipimus, ut bis pro eodem gravamine numero tuitorie, vel bis directe, vel forsitan semel directe, & semel ad eandem curiam tuitorie, appellantes, ab ultima repellantur omnino. Et pro variatione hujusmodi, in expensis & interesse partis adversae, si quod damnum pendente inhibitione incurrerit, statim declarandis, summarie condemnentur: & nihilo minus pro juris offensa canonice illico puniatur.

XXIV. *Ut suggerens contra partem, eam citari procuret.*

Item quando ad instantiam partis proceditur, & sic alius quam ipse cui scribitur est citandus: impetrantes probent in curia supra dicta, una cum traditione litterae citatoriae, suam diligentiam in procurando partem ad-

versam citari. Alioquin is cui scribitur, de contemptu nullatenus puniatur.

XXV. *Ne ad gravamina generalia tuitorie de facili rescribatur.*

Ad gravamina quoque generalia, videlicet a denegatione copiae, vel consignationis instrumentorum, vel actorum judicialium, nisi expressa fiat instrumentorum, aut actorum hujusmodi specificatio, nullatenus tuitorie, & precipue ubi directe ad curiam Cantuariensem appellari poterat, rescribatur.

XXVI. *Qualiter examinatores se habere debeant in postionibus audiendis, & testibus examinandis.*

Examinatores quoque dicti consistorii diligenter observent, ut ad positiones & interrogationes, claras & sufficientes responsiones a partibus, in advocatorum & procuratorum, ubi partes principales respondent, absentia faciendas, si possint eliciant: ad quas positiones & interrogationes non in scriptis, sed partes ipsae respondeant viva voce. Et in examinationibus testium, singula quae ad veritatem, quoad partem utranque eliciendam juvare poterunt, de circumstantiis quibuscumque, & de scientiae causa in singulis vigilantiter interrogent, & exquirant, ac de interrogatoriis pertinentibus, quantum est possibile, solum querant. Et testes eo ordine quo producantur, pro suis viribus in examinando expediant sine mora: nec aliquos clericos, ad scribendum responsiones partium, aut testium depositiones, recipiat clericus consistorii praememorati, nisi quos aestimet suo periculo, ad idoneos & fideles, qui dicta testium fideliter scribant, eaque aut publicationem ipsorum, nec verbo, nec facto, vel nutu aut signo revelent aut detegant, seu in notitiam alicujus devenire faciant aut permittant. De quibus omnibus praesent, ut supra statuimus, ante omnia iuramentum.

XXVII. *De protocollo a clerico registri primitus faciendo.*

Faciat etiam clericus registri, in quo acta judicialia rescribuntur diebus singulis, in schedula primitus, prout factum concepit, protocolium. Et si sit in eo aliqua extra communem cursum dubietas, in registro non inferat, quousque iudex hoc corrigat & reformet: hoc etiam partibus, si voluerit, ostendatur.

XXVIII. *De modo procedendi in contemptibus tam contra suffraganeos, quam ceteros.*

Item statuimus, ut in contemptibus dictae curiae puniendis, iudex statim ex officio, una citatione vel monitione praemissa, juratis de veritate dicenda partibus, per interrogationes & responsiones ad eas, si possit, eliciat veritatem, aut statim probationes admittat. Et si quis advocatorum aut procuratorum, contra aliquod istorum, se sine causa iusta & evidenti opposuerit, ab officio, quousque super hoc emendatus fuerit, suspendatur. Circa vero dicti consistorii contemptores, cum multiplex sit contemptus, videlicet in non parendo mandatis, in impediendo quominus ad mandato-

ANNO
CHRISTI
1193.

ANNO
CHRISTI
1199ANNO
CHRISTI
1199.

datorium tempore competenti perveniatur, in A
vituperiis factis partibus vel nunciis mandato-
ris, & in faciendo directe contra mandata :
statuimus, ut probatione, ut moris est, sum-
marie habita de contemptu, & contemptore
personaliter, si sit inferior episcopo, statim
super hoc, ad iudicium evocato, ac de verita-
tate dicenda per eundem præstito juramento,
factisque sibi interrogationibus & responsioni-
bus subsequenter ad eas, si per confessionem
suam, aut probationes coram eo illico mini-
strandas, convictus extiterit, aut etiam in pur-
gatione legitime sibi indicta defecerit, parti
per hoc læsæ, ad suum interesse, & damna,
ac etiam ad sumptus promotionis ipsius offi-
cii, taxandas seu taxanda, per partem eam- B
dem juranda, protinus condemnet. Et nihilo
minus pro delusione juris & iudicis, seu curi-
æ antedictæ, mulctetur : eaque statim per
sequestrationem bonorum ecclesiasticorum, si
ea contemptor habeat, seu si necesse fuerit,
per interdicti, suspensionis, & excommunica-
tionis sententias, executioni mandentur : aut
si contemptor ad præmissa solvendo non fue-
rit, poena sibi canonica juxta qualitatem ex-
cessus per iudicem imponatur. De episcopo
vero pro contemptu citando, volumus ut per
procuratorem ad id sufficientem, in curia præ-
notata compareat : & juramento a procurato-
re eodem in animam domini sui ut supra præ-
stito, habitisque, ut præmittitur, per eundem C
ad interrogata responsionibus convictus, ut
prætangitur, damna, interesse, & sumptus
parti persolvat ut supra. De offensis vero ju-
ris & iudicis seu curiæ antedictæ, quoad ea
punienda, post pronunciationem in dicto con-
sistorio super hoc factam, ob episcopalis re-
verentiam dignitatis, archiepiscopo Cantua-
riensi, qui pro tempore fuerit, ipsa poenæ seu
mulctæ impositio seu taxatio reservetur. Et
dictæ curiæ præsidens, contemptores quoscum-
que convictos jurare faciat, sub certa poena,
quod dictam curiam scienter de cetero non
offendant. Si vero de contemptu evocatus,
super hoc innocens detegatur : pars hujus-
modi fatigationem procurans, ad arbitrium præ-
sidentis, si manifestum invenerit, in talem D
promovente calumniam puniatur. Præcipien-
tes, & in virtute obedientiæ injungentes, om-
nibus & singulis, tam episcopis, quam ceteris
nostræ diocesis vel metropolitane jurisdic-
tioni subiectis, ut ad dictam curiam appellare vo-
lentes, vel mandata curiæ adhibere, ad eos
accedere sine impedimento permittant, ipsos-
que audiant patienter, & mandata ipsius cu-
riæ eis directa, accessu libero concessio por-
tantibus, devote suscipiant, & eis reverenter
pareant, ut tenentur. Nullumque impedimen-
tum aut obstaculum interponi seu fieri quan-
tum in eis est, patiantur, quin præmissa fiant
libere sine mora : & hoc etiam efficaciter fa-
miliaribus suis, quos gubernare, instruere, &
castigare tenentur, injungant. Et si scienter
contra factum fuerit, cum de hoc sufficienter
constiterit : ipsi quibus mandata diriguntur hu-
jusmodi ; eo ipso contemptores dictæ curiæ re-
putentur.

XXIX. *Demittendo ad personas egregias, vel
alias, & de tempore hoc petendi.*

Statuimus quoque, ut si ad personas egre-
gias, aut testes tenes, vel valetudinarios, pro
Concil. General. Tom. XXIV.

recipiendo testimonio sit mittendum, illud in
prima vel secunda productione, ante tertiam
productionem omnino fieri postuletur. Quod
si usque ad tertiam productionem malitiose,
quod eo ipso præsumitur, omisium fuerit : vo-
lens ulterius ad producendum ipsos admitti,
nullatenus audiatur, nisi fidem fecerit, cor-
porali præstito juramento, quod de novo per-
venit ad ejus notitiam, testium hujusmodi te-
stimonium in causa sua seu negotio, utile esse
vel necessarium, aut eos tenes, aut valetudi-
narios extitisse : (tu neque per te, neque per
alium testificata subtraxisti, vel fuisti percon-
tatus, nec per dolum nec artem aliquam,
quartam productionem exposcis ; sed quia tes-
tes quos desideras de novo producere, prius
habere nequivisti) solemnitate juris, quæ in
quarta productione requiritur, in suis calibus
nihilo minus observata.

XXX. *De tempore proponendi justificationes, &
modo præbendi easdem.*

Statuimus insuper, ut si quando justificatio-
nem directe contrariam intentioni, vel repli-
cationem directe contrariam exceptioni, aut
duplicationem replicationi, seu deinceps, pro-
poni contigerit : hoc statim fiat quoad justi-
ficationem, post litem contestationem, & post
exceptiones vel replicationes, & deinceps, qua-
rum probationes de jure concurrere debent,
propositas : aut saltem intra triduum a tem-
pore propositionis & admissionis canonicæ ca-
rumdem, ut sic probationes concurrere valeant
super eis.

XXXI. *Ne advocatus vel procurator in casibus
testificet in eisdem.*

Ad hæc procurator, qui in publici causa seu
negotio occupavit, & advocatus qui publica
postulavit, & de hoc statim constare poterit,
in tutoriis negotiis testes nullatenus admittan-
tur. Et si procurator in tutorio constitutus
aliqua occupaverit, postea non substituet,
ut in eodem testimonium prohibeat, sicut ali-
quando fieri consuevit.

XXXII. *De tempore contestandi, & justificandi
contestationem.*

Statuimus insuper & inviolabiliter volumus
futuris temporibus observari, in omnibus cau-
sis & negotiis, in quibus lites contestatio re-
quiritur, quæ ad curiam Cantuariensem quo-
modolibet devolvuntur, & in consistorio præ-
dicto de Arcibus ventilantur, quod die data
ad præcise & peremptorie contestandum, ea-
dem die plene contestetur. Et si litem suam
adjiciendo videlicet aut etiam declarando, seu
quicquam aliud proponendo, quod juxta con-
testationem adjici aut declarari, de jure, vel
dicti consistorii consuetudine poterit, vel pro-
poni : illud incontinenti post contestationem
faciat ipso die : alioquin volens postea dictam
dici soluto iudicio justificare, ut præmittitur,
nullatenus audiatur. Sed salva sit sibi mate-
ria, quantum sapit exceptiones peremptorias,
per viam peremptoriarum in ingressu lites suo
tempore proponenda : & statim juxta qualita-
tem & naturam causæ seu negotii, de calum-
nia, seu de veritate dicenda, juretur hinc in-
de : nec detur dilatio ad jurandum, nisi evi-
dens

ANNO
CHRISTI
1193.

dens causa hoc suadeat, quod iudicis seu præ-
sidentis soli committimus arbitrio, sicut ha-
bitus passim fere, & sine delectu causarum
& negotiorum, novimus in prætato consisto-
rio minus provide observatum.

XXXIII. *De querelis super excommunicatione
injusta.*

Querelis etiam de injusta excommunicatio-
ne suggestis, in quibus per superiorem abso-
lutio petitur, ad absolutionem impendendam
non aliter procedatur, nisi excommunicatoris
negligentia super hoc quantum jura exigunt
delegatur: & tunc suas excusationes ante ab-
solutionem per dictam curiam impendendam
habeat querelatus, dum tamen excusationes
suas incontinenti probare legitime sit paratus.

XXXIV. *De appellationibus tuitoriis, ac grava-
mine partis, & modo probandi easdem.*

In appellationibus quoque tuitoriis, & gra-
vamine partis, prout est consuetum, suggestis,
quando de possessione, vel * quasi rerum spi-
ritualium agitur, vel spiritualibus annexorum,
in quibus nimium est periculosa possessio vi-
tiosa, ne taliter appellantes vitiosum ingres-
sum per summarias probationes continent vel
procurent: statuimus, ut testes appellantis,
tam de possessione de qua suggerit, quam de
ipsius qualitate, videlicet utrum iusta fuerit
vel injusta, necnon de causa scientie, & aliis
circumstantiis, sufficienter & sigillatim in sin-
gulis requirantur: & pars appellata, pro pos-
sessione sua, vel contra possessionem appellan-
tis, in facto contrario seu exclusorio, legiti-
mas defensiones volens proponere, audiatur,
ad tuitionis beneficium excludendum, quam-
vis sic propositum factum tengerit principale.
Et qui potius in possessione legitima, videlicet
non clandestina, precaria, vel violenta, per
probationes idoneas inventus extiterit, obti-
neat per decretum: proviso modis omnibus,
aut per viam revocationis gravaminum, aut
aliis excogitatis industriis, vitiosus non conti-
nuetur nec constituatur possessor, nec canoni-
ce possidens expellatur: & taliter suggerens si
succumbat, ad omne interesse partis adversæ,
ea ratione illico condemnatur. Et nihilo mi-
nus sic intrusus, seu sibi violentam possessio-
nem usurpans, pœnas de intrusus, seu de hu-
jusmodi violenta possessione statutas, sibi per
competentem iudicem infligendas.

* Deest no-
verit.

XXXV. *De tuitoriis contra episcopos & eorum
officialis suggestis, & justificationibus super
eis proponendis, & modo probandi easdem.*

In appellationibus etiam tuitoriis quibus-
cumque ab episcopis vel eorum officialibus,
a quibus ad curiam Cantuariensem directe
poterat appellari, salubriter duximus statu-
endum: ut justificationes eorundem episcopo-
rum, suorumve officialium, etiam si factum
principale contingant, ad tuitionis dumtaxat
effectum impediendum, ut superius tangitur,
admittantur; & nec in tuitionum articulis,
nec in contrariis aut exclusoriis factis, seu
justificationibus quibuscumque, admittantur
testes notorie excommunicati, infames, vel
perjuri: dum tamen impedimenta hujusmodi
die productionis partis appellantis in ipso ne-

gotio proponantur, & eadem die vel in cra-
stino, indubitatis probationibus detegantur.
Testes etiam in ipsis tuitoriis, a quacumque
parte producti, de causa scientie sigillata,
in singulis, & de circumstantiis magis ido-
neis, diligentius requirantur, quam hactenus
extitit observatum: & hoc præsertim ubi a-
gitur de restitutione rerum corporalium, vel
incorporalium facienda, & in eventu revoca-
tionis gravaminum, probata dumtaxat spe-
cialiter non generaliter revocentur: ita quod
revocationis executio, tuitionis limites non
excedat, qui limites sunt, ut in statum de-
bitum reducatur appellans, & teneatur in eo
per tempus debitum, ne in rebus capiatur
interim aut periona.

XXXVI. *De absolutione ad cautelam.*

Item absolutio ad cautelam, vel ante om-
nia que in eadem curia ad solam suggestio-
nem impenditur, non nisi summaria proba-
tione præhabita, que de jure requiritur, im-
pendatur.

XXXVII. *Quando fit pro processu mitten-
dum, & quando non.*

Item in causis ad dictam curiam per ap-
pellationem, consensum partium, vel alio
modo legitime devolutis, pronunciatum pro ju-
risdictione curie antedictæ, si pars utraque
totum processum super hoc prius habitum,
sigillo iudicis a quo sic appellabatur, in prom-
ptu habeat sigillatum, pro processu eodem
ad iudicem mittere non oportet: de quo an
ita sit, partes eadem, si necesse fuerit, in
virtute juramenti præstiti requirantur, & ve-
ritatem agnoscere teneantur. Sed collatione
processus hujusmodi hinc inde habita, nego-
tium ipsum, seu causa ipsa, quam citius fie-
ri poterit, in statu debito resumatur: alio-
quin si propter defectum processus hujusmo-
di, ad primum iudicem sit mittendum: eo-
dem processu transmissio, si pars alterutra
processum eundem ut supra sigillatum exhibeat,
statim fiat exinde collatio: & facta co-
pia ejus, quod defuit de processu eodem,
causa seu negotium resumatur ut supra. Si
a gravamine fuerit appellatum, aut etiam
principaliter querelatum, vel si a dif-
finitiva sententia sic appellatum extiterit:
tunc facta collatione hujusmodi, tempus ido-
neum ad proponendum iniquitates processus,
& sententiæ, parti appellanti, ut moris est,
assignetur, prætermisissis penitus dilationum am-
bagibus, que circa processum sic transmissos
dari solebant in consistorio prænotato: nec
pars aliqua, nisi in forma prædicta, proces-
sus sic transmissi copiam redimere compellatur.

XXXVIII. *De continuando processum proces-
sui, vel noviter inchoando.*

In causis etiam & negotiis quibuscumque
ad Curiam Cantuariensem per consensum par-
tium, vel alio modo legitimo devolutis, &
præcipue in favorabilibus antedictis, liceat
parti originaliter actori (ad arbitrium tamen
iudicis præsentis) primum continuare seu
justificare processum, vel causam seu nego-
tium ipsum in curia Cantuariensi, sine par-
tis

ANNO
CHRISTI
1195.

tis adversæ quoad pristinam fatigationem dispendio, noviter inchoare, subductis processibus prius habitis in eadem.

XXXIX. Si pars utraque ab eodem appellet, qua pars alteri præferatur.

Item si quando in eadem causa, a facto iudicis, per utramque partem pro tuitione fuerit appellatum, & per appellationem huiusmodi, ac de consensu partium, principale negotium ad curiam Cantuariensem, sicut consuevit fieri, fuerit devolutum: juxta formam suggestionis, illius introducatur causa, qui in curia Cantuariensi super appellatione huiusmodi primitus impetravit.

XL. Ut dimissus iterato super eodem, vel alio gravamine prius illato, suggerens, repellatur.

Præterea, si quando partem appellatam in tuitionis negotiis, ab examine curiæ Cantuariensis dimitti contigerit, quia pars appellans quod intenderat non probavit, aut quia non prosequeretur, ut debuit, appellationem tuitionem quam suggerit: super eisdem gravaminibus, vel aliis eidem tunc aut prius illatis per taliter suggerentem, ut super illis noviter impetret tacitis & omisis, cessante legitimo impedimento, de novo suggerens, nullatenus audiatur: nisi prius refusus expensis, qua pars appellata, prætextu primæ appellationis frustratoris, summaria probatione docuerit per se fecisse. Idem vero volumus in omnibus observari, si a diffinitiva sententia tutorie fuerit appellatum.

XLI. De eo qui appellationem directam, in qua sibi datur tuitio, non prosequitur infra tempus.

Item si pars appellans, cui tuitionis beneficium est concessum infra tempora fatalia directam appellationem suam, cessante legitimo impedimento, prout de jure tenetur, non fuerit prosequuta: in eadem causa iterum pro tuitione appellans auctoritate curiæ Cantuariensis minime tueatur, nisi a diffinitiva sententia duxerit appellandum.

XLII. De eodem.

Item si pars appellans, cui tuitionis beneficium est concessum, ut prius suam appellationem directam non fuerit prosequuta: iudex appellatus post anni lapsum, in causa principali procedat intrepide, ac si nunquam fuisset in causa seu negotio huiusmodi appellatum, non expectata a curia Cantuariensi ulterius licentia procedendi: nisi ex causa infra annum appellationis prosequendæ, auctoritate curiæ, tuitionis beneficium fuerit prorogatum, & de hoc iudici appellato, legitimis constitit documentis; & nisi forte infra annum, huiusmodi auctoritate sedis apostolicæ fuerit inhibitum per iudices in causa appellationis directæ a dicta sede in forma debita impetratos.

XLIII. Qualiter fit in appellationibus a decano vel alio commissario ad officialem interpositis procedendum.

ANNO
CHRISTI
1195.

Appellationis quoque a diffinitiva sententia, per decanum de Arcubus lata, officiali curiæ Cantuariensis suggestis, per officialem sicut in ceteris similibus rescribatur. Sed dato in causa ipsa libello, procedatur in eo de plano, omnibus declarationibus, quatenus est possibile, amputatis, usque ad finalem decisionem ejusdem, præcipue cum processus causarum ipsarum, in ipsa curia sit paratus. Et qui inventus fuerit frustratorie taliter appellasse, gravius quam ceteri ab aliis appellantes, propter elusionem ipsius curiæ, puniatur.

XLIV. De Missis in ecclesia de Arcubus in principio & in fine terminorum in ministrorum curia supradicta presentia solemniter celebrandis. Et ut iidem ministri intersint exequiis, & Missa pro defunctis ipsius curiæ ministris tempore sepultura.

Ut autem in ecclesiasticæ notionis exordiis, Divinæ clementiæ postulato præsidio, piisque postmodum actibus subsequenter, processus salubrior habeatur, præmissis adiciendo statuimus: ut in cujuslibet termini primæ sessionis initio, Missa de Spiritu Sancto in ecclesia B. Mariæ de Arcubus London. solemniter celebretur, cui ministri singuli curiæ memoratæ in civitate prædicta, vel ejus suburbio tunc præsentis intersint, nisi legitime fuerint impediti: quodque defuncto in eadem civitate, vel ejus suburbio, quocumque curiæ supradictæ ministro, videlicet iudice, advocato, aut examinatore, vel procuratore, vel clerico de superius numeratis, ipsique curiæ per juramentum, ut prænotatur, alitribus, in primis exequiis, pro defuncto eodem solemniter faciendis, & in Missa solemniter die sepulture ejusdem, omnes supradicti ministri ut præsentis (cessante, ut præmittitur, impedimento) intersint. Ac etiam in fine ultimæ sessionis cujuslibet termini, Missa pro defunctis curiæ supradictæ, in ministrorum ipsius præsentia, prout superius tangitur, cum commode fieri poterit, solemniter decantetur.

XLV. Ne iudices aut ceteri curiæ supradictæ ministri, dona vel xenia contra juris prohibitionem recipiant, aut qua scandalum generent quoque modo.

Licet quoque remedia ad nostræ curiæ Cantuariensis regimen opportunum, ut supra, provisæ, magna parte sufficere videantur: iudicum tamen, ac ceterorum ipsius curiæ ministrorum inordinata cupiditas, si subesset, debitam exhibitionem justitiæ sub quaestis coloribus, prout est visum hæcenus, sæpius impeditet. Ut igitur in excogitatis ad præmissa remediis, cautius ac sufficientius finaliter concludamus: statuendo decernimus, & inviolabiliter observari præcipimus in futurum, ut iudices seu ministri quicumque curiæ supradictæ, a donariis quibusque seu xenis ad munus qualitates, iuxta præsumptionem trahendis, sive a partibus in eadem curia

ANNO
CHRISTI
1191.

curia frigrantibus, seu promoventibus litigare, vel pro eisdem partibus, aut earum nomine ab aliis offerendis, sub debito iuramento ministrorum eorundem, se proelus abstineant, exceptis dumtaxat donariis vel xenis, quæ nec juris prohibitionem offendant, nec scandalum gerent quoquo modo.

XLVI. De consuetudinibus observandis una cum statutis prædictis: Et de pena non observantium ista statuta.

Laudabiles vero consuetudines curiæ supradictæ, quæ præmissis statutis non obviant, inviolabiliter observentur. Nam eas cum iuribus & statutis ejusdem, tam a constitutionibus prædecessorum nostrorum elicitis, quam ex causis legitimis noviter adinventis, ad regimen dicti consistorii, futuris temporibus sufficere credimus. Salvis tamen additionibus, correctionibus, & interpretationibus, ac declarationibus dubiorum, si qua in præmissis emerierint, per nos aut successores nostros in posterum quoties opus fuerit faciendis. Quæ omnia & singula, ut in suis articulis inconcussè serventur, singulis iudicibus, examinativis, advocatis, procuratoribus, & clericis curiæ supradictæ, tam existentibus in præsentii, quam etiam loco ipsorum & eorum cujuslibet subrogandis, quatenus ad eos divisim vel communiter pertinent, in virtute præsentii vel præstandi ab eisdem, ut præmittitur, juramenti, sub quo dictas consuetudines & statuta includimus, firmiter & inviolabiliter observentur. Et ne ignorantia statutorum ipsorum a ministris eisdem in posterum præstentur: præcipimus ac eis injungimus, ut iidem ministri omnes & singuli, qui tempore publicationis præsentium, de consistorio memorato consistunt, infra mensem post publicationem eorundem, ceteri vero loco ministrorum ipsorum futuris temporibus subrogandi, infra quinquendam post suum susceptum officium, statutorum præsentium copiam sibi fieri faciant seu procurent; & ea tam sedulo quam studiose respiciant, ac sæpius repetendo revolvant, ut sufficien-

ter in eis exclusis ambiguis, sint instructi. Quotiens autem decursis temporum prædictorum curriculum, a ministris eisdem vel eorum aliquo, statuta prædicta, seu eorum aliquod, scienter amitti aut violari contigerit: nisi intra octo dierum spatium, postmodum ad terminum competentem, correxerint contemptores ac violatores eisdem, cum convicti fuerint, tanquam perjuros perpetua comitetur infamia, cinguloque militiæ suorum officiorum privati speræ consimilis promotionis amittant, suisque beneficiis ecclesiasticis, si qua habuerint, tanquam perjuri priventur per iudicem competentem.

XLVII. Terminatio, Et finalis conclusio Statutorum.

Fulgeat igitur & clarescat latius ex præmissis, tam celebris curiæ merito commendanda justitia, & iudices noxiæ jurisdictioni metropolitane subiecti, suam jurisdictionem in nullo contaminatam aut usurpatam agnoscant: & tam ipsi quam ceteri prædicti, juris remedia, a dicta curia, quatenus ad eam pertinent, hauriant affluenter, dum ab eadem, ejusque ministris, cupidinis inordinatæ rubigine, & cujuscumque difficultatis indebitæ, seu favoris aut odii, metuenda malitia, eliminatis penitus & depulsis, ac sufficientibus & expeditis remediis, quoad singula in curia prænotata tractanda, provisus, nihil offensivum in ea reperient; sed potius viam ingredi poterunt ordinatam ad justitiam opportunam & celerem consequendam. Has vero constitutiones futuris temporibus, semel ad minus in anno, in consistorio supradicto, videlicet in primæ vel secundæ sessionis initio anni ejusdem, palam præcipimus recitari.

Has vero constitutiones in ecclesia B. Mariæ de Arcubus Lond. v. Id. Novemb. ann. MCCXCV. consecrationis nostræ secundo, coram clero & populo, solemniter fecimus publicari, ut extunc in forma quæ præmittitur, robur firmitatis obtineant.

CONCILIUM GRADENSE,

In quo plura tum ad disciplinam Ecclesiasticam, cum ad divinorum officiorum ritus, Clerice mores pertinentia, sancita sunt; &

SYNODUS TORCELLANA,

In qua prædicti Gradensis Concilii Constitutiones promulgatæ sunt.

ANNO
CHRISTI
1196
Ex Venera
Ugelli Ita
lie sacre F.
ditio Rom.
1 pag. 119ANNO
CHRISTI
1196.

Airon Dei, & Apostolica gratia Episcopus Torcellanus dilectis in Christo filiis plebano S. Mariæ, ejusque collegio, seu capitulo, plebano S. Stephani, & collegio, plebano S. Salvatoris, Vicario, seu rectori, suoque Capitulo, necnon plebano Vicario, seu rectori S. Martini, & ipsius Capitulo Ecclesiarum de Muriano diocesis Torcellanæ nostræ ditioni subiectis salutem in Domino Jesu Christo. Vestra novit dilecta charitas præsentem quod nuper videlicet de

Emense Julio proxime præterito in crastinum festi Beatorum martyrum Hermacore & Fortunati currente anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, Indictione nona, die Veneris terriedecimo intrante mente præscripto, convocato provinciali Concilio apud Gradum per venerabilem Patrem D. Fratrem Ægidium Dei, & Apostolica gratia Patriarcham Gradensem, Dalmatizque Primatem inter cetera, quæ ad utilitatem animarum, & bonum statum Clericorum, & Ecclesiarum,

ANNO
CHRISTI
1199.

rum, seu Monasteriorum provinciarum Gradensis, & Jadrentis ordinata, stabilita, & servari mandata fuerunt, quæ omnia, & singula vobis curavimus publicare, & exponere, convocato per nostras litteras speciales toto clero nostræ civitatis & diocesis Torcellanæ ad hoc specialiter in nostra Cathedrali ecclesia Torcellana anno Domini superscripto die Lunæ XII. exeunte Augusto, stabilita, ordinata, & mandata specialiter fuerunt quædam, quæ vos, vestras Ecclesias, seu plebes, & alios nostræ civitatis, & diocesis Torcellanæ clericos sæculares tangere specialiter dignoscuntur: quæ quidem mandavimus, & mandamus distincte per vos, & alios aliarum Ecclesiarum prædictæ nostræ civitatis, & diocesis clericos, & prælatos hinc ad proximum festum Beati Michaelis nunc venturum in scriptis, & sub nostro haberi sigillo; & eadem inviolabiliter observari una cum nostris constitutionibus synodalibus, & aliis per nos alias diversis locis, & temporibus publicatis, quæ etiam per hæc scripta innovamus, approbamus, & ratificamus. Constitutionum autem dicti concilii vos, vestras Ecclesias, & alios tum prælatos, & subiectos tangentium tenor dignoscitur esse talis.

Multis undique natura novitatibus utens, sic dictum est in legibus jsm hoc sæpe proemium, dicitur autem & iterum, donec illa, quæ sua sunt, operatur, ad opus multarum nos pertrahit legum. Nostræ itaque intentionis sollicitudo remediis invigilans subjectionum, non cessat inquirere, si quid sit in nostra jurisdictione corrigendum. Et ob id nos Frater Egidius Dei, & Apostolica gratia S. Gradensis Ecclesie Patriarcha, Dalmatiæque Primas una cum venerabilibus fratribus, & suffraganeis nostris, videlicet Dominis, A. civitatis novæ, N. Caprutiano, A. Torcellano, H. Clugensi, B. Castellano eadem Dei gratia Episcopis, M. Abbate S. Mariæ de Barbano Gradensis diocesis, Petro Nicolao Clerico de Vicentia procuratore Ven. patris D. Fratris J. Jadrentis Archiepiscopi, & Vicario Episcopi Absrentis, & Marino Piloso plebano S. Stephani de Jadra procuratore Capitulum Jadrentis, & Absrentis, & Petro Archidiacono Veglensis, & Vicario Episcopi Veglensis, presbytero de Segna plebano S. Thomæ de Arbo procuratore D. Episcopi Arbensis, & totius Capituli, & Ecclesiarum Arbensium, & Petro Bonsemlante S. Sylvestri de Venetiis procuratore D. Episcopi Equilini ad hoc specialiter convocatis, reformationibus, informationibus, & correctionibus tam clericorum, quam religiosorum, & aliarum sæcularium personarum provinciarum Gradensis, & Jadrentis in provinciali Concilio apud Gradum in nostra Metropolitana Ecclesia congregato salubriter intendentes, prædecessorum nostrorum statuta iussimus recitari, ex quibus pluribus confirmatis, revocatis aliquibus & quibusdam in melius reformatis nonnulla auctoritate Concilii duximus adjuvenda.

I. Sancimus, ut Sacerdos, qui corporali impedimento cessanter, vel sui officii . . . matutinis non interfuerit in Ecclesia celebrandis, missam non celebret ea die. Sed si tali fuerit impedimento detentus, missam dicere non præsumat, nisi saltem per se dixerit Matutinas. Transgressores autem hujus

A constitutionis quilibet de Ecclesia, vel unus aliorum nomine teneatur Episcopo propalare, ut modo culpa debite puniantur. Ab hoc vero plebanos excipimus, quibus propter prælaturam duximus deterrendum, ut non teneantur matutinis quotidie interesse, qui tamen propter curam animarum ratione prælaturæ ad servitium Dei magis se noverint obligatos.

II. In Choro omnes Clerici silentium teneant, maxime cum psalmi dicuntur, aut missa officium celebratur, nisi propter necessitatem eos loqui oporteat, vel utilitatem. Transgressor vero a suo Prælate corripitur, & sicut justum fuerit, puniatur.

III. Laici autem tam mares, quam feminae admoniti a Prælate, & Ecclesiarum presbyteris similiter silentium teneant. Transgressores autem in primis a sacerdotibus acerrime corripiantur. Pueri, qui divinum officium suo tumultu, & rumore impediunt, & perturbant, a parentibus, vel eorum magistris, ut taceant, castigentur. Negligentes vero parentes, & magistri in correctione, & penitentis a suis confessoribus puniantur.

IV. Statuimus, ut in ferialibus diebus, quando plures missa cantantur, simul tantum una missa in Ecclesia alta voce cantetur. Alia vero sic dimissa voce cantentur, quod nullus sonus non sit, vel modice audiat. Et nemo Sacerdos ante evangelium communis missæ celebrare præsumat. In festivis autem diebus antequam sanctus dicatur in missæ solemnibus, nullus sacerdos derelinquat chorum præ missa cantanda; & qui serio, & studiose contraiverit in prædictis, pœna ex denariorum muldetur in fabrica Ecclesie convertenda.

V. Quia in toto Patriarchatu nostro Regem alium, vel Principem non habemus, pro cuius incolumitate, ac felici prosperitate, quod est nostræ patriæ, ad Dominum piæ preces fundere valeamus, nisi inclytum Ducem nostrum Venetiarum, statuimus ut in loco Canonis missæ in secreta, ubi dicitur, *Una cum Papa nostro, & Episcopo nostro &c.* immediate jungantur, & *Duce nostro*, expresso nomine, & *pro bono statu Venetiarum &c.* quæ ibidem sequuntur.

VI. Nullus in ambone, seu pulpito in lectorio, aut ante altare, sive sacerdos fuerit, sive cuiuscumque alterius ordinis clericus legere, vel cantare capite velato præsumat, neque in choro dicendo orationes, vel antiphonas, aut versum responsorii in eo officio inchoando. Zupellos quoque, cum ante altare legit, vel cantat, omnino deponat; qui vero contrafacerent, a suis prælatibus inferioribus corripiantur; & si fuerint incorrigibiles, a suis Episcopis puniantur.

VII. Ne melodiæ, seu cantilinae in Epistolis, Evangelis, & præfationibus, dum cantantur, intellectum audientium impediunt, vel perturbent, & propter hoc in mentibus fidelium devotio minuatur, auctoritate sacri Concilii duximus statuendum, ut Epistolæ, & Evangelia, & præfationes in missis exceptis, Liber generationis, & factum est autem, & primis Evangelis Diaconorum cum melodiis præter Episcopi licentiam nullatenus decantentur: transgressores autem per septimanam ab officio, & beneficio sint suspensi. Eadem pœna duximus puniendos Sacerdotes, qui pubi-
ce in

ANNO
CHRISTI
1199.

ANNO
CHRISTI
1196.

ce in exequiis mortuorum de cetero dixerint
absolutionem illam, quæ incipit: *In ea pote-
state &c.* cum solum ad Episcopos pertinere
noscat.

VIII. Ordinamus, atque statuimus ad ho-
norem BB. Martyrum Hermacorum, & For-
tunati, ut de ipsis fiat memoria in ferialibus
diebus tam in matutinis, quam in Vesperis,
& idem fiat de B. Marco.

IX. Statuit præfens Concilium, ut omnes
Sacerdotes alicujus Ecclesiæ sive sani fuerint,
sive infirmi, vel senio confecti in beneficio
votivarum missarum societatem habeant.

X. Absentes extra civitatem sive cum licen-
tia, sive sine, de obligationibus votivarum
missarum suam . . . percipiant, sicut pleba-
ni . . . sacerdotibus voluerint ordinare. Cleri-
ci translati de una Ecclesiâ ad aliam sive
in decimis, quæ ceciderint, sive in obligatio-
nibus aliis nihil comune habeant cum priori,
salvo qui plebanatum alicujus Ecclesiæ, &
Canonicatum Ecclesiæ Cathedralis, aut S.
Marci de Venetiis potest interveniente cano-
nica dispensatione simul recipere, & tenere.
Illos, qui translati sunt sine Prælatorum suo-
rum licentia, vel deinceps transferrentur ad
partes alias ibidem beneficia consequentes, si
non redierint infra annum in toto nostro Pa-
triarchatu cum beneficio Ecclesiastico priva-
mus, sive prælaturam habeant, sive non. In
casu existentes nullum beneficium perci-
piant, & de decimis illorum, qui moriuntur,
si tempore solutionis præsentis fuerint, in
quocumque ordine recipiant partem suam, sive
antea mortui fuerint, sive post. Hoc autem
intelligimus generaliter de omnibus Clericis,
ut tempore solutionis in quocumque ordine
inveniantur, sive in parte, sive in toto deci-
mæ persolvantur, sive securitates de toto, vel
de parte factæ fuerint, sive non, recipiant
partem suam.

XI. Volentes animarum periculum obvia-
re, rationabili providentia duximus statu-
endum, ut ad solutionem decimarum prædialium
omnes universaliter teneantur, sive clerici sint,
sive laici, aut monachi, aut etiam Regula-
res, nisi compositione legitima muniti fue-
rint, vel privilegio speciali, quoniam ipsas si-
bi Dominus in signum universalis dominiæ re-
servavit; & hoc tantum obtineat, ubi solvan-
tur decimæ prædiales. Mixtas etiam, quæ lo-
co prædialium, & realium alicubi successerunt,
solvi præcipimus, cum de jure, & ap-
probata consuetudine fuerint solvendæ. Omnes
autem qui prædictas decimas prædiales, aut
mixtas admoniti non persolverint, aut frau-
dem scienter commiserint in solvendo, sacro
approbante Concilio, excommunicationis vin-
culo innodamus.

XII. Ne propter locorum distantiam Eccle-
siæ debitis clericorum ministeriis defrauden-
tur, statutum est, & in præfenti Concilio ap-
probatum, ut omnes clerici in sacris ordini-
bus constituti, atque custodes, quorum Eccle-
siæ domos habent commodas, clericis de-
putatis, exceptis cellis dominicalibus pleba-
norum, in eis cellis debeant de nocte dormire,
nisi infirmitate, vel alio impedimento le-
gitimo sint detenti, quæ domus inter eos ra-
tionabiliter dividantur.

XIII. Plebanis autem omnibus distinde du-
ximus inhiendum, ne cellæ dominicales per-
sonis laicis maxime conjugatis sine Episcopo-

rum suorum licentia concedere audeant, vel
locare, & si in scholis fuerint, aut plures ha-
buerint plebanias . . . ne liceat Clericis,
aut personis litteratis, aut etiam laicis absol-
utis, dummodo ibi mulieres non habitent,
concedere, vel locare pro suæ libito volunta-
tis. Qui secus fecerint, a suis Episcopis acrius
puniantur. Eis autem, qui ante præfens Con-
cilium personis hic prohibitis locare, & eas
juxta formam prædictam expediri faciant, duo-
rum mensium spatium assignamus.

XIV. Liceat autem illis, quorum ecclesiæ
propriis domos non habent, in suis, vel con-
ductis domibus habitare cum matribus, nepti-
bus, vel cognatis.

XV. Quia Presbyterorum mores, & actus
in quantum possumus, cum Dei adjutorio cu-
pimus in melius reformare, auctoritate præ-
fentis Concilii salubriter duximus statuendum
tam de Sacerdotibus plebanis, & ceteris habi-
tantibus, quam de quibuslibet in sacris ordina-
tionibus constitutis . . . Cathedralium Ecclesia-
rum Canonicis, ne eis liceat in propriis do-
mibus, vel conductis, mercenarias, vel ancil-
las suspectas filias, aut filios cum uxoribus,
& amicis, quæ tum processerint in diebus,
etiam quaslibet concubinas publice secum in
domo, vel alibi publice retinere. Quas etiam
concubinas notorias si post tertiam admoni-
tionem brevissime sibi factam a se non dimi-
serint, & ab earum communiione se non ad-
verterint, excommunicationis vinculo inno-
damus . . . si post mensem eas a se non
dimiserint, auctoritate præfentis Concilii quo-
usque . . . ab omni officio, & beneficio . . .
suspensi præsumperint celebrare per annum
irremediabiliter ab omni officio, & beneficio
ecclesiastico sint privati.

XVI. . . . & ab
omnibus observentur, præcipimus, & manda-
mus omnibus habentibus personatum, pleba-
nis, Canonicis, & aliis in sacris ordinibus
constitutis, ut honesta, & clausa desuper de-
ferant indumenta nimia brevitate, vel longi-
tudine non notanda . . . sericis
viridibus exterius, & glaucis interius, &
exterius non utantur. Zupellos mora . . .
vel alios . . . manicas
confus. . . annulos, botonos de
quacunque materia ex
vel de quocumque metallo, laicales mantellos
. . . infulas, vel almutias in publico portari peni-
tus prohibemus . . . publice, ad cho-
reas mulierum publice assistere sibi prohibe-
bus. Transgressores autem si se non correxe-
rint, ad arbitrium Prælatorum acrius punian-
tur.

XVIII. Statuimus etiam, & mandamus, ut
clerici omnes, maxime qui sunt in sacris,
tonsuram, & coronam deferant congruentem
secundum formam a suo Episcopo sibi dan-
dam, & templanis non utantur. Transgresso-
res autem a suis Episcopis graviter punian-
tur.

XIX. Ne per quorundam Clericorum in-
solentiam cleri decor, & honestas ecclesiæ in-
fametur, auctoritate sacri concilii prohibemus
clericis publice ludere ad taxillos, & causa
ludendi, vel bibendi tabernas intrare, seu cir-
ca tabernas in publico bibere, nisi forsitan ex-
tra suam civitatem sint in itinere constituti.
Transgressorum autem perveracia taliter a suis
Episco-

ANNO
CHRISTI
1196.

ANNO
CHRISTI
1196.

Episcopis compescatur, ut transeat aliis in A
exemplum.

XX. Malitiis hominum, atque lasciviis, præsertim ex quibus scandalum, atque periculum solet oriri, obviare volentes, omnes clericos, & personas ecclesiasticas absque sui Episcopi licentia arma portantes, nisi sint in itinere constituti, aut per conspirationem, vel societatem aliquam in detrimentum, & præjudicium alicujus juramento, vel quacumque alia firmitate se ad invicem colligantes, auctoritate sacri Concilii excommunicationis vinculo innodamus.

XXI. Præsentis auctoritate Concilii sancimus, ut si aliquis Clericus contra laicum extraxerit gladium, aut ipsum quocumque modo percusserit, vel alias intulerit ei atroces injurias, ea pœna pecuniaria a suo muldetur Episcopo, qua laicus contra Clericum committens similia a seculari iudice puniretur; ut si certa fuerit, & statuta apud Laicos parva, vel magna, similis in ecclesiastico foro servetur, si arbitraria, & incerta, hoc idem Episcopi arbitrio relinquatur. Si vero inter Clericum, & Clericum prædicta, vel similia committantur, ab Episcopo arbitrarie puniatur, qui utrobique pro qualitate delicti puniantur delinquentes.

XXII. Universaliter omnibus Clericis prohibemus, ne publica, & per se negotiationes exercere præsumant. Transgressores autem a suis Episcopis pœna Canonum puniantur.

XXIII. Ad hæc pro salute animarum omnibus conjugatis tam maribus, quam feminis sub anathemate prohibemus, ne prætextu capiendi, vel observandi amoris quæcumque maleficia facere præsumant. Generaliter autem omnes fortilegos, & herbarios, ac maleficos excommunicamus, & qui prædicta maleficia fieri faciunt, seu qui ad eos accedunt. Eos etiam, qui cum chartis peccatis alios fraudolenter placitant, eadem excommunicationis sententia duximus innodandos. Et ne per vitium falsitatis innocentes contra justitiam opprimantur, falsa instrumenta publica componentes, & consulentes, seu fieri facientes, vel ipsi instrumentis falsis in iudicium scienter utentes, aut aliena instrumenta ad se non pertinentia in fraudem vendentes, vel ementes, aut penes se dolose retinentes, & eos, qui in læsionem proximi falsum testificantur testimonium coram Iudice Ecclesiastico vel civili, & alios inducunt, vel instruunt ad falsum testimonium proferendum.

XXIV. Viros etiam omnes, qui relinquunt uxores legitimas temeritate propria superductis de facto; vel e converso mulieres, quas derelinquunt viros legitimos de factocum aliis contrahentes, seu qui scienter contrahunt in gradibus prohibitis contra canonica statuta: Executores insuper testamentorum, qui relicta ad pias causas in totum, vel in partem prout melius possunt usque ad annum negligunt, & recusant exequi: Laicos etiam, qui temeritate propria ecclesias tenent clausas, clericos de ipsis ecclesiis expellentes: illos etiam clericos, vel laicos, qui vacantibus Ecclesiis Cathedralibus bona Ecclesiæ, & prælati defuncti ad ecclesiam pertinentia distrahere, vel invadere præsumpserunt, aut per modum aliquem in fraudem, vel detrimentum ecclesiæ occupant, nisi secundum tenorem constitutionis editæ super hæc sacro approbante Concilii General. Tom. XXIV.

concilio excommunicationis vinculo innodamus; cum secundum sacrorum canonum totas ad cathedrales ecclesias

XXV. Quoniam laicis quamvis religiosis de rebus ecclesiasticis disponendis nulla legitur attributa facultas, sub anathemate tam laicis, quam clericis prohibemus, ne vacantibus ecclesiis pastore, juramenta, vel pacta faciant de eligendo pastore. Sub anathemate etiam inhibemus, ne laicis, exceptis Procuratoribus S. Marci, procuraciones super bonis ecclesiarum administrandis ullatenus intromittant, nisi super recipienda, & disponenda quarta decimæ fabricæ deputata, aut oblationes votorum, vel legatorum nominatum per fabricam dimissorum, & utilitibus, reformationes domorum ecclesiarum, atque thesauris ecclesiarum, & vestibus conservandis, quæ pro seculari custodia consueverunt laicis assignari. Sed hæc ad Cathedralis Ecclesias extendi nolumus, nisi quantum de Prælatorum processerit voluntate. Dispensatio autem, & administratio promissa fiat cum omni consilio Prælati, & majoris partis Capituli. Quod si dissensio orta fuerit inter Prælatum, & Clericos, vel inter Prælatos, aut Clericum ex una parte, & procuratores ex altera, ad Episcopum recurratur. Teneantur autem procuratores hujusmodi, & qui bona Monasteriorum quomodolibet administrant annis singulis de perceptis, & expensis Prælati, & capitulo reddere rationem. Quod si non fecerint post lapsum prædicti temporis infra mensem, excommunicationi subiaceant, & procurationis officio de cetero non utantur.

XXVI. Speciali decreto stabilimus, ne in Dalmatiæ partibus . . . hæc totaliter ad ecclesias, & monasteria, quæ possessiones habent, vel illis partibus Dalmatiæ . . .

XXVII. Firmiter inhibemus, quod nullus Clericus de questione personali, vel criminali debeat coram seculari iudice respondere: sed nec in reali, etiamsi consuetudo, immo corruptela verius super hoc allegetur.

XXVIII. Laici autem, qui temeritate propria detinent, vel invadunt possessiones, & redditus ad Ecclesias, Cappellas, & Monasteria pertinentes, seu jurisdictiones earum, & privilegia sibi concessa diminuunt. Illi etiam, qui destruunt vineas illarum, partes, vel totaliter destruendo, aut segetes fraudolenter, oves, boves, equos, & cetera animalia magna interficiunt, vel lethaliter vulnerant, sive hædunt tamquam sacrilegi, & invasores bonorum Ecclesiasticorum, excommunicationis vinculo sint subiecti.

XXIX. Volentes pravorum fraudolentiarum quantum possumus obviare, statuimus, ut nullus fornicus, & ignotus ad partes nostras accedens uxorem accipiat, nisi habuerit litteras sui Episcopi testimonium perhibentis, quod sint soluti, aut saltem denunciatio trina ad arbitrium Episcopi in ecclesiis publice permittatur, ut infra datum terminum qui voluerit, & valuerit, legitimum matrimonium opponat, & ipsi presbyteri nihilominus investigent, utrum aliquod impedimentum obstat. Cum autem apparuerit probabilis conjectura contra copulam, contrahendus contra-ctus contradicatur expresse, donec quod fieri debeat, super eo manifestis constiterit documentis. Alias autem missa nuptialis a Sacerdotibus non castetur, nisi annulus benedicatur.

E e e

ANNO
CHRISTI
1196.

ANNO CHRISTI 1172.

ANNO CHRISTI 1172.

tur. Si qui autem Sacerdotum secus fecerint, per mensem ab ingressu ecclesie suspendantur.

XXX. Quia in celebrandis nuptiis, & conviviis nuptialibus, atque traducendis sponsis in diebus prohibitis a sanctis Patribus, precipue a die Dominico Adventus Domini inclusive usque post Epiphaniam, & a die Dominico septuagesimae inclusive usque ad octavam Resurrectionis Domini contra Dei legem, a qua pluribus subditorum nostrorum delinquebatur aliquando, sub interminatione anathematis prohibemus, ne de cetero diebus praedictis benedicantur annuli nuptiales. Missa specialis novitiae celebretur, aut sponsa etiam traducatur. Transgressores autem a suis Episcopis, vel Praelatis graviter puniantur.

XXXI. Statuentes precipimus, ut in coena Domini una Missa tantum illius diei propria clerici sint contenti. In Parasceve vero, & Sabbato Sancto exceptis religiosis, & Ecclesiis Cathedralibus, & Baptismalibus, & Ecclesia S. Joannis de Rivoalto, quae super hoc privilegium obtinet speciale; nullus sacerdos Missam votivam, vel aliam celebrare praesumat. Transgressor autem si quis fuerit usque ad octavam Paschae illius tantum anni ab officio, & beneficio suspendatur, aut alias arbitrio sui Episcopi graviter puniatur. Et si contingat, quod illis diebus aliquod funus sepeliendum ad ecclesiam, vel monasterium deferatur, sint exequiarum officium consuetum absque missa submissa voce legendo potius quam cantando, & sine pulsatione campanarum, poena simili transgressoribus imponenda.

XXXII. Postremo providendo statuimus, ut omnes pecuniarum poenae pro clericorum excessibus exigendae per Episcopos, aut alios de ipsorum speciali mandato a delinquentibus exigantur, & pro ipsorum arbitrio dispensentur, quibus etiam Episcopis absolutiones incidentium in spirituales poenas, & qui haecenus incidere, & relaxationes earum praesenti auctoritate reservantur.


XXXIII. Antiquatis igitur omnibus, quae a praedecessoribus nostris diversis sunt statuta temporibus, praedicta, quomodo sanctum or-

adnavit Concilium, & mandavit, precipimus inviolabiliter observari.

Actum est hoc apud Gradum in majori Ecclesia Gradensi anno MCCXCVI. in die nona die Veneris XIII. intrante mense Julio, praesentibus discretis viris Adam, & Adamero Canonicis Gradensibus, Jo: Archidiacono, & Marco Cornella Canonico Castellano, Matthaeo procuratore Capituli Castellani, Facio Canonico Clugensi, Jacobo Morango Canonico Caprulano, & aliis testibus rogatis. In cujus rei testimonium, & evidentiam plenior praefatus D. Patriarcha huic praesenti Concilio, sive publico instrumento iussit suum sigillum in appendione apponi. Et ego Vambolinus Parmensis publicus Imperiali auctoritate notarius, & vice praedicti D. Patriarchae scriba, praedictis statutis, & constitutionibus universis omnibus praesens interfui, & ea omnia de mandato dicti D. Patriarchae, & dictorum suorum suffraganeorum

Publicatae, & expositae fuerunt supra scriptae constitutiones dicti Gradensis Concilii celebrati in provinciali Concilio Gradensi in supra scripto Patriarchatu per venerabiles Patres Dominos Dei gratia Patriarcham Gradensem, & ejus suffraganeos apud Gradum per vener. Patrem D. Aironem Dei, & Apostolica gratia Episcopum Torcellanum supra scriptum anno domini supra scripto, & Indictione in dicta Cathedrali Ecclesia Torcellana die vero XII. exeuntis Augusti praesentibus discretis viris Rev. patre D. Bisontio Dei gratia Abbate Monasterii S. Thomae de Torcello Cisterciensis ordinis, & Rinaldo ejusdem Monasterii Monacho, discretis viris presbytero & presb. Dominico Grauso de Torcello convocato, ut supra scriptum est de hoc specialiter in dicta ecclesia Torcelli. Universis Clericis civitatis, & dioecesis Torcellanae per ejusdem domini Episcopi litteras speciales. In cujus rei testimonium, idem D. Episcopus praesentibus suis sigillum apponi iussit, & appendi.

D Ego Stephanus Novellus filius Veceloti Novelli de Torcello Imperialis auctoritate Notarius & praedicti domini Episcopi Torcellani Notarius praesentes constitutiones



CONCILIUM LONDINENSE

ANNO CHRISTI 1177.

ANNO CHRISTI 1177.

XXVI. Mart. anno Dom. MCCXCVII. presidente Roberto archiepiscopo Cantuar. cum suffraganeis celebratum.

Ex Matthaeo Westmonaster.

ANNO gratiae MCCXCVII. congregatis archiepiscopo Cantuariensi, & quibusdam aliis coepiscopis suffraganeis suis, apud sanctum Paulum, Londini xxvi. die Martii, iterum pro statu ecclesiae consulturis: insurgentes protinus, duo caudicis, & duo de ordine Praedicatorum fratres, regalem & temporalem favorem aucupantes, conati sunt argumentis probare clerum ipsi regi, in tempore belli, non obstante prohibitione apostoli-

Eca, de suis facultatibus posse licite subvenire. Insuper, prohibito sub poena incarcerationis, ne quis contra ipsum regem, & eos qui jamprius suam protectionem quaesierant, excommunicationis sententiam promulgaret: provocatione facta pro se ad Romanam curiam, & pro ipsis. Recesserunt igitur omnes, oneratis suis conscientis per archiepiscopum, sic dicentem: Salvet suam animam unusquisque.

ANNO
CHRISTI
1197.

Sententia excommunicationis per Robertum Cantuar. archiepisc. ex synodali decreto lata contra occupatores bonorum ecclesiasticorum, & infringentes articulos chartarum; scilicet magnæ Chartæ, & chartæ de foresta; nec non contra detentores, & incarcerantes clericos.

Ex vet. codice MS. bibl. Cotton.

ROBERTUS permissione Divina Londoniensis episcopus, dilectis in Christo filiis decano & capitulo ecclesiæ nostræ S. Pauli London. salutem, gratiam & benedictionem. Litteras reverendi patris domini R. Dei gratia Cantuariensis archiepiscopi totius Angliæ primatis recepimus, formam, quæ sequitur, continentes. „ ROBERTUS permissione Divina Cantuariensis archiepiscopus totius Angliæ primas, venerabili fratri domino R. Dei gratia episcopo Londoniensi salutem & fraternam in Domino caritatem. Frequenter exigit repentina necessitas, & congrua futurorum cautela, ut & præordinata pro periculis evitandis remedia, sed forsitan negligenter omissa, vivacius iterentur, & nova superaddatur in huiusmodi executione medela, in iis præcipue quæ sanctorum patrum jamdudum sanxit auctoritas, & quæ non possunt a nobis episcopis, qui eorum statuta servare tenemur, absque periculo nostræ professionis omitti. Nuper siquidem in quadam convocatione prælatorum & cleri London. celebrata post festum S. Hilarii, anno Domini MCCXCVI. per nos & coepiscopos nostros communi exitit ordinatio conditum, & eis per nos in virtute obedientiæ ad quorundam eorum excitationem injunctum, ut in cathedralibus ecclesiis & cæteris locis insignibus per episcopos ipsos, in aliis vero ecclesiis singularum diocesium per alios viros idoneos, ad diocesanorum mandatum denunciarentur publice & in genere majoris excommunicationis sententia innodati, omnes qui ecclesiastica bona, sine grata permissione dominorum eorundem vel ballivorum suorum, diriperent, vel a domibus aut aliis locis ecclesiarum per violentiam amoverent. Sed ut ex post facto didicimus, & graviter exinde dolemus: executiones huiusmodi, non absque multorum periculo, & eorum præcipue, qui ad id ex obedientiæ debito tenebantur, ab aliquibus coepiscopis nostris in toto, ab aliis autem in parte, hæcenus sunt omisæ; per quod quamplures malevoli quandoque sumpturunt, & impostero forsan sumunt majorem audaciam taliter delinquendi. „ In ultima etiam innovatione magoarum chartarum de libertatibus & forestæ antiquitus concessarum, per principem nuper facta, dominus rex innovans ordinavit & statuit: quod eadem chartæ ad cathedrales ecclesias, per totum regnum Angliæ mitterentur, & remaneret ibidem, quodque legerentur coram populo bis in anno; & quod archiepiscopi & episcopi regni Angliæ ferrent majoris excommunicationis sen-

Concil. General. Tom. XXIV.

„ tentias in omnes illos, qui contra dictas chartas venient, facto, auxilio, vel consilio, aut in quocumque pacto intingerent chartas ipsas; quodque idem episcopi eadem sententias publicarent, vel facerent publicari in suis cathedralibus ecclesiis bis in anno; & quod episcopi super facienda publicatione huiusmodi negligentes, per Cantuariensem & Eboracensem archiepiscopos, qui pro tempore fuerint, reprehenderentur; & ad denunciations huiusmodi faciendas per eisdem archiepiscopos arcerentur.

„ Nos etiam & nostri coepiscopi tunc præsentis, ac nobis in pontificalibus assistentes apud Westmonasterium, etiam de consensu consilii domini regis tunc in partibus transmarinis agentis, dictam excommunicationis sententiam solemniter tuimus & publicavimus in vulgari. Ut igitur tam salubriter ordinata, & pro tam grandi communi utilitate provita per dissimulationem non transeant sine fructu: jam in ultima congregatione prælatorum & cleri, post festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ apud novum templum London. per nos, nostrosque coepiscopos, & prælatos ac clerum nostræ Cantuariensis provinciæ provitum exitit & conditum, ut dictæ excommunicationis sententiæ contra violatores chartarum, bis in anno, ut supra, videlicet in festis omnium Sanctorum, & Dominicæ in Ramis Palmarum, in cathedralibus ecclesiis per episcopos, si fieri possit, aliquot eorum auctoritate per alios, solemniter publicentur.

„ Quia insuper dominus rex in innovatione prædicta prælati & toti communitati regni promiserat, quod pro nullo negotio quicquam nomine ipsius domini regis de bonis alicujus caperetur, sine totius communi assensu regni: & si contingat (quod absit) aliquos malefactores de domibus, grangiis, aut aliis locis ecclesiasticis, bona ecclesiasticarum personarum auferre, abducere, vel aliquantulum asportare, sine grata permissione dominorum bonorum huiusmodi, vel ballivorum suorum (quod ut præmittitur de voluntate domini regis nullo modo procedere præsumatur) difficile erit & sæpe damnosum personis sic spoliatis, aut læsis, ad suos episcopos semper habere recursum: tam nobis nostrisque coepiscopis & prælati & clero prædictis videbatur expediens, & per eos in eadem congregatione consensus exitit & conditum; ut singulis inferioribus prælati, rectoribus, etiam vicariis parochialium ecclesiarum, detur per suos diocesanos expressa potestas denunciandi publice, & solemniter, malefactores huiusmodi, qui per facti evidentiam notorie & manifeste maleficium huiusmodi perpetrare præsumunt, una cum eorum complicibus dicta excommunicationis sententia innodatos. Quocirca fraternitati vestræ in virtute obedientiæ, firmiter injungendo mandamus, quatenus dictam sententiam contra occupatores bonorum ecclesiasticorum, prout in prima dictarum congregationum, ut supra ordinatum extiterat, in singulis ecclesiis vestræ diocesis, juxta ordinationem eandem: memoratam vero sententiam contra infringentes

Ecce 3 „ tes

ANNO
CHRISTI
1197.

ANNO
CHRISTI
1197.ANNO
CHRISTI
1197.

res articulos dictarum chartarum, per nos A,
 & nostros coepiscopos, ut supra, consensu
 regio interveniente prolatam, secundum
 formam, in præfata ultima congregatione
 provisam, dictis diebus & locis, scilicet,
 bis in anno, in festivitibus superscriptis,
 faciatis in forma, quæ superius tangitur,
 publicari, & in Anglico seriatim in omni-
 bus, ac patenter exponi, pulsatis campanis,
 & candelis accensis, ut propter sole-
 mnitatem huiusmodi (quam laici magis
 quam effectum huiusmodi sententiarum at-
 tendunt) amplius timeatur. Detur etiam
 per vos, sicut in dicta ordinatione ultima
 concorditer exiit ordinatum, inferioribus
 prælatis, & rectoribus ac vicariis, & etiam B
 cappellanis parochialibus, plena & expressa
 potestas denunciandi publice, & nomina-
 tim, cum dicta solemnitate, malefactores
 prædictos, scilicet, occupatores & inva-
 sores bonorum ecclesiasticorum, si qui in hu-
 jusmodi prælatorum locis, aut rectorum
 seu vicariorum parochiis, in futurum bo-
 na huiusmodi invaserint, occupaverint,
 aut amoverint, seu sic invadi, occupari,
 aut amoveri fecerint, in notoria evidenti-
 a ipsius malefacti, majoris excommunica-
 tionis sententia innodatos. Proviso tamen,
 quod non nisi in facto notorio & eviden-
 ti, ac etiam sub testimonio sufficienti, per
 eisdem rectores, vicarios, & presbyteros C
 taliter procedatur: ut insuper, cum talis
 ad supradictam cautelis, amplius arceatur
 ac reprimatur: pervertorum iniquitas, in hu-
 jusmodi malefactorum nominatum, ut præ-
 tangitur, denunciatorum præsentia, cesse-
 tur ubilibet a celebratione Missarum; &
 sic excommunicati per singulos dies Domi-
 nicos & festivos denunciarentur solemniter;
 subtrahita etiam eis, per inhibitionem super
 hoc faciendam, communione fidelium;
 quotique sic ablata restituant, & exinde
 idonea satisfactione præmissa, ab eadem
 sententia congrue fuerint absoluti. Et cum
 de huiusmodi malefacto perpetrato vobis per
 aliquem subditorum vestrorum denunciatum D
 extiterit, vel ad vos exinde publica fama
 pervenerit: plenam cum celeritate iustitiam
 fieri faciatis, malefactores huiusmodi ac
 etiam fautores & complices eorumdem, nec
 non scienter communicantes eisdem, post-
 quam id competenter inhibuit fuerit, per
 coerciones canonicas diligenter & acriter
 puniendo.
 Similem etiam excommunicationis sen-
 tentiam in omnes illos, qui manus in cle-
 ricos tenere violentas iniecerint, faciatis
 in solemnitate eadem publicari. Si vero in
 tantum aliquorum se extendit iniquitas,
 prout forsitan evenire posse timetur, quod
 prælati, seu ecclesiarum rectores aut vica- E
 rii, sive presbyteri, vel alii ecclesiastici vi-
 ri quicumque, occasione præmissorum, vel
 alicujus eorum, per laicalem potentiam cap-
 tiantur, seu detineantur in carcere aut in
 custodia quoquomodo: vobis injungimus in
 virtute obedientiæ, prout etiam in dicta
 ultima congregatione per prælatos & cle-
 ricorum ordinatum extiterat, ut loca, in qui-
 bus sic capti detinebantur, & quatuor ec-
 clesias proximo vicinas, quatenus sub di-
 strictu vestro, extiterint, interdictione eccl-
 eastico proxime supponatis; & sic interdi-

cta remaneant, quamdiu taliter capti deti-
 nentur ibidem. Et nihilo minus captores
 ac detentores huiusmodi, & auctoritatem
 super hoc præbentes eisdem, singulis die-
 bus Dominicis & festivis post scelus huius-
 modi perpetratum, in omnibus ecclesiis ves-
 stræ diocesis inter Missarum solemnias co-
 ram clero & populo, pulsatis campanis,
 & candelis accensis, ut magis timeatur so-
 lemnitas, denunciarentur solemniter majoris
 excommunicationis sententia innodati. Et
 ut hoc ad notitiam singularum perveniat,
 in Anglico exponatur: donec sic excom-
 municati, congrua satisfactione præmissa,
 in forma ecclesiæ, ab eadem sententia
 per competentem iudicem fuerint absoluti.
 Quia insuper processiones solemnnes, &
 orationum suffragia, quæ pro statu terræ
 sanctæ, & pace, ac etiam tranquillitate &
 prosperitate ecclesiæ, regis & regni, du-
 dum salubriter ordinavimus ac mandavimus
 per dioceses singulas facienda, negligenter
 in multis & non absque multorum pericu-
 lo hætenus, ut audivimus, sunt omissa,
 de quibus, si fierent, fructus maximus me-
 rito speraretur: ac etiam dominus rex nu-
 per in ultima congregatione prædicta per
 nuncios suos rogaverit, ut pro eo & suis
 in expeditione præsentis, quam contra ho-
 stes ipsius & regni nuper assumpsit, ora-
 tiones & suffragia huiusmodi fieri, necnon
 Scotos & eorum complices, qui ecclesias
 regni Angliæ & loca ecclesiastica violenter
 invadere, comburere, ac bonis ecclesiasti-
 cis ausu sacrilego spoliare, pacemque re-
 gni & ecclesiæ patenter infringere ac per-
 turbare præsumperant & præsumunt, ut
 dicitur, excommunicatos publice per no-
 stram denunciari provinciam faceremus:
 vobis, ut supra, mandamus & injungimus,
 quatenus dictas processiones, & orationum
 suffragia, tam pro statu terræ sanctæ, &
 pace regni & ecclesiæ Anglicanæ, quam
 etiam pro domino rege & sibi adherenti-
 bus sua expeditione præsentis specialiter,
 necnon denunciations excommunicationum
 prædictas, per totam vestram diocesim sin-
 gulis diebus & locis, quibus id expedire
 videritis, solemniter per vos, quatenus ad
 vos attinet, & ulterius per alios, fieri fa-
 ciatis: hæc omnia tam vigilanter & solli-
 cite prosequentes, ut ex hoc status eccle-
 siæ reformetur in melius, & vestrorum
 augeatur cumulus meritorum. Vos etiam
 temporibus opportunis per totam vestram
 diocesim faciatis inquiri, an præmissa per
 vestros subditos, quatenus ad vos pertinet,
 fuerint, ut superius tangitur, observata.
 Et nos super his tam de facto vestro, quam
 subditorum vestrorum certificetis idonee,
 saltim semel in anno, per vestras litteras
 patentes harum seriem continentes. Datæ
 apud Oseford. vi. Idus Julii, an. Dom.
 MCCXCVII. consecrationis nostræ iv.
 Sententias igitur contra invasores & occu-
 patores bonorum ecclesiasticorum, necnon
 contra infringentes articulos dictarum charta-
 rum, tam in genere, quam in specie, se-
 cundum formam quæ supra traditur, diebus
 ad hoc statutis, cum solemnitate præmissa,
 in præbendis & ecclesiis vestræ jurisdictioni
 subiectis, ac etiam contra injicientes manus
 violentas in clericum, lingua omnibus intelli-
 gibili

ANNO
CHRISTI
1177.

gibili faciatis tam per vos, quam per vestros subditos publicari. Hæc autem & alia, quæ in hoc exprimuntur mandato: vobis & ceteris plenam & liberam potestatem committimus exequendi. In nostra vero ecclesia sancti Pauli, nos ipsi, comite sanitate, ac impedimento cessante, exequemur præmissa diebus, ut supra sit mentio, præstitis. Processiones insuper, & orationum suffragia, ut in præsentis continetur mandato, in ecclesia nostra prædicta, cum devotione, more solito, fieri faciatis. Sententiam etiam excommuni-

ationis, quam Scoti & eorum complices, ob causas in hoc mandato expressas, quas in promulgatione huiusmodi sententiæ volumus patefieri, incurrisse noscuntur, quantocius fieri poterit, in locis in quibus expedire videritis, faciatis solemniter publicari. Nos postea super præmissis omnibus opportuno tempore certificantes, per litteras vestras patentes harum seriem continentes.

Datum apud Orseth viii. Kalend. Augusti, anno Domini supradicto.

ANNO
CHRISTI
1177.

AD LONDINENSE CONCILIUM

Anno 1197. habitum.

ADNOTATIO CRITICA ET ADDITIO.

Ex Man.
supp. no. III.
Pag. 110.

Londinense concilium anni 1197. ad B diem XXVI. Martii indidum Labbeus quidem recte commemorat ex Westmonasteriensi; non recte tamen unicum tantummodo concilium Londinense anni ejusdem 1197. recenset. Duas enim cleri Anglicani convocationes uno eodemque illo in anno distinguendas esse plura docent. Ac primo litteræ ipsæ Roberti Cantuariensis archiepiscopi duplicem coadunationem agno-

scunt, alteram die festa S. Hilarii anni 1196 stilo veteri; novo autem 1197. habitam; alteram vero, quam *ultimum* vocant post festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ apud *novum templum Londoni*. Insuper secundæ hujus synodi ipsæ supersunt convocationis litteræ ad Patres missæ, quas cum actis reliquis ad concilium hoc postremum pertinentibus ex Wilkins huc transfero.

Archiepiscopi Cantuar. citatio episcoporum & cleri ad convocationem apud Novum Templum London. Ex reg. Winchelsey fol. 218. b.

Abert Wil-
kins t. II.
pag. 116.

Robertus, permissione divina, &c. venerabili fratri domino Richardo, Dei gratia London episcopo, salutem, &c. Articulus arduus, videlicet de magnis chartis libertatum & forestæ salubriter innovandis, & de juribus ac libertatibus ecclesiæ Anglicanæ, quæ hætenus deciderunt, & adhuc continue decidunt in abusum, recuperandis a principe, de quibus ecclesiæ atque clero magna pervenerint utilitas & tranquillitas personarum; necnon transitu & abcessu, magnam celeritatem & consilium grande desiderant; ex quorum etiam dilatione horrenda timetur communitatis ac regni turbatio, nos, & quosdam nostros coepiscopos, cum quibus inde tractavimus, & quorum consilio quoad id solidamur, excitant & violenter impellunt, ut provinciam nostræ Cantuar. episcopos atque clerum ex his causis protinus convocemus; quocirca fraternitati vestræ committimus & mandamus, quatenus sine mora præfatos episcopos, & totum clerum per locorum diocesanos faciatis in dioc. singulis preemtorie convocando citari; &c. ut compareant apud Novum Templum London die sancti Laurentii martiris, una cum diebus sequentibus usque ad finalem expeditionem tractatus huiusmodi con-

tinuandis ac etiam prorogandis; quem terminum sic ex causis prænotatis arctamus, vobiscum, & cum cæteris sic vocatis, de præmissis prudenter & efficaciter tractaturi, suumque ad ea, quæ sanius providebuntur ibidem pro seipsis & aliis, quorum nomine sic mittentur, plenum & sufficientem adhiberi consensum, & unanimiter provisuri, quo ordine atque modo, quibusque locis & tempore, nec non & per quas personas sic provisæ fuerint exequenda. Vos etiam præmunimus; & cæteros sic citandos præmuniri mandamus, quod absentes in citatione prædicta, nisi evidens & inevitabile impedimentum per probationes certas superesse docuerint, tanquam inobedientes & offensores notorios, graviter puniemus. Vos etiam ad hoc idem citamus, vestrosque subditos citari præcipimus, in forma superius annotata; rogetis insuper, & per nostros coepiscopos in suis dioc. vice nostra rogari mandetis religiosos exemptos, vestras & suarum diocesium, ut dictis diebus & loco compareant, tractaturi & facturi, ut supra, quod fuerit opportunum, &c. Vetele semper in Christo. Dat. apud Waleworth juxta London. 17. calend. Augusti, anno Domini &c.

Respon-

ANNO
CHRISTI
1197.

Responſio pralatorum & cleri Cantuar. provincia facta regi pro renovatione chartar. libertat. & foreſta; quod, inconſulto papa, nihil de bonis ecclief. ſibi poterant conferre. Ibid. fol. 220. b.

ANNO
CHRISTI
1197.

Ibid.

L vous membre, sire, coment monstre e offert fuist nadgues al erceveskes e partie des eveskes dunke presens, cest assavoir de Loundres, Norwys, Nicole, & Baade, par vous, ke le clerge vous feist un regard pour les chartres de communes & de la foreste, renouveler, e de adresser leitat de seinte eglise, a cel heure vis fuist al erceveskes, e as autres eveskes avantdit, ke ceo serreit bien a fere, mes il ne poerent rien granter sans les autres prelates e la clergie, dont le erceveske fist un assemble des prelates e du elerge ore a jour seint Lorens a Noueu Temple de Loundres, e unt cestes choses debatu communement par tous les degres du clerge, e chefcun degre bailla al erceveske, en presence des eveskes, soun

respons en escrit; dont tut lur avisement en les avantdites choses est ke il ne purrent rien graunter des biens de seinte eglise, pour les chartres renouveler sans conge le pape, par mons de resouns des autres adresevius del estat de seinte eglise, fuist avis memes cea autres tous tous, mont poy exceptes; mes il espeyrent ke par bones retonnes, ke serreyent monstrez a la pape legerement, averunt le conge; & prient, si vous plest, pour commun prou, & pees de seint eglise, & de tut le reume. voillet soeffrier ke il puissent hastivement enveer par commun counseil de vous, e de lour, ou tut par eus, pour les choses avantdites.

Littera archiepiscopi & episcoporum, &c. ad comitem marescallum, & barones, de colloquio habendo. Ex reg. Winchelsey fol. 219. b.

Ibid. p. 127.

Robertus &c. totius Anglie primas, Dunelm. O. Lincoln. R. London. W. Elien. R. Norwicen. & W. Bathon. & Wellen. episcopi, ac W. Dublinen. electus, dilectis filiis, virisque nobilibus & discretis domino comiti marescallo, ac vestre provida comitiva baronibus, salutem, gratiam, & benedictionem. Habito nuper inter caetera cum domino rege de vobis & contingentibus statum vestrum affectuoso tractatu, placuit domino regi, quod de habendo vobiscum colloquio, de quo tetigimus, quod inde nobis videretur expediens, faceremus. Zelum igitur & visceralem affectum ad vos & statum vestrum, totiusque regni, & incolarum ejusdem, ac ecclesie Anglicane, ad quorum profectum, ut credimus, laboratis, securitatem & pacem, ac commodum & honorem habentes, & precipue ut, exclusis

periculis, quae ex vestra discordia contingerent, singula inter dominum regem & vos, ad bonam & efficacem concordiam, dante altissimo, cujus ad id speramus praesidium, pro nostris viribus deducamus; concordiae consideratione consulimus & rogamus, quatenus modis omnibus sine mora apud Waltham, seu Berking, aut Stratford, seu alium locum juxta London, quem reputatis idoneum, redeuntes, nobis diem & locum, quibus ad vos possimus accedere, & vobiscum super his cum affectu tractare, per latorem praesentium intimetis. Valete semper in gaudio & honore. Et nos dictus archiepiscopus ad praedictorum episcoporum & electi rogatum sigillum nostrum praesentibus duximus apponendum. Datum apud Westmon. 14. calend. Augusti, anno Dom. MCCXCVII.

Eisdem, de mutuo colloquio habendo. Ibid.

Ibid.

Robertus, permissione divina, &c. R. London. O. Lincoln. R. Norwicen. W. Elien. W. Bathon. & Wellen. J. Landaven. episcopi, & W. Dublinen. electus, dilectis filiis, ac viris nobilibus & discretis dominis R. marescallo, H. Hereforden. comitibus ac baronibus de vestra nobili comitiva, salutem, &c. Intimato domino regi hac die Lunae per nos vestro responso litteratorie destinato, satis eum judicio nostro placabilem vidimus & benignum, & in fine consentientem, ut ita vobiscum de negotio inchoato tractemus, quod idem negotium citra instantem diem dominicum, vel ipso die dominico decidatur; ultra quem diem, nisi negotium ipsum finem tunc habeat, quilibet faciat suum melius, & suo judicio relinquatur. Dominus vero rex, coram nobis omnibus veraciter & constantiter, ut nobis videbatur, promiserat, quod nihil mali aut periculi interim vobis aut vestris, de quocumque facto a die, quo vobis prius scripsimus usque modo, vel imposterum usque dictum diem dominicum, auctoritate regia, quocumque modo proviso, seu etiam pro-

videndo eveniet, etiam si vos ipsi in ejusdem regis praesentia susteretis. Et quia dominus rex hac die Mercurii se removere proponit, ad negotium taliter expediendum tempus ultra dictum diem dominicum non habemus; multum expedit, ut vos de praemissis, & quid de eis intenditis facere, tamquam viri providi & discreti, cum omni celeritate tractantes, nobis tam cito vestrum intimetis propositum, ut infra terminum praenotatum id possimus domino regi referre, & de his expeditionem idoneam procurare. In vestro quoque tractatu prudenter advertite, quanta pericula ex praesenti discordia, si duraret, toti regno a suis ministris circumdato, vobisque & vestris per consequens evenirent. Nos quoque archiepiscopus antedictus ad dictorum episcoporum & electi rogatum, absente Dunelm. episcopo, qui prius vobis nobiscum scripserat, sigillum nostrum privatum praesentibus duximus apponendum. Valete semper in Christo cum gaudio & honore. Datum apud Westmon. 11. calend. Augusti, anno, &c.

ANNO
CHRISTI
1197.

*Archiepiscopi Cantuar. littera denunciationis fratribus predicatoribus & aliis
missa, super compescendis confratribus a quibusdam excessibus.
Ex reg. Winchelsey fol. 221. b.*

ANNO
CHRISTI
1197.

ib. p. 118.

Robertus, permissione divina, &c. probatissima religionis viro, priori provincie fratrum predicatorum in Anglia, seu ejus locum tenenti, salutem, benedictionem, & gratiam salvatoris. Sicut stella de sui natura preclarior per suppositam sibi nebulam saepius obfuscat, sic & forma nobilior ex modico passa pravori frequentius subjacet lesioni; & ratione consimili vestre religionis famam celebrem & preclaram saepius maculari continget, nisi presidentis industria nocivis actibus in eadem cautius studeat obviare. In congregatione siquidem coepiscoporum & prelatorum, totiusque cleri nostre Cantuar. provincie, nuper celebrata London. inter graves & arduos de statu ecclesie Anglicane tractatus, a multis extitit graviter conquerendo monstratum, quod fratres vestri ordinis, ac etiam similibus ordinum, quibus de hoc similiter scribimus, & communi condito statuta papalia, quorum in dubiis non ad alium quam ad statuentem interpretatio pertinet, in ambiguis interpretari presumunt, & tam a summo pontifice ex suorum statutorum effectu majori excommunicatione ligatos, quorum sibi ipsi duntaxat absolutionem reservat, quam etiam episcoporum ac ceterorum prelatorum sententiis jure ordinario involutos, a quibus non nisi per prelatos eosdem, vel superiores eorum ordinariam jurisdictionem, aut principaliter vel accessorie super hoc delegatam habentes, possunt de permissione juris absolvi; necnon sententia simili pro offensa saepius manifesta ligatos, de offensis eisdem, ut convenit, minime satisfacto, frequenter a sententiis ipsis contra juris permissionem absolvunt, & in delictis majoribus quorum ad majores prelatos dispensatio ac relaxatio reservatur, a jure de facto dispensantes, absolvunt illicite taliter delinquentes; necnon ad alia prejudicativa prelati quoad

Aregimen animarum, quod eis a jure committitur, suisque periculosa subiectis, in foro penitentiali, ultra quam decet, licet, aut expedit, dicti fratres suam dicuntur extendere potestatem; per quod & prelati vultus suorum pecorum ab eis per devium & contemptum averfos agnoscere nequeunt, ipsorumque prelatorum subditi tam periculose vagantes, quoad congruam disciplinam ecclesie remanent incorrecti: unde quantum exinde papalis auctoritas contra obedientie debitum, & episcoporum, ac ceterorum prelatorum jus ordinarium eis ab ecclesie constitutione quaesitum, quantumque jus ecclesie quoad offensas, ut convenit, non correctas contra disciplinam ecclesiasticam offenduntur, quantum etiam animarum periculum & scandalum in clero & populo imminet, & oriri poterit de premissis, prudenter advertite; & servatis vestre potentie finibus, ne fratres vestri similia in futurum committant, vigilantissimo studio preceve; scientes quod qui terminos suos frequenter exceperint, a non suis terminis saepius excidentur. Finali quoque consideratione pensate, quod vestre religionis, fratrumque vestrorum queta tranquillitas, aut, quod Deus avertat, totaliter inquietata tempestas causari poterit ex charitativa concordia, vel, quod absit, adversa discordia cum prelati. Hec vobis ac ceteris fratribus, de consimilibus ordinibus, scribimus, tam a nostris coepiscopis, quam etiam a communitate prelatorum & cleri specialiter super hoc requisiti. Quid autem super his consilio deliberato feceritis, nobis ad nostram & dictorum prelatorum ac cleri, vestrumque solatium & quietem, quam citius opportune poteritis, plenius intimetis. Valete semper in Christo ad sue ecclesie commodum & honorem. Dat. apud Mortelake undecimo calend. Septembris, anno Domini, &c. consecrationis nostre tertio.

SYNODUS TRAJECTENSIS

Ex Barvial
facia p. 372.

A WILHELMO EPISCOPO

Anno Domini MCCXCVII. celebrata.

Vilhelmus Dei gratia episcopus Trajectensis universis & singulis nostrum processum inspecturis, salutem in Domino sempiternam, viris venerabilibus in Christo, nobis dilectis Decano & Capitulo nostre ecclesie Trajectensis. Propter quorundam canonicorum duritiam, pertinaciam, discordiasque nobis ad Capitulum per eosdem vocatis ad dictorum duritiam, & pertinaciam per nos tanquam ad superiorem compescendum, & ipso in Capitulo existentibus, de ipsorum consilio, & consensu super vita, moribus, ac statu Ecclesie, ac personarum, per inquisitionem sedata per nos prius, quam fuit inter ipsos, discordia, quosdam in ipsa ecclesia defectum in natalibus patientes, in fine dispensatione sedis Apostolicæ contra justitiam, in

honorem Ecclesie ad sacros ordines promotos, & alios illegitimos simplicem a sede dispensationem habentes, ut possint ad sacros promoveri: unde beneficium ecclesiasticum sine cura obtinere invenimus, canonicatus ac prebendas occupari minus iuste, alios etiam plura beneficia contra statuta synodalia in ipsa Ecclesia obtinere.

Considerantes itaque nostra interesse, hujusmodi nefandas tolerantias abolere, & ab ipsa ecclesia penitus extirpare, communicato & deliberato consilio & consensu Decani & Capituli antedictorum, statuimus & ordinamus, & sub penis sententie expensis, & excommunicationis late in his precipimus, ne de cetero aliqui, defectum in natalibus patientes, dispensationem tantum super defectum

ANNO
CHRISTI
1197.

sum metulium habentes, nisi in dispensatio-
ne sedis Apostolicæ sibi facta continentur ex-
presse, quod possint & deoant, per hujus-
modi dispensationem in ecclesia cathedrali in
Canonicos recipi & admitti, recipiantur in
Canonicos in ecclesia prædicta, maxime cum
non sit intentionis Domini Papæ, aliquem
in Cathedrali Ecclesia debere & posse Cano-
nicatum & præbendam obtinere, qui possit
in Decanum, Archidiaconum, & Episcopum
eligi & admitti. Ceterum omnibus dictum de-
fectum patientibus præcipimus, & perempto-
rie monemus, ut infra biennium, a data præ-
sentium numerandum, se per sedem Apo-
stolicam habilitari procurent, ut possint dis-
tos Canonicatus, & præbendas obtinere, alio-
quin ex tunc eisdem vacare decernimus aliis
deferendos.

Infuper inhibemus sub pœnis antedictis, ne
aliquis in aliqua una Ecclesiarum postre civi-
tatis & diœcesis duo beneficia habeat, nisi
præbendis thesauraria, scholasticaria, seu alia
officia de consuetudine sine annexa. In om-
nes & singulos contrarium facientes tam con-
ferentes, quam detinentes, sententias suspen-
sionis & excommunicationis ferimus in his
scriptis. Et præcipimus sub pœna excommuni-
cationis sententia lætæ in his scriptis easdem
sententias per Decanum, sive per Hebdoma-
darium, aut seniore de capitulo, qui pro
tempore fuerit, publicari. In ejus processu
testimonium, sigillum nostrum presentibus est
appensum. Actum & datum anno Domini
1197. die Jovis post Dominicam *Misericor-
dias Domini* &c.

ANNO
CHRISTI
1197.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM

*In causa anathematismorum quos Athanasius patriarcha dignitate cessurus
commisit forulo cuidam abdiderat.*

Anno 1197. habitum.

Ex sup. Man.
10. III. p. 55.

Gregorio Cyprio Constantinopolitano pa-
triarchatu cedere jussu, Athanasius mo-
nachus e monte Gana suffectus est, qui epi-
scopatum more tyrannico administrans brevi
se omnibus exolum reddidit. Quare concita-
tis in se odiis cleri prius, dein episcoporum
in eas angustias redactum se vidit, quibus
prementibus cogere dignitatem obtentam re-
signare manibus Imperatoris, & pristinam cel-
lam repetere. Dum vero ejus coactionis tæ-
dio, mœrore, & indignatione animum habe-
ret perturbatum, exacerbatumque, diras im-
precationes & anathematismos in Imperato-
rem geminis chartis mandavit, eisdemque
ita demum scriptas totidem tessaceis vasis com-
missas in foramine quodam parietum magni
templi occuluit. Res, mortales omnes fugit
quadriennio; sed tandem casu a puero reper-
tis vasis ac reclusis, occulta folia patuerunt.
Mox ad patriarcham Cosmam delata, & ab
eo cum Imperatore communicata, occasionem
synodi indicendæ præbuit, cum anxius Imper-
ator rationem quæreret, qua se ab ea reli-
gione expediret. Hæc Pachymerus lib. 3.
cap. xxiv.

Non una fuit in re proposita patrum sen-
tentia; alii deliri senis censuras flocci habe-
ri, quin & in jus vocari auctorem audacia-
tantæ pœnas laturum consulebant. Malebant
alii conveniri Athanasium, ut qui tulerat cen-
suras ipse tolleret. Repugnabant postremis
hisce quidam, rati hac centuraturum ablatione
a privato facta, non remitti data a patriarcha
anathemata. In hoc sententiarum dissidio Im-
perator conveniendum Athanasium censuit,
ut quæ fuerit viro mens ab ipso proderetur.
Itum est ergo ad Athanasium, qui a se la-
tas censuras illas ultro agnovit, dein scripto
exhibitoque libello falsus est illa se dira in
tumultu concitæ mentis pronunciasse; dein
vero sedatis tumultuantis animi passionibus,
cum voces suadentis rationis auscultare po-
tuisset, retractasse se ex animo peccato quæ
imprudens distraxerat. Non nisi vero ex ob-
livione accidisse, ut quæ olim furore insa-
niens in occulto forulo abdiderat, ibi relin-
queretur. Hæc senis confessio agitatam reli-
gione Imperatoris mentem sedavit; atque ita
c concilio anno 1197. coacto discessum est.

CONCILIIUM LUGDUNENSE,

Quo inhibetur principibus, ne sacerdotibus vestigalia imponant, habitum anno
Dom. MCCXCVII. tempore Bonifacii papæ VIII.

Hæc synodus, inquit *Genebrardus libro quar-
to chronici*, celebrata fuit præside Bo-
nifacio pontifice, qui animadvertens, quoti-
die principes nova vestigalia sacerdotibus im-
ponere, interdum sine justa causa, interdixit
in eo concilio, ne posthac id facerent,
neve sacerdotes injussu Romani pontificis il-
la imposta conferrent. Hæc ex *Polydoro libro
decimo septimo Anglica historia Genebrardus*.

NOTA GABR. COSSARTII S. J.

Expurgandum hoc concilium fuisse, nisi Binium Inse-
grum representandum suscepissimus. Fictitium enim es-
se constat: cum neque hoc anno Bonifacius, nec omnino
ex quo pontifex est factus, Gallias attigerit. Edidit qui-
dem de hoc ipso argumento constitutionem, sed Anagninæ,
xv. Kal. Septemb. anno pontificatus sui secundo, qui an-
nus est Christi MCCXCVI. Quæ hujus de Lugdunensi
concilio erroris origo fuerit, indicaturum se Labbeus spo-
ponderat. Quantum autem ass-qui coajctendo possum.
aliam

aliam nullam probabilem potuisset, nisi quam Spondanus
iam aperuerat: ex eo nimirum id ortum esse, quod in
vetustioribus editionibus libri sexti decretalium inscriptum
esset huic constitutioni: *Bonifacius VIII. in concilio Lug-*
dunensi. Quod mendum in posterioribus editionibus iudica-

tum est. Qui autem sit factum, ut eo irreperit Lugdu-
nensis concilii mentio, non est coniectura difficilis. Inscrip-
tum erat scilicet constitutioni proxime superiori, *Grego-*
rius X. in concilio Lugdunensi, nec posteriores voculas
Bonifacii quoque decreto olicitans librarius inscripsit.

S Y N O D U S S A N T O N E N S I S,

Ex codice constitutionum synodaliu[m] Santonen[s]is ecclesia.

Constitutiones domini Guidonis episcopi
Santonensis promulgatae in syno-
do hiemali celebrata anno Domini
MCCXC VIII.

TITULI CAPITULORUM.

1. De vita & honestate curatorum sacerdotum.
2. De iis qui ecclesias dant ad firmam.
3. Ut ecclesiarum rectores in iis resideant.
4. Ut religiosi deserant habitum suum.
5. De iis qui in alienis parochiis decimas no-
valium percipiunt.
6. De excommunicatis ratione testamentorum.
7. De invasoribus bonorum & iurium ecclesie-
sticorum.

CAPITULA.

I. De vita & honestate curatorum sacerdotum.

Curati sacerdotes, solutares consuetos,
& manicas, sub pena excommunicationis
ulterius portare non praesumant. Constitutio-
nes praedecessorum nostrorum, & provincia-
les, etiam sub penis ibi insertis, praecipimus
observari.

II. De iis qui ecclesias dant ad firmam.

Item denunciamus excommunicatos illos om-
nes, qui sine nostra licentia ecclesias suas
dederunt ad firmam.

III. Ut ecclesiarum rectores in iis resideant.

Item monemus omnes ecclesiarum recto-
res, ut in ecclesiis suis personaliter resideant.
Quod nisi fecerint, poenam constitutionis su-
per hoc editae eos incurrere volumus ipso fa-
cto: illis dumtaxat exceptis, qui a nobis li-
centiam obtinuerunt gratia studiorum. Quos
etiam, si lascivam vitam ducant in studiis,
revocamus: & etiam illos, qui subrepta a
nobis licentia ob causam ignominiosam re-
cessisse dicuntur, super criminibus diffamati.

IV. Ut religiosi deserant habitum suum.

Monemus omnes religiosos, ut tam in do-
mibus, quam extra, deserant habitum suum.
Qui contrarium fecerint, nisi ex causa legi-
tima valeant excusari, ipso facto sententiam
excommunicationis incurrant.

V. De iis qui in alienis parochiis decimas no-
valium percipiunt.

Item monemus omnes illos, qui in alienis
parochiis decimas novalium, sine consensu
nostro & rectorum ecclesiarum, in quarum
parochiis ipsa consistunt novalia, percipiunt,
ut amodo non percipiant: & si contrarium
fecerint, noverint se excommunicationis vin-
culo innodatos.

VI. De excommunicatis ratione testamentorum.

Denunciamus item excommunicatos omnes
illos, qui apud nos ratione testamentorum
excommunicati fuerint: & denunciari man-
damus, nisi infra viginti dies de absolutione
doceant coram nobis.

VII. De invasoribus bonorum & iurium
ecclesiasticorum.

Statuimus, quod quicumque bona clerico-
rum, ecclesiarum, seu ecclesiasticarum perso-
narum, iniuste invaserint, ceperint, occupa-
verint, rapuerint, detinuerint: invadi, occu-
pari, capi, percipi, rapi, detineri fecerint,
mandaverint, procuraverint; vel nomine suo
invasum, occupatum, captum, raptum, de-
tentum, ratum habuerint; & quicumque ju-
risdictionem ecclesiasticam, jura, consuetudi-
nes laudabiles ecclesiarum hactenus observa-
tas, impediverint, turbaverint, vel oppres-
siverint scienter. ipso facto excommunicationis
sententiam incurrant. Et haec diebus Domi-
nicis, & aliis solemnitatibus, in ecclesiis, &
aliis locis ecclesiasticis, mandamus nunciari.

SYNODUS DIOECESANA HERBIPOLENSIS

A MANEGOLDO HERBIPOL. EPISCOPO

celebrata ann. Cbr. 1298.

BONIFACII VIII. PAPÆ IV. ADOLPHI REGIS VII.

Ista statuta, omnibus animas regentibus valde necessaria & utilia, per Nos Manegoldum episcopum Herbipolensem an. D. J. 1298. in plena Synodo, de concilio Prælatorum nostrorum & assensu, de novo sensu edita; horum siquidem statutorum in quolibet decanatu Ruvenſi copia ad manus præcipitur esse una, honestam tamen est & consultum, quod in qualibet parochia una copia habeatur.

ANNO
CHRISTI
1298.ANNO
CHRISTI
1298.

*Affert P. I.
Hartmann
ad Io. IV.
Concil. Germ.
Pag. 24. ex
cod. ms. Bi-
blioſ. Car-
melit. Bam-
berg.*

I. De Dominica præcedente Synodum, sacerdotes, qui cappellanos non habent in suis parochiis, diligenter inquirent publice in ecclesiis, si qui sint infirmi in parochia, & feria inſequenti, siue antequam iter arripiant, eos communicent, etiam non requisiti, & faciant quidquid necesse fuerit ad salutem animarum, nihilominus tamen procurantes provisionem eorum fieri per cappellanos vicinos in aliis ecclesiis remanentes.

Præcipimus insuper, ut omnes veniant ad synodum, maxime curam animarum habentes, & si inevitabili necessitate detenti fuerint, mittant cappellanum suum aut clericum suum loco sui. In eundo & redeundo honeste ambulent, & honeste requirant hospitia, & in eis circumspicte se habeant, ne status clericorum vertatur in populo in ludibrium, opprobrium & contemptum, & qui ex causa remanet, eam Decano, & Decanus episcopo studeat intimare.

Item præcipimus sacerdotibus, ut jejuni veniant, & induti superpellicis ad synodum.

Item præcipimus sacerdotibus sub pena suspensionis ab officio, quod a tempore publicationis synodi, omni occasione postposita, majorem ecclesiam intrare festinent.

De Baptismate.

II. Laicus, qui necessitate puerum baptizavit, diligenter interrogetur a Sacerdote quid dixerit & quid fecerit; & si sacerdos eum invenerit discreto modo & debito baptizasse, alato puero ad fores ecclesie, suppleatur quod deest, scilicet pabulum, sal, aurium inunctio cum saliva, exorcismi tamen non dicantur super fontes, & sine immersione fiant omnia, quæ fieri solent. Ad elevandum etiam puerum de sacro fonte, tres tantum recipiantur.

De divinis officiis.

III. Sacerdos celebrans diligenter attendat, quod hostia sit integra, & vinum non sit acetosum, & quod aquam non omitat. Quod si autem omiserit, quando advertit, apponat aquam, si sine scandalo fieri potest; si vero per negligentiam evenerit, quod perſecto canone, & peracta consecratione, nec sanguis nec aqua reperiat in calice, debet statim infundi utrumque & a consecratione sanguinis incipere.

Item præcipimus sacerdotibus ut quando inceperint in canone missæ *Qui pridie* &c. tenentes hostiam non elevent eam, sed ante pe-

Actus detineant, donec dixerit: *Hoc est corpus meum*, & tunc elevent eam decenter, ita ut possit videri. Et post susceptionem corporis & sanguinis Domini ab expuendo abſtineant; & si abſtinere non possunt in loco mundo hoc faciant, qui conculcari non possit. Si quid de sanguine Christi ceciderit super corporale, sugenda est pars intincta; & ipsum corporale panno mundissimo involutum pro reliquiis servandum. Si vero super pallam vel super aliud sacrum indumentum, pars intincta prius fugatur, & postea abſcindatur, & comburatur, vel consuta panno servetur pro reliquiis; ita tamen, quod super pannum cedula nomina illarum reliquiarum continens apponatur. Si autem super aliud commune vestimentum ceciderit, pars intincta prius fugatur, & comburatur, & cinis in sacrario reponatur: si super lignum, lapidem vel terram ceciderit, tergendus & radendus est locus ille & pulvis in sacrario reponendus: si autem de corpore Christi super quodlibet aliud indumentum ceciderit, pars super qua ceciderit abluatur, & ablutio a sacerdote sumatur, vel ab alio mundæ conscientie. Si vero super lapide, lignum & terram, locus radatur, & pulvis in sacrario reponatur: sacerdos autem siue minister, cujus negligentia hoc acciderit, debet mitti ad Episcopum; si musca vel aranea, vel aliud tale in ipsum calicem ceciderit, quod vix sine vomitu, & aliquando sine periculo corporis sumi potest, sanguis sumatur superfuso vino, & ipsum quod ceciderit, abluatur, & ablutio a sacerdote sumatur, vel ab alio mundæ conscientie, & postea illud in sacrario comburatur, quod si fides ipsa, id quod ceciderit, quempiam sumere fecerit; Deo gratias.

Sacerdos die octavo renovet sacramenta, Eucharistiam & fontem benedictum, ne sui vetustate aliqui ad indevotionem moveri valeant aut errorem. Nullus antequam matutinas canonicas, primam & tertiam dixerit, missas celebrare præsumat præter aliquam necessitatem. Calix post missam panno mundissimo involvatur, nec ministri cum eodem calicem intus detergant, sed alio ad hoc specialiter deputato, quod si non satis decens fuerit, vel vetustate contritus, in sacrario comburatur.

Nullus bis in die celebrare missam, nisi magna necessitas id exoptat, excepto die Nativitatis Domini: unam autem missam cantabit Sacerdos in die & de die; felix enim est qui unam digne celebrare potest; & aliam, si necesse est, cantare poterit pro defunctis; idem autem de die est dictum, quod quidam post-

posi.

ANNO
CHRISTI
1191.

posito officio specialis missam celebrent de Sanctis, quorum festiuitates tunc non sunt; sunt enim secundum consuetudinem dierum missarum sollemnia celebranda; celebrantes quoque missam secundam, vinum perfusionis non sumant, sed ministro habenti bonam conscientiam conferatur.

Inhibetur presbyteris ne hostias dent parvis ullo modo, nisi causa communicandi.

Inuenimus X. sequentes praerogationes in catalogo tantummodo recipiendas; unam in Paschate, videlicet: *te quidam omni*, aliam in Ascensione, scilicet: *qui post Resurrectionem*, tertiam Pentecostes, quartam de Trinitate, *qui cum unigenito*, quintam in festo B. Mariae, sextam in festo S. Crucis, septimam de Apostolis, octavam in nativitate Domini, nonam in epiphania Domini, decimam in quadagesima, scilicet, *qui corporali*.

Districte praecipimus ut Sacerdotes diuinum officium nocturnum & diurnum pariter distinde & aperte, quantum Deus dedit celebrent & devote. Honestum siquidem esset, quod stantes canonicas horas dicerent, maxime in diebus festis, ut alii videntes laborem & deuotionem glorificent Patrem nostrum, qui in caelis est.

Praecipimus, quod in altari in quo tabula mota fuerit vel enormiter fracta, sacerdos non celebret, donec altare consolidetur, & iterum consecratur. Et ampullas scilicet vini & aquae in ministerio altaris sint mundae, integre, vitreae, vel stannae, aurae sive argenteae, sed ab ablutione manuum vas grandius deputetur.

Provideant etiam Sacerdotes, quod lavatoria habeant iuxta altaria decentia, munda, ablutionis cuiuslibet liberum exhibentia, nec sine cooperitorio relinquuntur. Iuxta altaria etiam ad minus tria manutergia habeantur, unum ad primam ablutionem, secundum post euangelium, tertium post sacramenti summptionem, sed & unum sit pendens circa missale ad tergendum os & nares, si opus fuerit, Sacerdotis.

Sacerdos sive Diaconus corporalia saepe abluant, induti superpellicio, in vase mundo ad hoc specialiter deputato, & omnes ablutiones, si fieri potest, in lavatorio reponantur, vel saltem prima, ceterae autem in baptisterio. Item altaris linteamina & indumenta sacerdotalia, non nisi a sacerdote vel diacono vel ab aliqua matrona, vel virgine, sine appositione aliorum pannorum convenienter, quando opus fuerit, abluantur.

Statuimus, ut per omnes ecclesias christiana & eucharistia sub fidelibus clauibus adhibitis conseruetur, ut non possit ad illa temeraria manus extendi; si vero ad quem spectat custodia, eam incaute reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur, & si per eius incuriam aliquid nefandum inde contigerit, grauius puniatur.

In hoc concilio firmiter inhibemus, ne suppellectilia propria sive aliena in ecclesiis admittantur, nisi propter hostiles incurfus aut incendia repentina, sive alias necessitates, ut populum ad eas oporteat habere refugium, sic tamen ut necessitate cessante cuncta repertantur.

Librum qui dicitur manuale, tecum habeant singuli presbyteri parochiarum, ubi continetur ordo baptismi, catechismi, extremae unctionis, & huiusmodi libros alios, in quibus possit di-

Concil. General. Tom. XXIV.

vinum tam diurnum quam nocturnum officium celebrari.

Praecipimus sacerdotibus, ut omnes redditus ecclesiae contineant, & de rebus ecclesiae nihil alienent, nisi per Episcopum. Nullus etiam sacerdos terram transeat sine libro, in quo canonicas horas, omni die legant, prout necesse est. Imagines vetustate deformatae & linteamina sacra vetustate attrita, sacris utensibus inutilia comburantur, & pulvis iuxta praerogationem recondatur ecclesiae, quia posset intuentes ducere in errorem.

Praecipimus Sacerdotibus, ut diuino officio celebrato, & populo regresso ad propria, ecclesias suas firmare studeant diligenter.

De caemeteriis.

IV. Prohibeant Sacerdotes sub poena excommunicationis choreas maxime in caemeterio, vel in ecclesiis duci; moneant etiam ne alibi fiant, quia, ut dicit Augustinus: *melius est etiam in festis diebus fodere vel arare, quam choreas ducere*, & quia grave peccatum sit in loco sacro choreas ducere perpendi potest ex poena secundum rigorem canonum talibus injungenda: si quis enim choreas, vel balatos in ecclesiis sanctorum fecerit, emendationem pollicetur, tribus annis poeniteat. Nullus de novo in caemeterio aedificare permittatur, nec domus aliqua si diruta fuerint, per annum durante ruina, ibi reaedificentur, nec fimus nec immunditia aliqua in caemeteriis admittantur.

De vita & honestate clericorum.

V. Clerici officia vel commercia secularia non exerceant, maxime inhonesta nimis; ioculatoribus & histrionibus non intendant; tabernas presbyteri evitent, nisi forte in itinere constituti; ad aleas vel taxillos non ludant, nec talibus ludis intersint; coronam & tonsuram habeant competentem, & se in officiis & aliis bonis studiis exerceant diligenter. Vestimenta ordinem clericalem decentia deserant, nimia breuitate vel longitudine non notanda; pannis viridibus, vel rubeis, nec non manicis aut focalibus, fraenis, sellis, pectoralibus, calcariis deauratis, aut aliis superfluitatem generantibus non utantur; fibulas omnino non ferant, neque corrigias, auri vel argenti ornatum quarentes, sed nec annulos nisi quibus id competit ex officio dignitatis, palliis disablatis non utantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus . . . connexis.

Nullus clericus sententiam sanguinis dicat vel proferat, nec sanguinis iudicium exerceat, aut, ubi exerceatur, intersit.

Nullus clericus, diaconus, subdiaconus, aut sacerdos artem chirurgicam exerceat, aut, ubi exerceatur, intersit, nec quisquam purgationem aquae fluentis vel frigidae sive ferri candentis, seu ritum cuiuslibet benedictionis ante consecrationem impendat.

Continenter & caste vivere studeant, inuersi in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio praecauentes, maxime illo, propter quem venit ira Dei in filios dissidentiae, quatenus in conspectu omnipotentis Dei puro corde & mundo corpore valeat ministrare. Ne vero facilitas venae incontinentium tribuat delinquendi, statuimus ut qui comprehensi fuerint incontinentia vitio laborare, prout magis

Fiff 2

vel

ANNO
CHRISTI
1191.

ANNO
CHRISTI
1191.

vel minus peccaverint, puniantur secundum canonicas sanctiones, quas efficacius & districtius præcipimus observari, ut quos timor Dei a malo non revocat, temporali saltem pœna cohibeantur a peccato. Si quis igitur hac dicta pœna suspensus præsumperit celebrare divina, non solum beneficiis spoliatur, verum etiam pro duplici culpa perpetuo deponatur; sciat etiam se irregularitatem incurrisse, a qua non poterit absolvi, nisi auctoritate sedis apostolicæ speciali.

A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter ablineant, unde vinum sibi temperent; cum ebrietas mentis inducat exilium & libidinis provocet incentivum, unde illum abusum penitus decrevimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores, & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices sæcundiores exhaurit; si quis autem ex his culpabilem se exhibuerit, nisi a superiore communitus, satisfecerit, ab officio & beneficio suspendatur.

Inhibemus etiam ut nullus sacerdos feminas, de quibus suspicio potest esse, habere secum in domo sua præsumat, sed si quam de his necessitatem habuerint presbyteri, habeant in vico domus longe a sua conversatione, & ibi eis necessaria subministrant.

Prohibemus etiam sub pœna excommunicationis districtissime ut nulla femina ad altare præsumat accedere, & presbytero ministrare, aut inter cancellos stare vel sedere, quando sacra mysteria celebrantur.

Prohibemus sacerdotibus districtè, ne secum prolem habeant quam in sacris ordinibus genuerint propter scandalum evitandum.

Prohibeant sacerdotes ne laici publice teneant concubinas, & si post monitionem trianam tenuerint, tam ipse, quam ipsa ab ingressu Ecclesiæ arceantur, & si perseveraverint gravius puniantur.

Item in hoc concilio est statutum, quod antiquæ reliquiæ extra caplam amodo non ostendantur, nec exponantur venales, inventas autem de novo, nemo publice venerari præsumat, nisi prævia auctoritate Rom. Pontificis fuerint approbatæ.

VI. Nullus passim recipiatur ad prædicandum vel ad audiendas confessiones, sive ad iniungendum penitentias, nisi fuerit authentica persona & ab Episcopo ad hoc destinata, quod licet quilibet sacerdos in sua ordinatione potestatem ligandi & solvendi recipiat, executionem tamen non recipit, nisi sibi a Papa vel suo Episcopo conferatur. Unde nulli Plebanorum loci audire confessiones vel prædicare præsumant, nisi de indulgentia speciali Episcopi. Quæstiones quoque elemosynarum tantum ea dicant populo, quæ in litteris domini Papæ vel Episcopi continentur, nec ultra prædicare, cantare vel legere permittantur: sacerdos autem loci populum sibi commissum diligenter inducat ad elemosynas erogandas pietatis intuitu.

VII. Statuimus quod ornamenta ecclesiæ non obligentur pignori, nisi pro necessitate ecclesiæ, & de consensu parochianorum: calices vero & vestes sacræ Judæis non exponantur nisi firmiter non obserentur, ne ipsorum manibus valeant attrahi, quibus, ubi possunt, contumeliam irrogant Salvatori.

VIII. Prohibemus sacerdotibus & aliis clericis ut aliqua de ecclesiis suis Domino ter æ,

vel cuiuscumque alii homagia, vel aliquid tale facere non præsumant, donec habeant sui episcopi consilium, ut ejus auctoritate fiat, quod fuerit faciendum.

Nullus curam animarum habens vel non sacerdos ecclesiam ad firmam vel sub annuo censu recipiat, nec sacerdos etiam nisi de Episcopi licentia speciali.

IX. Prohibemus sacerdotibus, ut cum re, vel homo ecclesiæ detinetur, moneant detentorem, ut reddat vel recedat, & sacerdos & decanus cautionem recipiat, & coram Episcopo vel officiali partibus assignent terminum competentem; si autem reddere vel recedere noluerit, & de detentione consliterit locum, in quo homo vel res ecclesiæ detinetur, interdito supponant, si locus est de dominio detentoris, alioquin detentorem monitione præmissa per Episcopum vel officialem ejus ad hoc compelli volumus ecclesiasticam per censuram, & hæc ipsa ordinatio a plebanis & parochis suis frequentius publicetur.

X. Nullus clericus vel religiosa persona, vel laicus recipiat decimam de manu laici, nisi per manum episcopi.

XI. Districtè præcipimus, ne sacerdotes cultellum cum cuspide portent, vel in aliis ordinibus constituti, vel etiam alia arma, nisi iusti causa timoris.

De testamentis.

XII. Prohibemus sacerdotibus, ne sua testamenta ordinent per manum laicalem, & ipsi frequentius prohibeant laicis, ne testamenta sua faciant sine præsentia sacerdotis, nisi sacerdos ex industria noluerit interesse.

Præcipimus clericis, ut mobilia de bonis ecclesiæ acquisita, tantum modo suis legent ecclesiis, cum de jure de illis aliud disponere non debeant, sive possint: de bonis vero suis mobilibus poterunt facere rationabile testamentum; domum vero, utensilia, ac suppellectilia successoribus suis relinquunt.

XIII. Præcipimus omnibus clericis habentibus ecclesias, ut ad singula tempora ordinum se offerant ordinandos, & qui ordinati sunt, in ecclesiis suis resideant, nisi eis de licentia episcopi aliter facere permittatur.

XIV. Presbyteri super excommunicationibus vel absolutionibus faciendis & divinis refutentis cuiquam sine litteris non credant: sententias exequantur audacter, latas strictè servent, nec timore parentes alicui vel amore.

Cum aliquid mandabitur decanis vel aliis plebanis, & mandatores alias certificari de executione non possint, apponant sigilla sua, vel alia authentica, si propria, quod ablit, non habeant ad litteras mandatoris, in signum executionis per eos fideliter adimpleræ.

De excommunicatis.

XV. Quando aliquis excommunicatus ab ecclesia absolvendus est, super hoc pars adversa certificetur, & tunc solemniter psalmo penitentiali *Miserere* & oratione *Absolve* devote & cum gravitate absolutio impendenda, injuncta sibi penitentia salutari. Sciendum est, quod excommunicati sunt ipso facto qui in clericos vel religiosas personas manus injiciunt violentas, incendiarii cæmeteriorum & ecclesiarum, & qui litteras domini papæ falsant, vel ad hoc

ANNO
CHRISTI
1192

hoc ammiculum parant, vel etiam salatas apud se scienter ultra xv. dies servant, vel falsis utuntur etiam ignoranter, si crassa sit ignorantia & supina. Item excommunicati sunt per episcopum sortilegia de sacramentis ecclesie facientes, & qui malitiose procuraverint abortum. Sciendum etiam quod excommunicatus a quolibet sacerdote absolvi potest in articulo mortis satisfactione premissa fieri potest, si pro offensa manifesta vel rejudicata excommunicatione fuerat innodatus: sane si quisquam tanta paupertate gravetur, quod satisfacere nequeat praeter cautionem, dum ad fortunam pervenerit pinguiorem, etsi nullam aliam praestare possit, recipiatur in communionem.

De jejunia.

XVI. Sacerdotes praecipiant omnibus aetatem adultam habentibus instituta ecclesiastica observare, ut jejunium quadragesimale, quatuor temporum, vigiliarum, scilicet natalis Domini, assumptionis B. Mariae, B. Johannis Baptistae, Apostolorum, praecipue Petri & Pauli, Laurentii martyris, omnium Sanctorum, jejunium in Litania majori, festo B. Marci, & in diebus Rogationum; excipiuntur tamen vigiliae Apostolorum Philippi & Jacobi, & beati Johannis evangelistae, quoniam illorum festivitates infra solemnitate paschalem, istius autem infra natale Domini celebratur, si quae autem de vigiliis jejunandis die Dominico evenierit, indicandum est jejunium die tabbati praecedenti.

De diebus festis.

XVII. Praenuntiandum est etiam laicis ut scient tempora feriandi per annum in omni dominica a vespere usque ad vespeream cum omni veneratione ferianda; isti autem sunt dies feriati, qui ob reverentiam Dei & sanctorum nescuntur esse statuti, scilicet, Natale Domini, S. Stephani, S. Johannis evangelistae, Innocentium, S. Thomae, Circumcisionis Domini, Epiphaniae, quatuor festivitatum B. Mariae Virginis, dies Parasceve cum omni reverentia & honore, Resurrectionis cum tribus diebus sequentibus ad minus, Ascensionis Domini, Inventionis S. Crucis, Pentecostes cum duobus qui sequuntur, SS. MM. Bonifacii, Vili, & Albani, nativitas B. Jo. Baptistae, XII. Apostolorum, S. Laurentii, SS. MM. Chilianorumque ejus, in quorum honore etiam ista mater vestra est fundata, B. M. Magdalene, S. Michaelis Archangeli, Dedicationis scilicet oratorii, & praecipue Dedicationis istius ecclesiae matris vestrae, omnium Sanctorum, S. Martini, S. Cyriaci, B. Virginis Catharinae, B. Nicolai, cum ceteris festivitatis ac solemnitatibus, quas singuli presbyteri in suis parochiis ab antiquo collaudaverunt cum populo; non enim illae festivitates sunt generaliter omnibus indicendae. De reliquis festivitatis per annum non sunt cogendi ad feriandum, sed monendum juxta morem antiquum.

De sponsalibus & matrimonio.

XVIII. Prohibemus sub poena excommunicationis & magna emendae, ne aliqua persona consentiant in matrimonium per verba de pra-

sentia, donec sint ante fores ecclesiae, quando debet nuptialis benedictio celebrari, possunt autem dare fidem inter se de matrimonio contrahendo, si sancta ecclesia id poterit sustinere, ut hoc modo non fiat sine praesentia sacerdotis; & hoc sacerdotes in suis parochiis frequentius publicabunt.

Clandestina matrimonia penitus inhibemus, prohibentes etiam ne quis sacerdos talibus interesse praesumat, & statuentes, ut cum matrimonia fuerint contrahenda in ecclesiis, presbyteri publice proponant competentis termino praesigito, ut infra illud, qui voluerit, legitimum impedimentum opponat, & ipsi presbyteri nihilominus investigent, utrum aliquod impedimentum obstat; cum autem probabilis apparuerit conjectura circa copulam contrahendam contractus prohibeatur expresse, donec quid circa illud fieri debeat, constet documentis: si quis autem hujusmodi clandestina matrimonia inire praesumpserit, in gradu prohibito etiam ignoranter, soboles de tali conjunctione suscepta prorsus illegitima censentur, cum illi taliter contrahendo non expertes scientiae vel saltem affectationis ignorantiae judicantur. Quod si ambo contrahentes impedimentum scientes legitimum praeter ecclesiae interdictum & in conspectu ecclesiae contrahere praesumpserunt: sane si parochialis sacerdos tales conjunctos prohibere contempserit, aut etiam quilibet alius regularis qui eis praesumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, quin & his qui taliter copulari praesumpserint, etiam in gradu concessio condigna poenitentia injungatur. Si quis autem ad impediendam legitimam copulam, malitiosum impedimentum objecerit, canonicam non effugiat ultionem.

Volumus autem & praecipimus, quod terminus praetaxatus tanto sit temporis intervallo, quod in se tres Dominicos vel festivos contineat, in quibus tribus edictis perquirat sacerdos a populo sub poena excommunicationis de legitimitate sponsi & sponsae, qui debent conjungi, videlicet, utrum inter eos sit consanguinitas vel affinitas, disparitas cultus, publicae honestatis justitia, votum solenne, delicti enormitas, error personae, error conditionis, violentia, sacerdo, ligamen & minor aetas, aut compaternitas &c.

Semper sub poena excommunicationis prohibeantur sortilegia in nuptiis fieri; si autem in computatione graduum aliqua dubitatio emergerit, in hoc definitio episcopi requiratur, nec sacerdos quicquam in casu dubio audeat proferre super matrimonio, archidiacono inconsulto, sed ad ipsum referant quaecumque emergerint super matrimoniis quaestiones.

De extrema unctio & cura infirmorum.

XIX. Ad sacramentum extremae unctionis saepe populum moneant sacerdotes, non tantum divites sed & pauperes & maxime a XIV. annis ad supra, ut ad id omnes pariter, cum fuerit necesse, exhibeant se paratos sacrum oleum cum reverentia portantes. Doceant saepe sacerdotes populum, hoc Sacramentum posse iterari, & recipi in qualibet magna necessitate, unde mortis metus poterit formidari.

Statutum est in concilio generali & districte injunctum medicis corporum, ut cum eos ad inermos vocari contigerit, ipsos ante omnia

ANNO
CHRISTI
1195.

nia moneant & inducant, ut medicos advocent antiquarum, ut postquam infirmis fuerit de spiritali provifum falute, ad corporalis medicine remedium falubrius procedatur. Si quis autem medicorum hujus constitutionis transgreffor extiterit, tamdiu ab ingreffu ecclefie arceatur, donec pro transgreffione hujusmodi fatisfecerit competenter. Ceterum cum anima multo pretiofior fit corpore, sub interminatione anathematis prohibetur, ne quis medicorum pro corporali falute acqui-
tenda ægro fuadeat, quod in periculum anime convertatur.

Singuli sacerdotes fingulos habeant calices, quibus communicentur infirmi, qui decori fint & mundi, ut in eis infirmorum devotio excitetur, nec permittatur diaconis deferre corpus sanctum Domini infirmis, nisi in necessitate, sed semper cum magna reverentia deferatur in pixide idonea bene claufa propter calum: & in eundo ad infirmos & redeundo septem psalmos pœnitentiales dicant & litanias, frequenter moneant laicos, ut ubicumque viderint deferri corpus sanctum Domini, statim genua flectant, tamquam Deo & Creatori suo, & junctis manibus, donec tranfierit, orient. Statuimus etiam quod quilibet sacerdos infirmum in extremis laborantem absolvat ab omnibus, a quibus ipsum absolvere potest.

Si quid de corpore Christi ab ore infirmi ceciderit, vel inde exierit, quod non possit recipi vel sumi, aut comminutum in calice cum paucis vino, alteri habenti bonam conscientiam detur, si autem infirmus adeo fuerit arctatus, quod sub formâ magna corpus Christi sumere non possit, sub minima ei detur in calice comminutum, ut cum modico vino in ore intillerit, maxime si sine scandalo fieri possit, ne infirmus obire sine viatico videatur. Ab infirmis in articulo mortis constitutis inquirenda est peccatorum confessio, non pœna injungenda, eis est tamen intimandum, ut conterantur & doleant de peccatis suis univèrsis & fingulis non timore pœnæ quam peccando incurserunt, sed quod Deum patrem & creatorem & redemptorem suum offendere præsumperunt, acerbitates ægritudinis & flagella pii pastoris quamdiu placuerit cum gaudio sustinentes. Si autem convalescent, statim ad sacerdotem accedere debent, ut tunc eis pœnitentia competens injungatur.

XX. In concilio Lateranensi prohibetur, ne aliquis presbyter in benedictione nubentium exequiis mortuorum & alijs sacramentis pecuniam extorquere præsumat, aut propter hoc fœlitiâ impedimenta apponat; debent tamen a parochianis, quibus impedita sunt sacramenta, piæ consuetudines observari, & sunt per episcopum compellendi, qui nituntur laudabilem consuetudinem immutare, immo inhibemus, ne sacerdos aliquis in casibus hujusmodi sibi jus audeat dicere, sed apud superiorem querelam deponat.

De pœnitentia.

XXI. Præcipimus ut sacerdos episcopo vel pœnitentiariis suis, saltem semel in anno confiteatur, permittat autem episcopus interdum, quoties opus fuerit, eos alijs sacerdotibus confiteri. Clerici autem, quando ordines recipere voluerint, episcopo vel pœnitentiariis suis con-

ferantur, ne forte per simplicit. confessoris irretiti irregularitate ordinentur.

Doceatur maxime ante quadragesimam omnis utriusque sexus fidelis, quod postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata saltem semel in anno confiteatur fideliter proprio sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam pro suis viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in pascha eucharistias sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum; alioquin & vivens ab ingreffu ecclefie arceatur, & moriens christiana careat sepultura; unde & hoc salutare statutum frequenter in ecclesijs publicetur, ne quisquam ex ignorantie cœcitate vel ameni excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit juxta decreta confiteri peccata, licentiam prius postulet, & etiam obtineat a proprio sacerdote, cum ipse aliter illum non possit absolvere vel ligare. Sacerdos autem sit discretus & cautus, more periti medici superfundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter intelligat quale debeat ei præbere consilium, & cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum ægrotum. Caveat autem sacerdos omnino, ne verbo vel signo, aut alio quovis modo prodatur aliquatenus peccatorem, sed si prudentiori consilio indigerit, illud absque ulla expressione percaute roquirat, quoniam qui in pœnitentiâ judicio sibi detectum præsumperit revelare peccatum, non solum a sacerdotali officio deponendum decrevimus, verum etiam ad agendam pœnitentiam perpetuum in artum monasterium detrudendum.

Sunt tamen nonnulli, qui ignorantie cœcitate seducti, cum ad nos in illis articulis, in quibus nobis tanquam episcopo jus dispensandi competit, parochianos illorum cum literis suis transmittunt, & nude scribere non verentur: *tales ad vos mittimus, qui nobis talia crimina sunt confessi in quibus vobis jus competit dispensandi, unde petimus &c.* quod sub præmissa pœna fieri de cætero prohibemus, cum per hoc confessiones certissime proderent videantur, sed sic in genere scribant: *talem ad vos mittimus, qui perpetravit quemdam casum, cujus ad vos dispensatio dignoscitur pertinere &c.* & ex tunc ille missus ad nos veniens illum casum nobis vel pœnitentiario nostro non desinat confiteri eo modo servato quod manifesta peccata non sint occulta correctione purganda. Quod si quis ad confessionem de criminibus venerit, & quamvis confiteri velit, se tamen asseruerit abstinere non posse, præcipimus, quod eorum confessio est recipienda, eisque de criminibus consilium exhibendum, quia licet non sit vera hujus pœnitentia, admittenda est tamen eorum confessio & salubribus monitis est pœnitentia indicenda.

Consulimus & monemus, ne sacerdos missam injungat confitentibus, & ut cupiditatis fugiat vitium in hac parte, fructum, qui ex tali injunctioe solet sacerdotibus provenire, censeat pauperibus erogandum.

Ad audiendam confessionem sibi eminentem locum eligant sacerdotes, ut communiter possint videri, & in locis abditis extra ecclesiam nullus recipiat confessionem nisi in necessitate. In confessione habeat sacerdos vultum humi-

ANNO
CHRISTI
1195

ANNO
CHRISTI
1198.

ANNO
CHRISTI
1198.

humilem & oculos in terram; nec indifferete faciem respiciat confitentis, maxime mulieris, & patienter audiat quid dixerit, & in spiritu lenitatis, eique pro posse suo pluribus modis persuadeat, ut confiteatur integre, nude & vere: aliter dicat ei non valere; in confessione etiam caveant sacerdotes, ne inquirent nomina personarum, cum quibus peccaverint confitentes, sed circumstantias tantum, quæ possunt aggravare peccatum.

Cum ad Sacerdotem pro peccatis confitendis peccator accesserit, si confitens est ignotus, sacerdos dicat primo unde es tu? clericus an laicus? & utrum accesserit ad eum de licentia majoris, & his similia. Item si dominus, servus, pauper vel dives, miles vel burgensis, mercator vel rusticus, pelliparius vel cerdo, & sic de aliis officiis, & hæc omnia & his similia sunt inquirenda, ut sacerdos postmodum cognoscat, qualiter & in quibus peccare potest ille, qui confitetur, & qua satisfactione poterit satisfacere, his verbis utendo: Frater, Dominus non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur &c. quod hodie in te declaratur, quoniam non vult te occidere in peccato tuo, sed ut venias ad penitentiam, tibi inspiravit; videas igitur, ne stultitia deceptus, aliquod peccatum pudore, timore vel tremore occultes, ego enim memetipsum constituo subportatorem & oratorem peccatorum tuorum &c. Item caveas, quod si celates ex industria aliquod peccatum mortale, veniam non posses consequi de aliis, nec præ magnitudine, nec præ multitudine occultandum est aut præ enormitate peccatorum peccatum in confessione, nam ex magna misericordia Dei omnia in confessione lavantur: dicat igitur in nomine Dei, tunc indicet Sacerdos, quod stet inclinatus ad terram, nam ita Dominus docuit, de quo Evangelista dicit: inclinato capite emisit Spiritum. Item Sacerdos peccatorem audiens, caveat a cachinno & risu, vel si spere velit cum audierit peccata, ne peccator forte erubescat & forte etiam pertimescat. Si autem Sacerdos viderit illum suspirare vel dubitare vel etiam palpitare & quasi palpitando pertransire, dicat ei; Frater, dicas sincere, quod Dominus est nobiscum, & si vult Sacerdos, cum peccator aliquod peccatum enorme dixerit, poterit dicere: Dominus dimittat tibi, ut cetera facilius dicat, qui confitetur, & tunc dimittat ipsum ulterius dicere; & caveat sacerdos, ut cum peccator aliquod peccatum enorme dixerit, statim velit eum increpare, quia aliqui ex hoc erubescunt, & sic peccata sua in confessione relinquunt; non ergo arguendus est tunc, sed audita confessione magnitudo peccatorum est insinuanda. Item si viderit sacerdos, ipsum imperfecte & insufficienter dixisse, poterit eum, supplendo defectum ejus, de reliquis inquirere, ut de VII. peccatis mortalibus, quorum primum est *superbia*, quæ est, ut Augustinus, perversæ celsitudinis appetitus & habet IV. species: prima cum homo a seipso æstimat habere bonum quod habet, & superbit de hoc, ut de ingenio, scientia, pulchritudine, bonis operibus, & hujusmodi. Secunda, cum homo bonum quod habet, non dicit a Deo esse, sed dicit quod habet suis meritis. Tertia cum jactat se habere quod non habet. Quarta quando ceteris despectis singulariter vult videri per potentiam, de

quibus inquirere poterit sacerdos. Sequitur de *invidia*, quæ est dolor alienæ felicitatis cum quis de malo proximi gaudet, & de bonis dolet, & tunc querere poterit de odio, detractione, murmuratione. Sequitur de *ira*, quæ est, ut ait Augustinus, ulciscendi libido & est triplex; est enim ira latens in corde, prorumpens in verba contumeliosa, & exercens vindictam, hic poterit querere, si injecerit manus violentas in clericum, si percusserit vel vulneraverit proximum suum? Sequitur de *acedia*, quæ est tedium boni, cum displicet alicui audire missam vel prædicationem, vel interesse divino officio; est autem acedia torpor animi bonum incitare negligens, hic querat si fuerit negligens, vel aliquid in eo prætermisit, vel fuerit piger in bonis faciendis, & distulit venire ad ecclesiam Dominicis & diebus festivis? Sequitur de *avaritia*, quæ est secundum Bernardum, quarumlibet rerum insatiabilis & inhonesta cupiditas, & multas habet species, quæ sunt, latrocinium, homicidium, mendacium, perjurium, rapina, violentia, contemptus veritatis, obduratio cordis, simonia & usura, & de his poterit inquirere sacerdos. Sequitur de *gula* quæ est vorax edacitas, naturæ finibus non contenta; & quinque modis circa gulam peccatur, ut dicit Gregorius: primo cum quis horam comedendi prævenit, secundo cum quis querit cibaria pretiosa & delicata, tertio cum quis mensuram excedit, scilicet nimis comedendo, quarto cum quis nimis ardentem & festine comedit, quinto cum quis nimis studiose cibaria sua præparat, & de his poterit inquirere sacerdos. Sequitur de *luxuria*, quæ est libidinose voluptatis appetitus. Differentiæ luxuriæ sunt octo, prima est fornicatio, quæ est soluti cum soluta, secunda moereticum, quæ fit dupliciter, scilicet vel per vagam libidinem seu cum diversis, vel cum publice venali concubendo. Tertia adulterium, quo conjugalis thorus violatur. Quarta stuprum, quo virginalis integritas corrumpitur. Quinta sacrilegium, quo continentia circa sacra læditur, ut in religiosis & in clericis in sacris ordinibus, & in his qui emiserunt votum castitatis. Sexta incestus quo vinculum consanguinitatis vel affinitatis vel paternitatis corrumpitur. Septima, peccatum contra naturam, quo naturalis usus coeundi pervertitur, & circa inquisitiones hujus peccati caute habeat se sacerdos, ut si potest fieri, semper ex circumstantiis procedat; v. g. potest inquirere: accidit tibi pollutio nocturna? si dicat sic, subjungat, aut ex ebrietate vel crapula, aut præcedente cogitatione, vel ex confabulatione vel tactu; pollutio enim nocturna alia est ex superfluitate, vel carnis infirmitate, alia ex crapula, alia ex imitatione procedens & illicita cogitatione, quæ vel ex infirmitate vel superfluitate naturali, quod idem est, non prohibet a comunione sacramentorum, nec a ministerio altaris; illa vero quæ ex crapula, si sit cum imaginatione fecerit ab administratione, nisi necessitas cogat; si vero pollutio fuerit ex cogitatione præcedente, peccatum est, sed distinguitur, quia si cogitatio illa non processit ad consensum, pollutio ex illa proveniens veniale peccatum est, si vero processit ad consensum, tunc est mortale. Octava est libidinose coitus conjugalis, qui multipliciter accipi-

ANNO
CHRISTI
1199.

capitur; alius enim licitur, alius fragilis, alius impetuus: licitus est triplex, ut quando fit causa prolis ad cultum Dei, vel causa reddendi debitum, vel causa fornicationis vitandae, non in se sed in conjugē, & in his nullum dicitur esse peccatum. Fragilis est quando fit causa delectationis; & tunc distinguitur, quia si amor illius delectationis praepōnitur Deo, peccatum mortale est, si vero postponitur, veniale. Impetuus est, qui ex sola libidine proveniens metas honestatis & rationis transcendit, quod fit quinque modis, primo causa sanandae libidinis per meretricias blanditias, secundo cum fit contra naturalem modum, tertio cum fit tempore prohibito, quarto cum fit loco prohibito, quinto cum acceditur ad praegnantem vicinam partui, vel quae est influxu menstrui.

Postmodum quaeratur de X. praecipis Legis, sine quibus non est salus, utrum aliquis sit transgressus: primum est: *non habebis Deos alienos coram me.* Quaeratur ergo utrum experimenta vel incantationes vel conjurationes pro mulieribus vel sortilegia pro rebus inveniendis fecerit, vel auguria servaverit, vel divinatores consuluerit? Secunda est *non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*, hic quaeratur utrum perjurium fecerit, vel habuerit verba extranea de Christo & de Beata Maria? Tertium, *sabbata sanctifices*, hic inquirendum est, utrum die Dominico aliqua opera servilia fecerit vel festivo, ut arare, fodere & similia, secundum quod visum fuerit ad officium confitentis. Quartum est: *Honora patrem & matrem*, quaeratur hic, si patrem vel matrem percusserit, vel factis vel dictis ad iracundiam provocaverit, vel si eis in necessariis, si indigebant, non subvenit. Quintum: *non occides*, quaeratur, utrum occiderit voluntarie, verbo vel opere, consilio vel auxilio. Item, si viderit aliquem in articulo mortis & penuria patientem, & eum statim pro posse suo non liberaverit, vel conceptum interemit, vel perimendum docuit, vel venenum alicui miscuit. Sextum *non moechaberis*, quaeratur utrum uxorem proximi cognoverit, vel osculatus fuerit, vel inhoneste tractaverit, & ut eam haberet, quod potuit, fecit. Septimum est: *non furtum facies*, quaeratur si furtum fecerit, vel si furtive quid rapuerit, quando & a quibus & ubi & unde, & si latronibus consenserit. Octavum: *Non falsum testimonium*; quaeratur, si aliquis pro suo testimonio vel occasione sui, res suas amiserit. Nonum: *non concupisces rem proximi tui*, hic prohibetur rei immobilis concupiscentia secundum Augustinum. Decimum: *Non desiderabis uxorem &c.* prohibetur concupiscentia rei mobilis & immobilis, estque secundum originem unum praecipium cum praecedenti. Quaeratur igitur, si utrumque concupiscit rem aliquam de his, quae prohibentur concupisci.

De quinque sensibus corporis quaeratur primo de visu, utrum libenter viderit mulieres vel fornicatores, cum debuisset oculos avertere. Item si ivit ad videndum spectacula huiusmodi. Item de odoratu, utrum detulerit species ad omittendum odorem bonum, ut mulieres alliceret. De auditu, utrum libenter cantilenas, & alia vana aut turpiloquia audierit. De gustu, utrum falsas carnes superfluas, provocantes luxuriam comederit, vinum purum vel sorbilia biberit, vel provocaverit luxu-

riam, aut jejunia debita absque necessitate fregerit. De tactu, utrum mulieres tetigerit inhoneste.

Posthaec quaeratur de officio, utrum in ipso aliquam fraudem fecerit, item quaeratur de interiore homine, de cogitationibus malis. . . . Postea quaeratur de circumstantiis aggravantibus peccatum, quae in omnibus peccatis requirenda sunt: primo in qua aetate fuerit, cum peccare mortaliter ceperit; item quis fuerit, utrum erat liber, vel servus, seu in officio constitutus, sciens aut ignarus, consanguineus, affinis, vel extraneus: item quid fecerit, utrum commiserit adulterium, vel fornicationem, homicidium & similia? Item ubi fecerit, utrum in sacro loco, vel profano, aut in alio loco cui excellentia debuit, ut sunt domus dominorum & aliorum multorum? Item per quos, utrum per mediatores aut nuntios, quia omnes sunt participes criminis & damnationis, & ipse confitens est obligatus pro poenis ipsorum. Item cum quibus, virgine vel conjugata, soluta vel oppressa; item quoties debet confiteri simpliciter, & sacerdos interrogare non peccata, sed quotiens, quia vulnus iteratum tardius sanatur. Item cur & quali tentationi, utrum praevenerit tentationem, vel fuerit praeventus ab ea sponte an coactus cupiditate, an paupertate vel ludo, vel jocundo animo. Item de modo agendi. Item in quadragesima, vel in alio tempore, scilicet in festis & in similibus. Item utrum ante poenitentiam an post, ipsam frangendo. Item debet confiteri peccata de bonis omissis, & malo exemplo. Item confessione facta sacerdos incipit dicere confitenti magnitudinem & enormitatem cuiuslibet peccati sic addendo: frater, vides te facinora perpetrasse, propones de cetero non redire? si dicat sic: Dominus transferat a te peccata tua, unde tamen poenam temporalem oportet te sustinere, aut hic aut purgatorio; jam elige tibi hic, vel ibi sustinere poenas pro peccato Deo commissio; pro quolibet enim peccato deberet tibi imponi septennis poenitentia, tamen quia ego & tu infirmi sumus, & fragiles, dabo tibi quod tu portare poteris, & tunc sacerdos secundum arbitrium suum imponat poenitentiam; ita quod respondeat peccatis, si fieri potest.

Tribus autem modis peccat homo, primo in Deum, secundo in proximum, tertio in seipsum; item in Deum per blasphemiam & huiusmodi, & tunc debet satisfacere per confessionem; item in proximum per rapinam, & tunc debet satisfacere per operis satisfactionem, restitutionem vel elemosynam. Item in seipso, per gulam & luxuriam, & tunc debet satisfacere per vigiliam, disciplinas, jejunia, & alias carnis macerationes.

Caveant tamen sacerdotes cuiuscumque status vel societatis fuerint, sive religiosi, ne in his casibus in quibus solum dispensandi vel absolvendi jus Episcopo competit, absolvant aliquatenus poenitentem, sed ipsum sub forma superius tradita, ad eundem remittant absolvendum, cum illis articulis potestatem solvendi non habeant vel ligandi, quia sic in illis solvendo aliqua vel ligando, absque licentia episcopi speciali, in suae damnationis poenam animae miserabiliter decipiunt poenitentes.

Episcopus autem in his casibus dispensare potest,

ANNO
CHRISTI
1199.

potest, videlicet cum salario, scilicet ut detineatur vel ad Papam mittatur, item cum idiota jam promotus quod maneat in statu suo. Item cum sacrilego, item cum promotus per saltum, item cum servo promotus, si vult eum redimere, item cum heretico converso, item cum clerico suo ordinato ab alio episcopo & eo inconsulto, item cum fure rerum ecclesiasticarum, quod mitigetur ei poena, item in eo quod tempore famis vendantur res ecclesiasticae pro alimentis pauperum & redemptione captivorum. Item quod suspensus in patibulo, vel alias mortuus, vel occisus sine eucharistia, si apparuerint signa poenitentiae, sepeliatur in coemeterio; item cum monacho ut sit cappellanus populi in parochia ecclesiae, & hoc si potest habere socium monachum, alias non. Item cum alio qui juravit temere, dum tamen iuramentum non vergat in detrimentum animae vel corporis. Item cum illis, qui fornicario coitu cognoverint moniales. Item cum incestuoso qui per errorem cognovit sororem uxoris. Item cum incestuoso similiter. Item potest dimittere poenam sacerdoti, qui male custodivit Eucharistiam, si mus comederit species. Item quod sacerdos celebret eadem die in altari, ubi Episcopus celebravit. Item in poena si presbyter baptizet cum veteri chrismate. Item cum eo, qui ignoranter recepit ordines ab Episcopo excommunicato. Item cum presbytero, qui fugnavit in duello, si mors infecta non fuerit vel debilitatio membrorum. Item cum scetis in cunabulis vel a dominis vel ab aliis, & cum castratis timore leprae, & cum illis qui ita nati sunt, ut promoveantur, & qui promoti, remaneant in ordinibus suis. Item executione officii sui, praeterquam in Missa, qui propter vitium carnis se castravit. Item cum sacerdote qui plures simul habuit concubinas. Item cum sacerdote extraneo, vel qui celebrat occulte, licet non habeat litteras, vel testetur de ordinatione sua. Item cum rectoribus ecclesiarum si non veniant ad Synodum, semper eorum tenentur venire, alias possunt puniri. Item potest mutare canonicum, vel alium clericum mutare ex causa rationabili de dignitate ad dignitatem, & de beneficio ad beneficium, hoc ipsum per se facere non possunt. Item quod viro converso uxor in saeculo remaneat, castimonia promissa, si non est suspecta persona. Item in voto, quod in melius commutetur, nisi Hierosolymitano & continentiae. Item cum sacerdote incauto, si in aliquo officium suum contingenti peccat. Item in observatione jejuniorum ex iusta causa, etiam quod infirmi comedant carnes. Item cum subdiacono vel diacono, qui contraxit matrimonium, super beneficio in executione officii, si tamen contraxit cum virgine, secus cum corrupta, vel dum contraxit bis. Item cum incestuoso qui contraxit post poenitentiam. Item cum illis qui contraxerunt matrimonium contra interdictum ecclesiae, ubi non est perpetua prohibitio. Item

potest dispensare cum illo, qui ignoranter beneficium habuit simoniace, non in beneficio illo sed in alio. Item cum homicidis, parricidis, uxoricidis, quod contrahant matrimonium. Item cum raptoribus secundum formam juris. Item cum fure. Item cum sacrilego. Item cum Clerico percussore. Item cum presbytero homicida in casu inevitabili, dummodo illum casum non incidat sua culpa. Item cum eo qui furtim ordines recepit. Item cum illis, qui modicam laesionem per violentam manuum injectionem clericis fecerunt. Item mortuum excommunicatum a te vel decessore suo post mortem abolvere, si apparuerint poenitentiae signa in eo. Item subscripti in foro poenitentiali similiter ad Episcopum sunt mittendi, videlicet homicida facto vel verbo vel consensu; simoniacus cuiuscumque generis, in ecclesia communem luxuriam committens cum vidua vel sacratena, deflorator virginis seductae, abutens Chrismate vel Eucharistia. Furtum in Ecclesia committens, & clericus cuius negligentia hoc contingit, item coiens cum moniali, & mulier cum religioso. Verberans patrem vel matrem; item ille qui in morem conjugis machinatur, item contrahens matrimonium post votum castitatis. Item procurans abortum sive sterilitatem in se vel in alio. Item excommunicatus nolens exire ecclesiam & divinum officium perturbans. Item contrahens matrimonium post sponsalia cum alio iuramento interposito contracta. Item invocantes daemones. Item scienter corpus excommunicati in ecclesia vel coemeterio sepeliens. Item clandestine matrimonium contrahens. Item pro sacrilegio, violatione ecclesiarum. Item pro quolibet vitio contra naturam. Item pro quolibet incestu. Item coiens cum illa quam baptizavit, vel cuius confessionem audivit. Item excommunicatus ab Episcopo, vel usurarius manifestus & sic sacerdotes in confessionibus majora majoribus reservantes solliciti existant, ut poenitentibus pondus importabile non imponant, licet recipere sint parati, & sic poenitentiam temperent injungendam, ut a studio non cogantur cessare scolares, vel ab officio suo fabri vel alii, velut dominum suum cursor sequi non possit, nec peccato occulto publicam poenitentiam imponant, nec etiam publice poenitentem scire faciant poenitere.

In his ergo & aliis salutaribus monitis & doctrinis vos sacerdotes, praecipue curam animarum habentes, & regentes plebes vobis commissas a Domino caute fideiiter & diligenter instruere & informare studeatis, & verbo & exemplo edificetis, ne in extremo iudicio sanguis earum de vestris manibus requiratur, immo talentum vobis traditum cum tanto lucro reddatis, quod reddita ratione, tanquam fideles servi & prudentes, pro remunerationis premio sempiterna gaudia una grege vobis credito recipere debeatis, ad quae nos omnes perducatur ille, qui in aeternitate vivit & regnat. Amen.

ANNO
CHRISTI
1198

ANNO
CHRISTI
1198

CONCILIUM ROTOMAGENSE.

Editum a Ludov. Bail in summa, nunc autem cum MS. collatum.

* Noire Dame
de Bonne
Neuve.

Constitutiones factæ in ecclesia B. A. speculum sine ruga debent per opera Mariæ de Prato, juxta Rotomagum, per reverendos patres ac dominos, archiepiscopum Rotomagensem & ejus suffraganeos, anno Domini MCCXCIX. die Jovis post octavas Pentecostes.

TITULI CAPITULORUM.

1. De vita & honestate clericorum beneficiatorum.
2. Ut placita diebus festis non teneantur.
3. Ut clerici in factis personalibus justitia facienda se non subjiciant.
4. Ne iudices seculares coram se respondere compellant clericos, vel laicos occasione factorum a clericis commissorum.
5. De iis qui jurisdictionem ecclesiasticam impediunt.
6. De absolvendi potestate, qua religiosi conceditur ab episcopis.
7. Ut his statutis ab omnibus pareatur.

CAPITULA.

- I. De vita & honestate clericorum beneficiatorum.

Quoniam, sicut ipsa facti evidentia quotidiana docente cognovimus, sacerdotes quidam curati, atque alii beneficiati clerici, cucupati, totularibus consutis laqueis calciati, ensibus accincti seu gladiis, quorum usus eis interdicitur, super vestem, ad modum militum, impudenter accedunt in locis publicis, vestimenta nimia brevitate notanda minusque congruentem tonsuram publice deferentes, focarias seu concubinas, aut alias mulieres quarum conversatio cum eisdem clericis est suspecta, in suis habitibus, atque nonnumquam in alienis contemunt & frequentant; ac nonnulli justitiæ secularis officium, audiendo causas, examinando processus ut iudices, in curia seculari exercent: & quidam sceneratiis aliisque contractibus illicitis contra se immiscunt, vitam suam alias in luxuriis, ebrietatibus, commestationibus deducunt, supplicium querunt sibi perpetuum, seminantes in carne, corruptionem messuri, perenniter ministerium suum vituperant, proximos scandalizant, atque subiectos, & alios populos, quibus bene vivendi lumen &

* f. contra
canones

sancta prætere, in seipsis apostatare faciunt & errare in invio: ac ex suis reprobis actibus & exemplis illos in puteum interitus secum trahunt. Quia obliti penitus Dei sui, atque homines sine lege, officii sui immemores, qui sunt in sanctificatione electi, præcepta spernunt canonica atque Divina, prædicatores effecti, pro pudor! suæ legis. Nos tantis obviare periculis, & quos timor Divinus a malo non revocat, etiam naturalis ratio non redarguit, & mundana verecundia non refrænât, suis dicentes in cordibus, sicut factis exterioribus prædicant, Ubi est Deus? poenarum frænis temporalium quas formidant, perstringere cupientes: statuimus, antiquorum patrum salubria statuta recensentes, ut si clericus beneficiatus quilibet, post generalem admonitionem de abstinendo penitus a præmissis & quolibet eorumdem, & de vivendo pie, decenter, atque juste secundum canonicas sanctiones, aliquem de prædictis excessibus præsumperit attentare: amissionis poenæ omnium fructuum beneficii sui, seu beneficiorum, si plura forsitan obtineat, per annum unum absque misericordia percellatur. Contra ipsum ad privationem beneficii ipsius seu beneficiorum, si per annum pertinax in eadem malitia perseveret, nihilo minus procedatur.

* Forte prædicatores
H.

- II. Ut placita diebus festis non teneantur.

Statuimus ut baillivi, præpositi, majores, atque alii iudices seculares, quocumque nomine censeantur, assisas atque placita diebus Dominicis atque festis Virginis gloriosæ, sanctorum Joannis Baptistæ, Michaelis Archangeli, sanctorumque apostolorum & evangelistarum, ac aliis qui cum clero & populo in ecclesiis celebrantur, in quibus, solum Divinis est laudibus, non terrenis negotiis insistendum, tenere atque exercere desistant, penitusque quiescant, generaliter moneantur. Qui si parere contempserint, temere forsitan contrarium attentando, incurrant excommunicationis sententiam ipso facto.

III. Ut

ANNO
CHRISTI
1199.III. *Ut clerici in factis personalibus iustitie seculari se non subjiciant.*

Pœna ferri simili ipso facto auctoritate prædicti concilii statuentes, clericos, qui super factis personalibus, atque specialiter de clamore de haro, ubi de facto personæ queritur, se supponunt iustitiæ sæculati, seu ipsi iustitiæ, sub prætextu factorum hujusmodi, exhibent emendas, post monitionem de contrario generalem.

IV. *Ne iudices seculares coram se respondere compellant clericos, vel laicos occasione factorum a clericis commissorum.*

Porro quorundam iudicum sæcularium inconsulta conamina, quibus matris suæ, videlicet ecclesiæ, libertates atque jura multifaria moliantur infringere, memorati auctoritate concilii reprimere cupientes: statuimus inhibendo, ne quoscumque clericorum eorum, aliasve personas, occasione factorum a clericis commissorum, super delictis atque factis personalibus quibuscumque commissis, atque specialiter in clamore de haro, nec de crimine usurario a clerico perpetrato, coram se, vivente eodem clerico vel defuncto, respondere compellant, seu cognitionem factorum hujusmodi in se sumant. Quod si generaliter contrafecerint: auctoritate prædicta, excommunicationi subjaceant ipso facto.

V. *De iis qui jurisdictionem ecclesiasticam impediunt.*

Adhuc nostrum pulsant animum, ut adversus varia iustitiæ sæcularis officia tenentium insensatam malitiam occurramus: qui quod sibi sacræ scripturæ præconium comminatur, ignorant, qui pro temporalibus molestiis, quas, cum præsent, pauperibus ingerunt, atque qui armis bellicis non utuntur, per quos ministri ecclesiæ designantur, æterno incendio cremabuntur: quodque si pax augeatur & disciplina ecclesiæ per infideles principes eorumque ministros quoslibet, aut solvatur, ille tamen exigit ab eis rationem, qui suam illorum tradidit ecclesiæ potestati: contra matrem ecclesiæ manum suam erectis cornibus aggravantes, ipsius jurisdictionem & libertatem suis fallaciis usurpare nituntur, ac iudices ecclesiasticos in casibus, in quibus de jure vel antiqua & approbata consue-

Gencil. General. Tom. XXIV.

Atudine ad eisdem causarum cognitio noscitur pertinere, quo minus de ipsis cognoscere valeant, impediunt atque perturbant: eisdem cedulas inhibitorias dirigentes, quæ brevia nuncupantur, in casibus in quibus de sui natura brevia nulla cadunt: propter quæ novellæ constitutionis domini Bonifacii PP. VIII. auctoritate in excommunicationis sententiam incidunt ipso facto. Deliberatione habita super hoc diligenti, statuimus ordinantes, ut nulla hæc brevia per ecclesiasticos iudices admittantur, nec eis in aliquo pareant. Quod si in hac sumpta occasione, ballivi, præpositi, vicecomites, alii iudices sæculares, in personarum vel bonorum captionem procedant, directe vel indirecte partem ad desistendum vel iudicem compellendo: monitione legitima præcedente, excommunicationi subjaceant ipso facto, a qua per prælatos, non nisi parti & iudici congrue satisfacto, ac sibi pœna super tanto excessu indicta legitima, quæ timorem ceteris incutiat attentandi similia, quomodolibet absolvantur: nolentes, ut per officialem aut penitentiariorum prælatorum, nisi eis ex speciali commissione liceat, hujusmodi sententiæ relaxentur. Sententiamque excommunicationis latam ab uno iudice ecclesiastico, præmissorum occasione ac similibus, alii in suarum jurisdictionum districtibus exequantur.

VI. *De absolvendi potestate, quæ religiosis conceditur ab episcopis.*

Ceterum animarum saluti consulere, ac earum periculo obviare volentes, statuimus quod prælati, fratres prædicatores, aut Minoribus, aliisve religiosis quibuslibet, potestatem absolvendi subditos a peccatis suis de cetero non committant in casibus, qui de jure vel consuetudine reservantur eisdem, nisi certis personis & notis dumtaxat, quarum prælati industriam duxerint eligendam in certis casibus, qui in concessione vel commissione eis facta specialiter inferantur: quodque ipsa commissio ad casus, in quibus tenetur catholicus quilibet confiteri semel in anno peccata sua proprio sacerdoti, nullatenus extendatur, nisi ipsius sacerdotis habita super hoc voluntate.

VII. *Ut bis statutis ab omnibus pœreatur.*

Vobis itaque universis Christi fidelibus in civitate & diocesi Lexovien-


Gggg 2 si

ANNO
CHRISTI
1199.

si * constitutis, atque vestrum cuiuslibet, in virtute sanctæ obedientiæ firmiter injungimus atque mandamus, quatenus supradicta salubria & ordinationes secundum tenorem præmissum, quantum in vobis consistit, fideliter observetis, & eis humiliter pareatis. Statuta sunt hæc & unanimiter ordinata die, loco, & concilio memoratis, anno Dom. MCCXCIX.

ANNO CHRISTI 1199.
 * *Leuwinensis* *diocesis* *hic* *si* *mentio*, *quia* *horum* *historum* *comparatio* *est* *scriptum* *in* *ex* *synodali* *bus* *præscriptis* *Leuwinensis* *diocesis*.

ANNO CHRISTI 1199.



STATUTUM GERHARDI ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI

Datum A. C. MCCXCIV.

Gerhardus Dei gratia S. Moguntina sedis B archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam archicancellarius dilectio in Christo abbati niam archicancellarius dilectio in Christo abbati ecclesia S. Jacobi Scotorum in Erfordia salutem in Domino.

Altera ejusdem constitutio.

Ibid. p. 107.

Pium esse dignoscitur, ut gloriantibus in sua malitia per nos taliter obsistatur, quod repressis eorum insultibus vacantes divino cultui in observantia mandatorum Domini liberior valeant delectari. Cum igitur monasterium montis S. Petri in Erfordia, ordinis S. Benedicti, quod affectione amplectimur singulari, a nonnullis qui lætantur cum male fecerint, & in rebus peilimis gloriantur, super bonis suis diversis patiantur injurias & pressuras, sicut nobis abbatis & conventus ejusdem monasterii querulosa insinuatio patefecit. Nos eorum providere quieti, & malignantium conatibus obviare volentes, devotioni tuæ committimus & mandamus, quatenus ipsis contra raptorum, prædonum & invalorum maliciam efficaci præsidio defensionis assistens, non permittas eos in rebus & bonis eorum indebite molestari, molestatores hujusmodi auctoritate nostra, juxta formam Moguntinensis & Alchassenburgensis conciliorum statutorum per censuram ecclesiasticam compescendo; proviso ne te de his, quæ causæ recognitionem requirunt, & quæ personas & bona hujusmodi non contingunt, te aliquatenus intromittas. Alioquin litteras & processus, quas earum auctoritate habere te contigerit, viribus carere decernimus. Datum Erfordix anno Domini 1194. VI. non. Octobris.

Gerhardus Dei gratia S. Moguntina sedis archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam archicancellarius, dilectis in Christo abbati & conventui montis S. Petri ord. S. Benedicti in Erfordia salutem in Domino. Vestræ devotionis votis ac desideriis rationabilibus favorabiliter annuentes, hanc vobis gratiam duximus faciendam & in privilegium vestræ ecclesiæ concedimus per præsentis, ut cum campana pulsata fuerit apud ecclesiam S. Mariæ Erford. in signum interdicti seu cessationis divinatorum ad requisitionem vestram, ac prælatorum aliarum ecclesiarum conventualium, decanus qui pro tempore fuerit ecclesiæ memoratæ, vobis causam interdicti, vel cessationis hujusmodi absque difficultate qualibet exponere teneatur, quam si rationabilem inveneritis, cessetis ab officiis divinatorum; alioquin juxta conscientias in cessando & non cessando, quod vobis inspiratum fuerit, faciatis. Præterea statuta conciliorum Moguntini & Alchassenburgensis propter occasionem clericorum edita, declarantes statuimus, ut cum clericus reperitur interfecus, & interfecoris persona ignoratur omnino, aut existat profuga, vel tanta paupertate depressa, quod ab eo satisfactio nequeat extorqueri, non obstantibus statutis prædictis celebrare divina libere valeatis, cum idem de eo quod non est, & quod non apparet judicium videatur, & inanis sit actio quam excludit inopia debitoris: ceterum volentes privilegia, libertates, statuta, & consuetudines rationabiliter introductas, vestræ ecclesiæ non minui nostris temporibus, sed augeri. Datum Erfordi idus Octob. an. Dom. 1194.



GERHARDI ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI

Statuta Ecclesiastica edita an. Chr. MCCXC. vel MCCXCVIII.

Gerhardus D. G. S. Moguntina sedis archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam archicancellarius, dilectis in Christo Præpositis, Decanis, ceterisque Prælati & clero civitatis & Diocesis Moguntina salutem in Domino. Cum officium pastorale, quod suscepimus, postulet & requirat ut subditorum nostrorum remediis, & maxime circa ea, quæ ad cultum divini nominis, & honestatem ecclesiarum, ac morum correctionem pertinent, interdere debeamus; ne subditorum nostrorum culpa propter nostram negligentiã nobis va-

leat imputari. Quædam quæ visitationis officium exercendo invenimus, quibusdam statutis generalibus corrigere decrevimus, ac etiam emendare.

Decani compellant subditos ad frequentationem chori.

Statuimus igitur & sub pena suspensionis districte præcipiendo mandamus, ut decani ecclesiarum nobis subiectarum de cetero studiose invigilent, ut subiectos sibi ad frequentationem

Affert. P. Haribecum ad rom. 10. concil. Germ. p. 107.

Stationem chori, & ad disciplinam choralem A
servandam, ad celebrandum & ministrandum
quodlibet in suo ordine, seu officio, pena,
qua convenit, coerceant & compellant.

ANNO
CHRISTI
1209.

Subditi decanis reverentiam ac honorem exhibeant.

Præcipimus etiam subditis prædictorum decanorum in virtute sanctæ obedientiæ, ut ipsi decanis in his & aliis præceptis suis licitis & honestis exhibeant debitam obedientiam & honorem. Vobis etiam decanis omnibus & singulis præcipimus in his scriptis, quatenus vestros concanonicos & socios chori publice moneatis, ut reverentiam in omnibus locis juxta consuetudinem cujuslibet ecclesiæ Prælati debitam, ipsis plane & reverenter exhibeant; alioquin omnes contrarium facientes, quociens & quando vobis constiterit, a suis beneficiis per octo dies suspendatis, in tantum ut si dictam suspensionem ultra prædictum terminum animo sustinuerint indurato, de prætermissis satisfacere non curando, ex tunc ipsos usque ad satisfactionem condignam per excommunicationis sententiam compellatis. Quicumque etiam decanorum ex quacumque causa præsens mandatum nostrum diligenter non fuerit executus, ipsum a perceptione suæ præbendæ per octo dies volumus esse suspensum, contra eum gravius processuri.

Decimæ non debent locari canonicis earumdem ecclesiarum.

Item volentes ecclesiarum indemnitatibus præcavere, & inter fratres liti materiam, quantum possumus amputare; statuimus quod a decanis & capitulis, decimæ aut alia bona ecclesiarum, Prælati aut canonicis earumdem sub annuo censu seu pensione nullatenus locentur, seu etiam concedantur, ne exinde inter fratres quæstiones exurgant, & querelæ concresecant, aut lites & odia eruantur. Quod si decani & capitula contra hanc inhibitionem venire præsumperint, tamdiu una cum conductoribus a divinis officiis sint suspensi, donec locationes hujusmodi revocent, & retrahant.

Nemo quis in civitate Moguntina duo obtineat beneficia.

Item cum ecclesiarum personatus & officia maxime ea quæ requirunt chori frequentationem & residentiam personalem, sint talibus conferenda, quæ in ipsis volunt & possint personaliter residere; sequentes vestigia fel. recordationis prædecessorum nostrorum statuimus, ut nullus in civitate Moguntina duas Prælaturas personatus, sive officia, canonicatus, & præbendas in diversis conventualibus ecclesiis, aut etiam in una talium conventuali, officium cum Prælatura habeat, vel habere præsumat. Quod si quisque canonicorum duas prælaturas personatus, officia, præbendas, & Canonicatus simul habeat, infra unius mensis spatium dimittat ipsorum alterum, seu resignet; alioquin primum quod ex prædictis prælaturis, recepit, ex tunc vacare decrevimus ipso jure. Injungentes omnibus & singulis, ad quos electio, provisio, præsentatio, collatio, seu institutio ipsius beneficii, videlicet prælaturæ, personatus . . . perti-

net, ut infra tempus a canone præfinitum, ad id aliam personam idoneam eligant, ordinent seu præsentent.

ANNO
CHRISTI
1209.

Clerici non nutriant tortos crines, neque choros; se immisceant. arma ne portent.

Item statuimus, firmiter præcipientes ne clerici nutriant tortos crines, quæ vulgariter *crulla* dicuntur. Nec mitras extra domos & curias suas deferant, nisi in equis constituti fuerint ad eundem vel equitandum parati, & choreis laicorum in plateis vel vicis nequaquam immisceant, vel *croizent*. Volumus quoque, ut loricas, gladios, cultellos, fixorios, seu alia arma nocturno tempore in laicali habitu incedentes, sub tunicis, aut alias non deferant quoquo modo; ne, si hoc modo fuerint deprehensi, tradantur judicio seculari.

* croizare idem est quod choreas agere, talare. *Brendelbach* *titulare* *Hieropol.* p. 116. Omnis hostis nostri familia intant, cepit & cantare, & corizare, & cum instrumentis musicis ludere. *Haribacum*.

Clerici sub divinis officiis non transiant sine religione.

Transitum non faciant per ecclesiam sine superpelliceis sive cappis eo tempore, quo divinum officium peragitur. In eisdem vestibus etiam nimia brevitate notatis & lateralibus sciscis, aut cum collirio eminenti, seu nimis alto dispositis, dum superpellicis sunt induti, de cetero non utantur. In pectoralibus vel collo, uno, duobus, vel tribus nodulis sint contenti, attendentes prudenter quod conversatio & habitus clericorum, dissimiles esse debeant a laicis, & sit dignum ut qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant cum aliis disciplinam.

Prælati & clerici qui res injuste subtraxerint, restituant easdem infra mensem.

Item cum clerici in sortem Dei electi sic dignitate, ita fide & charitate laicos præcellere debeant, & circa omnes fideliter se habere, maxime autem circa ecclesias quarum stipendiis sustentantur. Firmiter præcipimus & mandamus, ut Prælati, canonici, & alii clerici, qui res ecclesiarum suarum subtraxerint, occulte vel manifeste, & detinent minus juste, restituant integraliter infra mensem; alioquin ex tunc suspensionis vinculo ab officio & beneficio, quam in eos ferimus, se noverint innodatos.

Clerici obligati ecclesiis licito modo satisfaciunt sub suspensionis pena.

Illi etiam Prælati & Clerici qui ecclesiis licito modo, idest non ex maleficio, sed contractu, vel quasi, sunt in debitis obligati; si a die publicationis hujusmodi nostrorum statutorum infra duos menses non satisfecerint, vel arbitrio capituli cautionem, quam per capitula volumus a debitoribus ipsis studiose requiri, pro ipsis debitis solvendis non præstiterint competentem; eodem vinculo suspensionis, quod in eos ex tunc proferimus, se noverint irretitos.

Clerici in religione non vadant ad forum.

Item præcipimus ut clerici non frequentent forum rerum venalium in superpelliceis sive cap-

S cappis, vel in religione alia constituti, nec A
portent calopides Corpus Dominicum dese-
rendo, vel ecclesias transeundo; nec sacerdo-
tes calcis excelsis utantur, dum ad altare mi-
nistrant.

ANNO
CHRISTI
1199.
• calcei li-
gnet vide
Carg.

*Tractatus capitularis non debent observari, nisi
vocatis vocandis, & in loco ad hoc
apposito.*

Item sub poena suspensionis officii & bene-
ficii jam latae sententiae firmiter inhibemus,
ne quas conspirationes, colligationes, vel con-
federationes illicitas in ecclesiis faciant, vel
procurent. Et cum, quod omnes communiter
tangit, debet ab omnibus approbari; & loca
certa & communia ab antiquo in ecclesiis
sunt statuta, in quibus tractatus capitulares
haberi consueverunt; statumus, ut deinceps
ab aliquibus de capitulo, tractatus qui super
rebus seu statu ecclesiae aliquatenus habeantur,
nisi vocatis omnibus quorum interest, &
qui de jure vel consuetudine possunt &
debent hujusmodi tractatibus interesse, nec in
locis aliis, quam in locis communibus, ad
hoc ab antiquo deputatis, conventicula sua
privata & specialia habeant, nisi de communi
consensu totius capituli ex aliqua causa
rationabili seu necessaria contingat ad tracta-
tus hujusmodi locum alium assignari.

Si qui autem contra statutum hujusmodi C
super rebus vel statu ecclesiae aliquid tractare,
vel ordinare praesumpserit in praedictum
ejusdem ecclesiae, vel personarum ipsius, tra-
ctatus & ordinationes hujusmodi decernimus
non valere, & nullius penitus esse momenti.
Tractatores & ordinatores ipsos utque ad sa-
tisfactionem condignam, in his scriptis a vo-
ce capituli suspendentes.

*Clerici non debent tenere in suis domibus
famulas suspectas.*

Item quia nonnulli clerici in domibus suis
famulas, sive bechinas, servicii nomine se-
cum habent; ne hac occasione angelus tene-
brarum, qui in angelum lucis aliquando se
transformat, ut simplices & incautos subti-
lius fallere valeat, sua eos, quod absit,
calliditate decipiat; praecipimus & manda-
mus, ut post mensem unum nullus clerico-
rum secum in hospitio famulam habeat, vel
bechinam, nisi aetate, consanguinitate, vel
affinitate reputari valeat non suspecta; quod
si secus a quoquam factum fuerit, contra ta-
lem gravius procedemus.

Non vendere in suis domibus vinum.

Statumus etiam, & praecipimus observa- E
ri, ut nullus clericorum in domo sua, vel

in curia vinum vendat, nisi illud vinum tan-
tum quod de beneficio vel patrimonio suo
habet.

*Fructus deputati ad fabricam in alium
usum converti non debent.*

Insuper ne quod pia devotione introdu-
ctum est, transeat in abusum, & cupiditate
qualibet annulletur; adnectendum duximus,
statuendo firmiter inhibentes, ne fructus praebendarum ad fabricam deputati, in alios usus quam ad fabricam de cetero convertantur; praesertim cum plures ecclesiae in aedificiis collabantur, & alios defectus sustineant B
in ornatu.

Mercimonia vini & annonae interdicta.

Item statumus ne praetati vel clerici no-
stra civitatis & diocesis negotiationem exer-
ceant, emendo, vel vendendo vinum, anno-
nam, vel res alias causa lucri, secundum
quod canonice prohibent sanctiones. Et qui
hujusmodi statuti transgressores extiterint, vel
existunt, nisi se infra unius mensis spatium
a tali negotiatione subtraxerint, ex tunc ipsos
ab officio & beneficiis suis suspendimus ipso
facto.

*Clerici usurarii & concubinari excommu-
nicantur, nisi se correxerint.*

Insuper clericos usurarios & turpe scenus
querentes, ac clericos concubinarios manife-
stos, nisi se infra mensem correxerint, ex-
communicamus in nomine Domini in his
scriptis. Adjicientes, ut nullus praetatorum,
canonicorum seu aliorum clericorum quo-
rumcumque nostrae civitatis, vel diocesis
aliquem in domo vel familia seu procuratio-
ne sua habeat, qui turpe scenus exerceat
vel uturas. Si quis vero praetatus, canonicus
vel Clericus in familia, domo, seu procura-
tione sua aliquem habeat, ipsum a se remo-
veat infra mentem, alioquin ex tunc eum
ab officio & beneficio suspendimus in his
scriptis.

*Hae statuta in singulis ecclesiis per Decanos
debent publicari.*

Pradicta autem statuta generalia, quae de
concilio sapientum invenimus necessario sta-
tuenda, praecipimus inviolabiliter observari,
& in singulis ecclesiis ad minus bis in anno
in praesentia omnium, qui de membro eccle-
siae fuerint, per decanos ecclesiarum sole-
mniter publicari, ne quis ab earum observa-
tione per ignorantiam se valeat excusare. Actum
& datum anno Domini MCCXCVIII. Idus
Septembris.

* Hec numero veris scriptor tam arte conjunxit, ut pure subiectum sit divinationi, an legere oportet 1290-
VIII. idus Sept. Interes D. Joannes loco post titulum signato ad an. 1199. isthaec statuta reulit, quem etiam in or-
dine locandi fuisse secutus, nisi sine ambiguo essetico semel annotarem annum 1198. figuo, quod istum annu de-
ploratum habuerim, cu rei geis proprium. Adnot. et. Dom. Valer. Ferd. et Guadenus cod. 1. diplom. ex quo de-
scripsimus haec a pag. 507. Ita P. Hartmann.

ANNO
CHRISTI
1199.ANNO
CHRISTI
1199.

C O N C I L I U M B I T E R R E N S E

19. Kal. Novembr. an. Domini MCCXCIX. celebratum.

Hujus concilii nihil superest præter editam a S. Baluzio V. Cl. synodicam, quam hic repræsentat.

*Littera episcoporum ac prelatorum qui concilio Bitterrensi interfuerunt, ad Philippum IV. Francorum regem, pro archiepiscopo Narbonensi, adversus vicecomitem ejusdem urbis.*a Berangarius.
b Bertrandus.
c Gauelinus.
d Raymundus.
e Bernardus.
f Raymundus.
g Itherius.

Excellentissimo principi domino suo, domino Philippo Dei gratia regi Francorum illustri, misericordie divina B. Bitterrensis, B. Nemaufensis, C. Magalonenfis, R. Elnensis, B. Apamiensis, R. Agatenfis, & I. Lodovenfis, episcopi; A. Grassensis, R. sancti Poncii Thomeriarum, G. sancti Guillelmi de Deserto, G. Jucellenfis, & ceteri abbates, alique prelati; & episcoporum ac prelatorum absentium & capitulorum provincie Narbonensis procuratores, in provinciali concilio congregati Bitterris; sui humiles & devoti, cum salute prospera vitam longam.

Cum capite languescente membra dolere non immerito compellantur: matri nostræ ecclesiæ Narbonensis cogimur condolere, & in ejusdem infirmitatibus infirmari. Sane cum vicecomites Narbonenses longissimis temporibus tenuerint ab archiepiscopo Narbonensi quicquid in burgo & in media parte civitatis Narbonensis & eorum pertinentiis obtinebant; & pater vicecomitis qui nunc est, ipso præsentem atque sciente, homagium fecerit & fidelitatem archiepiscopo tunc præsentem, prædecessoresque sui prædecessoribus archiepiscopi memorati continue & successive, fere etiam centum annis, sicut notorium fore dinoscitur apud omnes regiones istius, extantibus de iis sufficientibus documentis, & quod plus est prædecessorum vestrorum privilegii; & vicecomes qui nunc est, non bono ductus spiritu, feudum dictum, ut audivimus, vestræ regis recognoverit majestati, temere veniens contra fidelitatem & juramenta prædecessorum suorum, ad quorum observationem potest & debet per ecclesiam coarctari, & contra confessionem propriam in vestra curia registratam; ac iis etiam non contentus, benignitatem regiam seducendo, de facto procuraverit vestras litteras regias sibi dari, per quas peccandi datur sibi immunitas, & sine poena de advocandi facultas feudum supradictum, quod tolerabile non existit; per quas etiam, in vestri præjudicium, dissolvere est conatus conventiones dudum contractas inter prædecessores vestros & archiepiscopi memorati, super commissione dicti feudi inter reges Franciæ & Narbonensem ecclesiam certis

*Parte, dividendi. H.

portionibus dividenda, & per consequens a fidelitate quam vobis præstitit subtrahere ecclesiam Narbonensem: nos omnes & singuli, qui patimur in passione, & anxiamur in doloribus, & damnificamur in damnis dictæ ecclesiæ matris nostræ, ad vos sicut ad nostrum pium & justum principem recurrentes, solemnes ranciones nostras venerabilem in Chri-

sto patrem B. Dei gratia episcopum Bitterrensem, & religiosos viros B. abbatem sancti Pauli, & I. canonicum ac vestiarium Magalonensem, ad vestræ celsitudinis præsentiam mittimus pro præmissis: suppliciter implorantes, ut eisdem, vel illi ex ipsis qui præsens fuerit coram vobis, audientiam benignam fidemque indubitaram præbere dignemini, eosdem, si placeat, immo verius nos in personis eorum ad exauditionis gratiam admittentes.

Moveant vos, Rex elementissime, ad præmissa, fidelitas, quam dicta mater nostra, & omnes ecclesiæ provincie Narbonensis, semper ad domum regiam habuerunt: labores & sumptus, quos sustinuerunt pro ea; & fructus uberes, qui ex dictis laboribus percipiuntur quotidie, ac percipientur in ævum Domino concedente. Ut, qualiter aliqui regionum nostrarum ad dictam domum regiam, & ad totius ecclesiæ provincie Narbonensis, se habuerint temporibus retroactis, taceamus ad præsens: cum hæc credamus regiam magnificentiam non latere.

Adaugeat, ut oramus quotidie, dominus Jesus Christus vobis, consorti vestræ, & liberis, salutem & vitam: & prosperum faciat statum regni. Datum Bitterris in dicto concilio, 19. Kal. Novembris, anno Domini MCCXCIX.

C. C. Hic adnotavit Baluzius, antiquam controversiam fuisse, an Narbonensibus archiepiscopus subiecti Vicecomites essent: expostulatum fuisse de Amalrici Vicecomitis injuria: non tantum apud Regem a synodo, sed etiam ab archiepiscopo ipso apud Pontificem Bonifacium VIII. ut apparet ex Pontificis ad Philippum Regem litteris apud Odoricum Raynaldum extantibus; ex quibus etiam intelligimus, Vicecomitem a Pontifice Romanum vocatum fuisse. Addit ex Raynaldo eodem, conspiciam esse controversiam a Benedicto XI. qui Bonifacio successit, & Vicecomitem archiepiscopo, archiepiscopum Regi clientelam jurasse. Docet in hac quoque synodo, factum esse decretum de celebrando sancti Ludovici Regis Francorum festo; idque probat ex constitutionibus synodalibus Johannis episcopi Carcassoniensis, editis hoc ipso anno MCCXCIX die Jovis ante festum beati Andreæ: quarum hoc capitulum præfert: *Item præcipimus observari statuta sive consilia de novo edita in concilio Bitterrensi. & specialiter illud in quo continetur de festo duplice beati Ludovici, die festo in singulis ecclesiis celebrando.* Hæc summam ex prælatoribus viri eruditissimi notis excerptimus.



ANNO
CHRISTI
1299.
Ex Martene
Thes. Anec.
tom. 4. pag.
225.

Abba hujus Concilii ex archiepis Civitatis Car-
caffonenfis edis Martene in Thesauris Anec-
dotorum Tom. 4. pag. 225. & seq. & hac
sunt.

L

Excommunicati ab uno suffraganeo, ab aliis suf-
suffraganeis denunciandi excommunicati.

Nos Egidius miseratione divina sanctæ
Narbonensis Ecclesiæ Archiepiscopus, in
nostro provinciali concilio constitutus, præ-
sentibus venerabilibus fratribus suffraganeis no-
stris, Tolosæ, Carcaffonæ, & Uticensis, ab-
sentibus duntaxat exceptis, procuratoribus tam-
en seu eorum vicariis pro episcopis compa-
rentibus, multis etiam Abbatibus & prioribus
conventualibus, nec non procuratoribus ca-
thedralium ecclesiarum nostræ provincie exi-
stentibus in concilio memorato prædecessorum
nostrorum vestigiis inherentes, sacro appro-
bante Concilio, duximus statuendum, quod
quotiens aliquis suffraganeorum nostrorum &
suorum officium aliquem subditum suum au-
thoritate ordinaria excommunicatum per suam
diocesim per mensem fecerit nunciari, ad re-
quisitionem præfati suffraganei, dictus ex-
communicatus, ut citius veniat ad emen-
dam, per totam Narbonensem provinciam **C**
excommunicatus publice nunciatur, & per alios
suffraganeos nostros in eorum civitatibus
& diocesis vel eorum officiales nunciari
mandatur.

II.

De clericis artes viles exercentibus.

Ad hoc, eodem approbante Concilio, sta-
tutum per bonæ memoriæ dominum P. im-
mediatum prædecessorem nostrum in quodam
tuo provinciali Concilio, de clericis, qui car-
nifices, pelliparii, sutores, sotularium cura-
terii seu aluderii, sive fabri communiter pu-
blici ac manifesti existunt, vel alia mechani-
ca vitiosa communiter & publice exercere no-
scentur, auctoritate præsentis concilii inno-
vamus ac præcipimus firmiter observari.

III.

Contra receptatores hæreticorum.

Quoniam in provincialibus Conciliis spe-
cialiter est tractandum super his, quæ obser-
vantiam recipiunt fidei orthodoxæ, nostræque
& fratrum nostrorum sollicitudo circa hoc
propensius invigilare tenetur: cum ad noti-
tiam nostram venerit per confessiones quo-
rundam receptatorum & fautorum hæretico-
rum recenter in iudicio factas, hæreticos per-
fectos, qui vulgariter vestiri dicuntur, & qui
credentes fideliter articulos fidei Christianæ
pervertere moluntur, ac se faciunt adorari,
Narbonensem provinciam olim hujusmodi mor-
bo pestifero præsertim in quibusdam suis par-
tibus graviter fauciatam, licet multis vigiliis
& laboribus ab hujusmodi pestilentia, ut a
pluribus dicebatur, purgatam, subintrasse de
novo, seminasse, in pluribusque ejusdem pro-
vinciæ partibus mala semina suorum dogma-

atum perverforum pullulare; volentes his gra-
vibus periculis obviare, sacri approbatione
concilii, ordinamus quod quilibet suffraganeo-
rum nostrorum in suis civitatibus & diocesi-
bus, per se, & officiales suos & personas al-
ias, si opus fuerit, ad hoc specialiter sta-
tuendas, & nos pariter in civitate & diocesi
propriis, inquiramus sapienter & caute con-
tra fautores & receptatores personarum pesti-
ferarum hujusmodi, cum sine receptatore diu
latere non possint, & nihilominus contra
præfatos omnes, & alios quoscumque hæreti-
cos diligentius inquirentes, & contra præfa-
tos omnes in omnibus observantes, quæ civi-
lia & canonica jura, præsertim constitutions
per dominum nostrum D. divina providentia
summum Pontificem promulgare satagerunt.
Præcipimus injungi singulis archiepiscopis,
& Ecclesiarum rectoribus nostræ provincie,
& aliis, de quibus singulis diocesanis in eo-
rum diocesis videbitur expedire, quod om-
nem diligentiam, quam poterunt, solemiter
adhibeant in præmissis, & suspectas sibi per-
sonas de fide, fautoria, vel receptatione,
prædictis suis diocesanis vicariis vel eorum
officialibus deferre secreto quam citius pote-
runt non omitant. Qui in his sic se ha-
beant diligenter, quod pro negligentia vel
defectu argui nequeant vel puniri.

IV.

Contra Beginos, & Beginas.

Cum per experientiam sapius sit exper-
tum, quod sub specie boni in ecclesia Dei
mala subintrant interdum, nec sine cauta
prohibuerunt sancti Patres varietatem ordi-
num, vel habituum religiosorum deputandorum,
qui non sunt per sedem apostolicam appro-
bati, ad nostramque notitiam sit delatum,
quod ad suggestionem quorundam, inter
quos nonnulli fuerint qui dicebantur plurimi
litterati, quorum aliqui fore noscebantur de
religione laudabili, non immerito inter reli-
giones ceteras approbata, ponentium os in
cælum, & manus ad vota extendentium,
prædicantium multis finem mundi instare, &
jam adesse vel quasi tempora Antichristi, no-
vosque penitentiarum modos & abstinentias ve-
stiumque colores utriusque sexus personis sug-
gerentium, & nihilominus virginitatis ac ca-
stitatis vota recipientium a pluribus ex eis-
dem, ad hoc suis exhortationibus prius tra-
ctis, quæ vota a pluribus violata fuisse no-
scentur: quam plures utriusque sexus ad no-
vam superstitionis cultum pertracti fuerunt,
Begui, seu Beguinæ vulgariter appellati,
qui conventualia prohibita facientes, & fre-
quentes de nocte officium prædicationis verbi
Dei temere usurparunt, in suam excusatio-
nem fidiitæ prætendentes, quod non prædi-
cant sed loquuntur de Deo, se invicem con-
solantes, & quasdam novas observantias custo-
dire conantur, a communi ritu ceterorumque
fidelium discrepantes, e quibus nonnulla scan-
dala sunt suborta, & non modica pericula
huic provincie, quam hæreticos olim publice
frequentasse est certum, nec dubium est, li-
cet clam adhuc ab aliquibus frequentari, im-
minere noscentur. Sacro igitur approbante
Concilio prohibemus cultum superstitionis præ-
fate, quatenus est sacris canonibus inimicus,
ultra.

ANNO
CHRISTI
1299.

ANNO
CHRISTI
1199.

ulterius observari; nihilominus statuentes per singulos diocesanos nostræ provincie illum, ut præmittitur prohiberi, & tam per ipsos, quam eorum officiales contra personas sibi subiectas, vel alias contra quas id iure permittente possent facere, solerter inquiri, si quid in præmissis commissum fuerit contra fidem & canonicas sanctiones. Quod si repertum fuerit, illud auctoritate præsentis concilii præcipimus districtius debita castigatione puniri.

V.

De servandis quibusdam constitutionibus.

Cum parum proficeret iura condita, nisi condita firmiter servarentur: Constitutiones sanctissimi patris domini nostri B. divina providente clementia summi Pontificis, præsertim illam per quam statuit moniales includi; nec non illam Constitutionem, etiam Clementinam, quæ præcepit perpetuos vicarios in ecclesiis certis præsertim religiosorum institui, ab ipso Domino innovatam; insuper Constitutionem ejusdem domini, statuentem de omnibus apostolis, & evangelistis & quatuor doctoribus principalibus sanctæ Ecclesiæ festum duplex anno quolibet celebrari, & omnes alias per ipsum editas in sexto libro Decretalium contentas, præcipimus firmiter observari.

VI.

De festo S. Ludovici.

Item juxta dicti domini nostri ordinationis præceptum statuimus, quod de beato Ludovico in ejusdem festo, quod in crastino beati Bartholomæi apostoli per dictum Dominum nostrum præceptum est annis singulis celebrari in omnibus Ecclesiis Narbonensis provincie

sicut de confessore cæntetur: & quod in ecclesiis cathedralibus & collegiatis, Monasteriis, & prioratibus conventualibus celebretur de eo annis singulis duplex festum, nisi impediti ex causa dicta die dictum festum celebrare non possent, proximiori qua possent, quo casu die dictum festum celebrare, ut præmittitur, teneantur.

VII.

De festis patronorum cathedralis Ecclesiæ.

Adjicientes, quod causa in prædictis cathedralibus & collegiatis Ecclesiis, monasteriis, & prioratibus, ac ceteris ecclesiis totius nostræ provincie, de quolibet sancto & sancta patrono alicujus cathedralis ecclesiæ dictæ provincie, festum ad minus novem lectionum annis singulis celebretur.

VIII.

De servandis Bonifacii Constitutionibus.

Prædicta autem statuta nostra omnia, & insuper omnes prædictas Constitutiones dicti domini nostri, quæ penales existunt, & Constitutiones ipsius superius expressatas, & specialiter Constitutiones editas per eundem super facto hæreticæ pravitatis, & contra vilipendentes sententiam excommunicationis, & eam certo tempore sustinentes, præcipimus in singulis synodis, & nihilominus per singulos rectores in suis Ecclesiis nostræ Narbonensis provincie publicari, & eas ab omnibus firmiter observari. Actum & datum in prædicto Concilio Biterris tertio Cal. Novembris anno Domini MCCXCIX.

CONCILIUM ANSANUM

Anno 1299. habitum.

Ex impresso
Hodino cod-
dedit Jo. de
la Mure in
opere de quo
in Conc. Ma-
tic. anni
1286.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti ad omnia nostra concilia & ad omnes actus nostros progredimur; verum testatur pagina veritatis quod in exordio conditionis humanæ lex obedientiæ vitium transgressionis incurrit, cum primitivi parentes sui conditoris prohibitionem postposita, pomum quod universalis & singularis dominus speciali subjecerat interdito, in totius posteritatis periculum attentarunt, sicque de corrupta radice corrupti ramusculi processerunt. Inde autem fit proclivis decursus ad voluptatem, & natura vitiorum remanet imitatrix, adeo quod ad reprimendas quæ multipliciter subcreverunt perverforum malitias, vix per penas in jure statutas potest competens remedium aut sufficiens adhiberi.

Quamobrem convenit sanctorum patrum constitutionibus, generalium conciliorum provincialiumque canonibus, & fratrum coepiscoporum nostrorum statutis synodalicis sic perverforum coarctari malitias, ut appetitus noxii honestatis debite limites non excedant, & inde magis ac magis christiana professio liberius salutaribus proficiat incrementis.

Sane quoniam multorum conciliorum statuta salubria a nostris prædecessoribus edita

non sunt, sicut decet, & fieri debuit, hæcenus observata, propter quod in contemptum & oblivionem aliqua devenerunt, quædam vero mutationem, vel reformationem propter varium decursum temporis nunc inducunt; cum, beato Augustino testante, omnia debeant suis temporibus convenire, ideoque nos Henricus divina miseratione sanctæ primæ Lugduni ecclesiæ archiepiscopus, necessarium fore prævidimus conciliorum prædictorum statuta a nostris prædecessoribus edita renovare, quasdam penas ad eorum observationem adjicendo, & quasdam alia statuendo quibus vita delinquentium arceatur. Auctoritate igitur præsentis concilii unanimique consilio & assensu fratrum nostrorum suffraganeorum præsentium, videlicet domini Bartholomæi Dei gratia, episcopi Eduensis, domini Nicolai eadem gratia episcopi Matiscensis, domini Guillelmi eadem gratia episcopi Cabilonensis, & domini Simonis de Haxeria archidiaconi Divionensis in ecclesia Lingonensis procuratoris, & excusatoris domini Joannis miseratione divina episcopi Lingonensis absentis, & dilectorum nostrorum sitorum abbatum Atanatenfis Lugduni, insule Barbaræ, Saviniacensis, Bellavilla, Cassa-

Hhhh

cæ,

Concil. General. Tom. XXIV.

ANNO
CHRISTI
1229

niz, de O ygnaco, sancti Stephani Divionensis, Moleli onensis, & sancti Sequani, & procuratorum capitulorum ecclesiarum cathedralium, collegiarum, conventualium nostræ provincie Lugduni, consilio & voluntate concordati statuimus & ordinamus, quod antiqua prædecessorum nostrorum concilia in præsentis concilio alias renovata, nec non de novo edita in eodem firmiter & inviolabiliter observentur: verum quia injuriatur memorie frequenter oblivio, prudentium cautela edocuit adversus oblivionis dispendium scripturæ suffragio providere; quapropter ne aliqui de cætero prætextu oblivionis, vel ignorantie se valeant excusare, statuta prædecessorum nostrorum cum quibusdam aliis per nos editis recolligi fecimus, & ipsa in præsentia cleri & populi in dicto concilio astantis in eodem sacro concilio publicamus, & sub certo tenore infra scripto conscribi statuimus; & ipsa bulla nostra & sigillis dictorum fratrum nostrorum ad æternam rei memoriam roborari statuimus. In primis igitur ad pronuntiationem & declarationem statutorum in hoc provinciali concilio revalorum ac editorum sic providimus ipsoandum, declarantes, profitentes, & protestantes expresse quod prædicta statuta in toto, vel in parte juribus, bonis usibus, & consuetudinibus decani Lugduni ecclesie præsentis & consentientis dictis declarationi, professioni, & protestationi pro se & successoribus suis in dicta ecclesia Lugdunensi, & bonis usibus, juribus, & consuetudinibus dictæ Lugdunensis ecclesie, & ejus capituli, & quarumcumque personarum ecclesiasticarum de dicta Lugdunensi ecclesie corpore existentium, & aliorum capitulorum Lugdunensis provincie nominum derogare.

R U B R I C A.

*De Missa pro pace & bono statu terre
& ecclesie celebranda.*

Cum juxta scripturæ testimonium, qui pro alio orat, pro se ipso Dominum interpellat, multum valet deprecatio iusti assidua apud Deum, eo quod oculi Domini super justos, & aures ejus ad preces eorum respiciunt, pia deliberatione duximus statuendum, quod in qualibet septimana in unaquaque ecclesia civitatis & diocesis ac provincie Lugdunensis una missa de Beata Maria, vel de sancto Spiritu aliqua competenti die, pro pace & tranquillitate ac bono statu summi pontificis, & sanctæ Romanæ & universalis ecclesie conservando, aut inimicis ejus ad correctionem, & penitentiam convertendis solemniter celebretur. Venientes autem ad missam & eam audientes viginti dierum indulgentiam consequantur.

*De prælati quod mutuum auxilium
sibi præsent...*

Statuimus & ordinamus ut prælati provincie Lugduni mutuum consilium & auxilium sibi præsent pro sententiis & bono statu ecclesie conservandis.

R U B R I C A.

*De Judæis quod aliquod signum portant, per
quod possint a christianis discerni.*

Cum ex eo quod Judæi aliquod signum patenter non portant, per quod Judæi sunt, a Christianis valeant reprehendi, quam plura possint, prout pro certo comperimus, inimica Christianæ fidei perpetrari; ideoque provide atque consulte statuimus, ut Judæi in quocumque loco nostræ diocesis & provincie

commorantes in superiori veste quam gestant & gestabunt in antea, aliquod signum portent de panno vel tela confutum ita magnum & coloris dissimilis in veste superiori in qua debeat conui, ut possint videri & cognosci. Prohibemus intuper ne teneant christianos nutricios & nutrices: carnes autem pro Judæis occisas nullus vendat fidelibus christianis.

Obviantes autem Judæi Cruci, sive corpori Christi, vel penitus se recludant, vel cum festinantia recedant, aut reverentiam cum humilitate exhibeant Salvatori.

Præterea ecclesiis in quarum parochiis Judæi commorantur, satisfaciant pro decimis & oblationibus de domibus & possessionibus, quas noscuntur in ipsis parochiis possidere.

Si vero Judæi contra præmissa fecerint, vel aliquod eorundem, eis christianorum participatio denegetur, & christiani ab eorum participatione abstinere nolentes, per centuram ecclesiasticam compellantur, donec satisfecerint de præmissis.

Intuper juxta statuta generalis concilii monemus & moneri præcipimus omnes principes, barones Castellanos, & alios Dominos seculares, & quorumlibet eorum vices gerentes existentes in diocesi & provincia Lugduni, ne Judæos præferant in quibuscumque publicis officiis Christianis; & si qui jam sunt præpositi, locorum domini eos studeant removere, alioquin contra eos per diocesanum, in cujus diocesi hæc contingit, auctoritate præsentis concilii per excommunicationis sententiam procedatur, & alias prout providendum noverit expedire.

De Perjuriis.

Cum per reatum perjuri non solum iis qui perjurant, immo etiam pluribus aliis damna frequenter irrogari contingat, & sint nonnulli qui illud crimen incurrere non formidant: Non attendentes, vel forsitan ignorantes quam sit difficile atque grave, & quot sunt pœnæ contra perjuros editæ per legitimas & canonicas sanctiones. Statuimus ut presbyteri curam animarum habentes in ecclesiis suis semel in quolibet mense præsentis populo, aliquo festivo vel dominico die denuncient publice, ac exponant quod perjuri sunt intames & a perhibendo testimonio, & omni actu legitimo repellendi, & quod non sunt digni ecclesias regere, nec inter probos homines computandi, nec modo aliquo admittendi, & hæc fiant ne prætextu ignorantie aliqui occasionem habeant pejerandi: convicti vero de perjurio vel confessi, per diocesanum suum nihilominus puniantur secundum quod pejerantis qualitas id expulerit, ut metu pœnæ a similibus arceantur.

De machinantibus contra excommunicatos, & contra excommunicationum sententias præferentes vel nunciantes, & contra eos & eorum parentes ad quarum instantiam proferuntur.

Plerumque contingit, quod quidam excommunicati, vel eorum domini, vel amici, quædam statuta faciunt, præcepta, seu bana contra excommunicatos seu denunciatores excommunicationum prolatarum contra eos, vel eorum parentes, ad quorum sunt instantiam promulgata, vel bona capiunt, vel capi faciunt, quod est a disciplina ecclesiastica alienum, cum hæc fiant in exclusionem clavium ecclesie, quas nituntur infringere malitia exquisita. Et licet tales nisi infra octo dies resipuerint, incidant in excom-

ANNO
CHRISTI
1229

ANNO
CHRISTI
1222

ANNO
CHRISTI
1222

communicationis sententiam ipso facto, a qua si per duos menses eam sustinuerint, non possint nisi a Domino papa absolutionis beneficium obtinere, juxta tenorem constitutionis editæ a D. Gregorio papa X. in concilio Lugduni; quia tamen illam constitutionem contemnunt, & nervum nituntur corrumpere ecclesiasticæ disciplinæ, & mucronem ecclesiæ hebetare, statuimus præsentem sacro concilio approbante; quod quicumque statutum, bannum, præceptum, interdictum furni, molendini, ignis, aquæ seu itinerum aut commerciorum quorumcumque seu mandatum fecerint supra prædictis apertum, vel occultum contra excommunicatores, vel excommunicationem denunciantes, vel contra eos vel eorum parentes, ad quorum instantiam sunt sententiæ ipsa lata, vel bona ceperint, seu capitecerint eorundem, nisi infra octo dies revocaverint cum effectu quod fecerint occasione prædicta quocumque quæsito colore, auctoritate præsentis concilii, excommunicati publice nuncientur per diocesim in qua noscuntur taliter excessisse: & nisi post denunciationem infra decem dies excessum suum curaverint revocare, denunciantur excommunicati per totam provinciam Lugdunensem: & si sint domini terrarum, vel rectores earum, in earundem terris quamdiu ibi fuerint, cesset a divinis, in quibus dicti excessus, vel aliquis eorum fuerit perpetratus, juxta tenorem constitutionis domini Bonifacii papæ VIII. sine dissimulatione qualibet, donec passis injuriam & ecclesiis satisfecerint competenter auctoritate præsentis concilii; præcipientes insuper omnibus prælati nostræ provinciæ jurisdictionem habentibus ordinariam, quoad ad causarum cognitionem, quod cum a diocesano in cujus diocesi excessus hujusmodi fuerit perpetratus extiterint requisiti, dictos malefactores excommunicatos denuncient & evitent, & denunciari præcipiant a suis subditis cappellanis, & hoc medicabile statutum studeant observare.

De excommunicatis ad officia publicas non assumendis.

Generaliter statuimus, quod publice excommunicati & denunciati ad aliqua publica officia, utputa Bailliviam, Castellariam, Præposituram, vel ad aliqua alia majora vel minora officia non assumantur per aliquem in diocesi, vel provincia Lugdunensi, & nulla sententia lata per eos sive eorum auctoritate. Ipsi, & qui tales assumpserint, & moniti eos non removerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant. Adjicientes insuper, ut quicumque excommunicatos publice semel aut plures in ecclesia seu ecclesiis denunciatis scienter elegerint, vel assumpserint ad aliquod publicum officium exercendum, sententiæ interdicti subjaceant ipso facto.

Idem per omnia statuente, si qui post assumptum officium etiam in prædictam excommunicationis sententiam inciderint, & dum certificati eos ab officio infra decem dierum spatium moniti non duxerint amovendos.

De Laicis diu sustinentibus sententiam excommunicationis.

Præterea sunt nonnulli excommunicationis sententiam contemnentes, & quantum in eis est nervum ecclesiasticum corrumpentes qui non timent diutius in excommunicatione jacere, dicentes quod ita sapide comedunt, at

Council. General. Tom. XXIV.

que bibunt, & ita bene fructificant agri sui, ac si nulla essent excommunicatione ligati.

Cum igitur ista & his similia non careant scrupulo hæreticæ pravitate, ne per sua prava exempla alios in devia mortis impellant, statuimus, ut quicumque excommunicatus fuerit, si per annum post denunciationem in excommunicatione permanerit, cum jam præsumi possit, quod in eo malitia invalescit, dominus in cujus contigit territorio vel ejus vices gerentes per ejus diocesanos, vel officialem ejus, legitime moneantur, quod ipsum infra decem dies ad unitatem ecclesiæ redire compellat per captionem corporis vel bonorum.

Quod si dominus, vel ejus vices gerentes per dictos decem dies a die notificationis factæ distulerit adimplere, cum non careat scrupulo societatis occultæ, qui dum potest desinit tanto facinori obviare, ipse dominus & ejus vices gerens auctoritate præsentis concilii excommunicationis sententia adstringatur: & si hanc sententiam per alios decem dies sustinuerint, & in protervitate perseveraverint, per diocesanos loci, vel ejus officialem contra utrumque sententia auctoritate hujus concilii aggravetur: Et si nec sic respuerint, & aggravationem per alios decem dies sustinuerint, castrum vel villa ipsius domini ubi excommunicatus moratur, supponatur ecclesiastico interdicto: Et si adhuc non venerint ad emendam, si per quadraginta dies latam interdicti sententiam in terra sua sustinuerint animo nequiter indurato, contra eos & terram eorum gravior ecclesiastica exerceatur censura, prout diocesano videbitur expedire, vel officiali suo de ipsius diocetani concilio primitus requisito pariter & obtento.

De iis qui ingrediuntur ecclesiam excommunicatione ligati.

Quoniam sunt aliqui qui licet per excommunicationem vel interdictum a Corpore Christi, quod est ecclesia sint remoti, quamdam devotionem fingentes in contemptum sententiæ vel sententiam proferentis, seu sacerdotis eandem sententiam publicantis, ingerunt se divinis, & ecclesias intrant, vel se scienter exhibent conspectui sacerdotum dum officia celebrantur divina, sic divinum Officium perturbantes, cum in eorum præsentia sacerdotes non possint nec debeant celebrare, nec etiam cæteri non excommunicati debeant ipsis præsentibus in ecclesia remanere, quando divina officia celebrantur: cum igitur tales deberent potius excommunicationem humiliter sustinere, & esse extra ecclesiam, ne ex suo contemptu amplius ligarentur, quam seingere cum animæ detrimento;

Statuimus, ut quicumque ausu temerario Dei timore postposito præsumpserit taliter divinum officium perturbare, iterum auctoritate præsentis concilii se noverit alia excommunicationis sententia irretitum, si requisitus per cappellanum, vel ejus mandatum statim non exierit de ecclesia patienter, nec ab ipsa sententia ibi per diocesanos, vel ejus officialem, vel auctoritate sedis apostolicæ absolvatur, & contra eum nihilominus procedatur, sententiam aggravando prout ordinario visum fuerit expedire insuper statuente: quod damna quæ sustinuerint cappellani propter excommunicationis, vel interdicti sententiæ contra aliquos, vel eorum terras prolatas, si eorum

Hhhh 2 sup

ANNO
CHRISTI
1223

ANNO
CHRISTI
1223

suppetant facultates, ipsis cappellanis per ex-communicatos restituantur integre.

De excommunicatis qui satisfecerunt pro quo sunt excommunicati, nec tamen sunt absoluti.

Item statuimus, quod excommunicatum aliquem quantumcumque constet, quod satisfecerit de hoc, pro quo fuerit in eum sententia promulgata, nullus eum presumat absolvere, vel pro absoluto habere vel mortuum tradere ecclesiasticæ sepulturæ, nisi a prælato suo, vel ejus officiali, vel alio a quo sententia emanaverit licentiam habeat specialem.

Qui vero contra fecerit absolvens excepto mortis articulo, in quo casu potest quilibet presbyter absolvere, sed non sine diocesisani, vel ejus officialis licentia tradere ecclesiasticæ sepulturæ, excommunicationis sententiam auctoritate præsentis concilii se noverit incursum.

De corporibus defunctorum extra ecclesiam non portandis.

Etiam statuimus, quod corpora defunctorum in cæmeteriis ecclesiarum parochialium inhumantur, nisi incontinenti sine aliquo strepitu judicii fides fiat sacerdoti parochiali summaria quod alibi elegerint sepeliri.

Si qui autem regularis, vel secularis aliter ad aliam ecclesiam, vel cæmeterium corpus portare præsumpserit, antequam de electione sepulturæ habita fuerit certitudo, omni emolumento in testamento defuncti & taliter sepulti sibi relicto careat, & illud parochiali ecclesiæ applicetur, & nihilominus ad expensas suas teneatur restituere corpus proprio sacerdoti cum omni emolumento, quod ejus occasione habuit infra octo dies postquam super hoc fuerit specialiter requisitus; quod si non fecerit, ex tunc auctoritate præsentis concilii noverit sibi ingressum ecclesiæ interdictum usque ad satisfactionem condignam.

Insuper statuentes, quod corpora defunctorum qui elegerint alibi sepeliri primo portentur ad parochialem ecclesiam, & ibi una missa vel aliqua statio pro defuncti anima celebretur.

De potentibus insidias episcopis vel prælatis, & conspirantibus contra eos.

In tantum seduxit aliquos maligni hostis perfidia, qui contra proprios episcopos vel prælatos parare seu ponere insidias, aut conjurationes, vel conspirationes facere moluntur.

Cujus criminis sævitia non solum inter christicolos abominabilis & execrabilis judicatur, sed & inter hæreticos & gentiles est etiam ab extraneis & secularibus legibus interdicta. Idcirco hujus criminis reos non solum ecclesiasticæ, sed etiam seculares leges damnant, & non tantum agentes, sed & consentium, consilium, & auxilium impendentes: quamobrem præsentis auctoritate concilii exterminare crimen tam detestabile cupientes,

Generaliter statuimus, ut si clerici seculares, vel regulares seu laici præsumptione damnabili prælato alicui insidias præsumpserunt seu ponere ad capiendam personam, vel bona ipsius, vel suam familiam deprædandam, conjurationem vel conspirationem fecerint contra eos, excommunicationi subiacent ipso facto, licet sua damnabilis præ-

sumptio ad effectum minime sit producta: & si tam detestabili & horribili crimine convinctur, si regulares fuerint vel seculares clerici in quocumque gradu vel ordine constituti, etiam quicumque laici, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, præter penas contra tales a jure statutas.

De testamentis presbyterorum.

Licet secundum canonicas sanctiones bona quæcumque intuitu ecclesiæ acquisita non sint ad personas alias transferenda, sed debeant apud ecclesiam cujus intuitu acquisita sunt, remanere, non tamen est improbandæ consuetudinis, immo statutis canonicis approbatæ, quod presbyteri, ceterique ecclesiarum secularium, quarum regimen tenuerunt, possint disponere & testari, præsertim in iis quæ noscuntur ad pietatem & misericordiam pertinere: igitur sacro præsentis approbante concilio, duximus statuendum, quod de bonis mobilibus & se moventibus duntaxat, quæ sine intuitu ecclesiæ acquisierint, vel alio justo modo antequam ecclesiæ adepti essent, vel postea, libris & ornamentis ecclesiasticis exceptis, & etiam de immobilibus antequam adepti essent ecclesiæ acquisitis, possint ipsi presbyteri & rectores seculares sua condere testamenta, seu alias ultimas voluntates, in quibus pro animarum suarum remedio aliquibus Christi pauperibus, seu suis servitoribus pro remuneratione suorum servitorum tam presentium quam etiam transactorum, sive sint consanguinei, sive sint extranei, vel propinqui de bonis prædictis mobilibus, & de moventibus possint relinquere & legare, hoc adhibito moderamine, quod in ecclesiis quas rexerunt tantum de bonis mobilibus dimittere teneantur quod successor cum necessariis servitoribus ecclesiæ & personæ ipsius usque ad novos fructus valeat sustentari, si ad hoc suppetant facultates, computatis fructibus qui provenient in ecclesia, vel occasione ecclesiæ, durante tempore ante dicto.

Sane bona immobilia præter ecclesiæ acquisita statuimus debere penas ecclesiæ jure perpetuo remanere, & de utensilibus quæ tempore mortis suæ habebat in parochia, prout ordinario, consideratis iis quæ consideranda sunt, visum fuerit expedire.

RUBRICA.

De contententibus super beneficiis ecclesiasticis, qui omnes jurisdictionibus ecclesiasticis ad arma & rixas veniunt.

Ad hoc cum jam perniciose molitum sit in pluribus partibus diocesis & provincie Lugdunensis non solum apud seculares, sed apud monachos, & alios regulares, & cum super beneficiis ecclesiasticis quæstiones inter aliquos oriuntur, qui relictis & contemptis ecclesiasticis iudiciis, ad quos solos cognitio & definitio talium noscitur pertinere, statim ad arma concurrunt, parentum & amicorum suorum impetu & violentia prioratus, ecclesias, vel alia beneficia ecclesiastica per violentiam occupantes, armis & armatis hominibus minantes eisdem, sed exinde mutuo prout prævalent plerumque cum effusione sanguinis, nonnunquam vero cum homicidiis expellentes, prope innumerabilia insurrexerunt, & adhuc fre-

S frequenter insurgunt scandala & plurima se-
quantur corporum & animarum pericula, &
ruina: circa quæ provisum est per dictum
ANNO BONIFACIUM PAPAM VIII. ut hujusmodi vio-
CHRISTI lentiam eo ipso quod per violentiam aliquod ec-
1199. clesiasticum beneficium occupant, jus, si quod
in beneficiis taliter occupatis, vel ad ea
fortitan competebat, amittant.

Nos volentes provisioni penam adicere,
statuimus quod si talis violentus per diocesa-
num requisitus & monitus, a tali occupatio-
ne & violentia desistere noluerit, & excom-
municationis sententiæ subiaceat ipso facto, &
per totam denunciatur excommunicatus dice-
cesum: & si perseveret in sua malitia, per
totam provinciam Lugdunensem, nullatenus
in ea provincia, si sententiam per tres men-
ses sustinuerit, de duobus annis postquam ab-
solutus fuerit beneficium ecclesiasticum ob-
tenturus.

*De abusus litterarum domini
nostri papa.*

Sunt quamplures personæ ecclesiasticæ tam
regulares quam sæculares & laici, qui litteris
domini papæ vel ejus legatorum nequiter abu-
tuntur; idcirco auctoritate presentis concilii
excommunicamus omnes illos qui litteras suo
nomine a sede apostolica, vel ejus legatis ob-
tentas aliis ejusdem nominis ad abutendum
tradunt, & eos qui eas recipiunt tali modo.
Item illos qui ad loca æquivoca aliquem seu
aliquos citari faciunt, ut fraudulenter & ma-
litiöse vexent & decipiant quos citant in la-
boribus & expensis. Item omnes illos qui su-
per uno & eodem negotio coram diversis ju-
dicibus aliquem faciunt evocari. Item omnes
illos qui litteras apostolicas vel ejusdem lega-
torum ad futuras trahunt controversias quæ
nondum fuerant tempore impetrationis exor-
tæ. Item omnes illos, qui per litteras ea quæ
de bonis pro suorum prioratuum dignitate
personatu vel ecclesia, seu alio beneficio ec-
clesiastico impetratis ad instantiam aliquorum
alios citari faciunt, cum quibus ipsi ratione
prædictorum prioratus, dignitatis, personatus
ecclesiæ seu beneficii quorum nomine sunt lit-
teræ impetratæ, non habent aliquid quæ-
stionis.

De illis qui litteram extendunt scienter &
malitiöse & de littera post iter arreptum &
ea prædicto modo abutentibus idem per om-
nia statuente, nec non de omnibus qui per
quascumque litteras apostolicas, vel legatorum
sedis apostolicæ citari aliquos faciunt, contra
quos non habent aliquid quæstionis.

Si quis vero super rebus ad dotem spectan-
tibus litteras apostolicas impetraverit, & illa-
rum auctoritate aliquem vel aliquos cum qui-
bus ratione dotis non habet aliquid quæstionis,
fecerit scienter & malitiöse ut supra fatigari,
auctoritate presentis concilii eadem excommu-
nicationis sententiæ qua superius noverit se li-
gatum.

De illis vero qui falso esse cruce signatos
asserunt, cum non sint, & sic tanquam cru-
ce signati litteras apostolicas impetrant per
quas aliquos fatigant laboribus & expensis,
item de illis qui privilegium cruce signatorum
impetrant sub illa forma postquam iter arri-
perunt transmarinum, & ante iter arreptum
per illud privilegium impetrant aliquos fati-
gari ipsi litteris scienter taliter abutendo,
præsentem approbante concilio, idem per om-

nia statuente, videlicet, quod eadem sint ex-
communicationis ligati sententiæ, & aliis poe-
nis a jure statutis nihilominus infligendis;
hoc autem contra abusus litterarum sedis
apostolicæ & legatorum ejusdem auctoritate
præsentis provincialis concilii statuimus, ejus-
dem sedis apostolicæ & legatorum ejus aucto-
ritate in omnibus semper salva, statuente ni-
hilominus quod prædicti abulores per diocesis
episcopum, prout justum fuerit, puniantur: eod-
dem modo qui consensum, consilium, vel au-
xilium seu assensum scienter præbuerint in hoc
facto, singuli quidem episcopi per se vel per
deputatos ab eis inquisitionem super iis faci-
ant diligentem & puniant quos invenerint
reos esse, & eos compellant satisfacere inde-
bitè fatigatis.

RUBRICA.

*De iis qui, prætextu officiorum secularium
qua gerunt pro dominis temporalibus,
capiunt ecclesiasticas personas.*

Cum nonnunquam domini aliqui tempora-
les vicarii, præpositi, baillivi, castellani, &
alii secularium curiarum officiis variis inter-
vientes diversis officiorum nominibus nuncu-
pati, auctoritate propria manus temerarias
passim & indifferenter ad capiendum clericos
aliasque personas ecclesiasticas incurialiter &
modo quo possunt turpius ad majorem confu-
sionem ecclesiæ atque cleri extendere non ve-
rentur; quin immo ipsos mancipant carceri-
bus, ac ibidem nonnunquam ut excessus suos
palliare possint, eos ibi totaliter radi faciunt,
ut possint contringere eos clericos non fuisse,
vel non esse in possessione clericatus, seu qua-
si in enervationem ecclesiasticæ libertatis, pro-
hibemus districte ne a quoquam talia de cæ-
tero attententur, alioquin contraria facientes,
sive sint laici sive ecclesiasticæ personæ, re-
gulares, vel sæculares, hanc nostram excom-
municationis sententiæ quam auctoritate
præsentis concilii in his scriptis serimus, in-
currere volumus ipso facto, nisi forte in eo
duntaxat casu cum eos adhuc flagrante crimi-
ne capi contingeret, cum de ipsorum fuga
Everosimiliter timeretur, & quam citius com-
mode poterunt ad curiam episcopalem duxe-
rint & restituerint sine fraude. Si vero de
nocte tales ceperint, in crastinum teneantur
ultra sine aliqua requisitione & sine retentio-
ne alicujus seu aliquorum, bonorum mobilium
ipsius, & sine læsione personæ reddere curiæ
supra dictæ, nec eis liceat aliquid a captis
hujus dono vel gratia sub colore aliquo ex-
torquere, nec etiam recipere gratis data, con-
traria aliqua consuetudine quæ potius corru-
ptela censenda est, non obstante, & si ali-
qua habuerint ea integraliter restituere te-
neantur, quin immo si injuste eos cepisse in-
veniantur, sive aliter eos læsisse modo aliquo
D in personis, tandiu excommunicati publice
nunciatur, donec læsis & ecclesiæ super iis
ad ordinarii arbitrium emendam fecerint com-
petentem.

Quod si in castris vel villis captionem cle-
ricorum contingat fieri, adducant ipsos ad e-
piscopalem curiam, vel transmittant quam ci-
tius sub fida custodia cum expensis ipsius cu-
riæ moderatis: Et si secus egerint vel in frau-
dem seu odium super hoc aliquid attentave-
rint, eadem qua supra sententiæ involvantur,
& nihilominus denuntientur excommunicati a
canone donec meruerint absolutionis benefi-
cium

Cium obtinere, & in villa, castro vel civitate seu loco in quibus vel quorum districtu aliter quam prædictum est detinuerint clericos, cessetur a divinis, servata circa celebrationem divinorum forma constitutionis domini Bonifacii papæ VIII. præter penitentias morientium, & baptismata parvulorum.

De iudicibus secularibus qui prohibent subditos suos ad iudicem ecclesiasticum appellare.

Multa quandoque indicta, vel modis aliis, domini sæculares, vel eorum iudices præpositi, seu Baillivi, castellani, vel eorum officiales aliqui, aggravantibus vel sententiis ab eis latis, super rebus ad feudum spectantibus ecclesie, ad iudicem Ecclesiasticum, a quo tenentur in feudum, impediunt appellationem proficere interjectam, sic ius & jurisdictionem Domini & iudicis ecclesiastici perturbantes. Nos vero evidentem eorum malitiam pertringere affectantes, prohibemus ne post editam & publicatam præsentem constitutionem præsumant talia attentare, alioquin excommunicationis sententiæ se noverint subjacere: quæ tamdiu inviolabiliter observetur, publicetur & etiam aggravetur, donec reatum proprium confitentis, emendam fecerint competentem, & abolutionis beneficium meruerint obtinere.

De recognitione feudorum & rerum que tenentur ab ecclesia feudata, & servitiorum pro rebus ecclesiæ debitorum.

C De clericis, religiosis & laicis nobilibus, & ignobilibus qui feuda vel res aliquas tenent ab ecclesiis, statuimus, ut ea & eas, ac servitia quæ pro eis debent ecclesiis, quam citius poterunt, recognoscant personis quæ ipsis præfunt ecclesiis, vel aliis de mandato ipsarum, & usagia faciant eorumdem.

Si vero aliquis scienter feuda ipsa & res quæ ab ecclesia tenent, & usagia, atque servitia quæ pro ipsis debentur celaverit, & infra annum & diem homagium & usagia facere, & servitia pro ipsis debita recognoscere reculerit, excommunicationis sententiæ auctoritate præsentis & approbantis concilii se noverit subjacere, & nihilominus feudorum & rerum amissionem pro quibus dicta usagia & servitia debentur, poterit merito formidare; hanc autem excommunicationis sententiam si quis in eam incidit, præcipimus solemniter publicari, & illum qui in illam incidit excommunicatum publice nunciari, donec erga ecclesiam & prælatum, vel alium qui præest rei ecclesiasticæ pro qua prædicta debentur, fecerit id ad quod faciendum tenetur de consuetudine vel de iurè; ita tamen quod quantum ad recognitionem prædictorum servitiorum illi qui ad ea tenentur antequam dictam sententiam incurrant fuerint saltem publice & generaliter in locis in quibus habitant super hoc requisiti; si vero animo indurato excommunicationis sententiam ultra tres menses præsumpserit aliquis sustinere; in casu prædicto res feudalis & per ecclesiam auferatur, & alii concedatur, qui eam teneat in feudum, & se tenere ab ecclesia recognoscat; qui vero feuda ecclesiastica intraverint, vel receperint sine consensu ecclesiarum vel prælatorum, de quorum sunt dominio, prædictis sententiis se noverint irretitos.

A De iis qui cadunt in personis proprias cappellanos, vel habentes dignitates, personatus, vel canonicas, vel alias incorporatos vel intitulatos in ecclesiis cathedralibus, collegiatis, vel conventualibus.

ANNO
CHRISTI
1229.

Licet omnes in tuos proximos delinquentes argui debeant & puniri juxta canonicas & legitimas sanctiones, in illos tamen est exercenda gravior disciplina, qui in personis ordine, gradu, officio, dignitate, aut in personatu notabiles, temerarias & sacrilegas manus injicere non formidant, sicut in propriis parochiales presbyteros, vel habentes in ecclesiis cathedralibus, collegiatis, seu conventualibus dignitates, personatus, canonicas, seu officia, vel alias incorporatos, seu intitulatos in eis. Ea propter ut talium præsumptuosa audacia refrænetur, & modo debito puniatur, sacro præsentis approbante concilio, statuimus, quod si quis citra auctoritatem sui episcopi de cætero, inimico homine suadente, in hujusmodi personas manus violentas injicere præsumpserit, interficiendo, mutilando, vulnerando, seu graviter verberando, capiendo, vel captas tenendo, tam ipse violentus, quam ei præstantes in hujus violentia consilium, vel consensum quemcumque, vel aliquis de genere eorumdem in ascendenti vel descendenti linea, usque ad quartum gradum non possint recipi ad aliquem gradum, statum, vel ordinem in ecclesia, vel monasterio, de qua vel quo extabit persona læsa, & si persona læsa Sacerdos parochialis vel curatus fuerit, non possit sic lædens eum in aliquo loco civitatis, diocesis, aut provincie Lugdunensis aliquod ecclesiasticum beneficium assequi, nisi prius facta competenti emenda tam læsæ personæ, quam ecclesie cuius persona læsa fuerit, quam etiam loci ordinario talis & tanta, quam aliis excidentibus vel excedere volentibus esse possit, ut a suis respiciant insolentis in exemplum: Et si talis excedens actu, consilio, vel consensu beneficium aliquod teneat in diocesi in qua ecclesia sita fuerit, cuius personam sic lædere contigerit, ut dictum est, nisi reatum suum infra mensem computandum a die illatæ injuriæ emendare procuraverit cum effectu, illis quibus juxta præmissa ipsam faciendam decrevimus, eo ipso sit illo beneficio præsentis concilii auctoritate privatus.

R U B R I C A.

De sacerdotibus clericis, & laicis qui generale pluribus modis violant interdictum.

E Sunt quidem quamplures versutis & dolosis machinationibus intendentes & dediti, qui illud quod ad remedium salubre consulto provisum est & statutum, ad noxam & perniciem retorquere nituntur: nam cum contingit aliquando quod aliqua civitas, castrum seu villa ex aliqua causa quam sufficienti esse prima facie præsumimus, generali & ecclesiastico supponitur interdicto, aliqui de ipso loco interdicto, vel ejus suburbio seu continentibus ædificiis existentes, sub devotionis prætextu quam se habere simulant, vel alia illicita intentione quacumque exhortantur, sollicitant & requirunt, vel precibus seu muneribus, terroribus, promissionibus, sive minis quosdam sacerdotes & clericos alliciunt & inducunt ad celebrandum secrete missas, vel alia divina officia facienda, & sacramentum penitentiae, in casibus non permittis a jure, matri-

ANNO
CHRISTI
1129

matrimonii benedictiones nubentium, & alia sacramenta ecclesiastica ministranda, quorum pravis & iniquis persuasionibus inventione nefandissima & corrupta receptis muneribus, vel promissis, vel sub spe habendi in posterum dicti maledicti presbyteri & clerici occultatis vultibus ne cognosci valeant, & obtenebratis, sub monstri larvarum specie obediunt in prædictis & quolibet seu aliquo prædictorum officio sacerdotali vel clericali nequiter abutendo, & nervum disciplinæ ecclesiasticæ corumpendo, necnon divina ministeria quæ purgatoria cuodorum contagiorum existunt in recte celebrantibus & recipientibus, atque audientibus, quantum in eis est contaminando, & etiam prophando, quæ siquidem committendo sunt qui nequam fuerant nequiores. Nam sententia propter quam promulgatum est interdictum quo medicabilis esset, si modo debito servaretur, & mortalis efficitur, dum per prædictos abusus, vel alios vertitur in contemptum, & nihilominus personæ ecclesiasticæ talia quæ dicta sunt committentes quo ad celebrationem missarum & divinorum officiorum in eis committendis præbentes auxilium, consilium, vel consensum, irregularitatis laqueo se involvunt, a quo nisi per summum pontificem liberari non possunt, juxta sacrorum canonum sanctiones.

Verum cum a multis non advertentibus aciem interioris oculi ad salutem, nec ad observationem canonum prædictorum frequenter perperantur excessus prædicti, & sic pluribus in malitia tanta crescentibus, necesse habemus dictos canones majorum poenarum adjectione juvare, ideoque præsentis auctoritate concilii omnes & singulos civitatis, diocesis & provinciæ Lugdunensis qui de cætero exhortando, sollicitando, vel excitando modo aliquo sacerdotes, vel clericos ad talia, vel similia præsumenda quæ dicta sunt, nec non omnes audientes & recipientes ab eis divina officia, vel ecclesiastica aliqua sacramenta in loco interdicto, vel ejus suburbii, aut continentibus ædificiis, vel alibi; si propter culpam, vel delictum habitantium in loco interdicto sententia interdicti lata fuerit, auctoritate hujus sacri concilii excommunicationis sententia innodamus, nec non presbyteros & clericos qui inveniuntur de cætero fore culpabiles in prædictis, vel aliquo eorumdem a qua non possint absolvi aliqui prædictorum nisi a diocesano episcopo competenti satisfactione præmissa, omnibus qui ex prædictis excessibus inveniuntur gravati, seu quorum interest, sicut sunt illi qui tulerunt sententias, & illi ad quorum instantiam prolatae sunt, & sacerdotes parochiales; citra quam satisfactionem absolutio præstita de facto nullius penitus sit momenti; & ut sacerdotes & clerici a talibus enormibus excessibus de cætero arceantur, statuimus ut si quis de cætero talia vel similia attentare præsumperit, eo ipso beneficio ecclesiastico si quod obtinet in civitate, diocesi, vel provincia Lugdunensis, sit præsentis concilii auctoritate quam contempserit, privatus omnino; si vero beneficium non habeat, ad obtinendum beneficium de cætero aliquid ecclesiasticum in civitate, diocesi, vel provincia supradictis habeatur, & sit perpetuo prorsus inhabilis & indignus, adeo quod cum eo non possit circa amissum beneficium rehabendum, vel circa acquirendum aliquid,

nisi per summum pontificem, vel alium qui potestatem super hoc habeat, dispensatione prius obtenta super irregularitate, & super aliis sententiis præmissa satisfactione, ut dictum est absolute obtenta, modo aliquo dispensari.

RUBRICA.

De clericis qui cum unicis virginibus contraxerunt.

Cum quidam Domini temporales, vel eorum vices gerentes invidentes constitutioni cuiusdam super editæ a domino Bonifacio papa B VIII. quæ incipit: *clerici qui cum unicis & virginibus contraxerunt*, situate in sexto libro decretalium a dicto domino Bonifacio summo pontifice compilata sub titulo *de clericis conjugatis*, imponant collectas & tailias clericis, qui cum unicis & virginibus matrimonialiter sunt conjuncti, pro personis & rebus eorum, seu aliquo eorumdem, necnon pedagra seu alias exactiones quatuorquæ & impositiones tallas didis clericis super prædictis exigunt & extorquent ab eis, quando nolunt eas solvere sponte sua, compellendo eos per bonorum suorum captionem, arrestationem vel talsinam, seu alius exquisitis modis, licet aliqui tales clerici de speciali consuetudine in quibusdam partibus super talibus consueverint ante editionem dictæ constitutionis immunitatem habere, & sibi præscripserint libertatem, non attendentes prudenter prout deberent dicti domini temporales, vel eorum vices gerentes, dictum dominum papam Bonifacium volentem juri aliquis detrahere, quamdam aliam edidisse constitutionem situate *eadem sexto libro decretalium*, sub titulo *de constitutionibus*, qua caveatur quod licet Romanus pontifex qui jura tueretur, quæ omnia in scrinio pectoris sui censeatur habere, constitutionem posteriorem condendo, priorem, quamvis de ipsa mentionem non faciat, revocare nescatur; quia tamen locorum & personarum singularium consuetudines cum sint facti, & in factis consistant potest probabiliter ignorare, ipsis, dum tamen sint rationabilia, per constitutionem ab ipso Romano pontifice noviter editam, nisi expresse caveatur in ipsa, non intelligitur in aliquo derogari. Nos dictam consuetudinem in locis in quibus ipsam consisterit esse præscriptam legitime rationabilem reputantes, utpote clericorum libertatis amicam, sacro præsentis & approbante concilio statuimus, quod ad dictam consuetudinem observandam per locorum ordinarios, monitione præmissa, compellantur per censuram ecclesiasticam dicti domini temporales, & eorum vices gerentes quoad clericos clericaliter viventes, & clericalem deferentes habitum, & tonsuram, quoad onera imponenda pro personis eorum; Et si pro talibus oneribus eos pignorari contingat, vel eorum res aut bona arrestari, modo aliquo falsi, vel capi in locis in quibus dicta pignora vel res arrestatæ, captæ, vel falsitæ fuerint, vel pignorantes, capientes, falsitæ vel arrestantes, vel eis auctoritatem, mandatum, consilium, vel consensum præstantes, præsentis fuerint, postquam super hoc legitime consisterit, cessetur penitus a divinis.

Etiam cum excommunicati sint juris beneficio & inhabiles ad beneficium ecclesiasticum ob-

ANNO
CHRISTI
1129


obtinendum, diligenti deliberatione præhabita A
statuimus, quod quicumque episcopusque con-
ditionis existat, religiosus, capellanus, seu
alius secularis in diocesi Lugdunensi, qui per-
tinaciter in excommunicatione ultra annum
steterit continuum, beneficium suum ex tunc
ipso facto te noverit perdidisse, & tunc po-
testatem habeat conferendi, vel etiam præ-
sentandi is ad quem collatio seu presentatio
ejusdem antea pertinebat.

*Mandatum quo omnes subditi constitutiones hujus
sacri concilii in scriptis habeant
& observent.*

Cum universa & singula statuta in hoc sa-
cro concilio contenta superius ediderimus, ad
pervertorum malitias arctius refræandandas, & B
ut subditorum hujus provincie Lugdunensis
mores, & actus in melius reformatur; quia
tamen non minus difficile quam periculosum
existit peccantem quemlibet in præmissis sigil-
latum corrigere vel monere, nec propter mul-
torum potentiam, aut peccantium multitudi-
nem potest fieri commode monitio specialis,
ideoque præsentis concilio approbante statui-
mus & districte mandamus, ut prædicta omnia
& singula in hoc sacro concilio constituta di-
ligenter serventur, & fideliter adimpleantur,
& quod omnes & singuli suffraganei, & ab-
bates & priores conventuales abbatem proprium
non habentes, omnes archidiaconi, decani,

& archipresbyteri visitationem habentes in die-
cesi & provincia Lugdunensi, prædicta statuta
in scriptis habeant, & ea faciant in suis sy-
nodis & convocationibus, & aliis ubi vide-
rint expedire, sæpe & sæpius publicari, ut
nemo possit de cætero super eis ignorantiam
allegare, ex quo publice edita fuerint, & pu-
blice recitata. Præcipimus etiam ut inferiores
ecclesiarum rectores scilicet priores & presby-
teri curam animarum habentes prædicta statu-
ta penes se habeant infra synodum hyemalem
proximam, ut super iis certificare valeant do-
bitantes si inobedientie notam voluerint evi-
tare, declarantes, prohibentes, & protestantes
expresse nos archiepiscopus supradictus ut su-
pra, quod per prædicta statuta in toto vel in
parte iuribus, bonis usibus, privilegiis, & con-
suetudinibus decani & capituli Lugdunensis
ecclesie, & quarumcumque personarum eccle-
siasticarum de dicta ecclesie corpore existi-
entium, & aliorum capitulorum ecclesiarum ca-
thedralium, collegiatarum & conventualium,
civitatis & diocesis Lugdunensis nolumus de-
rogare. Recitata & publicata sunt prædicta
omnia statuta apud Ansam, presentibus per-
sonis superius nominatis, die veneris ante do-
minicam qua cantatur *Lætare Jerusalem*. An-
no Domini millesimo ducentesimo nonagesi-
mo nono.

ANNO
CHRISTI
1199



CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM,

*In quo actum de jure nuptiarum, quas pupillus invito tutore eodemque
imperatore conciliavit.*

Anno 1299. habuitur.

Ex Sup. Man.
li. 10. fol. 216.

A Ndronicus senior Græc. imp. prome-
D
neri sibi optans Chumicum præfectum
Canicler, filiam ejus ducendam proposuit
Alexio Lazorum principi fororis tuz filio,
quem pater moriens imperatoris (utpote
avunculi) tutela commendaverat. Omnium
voluntates erant in id foedus paratissimæ,
imperatoris, matris, atque in primis ma-
tris utriusque sponsi; unus obstitit juve-
nis princeps, qui ne cogere iugatas si-
bi nuptias celebrare, clam ad se ducendam
curavit unius e primoribus Iberorum fi-
liam, quam festinato conjugem sibi ad-
junxit. Offensus ea de re imperator, nul-
lum non movit lapidem ut nuptias illas
dissociaret, præcedens, quod invito tu-
tore, eodemque imperatore initum erat,
conjugium tanquam non recte factum dis-
solvit oportere. Res ad consultationem pa-
triarchæ & synodi ex episcopis lateri pa-
triarchæ assistentibus compositæ deducta est,
de qua synodo hæc narrat Pachymerus lib.
IV. cap. VIII.

Missis ad patriarcham & quæ circum ip-
sum erat synodum certis hominibus, qui ex-

ponerent quantum sibi juris daret in eum ju-
venem, primum imperatoria dignitas, dein-
de consanguinitas intima, & quondam aucto-
ritas paterna, qualem tutori leges in pupil-
lum tribuunt, ut iis, prout par erat, consi-
deratis statuerent cassum, & invalidum id
matrimonium esse, quippe temere attentatum
ab homine non suæ ad hoc potestatis, citra
suum assensum, a quo penderet. Hisce ultro
citroque ventilatis, & negotio synodice tra-
ctato, quidam episcoporum hærentes, ut pu-
tabant, veræ legum sententiæ, postulatis im-
peratoris uti æquis annuendum censebant. At
patriarcha & plures cum ipse in contrarium
obfirmati stabant, eo maxime moti, quod
Ejam ita ex Iberis puella uterum ex Alexio
ferre dicebatur.

Spe igitur inde omni dejectus imperator,
cum nec ecclesie consilium expediret decla-
randi matrimonium hoc irritum, certantibus
de validitate ejus sententiis patrum, & rem
in ambiguo relinquentibus; spem dedit puel-
læ his nuptiis fraudatæ, se illam connubio
juncturum filio proprio Joanni Despota &c.

Finis Tomi Vicequartii.

